13
8 M
24

C. 28

13-8. d. 49

IOSEPHI MASCARDI
IVRISC. SARZANENSIS
PROTHON. APOSTOLICI,

CONCLVSIONES OMNIVM PROBATIONVM,
Quæ in vtroque Foro quotidie verſantur.

IVDICIBVS, ADVOCATIS, CAVSIDICIS, OMNIBVS
denique Iuris Pontificij, Cæſareique Profeſſoribus vtiles,
practicabiles, ac neceſſariæ.

QVIBVS CANONICÆ, CIVILES, FEVDALES, CRIMINALES,
cæteræque materiæ continentur. Per Ampliationes (vt dicitur) Limitationes,
Intelligentiaſque Alphabetico ordine abundè digeſtæ.

Magis receptis Doctorum opinionibus vbique hoc aſteriſco * notatis.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Volumen Secundum.

Conventus S. Mariæ de scala Vrbis



AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud HH. Io. Dominici Tarini, MDCXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOSEPHI MASCARDI
IVRISCONS. SARZANENSIS,
Prothonotarij Apoſtolici,

Probationum omnium, quæ in vtroque foro quotidie verſantur.

VOLVMEN SECVNDVM.

F

CONCLVSIO DCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Facta an præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
2 *Facta cum ſint ſui natura incerta, ideo illorum vis atque probatio dubia dicitur.*
3 *Facta, & ea quæ ex ipſo facto oriuntur, non præſumitur, niſi probentur.*
4 *Quæ ſunt facti non præſumuntur, etiam ſi eſſemus in longiſſimo tempore.*
5 *Facta benè præſumuntur, quando ſunt conſueta fieri.*
Præſumitur quis illud facere, quod communiter ſit, ibi.
6 *Quando conſtat de facto principali, & dubitatur de acceſſorio, tūc ſi acceſſorium eſt conſuetum fieri, vtique præſumitur.*
Teſtamentum licet ſoleat fieri, tamen non præſumitur, ſi de eo non conſtet, ibi.
7 *Factum tunc præſumitur, quando adeſt cauſa præſumendi illud, quæ inducitur ex alijs præſumptionibus.*
8 *Factum lex præſumit quando in ſcriptura eſt poſitum tale verbum, quod de neceſſitate factum includit.*

1 FACTA non præſumūtur,† niſi probent, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & probatur in c. cum Io. §. verū reſpōſionem iſtam, de fide inſtr. hoc idem placuit, dum de iure reſpondit Corn. in conſ. 181. viſis nōnullis. col. 9. ver. nec obſtat. vol. 2. quod, & memoratu dignum cenſuit Cott. in ſuis memor. in litera F. verſ. facta non præſumuntur, ſic etiam ſcriptum eſt à Fran. de Arer. in l. ſed, & ſi. col. vlt. ff. de acq. hær. hoc præterea plurimi alij probauere: vt Abb. in c. in præſentia. col. 2. poſt nu. 3. verſ. nota ibi cum, de prob. facit. c. cū in iure, vbi Abb. nu. 2. in fi. de off. deleg. Menoch. in conſ. 11. nu. 301. Burſ. in conſ. 36. nu. 12. verſ. verum reſpondetur, Ceph. in conſ. 53. n. 34. & in cōſ. 130. nu. 7. & in conſ. 77. n. 16. & in cōſ. 76. nu. 25. vol. 1. & in conſ. 24. nu. 84. vol. 2. alios allegat Dec. in l. quatenus. nu. 2. de reg. iur. & alios Cagn. ibid. nu. … Ludo. Gozad. in l. q ſi patris. nu. 113. C. vnde liberi. Petr. Rebuf. in l. vnica. nu. 141. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer. Bal. in conſ. 459. viſa dicta petitione. num.
2 12. vol. 4. †Quæ facta cum ſint ſui natura incerta, l. in omni. C. de iur. & fact. ign. ideò illorū vis, atq; probatio dubia dicitur. l. Arethuſa. ff. de ſtat. homi. & l. triticum. ff. de verb. obl. Concluſionis noſtræ ratio eſt, nā non facta latenr. c. cum in cunctis, & facta patenr. c. quanto tranſlat. teſte Abb. in repet. c. extirpandæ. §. q verò. col. 11. de præben. & Dec. in conſ. 472. nu. 16. & alios alleg. Ceph. in conſ. 296. nu. 9. lib. 2. & in conſil. 338. nu. 17. vol. 3. & in conſ. 346. nu. 15. eo. vol. Alc. in conſ. 40. nu. 6. lib. 6. Zabar. conſ. 145. nu. 7. Pet. Rebuff. in repet. l. vnicæ. nu. 141. verſ. minus obſtat. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt profer.
3 Primò amplia id procedere, nedum in facto, † ſed etiam in ijs, quæ ex ipſo facto oriuntur, nam illa non preſumuntur, niſi probentur: ita teſtatur Abb. in cōſ. 82. col. 2. lib. 1. ſequitur Balb. in tract. de præſcrip. par. 3. prin. in fi. Ceph. in conſ. 206. nu. 14. lib. 2.
4 Secundò amplia, vt locum habeat, † et ſi eſſemus in longiſſimo tempore: nam illo caſu illa, quæ ſunt facti, non preſumuntur; ſecundum Bal. in l. 11. C. ſi ex falſ. inſtr. et Fel. in c. ſicut. nu. 39. de re iud. quos ſequit, & alios referendo Ceph. in conſ. 240. nu. 2. lib. 2.
Primò limita locum ſibi non vendicare, quando
5 facta eſſent conſueta fieri, †qa tunc benè præſumerētur: ita cenſuit Bal. in rub. C. de fid. inſt. col. 3. poſt nu. 8. verſic. item quia, per text. quem putat ſingularem in l. vlt. ad fin. C. de fideiuſſ. vbi expreſsè dicitur, ea, quæ ſunt ſolita fieri, præſumi facta: vt reſpondit Siluan. in conſil. 68. num. 8. lib. 2. & idem tenet ipſemet Bald. in l. incendium, ad fin. C. ſi cert. petat & ſequitur Iaſ. quam pro eleganti limit. not. in l. ſciendū, ſub nu. 2. verſ. 1. quia regula. ff. de verb. obl. & Cot. in ſuo memo. in verſ. facta non preſumuntur. Bald. refert, & ſequitur Sebaſt. Sap. in l. ſi emancipati. num. 30. C. de collat. & de hoc conſulas Aymo. Crauet. de antiq. temp. 4. par. num. 230. nam præſumitur quis illud facere, quod communiter fit: vt dixit Bal. in l. 2. colum. pen. nu. 25. C. de reſcind. vend.

6 Sublimita,& intelliges†qñ conſtat de facto princi-
pali,& dubitatur de acceſſorio: quia tũc ſi acceſſoriũ
ſit cõſuetum fieri, vtrūq; præſumitur, ſecus ſi dubitatur
de principali,nam tunc non præſumit, vt in teſtamẽ-
tis,quæ licet ſoleant fieri,tamen non præſumuntur,ſi
de eo non conſtet,ſed ſi dubitetur, an Notarius ſit de
eo rogatus tunc certè præſumitur: ita intelligit Curt.
iun.in l.ſi emancipati.nu.9.C.de collat.vbi etiam Se-
baſt.Sap.d.nu.30.verſ.ſed aduerte.per Fely. in c. cum
M.Ferrarienſis.col.3.nu.7.de conſtitutio.

7 Secundò limita Concluſionẽ,†qñ adeſt cauſa præ-
ſumendi facti,quæ inducitur ex aliis præſũptionibus
etenim tunc præſumitur factũ:per cõtex.inſignem in
c.cum tu.ibi,qa vtrunq; eſſe potuit,de teſt.& ibi Abb.
ſub nu.3.ver.non obſtat ſi dicatur,& in c.in præſentia,
nu.1.verſ.nota ibi cum conſtet de prob.& in c.ſicut.
il 3.nu.13.de iureiur.& dixit Sylu.in cõſ.81.n.28.li.2.

8 Tertiò velim limites,† quãdo in ſcriptura eſſet po-
ſitũ tale uerbũ ,quod de neceſſitate includeret factũ.
Nam tunc lex præſumit , auctore Iaſ.in l.ſciendum ,
ſub nu.2.in fi.per illum tex.ff.de verb. oblig.

CONCLVSIO DCCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Facta antiqua difficilia probatu , & quæ ad ipſorum probationem ſufficiant .

SVMMARIVM.

1 *In probatione facti antiqui ſufficit leuior probatio,quàm*
in alijs,& probationes etiam admittuntur,quę alias nõ
eſſent omnino plenę .
2 *In factis antiquis ſufficit probatio per indicia, & etiam*
per famam .
3 *In factis antiquis ſufficit teſtis de auditu .*
4 *In factis ſufficiunt etiam teſtes de fama pro plenis pro-*
bationibus .
5 *Teſtes de credulitate ſufficiunt in factis antiquis .*

Facta antiqua ſunt difficilis pbationis,& ideò
in eis ſufficit leuior probatio , q̃ in alijs .
Verùm qm̃ de hoc dictum eſt latiſſimè ſup. in concl.
103.incip. Antiquum,cum plurib. alijs ſequentib. ad
1 illas concluſiones confugito.In his itaq; †admittun-
tur ẽt probationes, quæ aliàs non eſſent omninò ple-
næ;auctore Inno.in c.veniens,de verb.ſign.idem vo-
luit Arch.in c.inter memoratos.16.q.4.hoc idẽ obſer
uauit Bart.in l.ſi quidẽ.C.ſol.matr.ſic cenſuit, & Bal.
in auth.quas actiones,in fi.C.de ſacroſ.eccl. & in l.cõ
uenticulam. C. de epiſ.& cler.in l.4.C.de prob.l.cum
ſuper.C.de rei vend.vnde dicit Bald. in d. auth. quas
2 actiones,† in iſtis factis antiquis ſufficere probationẽ
per indicia,& etiam per famã:vt notatur in locis præ-
allegatis,ſic animaduerſum eſt à gl.in l.atqui natura,
§.cũ me abſẽte.ff.de neg.geſt.quod & probauit Ang.
in l.Titius.ff.quib.mod.pig.vel hypot.ſol. & cõfirma
uit Ant.de Butr.in c.veniens,de teſti.vbi dicit factum,
quod diſtamus per annos 40.poſſe dici de antiquo .

3 Primò amplia cõcluſionẽ, vt ẽt † in iſtis factis anti-
qs ſufficiat teſtis de auditu:ex c.licet ex quadã,ibi,pp
breuem hominum,vbi etiam Ant. de Butr. de teſtib.

4 Secũdò velim amplies,†vt ſufficiãt etiã teſtes de fa
ma pro plenis pbationib.ſic notatur in l. ſi arbiter.ff.
de probat.& in l.1.§.item Labeo,la 1.de aq.plu.arcẽ.
& voluit Ang.in d.l.Titius.ff.quib.mod.pig.vel hyp.
ſolu.vbi refert ſe ita obtinuiſſe,& alios allegat Iaſ.in
repet.l.admonendi.col.78 poſt nu.242.ff.de iureiu.&
Alex.in conſ.4.nu.7.vol.2.Barb. in conſ.8.col.2. vol.
1.& in cõſ.6.col.7.vol.1.Soc.in cõſ.86.in 1.col.vol.1.

5 Tertiò ampliatur,† vt ſufficiant etiam teſtes de cre
dulitate:ita placuit Spec.in tit.de teſte.§.1.nu. 8. verſ.
quid ſi deponit de credulit. & probatur in c.quoties,
verſ.accepiſſe à maioribus ſuis, & credere , de teſt. &
Panor.in d.c. licet ex quadam.eod. tit. de teſtib.

CONCLVSIO DCCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Factum an præſumatur , quod de iure erat faciendum .

SVMMARIVM.

1 *Factum præſumitur , quod de iure faciendum erat .*
2 *Inueſtitura ex tolerantia domini præſumitur de nouo*
facta ſi de iure tenebatur .
3 *Factum id pręſumitur ,quod prius erat faciendum,quan-*
do duo concurrunt .
4 *Factum,vbi requirit ſumptus,pręſumitur factum ab illo,*
qui tenebatur illud facere ſumptibus ſuis .
5 *Factum pręſumitur ab eo,qui erat obligatus facere vel no*
mine eius ſiue eius mandato .

1 Factum præſumitur, † quod de iure erat fa-
ciendum:iuxta tradita à Crauet.in
conſ.22.nu.5.& in conſ.149.nu 12.& ſeq. Cephal.in
conſ.9.nu.16.uol.1.et trãdit Dec.in conſ.446.num.7.
vnde infertur ad illam quæſtionem de emphyteuſi ,
an ſcilicet ex tollerantia domini cenſeatur de nouo
2 facta inueſtitura:quia tunc ſi de iure tenebatur,† præ-
ſumitur nouo facta , ut in ſimili conſuluit Cephal. in
d.conſ.9.per tot.cui fauet,quod fuit animaduerſum à
Flor.per illum tex.in l. qui duas.ff.de ſeruit.vrba.præ-
dio.et habetur in l.illud.ff.de acq.hær.et in l. filius.ff.
3 de teſtam. milit. † vbi id præſumitur ,quod prius erat
faciendum,quando duo concurrunt , et huc ſpectat,
quod tradit Bart.in l.cum ſeruus.ff de verb. obl. et re-
ſpondit Bal in conſ.378.nu.2.lib.1.ubi Hoſpitale præ
ſumitur ædificatum ab eo,qui ædificare debebat.

Hinc ẽt fit,vt factum,vbi requirit ſumptus , præſu-
4 matur factũ ab illo,†qui tenebatur illud facere ſum-
ptibus ſuis.teſte Alex.in l.cũ ſeruus.nu.4.de verb.obl.
& ſimpliciter factum præſumitur ſũptibus facientis:
vt inquit Bar.in l.ii.§.in cõputatione.col.1.C. de iur.
delibe.& huc pertinet,quod Alb.in conſ.2.num.5. vt
5 inquit † quod factum præſumitur ab eo, qui erat obli-
gatus facere,uel nomine eius,ſiue eius mãdato.& no-
tat Cęp.in tract.de ſeruit.vrb.prædior.c.40. nu. 32.

CONCLVSIO DCCXXXV.

ARGVMENTVM.

Factum proprium de antiquo tempore an quis ignorare præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Factum proprium quis ignorare pręſumitur, quãdo illud*
eſt de longinquo,& antiquo tempore .
2 *Factum proprium,quando eſt graue,& notabile,etiã data*
longinquitate temporis pręſumitur quis ſcire.
3 *Facta nobilium,vti notabilia pręſumuntur nota, & in eis*
non tolleratur ignorantia .

1 Factum proprium pręſumitur quis ignora-
re,†quãdo illud eſt de longinquo,
& antiquo tempore.c.quoſdam,& c. quanto. de præ-
ſump.& in l.planè.C.de excuſ.tut.& in c.tua.qui ma-
trim.accuſ.poſſ.& notat Bar.in l.non fatet.ff.de con-
feſſ.& in l.ſi quis delegauerit. ff. de nouatio. & in l. ſi
res obligata.ff.de legat.1. & in l.3. §.duæ autem.ff.d.
Carbonian.edic.& l.peregrè.in princ. de acq. poſſ. &
Alex.in conſ.7.nu.9. vol.4.

Digitized by Google

Primò limita, vt non procedat, quando factũ eſſet
2 graue, & notabile, † quia tunc ẽt data longinquitate temporis præſumitur quis ſcire: ita reſpondit Rom. in conſ. 481. nu. 3. per tex. ſingularem in c. cum illorum. ad fi. de ſent. excom. & in c. non eſt nobis. de ſponſal. quos notat etiam Ant. de Butr. in c. ab excommunicatione. de reſcript. & ſequitur alios etiam referendo Crau. in conſ. 6. nu. 25. & idem notat in conſ. 9. nu. 28. in fi. & Thom. Gram. in conſ. 104. Illuſtriſſima nu. 34.
3 & idẽ Crau. conſ. 134. nu. 31. ad hoc bene facit † quod facta nobiliũ; vti notabilia, præſumuntur nota, & in eis non toleratur ignorãtia: vt cauit Iaſ. in l. ſi res obligata. nu. 42. ff. de leg. 1.

Sed hęc latius tractanda reſeruamus in concluſione ignorantia, & in concluſione ſcientia. vbi eſt materiæ ſuus locus.

CONCLVSIO DCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Facultates ſui patrimonij, an quis ſcire pręſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Facultates ſui patrimonij quis ſcire præſumitur.*
2 *Teſtator quando legauit vltra vires ſui patrimonij, præſumitur hoc feciſſe ex ignorantia.*
3 *Facultates ſui patrimonij in dubio quis ignorare præſumitur, qñ agitur ad excludendam præſumptionem fraudis.*
4 *Facultates ſui patrimonij non præſumitur ſcire teſtator in actu moriendi. Contrarium nu. 5.*
6 *Teſtamenta ſunt iuſta ſententia voluntatis de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit.*
7 *Falcutates bonorum, quæ recenter ad aliquem peruenerũt præſumitur ille ignorare.*

1 Facultates ſui patrimonij, † qs ſcire pręſumitur: vt traditum eſt à gl. in authẽ. ſed cũ teſtator. C. ad l. Falc. & in l. q ſquis, de reſcind. vend. & eò maximè, ſi eſſemus in ciuitatibus, in qbus fit cataſtrũ, vbi oẽs omnia ſua bona deſcribẽda cũrãt, & de his ſoluũtur collectę: ita loquutus eſt Bar. in d. auth. ſed cum teſtator. nu. 6. verſ. in ciuitatibus.

Primò limita, vt non procedat, qñ ageretur de cõſeruatione teſtamenti, & diſpoſitione legali, quæ per-
2 mittit hæredi detrahere falcidiã, quia hoc caſu, † quãdo teſtator legauit vltra vires ſui patrimonij, præſumitur hoc feciſſe ex ignorantia: quia neſciuerit facultates proprij patrimonij: vt eſt caſus clarus: & ibi glo. in auth. de hæred. & falc. §. ſi quis autem, & §. ſi verò expreſſim, & ita notat Fran. de Aret. in conſ. 47. nu. 2.
3 Secundò limita, vt locũ non habeat, † quando ageretur ad excludendam præſumptionem fraudis, nam tunc in dubio quis præſumitur ignorare facultates ſui patrimonij: per tex. in §. præualuiſſe. Inſtit. qui manumit. non poſ. ex l. ſi fraudem, & ff. qui à quibus, & meminit Franc. de Aretio in d. conſ. 47. nu. 2.
4 Tertiò limita in actibus morientiũ, vt in teſtõ, † q a in illo actu teſtator nõ præſumitur ſcire facultates ſui patrimonij: vt docuit Bar. in d. auth. ſed cum teſtator, nu. 5. C. ad l. Falc. per l. hac cõſultiſſima. §. at cum humana, C. de teſt. nam in illo actu mortis cogitatione teſtator turbatus non recordatur de rebus pertinentibus ad ſe: vt notatur in d. §. cum humana.
5 Contra hanc limitationẽ † tenet Ang. in d. auth. ſed cum teſtator. & ſequitur Fran. Aret. in d. conſ. 47. nu. 1. ex illa ratione: quia teſtamẽta etiam, & vltimæ voluntates frequenter fiunt in ſanitate, & ſic cum teſtator ſit ſanus mente, & corpore, ceſſat id, quod dicitur in d. §. at cum humana.

Verum ab hac criminatione defendẽdo opin. Bar. poteſt dici ipſum Bar. ſenſiſſe de teſtamentis, quę fiũt
6 à teſtatore ægroto, vt plurimũ cõſueuerunt fieri, † vel ſaltem ex quo teſtamenta ſunt voluntatis iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit. l. 1. ff. de teſt. nõ poteſt dici quin cogitauerit de morte, & ex illa cogitatione turbatus facilè poteſt præſumi obliuio ſuorum. d. l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. de teſt.
7 Quartò velim limites in bonis, † quæ recenter ad aliquem peruenerunt, quia in eo caſu præſumitur ille ignorare. l. qui nondum. C. de hered. vend. & not. Bar. in d. auth. ſed cum teſtator. ſub nu. 5. verſ. aut in actib. viuentium. C. ad leg. Falc. ſed ad hæc conſulas Concluſionem noſtram Patrimonij.

CONCLVSIO DCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Facultates alicuius non ſufficere ad debita quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Facultates alicuius non ſufficere ad debita probat eo ipſo, quod aſſeritur non extare, niſi talia bona, quæ aſcendũt ad quinquaginta, cum debita excedant illam quantitatem. Contrar. num. 2.*
3 *Quilibet nudus, & pauper naſcitur, nihil habens in bonis.*
4 *Qualitas, quod aliquis nihil habeat in bonis, vel nõ habeat, niſi talia bona, allegari debet, & deduci ad probandum, quod facultates ipſius non ſufficiant ad debita.*
5 *Probatio ſemiplena veluti per famam per vnum teſtem ſatis eſt ad probandum facultates alicuius non ſufficere ad debita.*
6 *Facultates alicuius non ſufficere ad debita probari poteſt per librum æſtimi.*
7 *Facultates non ſufficere ad debita probari poteſt per bonorum excuſſionem, & per inuentarium, & bonorum æſtimationem.*
8 *Facultates non ſufficere ad debita probari poteſt per inſtrumenta, & teſtes.*
9 *Facultates ad debita non ſufficere probandi modus eſt per affines, conſanguineos, & vicinos.*

1 Facultates alicuius nõ ſufficere ad debita probatur eo ipſo, † ꝙ aſſeritur, non extare niſi talia bona: quæ aſcẽdunt ad quinquaginta, cum debita excedant illã quantitatem: ſic traditum habemus ab Accurſ. in l. cum de lege. in gl. 1. ff. de prob. quem ſequutus eſt Bar. in l. ſi conſtante. in 1. q. nu. 7. verſ. & primo diſcutiamus, vbi Alexã. nu. 7. verſ. item in quantum. ff. ſol. matr. idem docuit Bar. in l. ſcimus. §. licentia. num. 1. per illum tex. vbi etiam Iaſ. poſt princ. C. de iur. deliber. cui accedit Bald. in d. l. cum de lege. ff. de probatio. hunc eundem ſequutus eſt Paul. Caſtrenſ. in l. maritum, in princ. ff. ſolu. matr. eidem adhæſit Franc. Aretin. in conſ. 120. procedendo breuiter, poſt nu. 2. adeò, vt qui cõtrarium dixerit, is proculdubio probare cogatur, teſte Rom. in conſil. 376. Viſis dubijs propoſiti thematis, in fi. idem voluit Guid. Pap. in deciſ. 142. ſed qualiter. nu. 3. ver. ſed qualiter, idem ſenſit Rom. in conſ. 222. dubitatur, in fi. & in conſ. 245. ad primum. nu. 8. verſ. quod vltimũ cum ſeq. ſic ẽt teſtatus eſt Alex. in conſ. 55. cõſideratis. nu. 6. lib. 1. ſicq; de iure vno conſenſu rñdit vterq; Curt. Sen. & Iun. ille in conſ. 27. Magnificus, poſt nu. 17. hic in conſil. 150. materia, poſt nu. 10. quam opinionem
* *communi ſcribentium mente eſſe munitam aſſerit Mandoſ. in addit. ad Rom. in d. conſ. 176. ſub litera I. in verb. probatio.
2 Quorum omniũ conſenſus † multos non deterruit, quin contrarium ſenſerint: in primis Ioã. de Imol. in d. l. ſi conſtante. colu. 4. vbi etiam Alex. nu. 7. & Aret. col. 2. ff. ſol. matr. quam Paul. quoq; Caſtr. auctoritate ſua corroborauit in l. Mæuia. §. vltim. ff. eod. ſoluto matrim. hanc eandem confirmauit & Iacob. Butr. in l. actor. C. de probatio. Nec ab re contrarium ſentiendum permoti ſunt iſti ſcribentes, multis enim

munita eſt, & vrgentibus rationibus hæc ſententia; quas tibi ſuppeditabit Io.Crot.in d.l.ſi conſtante,nu. 42.& ſeq.ff.ſol.matrim.

Veruntamen Bart.ſent. & aſſeclarum ea pōt ratione defendi. Nam quod aliquis nihil habeat in bonis, vel non hēat niſi talia bona, iſta qualitas hēt præſum
3 prionē, quæ ineſt à natura † cū quilibet nudus,& pauper naſcatur nihil habens in bonis: vt obſeruauit glo. in c. ſi ſortè de elec. lib. 6. ad q; egregiè reſpexit Plin. eū in procem. li.7.dixit: Hominē nudū in nuda humo proiecit: ſatis eſt ergo aſſerere hanc qualitatē, ex qua poſteà emergit iuris præſumptio, q̄ trāsfert onus probandi in aduerſarium.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. Ad id prætereà velim addas Io.Cāpeg.in tract.de petit.& teſt.dot.in q.13.Io Crot.in d.l.ſi cōſtāte, nu. 44. verſ.quid tenendum.ff.ſol.matr.vbi latius Bart. ſententiam tuetur,& confirmat,& contraria refutat.

4 Concluſionē noſtrā intelliges: † vt illa qualitas debeat allegari,& deduci, alioqui nō prodeſt, ex I.C. promulgato reſponſo in l. ſi quis adulteriū cū inceſtu, in prin.ff.de adul. Vnde dicere ſolebant Bal. & Ang. in l.ſuper longi.C.de præſcrip.long.temp. quod licet ex tit.præſumatur bona fides in poſſeſſore: illa tamen debeat deduci,& allegari. alioq; ſuccūberet poſſeſſor.

Hanc eandē ampliabis, vt etiam ſatis ſit probatio
5 ſemiplena,† veluti per famā, vel vnum teſtem: ita colligimus ab eod. Bart.in d.l.ſi conſtante.nu. 10. ff. ſol. matr.perindè quaſi de paruo agatur præiudicio: ſecus ſi de magno, quia plena requireretur probatio, teſte eo. Bart. vbi ſup. ſic etiam vr̄ placuiſſe Bal.in l.vbi adhuc.nu.24.verſ.quærit hic gl.C.de iur.dot.& in l.ſi verò. §. qui pro rei, ff.qui ſatiſd.cog.& in l.1.nu.3.verſ. iſta negatiua.C.de reuoc.his quæ in fraud.cred.alien.

6 Ampliare poteris etiam cōcluſionem, † vt id quoque poſſit probari per librum æſtimi, ex quo poſſit apparere eum tantùm habere in bonis, vt docuit Bar.in l.decem.nu.3.verſ.ſed qualiter,ff.de verb.obli. per gl. in d.l.cum de leg.ff.de probatio.quem refert Alex.in d.l.ſi conſtante.num.7.ff. ſol. matr.

7 Inſuper id commodè poteſt probari † per bonorum excuſſionem: ita mihi teſtis eſt locupletiſſimus Bart. in l.in illa ſtipulatione,ſi calendis.nu. 5.verſ. itē ſi eſt cā.ff.de verb. obl. vt etiam eum retulit Alex. in Rub. ff.de nou.oper.nunc.nu.42. verſ.& pro iſta opinione, idē videtur cenſuiſſe Bal.in l.quicunq; num.21. C.de ſer. fug. quo in loco aſſerit id optimè poſſe ꝓbari per inuentariū,& bonorū æſtimationē, ex d.glo.in d.l.cū de leg.& in auth.hodie.n.4.ver.ſed qūo. C. de appel.

8 Quinimò hanc qualitatem poſſe probari † per inſtrumenta,& teſtes animaduerſum eſt in l.1.§.probatio.ff.de magiſtr.conuen.& in l.2. C. quando nec. vel priu.ad quod hæc adducit Bal.in conſ.285. quia non opus.nu.4.vol.1.& apertiſſimè docuit Barto. in d.l.ſi conſtante.nu.7.ff.ſolut. matrim.

Ad hæc alius eſt id probandi modus, veluti per af-
9 fines,& conſanguineos,& vicinos.† iſte eſt enim modus probandi iſtā negatiuam traditus à gl. ord. in auth.de hæred.& Falc.in §.ſi non abſint.ſuper verb. & vidiſſe,& in l.1.§.hoc interdicto.in verb.an non propè ſi.ff.de itin.actuq; priua.& in d.l.2.in gl.1. C. quād. nec.vel priua.vt reſpondit Rom.in d.conſ.245.ad primum quod dicitur in fi.& cæteri paulò ante nobis citati auctores in ſuperioribus locis tradidere.

CONCLVSIO DCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Falliti, an repellantur à teſtificando in cauſis criminalibus aduerſus accuſatos.

SVMMARIVM.

1 *Falliti cū dicantur notati infamia facti, repelluntur à teſtificando in cauſis criminalibus aduerſus accuſatos.*

2 *Falliti, quando agitur in cauſis ciuilibus, à teſtificando nō repelluntur licet aliquid de eorum fide diminuatur.*

3 *Fallitus vti infamis infamia facti non poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili ardua, quæ æquiparatur cauſæ criminali.*

Falliti quos rectius decoctores appellabis, cū apud graues homines videantur infa-
1 mia laborare,† ſien dicantur notati infamia facti: ideō repelluntur à teſtificando in cauſis criminalib.aduerſus accuſatos, vt docuit Bart. & alij in l.1.C.de Sum. Trin.& fid.cath.et not.Crot. in tract.de teſtib. in rub. in cauſis criminal.q teſtes admittant.nu.30.idē reſpōſum eſt à Bal.in conſ.400 in lib.theſaurariæ.n.3.lib.5.

Primò limita, vt non procedat, quando agitur in
2 cauſis ciuilibus, † quia tunc non repelluntur licet aliquid de eorum fide diminuatur, vt tenet Socy.iuni.in conſ.61.nu.14.vol.2.per gl.in l.2.§.duę cauſæ.de carbon.edic. & traditū eſt à Bart. in l.2.C.de ſenat.& per canoniſt.in c.teſtimonium. de teſtib. ita etiam teſtatē Steph.Aufrer.in deciſ.Capel.Tholoſ.in q.173.

Sublimita hanc limitationem, vt non procedat, qn̄
3 cauſa ciuilis eſſet ardua, † quia cum æquiparetur cauſæ criminali.l. propter litem. de excuſ. tut. ideò talis infamis infamia facti non poteſt eſſe teſtis, ita vult Abb.in c.teſtimonium, de teſtib. & eſt text. in c.licet quantum.in ver.quidam verò de prob.& refert Crot. in d.tract.de teſtib.in rub.in cauſ. crim. nu. 30. ſed de hoc nos latius infra in concluſ. infamis.

CONCLVSIO DCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Falſitatis communia.

SVMMARIVM.

1 *In quæſtione falſitatis primo ſcriptura producitur, deinde qui falſam eam arguit ad probandum admittitur.*

2 *In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*

3 *In probatione falſi, quando agitur criminaliter, probatio debet de neceſſitate concludere.*

4 *Quando ciuiliter agitur excipiendo de falſitate inſtrumēti, tunc ſi aliquid adeſt, quod prima facie reddat inſtrumentum ſuſpectum, producens probat rei veritatem.*

5 *Sola ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, ne inſtrumēto fides detur.*

6 *Quando ſuſpiciones falſitatis oriūtur ex vitio viſibili ſcripturæ, ſuſpicio habetur pro plena probatione, aliàs ſecus.*

7 *Inſtrumentum de falſo ſuſpectum non probat.*

8 *Excipiens probare debet falſitatem, quando inſtrumentū nulla ex parte redditur ſuſpectum.*

9 *Opponens de falſitate inſtrumenti per modū exceptionis,& defenſionis, non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis.*

10 *Producens inſtrumentum falſum in iudicio præſumitur illud adulteraſſe niſi oſtendat, vel nominet auctorem.*

11 *Falſitate inſtrumenti prolata reſcinditur ſententia vigore illius lata,& quicquid inde ſequutum eſt.*

12 *Ad falſitatem inducendam tria requiruntur, mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nocitura.*

13 *Falſitas debet eſſe facta in ſcriptura, quæ probet, & fidem faciat. Contra. nu. 14.*

15 *Falſitas non eſt punibilis, niſi quis eadem falſitate ſit vſus.*

16 *Falſum quatuor modis committi ſolet, & quibus.*

In quæſtione falſitatis, ſi criminaliter agatur, diligenter indagare oportet argumentis, teſtib ſcripturarum collatione, aliiſq; ſimilibus ex quibus veritas apparere poteſt, & hoc caſu non ſolū accuſatori,
1 ſed & reo incumbit onus probandi: † ordine tamē ſeruato, vt.ſ. primò ſcriptura producatur, deindè qui falſam eam arguit ad probandum admittatur, l.vbi falſi, & l.vlt.C.ad leg.Corn.de falſ.& tradidit gl.in l.maiorem.C.eod. & debet clarè,& concludenter probare:
2 quia in criminalibus probationes † debent eſſe luce meridia-

Google

meridiana clariores.ex l.fi.& ibi docto.C.de prob. &
nũcupatim de falſitate probãda tenet Soc.iun. in cõſ.
31.nu.20.vol.2.& in conſ.61.nu.1.& 8. & 10.vbi atte
* ſtatur de *cõi opinione.eo.vol. 2. & Alex. in conſ.74.
3 nu.7.vol.2.qui voluit,ꝙ in probatione falſi,† quando
agit̃ criminaliter,probatio debeat de neceſſitate con
cludere.Idẽ voluit Iaſ.in l.iuriſgentiũ.§. ꝙ ferè.ff. de
pact.Dec.in l.ſingul.col.pen.ff.ſi cer.pet.& in conſil.
101.col.1.& in cõſ.602.col.3.& ĩ cõſ.615.Alc.in cõſ.
190.col.2.vol.7.& ĩ cõſ.179.vol.2.& in cõſ.70. vol.1.
Iaſ.in cõſ.62.col.1.vol.1.& ĩ cõſ.153.col.4.vol.2. Grã
ma cõſ.ciu.30.& cõſ.65.col.3.et cõſ.66.col.1.in prin.
Si aũt ciuiliter agatur veluti excipiendo de falſita-
4 te inſtri,tũc ſi aliquid adeſt,ꝙ prima facie reddat in-
ſtrm ſuſpectum,nẽpè ꝙ ſit deletũ, aut corraſum , aut
tabellio de mendacio ſit conuictus:tunc ꝑducẽs pro-
bat rei veritatem,per l.Iulian.C.de probatio.& notat
Arch.in c.in memoriam.nu.12.diſt.19.& in hoc caſu
ex cõi omnium ſñia falſitas probatur per coniectu-
5 ras, & ſola inſpicio falſitatis† habet pro falſitate , ne
inſtrõ fides det:vt conſuluit plurib.in locis Dec. vt in
conſ.448.nu.28.& in cõſ.602.nu.7.& in conſ.175.nu.
4.& in conſ.189.col.1.& in conſ.615.col.fi. & Franc.
Curt.de cõmu.opin.in conſ.64.col.2. & in conſ. 166.
col.3.& in conſ.178.col.2.et in cõſ.132.col. fi. nu.10.
Gram.in conſ.30.col.1.Calc.in cõſ.27.col.pen.Bertr.
in conſ.139.vol.3.in conſ.220.col.3.vol.3. in 4.conſ.
216.col.pen.vol.3.col.250.vol.2.et cõſ.290.col.2.eo.
vol.3.Io.de Anan.conſ.49.nu.3.Crau.cõſ.134.nu.39.
Curt.in conſ.132.nu. 10.conſ.166.nu. 6. Neuiz. conſ.
8.nu.37.Clar. in §.falſum. verſ. tutta eſt concluſio. &
Ruin.in conſ.35.nu.9.vol.4.Bert.in conſ.4.nu.8.in 2.
par.vol.2.& tenet Alb.in conſ.99. nu. 2. dum inquit ,
6 †quòd qñ ſuſpiciones oriuntur ex vitio viſibili ipſius
ſcripturæ,procedit illa cõis opinio,quòd ſuſpicio ha-
beatur pro plena probatione aliàs ſecus , & ex hoc d.
Alb.infertur,ꝙ exceptio falſitatis,quæ requirit altio-
rem indaginẽ,& non cõſtat ex facie ſcripturæ nõ im-
pedit executionẽ:vt tradit Iaſ.In conſ.85. per tot.vol.
1.ſecùs ſi ex aſpectu, vt ſup. dictũ fuit , appareret ali-
qua ſuſpicio,q̃a tunc pro veritate haberet:vt ex ſupra
notatis,quibus ẽt adde Ceph.in conſ.336.nu. 21.vol.
3.et facit quod notat Crau.in conſ.134.nu.20.vbi in-
7 quit,† ꝙ inſtrm de falſo ſuſpectum non probat, & ibi
etiam multa de falſitate notat.Idem voluit Iaſ.in cõ
ſil.168.nu.2.vol.4.vbi refert Franciſ.Cur.in conſ. 73.
incip.ſuper memorata facti narratione.col.pen.circa
fin.dicentem quòd per huiuſmodi ſuſpicionem, quæ
pro falſitate habetur,poſſet procedi ad puniendũ, ni-
ſi à fabricante,vel producente veritas aliter probare-
tur.& hoc tñ intelligitur,qñ agitur ciuiliter : vt ſupra
dictum eſt, ſecus ſi criminaliter : vt ẽt declarat Socy.
iun.conſ.61.col.2.vol.2.et Crau.in conſ.28.col. fi. &
conſ.56.in fi.& Grat.in conſ.60.in fin.vol.2.et de cõi
opinione atteſtatur idem Curt.iun.in conſ.132.num.
10.et 66.nu.6.et Soc.iun.in conſ.39.nu. 44. et 77. vol.
2.vbi de communi opinione,et Boſſ. in ſua pract. tit.
de fal.nu.23.et vide eundẽ ſub nu.13.ver. vide igitur.
8 Si verò nulla ex parte reddat̃ ſuſpectũ †tũc excipiẽs
ꝓbare dẽt falſitatẽ.l.qui accuſat.C.de edẽ.cũ ſimilib.
et non põt deferri iurm in defectum probationis : vt
per Bald.in conſ.181.Iudex infirmauit.nu.7.vol.2.
Illud etiam ſedulo notabis,quòd opponens de fal-
ſitate inſtrumenti per modum exceptionis , et defen
9 ſionis,†non teneri ſe inſcribere ad pœnam talionis,
ſed vtrique iudex,ſi ſuſpicetur de calumnia huius op-
ponentis , et excipientis, poteſt ei imponere pœnam
extraordinariam , caſu quo non probat: ita loquutus
eſt Crau. cum adductis, in conſ.28. circa fi.
10 Id quoq; accuratè obſeruandũ eſt,† qđ producens
inſtrm falſum in iudicio, præſumit̃ illud adulteraſſe,
alioſtẽdat,vel nominet auctorẽ : vt ſcripſere Iac. de
But.et Bal.in l.maiorem.C.ad leg.Cornel. de falſ.

11 Et probata hmõi falſitate†reſcinditur ſententia vi-
gore illius lata,& quicquid indè ſequutum eſt.vt ob-
ſeruauit Spec.in §.videndum reſtat.nu.25. de probat.
Nec hoc animaduerſione dignũ præteribo , ad in-
12 ducendam falſitatẽ tria requiri,videlicet † mutatio-
nem veritatis dolum,& ꝙ alteri ſit nocitura : ita pla-
cuit Hoſt.& cenſuit Azo in ſuis ſummis de falſis:ꝑ l.
qđ ſit falſum. ff.de falſ.iũc.l.nec exẽplũ.& l.damnis.
C.eo.de falſ.Pet.de Anch.in cõſ. 23. & Cæph. in cõſ.
355.nu.44.vol.3.Ale.no.in cõſ.78. non puto hũc no-
tarium nu.5.ver.1.modo largiſſimè.vol.1.& ſentit in
conſ.53.in cã,& lite inter Lucam.nu.14.& ſeq. vol.7.
& in conſ.74.viſo teſtõ lo.n.1.eo.vol.1. Quibus addè
13 quartum,ꝙ ſcilicet ſit facta in ſcriptura,† quæ ꝓbat ,
& fidem facit, quia aliàs ſi non probaret,non diceret̃
cõmiſſum falſum:teſte gl.in d.l.damus in verb.priua-
tas,& Bart.in l.1.§.qui in rationib.ff.de falſ.idẽ Paul.
Caſt.in conſ.130.vt̃ dicendũ.nu.1.vol.1.Bal.in conſ.
34.vol.1.Corn.conſ.182.nu.3.vol.4. Soc. in conſ.63.
in 1.par.& in conſ.186.verſ. ſecundus caſus. vol. 2. &
in conſ.104.vol.1.& Alex.in cõſ.145.per totũ. lib. 6.
Contra illud dictũ de falſitate cõmiſſa in ſcriptu-
14 ra,†quæ per ſe non probat:tenet Ant.de Butr.& Abb.
in c.cum olim.de reſcrip.vbi voluerunt,quòd falſan-
tes literas nullas inciderent in pœnam falſi,& ſequit̃
Fel.in c.ex tenore.col.7.de reſcript.Gran.in deciſ.27.
** Primam tñ opinionem dicit eſſe magis* *commu-
nem Gomeſ.in §.pœnales.nu.6.inſt. de act. quem re-
fert etiam Gab.in ſuis concl.lib. 7.q.5. vbi latè proſe-
quitur,quando falſum committens in ſcriptura, quę ꝑ
ſe non probat, debeat puniri pœna falſi.
Quorũ altera ex dictis quatuor deficiente falſitas
non eſt puniẽda:vt notãt ſupradicti ſcribentes. Adde
15 quintã,vt requirat̃ ẽt,†ꝙ hmõi falſitate ſit vſus, aliàs
non eſſet punibilis:vt dixit Abb.in c.accedens.nu. 1.
per illum tex.ext.ff.de crim.falſ.& voluit gl.in d.l.da
mus in ver.priuatus.C.de falſ. ibiq; Bal. & Sal. & do-
cuit Bar.in l.ſi quis legatum.ff.de falſ.Socy.reſpondit
* in conſ.104 poſt redditum.lib.1.& de *communi at-
teſtatur Fran. Turzan. in ſua collectan.commu.opi.
in verb.falſum.Alc.in conſ.145.col.2.ver.confirmo.
lib.6.& latè notat Boſſ.in tract.de falſ.nu. 115.
* Illud vero de falſitate,quæ alicui non noceat* cõ-
muniter approbatur:vt refert Barb.in conſ. 52. nu. 4.
* lib.3.& de communi opi.etiã refert Soc.in conſ.103.
nu.1.lib.1.& Viu.in collect.com.opin.in ver.falſitas.
q̃ nemini.et Turzã.in ſua ẽt collect.cõm.op.c.8.& al
leg.vnũ pro omnibus,vide Clar.in trac.crim.in §.fal-
ſum verſ.item excuſatur ſi falſitas. & latius Menoch.
in tract.de arb.iud.caſ.306.cent.4. nu. 14. cum ſeq.
16 Illud præſciendum eſt, † quatuor modis committi
ſolere falſum , ſcripto, vt in notario ſcribente falſum
inſtrumentum,vt in c.cum Io.c.inter dilectos.de fid.
inſtr.& in l.1.§.qui nominib.& in l.Paulus. §.Paulus.
ff.ad leg. Corn. de falſ.
Dicto,vt in falſo teſte.d.l. 1. §. ſed & ſi mihi ff. ad
leg. Corn. de falſ.
Facto,in eo,qui nummos adulterinos cudit. l. 1. &
l.qui falſam.ff.de falſ.Et in eo,qui falſo metitur.l.qui-
cunq; & l.pen.ff. eo.
Viu,in eo,q falſis ꝓbationib.vtit̃.l.ſi falſ.C.de falſ.
Quorũ ẽt meminit Papien.in ſua prac.in for.libel.
ad reſcin.ſẽt.ĩ ver.ꝓcurauit.n.4.& ſeq̃ Men.in tract.
de arb.iud.caſ.316.in prin.vbi ꝑ tot.tract.de falſa mo
neta.& in ſeq.caſ.317.de menſuris , & ponderib. falſis.

CONCLVSIO DCCXL.

ARGVMENTVM.

Præfationes quædam in cauſis, quæ inducũt iuſtam ſuſpicionem falſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Falſum aliquod datur inſtrumentum, aliquãdo vero ſuſpectum de falſo.*

Digitized by Google

2 *Falſum inſtrumentum illud dicitur, quo concludenter falſum probatur.*
3 *Suſpectum eſſe inſtrumentum de falſo, quando dicatur.*
4 *Suſpitio provenientes ex vitio viſibili habetur pro falſitate.*
5 *Suſpicio falſitatis extrinſeca, & inuiſibilis reddit inſtrumentum ſuſpectũ, non propriè ſuſpicione iuris, ſed hoīs.*
6 *Probationes omnes ſunt arbitrariæ.*
7 *Propter ſuſpicionem extrinſecam falſitatis debet iudex inclinare potius arbitrium ſuum contra inſtrumentum, & ei non adhibere fidem.*
8 *Præſumptio falſitatis inſtrumenti ex eo oritur, quod teſtes in ipſo deſcripti reperiantur mortui. Intellige, vt nu. 9.*
10 *Falſitas arguitur, & præſumitur per comparationem literarum. Contr. nu. 12.*
11 *Inſtr̄m redditur ſuſpectum de falſo propter diuerſitatem caracteris, & literarum apoſtilla: quando eſt adiecta in inſtr̄m manu aliena reddit inſtrumentum ſuſpectum.*
13 *Ad remouendam ſuſpicionem falſitatis bene ſufficit ſola cõparatio literarum ex illa ratione, quod vna præſumptio tollatur per alteram.*
14 *In criminalibus probationes clariores requiruntur, & præſumptiones, quæ in ciuilibus admittuntur in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandum.*
15 *Ex ſubſcriptione notarij purgatur ſuſpicio falſitatis ob diuerſitatem literarum orta.*
16 *Falſitas inſtrumenti præſumitur ex eo, quod inſtr̄m ſit antiquitus cõfectũ, & recenter regiſtratũ, ſiue protocollatũ.*
17 *Ex interuallo, & tarditate arguitur ſuſpicio.*
18 *Falſitatis ſuſpicio, & præſumptio orit ex diuerſitate atramenti. Contrar. nu. 19.*
20 *Diuerſitas atramenti concurrẽtib. alijs inducit ſuſpicionẽ.*
21 *Falſitas inſtrumenti præſumitur ex diuerſitate cartæ.*
22 *Falſi ſuſpicione laborat inſtrumentum, quando recens litera eſt ſcripta in carta antiqua.*
23 *Falſitas inſtrumenti ex eo probatur, quod quis non vult vti tali inſtrumento, ſed rem teſtibus probare.*
24 *Falſitas pſumitur ex falſa inditione in inſtrumẽto poſita.*
25 *Si notarius dixit inditione relicto vacuo, videtur quod inſtr̄m non vitietur, & non reddatur ſuſpectũ de falſo.*
26 *Falſum, & ſuſpectum redditur inſtrumentum ex eo, quod notarius alias ſit ſolitus falſa ſcribere.*
27 *Bona fama, & qualitas notarij tollit pſumptionẽ falſitatis.*
28 *Qui ſemel malus ſemper præſumitur malus, maxime in eodem genere mali.*
29 *Falſitatis ſuſpicio præſumitur, & inducitur contra ſolitum falſa producere.*
30 *Ad inducendam ſuſpicionẽ falſitatis ſufficit per teſtes, & per famam probare notariũ fuiſſe ſolitum falſa facere.*
31 *Ad totam reprobationem inſtrumenti neceſſarium eſt notarium fuiſſe de falſo condemnatum.*
32 *Pro detegenda falſitate inſtrumentorum confugiendum eſt ad ipſam imbreuiaturam.*
33 *Inſtrumentum falſum pſumitur, ſi imbreuiatura nõ producatur, & allegetur ipſius amiſſio. Intellige, vt nu. 34.*
35 *Falſitatis ſuſpicio inducitur, quando inſtrumentum non continet veriſimilia. Amplia vt nu. 36.*
37 *Falſitatis ſuſpicio inducitur ex eo, quod in inſtrumento ſint appoſitæ clauſulæ inſolitæ.*
38 *Falſitatis ſuſpicio inducitur ex inſolito modo, & ſtilo notarij in regiſtratione ſeruato.*
39 *Falſitatis ſuſpicio pſumitur ex diſſimilitudine dictaminis.*
40 *Falſitatis ſuſpicio oritur ex eo quod in margine inſtrumẽti aliquid ſit additum magni præiudicij.*
41 *Falſitatis ſuſpicio præſumitur ex eo, quod per eandem ſcripturam naſcatur repugnantia ſubſtantialis.*
42 *Falſitatis ſuſpicio oritur, quando ſcriptura non fuerit lecta, & publicata.*
43 *Falſitatis ſuſpicio oritur ex raſura in loco valde ſuſpecto inſtrumenti, vel bullæ.*
44 *Falſitas arguitur, quãdo ſcriptura non eſt inmuta inter ſolitas ſcripturas notarij.*
45 *Falſitatem qui plenè probare voluerit, ex duabus præſumptionibus id commode facere poterit.*
46 *Ex probatione falſi per coniecturas poteſt quis torqueri.*
47 *Quando eſt aliqua ſuſpicio falſitatis, & veritas vertitur in dubium ex aliqua coniectura, tabellio eſt torquendus etiam ſi agatur ciuiliter.*
48 *Vbicunq; cauſa ciuilis habet annexum delictum, tunc in eadem admittitur tortura.*

Multæ ſunt cauſæ, quę inducunt iuſtã ſuſpicionẽ falſitatis, ad quas explanandas
antequã accedamus operæ precium fore duxi quędam
præmittere, quæ materiam magis claram reddant.
Animaduertẽdum eſt igitur, ꝙ per iura, & p Do.
* * cõiter plures gradus danẽ in hac materia falſitatis:
1 nam † aliqñ datur inſtrumentum falſum, aliquando
vero ſuſpectum de falſo: vt diſtinguit tex. in l. 2. §. ſi
quis neget. ff. quemad. teſta. aper. vbi ẽt latè gl. Bar. &
alij. & in c. ex lit. de fid. inſtr. & in c. vlt. de crim. falſ. &
de qua dr̃ia inter iuſtr̃m falsũ, & ſuſpectũ de falſo meminit ẽt Gand. in trac. de malef. col. 2. nu. 5. verſ. item
2 no. ꝙ raſura, & col. 3. & 4. vbi inter cætera cõcludit † il
lud dici falſum inſtr̄m, quod concludenter probatur
falſum, nempè ſi probetur rem aliter ſe hr̃e, quã ſcriptum ſit idem decidẽdo ſenſit Bellam. in decis. 157.
& Parıſ. in conſ. 146. nu. 4. vol. 4. & idem ſi tranſũptũ
continet plus, quam protocollum, quia tũc credendũ
eſt protocollo, & tranſumptũ redditur falſum: vt p
multis alle. p Fran. Mar. in dec. Delph. dec. 163. par. 2.
3 Suſpectum vero † quando nulla ſit concludẽs probatio falſitatis, ſed emergit ex quibuſdam ſuſpicionibus veriſimilibus. vt eſt abraſio, aut interlineatura,
de quibus infra dicemus.
Datur etiam alius gradus conſtituens differentiam
inter ſuſpicionem intrinſecam, id eſt prouenientem ex
vitio viſibili: & ſuſpicionem extrinſecã, & inuiſibilẽ.
4 In primo enim volunt abſolutè Doct. † talem ſuſpicionem haberi pro falſitate, vt latè ſup. diximus.
In ſuſpicione vero extrinſeca, & inuiſibili, q̃ ſolet
oriri qñ producitur inſtr̄m ferè extra tps, cũ potuiſſet
prius produci tpe commodo, vel quia continet negotium, de quo reperiuntur facta alia inſtr̄a continentia tenorem, vel effectum diuerſum, vel ſimilia † dñt
5 * cõiter Doct. ꝙ tale inſtrumẽtum redditur ſuſpectũ,
nõ quidẽ ꝓpriè ſuſpicione iuris, ſed hoīs: q̃a tunc eſt
arbitrio iudicis adhibere, vel nõ adhibere ei fidẽ, ea. ſ.
6 gñali rõne, † ꝙ ꝓbationes oẽs ſũt arbitrariæ. l. 3. ff. de
teſti. & p Dec. in cõſ. 650. & 652. & de hac ſuſpicione
extrinſeca hr̃ in c. inter dilectos. de fid. inſt. ibi in omnib. aut imperial. priuileg. vbi Sum. Pontif. ait illam
ſnĩam, de qua ibi agebatur, videri etiã ſuſpectam, quia
de ea nunquã fuerat facta mentio in priuilegiis imperialibus, cum tamen debuiſſet veriſimiliter fieri. & ſic
eſt tex. ibi expreſſus, ꝙ tales ſuſpiciones, quamuis ex-
7 trinſecæ hñt in conſideratione, † & propter iſtam ſuſpicionem extrinſecam debet iudex potius inclinare
arbitrium ſuum contra inſtrumentum, & ei non adhibere fidem: ita cõcludit Bal. in l. ſcripturę. col. 2. C.
de fid. inſtr. Fel. in c. auditis. nu. 33. in fi. de preſc. Curt.
ſen. cõſ. 73. ſup memorata. col. fi. Cur. iun. cõſ. 17. vol.
1. nu. 6. & conſ. 64. col. 5. Crau. conſ. 134. nu. 36. Abb.
in conſ. 99. col. fi. vol. 1. & alios refert la. in cõſ. 168.
col. 2. vol. 4. Alb. conſ. 99. nu. 6. & ſeq.
Nunc deueniẽdo ſpeciatim ad præſumptiones falſitatis, vel ſuſpicionis, dicendum eſt.
Primam p̃ſumptionem falſitatis alicuius inſtr̄i ex
8 eo oriri † ꝙ omnes teſtes in inſtr̄o deſcripti reperiantur
mortui: nam hoc caſu p̃ſumũtur tales teſtes deſcripti,
ne falſitas manifeſtaretur, iux. not. per gl. & Doct. in l.
1. §. fi. ff. quemad. teſta. aper. ita reſpondit apertè Ale.
in conſ. 17. in cã accuſationis poſt nu. 2. verſ. fin. concurrit. l. 1. & Crau. in conſ. 28. nu. 7. vbi etiam adducit
Corn. in conſ. 226. col. fi. ante nu. 5. lib. 3. & in conſil.
70. col. 2. verſ. auget diminutio ante nu. 4. lib. 4. & idẽ
Crau. in cõſ. 249. nu. 8. verſ. decimo clare, & Pariſ. cõſ.
27. nu.

Digitized by Google

27.nu.24.lib.2.latè Barb.in conſ.43.nu.3. vol.1.
9 Iſtud tñ intelligerē†in inſtro nunc recens facto, ſe-
cus in antiquiſſimis; qa in illo caſu facile, teſtes poſt
confectũ inſtrm potuerunt decedere, & ſic ceſſat illa
præſumptio, quam conſiderant Doct. ſupradicti.
10 Secundò arguitur falſitas,†& præſumitur p comparationem literarum: vt auctor eſt Spec.in tit.de prob.
§.videndum reſtat.nu.25.idẽ cenſuit Iaſ.in conſ.168.
col.2.in prin.vol.4.& Ruin.in conſ.68.num.5.vol.4.
vbi inquit, quod propter diuerſitatem characteris,&
11 literarum† redditur inſtrumentum ſuſpectum de fal-
ſo,& fidem non facit. Idem reſpondit Abb.in cõſ.10.
col.2.lib.1.& in cõſ.34.col.2.lib.2.qui loquitur, quã-
do apoſtilla eſt adiecta inſtrumento manu aliena, q a
tũc reddit inſtrm ſuſpectũ: quẽ ſequitur Crau.in cõſ.
88.nu.7.& idem cauit Ruin.in conſ.215.nu. 16.lib.1.
Contrarium tñ tenuit Dec.in conſ.615 nu.3.verſi.
12 & quibus omnibus, vbi inquit, † ꝙ illa probatio facta
per comparationẽ literarum non ſufficit: per doctrin.
Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.& in auth.& ſi contractus.C.de fid.inſtr.& in l. nuda ratio.ff.de dona.in
quo conſi.tradit Dec.quomodo deponere debeãt te-
ſtes ſuper recognitione literarũ, de quo nos diximus
ſupra in Concluſ. comparatio. idem videtur ſentire
Purp.in d.l.admonẽdi,col.30.ff.de iureiur.vbi voluit
ſaltem fieri poſſe indicium ad torturam ſecundũ qua-
litatem perſonarum. Idẽ ſentit Rip.in d.l.admonen-
13 di.nu.100.vbi tñ inquit, † quod ad remouendam ſu-
ſpicionem falſitatis benè ſufficeret ſola comparatio
literarum ex illa ratione, quod vna præſumptio tol-
latur per alteram.l.diuus.ff.de in integr.reſtit.
Attamen vtranq; opinionẽ tuendo poteſt dici opi-
nionem Decij,& aliorum habere locum, quãdo agit
criminaliter: vt conſuluit idem Dec.in d.cõſ.615.pro
Caſtognola de Spedia. Aliorum autem priorem ſe-
quentium procedere, quando agitur ciuiliter ex illo
14 peruulgatiſſimo effato, † quòd in criminalibus clario-
res probationes requirãtur, ex l.vlt.C.de prob.& præ-
ſumptiones, quę in ciuilibus admittuntur in crimina-
libus non ſufficiunt ad condemnandum: vt not. Ant.
de Butr.in c.quanto, de præſump. quem ſequendo cũ
alijs refert Dec.in d.conſ.615.nu.3.
Primò limita affirmantem ſcribentiũ ſententiam
locum ſibi non vendicare, quando data diuerſitate
literarum, Notarius qui rogatur de inſtrumento ſub-
15 ſcripſiſſet ipſum inſtrumentũ: †nã ex tali ſubſcriptio-
ne purgatur illa ſuſpicio falſitatis & vĩ includere effe-
ctum omnium præmiſſorum, ad quę habet relationẽ:
ita concludit Anch.d.conſ.243.primo de iuribus,& ſe-
quitur Alex.in conſ.14.viſis,& conſideratis.num.18.
verſ.quinto probatur.lib.6.idem ſenſit Alex. in conſ.
147.ponderatis his.n.4.& ſeq.vol.2.cui accedit Dec.
in conſ.447. nu.9.de quo nos fuſius ſupra in Concluſione comparatio literarum.
16 Tertiò præſumitur falſitas inſtrumẽti ex eo,† quòd
ipſum inſtrumentum ſit antiquitus confectum,& re-
center regiſtratum, ſeu protocollatũ: quia ſi verè cõ-
ditum fuiſſet tempore, quo confectum apparet, veri-
ſimile eſt, quòd eodem tempore fuiſſet protocollatũ:
vt probatur p tex.in c.inter dilectos.§.ſecundo quia,
& §.rurſus, de fid.inſt.& notat etiam Crau. in cõſ.28.
nu.3.& conſ.134.nu.36.text.& ibi Abb.in c.quia ve-
17 riſimile.de præſump.†nam ex interuallo, & tarditate
arguitur ſuſpicio: teſte Cyn. in l.1.C. vt quæ deſunt
aduoc.quod & probauit Fed.de Sen.in conſ.93.factũ,
quod proponitur.col.2.poſt med.Anch.in conſ.234.
caſus talis eſt poſt præceptum.Caſtr.in conſil. 281. in
cauſa iſta quinq; in prin.& conſ.282.nu.3.vol.1. Bal.
in termin.conſ.37.nu 6.lib.1.Crau.conſ.75.num.9.&
conſ.298.nu.17.ſequitur Dec.Pedemont.117.num.9.
& Franc.de Capitibus Liſtæ, in conſ. 71.num.15.in-
ter conſ.crim.lib.1.Bald.in l.ſcripturæ, circa med. C.
de fide inſtrument.

18 Quartò oritur ſuſpicio,† & præſumptio falſitatis ex
diuerſitate atramenti: ita not.Spec.in d. §.videndum
reſtat, de prob.nu.25.idem cenſuit Cur.iun.in cõſ.52.
ſic ſenſit,& Anch.in conſ.431. quod etiam compro-
bauit Soc.iun.in cõſ.41.n.7.lib.1. nec id latuit Ceph.
in conſ.287.nu.27. lib. 2. nec ab hoc receſſit Brun. in
conſ. 95. nu. 1. qui inquit in hoc multum eſſe iudicis
arbitrio tribuendum: quod Abb.& Fel.affirmarunt in
c.inter dilectos, de fid. inſtr.
19 Contrarium†ſentit Crau.in cõſ 88.nu.7. poſt Soc.
in conſ.94.col.fi.verſ.circa tertium dico.lib.1.idẽ cõ-
firmauit Pariſ.in conſ.28.nu.58.lib.2. cui etiam ſen-
tentiæ adhæſit Ruin.in conſ.68.nu.5.vol.4.per tex.in
c.inter dilectos, de fid. inſtr.
Hanc poſteriorẽ opinionẽ intellige procedere, qñ
20 nullũ adeſſet aliud adminiculũ.†tũc. n. ſola diuerſi-
tas atramenti nõ ſufficit ad ſuſpicionẽ, niſi ẽt exteriret
diuerſitas manus ſcribẽtis, aut alia cõcurrerent: nam
tunc hmõi diuerſitas, concurrentibus alijs, induceret
ſuſpicionẽ: ita notat Crau.in conſ.88.nu.7.& in conſ.
134.nu.27.in fi.& ſequitur Ceph.in conſ.287.nu.27.
21 Quintò præterea † præſumitur falſitas inſtri ex di-
uerſitate chartæ: vt tradidit Spec.in d.§.videndum re-
ſtat.nu.25.de prob.de quo etiam Iaſ.in conſ.168. col.
2.in prin.vol.4.per gl.in c.in memoriam.19.diſtin.ſic
obſeruauit,& Bal.in c.inter dilectos nu.14. verſ.item
not.quod ex qualit.chartæ,& ibi gl.de fide inſtr. qui-
bus cõuenit, quod elapſis diebus accidit de quodam
inſtrumẽto antiquiſſimo reperto in Archiuio cuiuſ-
dam Notarij mortui, quod ſanè inſtrumentum proba-
bat, & cõtinebat, quicquid pars contra partem pro ſua
intentione optabat: quare de hoc inſtrumento valdè
admiratus aduocatus illius, cõtra quẽ producebatur,
diligenter illud inſtrm perſpiciens, adnotauit chartã,
in qua tale inſtrumentum erat deſcriptum ſignatam
eſſe quodam ſigno, cuius artifex adhuc viuebat;& ta-
li ſigno adhuc vtebatũ. Vnde ex huiuſmodi animad-
uerſione ille aduocatus incidit in dubitationẽ hmõi
inſtrumentum eſſe falſum, quare in iudicio probauit
eo tempore, quo apparebat dictum inſtrumentũ con-
fectum fuiſſe, qualitatem dictæ chartæ non reperiri,
& recognoſcendã curauit illã chartam a fabricatore
ſuperſtite, q atteſtatus fuit,& clarè probatum ex com-
paratione aliarum chartarum ſimiliũ,& ſigni eiuſdẽ,
illam chartã eſſe ſui ſigni,& per eum fabricatam fuiſ-
ſe. Et ita fuit probata falſitas dicti inſtrumenti.
22 Rurſus verò † qñ recens litera eſt ſcripta in charta
antiqua; quæ poteſt ẽt cognoſci eodem modo, quo
ſupra, inſtrm laborat ſuſpicione falſi: vt not. Anch.in
conſ.431.ſub nu.2.ver.deſcendo ergo, per tex. in c.in-
ter dilectos.verſ.ſecundo quia,& verſ.rurſum, de fide
inſtr.vt aſſeruit Crau.conſ.28.nu. 3.& Franc. de Cap.
Liſtæ conſ.71. inter conſ.crim. nu.11. & 12.lib.1.atq;
D.Menoch.de arbit.iud.caſ.187. nu.36.
Sed prima eſt magis certa: nã in iſta ſecunda char-
ta poteſt eſſe antiqua,& in ea tamen recenter ſcriptũ,
quod quidem ceſſat in prima, non poteſt enim eſſe,
quod in charta nunc recẽs fabricata ſit ſcriptum ali-
quid à ſcriptore antiquo.
Sextus erit probãdi falſitatem inſtrumenti modus
23 †ex eo, ꝙ quis non vult vti tali inſtro, ſed rem teſti-
bus probare, nam ſi ſcriptura, ſiue inſtrm non eſſet fal
ſum, vel ſuſpectum de falſo, vtiq; ab illo recedere nõ
deberet, cum inſtrumentum ſit probatio probata.l.
cum precib.C.de prob.cum ſimilib. hanc ſuſpicionẽ
in ſimili arguit Cur.iun.in cõſ.64.col.3.verſ.profectò
iſta coniectura.& ſeq.Crau.in conſ.134.num. 30. per
tex.in l.ſi aduerſarius.C.de fid.inſtr. & notatur in l. ſi
falſos.C.de falſ.
24 Septima ratio poterit eſſe præſumendi falſitate†ex
falſa indictione in inſtro poſita, quod nedum locum
habet, ſi omnino ſit omiſſa indictio, ſed ẽtſi Notarius
errauerit in ſubductione indictionis: vt notat Bald.
in d.c.

in d.c.inter dilectos.nu.14. vbi ẽt inq̃t Dy. cõſuluiſſe
cõtrariũ.ſ.nõ facere mentionẽ de indictione viriare
inſtrm,ſecus ſi per imperitiã notarij ſit erratũ in rõne
ſubducenda. indictionis: vtporè ſi appareat error ex
annis Dñi.Idem no.Bar.in l. ſi librarius. ff. de re iud.
25 & ſubdit idẽ Bal.† ꝙ ſi notarius dixit indictione reli
cto vacuo cauſa forſan ſcribendi eã, vt quod inſtrm
non vitietur, & non reddatur ſuſpectum de falſo, cũ
ex annis domini poſſit apparere certitudo. Idem erit
ſi in principio illius quaterni, in quo eſt ſcriptum ta-
le inſtrumentum ſine indictione cõtineatur indictio
quia vna ſcriptura ſupplet alteram per l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.ſi initium tabularum. ff.de eden.
26 Octanò præſumitur inſtrm, † & redditur ſuſpectũ
de falſo ex eo, ꝙ Notarius aliàs ſit ſolitus falſa ſcri-
bere.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.& area.& not.gl.in l.iu-
bemus.C.de proba.Bar.in l.eadẽ.§.hac l.ff.ad le.Iul.
repet.Io.de Anna.conſ.39.nu.2. Crau.conſ.134. nu.
34.deciſ.Pedem.113.nu.11.Pariſ.conſ.54.nu.3.lib.4.
27 Boſſ.in tit.de falſ.nu.7. & 8. Sicut econtra † bona fa-
ma,& qualitas notarij tollit præſumptionem falſita-
tis.Bal.in l.2.C.de falſ. Petr.Foller. conſ.78.nu.15.in-
ter conſ.crim. rom.3. Idem reſponſum eſt à plurimis
alijs,vt à Bal.in conſ.444.ſub nu.2.verſ.ſecundo mo-
do redditur.lib.1.& obſeruauit gl.in l.ſi quis ex argen
tarijs.§.3.ff.de eden.& Ruin.in conſ.35.nu.50. vol.4.
& Bertr.ex multis adductis in conſ.4. in 2.par. vol.2.
& maximè nu.7.& vide latè Marzar.in cõſ. 21. in t.
dubio.& Crau. in conſ.73. ſub nu.22. cui ſuffragatur
28 pronunciatũ illud ,† qui ſemel malus ſemper præſu-
mit malus,maximè in eodẽ genere mali.c.ſemel ma
lus.de reg.iur.in 6.& cõſiderat Ceph.in cõſ 287.n.30.
29 Primò amplia idem procedere † contra ſolitũ fal
ſa producere:qa tali caſu præſumit, & inducit ſuſpi-
cio falſitatis:vt notat Bal.in d.conſ.444. verſ.ſecũdo
redditur ſuſpectum.lib. 1.cum reſtrictione ibid.
Secundò amplia,vt vſq; eo procedat,ꝙ non requi
ratur ad inducendã talem ſuſpicionem ſn̄ia contra
30 Notarium,† ſed ſufficit per teſtes, & per famã proba
re ipſum fuiſſe ſolitum illa facere: vt eſt expreſsè de
mente Bar. & aliorũ in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemad
mo.teſta.aper. vbi inquit ſatis eſſe, ſi probetur perſo-
11 *Teſtes ſuper fama etiamſi deponant eſſe publicam vocem, & famam apud maiorem partem populi, non probant niſi reddant rationem dicti ſui per ſenſum corporis.*

12 *Teſtes ſuper fama etiam non interrogati debent reddere cauſam ſcientię, & rationem dicti ſui.*

13 *Ad effectum probandi famam teſtis etiam non interrogatus debet exprimere perſonas à quibus audiuerit.*
Contrarium nu. 16.

14 *Iudici conſtare non poteſt vtrum de honeſtis, an verò à ſuſpectis perſonis traxerit fama originem, niſi certę perſonæ nominentur.*

15 *Fama ſi habere debet originem à rationabilibus, & probabilibus cauſis, illas exprimere debent teſtes.*

17 *Teſtes ſuper fama tenentur exprimere certas perſonas, ſaltem duas, à quibus audierint, licet de alijs non recordentur.*

18 *Fama debet habere originem à perſonis honeſtis, & fide dignis, non autem à maleuolis, & improbis.*

19 *Fama ſi agatur de re commiſſa in lupanari, poteſt oriri à meretricibus, & lenonibus: non autem à doctoribus, vel equitibus, & ſi agatur de chartis, vel taxillis falſis, poterit ortum habere à luſoribus, & barris.*

20 *Fama quando confirmatur ex veriſimilibus, & probabilibus coniecturis, tunc teſtis etiam interrogatus non debet dicere neceſſario à quibus perſonis audierit.*

21 *Teſtium ſuper fama ſi magnus eſt numerus ex multitudine ipſorum res dicitur notoria.*

22 *Fama non probatur, niſi teſtes qui dixerint audiuiſſe à maiori parte populi, dicant etiam à quo populo, vel cuius ciuitatis.*

23 *Teſtes ſuper fama etiamſi ſint ſingulares, vel ſibi ipſi contrarij in loco, & tempore, tamen probant famam.*
Contr. num. 25.

24 *In probanda infamia alicuius teſtes ſingulares ſufficiunt.*

26 *Cum quilibet teſtium probet ſemiplenè, dici poteſt omnes ſimul plenè probare.*

27 *Fama non probatur, cũ neuter teſtis tot expreſſerit in numero quot expreſſi facerẽt maiorẽ partẽ uiciniæ, uel populi.*

28 *Teſtes ſuper fama dicuntur probare, & eſſe conteſtes, ſi addiderint illam generalem clauſulam, uidelicet, & à quibuſdam alijs audiui.*

29 *Si illud, de cuius fama quæritur, æque reſpicit utrunq; ſexum, fama probatur, ſi in maiori parte populi, uel uiciniæ comprehenduntur mulieres.*

30 *Teſtes ſuper fama deponere etiam debent, à quo tempore fama traxerit originem. Subintellige, ut nu. 31.*

32 *Teſtis interrogatus quid ſit fama, id exprimere debet, aliter non probat.*

33 *Teſtes deponentes de fama cognoſcere debent proprietatẽ, & effectum famæ.*

34 *Teſtis ſuper bona fama ſi interrogatus fuerit quid ſit mala fama, id exprimere debet.*

35 *Teſtis interrogatus ſuper fama non eſt neceſſe diffinire uerbis iuris famam, ſed ſatis eſt, quod per uerba facti illã exprimat.*

36 *Superuacaneis uti non debemus.*

37 *Teſtes ſuper fama deponentes morati eſſe debent, & bonæ famæ, & non mulierculæ, & homines uiles.*

38 *Teſtes deponentes ſuper fama non compelluntur ad iurãdum, & dictum ſuum ualet.*

1 Fama igitur † probatur p duos teſtes: vt tradit Bar. in l. de minore. §. plurimum. nu. 19. verſ. quæro qualiter probetur. ff. de quæſt. & ſeq. Abb. conſ. 25. num. 1. & 5. idem tradidere Salyc. in l. ea quidem. col. 32. in fin. C. de accuſat. Felyn. in cap. tertio loco, de præſumpt. Dec. in conſ. 272. nu. 10. Bertrand. in conſ. 126. num. 7. vol. 7. Marſ. in d. §. plurimum. nu. 101. aliàs 93. per l. vbi numerus. ff. de teſt. & eſt caſus in c. inquiſitionis. de accuſatio. vt & tradidit Clar. in pract. crim. §. vlt. lib. 5. q. 6. verſ. ſciendum eſt autẽ, vbi
* de* communi ſententia teſtatur. Qui teſtes deponere debent ſe audiſſe publicè ita dici, & à pleraque parte populi: ita placuit Glo. in l. 3. §. eius quoq;. ff. de teſtib. quam ſequitur Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. nu. 19. ff. de quęſt. & ibid. Marſ. nu. 46. vbi adducit in hanc ſententiam plurimam ſcribẽtium turbam idem ſen-
2 tientium, quòd teſtes, volentes probare famam, † debẽt dicere, quòd audiuerint publicè dici à maiori parte populi alioqui non probarent famam. idem voluit Corn. in conſ. 127. col. fi. lib. 4. Dec. in conſ. 210. col. fi. & ſequitur Crauet. conſ. 41. nu. 5. Alex. in conſ. 70. nu. 7. volum. 3. Iaſ. in conſ. 78. nu. 2. volum. 3. Socyn. Iun. conſ. 69. nu. 19. volum. 1. Stephan. Bertran. conſ. 184. num. 15. & 16. in 1. part. volum. 2. & in conſ. 126. nu. 7. volum. 7. Paris. in conſ. 27. nu. 37. volum. 2. Barbat. in conſ. 90. num. 14. volum. 4. Iterum Paris. in conſ. 104. num. 161. volum. 1. & in conſil. 112. num. 26. eodem volum. & in conſ. 153. num. 13. volum. 4. Nam ſi teſtis tantummodo diceret, quòd id audiuerit publicè, nõ ſufficeret, cum fieri poſſet, quòd vnus ſolus id publicè dixerit, vt ex adductis per Dec. in conſ. 57. ſub num. 4. & Ang. in l. 3. ff. ad Macedo. & Alex. in conſ. 25. vol.
3 4. & in cõſ. 70. vol. 3. † Ad quam inducendam famam requiritur minimum decem; ſecundum Salyc. in l. ea
* quidem. col. 3. circa prin. C. de accuſat. & de* communi opinione atteſtatur Ioan. de Ami. in conſ. 127. ubi num. 13. verſ. item requiritur. Quòd ſcilicet non ſufficiat dicere audiuiſſe publicè, ſed requiritur illa quali-
* tas à maiori parte populi, & de* communi dicit etiam idem Clar. vbi ſupra, verſic. debent etiam dicere. vbi ſexcẽtos allegat, præſertim Corn. in conſ. 304. in litera I. lib. 4. vbi dicit, quod ita aliàs obtinuit contra Benedict. Capram, & ſæpius vidit in iudicijs hoc pro ſatis claro cenſeri. hanc etiam concluſionem dicit eſſe
* *communem Alex. in conſ. 123. nu. 3. lib. 8. & Socin. in conſ. 54. num. 27. lib. 4.

In contrariam deſcendit ſententiã Bal. in c. literas,
4 nu. 2. de præſump. vbi tenet, † quòd ſufficiat dicere audiuiſſe publicè, & tenuit Rot. vt per Veral. in deciſ. 299. lib. 1. manu ſcript. & Bal. in l. hæredes palam, in prin. de teſt. & in l. teſtiũ. C. eo. & Sal. in l. ea quidem. C. de accuſ. col. 3. verſ. 5. ad idem, & Alex. in d. §. plurimum, & ibidem Marſ. nu. 48. & Barb. in conſ. 5. in
** prin. vol. 4. & de** magis recepta opinione atteſtatur Burſ. in conſ. 87. num. 47. & hanc opinionem Bald. in
* praxi ſeruari, & contra Bart. eſſe* communem obſeruantiam teſtatur Caſſiod. deciſ. 3. maximè num. 7. de prob. & poſt eum ita ſeruari in curia Romana aſſerit Paris. in conſ. 52. in fi. lib. 3. & Ferret. in conſ. 168. poſt
5 nu. 19. quam quidem obſeruantiam † Romanę Curię in materia probationũ omnes aliæ curię debent imi-
* tari, quinimò hãc opinionem Bar. eſſe* communem, & in iudicando ſequendam ait Calc. in conſ. 8. num. 11. & dicit Alex. ſibi contrarius in conſ. 102. num. 17.
** lib. 7. videri, quod** magis cõmuniter damnetur illa opinio Bart. Apud Mediolanenſes etiam indiſtinctè ſeruari opinionẽ Bal. contra Bar. dixit Clar. in pract. crim. lib. 5. §. vlt. verſ. ſed certè hęc opin. Bar. vbi illud inſuper addit, quod ille aduocatus, qui vellet ſuper hoc inſiſtere reputaretur cauilloſus, & proculdubio ſuccumberet. quod in præſentia à me dictũ ſit, velim propter Dominos meos Aduocatos Placentinos, qui adeò ſubtili pollent ingenio, vt iudicibus ipſis, ni caueant, tenebras offundant.

Amplia priorẽ opinionẽ vſq; eo procedere, vt ſi teſtes ẽt dicerent à multis, vel ẽt à mille, non propte-
6 reà diceretur fama probata; † quia non ſequitur, ergo

maiori parte Nam multi dicũtur tres, vel quatuor, ex leg. 1. §. hoc reſcriptum, vbi notant Doctor. ff. ad Silla. & l. licet Imperator. ff. de leg. 1. quod ẽt tradidit gl. in c. latores, de cler. excom. mini. Nam etiam in ciuitate poſſent eſſe tria, vel quatuor millia hominum, vnde probatio non concluderet maiorem partem, & nõ releuaret probantẽ. c. in præſentia, de prob. & l. nõ hoc. C. vnde cognati, & refert ſequendo Io. de Amic. in alleg. conſ. 127. nu. 14. & Corn. in conſ. 176. colu. 3. vol. 4. Alex. conſ. 70. nu. 7. vol. 3. & Crau. conſ. 41. nu. 5. & Ruin. in conſ. 64. nu. 12. vol. 4. quibus conueniũt ea, quæ notauit Bal. in conſ. 277. nu. 1. lib. 3. vbi inquit
7 † non ſufficere dicere audiuiſſe publice à pluribus, & pluribus, quia plures, & plures ſunt quatuor, & non maior pars populi, quod idem ſequitur Aret. in conſ. 103. nu. 2. & de * communi opinione atteſtatur Imol. in l. hæredes palam, in prin. ff. de teſta. quem ſequitur Nat. in conſ. 18. nu. 11. lib. 1. & Ceph. in conſ. 225. nu. 41. & 42. lib. 1.

Primò limita illud dictum, quod ſcilicet debeant teſtes deponere audiuiſſe à maiori parte populi, non procedere, qñ quęritur de fama alicuius ſuper peritia,
8 vel ſcientia ipſius, † quia tũc ſufficit eſſe famam inter peritos, & diſcipulos eiuſdem ſcientiæ, vt ſi de fama ſcholaris quęrat. ſufficit inter ſcholares legiſtas eſſe, ſi fuerit legiſta, ſi vero canoniſta inter canoniſtas: ita cenſuit Sal. in l. ea quidẽ. col. 31. ver. quinimmo ſcias. C. de accuſ. per glo. in l. quidam. §. quod dr̃. ff. de acq. har. dũ dicit multorum, qui hoc ſcire poſſunt, & in l. in ratione §. quod vulgo. ff. ad leg. Falc. Nam inquit, quod ibi dicitur, quod vulgo dicitur, intelligi debet à ſapientibus, & magiſtris, qui hoc ſcire debent.

Secundò limita, & intellige tñ pcedere in negotiis
9 magnis, † in quibus requiritur, vt deponant famã eſſe totius ciuitatis, vel maioris partis: ſecus in negotiis paruis, in quibus ſufficit fama viciniæ, vel cõtratæ. ita docuit Bart. in d. l. de minore. §. plurimum. col. 2. nu. 12. per l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hær. & in c. illud, de præſump. vt ſi agitur de probanda morte regis per famam, tũc requiritur totius ciuitatis, vel maioris partis eiuſdem, quæ totum populum repreſentat, ſecus ſi non ſit aliquid magnum, vel notabile, quia tunc, vt diximus, ſufficit fama viciniæ, vel cõtratæ: ita etiam dixit Sal. in d. l. ea quidem. colum. 3. circa princ. C. de accuſat.
10 Secundò ampliãda eſt concluſio, † vt ẽt ſi teſtes deponerent de omnibus cognoſcentibus aliquem, quia ex hoc non inducitur probatio famæ. Nam cognoſcentes talem poſſunt eſſe minor pars hominum, qui ſunt neceſſarij ad ducendam famam: vt interrogatus reſpondit Corn. in conſ. 232. nu. 12. & 14. lib. 2. & cautum ſuit à Bal. in conſ. 406. nu. 3. lib. 1. & in conſ. 447. ad fi. vol. 5. refert etiam Crau. conſ. 41. nu. 5.

Tertio amplia vſq; eò procedere, etiãſi teſtes deponerent eſſe publicã vocem, & famam apud maiorem
11 partem populi. Nam eo caſu, † niſi reddãt rationem dicti ſui per ſenſum corporis, veluti quia audierunt à maiori parte populi, & dicant à quibus traxit originẽ, & exprimant cauſas, ex quibus populus fuit inductus ad ſic credendũ, non probãt: vt latè per Ruin. in conſ. 158. nu. 23. lib. 3. Alex. conſ. 150. lib. 1. Corn. cõſ. 340. nu. 8. vol. 1. Bertr. in conſ. 184. nu. 15. par. 2. Corn. in conſ. 329. nu. 36. vol. 1. & in conſ. 19. nu. 2. vol. 1. & in conſ. 250. nu. 1. eo. vol. 1. Soc. iun. cõſ. 36. nu. 29. vol. 2. Curt. iun. conſ. 122. n. 1. par. 2. Fulg. in conſ. 184. poſt princ. col. 3. & in conſ. 36. in fi. col. 3. Cuman. in conſ. 78. & conſ. 77. in princip. 2. col. Hippol. conſ. 8. nu. 22. volum. 1. conſil. 20. num. 12. 41. & 42. conſil. 31. num. 38. cõſ. 41. num. 10. conſ. 76. num. 22. Bertran. conſ. 26. volum. 2. num. 9. eo, quod teſtes debent deponere de cauſis probabilibus; quæ inducant populum ad ſic credendum: tenet Bertran. in conſil. 126. num. 9. vol. 7. & in conſil. 61. num. 5. volum. 2. Pariſ. in conſil. 27. nu. 36. & 38. & in conſ. 153. num. 12. vol. 4. & Alex. in conſ. 180. nu. 20. lib. 6.

12 Extende hmõi ampliationem procedere, † etiamſi non ſint interrogati. Nam etiam tũc debent reddere cauſam ſcientiæ. & rationẽ dicti ſui: vt auctor eſt Bal. in l. quid ergo. §. quæſitum. ff. de infa. & in rubr. C. de prob. & in l. 3. C. de teſtib. & Alex. in conſ. 70. num. 7. vol. 3. vbi inquit, quòd niſi probentur iſtæ probabiles cauſæ, à quibus fama traxit originẽ, non dicitur fama probata, ſed potius vana vox populi, quæ exaudiri nõ debet. l. decurionum. C. de pœnis, & alia per eum ibi adducta, & quòd teneantur reddere rationem, & cauſam etiam non interrogati latè tenent Bertr. in conſ. 126. num. 8. vol. 7. & in conſ. 61. nu. 5. vol. 2. & in conſ. 167. n. 10. vol. 5. & tradidit Dec. in c. 1. nu. 20. de appel. Pariſ. in conſ. 27. nu. 100. vol. 1. & in conſ. 112. nu. 27. vol. 1. Alex in conſ. 25. nu. 5. cum ſeq. vol. 4. & in cõſ. 34 nu. 6. lib. 7. Philip. Franc. in c. dilecti, de appell. nu. 7. Aret. in conſ. 121. nu. 3. Ruin. in conſ. 44. nu. 13. vol. 4. & in conſ. 59. nu. 9. eo. vol. 4. Dec. in conſ. 575. nu. 8. Hipp. in conſ. 15. nu. 11. vol. 1. conſ. 181. nu. 41. vol. 1. & in conſ. 20. nu. 43. & conſ. 76. nu. 22. & Nel. in tract. de teſt. nu. 172. Bert. conſ. 56. nu. 5. par. 2. Bal. conſ. 283.
13 nu. 3. par. 1. † Et quòd teſtis etiam nõ interrogatus debeat exprimere pſonas: à quibus audiuerit, ad effectũ probandi famã, apertè declarauit Inn. in c. cum oporteat. vbi etiam Io. And. de accuſ. & idem Io. Andr. in c. qualiter, & quando, & Ang. in l. ea quidem. C. eod. Blanc. de indit. nu. 312. latè Gramm. vot. 34. nu. 14. & ex * communi dixit Suar. commu. opin. in verb. fama. nu. 35: Dec. conſ. 37. col. pen. Gramm. conſ. 42. nu. 8. 9. & in cõſ. crim. 1. de qua etiam * communi aſſerit Michael de Graſſ. lib. 2. commu. opin. c. 19. quam etiam * teſtatur Burſ. conſ. 20. nu. 30.

Iſtud ea ratione confirmatur: etenim ſi fama debet habere originem ab honeſtis, & prouidis, & non maleuolis perſonis, neque ab eo, de cuius cõmodo agitur, vt ſupra diximus, & fuit deciſum in deciſ. Pedem.
14 101. nu. 17. & ab Affl. in deciſ. 337. num. 2. † fieri non poteſt, quòd iudici conſtet, vtrum de honeſtis, an vero à ſuſpectis perſonis traxerit fama originẽ, niſi certæ perſonæ nominentur. vt dicit Inn. in d. c. qualiter, & quando, de accuſ. & meminit Spec. tit. de inquiſit. in §. nunc tractemus. verſ. quid ſi ille negauerit, circa fi. idẽ obſeruauit Alex. in add. ad Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. nu. 43. nõ enim in arbitrio teſtis poſitum eſt iudicare, an illæ perſonæ, à quib. audiuit, ſint graues, & bonæ, vel fidedignæ, vt ait Ioan. Andr. in c. cum oporteat, de accuſ. vbi dicit ita in vſu forenſi ſolere ſeruari, quod etiam voluit Abb. in cap. cum cauſa, de teſtib. & Nel. in tractat. de teſtib.
15 num. 166. in 2. part. Item † ſi fama debet habere originem à rationabilibus cauſis, & probabilibus, vt etiã ſupra diximus, illas exprimere debent teſtes, vt cognoſcatur, an ſit vana vox populi, cui non eſt credendum, vt pauloante explicauimus per l. decurionum. C. de pœn. & de * communi atteſtatur Corn. conſ. 223. ſub num. 11. lib. 2.

Contrarium tñ, quòd ſcilicet teſtis non interrogatus, nõ teneatur nominare perſonas, à quibus audiuit,
16 ſed ſatis eſſe ſi dixerit, † quod maior pars populi vel viciniæ id dicat: tenet Sal. in l. ea quidem. colum. 35. verſic. ſeptimo ſi teſtis. C. de accuſat. vbi inquit hoc caſu partem contra quam depoſuit debere probare apud perſonas viles huiuſmodi extare famam, vel à vilibus perſonis habuiſſe originem, & quod teſtes debeant interrogari ad hoc, vt nominẽt perſonas, cẽſuit Alex. in d. §. plurimum, & ibidem Hipp. de Marſ. nu. 50. & Iaſ. in conſ. 78. nu. 2. vol. 3. & conſ. 81. nu. 2. eod. volum. & * de communi atteſtatur Aufrer. in addi. ad Capel. Tholoſ. in deciſ. 379. ver. quæro ſi teſtis. & hoc
17 caſu † teſtes teneantur exprimere certas perſonas, ſaltẽ duas, à quibus audiuerant, licet de alijs non recordentur, vt

tur,vt voluit Marſ. in d.§.plurimum,nu.43.de quæſt.
ꝙ & in pluribus locis placuit Alex.in conſ.83.vol.1.
& in conſ.159.col.penul.vol.5.& in conſ.101. vol.6.
conſ.70.col.2.verſ.2.quia dico,lib,3.cui accedit Rui.
in conſ.158.nu.23.lib.5. idem probauit Ceph.in cõſ.
225.nu.38.lib.2. ſic ēt arbitratus eſt Aret.in conſi.73.
col.penult. neque præterijt Nell. in tract. de teſtibus
part.2.num. 162. aliàs huiuſmodi fama ſine iſtis cir-
cunſtantijs eſſet quoddā ſomnium,& quidā rumor,q
ſæpè à veritate abhorret, cum non manet ab aliqua
radice,ſed ab incerto auctore: vt dicit Bald. in cap.
vigilanti,num.5. de præſcript.l.fin. ff.de hæred.inſtit.
& ſequitur Fel. in cap. ſi diligenti, num. 5. verſ.con-
cludit.eo.de præſcript.

Sed certè cõem eſſe practicam dixit Clar. in prac-
ticam.lib.5.§.vlt.verſ.ſed quid ſi. quod interrogentur,
& adhuc ſi non eſſent interrogati, cenſet idem Clar.
ibidem,ꝙ in criminalibus non probarent,niſi nomi-
narent eos,à quibus audierunt.ea rõne,de qua paulo
18 ante diximus.† nam debet fama habere originē à p-
ſonis honeſtis,& fidedignis, non aūt à maleuolis,&
improbis,vt oēs fatentur. quod idem intelligit Clar.
niſi agatur de re turpi. nam eo caſu non eſſet contem
nenda fama, quæ ortum haberet à turpibus perſonis.
19 vt ſi agatur de re commiſſa in lupanari,† poterit oriri
fama à meretricibus,& lenonibus,non autem à DD.
vel equitibus, qui non ſolent ibi verſari. ſic etiamſi
agatur de chartis,vel taxillis falſis,poterit fama ortū
habere à luſoribus, & barris, & non erit,vt diximus,
per iudicem contemnenda.

Limitabis huiuſmodi poſteriorem ſententiā non
p ocedere, quādo fama confirmaretur ex veriſimili-
20 bus,& probabilibus coniecturis,† tunc certè teſtis ēt
interrogatus non debet dicere neceſſariò à quibus
perſonis audierit,eo quod fama poſſit habere ortum
à coniecturis,& argumentis probabilibus,nec requi-
ritur,ꝙ tunc habuerit originem à prouidis, & hone-
ſtis perſonis,cum defectus perſonarum ſuppleatur p
argumenta probabilia,vt ſi contra furem inuentū in
domo alicuius,dominus, vel famulus per fora,perq;
vicos exiuerit exclamādo,occurrite furi. Nā tunc ex
iſto actu fugę illius,& inſequutionis dicti famuli,vel
alterius oritur fama in ciuitate,ꝙ talis patrarit furtū,
& ſic ex illo actu populus in tali ſuſpicione deducit:
ita Bart.loquutus eſt in d.§.plurimum.col.3. circa fi.
per l.itaque. ff ad l. aquil. & idem tenet Bald. in l.ea
quidem.col.fi.C.de accuſat.& Franc.Areti.in c.cum
oporteat,de accuſ.& refert Aufre. in addit.ad Capel.
Tholoſ.deciſ.379. in verb.quæro ſi teſtis.

Primò limita principalem ampliationē non pro-
21 cedere,† ſi magnus ſit numerus teſtiū,veluti decem,
ſecundum Felin.in c.cum oporteat,nu.6.de accuſat.
& Bal.in authen.quod locum.col.2. C. de collar.vel
ſeptē,quia numerus etiam dicitur magnus: vt nuncu
patim cauit Abb.in conſ.72.nu.5. Nam tunc ex hu-
iuſmodi multitudine teſtium res dr̄ notoria,vnde tūc
non eſt neceſſe exprimere à quib. pſonis audiuerint:
idem Alex.in addit.ad Bart.in d.l.de minore.§.pluri-
mum,ſub nu.21.ff.de quęſt.& Guliel.de Crem.in cõſ.
10.incipien.in Dei nomine.in q.p̄dicta.& DD. Rot.
vt per Pur.deciſ.12.de probat.in manuſcript.
22 Quartò amplia vſque eò pcedere,† vt nō ſufficiat
dicere audiuiſſe à maiore parte populi,niſi etiā dicāt
à quo populo,vel cuius ciuitatis, aliàs fama non pro-
baretur:vt auctor eſt Bart.in d.§.plurimum,colum.5.
verſ.quid ſi teſtis, quem ſequitur ibidem Marſil. nu.
47.& 48. in rub. C.de probat. num.352. nam inquit
Bart. dictum teſtis debet de neceſſitate concludere.
ex l.non hoc. C. vnde legitimi, & c. in præſentia, de
probat. ſed iſtud dictum de neceſſitate non conclu-
dit,vbi ſit fama,ergo,&c.

Sis igitur cautus,vt teſtis dicat, ꝙ eſt publica vox,
& fama, & interrogatus quomodo ſcit, reſpondeat,
quia publicè dicitur per hanc ciuitatem, vel à maio-
ri parte populi huius ciuitatis, & exprimat locum:ita
quoq; Alex. conſuluit conſ.70.nu.7.vol.3.

A contraria tamen ſtetit ſententia Bal.in c.præte-
reà.nu.9.de teſtib.vbi dicit, quod intelligatur de po-
pulo illius ciuitatis.Idem voluit Saly.in d.l.ea quidē.
col.33.verſ.2.quæro. C.de accuſatio.

Quintò intellige principalem concluſionem lo-
23 cum ſibi vendicare,† etiamſi huiuſmodi teſtes eſſent
ſingulares, videlicet quòd vnus nominaret aliquem
à quo audiuerit, alius nominaret alium, vel ſibi ipſi
contrarij ſint in loco,vel tempore. Nam licet hoc ca
ſu ſint ſingulares,tamen probant famam: ita egregiè
admonuit Bart.in d.§.plurimum,n.4.l.de minore. ff.
de quæſt.per l.ob carmen.in fi.& ibi notat.ff. de teſti.
cui ſe ſubſcripſit Alex.in cõſ.51.viſo,& diſcuſſu.col.
3.nu.5.vol.1. & Aufrer.ad Capel.Tholoſ.deciſ.379.
verſ.quid ſi teſtis.idem voluit Ruin.in conſ. 128. nu.
11.vol.4.Purp.etiam comprobauit in l.1.ff.ſi cer. pet.
nu.107.quod & placuit Alba.in conſ.25. nu. 6. Curt.
iun.conſ.64.col.5.in fi.& Bal.in conſ.401. nu. 2. vol.
3.& in ſimili de fama probandæ filiationis ex multis
alleg.tenet Ceph.in conſ.435.nu.54.vol.3.
24 Extende huiuſmodi intelligentiam,† & amplia-
tionem veram eſſe,etiam in probanda infamia alicu
ius: quia teſtes ſingulares ſufficiunt. 5.ita mihi teſtis
eſt Bald.in l.1.col.vlt.C.de teſtam.& in d.l.ea quidē.
col.pen.C.de accuſat.idem voluit Alex.in conſ.141.
col.2.vol.1.& in conſ.85.col.fi. vol. 2. & in conſ. 92.
col.4.vol.5.& placuit Crau.in conſ. 78.nu.6.

Contrarium tñ, quòd ſcilicet in probanda fama
25 non ſufficiant teſtes ſingulares.† videt̄ apertè ſentire
Vinc.in c.illud de præſcript. dum inquit non ſuffice-
re,quod vnus dicat audiuiſſe publicè dici ab vna par
te populi,alter ab altera.& idem Fel.in c.licet ex qua
dam.col.6. de teſtib. & tenet Abb. in conſ. 42. vol.1.
col.2.in fi.vbi inquit teſtes non probare famam, niſi
ſint conteſtes in tempore loco,& perſonis, & cenſuit
etiam Marſ.in conſ.1.nu.67.quod nō ſufficit, vt vnus
teſtis dicat eſſe in vna parte ciuitatis, & alius in alia.

Opiniones huiuſmodi contrariæ poſſunt hoc mo-
do conciliari, videlicet, aut quilibet eorum teſtium
tot homines expreſſit,à quibus audiuit, quot expreſſi
faciūt maiorem partem viciniæ,vel populi, vt ſi ſint
viginti hoïes in vicinia, & vnus teſtis nominet duo-
decim,alter tres,alius verò duos homines;omnes di-
uerſi hoc caſu, licet quilibet teſtis diuerſos homines
nominet, tamen quia ſimul oēs in vnum redacti ex-
cedūt maiorem partem viciniæ, & huiuſmodi teſtes
circa dictorum hominum nominationem ſint ſingu
26 lares,tñ probant famam: † quia cum quilibet probet
ſemiplenè dici poteſt,omnes ſimul plenè probare:ita
inquit Saly.in l.ea quidem.col.36.verſ.9.iuxta proxi-
ma quæritur, C. de accuſat. vbi inquit, hoc caſu non
eſſe laborandum de varietate loci, nec temporis, qa
non ſunt hoc in caſu de ſubſtantia.arg. not. à glo. in
l.ob carmen. ff.de teſtib. ſufficit enim probare famā,
ad cuius probationem principaliter tenditur. vt l. ſi
qs.§.quoties.ff.de petit.hær. & l.ſi arbiter. de probat.
27 Aut neuter teſtis tot expreſſit in numero,† quot
expreſſi facerent maiorem partem viciniæ;vel popu
li:tunc verò fama non probat̄. Nam cum neuter per
ſe probet,nec oēs ſimul:qa non ſunt conteſtes, prout
exigitur ex l.qui falſa,aut varia.ff. de teſtib. & c.cum
dilecti.de elect.vt ſentit Sal.in d.l.ea quidem.

Hoc tamen intellige procedere, ſi teſtes poſt huiuſ-
modi nominationem addidiſſent illā generalē clau-
28 ſulam,videlicet,& à quibuſdam alijs audiui † Secus
ſi illam non addidiſſent:nā virtute illius,in qua com-
prendi poſſunt nominati ſpecificè per alios teſtes,di-
cuntur probare,& eſſe conteſtes: ita aſſeruit Salyc. in
d.l.ea quidem.verſ.9.iuxta proxi.C.de accuſ. argum.
c.cum tu de teſti.& talis nominatio ſufficit, cum ho-

minum memoria ſit labilis, nec poſſit de omnibus
recordari.l.peregre.in prin.ff. de acquir.poſſ.idem te-
nuit Bar.in d.l.de minore,§.plurimum,num.23.ff.de
quæſt.quibus ea patrocinantur, quæ notauit Iaſ.in l.
licet Imperator,num.16.ff.de leg.1.& Bertr.in conſi.
184.nu.23.vol.2.

Sextò intellige principalem conclu. locũ ſibi ven
dicare, etiãſi in illa maiori parte populi, vel viciniæ
comprehenderentur mulieres, tunc profectò ẽt fa-
29 ma probaretur,† ſi tñ illud, de cuius fama quæritur,
æquè reſpiceret vtrunque ſexum, quia vtriq; ſpectet
illius notitia: vt ſi vxor regis mortua ſit, vel ſi rex du-
xerit vxorẽ,& ſimilia. Nam hoc caſu fama nõ minus
eſt inter fœminas,quàm maſculos, imo aliquãdo eſt
caſus, ad cuius famam probandam requiruntur tñ
mulieres,vel ſaltem maior pars illarum,vt in probã-
da fama ſuper prudentia, vel peritia, & induſtria ali-
cuius mulieris,vel obſtetricis. Sed ſecus ſi factum tñ
maſculos attingat:etenim tunc non exigitur, ꝙ de il
lo ſit fama inter mulieres: vt ſi quæratur de fama, an
Titius fuerit decurio ciuitatis,vel certum quid in cõ-
ſilio populi fuerit ſtatutum,& ſic de ſimilib. actibus,
ad quos mulieres non conuocãtur, nec earum inter-
eſt ſcire:ita proditum eſt à Sal.in l.ea quidem,col.31.
circa med.C.de accuſa.

30 Septimò amplia,& intellige principalẽ concl.† vt
vltra prædicta teſtes deponere debeant etiam à quo
tpe fama traxerit originem: vt cautũ fuit à Corne.in
conſ.221.nu.5. vol 1. nam teſtis ad hoc vt probet fa-
mam oportet, ꝙ audierit de illa ante litem conteſta-
tam: vt ſcriptum reliquere Abb. & Anch.in c.licet,il
2.nu.5. de teſtib. idem ſenſit Bal.in c.dudum, il 2,nu.
26.de elect.de quo etiam Alex.in conſ.150. num.18.
vol.5.atque Ruin.in conſ.92.nu.7. lib.3.Rom.ſingu.
753.& Præpoſit.in c. ſuper eo.de eo, qui cogno. con-
ſang.vxor.ſuæ.nu.7.& Boſſ.in ſua pract.crim.in titu.
de par.ſuppoſ.nu.23.

31 Quod ſubintelligas,† ſi fuerit interrogatus de tpe,
nam ſi non ſit interrogatus,nec depoſuerit de tempo
re,præſumitur ante litẽ, niſi ex depoſitione teſtis ali-
ter deprehendatur: & ita fuit deciſum à Rot. coram
Domino de Rubeis,Anno 1563. de menſe Decemb.
in cauſa Toletanæ portionis.

Octauò intellige prædictam principalem conclu.
vt etiam requiratur, ꝙ teſtis interrogatus, quid ſit fa-
32 ma,† id exprimat,aliter non probaret, teſte Dec.in l.
1.ff.ſi cert. pet.& ibid.Purpur.nu.67.& Alex.in l.3.§.
eundem.ff.de teſtib.& in conſi.70.lib.3.& latè expli-
cat Hippo.Marſ.in d.l.de minore,§.plurimũ,nu.104.
cum ſeq.ff.de quæſt. ꝙ etiam placuit Ioan. de Amic.
33 in conſ.127.ſub nu.14. verſ. item teſtes. † Nam teſtes
deponentes de fama, debẽt cognoſcere proprietatẽ,
& effectum famæ: vt rectè ſenſit Barb.in c.nam con-
cupiſcentiam.nu.34. de conſtit. & comprobauit Fel.
in c.cum contingat.nu.15.de reſcrip.

Extende hoc dictũ vſq; eo verum eſſe, vt non ſo-
lum debeat rñdere,quid ſit fama,ſed etiam teneatur
34 exprimere eius contrariũ,† ſi interrogatus fuerit, vt
deponens ſuper bona fama põt interrogari, quid ſit
mala fama,& debet exprimere: vt declarauit Purpu.
in d.l.1.nu.76.ff.ſi cer.pet.per Bal. in l.1.ff.de his, qui
ſunt ſui, vel alieni iur. ꝙ & conſulendo obſeruauit
Alex.in conſi.117.lib.4.& in conſ.150.vol.5.

Secundò extendas,ſiue teſtis ſit peritus, ſiue impe-
* ritus: vt idem ait Purpu. vbi de * communi opinione
atteſtatur,d.l.1.nu.71.& 72.ff.ſi cer.pet.

Primò reſtringas huiuſmodi octauã intelligentiã,
vt nõ exigatur, ꝙ talis teſtis ita interrogatus definiat
35 verbis iuris famam,† ſed ſatis eſt, ꝙ per verba facti il
lam exprimat: vt docuit Bar. in d.l.1. ff.ſi cert. pet.&
* ibid.Purpu.vbi ait * omnes in hoc ſequi Bart. & teſtẽ
laudat Alex.in conſ.45. col.pen.vol.2. & conſil.117.
vol.3.& affert exemplum de poſſeſſione, vbi ait ſuffi-
cere, ꝙ teſtis dicat talem tenere rem, & colligere fru-
ctus. idẽ reſponſum eſt à Io. de Amic. in conſ. 127. in
d.verſ.itẽ teſtes,ibi per modum facti, non dico iuris.
ꝙ ſi fuiſſet interrogatus, qua ratione in iure fama ac-
cipiatur, non cogitur explicare, & tamen probat: vt
tradidere Purpu.& Soc.in d.l.1.nu.84.& 88.

Secundò velim reſtringas, ſi ex iã depoſitis depre-
36 henderetur teſtem intellexiſſe,quid ſit fama;† nã ſu-
peruacaneis vti nõ debemus.per l.hæc ſtipu. §.diuus,
ff.vt leg.no.cau.& tunc non eſt interrogandus,qd ſit
fama: vt idem inquit Purpu.in d.l.1.nu.77.& 78.

Verùm pro noſtræ concluſionis tanꝙ coronide id
37 erit apprimè obſeruandum, † teſtes deponentes ſup
fama debere eſſe bene moratos, & bonæ famæ, non
vero mulierculas, & homines viles, vt ſatis cõſtat ex
allegat. ab Hippo.Marſ.in d.l.de minore,§.plurimũ,
nu.108.de q.& à Nat.in conſ.473.nu.22. quos ſequi-
tur Burſ.in conſ.35.nu.22.

38 Secundò ẽt ſuperpondij loco illud adijciã, † eiuſ-
modi teſtes ſuper fama deponentes non compelli ad
iurandum, & dictum ſuum valet: iuxta ſententiam
Inno. Ant de But.& Abb.in c.cum tua, de ſponſ.&
Fel.in c.tuis.de teſtib. & huc optimè pertinent ſupra
notata in concluſione, conſuetudo per teſtes, in pri-
ma ampliat. vbi in probanda conſuetudine, licet te-
ſtes non iurauerint tamen probant.

CONCLVSIO DCCL.

ARGVMENTVM.

Fama ſi probata fuerit per teſtes affirmatiuè ab vna parte, & ab alia negatiuè, quibus fides adhibenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Fama ſi probata fuerit per teſtes affirmatiuè ab vna parte,& ab alia negatiuè, fides habenda eſt dignioribus teſtibus,& ſi æquales ſint, ſtatur illi probationi, quæ procedit ex veriſimilibus præſumptionibus.*

2 *Fama ſi probata fuerit ſuper maleficio vno tempore, & ab alia parte probata ſit fama innocentiæ ab alio tempore, tunc potior eſt vltima fama probata.*

3 *Qualitas teſtium inſpicienda eſt,& cauſæ ex quibus fama procedit, ſi probata fuerit fama contraria diuerſorum locorum,& cum omnia æqualia ſunt, neutri huiuſmodi probationi adhibenda eſt fides.*

Fama ſi probata fuerit per teſtes affirmatiuè
1 ab vna parte,& ab alia negatiuè† fides
eſt habenda teſtibus dignioribus, at ſi teſtes eſſent
æquales,ſtaretur illi probationi,ſeu famæ,quæ proce
deret ex veriſimilibus præſumptionibus: vt egregiè
declarauit Bar.in d.l. de minore.§. plurimum.col.6.
verſ.quæro vtrum.& ibidem Marſ.& Sal.in l. ea qui-
dem.col.37. C.de accuſat.

Primò intellige iſta procedere, quando eſt proba-
ta fama eiuſdem loci,& tẽporis: ſecus ſi probata fue-
2 rit ſuper maleficio vno tempore,† & ab alia parte ſit
probata fama innocentiæ alio tempore: nã tunc erit
potior vltima fama probata: vt docuit Barto. in d.§.
plurimum, nu.27.nam,inquit,fama eſt ex opinione,
ſed opinio poteſt mutari,& potior eſt vlt.l.qui bona,
§.ſi quis ſtipulatus, ff.de dam. infect. ergo, &c. et de
hoc inquit eſſe caſum in l. 2. circa prin. ff. quis ordo
in bonor.poſſeſſ.ſeruetur.

Idem erit ſi probata fuerit fama contraria diuerſo
rũ,veluti ĩ Caſtro comitatus, vbi patratũ eſt facinus,
3 eſt fama affirmans,et in ciuitate iſta eſt negans: † nã
in hoc

in hoc caſu inſpicere debemus qualitatem teſtiū, & cauſas ex quibus fama procedit, vt ſciamus qbus magis ſit credendum, alioqui ſi omnia eſſent æqualia, neutri huiuſmodi probationi adhibenda eſſet fides: vt aduertit Bart. in d. §. plurimum. nu. 28. per l. ob carmen. ff. de teſtib. & l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrum.

CONCLVSIO DCCLI.

ARGVMENTVM.

Fama, an probetur per priuilegia, & inſtrumenta antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Fama per priuilegia, & inſtrumenta antiqua probatur, & longè melius probatur per inſtrumenta, & aliàs ſcripturas authenticas, quàm per teſtes.*

2 *Fama probatur etiam per literas bonorum virorum.*

1 Fama probatur per priuilegia, † & inſtrumenta antiqua: ira proditum reliquere Bal. & Sal. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. & ſequit̃ Curt. iun. in tract. de feud. in 1. par. q. 1. num. 15. & probauit Crau. in tract. de antiq. temp. fol. mihi 30. nu. 8. & fol. 98. nu. 22. & fol. 206. nu. 41. idẽ placuit Alb. in conſil. 64. n. 21. & 24. vbi ait longè melius probari per inſtr̃a, & aliàs ſcripturas authenticas, quàm per teſtes.

2 Amplia, † vt ẽt probetur per literas bonorum virorum: vt liquet ex adductis ab auctore addit. ad Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de q. verſ. quæro qualiter probentur per Inno. in c. cum in tua, de ſponſal.

CONCLVSIO DCCLII.

ARGVMENTVM.

Fama, an ex eo probetur, quòd teſtes in fine eorum examinis deponant, de prædictis extare publicam vocem, & famam.

SVMMARIVM.

1 *Fama non probatur ex eo, quòd in fine eorum examinis teſtes deponant de prædictis extare publicam vocem, & famam.*

1 Fama non probatur ex eo, † quòd teſtes in fine eorum examinis deponant de prædictis extare publicam vocem, & famam: nam niſi ſpecificè prius depoſuiſſent, id nihil releuat. & hunc ſtylum ſeruat Rot. Rom. vt atteſtatur Pallcot. deciſ. 31. teſtes qui ſuper, & Crot. in deciſ. 322. manuſcrip. quod ẽt ſeq. Burſat. in conſ. 20. nu. 64. & auctoritate ſua corroborauit Ioan. Bapt. Ferret. in conſil. 246. nume. 2. lib. 2.

CONCLVSIO DCCLIII.

ARGVMENTVM.

Fama regulariter, an plenam probationem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Fama regulariter plenam probationem non facit.*

2 *Fama non facit plenam, nec ſemiplenam probationem, niſi alijs adminiculis adiunctis.*

3 *Publica vox, & fama non facit plenam probationẽ quoad titulum, & adiudicationem beneficij.*

4 *Fama etiã legitimè probata nõ facit plenam probationem.*

5 *Fama per ſe ſola non inducit nec ſemiplenam probationẽ, ſed tantummodo coadiuuat probationem factam.* Contrarium. num. 6.

7 *Fama plenè probat in factis antiquis excedentibus memoriam hominum.*

8 *Fama plenè probat in factis antiquis etiam vbi agitur de graui præiudicio, vt in probatione dominij.*

9 *Fama ſola facit plenam probationem, vbi agitur de probando communem vſum loquendi hominum.*

10 *Fama plenè probat, vbi agitur de probando id, quod ſui natura non poteſt clare probari.*

11 *Fama coniuncta cum vno teſte deponente de veritate, plenè probat.*

12 *Fama cum vno teſte deponente tantummodo de auditu non facit plenam probationem.*

13 *Fama plenè probat, quando plures teſtes etiam de auditu cum ipſa concurrerent.*

14 *Fama cum vno teſte non ſufficit, quando agitur de matrimonio diſſoluendo.*

15 *Fama probat, quando agitur de publico fauore.*

16 *Fama probat malam fidem noui poſſeſſoris, quando quis probat per ipſam ſe fuiſſe in poſſeſſione alicuius rei.*

17 *Fama plenè probat, vbi agitur de re modici præiudicij, & de breuioribus cauſis.*

18 *Per famam probari poteſt, aliquem emiſſe bona alicuius mercatoris fictitiè, & ſimulate, in fraudem creditoris.*

19 *Fama plenè probat, ſi cũ ipſa concurrãt alia adminicula.*

20 *Per famã cum aliquibus adminiculis probatur aliquem fuiſſe manifeſtum vſurarium.*

21 *Fama cum alijs adminiculis tantummodo facit ſemiplenã probationem.*

22 *Fama probat in his, quæ ſunt difficilis probationis.*

23 *Fama publica debet reſtitui poſſeſſio agenti remedio. c. redintegranda. 3. q. 1.*

24 *Fama probata creditur ad euitandum peccatum.*

25 *Mors per famam probatur.*

26 *Fama plenè probat ſæuitiam iudicis.*

27 *Fama plenè probat ſine alijs adminiculis, quando habet ortum a perſonis fide dignis, & honeſtis.*

28 *Fama regulariter non probat, ſed ſaltem transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

29 *Fama plenè probat, ꝙ quis malè vtatur ſua ſubſtantia.*

30 *Fama plenè probat, quando tractatur de probanda mala fide eius, qui præſcripſit.*

31 *Fama probat plenè in his caſibus, in quibus hominum opinio, & conſuetudo verſatur.*

32 *Fama plenè probat in factis, quæ non poſſunt benè diſcerni à veritate.*

33 *Fama ꝓbat plenè in his, quæ inſpiciunt hominis qualitatẽ.*

34 *Fama plenè probata eſt per duos teſtes, vbi lex vult, quod ſufficiat famam eſſe de aliqua re.*

35 *Principi atteſtãti de fama, ſeu infamia alicuius creditur, quando loquitur aſſertiuè.*

36 *Fama ſola facit probationem ſufficientem, vt interdictũ ſuperioris obſeruetur.*

37 *Fama probare ſufficit, quando eſt materia, in qua ipſa ſeu communis opinio tribuit certum intellectum.*

38 *Per famam probare ſufficis pertinentia collationi beneficij.*

39 *Fama ſola non ſufficit ad probationem collationis beneficij, niſi eſſet adiuncta alia ſpecies probationis, vbi aliquis prouiſus eſt ab Epiſcopo, & alius à canonico prætendente beneficium ad ſui collationes.*

40 *Fama in poſſeſſione ſeruitutis, aut libertatis, aut ſimili transfert onus probandi in aduerſarium.*

41 *Quandocunque Clericus fuerit à Populo infamatus, tũc fama probat, & tenetur innocentiam ſuam purgare.*

42 *Fama plenè probat, quando agitur de informatione conſcientiæ alicuius.*

43 *Excommunicatio per famam probatur. Intellige, vt n. 44.*

45 *Conſuetudo probatur per famam.*

46 *Confinia optimè per famam probantur.*

47 *Iuſpatronatus probatur per famam.*

1 **Fama** regulariter plenā probationem † non
facit:vt colligere eſt ex I.C.reſponſo.in
l.3.§.eiuſdē quoq.,& ibi gl.in verb. con irmat, & ibi
Bar.ff.de teſtib.& habemus ex tex.vbi glo.in verb.fa-
ma.in c.ſi teſtis.§.ſæpè ēt.4.q.3.ita voluit Bal. in l. ꝓ-
prietatis.C.de proba.cui accedit Marſ.in l.de mino-
re,§.plurimū,ſub nu.56.& 66.de q.ſic & aſſeruere Ca
noniſtæ in c.veniens,il 1.de teſtib.& notatur in l.ad-
monendi.ff.de iureiu.idē ſenſit Sal.in l.ea quidē. col.
38.ver. circa hanc materiā. C. de accuſat. & de * cōi
opinione atteſtatur Illuſtriſ.Card.Alban.in ſuis lucu
brat.ad Bar in d.l.3.§. eiuſdem.nu.2.& de * commu-
ni etiam dixit Dec.in c.1.nu.36.de appell. & de eadē
atteſtatur Aret.in d.c.veniens, nu.21. de teſtib.idem
fuit animaduerſum à Iaſ. in l. neq; profeſſio, in prin.
C. de teſta. quod & voluit conſulendo Dec. in conſi.
272.col.3.& in conſ.321.col.5. idem probauit Fel.in
c.per tuas, col. c. de probat. nec hoc latuit Abb. in c.
tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. ſicque cenſuit Sal. in l.
1.ff. de teſtib. idem reſpondit rogatus Alex. conſ. 25.
col.3.vol.4. id præterea dignum relatu eſt arbitratus
Coua. Epitom. in 2.par. c.8.§.3.num.3. quibus addas
Corn.in conſi.51.num.1, & in conſ.46.num. 16.vol.
3.adiungas etiam Marc.Mant.in conſ.62.num.41.&
in conſ. 248. nu.7. in quam ſententiam deſcendit &
Pariſ.in conſ.65.num.17.& in conſ.104.nu. 166.vol.
1.id poſtremò deprehendi à Rot. deciſ.236. aliàs 15.
incip. ad effectum de præb. vbi deciſum habetur, ꝙ
ad obtinendum adiudicationem beneficij, quando
quis habet gratiam ad beneficium vacans per aſſe-
cutionem alterius beneficij, non ſufficit. probare, ꝙ
ille fuerit aſſequutus poſſeſſionem per teſtes deponē
2 tes de publica voce, & fama, † quia fama non facit
plenam,nec ſemiplenam probationem, niſi alijs ad-
miniculis adiunctis; iuxta notata in c.veniens.il 1.de
teſtib.cui ſnīæ accedit & Bellam. in deciſ.564.cōclu
ſio ꝙ gratia facta. in deciſ.612. actor admiſſus. & in
deciſ.98.ſententia lata.& in deci.455. monaſteriū al-
3 legans.& deciſ.242.ad effectū obtinēdi,† quibus om
nibus in locis concludit publicam vocē, & famā nō
plenam probationem facere quoad titulū, & ad iudi
cationem beneficij, idem diremit Rot.in dec.330.de
re iudi.aliàs 15.in nou.& Bellam.dec.740.

Primò ampliabis concluſionē eò vſque procede-
4 re,vt etiā legitime probata huiuſmodi fama † nō fa-
ciat plenā probationē: ita cautum eſt à Celſ. in cōſ.
62.nu,8.& 9. ſic etiam reſpondit Bero. conſ. 193. nu.
23.vol.3,amplè Malua.in conſ. 110.num,18. tom.1.
quos ſequitur Burſ.in conſ.20.nu.31.

Secundò amplia, vt per ſe ſola, nec inducat ſemi-
5 plenam probationem,† ſed tantummodo coadiuuet
probationem factā:vt patet ex allegatis a Bar.in d.§.
eiuſdē. in d.l.3. de teſtib, idq; ſenſit Dyn. in l.2.ff.de
excuſa.tuto.Abb.in c.ſuper eo. de conſang. & affi.&
in c.2. de clandeſt.deſponſ. poſt Io. And. in addit.ad
Spe.in tit.de noto.crim.Rot.ēt in dec,327.ſi cōtra pe
tentem abſolutionē.& in dec.339.ſi vendico a te ca-
ſtrum,quo in loco habetur famam non facere plenā
probationem,cum vix faciat ſemiplenā,& ſic ſentire
vr̄, quòd faciat ſemiplenam probationem. idem de-
cidit Bella.in deciſ.740.ſi vendico à te Caſtrum. col,
pen.quod expreſsè diremit Rot.in deci, 236.aliàs 15.
titu.de præben.

Contrarium tñ voluit Pariſ.in conſ.75. nu.17.vol.
6 1.& Dec.in c.1.n.11.in fi. de appell. † dicit hāc * cō-
munem opinionem,& ſeruari in practica, quam etiā
probauit gl.in c.veniens.de teſtib. & in c.1.de appel.
& in l.3.§.eiuſdē. ff.eo.de teſt. hanc eandē tenet Spe.
in titu.de probat. in §.videndum. verſ.ſexto.in fin.&
* oēs ſcribentes in d.cap.veniens.& Imo. in l.vlt.col.
vlt.de hæred.inſtit.& Cagn.in l.fi.C.de quæſt. Arch.
in c.ſi duo.25.q.6. & in c.ſciunt cuncti.7.q.8.eandem
videntur confirmare domini Rot.in deciſ.330.alias.
15. de re iudic. in no.dum dicunt famam non facere
plenam probationem,ſed vix ſemiplenam, & ſic an-
nuit pro ſemiplena idem Bellam.dec.740.ſi à te ven-
dico Caſtrum.

Hæc igitur opinio eſt adeo cōtrouerſa propter gra-
uiſſimorum auctorum ab vtraq; parte auctoritates,
vt nonnulli è noſtris iiq; fide digni ſcribentes ignora
rint,cui potius accedere debuerint:vt Fely. in ca. ve-
niens.il 1.col.3.de teſti.ſed cenſuerint pp negotij, (vt
aiūt,) arduitatē in iudicis arbitrio eſſe ſitum,qui dili-
genter inueſtigare debebit qualitatē famæ,& eius ꝓ-
bationem ac cætera,quæ rem ipſam circunſtant: iux
ta l.3.§.eiuſdem quoque.ff.de teſtib. Fel. præterea ſe
ſubſcripſit Hippo.Marſ.in d.l.de minore.§.plurimū.
ſub nu.92.ff. de quæſt.

Concluſionē primo velim limites non habere lo-
7 cū † in factis antiquis excedentib. memoriā hoīum:
nam in his fama probat plene: vt auctor eſt Inno. in
d.cap.veniens.il 1.de teſtib. & ſatis apparet ex multis
collectis ab Hippol.Marſ.in d.§.plurimum.nu.60.&
61.& ab eod.in rub. C.de probat. nu.194. idē placuit
Alex.in conſ.83.vol.3.de * communi opinione atte-
ſtat Iaſ.in l prætor ait.§.prætor ait.ff.de eden.& idem
de * communi Dec. in c.1.nu.46. de appell. & Alex.
in conſ. 139.col. pen.ver. capio aliam dubitatio.lib.
6.Rom.in conſ.109.circa medium.ver.aut in hoc.&
Nicol.Arelat.in addit.ad Alc.de præſumpt. in 2.reg.
præſump.3. ſub nu.3.

8 Amplia huiuſmodi primam limitationē,† etiam
vbi agitur de graui præiudicio, vt in ꝓbatione domi-
nij, quia tunc fama plenè probat: vt tradit Alex. in
conſ.4.col.6. nu.11. verſ. poteſt alius modus ſeruari.
lib.2.& in conſ.15.col.1.nu.1.& in conſ.16.nu.22. &
in conſil.24.num.21.& in conſil. 116.num.6.lib.5.&
alios ad hoc citat Crau. in tracta. de antiq.tempo.1.
par.§.viſo in hac prima par.in prin.cum diſt.idem te
net etiam Socy.in conſ.187.volu.1. & Alex.in conſ.
101.volum.7.Anto.de Butr.in c.veniens.de teſtibus.
quamuis hoc diſpliceat Abb. ibid. nu.37.& pro am-
pliatione eſt gl. memorabilis in l. atqui natura.§. cū
me abſente.ff.de neg.geſt.vbi Ang. per illā gl.tenuit
dominiū alicuius probari poſſe per famam in antiq.
& ita dicit ſe in facti contingētia obſeruaſſe Paduæ.
idem præterea placuit Alex. in l. rem quæ nobis. ff.
de acquir.poſſeſſ.Curr.Sen.in conſ.69. num.5. Deci.
in conſ.428.viſo conſi.nu.2.Corn.in conſi.160.lib.2.

Secundo limita non procedere,vbi ageretur de ꝓ-
bando communi vſu loquēdi hominum, vt ſi velim
probare talia verba in hac ciuitate ita communiter
9 intelligi: † nam tunc ſola fama plenam facit proba-
tionem, auctore Bart.in l.Labeo.verſ.quæro vtrum.
ff.de ſuppellect.leg.cui accedit Abb. in c. veniens. il
1.verſ.Bar. dicit. de teſtib. quos refert etiam Illuſtriſ.
Cardi.Alba.in ſuis lucubrat.ad Bar.in d.l.3.§. eiuſdē
nu.4.ff. de teſtib. & huic fauet tex. in c. ex literis. il 1.
de ſponſa. ibi, ad communem verbi intelligentiam
recurratur. quod etiam placuit Fely. in d. c. veniens.
nu.7. & voluit Marſ. in d.l. de minore. §. plurimum.
nu.82.ff. de quæſt.

Tertio loco limitanda eſt concluſio vbi agerēt de
probando id, ꝙ ſui natura non poteſt clarè probari,
vt in filiatione, de quo dicemus infra in concl. filia-
10 tio.† nam eo caſu fama probat plene: vt in c. ꝑ tuas.
de probat.& in l.filium definimus. ff. de his qui ſunt
ſui,vel alien.iur.idē obſeruauit Fely. in c. veniēs. nu.
7.de teſt.ꝙ etiam animaduerſum fuit à Marſ. in d.§.
plurimum.l.de minore.ff.de quæſt. nu 69. & in conſ.
116.nu.12.& à Dec.in conſ. 562. & ſequitur Illuſtriſ.
Alb.vbi ſupra.& in l.de minore.§.plurimum.num.2.
de veritate tamen iſtius tertiæ limitationis dicemus
infra in concl.filiatio per famam.

Quartò limitatur, quando fama eſt cōiuncta cum
11 vno teſte deponente de veritate; † nam ſimu plenè
probant:

probant: ita ſenſit Dyn. ſin l. excuſantur. §. 1. ff. de ex-
cuſa. tut. & docuit Bar. in d. §. plurimũ. l. de minore. n.
30. ff. de q. idem ſequutus eſt Anto. de But. in d. c. ve-
niens, gl. 1. de teſtib. & idem ſentit Io. de Imo. in cõſ.
92. incip. viſis, vbi dicit famam iunctam cum vno te-
ſte probare pactum de retrouendendo. idem patet ex
adductis per Marſ. in d. §. plurimũ, nu. 93. 94. aliàs 86.
& tenet glo. in ca. 1. de appel. & ex alijs adductis per
Mat. de Afſl. in dec. 337. & à Dec. in c. 1. nu. 21. de ap-
pellat. atque Barba. in conſ 28. nu. 8. vol. 3.

2 Primò ſublimitabis iſtud, † quando talis teſtis de-
poneret tantummodò de auditu. nunc enim fama cũ
illo coniuncta non faceret probationem plenam: vt
ex adductis à Marſ. in d. l. de minore. §. plurimũ. nu.
94. ff. de quæſt. aliàs nu. 87.

Reſtringe tamen huiuſmodi primã ſublimitatio-
nem non procedere, quando cum fama plures teſtes
3 etiam de auditu cõcurrent: † nam tunc probaret ple
nè, & res eſſet indubitata: vt tradidere Doc. in c. licet
ex quadam, de teſti. vt & ſcripſere Hoſt. Imol. & Fel.
in c. quid per nouale. de verb. ſign. idem cenſuit gl. in
c. 1. de præſcrip. in 6. in verſ. memoria, quibus addas
Cor. in conſ. 78. col. 3. lib. 3. adiungaſq́, Ruin. in conſ.
34. col. 3. lib. 1. & in conſ. 92. col. 5. vol. 4. & Cæpha. in
conſ. 411. nu. 28. lib. 3.

Secundò ſublimita, quando ageretur de matrimo-
4 nio diſſoluendo, † tunc certe fama cũ vno teſte con-
iuncta non ſufficeret: vt concludit Alex. in conſ. 143.
nu. 4. vol. 2. & ſequitur Marſ. in d. §. plurimum. nu. 6.
per gl. & Doct. in c. mulieri de iureiu. quod etiam ad-
iuuat contex. & ibi notata per Ant. de Butr. in c. 1. de
conſanguinitate, & affin. & ex * communi opinione
affirmat Burſ. in conſ. 98. nu. 16.

Quintò limita principalem concluſionẽ non pro-
5 cedere, qñ ageretur de publico fauore: † vt quia iu-
dex ſit excommunicatus, tamen non habeatur pro
excommunicato, nam tunc fama probat & ſentẽtia
eius eſt valida. teſtatur Bart. in l. arbiter, C. de ſent. vt
ait Fel. in d. c. veniẽs. verſ. fallit etiam iſta Regula. vt
refert Illuſtriſ. Alb. in d. §. eiuſdem. l. 3. de teſtib. nu. 5.
& plenè per Inn. in c. nihil. in verb. adminiſtratore, de
elect. & Marſ. in d. §. plurimum. nu. 89.

6 Sextò limita, † qñ quis probat per famam ipſum
fuiſſe in poſſeſſione alicuius rei, nam tunc illa ꝓbat
malam fidem noui poſſeſſoris; ita vt præſcriptio inter
rumpatur; vt conſultus reſpondit Socy. in conſ. 187.
col. fi. in 1. vol. quem refert Card. Alba. in d. l. 3. nu. 5.
§. eiuſdẽ, ff. de teſtib. ſic docuit prætereà Bar. in l. Cel-
ſus, nu. 18. ff. de vſucap. cui accedit Cardi. in conſ. 28.
atq; Ang. in l. eum qui. §. vlt. ff. de publicia. & in cõſi.
160. nu. 5. Aret. etiam in conſ. 15. nu. 11. Marſ. in d. §.
plurimum. nu. 76. Lud. Gozad. in conſ. 1. nu. 33. Afflι.
in c. 1. in 4. notab. num. 27. de pac. iuram. firm in vſib.
feud. Soc. iun. in conſ. 69. nu. 52. vol. 1.

7 Septimò limita, † vbi ageretur de re modici præiu-
dicij, & de breuioribus cauſis, nam tunc fama plenè
probaret: vt notatur in l. vbi adhuc, C. de iur. dotiũ. &
in c. ſuper eo. de conſang. & affi. & aſſerit Bart. in d. l.
de minore, §. plurimum. col. fi. & ibidem Marſ. num.
59. ſic etiam inquit Fel. in c. veniens, nu. 9. de teſtib. &
probauit Crau. in conſ. 182. nu. 5. quod nec latuit Cal
ca. in conſ. 100. col. pen. circa mediũ, à qua ſnĩa non
receſſit Dec. in c. 1. nu. 12. de appel. idem decidit Per.
Benint. in dec. Bonon. 72. nu. 6. huc item pertinet ꝙ
8 voluit Bar. in conſ. 126. vbi inquit, † poſſe probari ꝑ
famam, aliquem emiſſe bona alicuius mercatoris fi-
ctitiè & ſimulatè in fraudem creditoris, quia agitur
de modico præiudicio. Ad idem facit etiã quod no-
tat Ro. in cõſ. 338. vbi inquit probari poſſe per famã,
quòd aliquis ſit fugitiuus, & cogatur ſatiſdare, ne fu-
giat, quia agitur de modico præiudicio.

Octauò limita, ſi cum fama concurrant alia admi
9 nicula: † tunc profectò ipſa fama plenè probaret, vt
reſponſum eſt à Barba. in conſ. 37. col. 7. verſ. nec ob-
ſtant alleg. cum ſeq. vol. 3. idem etiam confirmauit
Marſ. in Rub. C. de proba. nu. 214. cui ſentẽtiæ ſe ſub-
ſcripſit Dec. in l. ex ijs, nu. 25. C. de teſta. milit. de quo
latiſſimè Alcia. de præſump. reg. 3. præſump. 3. idq́ue
animaduertit Pariſ. in conſ. 10. nu. 57. & nu. 104. vol.
2. & in conſ. 13. nu. 9. eo. vol. 1. idem cautũ eſt a Dec.
in conſ. 595. nu. 6. nec id prætermiſit Floria. in l. qui-
dam, nu. 4. verſ. ſecundo modo, ff. de proba. quod etiã
vidit & notauit Cæph. in conſ. 435. nu. 55. vol. 3. & in
conſi. 311. nu. 31. eo. vol. 3.

Cui rei rectè conuenit, quod not. Fulg. in cõſ. 138.
20 incip. viſis præceptis, de vſurario; † vbi voluit, quòd
per famam cum aliquibus adminiculis probetur ali-
quem fuiſſe manifeſtum vſurarium, & idem tenet
Abb. in conſ. 81. ex themate, vol. 2. & ſequitur etiam
Marſ. in d. §. plurimum. nu. 83.

Quòd autem fama cum alijs adminiculis tantum-
21 modò faciat † ſemiplenam probationẽ, videtur ſen-
tire Rot. in deciſ. 6. aliàs 327. de excep. in no. in poſtre
mis verbis: ibi in caſu noſtræ quæſtionis non requiri-
tur adeò exacta, & plena probatio, ſed ſufficit ſemi-
plena, & ideò maior pars dominorum dicebat ſuffi-
cere in hoc caſu publicam vocẽ & famam, q̃ cũ alijs
adminiculis faciebat ſemiplenam probationem.

22 Nonò limitabis in ijs, † quæ ſunt difficilis proba-
tionis, ſecundum Barto. in l. ſi quidem, C. ſolut. ma-
trimo. & in l. continuus, in §. cum ita. de verb. obliga.
quod plerique ex ſcribentibus probauere, præcipuè
Anto. de Butr. in d. cap. veniens, il 6. de teſtib. Bald.
in conſil. 37. caſus talis eſt, colum. fi. volu. 1. & Alex.
in conſi. 24. animaduerſis, 1. colum. vol. 2. Roman. in
conſ. 76. In cauſa nobilis viri, col. 3. Ancha. in conſ.
311. tres domini, col. 2. & Boſ. in ſua prac. crim. tit. de
par. ſuppo. nu. 20. quæ autem ſint difficilis probatio-
nis tibi latè ſuggeret iuris prudentiſſimus Iac. Meno.
de arbit. iud. caſ. 116. cent. 2. lib. 2.

23 Decimò limta, † quando eſſet intentatum reme-
dium cap. redintegranda, 3. quæſt. 1. nam tunc ſola fa-
ma ſuper poſſeſſione, vt conſulendo ſenſit Anch. in
conſ. 42. num. 3. vbi inquit, * omnes doctores in hoc
conuenire, quòd probata publica fama debeat re-
ſtitui poſſeſſio agenti huiuſmodi remedio, idem te-
net Dec. in cap. 1. num. 17. de appell. & placuit Marſ.
in d. l. de minore, §. plurimum, nu. 71. ff. de quæſtio. vt
etiam refert Gabriel. in ſuis concluſ. de reſtit. ſpolia.
concl. 5. nu. 109.

24 Vndecimò limitare poteris, † quando ageretur cir
ca materiam peccati, nam tunc ad euitandum pecca
tum probata fama creditur, ſecundum Alb. in ca. 1.
de poſtul. prælat. nu. 17. quem etiam ſequitur Cardi.
Alex. in c. 1. col. 4. de appel. & Aret. in conſ. 13. viſo
diligenter, col. 8.

Duodecimò limitare tibi licebit conclu. quando
ageretur de probanda morte, hæc enim per famam
25 probatur, † iuxta ſententiam Cyn. in l. ſi quidem, C.
ſolu. mat. & tradidere Ant. ac alij in c. in præſentia. de
ſponſ. & prodidit Bal. in addit. ad Spec. in tit. de not.
crim. circa medium, & Bar. id notauit in tract. de te-
ſtib. in verſ. mortuum hominem, Alex. etiam id con-
ſulendo vidit in conſ. 115. volu. 4. & in conſ. 4. nu. 15.
vol. 2. & Soc. iun. in conſ. 26. vol. 2. per totum, vbi la-
tè quomodo mors probetur.

26 Decimotertiò limita, † qñ ageretur de probanda
ſæuitia iudicis, ad excuſandum non appellantem, nã
tunc etiam fama plenè probat huiuſmodi ſæuitiam,
nempè quòd Iudex conſueuerit in carcerem detru-
dere, vel ſimiles violentias inferre appellantibus, &
de eo conquerentibus; ita ſcriptum reliquit Bar. in l.
de pupillo, §. ſi quis ipſi. num. 17. ff. de oper. nou. nun
cia. quod & obſeruauit Alex. in apoſtil. ad Bart. in d.
§. plurimum, col. fin. in ver. vana vox, & Fely. in c. ve-
niens, nu. 9. in fi. de teſti.

27 Decimoquartò limita, † quãdo fama habet ortum à perſonis fide dignis, & honeſtis, tunc nimirum plene probat ſine alijs adminiculis. vt Barto. admonuit in d. l. de minore. §. plurimum. colum. 2. verſ. 3. quæro vt etiam inquit Bald. in l. ea quidem. col. 2. & ibi. Sal. in 2. q. C. de accuſa. idem dixit Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. col. 2. verſ. octauo quæro.

28 Decimoquintò limita, vt non procedat, † quin ſaltem transferat onus probandi contrarium in aduerſarium: vt clarum eſſe poteſt ex allegatis ab Alexã. in conſ. 51. num. 5. lib. 1.

29 Decimoſextò velim limites, † nam plenè probatur per famam, quod quis malè vtatur ſua ſubſtantia: vt not. in auth. de æqual. dot. §. illud, & per ſcribentes in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.

30 Decimoſeptimò limitanda tibi eſt concluſio, † vt per famam plenè probetur, quando tractaretur de probanda mala fide eius qui præſcripſit: iuxta ſententiam Innoc. in cap. vlt. colum. 8. de præſcrip. & Bart in l. Celſus. ff. de vſucapio.

31 Decimooctauo limitatur, † vt plenè per famã probetur in iis caſibus, in quibus hominum opinio, & cõſuetudo verſatur, veluti circa imponenda nomina, & ſimilia: vt obſeruatum eſt in l. 1. ff. de flum. & in l. librorum. §. idem tamen Caſſius. ff. de leg. 3.

Decimononò limita: nam fama plenè probat in
32 factis, † quæ non poſſunt benè diſcerni à veritate, vt in decedente in naufragio, vel bello, ſecundum Cyn. in l. ſi quidem. C. ſolut. matr. quod quo pacto intelligatur, ad eas glo. & Ant. de Butr. in c. in præſentia, de ſponſ. & Bald. in auth. hodie. C. de repud. et per Inno. in c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.

Vigeſimò limitabis, vt fama plenè probet in his,
33 † quæ inſpiciunt hominis qualitatem, veluti an quis ſit doctrina præditus vel induſtrius: vt docuit Bart. in l. 1. C. de teſtamen. & hinc eſt, quod licet promotores debeant examinandum iurare idoneum, & ſecretè examinare: vt l. neminem. C. de aduo. diuerſ. iud. tamen ſi fama ſit de eius peritia, non requiratur aliqua examinatio: vt eſt glo. inſignis in c. de Petro. 43. diſt. & in cap. epiſcopi examinatio. 23. diſt. de quo videas Io. And. in c. conſtitutus, el 2. de appell.

Vigeſimoprimò limitare tibi licebit concluſionẽ:
34 nã vbi lex uult, † qd ſufficiat famã eſſe de aliqua re, tunc probando famam per duos teſtes, plenè probata eſt fama, vt ſi lege municipali ſit cautũ, ꝙ quis teneatur ꝓbare famam eſſe in aliquo loco, quod maximè notatione dignum eſt propter ſtatuta diſponentia, ꝙ ſufficiat probare mortem per famam. vt ait Lanfr. de Oriã. in l. admonendi, num. 40. ff. de iureiur. de quibus omnibus plenè videas ſcribentes differentes in d. l. admonendi, vbi ſuus locus, & in d. l. de iure minor. §. plurimum, ff. de quæſt.

Vigeſimoſecundò no habere locũ in principe at-
35 teſtante de fama, ſeu infamia alicuius, † qñ loquitur aſſertiuè; ſecus ſi loquatur narratiuè. Dicitur aũt loqui per verba aſſertiua, quando loquitur hoc modo: Quia conſtat nobis talẽ eſſe infamatum re. Per verba aũt narratiua dicitur loqui, quando dicit, Multorum clamor ad nos peruenit, ꝙ talis eſt infamatus: ſic tradidit Io Andr. in addit. ad Spec. in tit. de inquiſ. §. nũc tractemus. verſ. hoc aũt notãdum, quẽ ſequitur Abb. in c. cum oporteat, in 3. notab. de accuſ. & Iaco. de S. Georg. in d. l. 3. §. eiuſdem, nu. 21. ff. de teſti. atq; Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 246. in fi. ff. de iureiur.

Vigeſimotertiò limitatur, locum ſibi non uendi-
36 care † in Eccleſiaſtico interdicto, nam ſola fama facit probationem ſufficientem, ut interdictum ſuperioris obſeruetur: ita probat glo. in c. 1. in ver. publicè, de poſtu. prælat. quam glo. ſequitur ibi Abb. nu. 17. eidem adhæret Petr. Buzarius Nauarrenſis in directorio electionum, in 1. par. c. 20. nu. 10. cui glo. accedit etiam Dec. in d. c. 1. nu. 48. de poſtul prælat.

37 Vigeſimoquartò limita, † quando eſſet materia, in qua ipſa fama, ſeu communis opinio tribuat ex eius uerbis certum intellectum; tunc enim ſufficit, quòd ipſa probetur, ut in l. Labeo, ff. de ſupellect. lega. in l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct. et inſt. lega. ita ſentit Ant. de Butr. in d. c. ueniens. num. 10. et Abb. ibidem num. 8.

Vigeſimoquinto limitabis in collatione beneficij,
38 † nam pertinẽtia collationis ſufficit probari per famã: ita deciſum reliquere DD. Rot. in deciſ. 3. aliàs 123. ſufficit probare. de probat. in nou. hoc idem ſequitur Mil. in reper. in uerb. probatio. quod beneficium pertineat, hoc idem firmat Rot. in dec. 1. aliàs 47. ualent acta. de offic. uicar. in nou. et in antiq. 499. ualẽt acta, hocq; tenet Lap. in alleg. 89. in Dei nomine factum, col. 6. uerſ. uenio ad ſecundum. Rot. ẽt in deci. 1. aliàs 4. poſſeſſor beneficij. tit. de reſt. ſpol. in nou. Dec. in c. 1. n. 39. col. 4. uerſ. tertius caſus eſt. de appel. et Rot. in dec. 7. aliàs 257. ſi quis dicat. de probat. in nou. de quo nos etiam ſup. in cõcl. 173. incip beneficij collationẽ.

Hanc tamen limitationem ſublimitabis, ut fama probet collationem, quando aliquis conſequitur beneficium ab aliquo, ad quem de iure non ſpectat col-
39 latio † ſecus ubi aliquis eſſet prouiſus ab Epiſcopo, ad quem iure pertinet collatio, et alius ab alio, ut à canonico prætendente ratione præbẽdæ ſuæ illud beneficium ad ſui collationes: nam tunc ſola fama non ſufficeret, niſi eſſet adiuncta alia ſpecies probationis, quod uolunt Bellam. in deciſ. 570. concluſ. quod licet, dicens, quòd fama ſufficit, ubi directè non agitur ſuper pertinentia, uel ſuper collatione facta ab ordinario; et ita fuit conſultum in una Parmẽſi Parochialis S. Chriſtinæ, ut refert Caſſad. in deciſ. 1. pertinentia collationis, de probat. ubi ſic illam deci. 123. limitat.

40 Vigeſimoſextò fallit † in poſſeſſione ſeruitutis, aut libertatis, aut ſimili, uel in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, adeò ut onus probandi tranſeat in aduerſarium uolentem dicere contrarium, l. mater. C. ne de ſtat. defunct. ita tenet Bart. in d. l. de minore, in d. §. plurimum nu. 30. in fi. atque Bal. in l. 2. per illum text. C. ſi ſeruus, aut liber. lib. 10. Iacob. de S. Georg. confirmat etiam hanc opinionem in d. l. 3. §. eiuſdem. nu. 7. ff. de teſtib. Tiraq. quoque in tract. de nobilit. c. 10. num. 8. uerſ. hinc quoque eſt. ubi plures citat. idem reſpondit Ruin. in conſ. 177 nu. 10. uol. 4.

41 Vigeſimoſeptimò fallit. † quandocunque clericus fuerit à populo infamatus: nam tunc fama probat, & tenetur innocentiam ſuam purgare, ut probat cõtex. In c. presbyter. 2. q. 4. in c. cum deſideres. §. 2. de ſentẽt. excomm. et in c. 1. cum alijs de purg. canon. ita tenet Alex. in addit. ad Bart. in d. §. plurimum. nu. 30. in addit. incip. uana uox, atq Dec. in c. prudentiam, §. 6. nu. 42. de offic. de legat.

42 Vigeſimooctauò limita, † quando agitur de informatione conſcientiæ alicuius: nam tunc fama plenè probat: ita cõcludit Ant. de Butr. in repet. c. peruenit, de cenſib. allegat Compoſtel. in c. 1. de elect. lib. 6. quem ſequitur Fel. in d. c. ueniens. nu. 9. de teſtib. atq; Marſ. in d. §. plurimum. nu. 82.

Vigeſimononò limitabis, in probanda excommu-
43 nicatione, † nam excommunicatio per famã probat: ita ſenſit Bal. in c. 1. per illũ tex. uer. uota ꝙ excõmunicatio, hic finit lex & incip. cõſuet. regni. in vſib. feu. ꝓ qua opinione eſt contex. in c. illud. et ibi gl. in ver. in hoc. de cler. excom. miniſt. et in c. ad hæc in glo. in verb. publicè. de poſtul. præl. Iſtud tñ ſic velim intelligas verũ eſſe, qñ non agitur de præiudicio alterius, vel
44 in foro animæ: † ſed quantũ ad hoc, vt quis repellatũ ab agendo tãquam excõmunicatus, nõ ſufficit fama, ſed debet fieri apertiſſimis documẽtis: ita obſeruauit Ant. de But. in d. c. veniens. il 1. nu. 19. allegat Spec. in tit. de notor. in §. fama. idem voluere Ant. de Butr. et ibi Abb. num. 11. in d. capitul. prudentiam. §. ſexta. de offic.

Digitized by Google

offic.de leg.& ibi Dec.nu.36.idem Dec.in d.c.ad hęc. num.48. de poſtul.præla.hoc etiam tradidit Iac.de S. Georg.in d.l.3.in d.§.eiuſdem,num.19.ff.de teſtibus, pro qua opinione eſt cont. in c.pia in verb.apertiſſimis documentis.de excep.lib.6.

Trigeſimo loco limitare poteris nō habere locum
45 † in conſuetudine: nam conſuetudo probatur per famam:ita voluit Cyn.in l.2.verſ.ſecundo quæritur.C. quæ ſit long.conſue.quem refert,& ſequitur Alex.in conſ.14.nu.1.vol. 5.quod etiam comprobauit Marſ. in d.§.plurimum.nu.75.

Trigeſimoprimò limita non procedere in cōfiniis:
46 † nam hæc optimè per famam probantur: vt tradit Arch.in c.inter memoratos.nu.4.16.q.7.quem ſequitur Io.de Imo.in c.cum cauſam.nu.5.de proba.& ibi Fel.nu.78. eandem corroborauit ſententiam Grat. in conſ.95.nu.15.vol.2. cui etiam fauet context.in d.c. cum cauſam, de prob.

47 Trigeſimoſecundò limitāda eſt concluſio, † vt locum ſibi non vendicet in probando iuriſpatronatu: nam probatur per famam:vt ait Bald. in l. cum ſuper nu.1.C.de rei vend.& in auth.quas actiones.num.16. C.de ſacroſ.eccl.ex ſentētia Inn.in c.veniēs.de verb. ſignif.idem reſpondit Bal.in conſ.310.an patronatu eccleſiæ.vol.5.quos refert,& ſequitur Caſſiod. in deciſ.2.fama regulariter.nu.4.de proba.

CONCLVSIO DCCLIV.

ARGVMENTVM.

Fama an ſemiplenam probationem faciat, quando agitur criminaliter.

SVMMARIVM.

1 *Fama quando agitur criminaliter non facit ſemiplenam probationem.*
2 *In criminalibus probationes debent eſſe apertiſſimæ.*
Fama iuncta cum ſemiplena probatione, in criminalibus non facit plenam probationem.ibi.
3 *Fama per ſe ſola nedum non facit ſemiplenam probationem, ſed nec etiam ſi eſſet coniuncta cum teſte.*
4 *Fama cum vno teſte, ſi teſtis eſſet de viſu concurrentibus aliis adminiculis, plenè probat.*
5 *Fama nec etiam facit indicium ad torturam.*
6 *Fama inditium facit ad torturam quando probatum eſt habuiſſe originem ab honeſtis perſonis.*
7 *Fama quando eſt vehemens,& habuit originem à perſonis honeſtis, facit indicium ad torturam.*
8 *Fama ſufficit ad torturam, quando cum ea concurrit aliquod indicium.*
9 *Fama,etiam ſi eſſemus in his,quæ ſunt difficilis probationis, concurrentibus aliquibus adminiculis, facit adeo plenam probationem,vt ſufficiat ad condemnandum.*
10 *Quando cum fama concurrit fuga, tunc talis infamatus torqueri poteſt.*
11 *Fama qn̄ poſt commiſſum delictū orta fuit contra aliquē, tunc ad torturam habetur pro legitima,& rationabili.*
12 *Fama non facit ſemiplenam probationem,quādo agitur de probanda excommunicatione ad effectum,vt quis repellatur à iudicio.*
13 *Fama ſemiplenam probationem non facit,etiamſi de crimine agatur ciuiliter.Contrarium nu. 14.*
15 *Fama nec ſemiplenè probat in cauſa ciuili famoſa,& ardua,quæ æquiparatur criminalibus.*
16 *Fama cum vno teſte non probat in omnibus caſibus,in quibus non defertur iuramentum in probationes defectum.*
17 *Caſus,in quibus non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, vide remiſſiuè.*
18 *Fama nec ſemiplenè probat,etiamſi eſſet ſtatutum Epiſcopi, quod per vnum teſtem de veritate, & tres de fama conuinceretur quis de vſura.*
19 *Fama ſufficit ad inquirendū,& in carcerem detrudendū.*
20 *Fama ſufficit ſolum circa præparatoria,& introductoria iudicij,non circa deciſoria.*
21 *Fama non ſufficit etiam ad inquirendum,niſi habeat originem à perſonis honeſtis.*
22 *Fama quando habet originem à perſonis honeſtis, facit etiam indicium ad torturam.*
23 *Fama ſemiplenè probat,quantum ad indicēdum purgationem Canonicam.*
24 *Fama probat,quando probatum eſt crimen aliundè plus quàm ſemiplenè.*
25 *Fama facit ſemiplenam probationem, quando cum ipſa concurrit dictum ſindici denunciantis.*
26 *Fama publica in criminalibus facit plenam probationē, quando agitur tantum ad finem probandi iuriſdictionem illius cauſæ.*

1 FAMAM, qn̄ agitur criminaliter,† non facere ſemiplenam probationem; vnanimente tradidere glo.Bald. Butr. Imol. & alij in c.ve-
* niens,de reſt.& ibi Dec.dicit hanc eſſe cōem opinionē.idē aduertit Bal.in l.ꝙ non probaſſe. C.de calum. ſit placuit,et Marc.Ant.Blan.in tract.de indit.n.313. hocq; notauit Iaſ.in repe. l.admonendi.nu.250.ff.de iureiur.et ita cautū eſt à Pariſ.in conſ.153.nu.11.vol. 4.de quo meminit ēt Crau.conſ.41.nu.6.à quibus nō diſceſſit Cæpol.conſ.crim. 34.col 5. verſ. nec ſufficit
2 dictum,† nam in criminalibus probationes debent eſſe apertiſſimæ.l.fi.C.de prob.cui concluſioni,et illud ſuffragatur,quod notat Marſ. ex pluribus deductis in l.de minore.§.plurimum.n.55.ff.de quæſt. vbi inquit famam iunctam cū ſemiplena probatione, in criminalib.non facere plenam probationem, quā concluſionem pluribus examinat Lanfr.de Oria.in l.admonendi.nu.41.verſ.eſt autem caſus.ff. de iureiur.

Primò amplia concluſionem,vt vſq; eo procedat,
3 † quòd nedum per ſe ſola non faciat ſemiplenam probationem, ſed nec etiam ſi eſſet coniuncta cum vno teſte;quia tum etiam non ſufficeret ad integrandam probationem,ſecundum gl.in d.c.veniens,il 1.de teſt. vt,et voluit Bar.in l.de minore.§.tormenta.de quæſt. et corroborauit auctoritate ſua Oldr. in conſ.92. incip.Viſo diligenter proceſſu,vt et per Fely.in d.c. veniens.nu.12.Dec.in conſ.429.nu.9.et in conſ.133.atque Nouel. in ſua pract.fol.76.nu.45.

4 Limita huiuſmodi primam ampliationē,† ſi teſtis eſſet de viſu,et concurrerent aliqua alia adminicula, nam tunc haberetur plena probatio: vt liquet ex allegatis à Dec.in conſ.163.num.28, et à Felyn. in d. c. veniens.num. 13.

5 Secundò amplia,vt eo vſq; procedat,† quòd nec ēt faciat indicium ad torturam:vt docuit Bart.in l.milites.C.de quæſt.cui accedit Bal.in l.3.ff.de teſt. et probauit Fely.in d.c.veniens,ſub nu.11.de teſt.hoc idem voluere Ant.de Butr.in c.tertio loco.nu.19.de prob. Ang.in trac.malef.in verb.quòd fama publica.num. 41.Pariſ.in conſ.158.num.11.vol.4.Marſ.in conſ.15. nu.12.Marſ.Māt.in conſ.144.n.7.lib.1.Io.de Amic.
* conſ.85.nu.4.Bertr.in conſ.31.nu.2.vol.3.et de *communi opinione atteſtatur Blanc.in tract.de indit. cū
* diſtinctione tamen ibi,Crau.in cōſ.41.nu.6.ex *communi opinione,Villalob.commun.opin. in verſi.fa-
* ma.nu.7.alios de *communi atteſtatus cōgerit Clar. in §.fin.pract.crim.quæſtion.21. et Emanuel Soarez.
* comm.opin.in ver.fama ſola.nu.37.et 38.et alios *ex communi congerit Burſ.in conſ.20.nu.32.et in conſil.35.num.16.

Primò limita huiuſmodi ſecundam ampliationē,
6 † quando eſſet probatum, famam originem habuiſſe ab honeſtis perſonis, quia tunc facit indicium ad torturam: vt videtur tenere Bald.in cap.item ſi vaſallus.colum.fi.de controuerſ.inueſtit.et voluit Sal. in l.ea quidem,poſt Bald.ibid.de accuſ.quos ſequutur Marſ.in conſ.3.nu.5.et in conſ.31.num.5.atque Boſ.

in ſua

in ſua pract.crimin.titul. de inquiſit.num.38.

7 Secundò limita,† quando fama eſſet vehemẽs, ꝙ tamen relinquitur arbitrio iudicis:ſecundum Grammat.in deciſ.34.nu.53.poſt Bal.in conſ.131.vol.2.viſis dictis articulis,& Marſ.in d.conſ.3.nu. 6. & in cõſ. 49.nu.65.& Boſs.in ſua pract.crim.tit.de ind. & conſid.ante tort.nu.65.vbi voluit,quod concurrat etiam illa qualitas, quòd ſcilicet habuerit originem à perſonis honeſtis,ad quod etiam conſulas Franc.Caſon.in tract.ſuo crim.tract.8.c.2. nu.12.

8 Tertiò limita,† quando cum fama concurreret aliquod indicium:nam tunc ſufficeret ad torturam:iuxta ſententiam Cyn.in l.fin. C. de quæſtio.& aliorum quos allegat Marſ.in conſ.72.num. 15.

Extende huiuſmodi tertiam limitationem, vt etiã
9 ſi eſſemus in iis,quæ ſunt difficilis probationis, † concurrentibus aliquibus adminiculis, faceret adeò plenam probationem,vt ſufficeret ad condemnandum, ſecundum Grammat. in conſ.57.nu. 17. poſt Alex.in conſ.24.nu.20.lib.2.& multos adducit Marſ. in conſil.116.num. 12.

Quartò limita prædictam ampliationem non pro-
10 cedere, quando cum fama concurreret fuga, † quia tunc talis infamatus poterit torqueri,vt ſenſit Bart.in l.fi.ff.de quæſt.& placuit Fel.in c.nullus.nu.6.de præſumpt.atq; Grat.in conſ.48.nu.8.vol.2.

11 Quintò limita, † quando poſt commiſſum delictũ orta fuerit fama contra aliquem: nam tunc ad torturam habetur pro legitima,& rationabili, vt tradidit Gandi.in tract.quæſt.crim.char.10 col.1. verſ. ſequitur videre, quem refert ſequendo Marſil. in conſil.3. nu.7.& tenet Franc.Caſon. in tract.de malef.tit.ex dicto in delict.vel poſt delict.c.2.num. 2.

Tertiò amplia, principalem concluſionem item
12 locum habere, †quando ageretur de probanda excõmunicatione ad effectũ, vt quis repellatur à iudicio, ſecũdum Spec.in tit.de notor.crim.§. fama,verſ.quid ſi agenti,& iuxta ſententiam Anto.de Butr.in d.c.veniens,de teſtib.& Dominic.in c.quia, per illum text. in verſ.peritiſſimis.de except.in 6.& per alios, quos ſequitur etiam Fel.in d.c. veniens.nu.12.

13 Quartò amplia,† etiam ſi de crimine ageretur ciuiliter,etenim nihilominus in eo caſu ſtat firma cõcluſio,vt concludit Ant.de Butr.in d.c.veniens.nu. 10.& ibi Abb.nu.9.& ſcripſit Bal.in c.tam literis.num.1.in 2.notab. de teſtib.quod & protulit Io.de Anna.in cõſil.49.nu.3.& Fel.in d.c.veniens.nu.12.verſ.itẽ amplia etiam,de teſtib.

14 Contrarium†tamen aſſeruere Dec.in d.c. veniens, nu.25.& ante eum ibi Imol.nu. 8.& ratio eſt,quia qñ agitur de crimine ciuiliter, non requirũtur ita ſtrictæ probationes, ſicut quando agitur criminaliter.

15 Quintò concluſionem ampliabis,† vt habeat locũ in cauſa ciuili famoſa,& ardua,quia æquiparatur criminali:ita placuit Bald.in d.c.veniens,il 1. num.7.de teſtib.vbi citat text.in l.propter litem.ff.de excuſ.tut. quem ſequitur Dec.ibid.num. 39.

16 Sextò velim amplies locum ſibi vẽdicare † in omnibus caſibus,in quibus non defertur iuramentum in probationis defectum:nam in talibus fama cum vno teſte non probat:vt tradidit Bal.in c.1.nu.3.de appel. cui accedit Dec.in d.c.veniens.nu. 3. de teſtib.

17 Quòd ſi velis cognoſcere caſus, in quibus non deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, hos te docebit Iaſ.in repe.l.admonendi.nu. 294.ff.de iureiur.atq; Hippol.in l.maritus.ff. de quæſtio.

Septimò amplianda eſt concluſio, etiamſi de hoc
18 eſſet ſtatutum Epiſcopi, † quòd per vnum teſtem de veritate,et tres de fama conuincatur quis de vſura:ita conſulendo concludit Fed.de Sen.in conſ.17. per totum,quem ſequitur Petr.de Ancħ.in reper.c.1. verſi. accedat quo ſupra,de conſtit.quibus adhæret Fely.in d.c.veniens.nu.12.de teſtib.

Nũc vero primũ limitabis, principalem cõcluſio-
19 nẽ locum ſibi non vẽdicare,†quoad inquirendũ,aut in carcerẽ detrudendũ. tunc nempè ſufficit fama : vt auctor eſt Cyn.in l.nullus.C.de exhib. reis atq;teſtaĩ Bal.in conſ.360.quia quæſti.col.1.in fi.lib. 3. & dixit idẽ Bal.in conſ.438.ad euidentiam.col.3. circa fi.lib.
20 5.†quod fama ſufficit ſolũ circa præparatoria, & introductoria iudicij,non circa deciſoria, idẽ inquit in conſ.78.n.2.& in conſ. 10.nu.5.vol.3. & Crau. in cõſ. 41.nu.6.& Fel.in d.c.veniens.nu. 14.de teſt. & Franc. Caſon.in tract.crim.tract.8.c.2.nu.7. & 11.

21 Sublimita,vt non procedat,†niſi habeat originem à perſonis honeſtis:aliàs non ſufficeret etiã ad inquirendum:vt ſenſit Gand.in tract.ſuo quom.de maleſi. cognoſc.per inquiſitionem.col.2.Aret. de maleſi. in gl.hæc eſt quędã inquiſitio.verſ.quarto principaliter, & Dec.in conſ.170.col.2.& in conſ. 175.colu.2. & in conſ.189.col. 1.

De huiuſmodi ſublimitatione dubitat Boſſ. in ſua
22 pract.crim.tit.de inquiſit.nu.38.†nam quando fama habet originem à perſonis honeſtis,facit ẽt indicium ad torturã,ſecundum Bal.in c.item ſi vaſallus. col.fi. de controuer.inueſt.& ſup.prima limit.2. ampliat.& ideo fieret, vt non minus indicium requireretur ad firmandam inquiſitionem, quam ad torturam cõtra omnes,& præcipuè Brun.in tract.ſuo crim.par.fi.col. 2. quare ipſe Boſſ. tenet ſufficere famã abſq; illa qualitate,ad inquirendum,per deciſ.Io.And. ad Spec.de not.crim.in §.fama. in addit. quæ incip. hanc vocamus infamiam, & illam ſequitur Aret. in conſ. 73. in fi.& alij quos vbi ſupra Boſſ. adducit.

Si tamen iſtiuſmodi fama haberet originẽ à perſonis maleuolis,& de hoc conſtaret, non pareret huiõi effectum inquirendi: vt per Gand.in d.tract.tit.à quo, vel à quibus poſſit formari inquiſit.col.2.gl.& Doct. in c.cum in iuuentute.de præſumpt.& in cap.licet ex quadam.de teſt.& refert Boſſ.in d.ſua pract. crim. tit. de inquiſit.nu.39.

23 Secundo loco limitanda eſt concluſio,vt† nõ vera ſit, quantũ ad inducendam purgationẽ canonicam: vt in c.presbyter ſi à plebe.2.q.4.& vt ſuſpendaĩ ante purgationem:vt in c. cum inter.de purgat. canon. vt & obſeruauit Io. Andr.in c.2.de accuſ.in 6.& Fely.in d.c.veniens.num. 14.Rom. quoq; in conſ.301.atque Abb.in c. at ſi clerici. circa gl.1.de iudic.

Tertiò limita, & intellige procedere tãtummodo, quando crimen eſſet probatum per vnum teſtem,vel
24 aliàs ſemiplenè, nam tũc fama non ſufficeret:†ſecus ſi eſſet probatũ crimẽ aliundè pluſquam ſemiplenè; vt per vnum teſtem de veritate,& aliud indiciũ,tunc profectò fama probaret, per ea quæ ſupra diximus in limitatione primæ ampliationis, & ex allegatis latè per Fel.in d.c.veniẽs.nu.13.& Thom.Gram. in deciſ. 42.nu.12.atq; Dec.in d.c.veniẽs.nu.32. vbi dicit hoc in arbitrio iudicis eſſe,conſiderata qualitate famæ,& inſpecta præſumptione, quæ eſſet vltra ſemiplenam probationem.

25 Quartò limita,† quando cum fama cõcurreret dictum ſindici denunciantis Titium occidiſſe Caium, namq; tunc fama facit ſemiplenam probationem:ita conſuluit Bat.in conſ.191.in poſtremis verbis, quem ſequitur Ariminen.in addit. ad Ang. in tract.de maleſi.in verb.quod fama publica.nu.43.& confirmauit Grat.in conſ.136.nu.17.vol.1.

26 Quintò limitabis non habere locũ, † quãdo agitur tantum ad finem probandi iuriſdictionem illius cauſæ,nam tunc fama publica in criminalibus facit plenã probationem:ita concludit Domin.de S. Gemin. in c.ſi iudex laicus,in §.& ſi notorium,in 1.not.nu. 2. de ſent.excom.lib.6.quẽ ſequitur Marſ.in d. l. de minore.§.plurimum.nu.74. ff. de quæſtionib.

Hic ſubiungerem cõcluſionẽ,quo pacto fama bona,& fama mala probetur.Sed hæc explicauimus,&

effectus

Digitized by Google

effectus diximus ſupra in concluſione 235. bona fama.cum ſequ.& infra in concluſione mala fama, ad quas te reijcio.

CONCLVSIO DCCLV.

ARGVMENTVM.

Ad effectum Regulæ Cancellariæ de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium, an ſit probanda familiaritas ſimpliciter.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas familiaris Cardinalium nedum eſt probanda ſimpliciter, ſed etiam probari debet continuã in domo commenſalitatem habuiſſe, ad effectum Regulæ Cãcellariæ de impetrantibus eorum beneficia.*

2 *Familiaritas vera dicitur illa quę corpore, et dentibus fit.*

3 *Vt beneficia familiaris Cardinalium cadant ſub reſeruatione Regulę Cancellarię, non ſufficit probare ſolam cõmenſalitatem, & expenſas in domibus Cardinaliũ habere, niſi etiam probetur qualitas familiaritatis.*

4 *Si Cardinalis patitur, vt aliquis familiaris non actu ſeruiat, ſed nihilominus ſit commenſalis cõtinuus, dicitur verus familiaris.*

5 *Qui ſeruit, & habitat in domo, præſumitur viuere expenſis Cardinalis, niſi contrarium probetur.*

6 *Honeſtũ non eſt, quòd quis alteri ſeruiendo de ſuo ſeipſum paſcat.*

7 *Facta non præſumuntur, niſi probentur. Commenſalitas ſemel probata, ſemper præſumitur durare, niſi contrarium probetur.*

8 *Probatio familiaritatis, & continuę commenſalitatis ad effectum excludendi alium, debet plenè fieri, nec ſufficit, quod probetur per aſſertionem Cardinalis.*

9 *Quando agitur de familiaritate non in pręiudicium tertij, ſed ad effectum expediendi gratis duntaxat, fides Cardinalis ſufficit.*

10 *Si Pontifex Maximus aſſerit aliquem eſſe familiarem ſuum, & cõtinuum commenſalem, illi creditur etiam in pręiudicium tertij. Contr. nu. 11.*

12 *Familiaritas non poteſt dici contracta ex ſolo conſenſu Pontificis Maximi, niſi conſentiente aſſerto familiari.*

13 *Quando Pontifex Maximus habet voluntatem, & propoſitũ faciendi veros familiares, & eorũ ſeruitio vti nõ ſufficiũt literę familiaritatis, niſi etiam probetur actus.*

14 *Quando ſummus Pontifex conceſſit literas ad petitionẽ alicuius, tunc quia ſecundùm fictionem dicitur familiaris, & continuus commenſalis ſufficit probare familiaritatem per dictas literas.*

15 *Familiares Cardinalium non actu deſeruientes licet probent per literas familiaritatem, tamen ad effectum Regulę Cancellarię probare debent habitationem in domo, & commenſalitatem.*

Extat Regula Cãcellariæ de impetrãtibus beneficia vacantia ꝑ obitũ familiaris Car-
1 dinalium, † ad effectum igitur iſtius Regulę, nedũ eſt ꝓbanda familiaritas ſimpliciter, ſed ẽt cõtinuã in domo commẽſalitatẽ habere, vt eſt tex. in c. vlt. de verb.
2 ſignif. in 6. nam illa dr̃. vera familiaritas, † quæ corpore, & dẽtibus fit, vt vtar verbis Dominici in d. c. vlt. in pen. notab. & refert Gomeſ. in d. reg. de impetrãtibus beneficia, & c. q. 13. in prin. & latè ꝓſequitur Auguſt. Bero. in q. 35. per tot. & Mandoſ. in d. reg. q. 10.

Primò amplia idẽ procedere econtrariò, vt ſcilicet non ſufficiat probare ſolam cõmenſalitatẽ, & expen-
3 ſas in domibus Cardinalium habere, † niſi etiam probetur illa qualitas familiaritatis, nam hmõi expẽſę quandoq; præſtantur per eleemoſinam vel magnam amicitiam, & eo caſu beneficia eorũ non cadunt ſub reſeruatione dictæ Regulæ: ita Boniſac. de Vital. in clem. vlt. notab. 7. de celebrat. miſſa. & tenet Bero. in d. q. 35. nu. 3. & 4.

Limita, hmõi ampliationẽ locum non habere, ſi
4 Cardinalis pateretur, † vt aliquis familiaris non actu ſeruiret ſed nihilominus eſſet cõmenſalis continuus, nã tũc ſufficeret illa qualitas cõmẽſalitatis, & diceret verus familiaris, ꝑ ea, quæ dicit Fel. in c. clerici. col. 2. de iudic. non tñ procederet ecõtrà, nempè ſi ſeruiret, ſed tñ non comederet expẽſis Cardinalis, vt aſſeruit Gomeſ. in d. reg. de impetran. q. 10. ſub nu. 3.

Quod poſtremo loco à nobis traditũ verũ eſſet, ſi eſſemus in claris: nempè qa conſtaret de non cõmen-
5 ſalitate: ſecus aũt ſi eſſemus in dubio, † nã tunc ille, q̃ ſeruit, & habitat in domo, præſumitur viuere expẽſis Cardinalis, niſi, vt diximus, contrarium probaretur, quia non preſumitur, ꝙ de vẽto vixerit: vt in l. ſi. C. de alimẽt. pup. preſtan. & qđ ibi notat Bar. in l. cũ ſeruus. ff. de verb. ſign. nec eſt præſumendũ, quòd ſeruiendo Cardinali, & habitando in eius domo, viuat expenſis proprijs, nã preſumptio eſt, ꝙ viuat expenſis Cardinalis, cui ſeruit: iuxta dictũ A poſtoli: iuſtũ eſt, vt de fructu quem quis ſeminat, & metat. Et contrarium præſumere non videtur veroſimile, neq; ſecundum iuſti-
6 tiam, † quia honeſtum non eſt, quòd quis alteri ſeruiẽdo, de ſuo ſeipſum paſcat: vt tradit Oldr. in conſ. 149. quæritur, & Marian. Soc. in tract. viſitatio. col. 34.

Contrariũ tenuiſſe Rot. atteſtatur Gomeſ. in d. reg. de impetran. q. 13. ſub nu. 5. verſ. tamen, nullum nempè in dubio preſumi commenſalem, niſi probetur, q̃a
7 iſta conſiſtunt in facto, † & facta non præſumunt̃, niſi probentur. l. quæcũq; ff. de publicia. & diximus ſupra in noſtra concluſione facta non præſumuntur. Vtiq; verum eſt, quòd commẽſalitate ſemel probata ſemper præſumitur durare, niſi probetur cõtrarium, & ita declarantur dicta Domin. in d. c. vlt. de verb. ſign. in 6. per Rot. vt inquit Gomeſ. vbi ſupra.

8 Secũdò ampliabis, vt eo vſq; concluſio ꝓcedat, † vt hmõi probatio familiaritatis, & continuæ cõmenſalitatis ad effectũ excludendi alium, debeat plenè fieri, nec ſufficit, quòd probetur ꝑ aſſertionẽ Cardinalis, quia illi nõ creditur in præiudicium tertij, per c. cum à nobis, de teſt. ſecus verò quãdo ageretur de familia-
9 ritate non in præiudicium tertij, † ſed ad effectũ in expediendi gratis duntaxat, tunc enim nõ requiritur ita exacta probatio, ſed fides Cardinalis ſufficeret, & ita deciſum fuiſſe à Rot. in vna Hiſpalen. refert Gomeſ. in d. reg. de impetran. q. 13. ſub nu. 6. in fi. quod tamen inquit procedere, niſi opponatur.

Limita huiuſmodi ſecundam ampliationẽ, ſi Põtifex Max. aſſereret aliquem eſſe familiarem ſuum,
10 & continuum commenſalem, † illi certè crederetur ẽt in præiudicium tertij, per clem. 1. de prob. & ita nũcupatim cõcluſit Rot. in vna ſcenceſen. prioratus coram Gomeſ. de mẽſe Februarij 1538. dum ibi Leo decimus quẽdam Petrum Protonotarium creauerat, & familiarem ſuum continuum commenſalem fuiſſe aſſerit, Domini voluerunt illud ſufficere ad excludẽdum prouiſionẽ legati Auinionen. qui licet poterat de reſeruatis, non tamen de beneficijs familiariũ Papę prouidere: vt refert idem Gomeſ. in d. reg. de impetran. q. 13. nu. 6. & ratio eſt, quia ſumm. Pontifex aſſerendo creat, vt aſſeruit Cagn. in l. ſi quis maior. n. 170. C. de in integ. reſtit. cui conferunt notata per Lap. in alleg. 67. nu. 2. vbi latè examinat, quando narrata per ſummum Pont. faciant fidem.

11 In contrariam † videtur rñdiſſe ſententiam Anch. in conſ. 398. vbi inquit, quòd cùm ad contrahendum familiaritatem requiratur conſenſus mutuus, ſcilicet Domini & ipſius familiaris (familiaris enim obligat̃ domino ad ſeruitium, & dominus ad ſtipẽdiũ vel ad aliud iuxta pactum conuentũ) ex ſolo conſenſu Põt.
12 Max. non poteſt dici contracta familiaritas, † niſi cõſentiente

ſentiente aſſerto familiari, per not.in c. 1. de conceſſ.
præbē.lib.6.in nouell.& ibidem poſt Inn. ipſe Anch.
& conſulēdo idem ſenſit Pariſ. in conſ.50.col. 3. vol.
4. quos etiam ſequitur Rebuff. in ſua prax. beneſi. in
reg.de non tollendo ius quæſitum.gl.5. verſi. vnde ſi
Papa declarauit.

Huiuſmodi inter ſe repugnantes opiniones poſſũt
13 hoc pacto conciliari.† nam aut Pont. Max. volunta-
tem,& propoſitũ habet faciendi veros familiares, &
eorũ ſeruitio vti, & tunc non ſufficiũt literæ familia-
ritatis, niſi etiam probentur actus familiaritatis, ad
effectum dictæ regulæ, nec gaudent prærogatiuis, ſeu
priuilegijs familiarũ.l. ſub prætextu. C. de ſacroſan.
eccleſ.l.ſcriniarios.C.de teſtam.milit.& tradidit Fel.
in c.1.col.2.de offic.deleg. quia propter officiũ datur
beneficium.c.fi.de reſcript.in 6.& tunc procedit opi-
nio Anch.in d.conſ.396.& vult Pau.de Caſtr. in cõſ.
340.in lib.1.incip.Premiſſis.allegat Card. Florenti.in
conſ.126.prope fi.loquens de Capella Papæ.

Aut ſummus Pont.conceſſit literas ad petitionem
alicuius, ſicuti multi illas affectant, vt prærogatiuis
14 gaudeant;† & tunc quia ſecundum fictionem dicun-
tur familiares,& continui commenſales: vt declarat
Pau.de Caſt.in d.cõſ. 340. & iſti gaudeant priuilegijs
veris familiaribus, & continuis commenſalibus con-
ceſſis, vt per Abb.in c.ex parte, ad fi. de cler. non reſi-
den. per Bal.in l.ſiue poſſideris.1.col.2.q.C.de prob.p
Philip.poſt Io.And.in c.fi.4.col.in prin. de conſenſu,
in 6. ſufficit probare huiuſmodi familiaritatem per di
ctas literas Papæ.

Iſtud tamē non habet locum in familiaribus Car-
15 dinalium, non actu deſeruiẽtibus, † quia licet proba-
rent per literas familiaritatem,& nõ probarent habi-
tationem in domo,& commenſalitatem, nõ ſufficе-
ret ad effectum dictæ Regulę: vt placuit Abb.in c. cũ
dilectus.in fi.de cler.non reſiden. & voluit Fely. in c.
cum noſtra.col.15.de reſcript.& ex latè deductis per
Gomeſ.in d.reg.de impetran. q.13. ſub nu.8.& 9.

CONCLVSIO DCCLVI.

ARGVMENTVM.

De familia alicuius aliquem eſſe quo pacto
probetur.

SVMMARIVM.

1 Aliquem eſſe de familia alicuius, eo ipſo probatur, quod cũ alijs famulis aſſociatus ſit, & in illo officio ſeruiat, veluti alij ad id deputati.

2 Qui dicantur de familia, de domo, & agnatione, parentela, cognatione, & ſimilibus, vide remiſſiuè.

Familiaris, ſeu aliquem eſſe de familia
alicuius, probatur eo ipſo, ꝙ
1 cum alijs famulis† aſſociatus ſit, & in illo officio ſer-
uiat, veluti alij ad id deputati, quamuis nulla deputa-
tio, vel ſcriptura, de hoc appareat, ad quod eſt cõtext.
in l.fi.in princ.C.de prox.ſacr.ſcrini.lib. 11.ita docuit
Bar.in l. 1.§ familię.nu.5.de publi.& vectigal.& Au-
guſtin Bero.quæſt.39.num.2.
2 Qui autem dicãtur de familia, de domo, † de agna-
tione, parentela, cognatione,& de ſimil. cõſulas hæc
latè tradentem Alex. in l. ex pacto.§. ſi quis rogatus.
nu.51.cum plu.ſeq.ff.ad Trebel.& Bart. in l. pronun-
ciatio.§.familiæ.& ibidem Alc.de verb.ſign. & idem
Bart.in l.pero.§.fratre.ff. de leg. 2. vbi etiam ad eum
Illuſtriſſ. Alban.

CONCLVSIO DCCLVII.

ARGVMENTVM.

Familiares, an admittantur ad teſtificandũ
in cauſa Domini ſui.

SVMMARIVM.

1 Familiares in cauſa Domini ſui non admittuntur ad teſtificandum.

2 Familiares Epiſcopi, vel Abbatis præſumuntur eſſe laudabilis vitæ, & conſcientiæ, & ideo admittuntur ad teſtimonium pro ipſorum dominis.

3 Familiaris familiaris mei, non dicitur meus familiaris.

4 Licet domeſticus non poſſit eſſe teſtis, tamen id fallit in domeſtico domeſticæ partis.

5 Familiaris admittitur ad teſtificandũ, ſi eſt ſolitus verſari in domo, ſed nõ viuere expẽſis illius, pro quo teſtificatˀ.

6 Familiaris in cauſa domini ſui ſaltem facit indicium. Contrarium.nu.7.

1 Familiares non admittuntur ad teſtifi-
candum † in cauſa Domini
ſui. vt ſancitum eſt in c.in literis, de teſtib. in c.1. 2. &
4.& c.accuſatores.3.q.5.& in l.etiam.C.de teſtib.& l.
pen.ff.de teſti.ita reſpondit Gram.in conſ.26. nu. 30.
ſic etiam conſuluit Alex.in conſ.91.nu. 8. vol.4. atq;
cauit Dec.in conſ.133.viſo proceſſu, ſub nu. 3.

Primò limita concluſionem non procedere in fa-
2 miliaribus Epiſcopi, vel Abbatis, † hi etenim pſumũ-
tur eſſe laudabilis vitæ,& conſcientię,& ideò admit-
tuntur ad teſtimoniũ pro ipſorum dominis, vt voluit
Bal.in l.2.col.1.in fi.verſ.ſed Innoc.dicit.C. de teſtib.
& ibi Sal.col.1.verſ.vnum not.quod & cenſuit Fel.in
d. c literis. col.2.verſ. fallit ſecundo, & placuit Ang.
Aret.in §.pater.col.3.verſ.vnum not.Inſti.de teſtam.
ord.idem obſeruauit Alber. de Malet. in tract.de te-
ſtib.§.ſupereſt.nu.13.idē ſenſit Flor.in l.teſtes, verſic.
alij autem.ff.de teſti.vt & notant Barb.in c.inſinuã-
te.col.1.verſ.ex hoc mihi videtur, de offic.deleg. hoc
et tradidere Lanfr.in c.quoniam contra.in §.teſtium
depoſitiones.col.19.verſ.quæ ergo primo, de probat.
Apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.4.in prin.verſ. quod verum
eſt,& in verſ.item admittuntur.Iac.in l.teſtis idoneus
verſ.quid autem in familiarib.ff.de teſtib. & Mando.
in Reg.Cancel.32.q.8.nu.12.& Gomeſ. in d. reg.
3 Secundo loco limitanda eſt concluſio† in familia-
ri familiaris mei, ille enim non dicitur meus familia-
ris: vt decidit Bellam.in deciſ.604.concluſio, ꝙ licèt
procurator.& Ant.de But.in c.inſinuante.col.1. verſ.
4.qd in familia.de teſt. Alex.in conſ.73.nu.12.vol.1.
& Rot. in deciſ. 154. aliàs 12. ſolicitator. de teſtib.in
nou. Socius enim mei ſocij non eſt meus ſocius. l. nõ
4 ſocius.ff.pro ſocio, quod & illud confirmat. † nam li-
cet domeſticus non poſſit eſſe teſtis: tamen id fallit in
domeſtico domeſticæ partis, ita tradit Innoc.in c. in-
ſinuante, de offic.deleg.& ibi Barb.alleg.l. vnic. C. ſi
quacunq; prædit.poteſt. & ſequitur Bal.in l.qui teſta-
mento, la 2.§.quæcunque autem.ff.de teſtam.
5 Tertiò limitabis in familiari, † qui licet ſit ſolitus
verſari in domo, non tamen viuit expenſis illius, pro
quo teſtificetur, nam tunc admittitur: ita cautum eſt
ab Alex.in conſ.149.col.2.num.8.verſ. præterea licet
conuerſetur. vol. 5.
6 Quartò limita, † vt eo vſque non procedat, quin
ſaltem faciat indicium: vt auctor eſt Bald. in Marga-
rita. in verb. teſtis, verſic. teſtis familiaris,& ſequitur
Hippol.in l.1.§.ad quæſtionem.num. 30. verſ. teneas
etiam menti, quod licet domeſticus.ff.de quæſt.idem
voluit auctor addit.ad deciſ.Tholoſan.4.verſic. item
quando ſunt plures.
7 Contrarium † ſentire videtur Bald.in l.in teſtimo-
nium.ff.de teſtib.& Fel. in d.c.in literis.col.fi.verſ.ſe-
cundo

cundo

cundo nota. de teſt. & ibi Abb. in 3. notab. & Gram.
in conſ. 29. num. 33.
Sed quoniam de huiuſmodi Concluſione latè ſu-
pra diximus in concluſione Domeſticus, proindè ad
ea te lector reijcio.

CONCLVSIO DCCLVIII.

ARGVMENTVM.

Famulus an poſſit eſſe teſtis pro domino ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Famulus pro domino ſuo non poteſt eſſe teſtis.*
2 *Famulus non poteſt eſſe teſtis, etiam ſi deponeret de facto proprio.*
3 *Famulus pro domino teſtificari poterit, quando tempore teſtificationis non ſit amplius famulus.*
4 *Famulus non eſſet idoneus teſtis, ſi receſſiſſet à Domino vel dolo eſſet dimiſſus ad hoc potiſſimum, vt pro ipſo domino deponeret.*
5 *Famulum dimiſſum eſſe dolo, & fraude, probatur ex eo, quòd poſtea reuertitur ad famulitium.*
6 *Famulus præſumitur in fraudem dimiſſus, quando id fit tempore litis cœptæ.*
7 *Famulus non habens ſalarium, admittitur in teſtem pro domino.*
8 *Famulus non habens ſalarium, ſed viuens expenſis illius, pro quo teſtificatur, perindè eſt, ac ſi ſalarium haberet, & non admittitur pro domino.*
9 *Famulum deieratum eſſe, nõ eſt verisimile, cùm ſit grauis, & honeſta perſona.*
10 *Famulus deponens contra dominum, admittitur.*
11 *Famulus expulſus propter eius ſcelera non admittitur ad teſtificandum contra ipſum dominum.*
12 *Famulus Abbatis pro monaſterio eſt idoneus teſtis.*

1 Famulus non poteſt eſſe teſtis † pro domi-
no ſuo: vt colligere eſt ex reſcri-
pto Imp. Dioclet. & Maxim. l. ſeruos, & ibi Saly. C. de
quæſt. & ex reſcripto Imp. Valeria. & Gallic. in l. etiã,
& ibi Doct. C. de teſti. & ratio eſt, quia poteſt ei impe-
rari, & ideò eſt inhabilis: vt ait gl. in c. idonei. §. teſt. 3.
q. 3. quod & tradidere Cyn. & Doctor. in l. 2. C. de te-
ſtib. hoc idem confirmant Rol. à Vall. conſ. 41. num.
25. vol. 1. Pariſ. conſ. 67. nu. 85. vol. 3. Steph. Aufrer. in
tract. de teſt. nu. 43. in verb. famulus. Domhaud. in co
tract. de teſtib. num. 6.
2 Id amplia, † et ſi deponeret de facto proprio, nẽpè
ꝙ reportauit librum, quẽ tibi commodaueram, nam
ẽt tunc nõ põt eſſe teſtis, quia pro ſe deponit, ex l. de-
ferre. §. ijdem decreuerunt. vbi Bar. ff. de iur. fiſc. & ſe-
quitur Aufrer. de teſt. in ver. famulus. nu. 43. in fi.
Concluſionem primò limitabis, qñ tempore teſti-
3 ficationis non eſſet amplius famulus, † quia tunc po-
terit teſtificari, inſpicitur enim tẽpus, quo teſtificatur
ſeu iurat. l. nomen. §. inſtrumẽtorum. ff. de verb. ſign.
& l. 3. §. lex Iulia. cum ibi notatis. ff. de teſt. & de com
muni opinione atteſtatur Alex. in conſ. 100. ſub nu.
7. vol. 6. & ex alijs adductis per eundem in conſ. 5. nu.
9. vol. 1. & voluerunt Cyn. Bal. Bar. Sal. Paul. de Caſt.
& alij in d. l. 2. C. de teſtib. Spec. in tit. de teſte. §. 1. ver.
quid ſi olim fuit eius clericus. hoc idẽ aſſeruere Bart.
in l. 1. §. idem Nummio per eum text. & in l. vnius. §.
pen. ff. de quæſt. & l. deferre. §. ijdem decreuerat. in fi.
ff. de iur. fiſ. Alex. in conſ. 149. viſo proceſſu inter Mi-
chael. col. 2. verſ. non obſtat ſi dicatur. vol. 5. Grat. in
conſ. 41. col. 2. verſ. tertio admittuntur. vol. 2. Ruin. in
conſ. 36. col. 6. verſ. item nõ obſtat alleg. famulat. vol.
4. idem dixit Lanfr. de Orian. in trac. de depoſit. teſti.
in verſ. nunc eſt videndum. nu. 84. & ſeq. ver. prędicta
tamen intelligere debetis.
4 Illud ſublimita nõ ꝓcedere, † ſi receſſiſſet à Domi-
no, vel dolo fuerit dimiſſus, ad hoc potiſſimũ, vt pro
ipſo Domino deponeret, nã nunc nõ eſſet idoneus te-
ſtis: ita docuit Bar. in l. vir mulieri. ff. de don. int. vir. &
vxo. cui accedit Bal. in l. 1. §. ſi ſeruus. ver. breuiter iſta
eſt veritas. ff. de quæſt. quibus adhæret Hippol. in l. 1.
§. idem Numini. col. 1. ſub nu. 1. verſ. quandoq; deſijt
eſſe. ff. eo. idem tradidit Henric. Boic. in cap. in literis.
col. 2. in 2. caſu, qui loquitur in mercenario, de teſti. &
ibi Bal. verſ. quid in famulo. Ibiq; Fel. col. ver. 2. intel-
lige. hoc idem obſeruauit Dominic. in c. conſangui-
nei. col. 1. verſ. glo. prodeunt. 3. q. 5. & ibi Præpoſ. Ale-
xandri. col. 1. verſ. in eadem gl. idque prætereà obſer-
uauere Corn. in conſ. 170. col. 3. verſ. & licet aliàs vol.
3. Hiſpa. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. col. 1. ver. ex
quo infert. Apoſtil. ad deciſ. 4. Tholoſ. verſi. prædicta
dic eſſe vera. Barb. in c. inſinuante. col. 3. verſ. & vide
Bar. hoc limitãtem. de offi. deleg. & Tiraq. in reg. ceſ-
ſante cauſa, in 1. par. n. 62. & proptereà dicit Bal. in d.
c. in literis. quod diligẽter debet interrogari famulus,
quare fuerit expulſus, & an ſit reuerſurus.
5 Et quod fuerit dimiſſus dolo † & fraude, ꝓbabitur
ex eo, ꝙ poſteà reuertitur ad famulitium: vt ex alleg.
per Tiraq. in tract. ceſſan. cauſ. ſub nu. 102. & Fel. in c.
in literis. de teſt. & explicauere Hippol. Marſ. in l. 1. §.
idem Nummio. num. 2. de quæſt. Sal. in l. ſeruos. C. de
quæſt. & ſic inquit Alex. in conſ. 5. nu. 9. verſ. niſi po-
ſteà rediret. vol. 1.
6 Præſumitur etiã in fraudem dimiſſus, † qñ id fit tpo
litis cœptæ: vt inquit Spec. in d. §. verſ. item excipitur.
de teſte. Pariſ. ẽt placuit in conſ. 104. nu. 159. vol. 1. ꝙ
& probauit Imo. in c. cũ à nobis col. 3. verſ. adde etiã.
de teſtib. vt, & teſtatur Henric. Boic. in d. c. in literis.
colum. 2. ver. aut eſt dubium. de teſtib. & confirmauit
Alb. de Maler. in ſuo tract. de teſt. c. 4. nu. 18.
Secundò limita, principalem concl. nõ habere lo-
7 cum in famulo non habente ſalarium, † quia talis fa-
mulus admittitur in teſtem pro Domino. teſte Spec.
in tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed de quo mercenario. quem
ſequitur Rom. in cõſ. 429. nu. 4. & ſcitu dignum arbi-
tratus eſt Marſ. in ſing. ſuo incipient. Regula eſt. & in
conſ. 68. nu. 22. & in l. 1. §. ad quæſtionem. col. 1. in 2.
limit. ff. de quæſt. & Aufrer. in tract. de teſtib. in verb.
famulus. nu. 43. verſ. fallit in famulo.
Sublimita hmõi limitationẽ in famulo non habẽ-
8 te ſalarium, † ſed tñ viuente expenſis illius, pro quo te
ſtificatur, nã perindè eſt, ac ſi ſalarium haberet: vt no-
tat Io. And. ad Spec. in §. 1. verſ. item excipitur. tit. de
teſte. & Aret. in d. c. in literis. col. 2. verſ. & aduerte. &
ibidem Fel. verſ. ex quo datur intelligi. & rñdit Aret.
in conſ. 13. ſub nu. 14. verſ. ſecũdo quia ꝑ doctor. Cyn.
in l. etiam. C. de teſtib. licet loquatur in domeſtico: tñ
conſiderata illa qualitate expenſarum dicit, quod re-
pellitur teſtis, & idem in famulo pro expenſis ſeruiẽ-
te, tenet Zabarel. in c. Inſinuante. de offic. deleg.
Tertiò limita in famulo honeſtę pſonę magni dñi,
9 † nec eſt veriſimile famulum deieraturum cũ ſit gra-
uis, & honeſta perſona: ſiñ Doct. & Bal. in d. l. etiã. C.
de teſt. & Inn. in d. c. in literis. co. vlt. de teſti. ita etiam
ſcriptum reliquit Alex. in l. vir. ff. de donat. int. vir. &
vxor. ꝙ idem conſulendo ſenſere Rom. in conſ. 420.
nu. 5. Marſ. in conſ. 68. nu. 23. in ſing. 5. Barb. in cõſ. 54.
illud afferam in medium. col. 9. poſt prin. verſ. & ſi q-
ſpiam dixerit. lib. 1. & in conſ. 3. clementiſſimi. col. 12.
poſt princ. verſ. quo caſu vendicat ſibi locum. vol. 2.
Ruin. conſ. 92. præmittendum. nu. 3. lib. 1. Mandoſ. in
reg. Cancel. de impetr. benefic. vacan. per obit. famil.
Cardin. q. 8. nu. 13. vt etiã explicauimus ſupra in con-
cluſione domeſticus, & in concluſione familiaris.
10 Quartò limita, † in famulo deponente cõtra domi-
num, quia tunc admittitur: vt eſt deciſum in Capel.
Tholoſ. in deciſ. 4.
Hoc idẽ ſublimitabis non ꝓcedere in famulo ex-
11 pulſo propter eius ſcelera; qa tunc nõ admitterẽt † ad
teſtifican-

Digitized by Google

reſtificandũ contra ipſorum Dominũ, vt in ſimili de Epiſcopi famulo notat Alb. de Malet. in ſuo tract. de teſt. c. 2. nu. 52. & tenuit But. in c. cum oporteat, de accuſ. & facit c. nulli epiſcoporum, eod. de accuſ.

32 Quintò limita locum ſibi non vẽdicaret † in famulo Abbatis. hic etenim pro monaſterio eſt idoneus teſtis: vt aſſeruit Bal. in conſ. 444. n. 4. vol. 1. & ſeq. Egid. Boſſ. in ſuo tract. de teſt. nu. 116.

CONCLVSIO DCCLIX.

ARGVMENTVM.

Famulus an deliquiſſe præſumatur de conſenſu patroni.

SVMMARIVM.

1 *Famulus deliquiſſe, non præſumitur de conſenſu patroni, ſeu domini.*

1 Famulũ non præſumi † deliquiſſe de conſenſu patroni ſeu domini, habemus à ſum. Pont. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. & in huius concluſionis explicatione non immorabor, cùm enucleatè ab Alc. enodata fuerit in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 40. vbi quinq; limitationes ad hanc cõcluſionem adducit, hunc itaq; lector adibis, ſi tibi opus fuerit.

CONCLVSIO DCCLX.

ARGVMENTVM.

Fatuus aliquo tempore, an etiam poſteà præſumatur fatuus, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Fatuus aliquo tempore, vt etiam poſtea præſumitur fatuus, debet probari fatuus aliquo continuo tempore, aliquibus menſibus, non autem ſemel, vel nonnullis temporum momentis.*

1 Fatuus vt quis aliquo tpe † etiam poſteà præſumatur fatuus, debet probari fatuus aliquo continuo tpe, aliquib. menſib. non aũt ſemel vel nonnullis tẽporum momentis: ita decidit apertè Bar. in l. 2. ff. de bon. poſſ. fur. infan. de la. per tex. in l. 1. ff. de cur. fur. & ſequitur Soc. Sen. in cõſ. 42. n. 8. vol. 1. Et ꝙ fatuus non præſumitur quis niſi probetur, tenet Rom. in conſ. 281. nu. 7. per tex. in l. nec codicillũ. C. de codic. & quod plenè not. in c. cum dilectus, de ſuc. ab inteſt. c. iudicis. 13. q. 9. & in c. ſi fortè, de elect. lib. 6. & l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ.

In hac concluſione explicanda vlterius nõ inſiſtã, cũ abundè de hac diſſeruerimus in concl. Demẽtia, et in concl. Furioſus, & in concl. Mente captus, quæ igit in præſentia dicenda eſſent, partim iam antea, partim inferius ſuis locis opportunis tradidimus.

CONCLVSIO DCCLXI.

ARGVMENTVM.

Fellonia, vt probetur per dominum contra vaſallum quot teſtes requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Fellonia, vt probetur per dominũ contra vaſallum, requiruntur quinq; teſtes omni exceptione maiores.*

2 *Quinque teſtes qui requiruntur ad probandum felloniam per dominum cõtra vaſallum, debent eſſe omni exceptione maiores nedum tempore depoſitionis, ſed etiam tempore quo iurauerunt.*

1 Fellonia vt probetur per dñm cõtra vaſallum, requirũtur † quinq; teſtes omni exceptione maiores: vt probatur in c. vnic. in v lib. feud. tit. quot teſtes ſint neceſſ. ad prob. feu. ingrat. & fuit deciſum in Parlamẽt. Delph. vt refert Guid. Pap. in q. 180. & licet de illo tex. dubitet gl. ibidem, quòd ſcilicet non ſit lex, tñ pro lege debet ſeruari, tenet ibidem Aluarot. pluribus permotus rationibus, cuius ẽt gloſſæ auctoritate non obſtante ita fuit concluſum ꝑ tex. vt ẽt refert Guid. Pap. vbi ſup. in fi. & rõ eſt, vt dñs cautius agat cum vaſallis, ne facilè fortè ꝑ viles, & ſedẽptos teſtes, aut paucos ſuos vaſallos feudis priuet, ita inquit Alua. in d. c. vnic. ver. & fuit ratio decidẽdi.

2 Primò amplia, quòd huiuſmodi quinq; teſtes nedum debeant eſſe omni exceptione maiores tempore depoſitionis, ſed etiam tempore quo iurauerũt: ita aſſeruit Matthæus de Afflict. in d. cap. vnic. in fin. & ibidem Bald.

CONCLVSIO DCCLXII.

ARGVMENTVM.

Fęmina, an in cauſis criminalibus teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in cauſis criminalibus non poteſt eſſe teſtis.*

2 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis in cauſis criminalibus propter maximum in ipſis præiudicium.*

3 *Fœminis plerunq; non creditur ob id, quod ſunt ea, quæ vt plurimum ſolent eſſe fraudulentæ, fallaces, & doloſæ.*

4 *Mulieres mendaces ſunt.*

5 *Mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, in alijs verò poteſt, in quibus viri non vocantur, ſiue adhibentur.*

6 *Mulier etiam in cauſa matrimoniali, quæ criminali par eſſe dicitur, teſtis eſſe non poteſt. Contr. nu. 7.*

8 *Mulieres de iure canonico non ſunt idoneæ teſtes, etiam ſi ciuiliter agatur, ſi pœna eſt applicanda fiſco ratione delicti.*

9 *Quandocunque pœna quantumcunque ſit pecuniaria eſt applicanda fiſco, dicitur actio criminalis.*

10 *Quando pœna eſt applicanda fiſco ex accuſatione, tunc dicitur cã criminalis, ſed ſi aliqua actio intẽtatur nomine fiſci, veluti petitio hæreditatis, tunc dicitur cã ciuilis.*

11 *Fœmina ſecundum ius ciuile in cauſis criminalibus poteſt eſſe teſtis, & non prohibetur.*

12 *Mulier etiam de iure canonico in cauſis criminalibus eſt teſtis idonea.*

13 *Mulier ſicut non poteſt accuſare, ita nec teſtificari, quãdo eſt crimen publicum, uel ubi uenit abſciſſio membri.*

14 *Mulier nec de iure ciuili in cauſa capitali admittitur propter magnitudinem præiudicij.*

15 *Mulier in cauſa criminali admittitur, ubi de crimine agitur ciuiliter.*

16 *Fœmina non admittitur in cauſis criminalibus, niſi qñ ueritas aliter haberi non poteſt. Intellige, ut nu. 17.*

18 *Qui inhabiles teſtes produxit, & dicit alios reperiri nõ poſſe, nec aliter ueritatem haberi, illud probare tenetur.*

19 *Fœmina, quando deponit ſuper eo, quod ipſa fecit cum aliquo, tunc eius dictum non tenet.*

20 *Fœmina, ſi infamis eſt, in cauſis criminalibus eius dictum non tenet.*

21 *Fœmina in cauſis criminalibus teſtis eſſe poteſt, quando proceditur per uiam inquiſitionis uel denunciationis.*

22 *Fœmina teſtis eſſe poteſt in crimine hęreſis, læſæ maieſtatis, & ſimoniæ.*

1 Fœmina in cauſis criminalibus † nõ poteſt eſſe teſtis, ita habemus ex c. forus, de verb. ſign. c. mulierẽ. 32. q. 5. & not. in c. tã ex literis, & c. 3. de teſti. & voluit gloſ. in c. qm̃, in ver. mulieres, de teſtib.

de teſtib. & in c. ex eo. 35. q. 2. ita tenet Hoſt. in ſum.
tit. de teſt. in §. qs teſtis eſſe poſſit. idē cenſuit Spec. in
tit. de procur. §. 1. verſ. ſeptimo in criminali teſtifica-
tione cui accedit Alb. de Roſat. in l. q teſtā. in §. mu-
lier. ff. de teſta. nec ab hac ſnīa fuit alienus Flor. de S.
Petro in l. ex eo. du. vlt. & ibi Iac. de S. Georg. nu. 4. ff.
de teſt. id ēt tradidere vnanimes Io. Faber. Ang. Aret.
& cæteri ſcribentes in §. teſtes. Inſtit. de teſt. ſic ſenſit
Rom. in repet. l. admonēdi. nu. 119. ff. de iureiur. Abb.
in c. forus. de verb. ſign. hanc eandē opinionem dicit
eſſe *communē idem Abb. in c. quoniam. n. 2. de teſt.
& ibi Fel. nu. 1. ita ēt Tiraq. in l. cōnu. in nona leg. nu.
49. atq; Ioā. Igne. in l. 1. §. iuſta. nu. 54. ff. ad Syllanian.
Alex. in conſ. 19. nu. 4. vol. 1. & in cōſ. 64. nu. 4. eo. vol.
1. & in conſ. 24. n. 4. lib. 2. tenet Nepos de Mōt. in ſuo
tract. de teſt. nu. 63. idem Iac. Butr. eo. trac. tit. quędam
forma cir. teſt. nu. 14. & Iac. Egid. eo. tract. nu. 5. Feder.
de Scheu. eo. tract. nu. 38. verſ. in criminalibus autem.
Lanfr. de Orian. eo. tract. ſub nu. 80. Io. Crot. eo. tract.
par. 3. nu. 55. & de *cōi opinione atteſtant Abb. & Fel.
in alleg. c. 3. de teſt. et per Io. de Plat. & Ang. ac alios.
in §. teſtes. Inſt. de teſt. & Dec. in l. fœminæ. colu. 6. de
reg. iur. & Daud. in eo. tract. de teſt. in prin. n. 23. Marſ.
in conſ. 18. nu. 34. & multos allegat. in conſ. 22. nu. 1.
cum ſeq. vbi de *communi opinione atteſtatur, & in
conſ. 59. nu. 9. & in conſ. 101. nu. 8. & in conſ. 130. nu.
34. & ſexcenti alij, quos omnes referre longum eſſet.
2 Cōcluſionis noſtrę ſ ea poteſt afferri ratio, propter
maximū in hoc caſu præiudicium, cū vt plurimū, vel
de mēbri abſciſſione, vel morte, vel alio pęnę grauio-
ris genere agatur, ita omnes ſupra relati ſcribentes ſē-
ſere, præſertim Tiraq. de leg. connub. in nona leg. glo.
1. par. 9. nu. 68. verſ. ego, & alium caſum. Ea ēt afferri
poteſt ratio, nā fœminis plerunq; omnino non credi-
3 tur, ob id duntaxat, quod ſunt fœminę, † quæ vt pluri-
mū ſolent eſſe fraudulentæ fallaces, & doloſæ. Vnde
cūm Samſonis vxor Philiſtæis reſeraſſet ænigma il-
lud de leone, & apū mellificatione, quod illis Sam-
ſon propoſuerat interpretādum, exclamaſſe Samſo-
nem, nihil eſſe doloſius fœmina: refert Ioſeph. in lib.
4 antiquitatū. 5. c. 17. † mendaçes ēt eſſe pluribus cōfir-
mat idem Tiraq. vbi ſupr. nu. 52. & ſeq. præterea pro-
pter honeſtatem, quæ non patitur, vt fœminæ virorū
cœtui ſe immiſceant. Hincq; factū eſt, vt ex antiquis
Romanorum legibus nō eſſet ius ferēdi teſtimonij,
quod ſatis ex eo patet quod ſcribit Aulus Gellius lib.
6. c. 7. lege Horatia Caiæ Terentiæ virgini veſtali id
ius dicēdi teſtimonij tributū, teſtabiliſq; vna omniū
fœminarum vt eſſet, datū. Cui ſnīę fauet illa lex anti-
qua à Conſtantino Hermanopulo relata lib. 1. cap. 6.
eius operis, cui titulum fecit Promptuarium legu, ſic
enim ſonat, quod Græcè ſcripſit. Mulieres, & pupilli
arcentur à teſtimonio mulieres tñ teſtimonium poſ-
ſunt dicere, vbi virorum conſuetudo vel familiaritas
5 prohibetur. & in eo. lib. c. 3. † Mulier in teſtamento te-
ſtis eſſe non poteſt: in alijs autē poteſt, in quibus viri
non vocantur, ſiue adhibentur: vt idem refert Tiraq.
vbi ſupr. nu. 77. ver. ſed nec ex vetuſtis. Tum etiam pp
fragilitatem conſilij, & lubrica vota: cūm permutetur
in hora. Vnde legibus Moſaicis mulierum teſtimo-
nium nequaquam recipiebatur propter leuitatem, &
procacitatem, ſiue mauis audaciam, ſiue ītemperita-
tem generis earum: vt refert Ioſephus in lib. antiq. 4.
c. 6. alias rationes afferre poſſem, quas quiſque per ſe
apud ſcribentes de hoc agentes reperiet.
Concluſ. igitur noſtrā rationibus, & auctoritatibus
6 ita munitam priori loco ita ampliabis verā eſſe † ēt in
cā matrimoniali, quæ criminali par eſſe dicitur, vt in
c. mulieri. de iureiur. ſic teſtatur, & Spec. in titul. de re-
ſcrip. præſent. in §. rōne formæ. verſ. nūc igit ad inſtru-
ctionem. nu. 35. cui accedit Bal. in conſ. 122. qa vnus
teſtis. vol. 2. atq; Abb. in c. ſi ꝑ debilitate. nu. 4. de offi.
deleg. Alex. in cōſ. 143. qm̄ abundè. nu. 4. lib. 2. Dec. in
cōſ. 133. viſo ꝓceſſu. nu. 3. & multi alij relati à Tiraq.
in leg. connub. in 9. leg. nu. 64. verſ. ex eo autem.
Verum iſtorū auctoritatibus nihil propemodum
me mouentibus, cōis ſtat à contraria ſententia ſcribē-
7 tiū opinio, hoc eſt, † mulierem ēt in cā matrimoniali
poſſe eſſe teſtem, quā probat contex. in c. ſuper eod. il
2. de teſtib. hanc eandem opinionē dixit eſſe *cōmu-
nem Iac. de S. Georg. in l. ex eo nu. 5. ff. de teſti. quam
etiam *communem inquit, & quotidię ſeruari Socy.
iun. in cōſ. 31. nu. 13. vol. 1. quam confirmat pluribus
auctoritatibus, & ſequitur Tiraq. vbi ſupr. & pro hac
eſt etiam cōtex. in c. videtur. 35. q. 6. vbi dicitur, quod
etiam cōiuncti vtriuſq; ſexus in teſtificationem cau-
ſæ matrimonialis admittuntur.
8 Poſterior erit ad concluſ. ampliatio, † ēt ſi ciuiliter
agatur, ſi pęna eſt applicanda fiſco rōne delicti: nam
tunc mulieres de iure canonico, ꝙ eſt ſeruandum in
terris Eccleſię, non ſunt idoneę teſtes: ita conſulendo
ſenſit apertè Alex. in conſ. 19. viſo proceſſu cauſę. nu.
1. vol. 1. quem ſequitur Pariſ. in conſ. 16. nu. 12. volu.
4. Huic ſnīæ non mediocriter patrocinatur illud. Nā
9 quandocunq; pęna, † quātumcunq; ſit pecuniaria, eſt
applicanda fiſco, dicit actio criminalis: ita me docuit
Accur. in l. 3. in prin. in verb. aureorū centum. ff. de ſe-
pulch. viol. cui adhærent ibidē Bar. Cyn. & Bal. in l. ſi
qua per calumniā. C. de Epiſ. & cler. & tradidit Alex.
tum profitendo, tum etiam conſulendo, ꝓfitendo in
rub. C. de iudic. cōſulendo in conſ. 132. viſa facti nar-
ratione. nu. 5. vol. 1. Io. de Imol. in c. qualiter, & quan-
do il 2. num. 64. de accuſ. & idem in rubr. ff. de public.
Iud. Dec. in rub. de iud. nu. 52. & ibi Rip. nu. 102. Iaſ. in
prin. Inſt. de act. nu. 15. & idem in l. 1. nu. 7. C. de eden.
idem ſenſit Bar. in l. agraria. ff. de termi. moto. quā ſē-
tentiā dixit eſſe *cōem Gomeſ. in eo. prin. inſti. de act.
nu. 18. licet alibi idē Accur. aliter ſēſerit, cuius omnes
locos refert, & impugnat Bar. in d. l. 3. ff. de ſepul. viol.
& Lud. Gomeſ. vbi ſuprà, & hanc dicit *communem
Franc. Cur. Iun. in rubr. ff. de iudic. num. 18.
10 Quod tamen verum, † quando pœna eſt applican-
da fiſco ex accuſatione: quoniam tunc dicitur cauſa
criminalis: ſecus ſi aliqua actio intentetur nomine fi-
ſci, veluti petitio hæreditatis, nam tunc dicitur cauſa
ciuilis: vt docuit Bar. in d. l. 3. in fi. ff. de ſepul. viol. per
tura, de quibus per eum, quem ſequuntur Doct. ſupra
relati, vbi hoc inſigniter declarant.
Primò limita, & intellige procedere de iure cano-
11 nico: † ſecus de iure ciuili, quia ſecūdum illud poteſt
eſſe teſtis, & non prohibetur. l. 1. ff. eod. de teſt. & dicit
Azo in ſūma ſua, & notat in d. c. forus. & tenet Butri-
gar. in ſuo tract. de teſt. in §. & in primis teſtes. nu. 14.
& Nepos de Monte eo. trac. de teſtib. nu. 66. Federic.
Schench. eo tract. de teſtib. in prin. nu. 23. & de *com-
muni opinione atteſtatur Crot. in d. ſuo tract. de teſt.
in 3. par. nu. 57. & Alex. in conſ. 11. nu. 6. vol. 1. Cæpol.
in conſ. crim. conſ. 32. et annuit idem Alex. conſ. 99.
ſub nu. 4. verſ. ſecundus teſtis. eo. vol. 1.
Sed horum grauiſſimorū auctorum auctoritates,
nec communes ſcribentiū ſententię Dec. permouere
12 potuerunt, † quin ſolus ſine riuali, vt aiunt, contrariā
ſententiam fuit ſecutus in l. fœminæ. num. 34. ff. de reg.
iur. hoc eſt, quod etiā de iure canonico mulier ſit in
cauſis criminalibus teſtis idonea, quibus autē ratio-
nibus, illic omnibus videre licet.
13 Sublimita tñ noſtram limitationem primam, † qñ
eſſet crimē publicum, vel vbi veniret abſciſſio mēbri,
in quibus caſibus, ſicut nec poteſt accuſare, l. qui accu-
ſare. ff. de accuſ. ita nec teſtificari, ſecundum Steph.
Aufrer. in ſuo tract. de teſt. nu. 69. in verb. mulier.
Verū nec de iure ciuili in cā capitali non admittit
14 mulier, † propter magnitudinem præiudicij, ſecundū
aliquorū ſnīam, vt Io. de Aret. in l. q teſtamento §. mu-
lier. ff. de teſta. quē refert Io. Andr. in addit. ad Spec. in
tit. de teſte. §. 1. verſ. item ꝙ mulier, & Alb. Gand. quæ-
ſtium.

illum ſequitur in tract.malef.tit.de furib. col.4. verſ.
pone quæſtionem de facto. & Oldra.in conſ. 145. q̃-
ritur ſi teſtes.& Io.Faber.in d. §.teſtes. Inſtit. de teſta.
& alij multi relati à Tiraq.in leg.connub.in 9.leg.nu.
62.Cui tamen opinioni totam legiſtarum cohortem
reclamare in d. §. mulier. atque etiam Canon. vt vi-
dere licet ex Panor.Franc.Are. & Fel.in d.c.quoniã.
de teſti. idem ibidem refert Tiraq.

15 Secundò limitabis,†vbi de crimine ageretur ciuili-
ter,nam tunc admitteretur: ita ſenſit Aufrer. in ſuo
tractat.de teſti.in d.verb.mulier.per c. quoniã. & ibi
gl.& Feli.de teſtib.c. ſuper eod.il 2.& cap.tam literis
eod.tit.de teſtib.c.ſuper his.& c.ad petitio.de accuſa-
tio.cap.per tuas.in fi. de ſimo. & placuit Egid. in ſuo
tract.de teſtib.num. 5, verſ.in criminal. autem. idem
voluit Lanfran. Oria.in d.ſuo tract.de teſtib. ſub nu.
80.verſ.idem in delict. & ita dilucidè tenuit Chaſſ.in
conſuet.Burgund.in tit. Des iuſtices.rubr. 1. §.6.n.41.
quam limitationem intelligas eſſe veram, niſi ſit ap-
plicanda pęna fiſco,vt ſupra diximus in 2.ampliatio.

16 Tertiò velim limites, locum ſibi non vendicare,
qñ veritas aliter haberi non poſſet: tunc enim fœmi-
na admittitur:vt cenſuit Ioan.Andr.ad Spec.in tit.de
teſte.§.1.verſ.item ꝙ eſt mulier.quem ſequitur Marſ.
in conſ.5.nu.11.& Alex.in conſ. 24.num.11.vol.2.&
in conſ.64. nu.5.vol. 1. in quibus locis multa ſimilia
adducit, & magis latè Marſ.in d.ſuo cõſ. 5. idẽ Marſ.
in l.diuus.ff.de quæſt.col.2.& in pract.crim. in §.dili-
genter. nu.81.& in l.infans.nu.45.ff.de ſicar. & tenet
in ſuo tract.de teſtib.3.par.nu.56.Dec.in cõſ.363.col.
2.& Marſ in cõſ.113.nu.28.& in cõſ.127.n. 10.cũ ſeq.

Quam limitationẽ egregie confirmat illud,ꝙ tra-
ditũ eſt in lib.1.c.3.eius operis,ꝙ inſcribitur Prõptua-
rium legũ, ſi ſic igitur intelligitur quod ibi Græco ſer-
mone ab auctore ſcriptum eſt:tu autẽ diſpice,aliquã-
do mulieri ius eſſe dicendi teſtimonij, vt ſi qñ mulie-
res lauant in balneo, vnam viderint ab altera iniuria
affici,tunc teſtimonium ferent,ꝙ viris non liceat per
id tempus illic adeſſe, & quæ fiunt,conſpicere. Hinc
itaque videre licet fœminas poſſe teſtari, vbi veritas
aliundè non poſſet haberi, vt ibi.

Hæc tñ tertia limitatio procedit,& debet intelligi,
17 † qñ ex natura facti ſeu negotij veriſimiliter habitũ,
& actu alij interuenire non poterint:aliàs ſecus, quia
licet fortè fortuna contingat,ꝙ alij teſtes nõ adfue-
rint,tñ veriſimiliter potuerint adeſſe & haberi, tunc
non dicitur per alios nõ poſſe haberi veritatẽ: immò
ex natura negotij per alios potuit in potẽtia haberi,
licet aliter acciderit: ita grauiter, & doctè intelligit
hãc doctrinam Ant.de But.in c.3.loco. de probat. &
in conſ.24.quęſtio hæc dubia.quẽ refert & ſeq. Alex.
in conſ.64.viſo themate & dubiis.nu.5.vol. 1. ꝓban-
do id etiam per c. vlt. & ibi Abb.de teſtib. cog. & in
conſ. 152. viſo proceſſu cauſæ matrimonialis.nu.11.
vol.5.& in cõſ. 148. in cã appellationis interpoſitæ.
nu.6.vol.5.cũ alijs adductis ad idem à Nicol. Are'a.
in addi.ad Alcia. in reg.1.præſump.47. ſub littera B.
in verb.volumine.verſ.vnum tñ menti teneas. Ideò
18 † qui inhabiles teſtes producit, & dicit alios reperiri
nõ poſſe,nec aliter veritatẽ haberi poſſe,illud ꝓbare
tenetur alioquin ſemper quis poſſet producere inha-
biles;dicendo ſe alios habere non poſſe:ita reſpondit
Alexan.in d.conſ.64.nu.5.& ſeq.lib.1.cũ alijs relatis
ad hoc ab Hippol.Marſil.in conſ.41. diuini numinis.
nu.6.& in conſ. 80.qui cuncta.num.62.& in conſ. 35.
bonorum omnium.nu.33.verſ.præterea ad hoc,vt te-
ſtes.vt idem ibidem Nic. Arelar.in fin.

Secũdò ſublimitabis, & intelliges ꝓcedere quoad
19 extraneos,& ad tertias pſonas lingantes; † ſecus qñ
ipſa fęmina deponeret ſup eo, ꝙ ipſa fecit cũ aliquo,
quia tunc eius dictũ non tenet: vt latè tradidit Marſ.
in conſ. 102.nu.7.vbi multa adducit pio limitatione,
& demũ ſublimitat hoc modo,& But.in cõſ.69.n.19

20 Tertiò ſublimita, † ſi huiuſmodi fœmina eſſet in-
famis,vt in caſu, ſuper quo conſuluit idem Marſil. in
alleg.conſ.102.num.15.

21 Quartò concluſionem limitabis, † quando proce-
ditur per viam inquiſitionis vel denunciationis: vt
tenet Innoc.in c.quoniam.nu.1.de teſtib. ad quod &
pertinet contex.in c.tam literis.eod.tit.cui ſententiæ
accedit & Lanfran.de Oria.in tract.de depoſitio.teſt.
nu.110, idemque aſſeruit Aufrer.in tract. de reproba.
teſt.num.69. quod & adiuuat gloſſ. in c. quoniam. in
verb.mulierem.de teſtib.

22 Quintò limitare poteris † in crimine hæreſis, læſæ
maieſtatis & ſimoniæ:vt probat glo.in c.cum P. Mã-
conella.de accuſat.& in ſumma.2.q.7. facit text.in c.
tanta. & in c.per tuas. de ſimo. & ibi Doct. præcipuè
Ioan.de Anan.nu.1.cum ſeq.de quibus omnibus cõ-
ſulas Pet.Duen.in reg. 315.

CONCLVSIO DCCLXIII.

ARGVMENTVM.

Fœmina an poſſit eſſe teſtis in teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in teſtamento teſtis eſſe non poteſt.*
2 *Fœmina pp ſuſpicionem falſitatis, quaſi minus ſit fidei in ipſa,quam in viro, teſtis in teſtamento eſſe non poteſt.*
3 *Teſtimonium inter alia ſolemnia requiſita teſtamenti connumeratur,ſed mulier inter ſolemnia non adhibetur.*
4 *Fęmina tam de iure ciuili,quàm de canonico teſtis in teſtamento eſſe non poteſt.*
5 *Fęmina in teſtem non admittitur, etiam ſi teſtamentũ eſſet factum inter ruſticos,& in rure.*
6 *Fęmina teſtis etiã eſſe non poteſt in teſtamento,in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato.*
7 *Fęmina in codicillis teſtis eſſe poteſt.*
8 *Fęmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento facto inter liberos. Sublimita vt num.9.*
10 *Fęmina in teſtamento ad pias cauſas teſtis eſſe poteſt. Contrarium num. 11.*
12 *Fęmina teſtis eſſe poteſt in teſtamento militis, quia vbi remiſſa eſt ſolemnitas iuris poſitiui,ibi ſufficiunt duo teſtes etiam fęminæ.*
13 *Fęmina in teſtamento facto tempore peſtis, teſtis eſſe poteſt. Mulier admittitur ad teſtimonium in caſibus in quibus aliàs non admittitur.*
Contrarium num.14. Eiuſdem limitatio num.15.
16 *Fęmina teſtis eſſe poteſt in teſtamento condito in terris eccleſiæ.*
17 *Fęmina teſtis poteſt eſſe, vbi agitur de declaranda ambigua voluntate teſtatoris.*
18 *Fęmina in teſtem admittitur, quoad probandam contrariam voluntatem teſtatoris prioris reuocatoriam.*

1 Fœminam non poſſe eſſe teſtẽ † in teſta-
mento, colligimus ab Impe.
in §.teſtes.Inſt.de teſtam.& ex Iuriſc.in l. qui teſta.§.
mulier,ff.eo.idem voluit Gl.in c.forus,in ver. nec fę-
mina,de ver.ſignifica. ſic etiam reſpondit interroga-
tus Marſ.in conſ.22. nu.2.quod & voluit Iac. Aegid.
in tract.de teſti.ſub nu.5.verſ.in teſtam.vt & animad-
uertit Lanfr.Oria.tit.de teſtib.nu.80.cuius fuit etiam
ſententiæ Alex.in conſ.70.nu.13.vol.2.

Concluſionis noſtræ rationem nobis ſuppeditauit
Accur.in d.§.teſtes.in ver.neque mulier. Inſtit. de te-
ſtam. quo in loco aſſerit hanc elici ex l. vlt. C. de fi-
2 deicommiſſ.† nempè propter ſuſpicionem falſitatis,
quaſi minus ſit fidei in fœmina,quàm in viro, vt etiã
obſeruauit ex ea gl.Car.Alex.in c.1.§.& quia.col.11.
verſ.& pro hoc facit.tit.de his,qui feud. dar.poſſ.

Alij

Alii tamē aliàs in mediū tulerunt rationes, quas re-
fert Marc. Ant. in l. hac cōſultiſs. §. ex imperfecto nu.
179. cum ſeq. C. de teſta. ſed præ cæteris illa probabi-
lior vr, nam teſtimonium inter ſolemnia requiſita te-
3 ſtamenti, † inter alia præcipuè connumeratur: mulier
aūt inter ſolemnia nō adhibetur: quæ ratio fuit Alb.
de Roſa. in d. §. mulier. l. qui teſtō. ff. de teſtamē. nam
adhiberi ad ſolemnia lex videtur id habere ꝓ officio
virili; vt nonnulla ad hanc rem refert idē Marc. Ant.
in d. §. ex imperfecto. poſt n. 171. ver. vnde aſſignādo.
4 Primò amplia, † nedum procedere de iure ciuili,
ſed etiam de iure canonico: vt ex allegat. per Alex. in
cōſ. 177. ſub nu. 5. vol. 2. vbi reprobat opinionē Abb.
contrarium tenentis. in c. cum eſses. de teſta. ad quod
plurima congerit Tiraq. in leg. connub. in 9. leg. n. 57.
& ſeq. verſ. idq; etiam obtinet de iure canonico.
5 Secundò amplia, † etiam ſi teſtamētum eſſet factū
inter ruſticos, & in rure, nam tunc fœmina nō admit-
titur: vt liquet ex adduct. per Crot. in ſuo tract. de teſt.
in prin. nu. 5. & Ale. in conſ. 177. ſub nu. 6. verſ. nec ēt
prædictis obſtat. col. 2. & in conſ. 70. nu. 16. eo. vol. 2.
6 Tertiò ampliabis, † vt & mulier non poſſit eſſe te-
ſtis in teſtamento, in quo ſunt inſtituti venientes ab
inteſtato: licet in huiuſmodi teſtamento quinq; teſtes
ſatis ſint, vt habemus ab Imp. in d. l. hac cōſultiſſima.
§. ſi quis autem. C. de teſtam. quod ea ratione fit, quia
ibi teſtes requiruntur ad ſolemnitatem, vt ait idem
Marc. Ant. in d. §. ex imperfecto. nu. 171. in fi.
7 Primò concluſ. limitabis in codicillis, † in quibus
fœmina poteſt eſſe teſtis: vt notatur in l. qui teſt. §. mu-
lier. ff. qui teſta. & ibi Bart. & tenet Nepos à Mont. in
ſuo trac. de teſt. nu. 66. & Egid. eo. tract. ſub nu. 5. verſ.
in codicil. Nell. etiam à S. Gem. in eo. tract. verſ. mu-
* lier. nu. 32 & de * communi opinione atteſtatur Crot.
de teſtib. in prin. nu. 6. vbi etiam Petr. Moncad. in ad-
dit. in litera N.
Secundo loco limita in teſtamento facto inter li-
8 beros: † in eo enim fœmina poteſt eſſe teſtis: vt glo.
ſing. quam ſequuntur Doct. in l. fi. C. de codicil. & in
l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, aliàs in auth. ꝙ
ſine. C. de teſtam. idem tenet Lanfranc. de Orian. in
tract. de teſtib. ſub nu. 30. ſic cenſuit, & Io. Crot. in ſuo
tract. de teſtib. in prin. nu. 7. vbi reddit rationem, quia
in tali teſtamento conſideratur ius gētium, vt ibi per
Bart. quo iur. fœm. non repel. à teſta. iuxta illud Do-
minicum, In ore duorum, vel trium ſtat omne verbū.
9 Iſtud ſublimita † nō ꝓcedere, niſi inter legitimos li-
beros, & naturales, ſecus in naturalibus tantum: vt tra-
didere Bal. & Ang. & Alex. in d. §. ex imperfecto. &
ſeq. Pet. Moncad. in addit. ad Crot. vbi ſupra.
10 Tertiò limita in teſtamēto ad pias cauſas, † in quo
etiam attenditur ius gentium, ſeu diuinum, c. relatū,
& c. cum eſſes, de teſt. & ita ſenſit Bal. in l. 1. in fi. & in
rep. illius legis. col. 13. verſ. ſuper 1. q. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & Paul. de Caſt. in conſ. 362. incip. dubium fa-
* cit, & iſta opinio eſt tenenda in practica, quia eſt * cō-
munis ſecundum Rom. in auth. ſimiliter, in ſpecia.
16. piæ cauſæ, verſ. inter vlt. volunt. C. ad leg. Falcid.
11 Contrariū † tenuit Feder. de Sen. in conſ. 217. incip.
quidam nomine Petrus, & alii, quos allegat Io. Crot.
in d. ſuo tract. de teſti. in prin. ſub nu. 8. verſ. contrariū.
* Priorem tamen opinionem dixit * communē Mar-
cus Ant. Bauer. in §. teſtes. Inſtit. de teſta. in col. 3. qui
notat, & abundè examinat iſtam materiam, & opi-
niones inter ſe cōciliat, quod idem facit Marc. Ant.
in d. §. ex imperfecto. num. 173.
Quartò limitanda eſt concluſio non habere locū
12 in teſtamento militis, † nam vbi remiſſa eſt ſolemni-
tas iuris poſitiui, ibi ſufficiunt duo teſtes, etiam fœmi-
næ, ſi credimus Bar. In l. hac cōſultiſſima. §. ex imper-
fecto. C. de teſta. glo. etiam voluit in auth. quod ſine.
C. eo. tit. ſed in teſtamento militis remiſſa eſt ſolēni-
tas iuris poſitiui, vt in l. 1. ff. de milit. teſta. ergo in hu-
iuſmodi teſtō mulier poterit eſſe teſtis, ſic ratiocina-
tus eſt Petr. Duen. in reg. 314. in ſua 1. limit. vbi non-
nullos idem ſentientes refert. vt Ang. Aret. in d. §. te-
ſtes, per gl. ibi Inſt. de teſt. Rip. in trac. de peſte. in rub.
de priuil. vlt. vol. cauſ. peſt. nu. 24. & alios, vt ibi p cū.
13 Quintò limitatur † in teſtamento facto tēpore pe-
ſtis: vt voluit Iaſ. in l. vlt. nu. 19. C. de codicil. vbi deter-
minat mulierem admitti in ſubſidium ad teſtimoniū
in caſibus, in quibus aliàs non admittitur, teſtem lau-
dat Io. Andr. in addit. ad Spe. in tit. de teſte. §. 1. ſic pla-
cuit, & Alex. in conſ. 24. nu. 11. vol. 2. idem ſenſit Ber-
tran. in conſ. 212. nu. 6. lib. . . vt idem refert Duen. vbi
ſup. & Rip. de priuileg. vlt. volunt. cauſa peſtis. nu. 18.
verſ. ſecundo quæro an mulier, cum ſeq.
14 Contrariam ſequutus eſt ſententiam † Alex. in cōſ.
70. uiſo conſ. nu. 16. uerſ. nec etiam obſtat ſi dicatur,
uol. 2. per c. cum eſſes, de teſtam. ubi de iure canonico
fuit diminutus numerus teſtium, & tamen requiritur,
quòd ſint idonei, ſic etiam in teſtamento facto Ruri
fuit diminutus propter inopiam teſtium, ut in l. ult. C.
de codicil. & tamen requiritur, quod teſtes neceſſarij
* aliàs ſint idonei, ut ibi * omnes concludūt, & per alia
de qbus ibi p eum. idē decidit Gram. in deciſ. 62. n. 16.
uer. nec opitulat. ubi alios refert. ad ꝙ conſulas Ripā,
ubi ſupr. nu. 19. uerſ. contrariam ſententiam. cum ſeq.
Hanc poſteriorē opinionem, ſi quis uoluerit ſequi,
15 illam poterit limitare, ut locum ſibi non uendicet in
teſtamento eius, qui in ciuitate permanſerat, ut labē-
ti Reip. ſubueniret, ſicut in teſtamēto militis, in quo
mulier poteſt eſſe teſtis. ita limitauit Rip. ubi ſup. nu.
22. uerſ. fateor tamē. cui accedit Ant. Caius in addit.
ad Ang. Aret. in d. § teſtes. nu. 7. Inſtit. de teſta. ut etiā
aſſerit Petr. Duen. in reg. 314. nu. 2. in fi.
16 Sextò limita, ut mulier teſtis eſſe queat † in teſtamē-
to cōdito in terris Eccleſiæ, cuius limitationis rō eſt,
quia ius Pontificium in teſtō iuris ciuilis ſolēnitatē
non curat: ita ſenſit Abb. in c. cum eſſes, de teſta. ubi
* ēt nu. 14. Couar. dicit hanc eſſe * cōem, quamuis. ibid.
ipſe aliter opinatus ſit. Abbatē tamē ſequutus eſt Iaſ.
* in l. hac conſultiſſima. nu. 9. quo in loco, & ipſe de * cō-
* muni ſententia teſtatur, C. de teſta. & de * communi
inquit ēt Io. de Imo. in l. nemo poteſt. n. 4. ff. de leg. 1.
* * cōem quoq; eſſe aſſeruit Io. Crot. in tract. de teſt. in
1. par. nu. 10. & plures alij relati à Duen. ubi ſup. nu. 3.
Septimò concluſ. limitare poteris, vt nō procedat,
17 † vbi agitur de declaranda ambigua voluntate teſta-
toris: tunc enim tantummodo inſpicitur probatio, &
non ſolemnitas: vt conſultus reſpondit Oldr. in conſ.
297. domina Stella. nu. 18. cui accedit Natt. in d. l. hac
cōſultiſſima. in d. §. ex imperfecto. nu. 173. C. de teſta.
Oldradum refert, & ſequitur Marc. Ant. in d. §. ex im-
perfecto. num. 173. in fin.
Octauò limites velim concl. noſtram locū ſibi nō
18 vendicare, † quoad probandū contrariam voluntatē
teſtatoris, prioris reuocatoriam: nam tunc mulier ad-
mitteret: vt fuit à Bal. deciſum in conſ. 39. cuius exor-
dium eſt factum, ſuper quo conſilium petitur. nu. 3.
verſ. prætereà ad probādum. vol. 2. quem ſequitur idē
Marc. Ant. in d. §. ex imperfecto. nu. 174. idem voluit
Bald. in d. l. qui teſtamento. §. mulier. vbi ēt Imo. ff. de
teſta. licet contrariū ſenſerint. Albe. dicēs alicubi nō
eſſe tactum, in d. l. qui teſtamēto. §. mulier. ff. de teſta.

CONCLVSIO DCCLXIV.

ARGVMENTVM.

Fœmina an poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili.

SVMMARIVM.

1 Fœmina poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili.
2 Fœmina non poteſt eſſe teſtis in cauſa feudali.

3 *Fœmina illuſtris, & habẽs feudum, eſt idonea teſtis in cauſa feudali.*
4 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis in teſtamentis.*
5 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis in ſcriptura priuata tribus teſtibus ſubſcribenda.*
Rationem huius rei videas nu.6. Contrarium. nu.7.
8 *Fœmina non admittitur ad probandum tenorem inſtrumenti deperditi, ſecus ſi perita ſit. vt nu. 9.*
10 *Tenor inſtrumenti deperditi non poteſt probari nec per viros, niſi ſint periti, & literati.*

1 Fœminam †de iure poſſe eſſe teſtem in cauſa ciuili mihi egregiè ꝓbat contex. in c. quoniã. & ibi gl. & Abb. in verb. mulieres. de teſtib. quam ſententiam videtur ẽt adiuuare Põt. Max. in c. tã literis. extr. eo. de teſtib. quibus ſummor. Pontificum decretis meritò permotus Rober. Mar. in trac. de ordin. iudic. in 3. par. nu. 33. ita dilucidè ſenſit. idem voluit Bar. in tract. differ. iur. canon. et ciuil. nu. 6. quod etiam cõfirmauit Spec. in tit. de teſt. in § opponitur. nu. 83. quibus accedit Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. teſtamentũ. il 1. nu. 64. de teſta. idem præterea placuit pluribus alijs ſcribentibus relatis à Petr. Duen. in reg. 313.

Concluſ. hanc primum omnium limitabis, vt locũ
2 ſibi non vendicet in cauſa †feudali: ita ſanxit Imper. Henric. Auguſt. in c. 1. in fi. quot teſt. ſunt neceſ. ad ꝓban. feu. ingrat. ibiq; cũcti ſcribẽtes, ſic cenſuit Rom. in l. admonendi. nu. 119. ff. de iureiur. vt, & ſcriptũ reliquere Fel. in c. quoniam. nu. 2. & ibi Dec. num. 18. de teſtib. quod nec latuit Iaſ. in l. ſi quis agere. n. 19. C. de codicill. & in l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſta. neq; id præterijt Iaco. à S. Georg. in l. ex eo. nu. 2. ff. de teſtib. vt iridem non ignorauit Dec. in l. fœminę. nu. 34. ff. de reg. iur. quod, & eximium retulit Hipp. Marſ. in ſing. 611. adduxi tibi & nonnulli alij citati ad eandem rem à Tiraq. in leg. connub. in 9. leg. nu. 65.

Quòd ſic in diſcriminatim non eſſe intelligẽdum arbitratus eſt Matthę. ab Affl. in c. 1. nu. 104. de cõtro. inueſt. in d. c. 1. n. 35. qꝫ teſt. ſunt neceſſ. &c. ibi. n. dixit
3 non ꝓcedere, qñ mulier †eſſet illuſtris, & haberet feudum: motus ex ijs, quæ notauere Cyn. & Bald. in l. vlt. C. de arbitr. ad quod etiam pertinet, quod obſeruauit Ang. in l. cum prætor. in §. vlt. ff. de iud. & quod ipſemet animaduertit Afflic. in c. 1. de natur. ſucceſ. feud.

Secunda erit ad concl. limitatio, vt ſcilicet fœmi-
4 na in teſtamentis †nequeat teſtari: ita probat. l. C. in l. qui teſtamẽto. §. mulier. ff. de teſta. & Imp. in §. teſtes. Inſt. eo. de teſta. de qua limitatione in ſuperiori cõcl. latiſſimè diximus, proindè non repeto.

Tertius erit limitandi concluſionem modus, vt ea
5 nõ procedat in ſcriptura priuata, † tribus teſtibus ſubſcribenda, vt inſigniter dixit Bal. in l. ſcripturas. nu. 4. verſ. not. optimum text. C. qui potio. in pign. habean. cuius dictũ, vt ſingulare refert Fran. Cremen. in ſing. 145. quanquam mulier. nu. 2. hoc idem ſequuti ſunt Iaſ. in l. ſi quis id quod. 10. limit. ff. de iuriſd. om. iud. Dec. in c. qñ contra. in 15. notab. de probat. & in d. c. qñ. nu. 18. de teſt: b. & in l. fœminæ. nu. 32. vbi auctor addit. dicit hanc eſſe * cõem opin. ff. de re iur. & alij adducti à Tiraq. vbi ſup. n. 67. ver. neq, ẽt admittitur.

Huius limitationis ratio eſt, nam cũ in his ſcriptu-
6 tis priuatis † deſint aliæ ſolemnitates, quæ in publicis ſolent facere fidem, ideo in hoc caſu lex magis fidit marib. quàm fœminis, iuxt. c. forus. de verb. ſignif. ita tradidit Catellian. Cott. in memor. incip. mulier regulariter poteſt eſſe teſtis.

7 Contrariam † vẽ ſequutus ſententiam Fel. in c. quoniam. ver. tertio fallit. de teſtib. & in c. licet vniuerſis. poſt prin. eo. de teſti. & in c. ſcripta. col. 1. verſ. ſecũda declaratio. de fide inſtru. Iaſ. in l. hac conſultiſſima. in prin. col. 2. ad fi. C. de teſta. & in d. l. ſi quis agere. in fi. C. de Codicil. & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. ſcripturas in prin. & in addi. ad Bart. l. 1. ff. de verb. ſign. vt refert, & alios adducit Tiraq. vbi ſuprà. nu. 67.

Attamen limitationẽ noſtrã intelliges procedere, qñ contendit̃ de hypotheca cũ alio habente publicũ inſtrũ, ſecus tamen videtur in alia ſcriptura priuata, in qua nõ diſputatur de potioribus in pignore vel hypotheca: ſiñ Alex. in addi. ad Bal. In d. l. ſcripturas. licet Bal. loquatur in ſcriptura priuata cõfeſſata etiam ſine ſubſcriptione teſtium, pro cuius dicto facit l. 1. & quod ibi not. Bar. in fi. ff. de leg. ita refert Io. Bapt. de Caſtillio. in addit. ad d. ſing Fran. Cremen. 145.

Quarta erit concluſionis noſtræ limitatio, vt vera
8 non ſit, quoad probandum †tenorem inſtrumenti deperditi, iuxta ſententiam Bar in l. 1. ff. ſi cert. pet.

Quæ limitatio tibi ſublimitanda eſt, vt non proce-
9 dat ſi fœmina †ſit perita, nã tunc in eo tenore probãdo ſatis erit idonea teſtis ita contra Bar. ſenſit Franc. Rip. in d. l. 1. nu. 82. ff. ſi cer. pet per I. C. reſponſum. in l. ex eo. ff. de teſt. atq; ex his, quæ ſcribunt Iaſ. in l. 1. ff. de legib. & Dec. in d. l. fœminę. ff. de reg. iur. Et re vera
10 illud à noſtris receptum eſt, vt ne viri †quidem ꝓbẽt tenorem inſtrumenti, niſi periti, & literati ſint, ꝑ text. in c. cum olim. il 1. & ibi Ant. col. 1. & Abb. in gl. vlt. de priuile. quod etiam tradidit Cyn. in auth. ſi quis in aliquo. in 3. quæſt. & ibi Bar. col. 2. Alb. col. 4. & Ang. colum. vlt. C. de eden. quam opinionem contra Bar. tenet palã idem Tiraq. in leg. connub. in d. l. 9. nu. 66. verſic. ſed nec admittitur.

CONCLVSIO DCCLXV.

ARGVMENTVM.

Feriæ per quem probari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Ferię per eum probari debent, qui illas allegat.*

1 Feriæ debent †probari per eum, q illas allegat: quia omnis dies præſumitur eſſe iuridica, niſi feriata appareat, ita not. Bald. in l. omnes. la 2. C. de fer. in prin. vbi dicit eſſe menti tenendum.

CONCLVSIO DCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Feudi communia.

SVMMARIVM.

1 *Feudum allegans probare debet.*
2 *Non præſumitur rem eſſe feudalem, ſed potius allodialem.*
3 *Qui allegat qualitatem ſuper quam ius ſuum fundat, & ſi pro eo nulla ſit pręſumptio, qualitatem probare tenetur, ſiue iſte ſit actor, ſiue reus.*
4 *Qui dicit feudum eſſe Guardię, aut qui rem, quã aduerſarius poſſidet in pignus datam eſſe pręt̃dit, ꝓbare cogit.*
5 *Vaſal qui rem, quam poſſidet, ſimplex ſuum eſſe feudum pretendit, & contra Dominus in guardia vel caſtaldię vim datam aſſerit, vtri credatur, & vter probabit. Diſtingue, vt nu. 6.*
7 *Facile præſumitur contra officiales, quòd dominos fraudẽt, & ſibi vſurpent, quidquid poſſunt.*

1 Feudum allegans †dẽt probare, vt reſponſum eſt ab Alex. in conſ. 137. viſo, & examinato proceſſu. nu. 2. vol. 1. & in conſ. 129. nu. 1. eo. vol. 1. cũ alijs adductis à Burſ. in cõſ. 46. nu. 9. lib. 1. & tradidit Affl. de cõtrou. int. maſc. & fœm. nu.
2 1. nã non præſumitur rẽ eſſe feudalẽ, †ſed potius allodialẽ. vt latiſſimè ſuprà diximus in cõcl. allodialis, immò potius præſumit̃ donatio, q̃ feudũ, vt optimi ferè quicq;

quisq; Conſultores reſpõdere, in primis Ang. in conſ.
242.in fi. Dec.in cõſ.32.col.2. quem ſequitur Alb. in
conſ.64.nu.64.idem Dec.in conſ.413.nu.7. Afflic. in
rub.quib.mod.feud.amitta.n.68.Rui. in cõſ.215.col.
1.cõſ.156.col.1.lib.1.Cur.iun.conſ.108.nu.15.& cõſ.
140.nu.4.Pariſ.conſ.2.nu.1.& 2.lib.1.& in cõſ.16.nu.
14.lib.4.& latè per Menoch.in conſ.1.& Burſ. in cõſ.
3 46.nu.9.Nã † qui allegat qualitatem,ſuper quã ius ſuum
fundat, & ſi pro eo nulla ſit pſumptio, qualitatẽ pro-
bare tenet:ſiue iſte ſit actor,ſiue reus.c.1.in fi.de grad.
ſucceſ. Imò, & poſt actoris pbationẽ reus quoq; ſup
diuerſis tñ capitulis probare poterit.teſte Aluar. in c.
1.§.itẽ ſi vaſal.de cõtrou.inueſt.facit.l.actor.C.de p-
ba.l.qui accuſare.C.de edẽ.& l.ſi quidẽ.C. de except.
4 Ex hac concluſ.noſtra illud oritur,vt † qui dicit feu
dũ eſſe guardiç,aut qui rẽ,quam aduerſarius poſſidet
in pignus datam eſſe ptendit, probare cogatur,& eius
probationi ſtabitur,niſi vaſallus è diuerſo guardiam,
ſeu pignus in feudũ rectum cõuerſum eſſe pbauerit:
ex d.c.§.item ſi vaſallus,& §.ſimiliter de cõtr.inueſt.
Prætereà,& illud ex eadem Cõcluſ.exijt, nam fin-
gè vaſallũ,qui rem quam poſſidet,ſimplex ſuum feu-
5 dum eſſe ptendat,† contra verò dominus in guardiæ
vel caſtaldiæ vim datã aſſerat,vtri creditur? vter pro-
babit? & profectò videtur dominus onere probandi
aſtringi.d.c.1.§.item ſi vaſallus. de cotrou.inueſt.vbi
eſt clarus text. & quia vaſallus poſſidendo ab onere
pbandi regulariter ſubleuatur.c.1.§.cum aũt, de con
trouer. inueſt. At rurſus vr̃ quod vaſallus feudũ rectũ eſſe
probet:hoc.n.tex.in c.1.§.1.de feud.guard. apertè do
6 cet.Hæc.controuerſia vr̃ eo pacto poſſe tolli. † nã aut
vaſallus rem feudalem poſſidens, in qua rectum feu-
dum ptendit,fatetur ſibi commiſſam guardiã,aut ca-
ſtalidam,tunc guardiæ feudũ præſumit̃ eſſe,quo caſu
onere probandi contrarium grauabitur,ita d.c.1.pro-
cedit. Aut negat ſibi vllam cõmiſſam guardiam, aut
caſtaldiã,tunc dominus probabit.d.c.1.§.itẽ ſi vaſal-
lus.quo probato iã vaſallus ſuccumbet; niſi rem feu-
dalem probet ante guardiã, vel ea finita ſibi conceſ-
ſam.d.§.1.vnde vaſallus,Guardianus, vel Caſtaldio,
ſi eo durante officio,aliud à dño feudũ acciperet, nõ
vt ſimplex,& rectũ,ſed quod officij ratione foret ei con-
ceſſũ accepiſſe pſumeretur, quod not. tenet Alua. poſt
doc.in d.c.1.§.1.verſ. quod ratione adiuncti.de feu.guar.
7 & caſtald.† quia cõtra officiales,quod dominos fraudẽt,
facilè præſumitur, & ſibi vſurpent quicquid poſſunt,
per Alua.vbi ſup.& huc ẽt ſpectat gl. in l.defenſionis
facultas.C.de iur.fiſc.& refert,& ſeq Zaſ. in tract. de
feud.par.14.tit.de cõtrouer.feud.nu.29.& ſeq. in par.
12.tit.de feud.& recti natu.degener.nu. 8. cum ſeq.

CONCLVSIO DCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Feudum hereditarium,an illud dicatur,quã-do eſt facta cõceſſio tibi,& hrdibus tuis,& veniat in petitione hæreditatis, & quod dicatur feudum ex pacto,& prouidentia.

SVMMARIVM.

1 *Feudum illud dicitur hereditarium, quando eſt facta cõ-ceſſio tibi, & heredibus tuis, & iſtud venit in petitione hereditatis.*
2 *In feudis hereditarijs non ſuccedit, niſi qui ſit heres, vel filius, vel agnatus.*
3 *Qui feudũ hereditariũ, vel etiam ſimplex conſequi vult, opus eſt, vt probet ſe hrdem, non autem ſe filium tantũ.*
4 *Feudum dicitur eſſe ex pacto, & prouidentia, quando eſt facta conceſſio Titio, & liberis.*
5 *Feudum ex pacto, & prouidentia eſt etiam, ſi concedatur Titio, & Petro filio ſuo.*
6 *Filius nominatus in feudo hereditatis dimidiam partem habebit etiam in vita patris, ſi tum præſumatur feudum filij contemplatione conceſſum.*
7 *In feudis pacto, & prouidentia neceſſe eſt, quod filius ſit heres.*
8 *Feudum hereditarium preſumitur.*
9 *Paria ſunt, quod quis recipiat feudũ ſimpliciter, nulla facta mẽtione filiorum, vel quod recipiat pro ſe, & heredibus.*
10 *Feudũ præſumit̃ ex pacto, & prouidentia, & ſi nõ probet̃ qualiter fuit conceſſum preſumatur pro ſe, & heredibus.*
11 *Feudum in dubio debet potius iudicari rectum, & pro-prium, quam improprium, & non rectum.*
12 *Lex loquẽs de feudo intelligi dẽt de pprio, & recto, & oĩs diſpoſitio ſimiliter proprie, & ſecundũ propriã naturã.*

Non minus dubitationis habet illud apud feu-
diſtas,an feudum hereditarium,an ex pa-
cto,& prouidentia præſumatur.Plures enim cenſuere
præſumi hæreditarium. Contra vero non pauci ſunt
arbitrati feudum cenſeri ex pacto, & prouidentia.
Sed anteq̃ ad vlteriora progrediamur, parũper im-
morãdũ eſt circa illud,hoc eſt, quod dicatur feudũ hrdi-
tariũ,quodq; ex pacto,& puidẽtia,vt res,qua de agit̃,
ſaltẽ in hac noſtra legũ Philoſophia tyronib. clarior
1 appareat.Et vt ab hrditario exordiar,† illud dr̃ quan-
do eſt facta conceſſio tibi,& heredib.tuis,& iſtud ve-
nit in petitione hrditatis,l.& non tantum,in gl. ff. de
petit.hæred.quã gl.ad hoc alleg. And.de Iſern.in c.1.
in fi.qui ſuc.tene.& in §.hoc quoq;.col.2. verſ. ſi feu-
dum,de ſucceſ.feud.idẽ ſenſit And.in c.1.§. qd ergo.
col.vlt.verſ.item,& qñ.de inue.de re alien. fact. & in
c.1.col.1.verſ.item loquitur.de alie.feu.par.& in c.1.
§.donare.col.4.ver.itẽ ſi,qual.ol.feu. alien. pot.cum
alijs ad hoc adductis à Iac.de Franc.in prælud. in vſi.
feud.nu.108.verſ.6.diuiſ.tit.ſpecies feud.quot ſint: ex
** magis ** cõi conſuluit idem Burſ.in cõſ.76.nu. 1. vol.
** 1. atq; de magis ** cõi idem inquit in conſ.89.nu.33.
2 eo.lib.1.† In his quoq; feudis non ſuccedit, niſi quis
ſit hæres,vel ſit filius,vel ſit agnatus,teſte Alc.in cõſ.
10.põderatis his.nu.8.verſ. item reſpondeo.vol.3.idẽ
voluit Pariſ.qui multos allegat in conſ.2.n.25.& ſeq.
& in conſ.3.nu.17.& in conſ.4.nu.28. vol. 1. ad quod
alios adducit idem Burſ.in d.conſ.76.nu.2.vol. 1. vbi
* de * communi teſtatur,& de magis ** communi dicit
** in conſ.2.nu.37.vol.1. & de ** communiori ibid.nu.
** 41.& ex ** magis communi in conſ.3.nu.3.eod.lib.1.
& per iſta ſe conſuluiſſe dicit Franc.Curt. in tract. de
feud.in 11.par.8.q.princip.ſuper neſcio,quo teſtatore,
qui deſcendentes ex fœmina reliquerat hæredes, ha-
bens feudum hæreditarium, quod tale feudũ fuit do-
mino applicatum, quia hæredes inſtituti erant inca-
paces feudi,quoniã deſcendentes ex fœmina,& agna-
ti,ad quos feudum ſpectare poterat, non fuerant hæ-
redes inſtituti.idem ſenſit Alex.in conſ. 19. ſuper eo,
nu.5.& ſeq.vol.5.& quod debeant eſſe hæredes tenẽt
Iaſ.in conſ.180.commune ciuitatis Maſſiliæ, num.4.
verſ.prima enim inueſtitura,uol.2. & in conſ. 115. &
116.eo.uol.2.atq; Dec.in conſ.205.ad clariorem,nu.
3.& ſeq.idem uoluit Ruin.in conſ.1.nu.1.uol.1.& in
conſ.2.nu.7.uol.4. Vnde dicere ſolebat Burſ.in d.cõſ.
3 3.nu.25.opus eſſe,† ut is,qui feudum hæreditariũ,uel
etiam ſimplex uelit cõſequi,probet ſe hæredem, non
* autem ſe filium tantum, ex * communi ſententia.
Feudum uerò ex pacto, & prouidentia dr̃ eſſe, qñ
4 eſt facta conceſſio Titio,& liberis:† & tunc nõ diſpo-
nit feudatarius de feudo,iuxta c.1.de ſucceſ.feud. ita
dixit And de Iſern.in c.1.col.1.an agnat. & in c. 1. §.
& ſi libellũ.col.3.uerſ.quid ergo,ſi dictum ſit.de alie.
feud.pat.nam videtur dari liberis ex prouidentia con
cedentis, l.ſi arrogator,§.1.ff.de adopt.l. cum patro-
nus.ff.de leg.2.idem tenet Andr. in c.1. col. 2. uerſ. &
in tantum,& in §.hoc quoque,col.2. uerſ. ſi uerò, de
ſucceſs.feud.& in tit.1.§.ſed quia uidimus.col.2.uerſ.
* iure iſto.& de * communi ſententia ait Dec. in conſ.
445.in caſu.nu.8. & idem comprobauit in conſ. 185.

in cauſa nu.2.Pariſ.in d.cōſ.2.nu.22.vol.1.Gozad. in conſ.9.nu.53.Ruin.in conſ.25.nu.18.vol.1.Clar.in §. feudum.q.9.verſ.quãdoq; cumulatiſſimè Cacher. in deci.Pedem.161.in prin.Pinel.in l.1.in 3.par.n.84.cũ ſeq.quo in loco* hanc omniũ cōcordem opinionem nuncupat.C.de bon.mater.Rol.à Vall.in cōſ.28. nu. 2.conſ.29.nu.31.conſ.44.nu.7.& in conſ.55.nu.7. cũ ſeq.vol.3.vt etiam de*communi aſſerit Burſ. in conſ.
5 82. nu. 1. Erit ẽt feudum†ex pacto,& prouidentia, ſi concedat Titio, & Petro, filio ſuo:nã tunc filius, & ſi à patre exhęredetur,in feudo ſuccedit.l.dedit dotem. ff.de colla.facit l.quodcunq; §.ſi ita.ff.de verb.obl.filius enim nominatus hęreditatis dimidiam partẽ habebit etiam in vita patris.l.ſi quis Titio, ſecũdum in-
6 tellectum Ioannis. ff. de vſufruct.accreſ.†præſumitur enim filij contemplatione conceſſum qñ nomine ꝓprio nominat.l.vlt.C.de vſufr. ita ſcripſit Andr. in d. c.1.colum.2. de ſucce.feud.& in c.1.col.1.ver.circa.ſi vaſal.feu.priu.cui defer.& in c.1.§.& ſi libellum.col. 3.in fi.ver.vnde,& col.ſeq.de alie.feud.pat. In iſtis ve
7 ro feudis ex pacto,& proindẽtia,† filius neceſſe eſt ꝙ ſit hæres,licet agnatus nõ: in quo filius eſt deterioris conditionis quam agnatus.vt in cap.1.an agnat.licèt Andr.nõnullis in locis ſupra à nobis citatis videatur aliter dixiſſe,atq; Alex.in conſ.19.& in conſ.27. cum ſeq.lib.5. ad quod feudi genus explicandũ multa alia adducit idẽ Iac.de Franc.in d.prælud.in vſib.feud.tit. ſpecies feud.quot ſint.nu. 117. cum multis alijs.

His ita breuiter explicatis accedo nunc propius ad
8 rem noſtram.Primo itaq; †quod feudum præſumatur hæreditarium pluribus in locis tradidit And. de Iſer. vt in c.1.nu.1.in prin.verſ.& quando concedit Titio, an agn.vel fil.& in c.1.nu.9.verſ. ſed nunquid feudũ, & nu.10.verſ.ſed ſi non exprimatur.de alien. feud.& in c.imper.§.preterea ducatus.nu.38.de prohib.feud. alie.p Feder.& in c.ſciendum.verſ.inueſtitura. nu.4. de feud.cogn.& in c.1.nu.4.de feud.Marchiæ.hãc ſecutus eſt ſententiam Bal.in l.liberti libertęq; nu.37. C.de oper.liber.idẽ Bal.& Aluar.in c.1.an agn.vbi di-
9 cunt paria eſſe,†quod quis recipiat feudum ſimpliciter,nulla facta mentione filiorum, vel quod recipiat pro ſe,& hæredibus.idẽ ſentit Alex.in conſ.18.attentis narratis.nu.7.& in conſ.26.põderatis his.nu.3.vol. 5.& in conſ.44.viſo themate.primo lib. Bru. in cõſ. 8. nu. 4.Rub. Alex.in cõſ.84.n.3. & alij relati à Marino. in trac.de feud.tit.de feud.ex pac.& prouiden. nu.52.
10 Rurſus vero† quod feudũ præſumatur ex pacto, & prouidentia,nonnulli ſenſere,præſertim And. in c.1. §.huius aũt generis.nu.11.ex quib.cau.feud.amit.ibi, ſi aũt non probetur qualiter fuit cõceſſum, præſumitur pro ſe,& hæredibus.prout ius intelligit:quæ verba poſtremò loco tradita,quo pacto intelligatur, declarat idẽ Marin.vbi ſupr.nu.53.idem vr ſentire And. in c.1.§.& quia vidimus.num.14.& multis alijs in locis. Peraus.in conſ.2.col.1. quam opinionẽ tanquam ve-
** riorem,& ** magis communem cõprobauit Loffred. in conſ.1.nu.99.& 128.hocq voluit Affl.in c.1.n.62. ex quib.cauſ.feud.amit.& in c.1.an agn.n. 10. & in c. 1.nu.73.de ſucceſ. feud. Cui ſñiæ ſe ipſum ſubſcripſit
** idẽ Marin.vbi ſupr.nu.53.in fi.quam dicit eſſe *communiorẽ, & uerior&ẽ;eaq; ratione præter auctoritates
11 cõfirmat.† nam in dubio feudum dẽt potius iudicari rectum,et proprium,ꝙ impropriũ,et non rectum,arg. eor.quæ dicuntur à Bar.in l.non dubium.C. de legib. p tex.in l.nõ aliter.ff.de leg.1. et l.3.§.hæc verba.ff.ꝙ q uiſq; iur.et lex loquens de feudo, intelligi debet de
12 p roprio,†et recto teſte Cur.de feud.in 1.par.q.1.n.32. vbi verba debẽt propriè intelligi,et omnis diſpoſitio ſimiliter propriè,et ſm propriam naturam.unde quia feudum ex pacto,et prouidentia cenſetur rectũ,et ꝓprium feudũ,auctore Iac.de Beluiſ.in c.1.in fi. de eo, qui ſib. vel hæred. ſuiſset eſt text. in cap. 1. de ſucceſ. feud.propterea dicendum eſt,in dubio cenſeri feudũ ex pacto, & prouidentia tanquam feudum rectum, & proprium.eund.tamen Marin. vbi ſupra conſulas, hanc quæſtionem latiùs explicantem, vbi contraria etiam refutat,atque videas Clar.ſent. lib. 4. in §. feudum.in q.19.id etiam enodantem.

CONCLVSIO DCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Feudum quo pacto probandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum probatur per quaſi poſſeſſionem.*
2 *Ad feudi probationem ſufficit tenuiſſe, & poſſediſſe per triginta annos rem tamquam feudalem.*
3 *Quaſi poſſeſſio feudi, ſi non facit plenam probationem, facit ſaltem aliquale indicium.*
4 *Feudum probatur per antiquam poſſeſſionem, vt quando quis poſſedit aliqua bona tanquam feudalia.*
5 *Feudum probatur per famam publicam, quæ ſufficit pro plena probatione. Contrar.nu.6.*
7 *Teſtes etiam non interrogati debent reddere rationem dicti ſui, & non ſimpliciter deponere de fama.*
8 *Feudum probatur per verba enunciatiua, ſeu narratiua Principis.*
9 *Feudũ, ſi ſumus in antiquis nedum probatur ad commodum ipſius Principis, ſed in præiudicium tertij.*
10 *Feudum probatur per regiſtrum Principis, in quo bona ſunt deſcripta tanquam feudalia.*
11 *Feudum præſumitur per confeſſionem partis.*
12 *Quando veri bona ſunt propria, per inueſtituram receptam non ſiunt feudalia. Contr.nu.13.*

Feudum itaq. cum debeat ab eo,qui illud allegat,probari,merito in præſentia diſcutiẽdũ eſt, quo pacto probãdum ſit. Feudi igitur probandi varij traduntur modi, & multiplices rationes. Feudum ergo, vt hinc potiſſimum exordiar,
1 †probatur per quaſi poſſeſſionem:vt reſponſum eſt à Bal.in cõſ.351.in prin.vol. 1. nam quando quis eſt in poſſeſſione alicuius qualitatis, illa quaſi poſſeſſio leuat poſſeſſorẽ onere probandi, & transfert illud onus in aduerſariũ vt notat.in gl.in l.ſi ſolemnib.C.de fid. inſtr.quam approbat Iac.& Bar.per l.cũ.ff.de probat. & præſertim quando illa qualitas,quæ poſſidetur, eſt hmõi,quæ poteſt ineſse ipſis poſſidentibus ab origine eorum.nam tunc illa quaſi poſsęſſio leuat poſseſsorẽ onere probandi, vt habemus ex d.l.circa cũ, de probatio.& obſeruauere ſcribentes in l.ſi p̃ius.ff.de ope. noui.nunc.vt & teſtat Bal.in d.conſ.351.& tenet Ale.
2 in cõſ.15.nu.6.vol.5.vbi ait, † ꝙ ſufficeret probare tenuiſse, & poſsediſse per 30.annos rẽ tanquam feudalem,quem ſeq.Burſ.in conſ.46.ſub nu.34.ibi vel viderunt Comites de Hippoly. & idem in conſ. 10. nu. 11.atq; Crauet.in conſ.276.verſ. quarto probat.
3 Quod limitabis, vt id eouſque procedat, † vt ſi illa quaſi poſſeſſio non faciat plenam probationem , faciat ſaltem aliquale indicium, & aliqualem præſumptionem.teſte Bal.in d.conſ.351.ſub nu. 2.
4 Prætereà feudũ ꝓbatur per antiquã poſseſſionẽ,†nẽpè,qñ quis poſsedit aliqua bona,tanquã feudalia, auctore Bal.in c.1.in prin.tit.ſi de feu.fuer.controuer.inter dom.& agnat.quod & probauit Alex. in conſ.15. viſis narratis.nu.6.vol.5.idem voluit Bal. in cõſ.351. in bonis feudalib.nu.6.vol.1.& in conſ.310.ad euidẽtiam præmittẽdum eſt, quod quædam ſunt de corpore.nu.5.vol.3.& ex latè deductis per Crauet.de antiq. temp.par.5.in princ.nu.11. cum ſeq.
5 Inſup feudũ†probatur per famã publicam. nẽpè ꝙ tales ſint vaſsalli ſacri Imperij,vel fundũ tale eſse feudalẽ: vt cenſuit Bal.in cõſ.351.verſ. item adeſt fama publica. vol. 1. cui accedit in conſ.15. in princ.vol.5. vbi in-

vbi inqt, quòd huiuſmodi fama ſufficeret pro plena
probatione, ex multis, quæ ibi allegat. quod, & pla-
cuit Affl. in feud. tit. ex quib. cau. feud. amit. nu. 76. &
Crau. de antiq. temp. par. 5. in princ. nu. 9.
3 Contrariũ ſenſit Affl. in dec. 277. ſub nu. 3. ex eo† qa
teſtes deponentes ſimpliciter talem rem eſſe feudalẽ
non ſufficit, niſi reddant rationem concludentem, vt
ibidẽ teſtaĩ Affl. ſub nu. 5. & 6. & ſequitur Burſ. in cõſ.
7 46. nu. 34. vbi vult, quod teſtes ẽt non interrogati† de-
beant reddere rationem dicti ſui, & non ſimpliciter
deponere de fama, & idem voluit in conſ. 10. nu. 11.
Ad hęc feudũ probatur per verba enunciatiua, ſeu
8 narratiua Principis, †ſi hmõi verba cõtinerẽt, & enũ-
ciarent bona fuiſſe conceſſa in feudum ab ipſo Prin-
cipe, vel à ſuis maioribus: ita cautum eſt ab Alex. in
cõſ. 15. nu. 2. vol. 5. p clem. 1. de proba. quem ẽt videas
in conſ. 112. vol. 7. ſequitur Ruin. in conſ. 118. nu. 20.
vol. 2. Affli. de feud. tit. ex quib. cau. feud. amit. nu. 75.
& Crau. de antiq. temp. par. 5. in prin. nu. 10.
Amplia, vt ideò vſq; locum habeat, vt transferatur
onus probandi in aduerſarium: vt reſpondit Crau. in
conſ. 276. verſ. ſecundò probari: vbi allegat Iaſ. in l. ſi
prius. col. 14. in fi. ver. ſecundo limita. ff. de oper. nou.
nunc. & in conſ. 235. col. 2. poſt med. lib. 2. Gozad. in
conſ. 50. col. fi. cir. med.
9 Secundò amplia, †ſi eſſemus in antiquis nedũ pro-
baretur ad commodum ipſius Principis, ſed in præiu-
diciũ tertij: vt ſcriptum reliquit Soc. in conſ. 266. col.
11. verſic. ad ſecundum reſpondetur. lib. 2. & placuit
Corn. in conſ. 312. vol. 5. lib. 1. quos ſequitur Crau. in
d. conſ. 276. verſ. quod maximè.
10 Amplius† feudum probatur p regiſtrum Principis,
in quo bona deſcripta ſunt tanquam feudalia: vt con
ſtat ex deductis à Crau. in cõſ. 276. in prin. verſ. primo
poſita, quod & decidit Afflict. deciſ. 277. n. 3. idem di-
remit Gram. in deciſ. 77. nu. 12. & alios alleg. Burſ. in
conſ. 10. nu. 11. & in conſ. 46. nu. 84.
11 Rurſus feudum pręſumitur† per confeſſionem par-
tis, nẽpè ſi quis in ſupplicatione expreſſiſſet illud tan-
quam feudum, interim præſumitur feudum, vt cõſu-
lendo ſcripſit Alex. in conſ. 29. ſub nu. 25. vol. 5. quem
ſequitur Ruin. in conſ. 108. n. 19. vol. 2. qa ſi probaret
illud eſſe proprium non autem feudum, non obſtaret
12 illa ſupplicatio, nec etiam inueſtitura. †nam qñ verè
bona ſunt propria, per inueſtituram receptã non fiũt
feudalia: ita obſeruauere Bar. & DD. in l. ſi rem. ff. de
acq. poſſ. & ſeq. Ruin. in d. conſ. 108. nu. 19.
13 A contraria ſtetit ſententia† Curt. Iun. in conſ. 140.
nu. 12. cum ſeq. vbi voluit per recognitionem bona
propria effici feudalia.

CONCLVSIO DCCLXIX.

ARGVMENTVM.

Feudum an per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 Feudum per teſtes probatur.
2 Teſtes ſuper feudo debẽt reddere rationem dicti ſui etiam non interrogati, & ratio debet eſſe concludens.
3 Fœmina non admittuntur in teſtes in re feudali.
4 Inueſtitus non admittitur ad teſtificandum in re feudali, niſi quoad indicium.
5 Teſtes ſuper feudo nouo requiruntur pares curiæ, & ſuper antiquo omnes boni teſtes recipiuntur.
6 Feudum vbi per pares Curiæ probandum eſt, ſufficit ſi pares erant tempore inueſtituræ.
7 Statuto Mediolani cautum eſt, vt per teſtes non poſſit probari rem eſſe feudalem.
Quando ſtatutum illud locum non habeat. Vide nu. 8.
9 Feudum non poteſt probari, licet pro cõceſſo priuilegio ſoluatur aliquid annuum.

1 Præter hos feudũ probandi modos, extaĩ &
aliud probationis genus, † q eſt per te-
ſtes: vt traditum eſt ab Hipp. Marſ. in rub. C. de proba.
nu. 31. adhæret Matth. de Afflic. in conſt. Neap. lib. 2.
rub. 35. incip. quæ probatio in cauſa. nu. 12. quod etiã
confirmauit Bal. in conſ. 351. ſub nu. 3. vol. 1.
Intellige tñ, vt teſtes hmõi debeant reddere ratio-
2 nem dicti ſui, ẽt non interrogati: † & ratio debet eſſe
cõcludens, vt quia fuerint præſentes in inueſtitura de
dicta re, vt feudali per traditionem annulli, vel bi-
ti, vel quia viderint talem poſſidere rem illam, vt feu-
dũ, & tanquam vaſallum, & quòd præſtiterit ſeruitiũ
pro feudo domino directo illius feudi. iuxta not. in c.
1. de nou. for. fidelit. vel dicant, quod viderint, vel le-
gerũt regiſtrũ bonorũ feudalium, in quo erat ſcriptus
talis fundus, vel q fuerit poſſeſſus p triginta annos, vt
larè p Alex. in cõſ. 136. nu. 5. vol. 1. Gram. deci. 77. nũ.
11. Affl. dec. 277. nu. 4. cum ſeq. & Burſ. in conſ. 10. nu.
11. & in conſ. 46. num. 34.
3 Secundò intellige, †vt huiuſmodi teſtes nõ poſſint
eſſe fœminæ quia in re feudali non admittuntur; ex
c. 1. qui teſtes ſint neceſſ. ad proban. inueſt. vbi Bal. in
fi. de quo ſupra in concluſ. fœmina.
4 Tertiò intellige, †vt nec ẽt admittatur ad teſtificã-
dum inueſtitus, niſi quoad indicium: vt voluit Steph.
Aufrer. in tract. de teſt. n. 57. & placuit Bal. in c. ſi duo.
tit. de pace tenend. Fed. de feud. tit. 12. §. ſi autẽ. nu. 3.
Quartò intellige, vt teſtes hmõi debeant eſſe pares
Curiæ, vt probatur in c. 1. quid ſit inueſtitura. & tenet
Bal. in conſ. 352. nu. 1. vol. 1. vbi facit diſtinctionem,
5 †aut agitur de feudo nouo, & tunc requiruntur pares
Curiæ, aut feudo antiquo, & tunc recipiuntur omnes
boni teſtes, ẽt ſi non ſint pares, per c. primum, ſi inter
directum dominum, & vaſallũ de inueſtitura, & in c.
1. de feud. guard. & in c. ſciendum, de conſuetud. recti
feud. hoc idem comprobauit And. Gail. pract. obſer.
lib. 2. obſer. 50. nu. 4. & ſeq. de quo multa per Cur. iun.
in tract. feud. 2. par. 4. q. à nu. 16. vſq; ad 30.
6 Iſtud verò ſic velim ſubintelligas, †quòd vbi p pa-
res curiæ feudum, ſiue aliud quidpiam erit proban-
dum, ſufficiat ſi pares erant tempore inueſtiturę, licèt
poſteà pares eſſe deſierint tempore reddendi teſtimo
nij. c. ex teſtamẽto. an recip. debe. teſt qui par. eſſe de-
ſie. vt auctor eſt Marti. de Silima. de feud. in rub. de
inueſt. quali. fiat, & per quot teſt.
7 Concluſ. limitabis, †vt nõ procedat in ſtatuto Me-
diolanenſi, quia cautũ eſt, vt p teſtes non poſſit pbari
rẽ eſſe feudalẽ: vt ait Boſſ. in pract. crim. tit. de princ.
& priuileg. eius. num. 253. verſ. in ciuitate Mediolani.
8 Quod tamen ſtatutum non haberet locum, † quã-
do per quinque teſtes probaretur, per l. teſtium. C. de
teſtib. & quando ſimul inſtrumentis, & teſtibus fieret
probatio, quia eſt caſus mixtus, qui non comprehen-
ditur in ſtatuto. vt idem Boſſ. vbi ſupra aſſeruit.
9 Non tñ poterit probari feudum, †licet pro cõceſſo
priuilegio ſoluatur aliquid annuũ: ita dixit Bal. poſt
Inn. in c. vlt. in prin. de cauſ. poſſeſ. & propri. vt refert,
& ſequitur Iaſ. in l. ſi prius. nu. 42. ff. de nou. oper. nũc.

CONCLVSIO DCCLXX.

ARGVMENTVM.

Feudi conceſſio an in perpetuum facta fuiſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 Feudi conceſſio, quãdo quis diu tenuit rem tamquam feudalem, in perpetuum facta fuiſſe præſumitur.

1 Feudi cõceſſio† in perpetuum fuiſſe præſumi-
tur, qñ quis diu tenuit rem tanquã feu-
6 *Hæres non poteſt allegare turpitudinem defuncti ſui auctoris,neque dicere eum aliena bona poſſediſſe.*

8 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina.*

9 *Quæ teſtator tenuit plena poſſeſſione tempore eius mortis præſumuntur fuiſſe ſua propria,niſi contrarium probetur.*

10 *Fideicommiſſarius, qui agit ad fideicommiſſum, non tenetur probare bona petita fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommiſſum relinquentis,quando tertius poſſeſſor cōuentus confiteretur dicta bona fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommittentis.*

Fideicom-

Fideicommiſſarius quādo agit ad fidei-
1 cōmiſſum tenet probare † bona petita fuiſſe in bonis
teſtatoris fideicōmiſſum relinquētis: ita Bal. in conſ.
84. res prohibitæ, cir. fi. in conſ. 89. D. Thomas Aſma-
rius lib. 1. & in conſ. 4. in cā Baſilij. lib. 4. cui accedit
Pau. de Caſtr. in conſ. 94. Clarū eſt in iure. in vlt. du-
bio. & in conſ. 102. videndū eſt primo de ipſo Alari-
co. col. 2. ante med. vol. 2. ſic ēt Aret. in conſ. 110. col.
pen. poſt med. verſ. ſed dato ꝙ probaretur. idē voluit
Alex. in conſi. 82. col. vlt. nu. 14. lib. 2. & in conſ. 139.
col. 3. circa med. nu. 8. lib. 6. hoc idem tradidere non-
nulli alij conſulntes, vt Cran. in conſ. 61. num. 6. & in
cōſ. 315. nu. 5. latè Nat. in cōſ. 400. ad fi. Roll. à Valle,
in conſ. 46. nu. 10. vol. 3. Rimi. iun. in conſ. 23. nu. 44.
lib. 1. & idē Rol. à Val. in cōſ. 28. nu. 2. lib. 1. & in cōſi.
81. nu. 15. lib. 2. Cæph. in cōſ. 386. nu. 35. lib. 3. vbi dicit
2 † ſufficere fideicōmiſſario agenti cōtra hęredē graua
ti ꝓbare bona fuiſſe reperta in hęditate. Burſ. in conſ.
48. nu. 2. lib. 1. Lācell. Gallia. in l. cēturio, nu. 56. circa
fi. verſ. ad ꝙ oſtendendū. ff. de vulg. & pup. ijſdē acce-
dit Mant. de conie. vlt. volun. lib. 7. tit. 6. nu. 5.

Concluſionem hanc ita ampliabis, vt etiam ſatis
3 ſit probare ſolam poſſeſſionem teſtatoris, † qa eorū,
quæ poſſidebat teſtator tempore mortis ſuæ præſumi
tur dominus: auctore Bal. in conſ. 352. in fi. lib. 1. cui
adhæret Guid. Pap. in deciſ. 442.

4 Contra tamen ſtetit † idem Bal. in conſ. 3. lib. 4. vt
& voluit Ang. in cōſ. 219. vol. 2. idem probauit Paul.
Caſtr. in conſ. 94. in vlt. dub. li. 2. quod & placuit Cra.
in conſ. 61. nu. 6. quibus in locis iſti auctores exiſtima
uere probandum eſſe dominium teſtatoris.

Hæc tñ diſſenſio ſic pōt tolli. nam aut agiť contra
hæredem grauatum onere fideicommiſſi, aut contra
5 extraneum poſſeſſorem. † Priori caſu ſatis eſt probare
poſſeſſionem teſtatoris. datur enim fideicommiſſaria
hæreditatis petitio inuenta à prætore ad inſtar peti-
tionis hæreditatis ciuilis, quæ dať hæredi. & hæc eius
naturam imitatur. l. 1. & 2. ff. de fideic. hære. peti. & ſa-
tis eſt, ꝙ fideicommiſſarius probet rem fuiſſe in hære
ditate repertam, id eſt, à defuncto poſſeſſam. l. & non
tm̄. ff. de petit. hæred. & reſpondit Aret. in conſ. 103.
in 3. dub. in prin. idemq; comprobauit Ruin. in conſi.
54. nu. 6. in fi. lib. & in hoc caſu loquunť Doct. qui di-
cunt ſufficere ꝓbare teſtatorē poſſediſſe, cuius ratio
6 eſt, † qa hæres non pōt allegare turpitudinem defun-
cti ſui auctoris: neq; dicere eum aliena bona poſſediſ
ſe; vt teſtatur Cran. in conſ. 316. num. 5. verſ. nono. &
Rol. à Val. in conſ. 46. nu. 6. vol. 3. ſequitur Mantic. d.
tract. de conie. vlt. volun. lib. 7. tit. 6. nu. 5.

Poſteriore caſu ſi quidem agatur cōtra extraneū,
qui poſſidet rem hæreditariā pro hęrede, vel poſſeſſo
7 re, † & tunc adhuc competit fideicōmiſſaria hæredi-
tatis petitio, & ſatis eſt, ꝙ fideicommiſſarius probet
rem fuiſſe in hæreditate repertam, & à defuncto poſ-
ſeſſam, d. l. & non tm̄, cuius rei ratio, vt præter illam
allatā in ſuperiori caſu: quia cum ſit antiquior poſſeſ
ſio defuncti, q̄ eius, qui pro hærede poſſidet vel poſ-
8 ſeſſore, illa præfertur, † cum poſſeſſio iunior præſuma
tur clandeſtina. l. clam poſſidere. ff. de acq. poſſ.

Si verò agatur contra extraneum poſſidentem cū
titulo, tunc qa fideicōmiſſaria hęreditatis petitio nō
cōpetit contra poſſidentem cum titulo, ſed opus eſt
rem vendicare à poſſeſſore. l. 2. & in l. hæreditatis. C.
de petit. hære. & l. regulariter, cū ll. ſeq. ff. eo. tit. neceſ
ſe eſt probare de dñio; alioqui obtinere non pōt: in
hiſq; terminis loquunť Bal. Ang. Pau. Caſtr. & Crau.
ſupra relati. ita elegāter diſtinguit Nat. in conſ. 400.
nō ſine colore. quē ſequiť Marz. in epito. in mater. fi-
deic. q. 60. & idē voluit Crau. in conſ. 316. in 9. dub.

Primò limita, & intellige, vt ſufficiat ipſi fideicō-
miſſario probare illa bona teſtatorem poſſediſſe tpe
9 mortis ſuæ: † nā ea q̄ teſtator tenuit plena poſſeſſione
tempore eius mortis præſumuntur fuiſſe ſua propria
niſi contrarium probetur: vt aucto. eſt Bald. in conſ.
352. materia feudo. in fin. vol. 1. & Crau. conſ. 61. ſub
nu. 6. & infra loco opportuno dicemus.

Secundo loco limitabis, vt iſta probatio nō requi-
10 ratur quando tertius poſſeſſor conuentus, † confite-
reť dicta bona fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommit
tentis: vt reſpondit Rimi. iun. d. conſ. 2.. nu. 44. verſ.
niſi tertius ille poſſeſſor. lib. 1. & quando eſſemus in
antiquis probaretur per famam: vt ait Ioſep. Ludo. in
concluſ. 14. ver. infertur 92. cum ſeq.

CONCLVSIO DCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius agens ad fideicōmiſſum quo pacto poſſit probare bona eſſe in bonis teſtatoris, illorumque identitatem.

SVMMARIVM.

1 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur per inditia, & coniecturas in antiquis.*
2 *Coniecturæ, & præſumptiones in antiquis habentur pro plena probatione.*
3 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur per famam, & cōmunem opinionem.*
4 *Fama in antiquis probat, licet alias non ſoleat plenam fidem facere.*
5 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur per teſtimonium de auditu.*
6 *Probatio per teſtes de auditu eſt exorbitans, & contra regulas iuris: & quæ concurrere debeant, vt teſtes de auditu probent, remiſſiuè.*
7 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur per verba enunciatiua propter aliud emiſſa in antiquis tamen.*
8 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur in antiquis, per libros & ſcripturas.*
9 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris nō probať ex inſtrō antiquo emptionis facta per teſtatorem alijs non concurrentib.*
10 *Publicianam intentare poteſt agens ad fideicommiſſum.*
11 *Poſſeſſio teſtatoris probatur ex conſtituto appoſito in inſtrumento emptionis antiquitus facto per teſtatorem.*
12 *Conſtitutum probat poſſeſſionem, quando ſumus in antiquis, licet non probetur conſtituentem tunc poſſidere.*
13 *Conſtituto appoſito in inſtrumentis antiquitus confectis per teſtatorem probātur bona de quibus in ipſis inſtrumentis fuiſſe a teſtatore poſſeſſa.*
14 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probať per eius aſſertionem in teſtō. Rationē vide nu. 15. & 16. Contrarium nu. 17.*
18 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
Aſſertio teſtatoris ꝓbat, ſi teſtator in teſtō diſpoſuerit de re tanq̄ propria, & ſuper illa fundamentū conſtituerit ad probandā aliquam intentionem. Limitatur, vt nu. 19.
20 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probať per inuentariū ab hæredib. cōfectū, in quo bona a teſtatore relicta deſcribunť.*
21 *Bona in diuiſione obuenta teſtatori ad eū ſpectare probatur ex inſtrō diuiſionis factæ inter teſtatorem, & aliū.*
22 *Bona a teſtatore relicta inter ipſos diuidentes poſſunt probari ex inſtrumento diuiſionis facta inter hæredes tanquam de bonis hæreditarijs.*
Limitabis tribus modis, vt nu. 23. 24. & 25.
26 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur ex confeſſione partis aduerſæ.*
27 *Bonorum hæreditariorum quantitas, qualitas, ac eorum æſtimatio ſubiecta fideicōmiſſo, & reſtitutioni probať p iuramētum in litem fideicommiſſarij, ſi hæres grauatus onere fideicommiſſi non confecerit inuentarium.*
28 *Bona locata fuiſſe in bonis teſtatoris non probatur per inſtrumentum locationis facta a teſtatore.*
29 *Poſſeſſio locatoris probatur, ſi cōductor ſoluerit penſionē.*
30 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris non probať per ſſiones librū.*

Limita-

Limitatur, vt num.31.
32 *Intellectus l.ſi pater.C.de actio. empt.& l.ſolemnib. C.de rei vendicat.*
33 *Bona in bonis fuiſſe teſtatoris probatur ex eo, quòd probatum fuerit teſtatorem aliquando poſſediſſe illa bona.*
34 *Qualitas ſemel appoſita præſumitur.*
35 *Qui ſemel poſſedit præſumitur, & ſemper poſtea poſſediſſe ſi alleget.*
36 *Probato quod teſtator aliquando poſiederit, & mox eius filij;intelligitur probatum,quod teſtator poſiederit vſq; ad tempus mortis.*
37 *Extremis probatis media intelliguntur probata.*
38 *Probatio quælibet ſiue per confeſſionem, ſiue per teſtes, vel aliter concludens contra hæredes teſtatoris probabit etiã contra quoſcunq; alios cauſam ab eis habentes non ſolũ titulo vniuerſali,ſed etiam ſingulari.*
39 *Identitas bonorum debet etiam ab eo probari,qui agit ad fideicommiſſum.*
40 *Identitas bonorum probatur exprimendo nomen feudi cum duobus confinibus. Declaratur,vt nu.41.*
42 *Rerum pluralitas,ſeu fundorum eiuſdem nominis,quemadmodum nec perſonarum præſumitur.*
43 *Identitas bonorũ,& corporũ probaĩ ex perſonis habẽtiũ.*
44 *Confinibus mutatis quid ſit articulandum, & probandũ remiſſiuè.*
45 *Identitas dicitur probata,ſi probatum ſit nomen fundi cũ duobus confinibus. Contrarium, nu.46.*
Reſponſo Anguiſsola Placentini,nu.47.

Superior explicata concluſio nos admo-
net,vt eius poſtremam partem di
ſcutiamus: Etenim dicebamus fideicõmiſſarium qñ
agit ad fideicõmiſsũ debere ꝓbare bona petita fuiſſe
in bonis teſtõris fideicõmiſſum relinquẽtis, illud exa
minauimus debere ꝓbare,reliquũ eſt videre,quo pa-
cto poſſit ꝓbare bona petita fuiſſe in bonis teſtõris.
1 Fideicommiſſarius igiĩ agens, † rei vendicatione
ad bona p̃dicta,ſi ſumus in antiquis,rectè probabit il
la fuiſſe in bonis teſtatoris,& eadẽ eſſe bona,quę fue
rũt per fideicõmiſſum relicta, p indicia, & coniectu-
ras,vt inquit Bal.in auth.quas actiones. circa fi.C.de
ſacroſanct. eccleſ. cui accedit Soc. in conſ.205. nu.3.
lib.1. & Natt. in conſ.235.nu.5. & in conſ.238. nu.5.
quos ſequitur, & Mantica de coniect. vlt. volun.lib.
2 7.tit.6.nu.5.Coniecturæ enim † & præſumptiones ha
bentur pro plena probatione in antiquis,quia lex eſt
contenta illis probationibus, quæ haberi poſſunt, ex
eod.Nat.in d.conſ.235.nu.9. cum alijs ibid.relatis.
3 Iſtud ampliabis, vt ẽt † queat probari per famam,
& cõem opin.vt nuncupatum cõſultus r̃ndit Pariſ. in
cõſ.52.nu.30. vol.3.cui ſe ſubſcripſit idẽ Manti. vbi
4 ſup. Fama † namq; in antiquis probat, licet alias nõ
ſoleat plenã fidem facere:vt per Alex.in conſ.101.in
4.dub.lib.7.& Aret. in conſ.37.col.1.& in conſ.103.
in 1.dub.nu.1.Soc.ẽt in cõſ.205.nu.3. lib.2.Nat. in d.
cõſ.235.nu.6.atq; Cæph.in cõſ.137.nu.14.Alex. quo
que conſulas in conſ.139.nu.8.& infra vſq; ad fi.vol.
6.quo in loco latè explicat, qñ ſufficiat, & non ſuffi-
ciat ꝓbatio p famã, & ꝙ ſufficiat aſſeruit in cõſ.116.
nu.5.verſ.nũc videndũ.li.5. Bal. in cõſ.84. res ꝓhibi-
tę.nu.1.in fin.& conſ.89. D.Tho.Aſma num.5.lib.1.
Barba.in cõſ.8.lib.2.& in cõſ.14.col.2. & cõſ.37.li.3.
Mant. cõſ.221.nu.1. Nat.in conſ. 378. vbi inſtruit de
capitulãdis. Aret.in conſ.37.nu.3. quos refert cũ alijs
ad idem Marza.de fideic.q.60. verſ.de proba.autem.
Secũdo loco ampliabis,vt ẽt in antiquis poſſit pro
5 bari † per teſtimoniũ de auditu bona fuiſſe in bonis
teſtatoris:per ea quæ ad hoc adducit Are.in d.cõſ.37.
nu.2. & aſſeruere Nat. & Cęph. in locis nuper relatis
6 poſt citatos ab eis. Sed qñ hæc ꝓbatio per teſtes † de
auditu eſt exorbitãs, & contra regulas iuris, ſecundũ
Aret. in d. conſ. 104. nu.1, multa idcirco concurrere
oportet vt teſtes de auditu probent,quę recenſet Cæ-
phal.omnino vidẽdus in cõſ. 250.nu.18.& ſeq.li.2.
7 Tertiò amplia, vt id quoq, † liceat probari per ver
ba enunciatiua pp aliud emiſſa, in antiquis tñ, cũ in
facto recenti non probent inter alias perſonas: iuxta
ſnĩam gl.in c.cum olim.in verb.inſtr̃is, & ibi Docto.
de cenſib. vt idem refert Nat.in d.conſ.235.nu.5.
8 Quartò extendas,vt etiam credatur libris † & ſcri-
pturis,quando factũ eſt antiquum, in quo facto aliæ
probationes non habentur:vt teſtatur Anto. de Butr.
poſt Hoſt.in c.cum cauſam,ſuper gl.1. de prob.teſte
eod.Nat.in eo.conſ.235.nu.7.
Et licet his alijſq; quos mox trademus, modis pro-
bẽt bona fuiſſe in bonis teſtatoris: nõ tñ id poterit ꝓ-
9 bari ex inſtr̃o † antiquo emptionis factæ p teſtatorẽ,
alijs non cõcurrentibus, auctore Soc. in cõſ.89.nu.9.
verſ.& pro fundamẽto,li.1.niſi probẽt vẽditorẽ fuiſ-
ſe dñm,potuit enim res aliena vẽdi: vt ait Cra.in cõſ.
57.nu.3.& 4.qua de re latè videndus eſt Crot. cõſ.24.
Quod tñ fallit, vt licet ex inſtr̃o antiquo emptio-
nis factæ per teſtatorem non probetur dñium, ſicq;
agens ad fideicommiſſum non poſſit obtinere inten
tando rei vendicationem, adiuuabitur tñ intẽtando
10 publicianam † ex perſona defuncti,quæ ſibi cõpetit
probando teſtatorem habuiſſe, quaſi dominiũ rerũ
ſubiectarum fideicommiſſo, hoc eſt teſtatorem ha-
buiſſe titulũ in rebus ſubiectis fideicommiſſo à non
domino, & res illas tenuiſſe, & poſſediſſe bona fide:
vt poſt Bart.in l.1.§.1. & in l.cum ſponſus, §. is cui.ff.
de publicia.& eundem Bar.& alios in l. in fideicom-
miſſaria ff.ad Treb. tradit Nat. in d.conſ.235.nu.10.
Et hæc pertinẽt ad probandũ bona fuiſse in bonis
teſtatoris quoad dñium,quo aũt ad poſseſſionem te-
11 ſtatoris probabitur poſseſſio, † ex cõſtituto appoſito
in inſtr̃o emptionis antiquitus facto per teſtatorem,
nã ex conſtituto transferĩ oĩs poſseſſio in conſtituta-
rium,l.ꝙ meo.vbi omnes Doct. ff.de acq. poſſ. Et li-
cet alias requiraĩ probari debere conſtituentem poſ-
ſediſſe tpe contractus ad hoc, vt poſſit dici tranſlata
poſſeſſio vigore conſtituti;ſecundum Ang.in l. quã-
uis,§.ſi conductor.ff.de acq.poſſ.& ibi Alex. in fi. ſe-
quitur adducens alios idẽ ſentientes: tñ iſtud nõ pro-
cedit,qñ ſumus in antiquis, nam tunc ſufficit conſti-
12 tutum,† licet non probetur conſtituentem tunc poſ
ſidere:vt concludit Soc.in conſ.187.col.4.verſ.tertio
probatur, nu.12. lib.2. per rationes, quas ibi adducit;
quem ſequitur Dec. in conſ.302.nu.10.& idẽ probat
Nat.in d.cõſ.235.nu.11. vbi propterea vult per inſtr̃a
13 antiquitus cõfecta † per teſtatorẽ, in quibus adeſt cõ
ſtitutũ, probari bona, de quibus in ipſis inſtr̃is, fuiſſe
à teſtõre poſſeſſa,hoc ipſum ẽt voluit Tiraq. in tract.
de iur.conſt.poſſeſ.in 3.par.limit.1.nu.18 & ſeq.quo
etiam in loco citat aliud conſ. Socin.lib.3.conſ.106.
col.1.vbi dicit,& hoc habere locum etiam quantum
ad tertium,nedum ad conſtituentem.
Quintò præterea poterit probari bona fuiſſe in bo
14 nis teſtatoris per eius aſſertionẽ † in teſtõ, talia ſ.bo-
na ad eũ pertinere:qñ ſumus in antiquis: ẽtſi verba aſ
ſertiua ipſius teſtatoris eſſent incidenter, & pp aliud
prolata:ita r̃ndit Nat.in d.cõſ.235.nu.11.in fi. & nu.
15 ſeq.& in d.cõſ.400.nu.5. Nã ſi teſtator † viueret non
poſſet refricare qõnem dominij legatarijs, ſeu fidei-
cõmiſſarijs, qa is,à quo habeo cãm non põt mihi re-
ferre qõnem dñij, propterea, ꝙ allegaret turpitudinẽ
ſuã:ſecundum gl.in l.cum res.in verb.in vacuã. C.de
proba. ſi igitur defunctus hoc non poſſit, hæres etiã,
16 † qui repræſentat perſonam defuncti, vt in auth de
iureiur. à morien.præſt.in prin. non poterit contraue
nire.l.cum à matre. C.de rei vendic.
17 Quod tñ Bal.non placuit † in conſ.89. D. Thom.
Aſmarius nu.1.& 3.lib.1. quo in loco cenſuit nõ pro
bari bona fuiſſe in bonis teſtatoris per eius aſſertio-
nẽ in teſtõ,vel iudicio,ſed oportere hoc aliunde pro
bari:idem cõfirmauit Alex.in conſ.96.nu.7. verſ.nec
obſt.

obſt.teſtamētum,lib.5. Subdit tū Bald. in eod. loco,
18 ꝙ ſi teſtator in teſtamento † diſpoſuerit de re tanꝗ
propria,hæres,qui adijt hæreditatem,non poſſet di-
cere teſtatorem fuiſſe mentitum,ſi teſtator ſuper illa
aſſertione fundamentum conſtituerit ad probandā
aliquam intentionem,per ea, quæ obſeruata ſunt ab
Accur.in d.l.cum res,ſup verb.in vacuā,C.de proba.
intelligitur enim hæc Bal.opinio ratione tertij , non
autem hæredis:ita Soc.ſen.in conſ.50.nu.8.li.4.Rip.
in l.ſi aliquam rem,nu.42. ff.de acq. poſſ. Guid. Pap.
q.272.cum alijs cumulatè adductis à Cæph.in conſi.
386.nu.29.vſque ad nu.34.li.3.

19 Quod limitatur † ſecundū eundem Bal.in d.conſ.
89.nu.3.lib.1.quando hæres non feciſſet inuentariū,
ſecus ſi feciſſet & de hoc conſtaret, nam tūc aſſertio
teſtatoris non nocet hæredi, ſi fortè res hæredis erat,
vt per Bal.loco præcitato.

20 Sextò ampliandum eſt, vt per inuētarium † ab hæ
redibus confectū , in quo bona à teſtatore relicta de-
ſcribuntur,probetur bona fuiſſe in bonis teſtatoris:vt
reſpondit Pariſ.in conſ.45.nu.2.li.2.vt etiam tradidit
Marzar.in epitom.fideicom.q.54.

21 Septimò inſuper ex inſtrumento † diuiſionis factę
inter teſtatorem , & alium probatur bona in diuiſio-
ne obuenta teſtatori ad eum ſpectare,vt conſulendo
ſenſit Rui.in conſ.40.nu.3.lib.4.

22 Iſtud ampliabis, vt etiam ex inſtr̄o † diuiſionis fa-
ctæ inter hæredes, tanquam de bonis hæreditarijs ꝓ-
bari poſſint bona à teſtatore relicta inter ipſos diui-
dentes:iuxta ſententiam Alex. in conſ. 152.in princ.
li. 7. & poſt alios ab eo citatos tradidit Marzar. in d.
epitom.fideicom.in 3. par.q.58.

23 Limitabis,vt ſi in diuiſione † nō fiat mētio, ꝙ diui
danť tanꝗ bona hæreditaria, nō probabiť bona diui-
ſa fuiſſe in bonis teſtatoris: ſi tū filij ſint teſtōris,q di-
uidant inter ſe bona cōia,vel ea poſſideant, dicendū
vř bona ipſa in diuiſionibus cōprehēſa,& ab eis poſ-
ſeſſa p̄ſumi fuiſſe ī bonis patris,& ab eo puenisse, niſi
aliud conſtet,l.eius,& ibi Bal.C.de patr. pōt.vt ēt vo
luit Marzar.poſt citatos ab eo in d. q.58. & in cōſ.19.

24 Declarabis ēt,vt illa p̄ſumptio † hēat locū, quo ad
bona , ꝗ poſſidet filius viuēte patre. ſic.n loquiť con-
tex.in d.l.eius.& ibi Bald.& ꝓpea, vt illa præſumptio
concludat,oportet ꝓbare, ꝙ filij poſſederint ipſa bo-
na viuente pře, teſte Alex. in conſ.171.nu.5.lib.6.

25 Limitabis p̄terea,vt d. præſumptio † ſibi locū non
vēdicet,ita ſimpliciter, & indiſtinctè , ſed dēt attendi
qualitas perſonarum , induſtria filiæ, & alia hmōi,&
onus probandi iſtas qualitates incumbit alleganti,&
agenti:auctore Bal.in auth.ex teſta.nu.9. C.de colla.

26 Vlterius & octauò probare licebit bona † fuiſſe in
bonis teſtatoris ex confeſſione partis aduerſæ:vt cau
tū eſt ab Aret.in conſ.103.in 3.dub.in fi.nā confeſſio
emanata ſuper dñio,& ſic ſup iure reali , & in inſtr̄o
diuiſionis,plenè probat,etiamſi abſente parte emana
uerit:vt ait Rui.in conſ.40.nu.4.& ſeq.lib.4.de cōfeſ-
ſione hæredis , ꝙ bona fuerint in bonis teſtatoris , ꝙ
noceat ēt ſingulari ſucceſſori eius etiamſi emanaue-
rit abſente parte,conſuluit Aret.in conſi.36.nu.3.

27 Ampliabis nonò,ſi hæres grauatus † onere fideicō
miſſi non confecerit inuentariū bonorū hæreditario
rū,res,& bona hřditaria,& quātitas,& qualitas,ac eo
rū æſtimatio ſubiecta fideicōmiſſo, & reſtōni p iuřm
in litē fideicōmiſſarij ꝓbabunť:vt fuit cōſultū à Rui.
in cōſ.29.nu.11.li.5.ꝙ ēt ꝓbauit Ploť. in l.ſi qñ. §.26.
nu.2.& ſeq.C. vñ vi niſi, vt ille ait, teſtator remiſerit
heredi confectionem inuentarij. idē ēt voluit Mar-
zar.in d.epito.fideic.in 2.par.q.54. & in conſi.19.

28 Verùm ſi quis per inſtr̄m † locationis factę à teſta
tore probare voluerit bona locata fuiſſe in bonis te-
ſtatoris,non obtinebit, non enim per hoc poterit pro
bari , ſicuti diximus de inſtrumento emptionis, niſi
alia concurrant:vt placuit Soc.in conſ.89.nu.11.li.1.

29 Probabiť tū poſſeſſio locatoris † nedū ad p̄iudiciū
cōductoris,ſed ēt ad p̄iudiciū tertij,ſi cōductor ſolue
rit pēſionē : vt teſtis eſt mihi locupletiſſimus Rui.in
cōſ.40.in fi.lib.4. & ꝯ cōductorē p ſolū inſtr̄m loca-
tionis ꝓbabiť poſſeſſio: vt ait Soc.in d.cōſ.89.nu.18.

30 Minus quoq; ea ꝓbare poterit † per ęſtimi librū:te
ſte Bal.p illū tex.in l.ſi pr̄,C.de act.emp. facit tū præ-
ſumptionē:vt teſtatur Soc. in d.conſ.89. nu.12. lib.1.

31 Illud aūt limitandū † eſt & intelligendū , vt locū
nō habeat,qñ non apparet,ꝙ res poſita ad æſtimū ſit
per aliū poſſeſſa , vel ſit alterius, tunc.n. æſtimū facit
32 plenam fidē,nā illud,ꝙ hř in d.l. ſi pater,† ꝙ ęſtimū
nō ꝓbet dñium,vel poſſeſſionē ꝓcēdit qñ alius repe-
riť in poſſeſſione rei,qa hoc p̄ualet, vt nō p̄ſumať tra
ditio facta:alias p̄ſumitur pro ęſtimo cōis niſi cōtra-
riū probeť.& ſic dēt intelligi l.ſolemnib. C.de rei vē-
di.vt non ſufficiat ſoluere publicas functiones.& ſte-
tiſſe in ęſtimo ad probationē dñij,& poſſeſſionis, qñ
apparet de cōtrario,ꝙ alius eſt dñs, & poſſeſſor alius,
qñ non apparet de contrario , ęſtimū probat dñium,
& poſſeſſionē: vt declarat Caſt. in d.l. ſi pater,& ſeq.
Soc. vbi ſup. & latius proſequiť idē Soc. omnino vi-
dendus in conſ.203.lib.2. & comprobauit. Nat.in d.
conſ.235.nu.14.his ēt addas Rui. in d.conſ. 40. nu.7.
lib 4. vbi vult, ꝙ licet liber æſtimi nō probet dñium,
vel poſſeſſionem ad fauorem eorum,qui ſunt deſcri-
pti,tū probat ad eorū præiudicium,vt ibi per eum.

33 Quin ēt , & decimo ſi probatū ſit teſtatorē † aliqñ
poſſediſſe bona, vel eorum dñium habuiſſe,ſatis erit
fundata intentio , ꝙ teſtator fuerit poſſeſſor , vel dñs
dictorum bonorū vſq; ad tp̄s mortis, ſecundū Doct.
in l.ſiue poſſideris,C.de prob.& in his terminis fidei-
commiſſi quāplures conſulti reſpondere : vt Aret. in
d.conſ.103.in d.dub.in prin.Soc in d.conſ.89.nu.18.
in fi.& Nat.in d.conſ.235.nu.18.& ſeq.Nam vt dicit
Panor.in c.accedentib.col.vlt.de priuil.cum amiſſio
poſſeſſionis ſit qd accidens,cū requirať animi deſer-
tio,& facta nō præſumanť,imo ſemel appoſita quali
34 tas † præſumať adeſſe,per c.vlt.de præſcrip & c.ſi for
te,de ele. li.6. ideò qui ſemel poſſedit, præſumitur &
35 ſemper † poſtea poſſediſſe ſi allegaret,vt præter glo.
poſt Ang.& Plac.in d.l.ſiue poſſideris.& ibi ēt Pet.&
Doct.voluerunt ēt Arch.in c.pontifices,7.q.1. & idē
Panor.in c.olim.il 2.col.1.de reſtit.ſpol.& ēt Alc. in
conſ.133.viſo proceſſu,col.2.li.1.nec non Tiraq.qui
complures alios citat in tract.de præſcrip. in verb.cō
tinuelz.gl.5.verſ. imo etiam in hoc caſu.

36 Quod eo magis procedet ſine dubio † hoc ꝓbandi
genus bona fuiſſe in bonis,ſi ꝓbatū fuerit nedū teſta
torē aliqñ poſſediſſe , verū ēt poſt eius mortē ipſius
filios,& deſcendētes; qa ꝓbato ꝙ aliqñ poſſederit te
ſtator, & mox eius filij intelligiť probatū , ꝙ teſtator
poſſederit vſque ad tp̄s mortis , qa probatis extremis
37 † media intelliguntť ꝓbata : talia enim p̄ſumunť eſſe
media,qualia p̄ſumunť extrema:vt habemus ex l.ta-
lis ſcriptura.verſ.ſi in arenas.& ibi gl. & Bal.ff.de leg.
1.& l.ſed & ſi §.ſolemus.ff.de hęr.inſti.& in c.qa ſūt,
& ibi gl.28.diſt.atq; gl.in c.p tuas.in verb.p̄ſumendū.
de cond.appoſ.cui accedit Barb.in cōſ.16.ſcriptū eſt,
col.10.li.1.quos ſequiť Tiraq. de præſcr. §.1. in verb.
continuelz.gl.5. verſ.idq; regulare, eſt, & in terminis
noſtris fideicommiſſi tradiderunt Soc. in d. conſ. 89.
nu.18.lib.1.atq; Nat.in d.conſ.235.nu.15. cum ſeq.

Nec prætermittam ꝙ præcipua dignum eſt obſer
uatione in hac materia probādi bona fuiſſe in bonis
38 teſtatoris,ꝙ ſcilicet quælibet probatio † ſiue per cō-
feſſionem,ſiue per teſtes, vel aliter concludens,cōtra
heredes teſtatoris , probabit etiā contra quoſcunque
alios cauſam ab eis habentes non ſolū titulo vniuer-
ſali,ſed ēt titulo ſingulari : vt poſt Bart. in l.ſi ſupera-
tus.ff.de pign.& alios ab eis citatos tradidere Aret.in
conſ.36.nu.3.Soci.in d.cōſ.89. nu.16. in fi.lib. 1. Rui.
in conſ.128.nu.19.lib.2.& in d. conſ.40.num.4.lib.4.

Alc.

Alc.in conſ.39.nu.2.lib.8. & Crau.in cõſ.29.nu.1.&
nedum nocet immediato & ſingulari ſucceſſori, ſed
omnibus ſingularibus ſucceſſoribus,etiam mediatis,
vt ſentiunt Doct.qui generaliter loquunt̃,& id aper-
tius videntur voluiſſe Soc.in d.conſ.89.loco ſup.cita
to.Crau.in conſ.29.nu.1.& Sylu.in cõſ.17.ſub nu.40.
Neq; verò ſatis eſt (quod ſedulo notandũ eſt)ei, q
agit ad fideicommiſſum, tãtummodo probare bona
fuiſſe in bonis teſtatoris nam præter hoc debet etiam
39 probare bonorum identitatem, † etenim vt probatio
concludat probanda eſt identitas rei, de qua agitur.
vnde ſi commodaſti mihi equum,iſque mihi in itine
re deceſſerit naturali morte, & id probem per teſtes,
ſcilicet equum morte naturali fuiſſe mortuum, niſi
probem illum eſſe eundem equum, qui mihi fuerit
commodatus, ſuccumbam: ita tradidere Io. And.&
alii in c. auditis, de præſcrip. quod & probauit Alex.
in conſ.118.nu.4.& in conſ.ſeq.nu.3.lib.1.
40 Primò itaq; probabitur identitas bonorũ † expri-
mendo nomen fundi cũ duobus confinib. quẽadmo
dum ad demonſtrandũ perſonam debet exprimi no-
men cum duobus accidẽtibus:& hoc probato dr̃ fun
data intentio. iuxta ſententiam Bar.in l.demonſtra-
tio.in prin.in 7.q.ff.de condi.& demonſtr.
Quod probãdi identitatẽ rei genus ſic eſt accipiẽ-
41 dũ,vt ſi vnica demonſtratio † fundi certa ſit,non ſit
neceſſe apponere alios agros confines, & vicinos ad
demonſtrandũ,ſecundum Bar.in d.l. demonſtratio,
loco ſupra citato.per contex.in l.cũ ſeruo.§.vlt.ff.de
contrah.empt.& ſeq Nat.in d.conſ.235.poſt nu.13.
Vnde ſi fundus vocet̃ ſub nomine non ſatisfrequẽ
tato in regione,in qua eſt fundus,ſufficit demonſtra-
tio per ſolũ nomen abſq; alia probatione confiniũ:
vt eleganter probat Aret.in d.conſ.163.in 2.dub.nõ
42 enim præſumit̃ in eadem regione pluralitas † rerum
ſeu fundorũ eiuſdem nominis, ſicuti non præſumit̃
pluralitas perſonarũ vt per Aret.ibi.& Nat.poſt Alc.
quem citat in d.conſ.235.nu.16.& confirmat etiam
Dec.in c.in præſentia.in 9.no.ext.de probat.
Deinde probabit̃ ẽt identitas bonorum, & corpo-
43 rum ex perſonis habentium, † vt conſtat ex his, quæ
ſcripſit Bar.in tract.teſtimoniũ,col.6 verſ.hanc ean-
dem rem,dicit enim Bar. ꝙ interdum ex perſonis ha
bentium adducimur, vt dicamus eandẽ rem eſſe nu-
mero: & affert exemplum in domino, qui ſcyphum
argenteum cõis formæ amiſit, nã ſi reperiatur penes
eius famulum pauperem ſcyphus argẽteus eiuſdem
cõis formæ,præſumitur eſſe idem ſcyphus, niſi con-
trarium probetur, ſic in propoſito noſtro, ſi probatũ
ſit,ꝙ teſtator poſſederit prædia in tali villa, ſi deinde
appareat eius deſcendentes hæredes ſuos poſſediſſe
prædia in eadem villa, præſumẽdum etiã ex perſonis
habentium, quòd ſint eadem prędia,quæ viuens poſ-
ſedit teſtator: & ita conſuluit Nat. in d.conſ.235.nu.
27.per præællegatam Bar.deciſionem.
44 Verùm ſi contigerit † ob rerũ viciſſitudinẽ, & tem
porũ varietatem mutatos, & variatos eſſe cõfines,qd
articulari & probari debeat,docet Bar.in d.l.demon-
ſtratio.in ſi.prin.& Aret.in d.conſ.103.in 4.dub.
45 Præterea ſi probatum ſit nomen † fundi cũ duob.
confinibus,ſatis dr̃ probata idẽtitas licet alia demon
ſtratio fuiſſet adiecta, quæ reperiretur falſa: nam illa
vt ex abundanti poſita non vitiat teſte, Bar.in d.l.
demonſtrat.o.in 7.q.& Soc.in d.conſ.89.nu.1.lib.1.
46 Aliam tñ vr̃ ſequutus ſententiam † Alex. in conſ.
73.nu.7.in fi.lib.3.& in conſ.38.nu.5.lib.5. poſt Caſt.
quẽ citat in l.in teſtã,la 1.ff.de cõdit.& demonſt.vbi
ait,quod ſi fundo dati ſint quatuor cõfines,& proba-
tum ſit duos conuenire, alios aũt duos nequaquam,
ꝙ res dubia redderetur propter ꝓbationes pares,nec
dici poterit identitas probata:& in hoc caſu non ha-
bebit locum Bar. traditio in d.l.demonſt. in d.7.q.
47 Sed tñ hanc Alex.ſniam † improbat Clariſſimus
Anguiſſola Placẽtinus in cõſ.66.li.2. quo in loco ne-
gat Caſt.id dicere,ad ꝙ Alex.eũ allegat. Et præterea
oſtendit rationẽ,cui innititur Alex.non eſſe verã, qa
qñ ex vna parte conſtat de nõie proprio,& duob. cõ-
finibus,& ex alia probat duos confines ex quatuor
diſcordare,nõ poſſunt dici ꝓbationes,nã ex vna par-
te adeſt probatio nõis proprii,pluſq̃ in altera,& vltra
diſcordantias confinium eſſet probandum, ꝙ extat
alius locus habens idẽ nomen. & ꝙ ei duo confines
ex illis quatuor conueniunt,vt dici poſſit incerta pro
batio ob probationes pares,vt latius ibi per eum.

CONCLVSIO DCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius, qui vult rem alienatam ſubiectam fideicommiſſo vẽdicare, quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius rem alienatam ſubiectam fideicõmiſſo volens vendicare, debet probare alienantẽ, & acquirentem habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi.*
2 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo etiam facta ab ignorante ignorãti non valet, quando vltra fideicõmiſſum eſſet expreſſa prohibitio teſtatoris.*
3 *Licet a vocatis ad fideicõmiſſum nõ poſſint reuocari bona alienata ſubiecta fideicommiſſo, qñ alienatio fuiſſet facta ab ignorãte ignoranti, poſſunt tñ dicti vocati agere ad pretiũ rei alienatæ contra alienantem, vel hæredem.*
4 *Fideicõmiſſario, qñ probatur ſcientia vel alienãtis, vel emẽtis, poteſt agi ad recuperationem bonorum alienatorum.*
5 *Quando agitur contra tertios poſſeſſores ſcienter emptores bonorum ſubiectorum fideicommiſſo nulla ſit excuſſio contra bona alienantis, vel ſuorum hæredum.*
6 *Alienans, ſiue eius hæredes cum non ſunt ſoluendo, põt agi ad bona alienata cõtra tertios poſſeſſores in ſubſidiũ, data ẽt ignorantia amborum, alienantis, & acquirentis.*

1 Fideicommiſſarius † qui vult rẽ alienatam ſubiectam fideicommiſſo vendicare, debet probare alienantem & acquirentem habuiſſe ſcientiam fideicõmiſſi.ita colligitur ex l.vlt.§.vlt.ff.de leg.2.vt
& in hanc ſniam rñdit Alex.in conſ.3. viſo proceſſu
cauſæ principalis.nu.13.verſ.ſed ita eſt.lib.3.quod ẽt
ita ſeſe habere vidit Soc.iun. in conſ.129.nu.19. li.2.
ſicque aſſeruit Cæph.in conſ.393.nu.78.& 79.li.3.vbi
poſt Dyn. in d.§. vlt. ait aduocatum debere eſſe cau-
tũ,ſi velit bona alienata recuperare,vt articulet & ꝓ-
bet fideicommiſſi ſcientiam, hocque ſequitur Imol.
in l.Marcellus.§.res quæ.col.2.verſ.& adde.ff.ad Tre
bellia.& Corn.in conſ.133.nu.5.lib.1.
Verùm id debet intelligi, vt opus ſit articulare, &
probare ſcientiam amborum, non vnius tñ, vt poſt
Alex.& alios decreuit Senat.Pedemon. in dec.73. vt
declarauit,& nonnullos alios retulit in hanc rem Io-
ſeph.Ludou.in concl.14.ver.infertur 91.
Primum omniũ limitanda eſt diſpoſitio d.l.vlt.§.
2 vlt.ff.de leg.2.vt nõ habeat locũ,ꝙ valeat † alienatio
rei ſubiectæ fideicommiſſo ẽt ab ignorãte facta igno
ranti, qñ vltra fideicõmiſſum eſſet expreſſa ꝓhibitio
teſtatoris: nã eo caſu ignorans ignoranti alienare nõ
poſſet; vt reſponſum eſt à Grat. in conſ.91.nu.13.cũ
ſeq.li.1.& ita diremit Senat.Pedem.in d.dec.73.in fi.
Præterea ſecũdo loco declarabis,ꝙ licet à vocatis
3 † ad fideicõmiſſũ nõ poſſint reuocari bona alienata
ſubiecta fideicommiſſo,qñ alienatio fuiſſet facta ab
ignorãte ignorãti,vt Paulo ante dicebamus, poſſunt
tñ dicti vocati agere ad pretiũ rei alienatæ cõtra alie
nantẽ,vel hæredẽ vt animaduerſum eſt cõiter à ſcri

bentibus.

Digitized by Google

bentib. in d. l. vlt. §. vlt ff. de leg. 2. idē ſenſit cōſulēdo
Rui. in cōſ. 110. n. 14. li. 2. cui accedit Burſ. in conſ. 13.
nu. 75. li. 1. & cōfirmauit Cephal. in cōſ. 393. n. 167. li. 3.
Tertia erit limitandi ratio diſpoſitionem d. §. vlt.
4 ꝙ quando probatur ſcientia † vel alienantis, vel emē
tis, poſſit agi ad recuperationem bonorum alienato-
rum: vt ibidem in d. §. vlt. probatur, & cautum eſt à
Burſ. in conſ. 48. nu. 1. & 7. verſ. nec aliter ipſos admit
tendos, li. 1. quod nec latuit Soc. iun. in conſ. 137. nu.
3. & 4. li. 1. & voluit Neguſan. in tract. de pign. par. 5.
memb. 3. nu. 46. verſ. & non obſt.
Amplius quartò declaranda eſt, ꝙ quando agitur
5 contra tertios † poſſeſſores ſcienter emptores bono-
rum ſubiectorum fideicommiſſo, nulla fiat excuſſio
contra bona alienantis, vel ſuorum hæredum: quod
* magis * communiter eſſe receptum à ſcribentibus
aſſerit Rol. à Valle, in conſ. 9. nu. 24. li. 1. & in cōſ. 81.
li. 2. idem conſtituit Senat. Pedem. in dec. 2. in fi. qui-
bus addas Burſ. in conſ. 48. nu. 9. lib. 1.
6 Vltimò loco velim declares, ꝙ data † etiam igno-
rantia amborū, nihilominus poſſit agi ad bona alie-
nata contra tertios poſſeſſores in ſubſidiū, qñ alienās,
ſiue eius hæredes non eſſent ſoluendo: teſte Caſtr. in
conſ. 94. Clarum eſt in iure, num. 1. lib. 2. & Burſ. in d.
conſ. 48. nu. 19. lib. 1. & quamuis ante omnia ſoleat
fieri excuſſio, auth. contra rogatus, vbi Caſtr. num. 2.
Bal. nu. 3. & Corn. nu. 1. C. ad Trebel. dicta tamen ex-
cuſſio non fit, quando conſtat alienantem non eſſe
* ſoluendo: vt auctor eſt Burſa. qui de * communi atte
ſtatur in d. conſ. 48. nu. 10. lib. 1.

CONCLVSIO DCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur hęredem habuiſſe fidei commiſſi ſcientiam.

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſi ſcientiam hæredem habuiſſe ex eo probatur, quod confiteatur ſe hæredem ex teſtō. Contrar. nu. 2.
3 Fideicommiſſi ſcientiam filij non præſumuntur habuiſſe, ſi ſimpliciter confiteanť ſe eſſe hæredes; aut q nihil cōfeſſi ſint, aut qui nihil dixerint: Secus in extraneis, vt nu. 4.
Ratio iſtius differentia inter ſuum & extraneum, nu. 5.
Bar. diſtinctio hæc inter ſuū & extraneū improbata. n. 6.
Alex. defenſio pro Bartolo. vt nu. 7.
8 Fideicommiſſi ſcientiam præſumuntur filij habuiſſe, qñ inſtrumentum teſtamenti reperirēť penes ipſos filios, quando filij eſſent maiores 25. ann. vt nu. 10.
9 Teſtificata is didiciſſe præſumitur, qui furatus eſt dicta teſtium non publicata.
11 Fideicommiſſi ſcientiam hæres præſumiť habuiſſe; ſi fama ſit, & cōis opinio patrem filiorum teſtamentū condidiſſe.
12 Fideicommiſſum remittens eius habere ſcientiā præſumiť.
13 Fideicōmiſſum remittēs pupillus factus maior, qui adiuerit hæreditatem authoritate tutoris, illius habuiſſe ſcientiam præſumitur, & illa ſcientia, & notitia, quā habuit tempore pupillaris ætatis, ſufficit ad validandam remiſſionem fideicommiſſi.
14 Ignorantia præſumitur eorū, quæ continenť in codicillis.
15 Scientia præſumitur eorum (in hærede tamen extraneo) quæ continentur in teſtamento, non quæ in codicillis, & cur ita diſpoſitum ſit.

1 Fideicommiſſi ſcientiā hęredē † ha
buiſſe ex eo proba-
tur, ꝙ confiteatur ſe hæredem ex teſtō, nā in ipſo præ
ſumiť ſcientia eorum, quę in teſtō continentur, & ſic
fideicommiſſi: ita ſenſit Bar. in l. qui Romę, §. duo fra
tres, in 3. q. nu. 13. ff. de verb. oblig. per l. cum hæres, ff.
de libe. leg. & l. quidam ita, §. ſi quis filiū, ff. ad Treb.
idē tradidit Bar. in l. eius, q in prouincia, nu. 29. verſ.
* no. ff. ſi cer. pet. cuius ſententiam ab omnib. cōi conſenſu
eſſe receptā teſtis eſt nō contemnendus Io. Crot. in d. §.
duo frēs n. 97. verſ. in ſu cōcl. vbi ait in hoc nō eſſe di
ſcrimē, an hęres ſit ſuus, & neceſſarius vel extraneus.
2 Bartoli tamen opinionē pluribus oppugnat rationibus Roma. in conſ. 405. pro dec. num. 16. cum ſeq.
verſ. tertio quia.
Concluſionem noſtram veliſ limites, vt nō procedat in filijs, † q ſimpliciter cōfitenť ſe eſſe hrēdes, aut
3 q nihil cōfeſſi ſunt, aut q nihil dixerunt: nā in illis nō
præſumiť ſcientia fideicōmiſſi paterni, vt idē aſſeruit
Bar. in d. §. duo fratres ſub eo. nu. 13. & in d. l. eius, qui
in prouincia ſub d. nu. 29. per l. quæſitū. ff. de acq. rer.
dom. & l. ſi ſeruus teſtō. ff. de ſti pu. ſeruo. vbi Ang. &
Imo. & idē voluit Ang. in l. inter fratres. ff. de pac. ꝙ &
placuit Alex. in d. §. duo fratres. col. 26. nu. 13. verſ. ex-
* tra gl. tetigit Bar. eiuſdem Bar. ſnīam à cōiter ſcribentes approbare dixit idem Crot. in d. §. duo fratres. nu.
99. eandem probauit conſulendo Pau. Caſtr. in conſ.
188. quia dubia ſup. formata. col. 1. & 2. ſub n. 1. vol. 2.
Quod velim ſublimites, vt locum non habeat in
4 extraneis, † in quibus hoc caſu præſumitur ſcientia
contentorum in teſtamento, & ſic fideicommiſſi; ita
cenſuit Bar. in locis nuper à nobis allatis.
Diſcriminis huius ſui, & extranei hrēdis ratio eſt,
5 nā extraneus † hæres, qui confitetur adiuiſſe hæredita-
tē ſimpliciter, aut quem conſtat adiuiſſe hæreditatē:
cū nō poſſit eſſe hæres, niſi ex teſtō, præſumiť ſciuiſſe
teſtū eſſe conditum, & deinceps condita in teſtō, cū
alio modo non poſſit adire hereditatem, niſi contra-
rium probet. l. ſed & ſi deſna in prin. ff. de acq. hære.
ita declarat Bar. in locis ſuprà adductis, & in l. is pōt.
col. vlt. poſt nu. 26. cum ſeq. ff. de acq. hære. Sed in hæ-
redib. ſuis & neceſſarijs, q ab inteſtato patri poſſunt
ſuccedere excluſis oībus alijs, auth. in ſucceſſione, C.
de ſuis & legit. aditio hæreditatis ab eis facta, aut con
feſſio per q̄ confitentur ſe eſſe hęredes, neceſſariò nō
arguit illos eſſe hæredes ex teſtō, ſicq; non ignoraſſe
contenta in teſtamēto, & proinde fideicommiſſum:
teſte Bar. in d. §. duo fratres, d. nu. 13. & in l. eius, qui in
prouincia. d. nu. 29. vbi ceteri ſcribentes.
6 Quanq̄ hāc Bar. diſtinctionē † īter ſuū, & extraneū
put inanē, & futilē improbare nō ſunt veriti Pau. Caſt.
& Fulg. in d. l. eius, qui in prouincia. §. vlt. et idē Caſt. in
d. cōſ. 94. clarū eſt in iure nu. 3. verſ. ideo non vr̄ vol.
2. nonnullis rationib. vt ibid. apud ipſos videre erit.
7 Ab iſtorum tñ calumnijs acerrimus † veritatis pro
pugnator Alex. Bartolum vindicauit in d. §. duo fra-
tres, ſub d. nū. 13. atque Io. Crot. ibidem, ſub num. 98.
quorum dicta, ne longior ſim, referre prætermitto.
Eandem limitationē de filijs velim ſublimites, nā
8 qñ inſtrm teſtī † reperiretur penes ipſos filios, vt quia
ipſum redemiſſent à notario, præſumeretur illos ha-
buiſſe notitiā contentorū in teſtō, ſicq; fideicōmiſſi:
9 vt dr̄ de illo, qui furatur dicta † teſtiū non publicata,
et ea habet penes ſe, ex hoc. n. præſumitur ipſum didi
ciſſe teſtificata, adeò vt nō poſſit nouos teſtes pduce
re, vt obſeruatū deprehendi in auth. qui ſemel, C. de
pb. et tradidit Pau. Caſt. in d. conſ. 94. nu. 4. et 5. vol. 2.
Quam quidē ſublimitationē intelligit Aret. in d.
§. duo fratres, vt procedat, quādo filij eſſent maiores
10 † vigintiquinque annis, et eſſent perfectæ diſcretio-
nis; vt ſic cum refert Crot. ibidem, nu. 99. in fine.
Prætereà hæredē habuiſſe fideicommiſſi ſcientiā
11 probari pōterit, ſi fama ſit, † et communis opinio pa
trem filiorum teſtamentum condidiſſe, vt auctor eſt
Accur. in l. ſi tutor petitus, ſuper uerb. oſtēderis, C. de
peric. tutor. ut referunt Bar. et Io. Crot. in d. §. duo fra
tres, ille ſub nu. 14 prope fi. hic nu. 100.
12 Amplius probat, ut in hærede extraneo † remittē-
te fideicommiſſum præſumatur ſcientia contentorū
in teſtamento, et ſic ipſius fideicommiſſi: ita colligit

ex Bart.in d.§.duo fratres,ſub d.nu.13.& in d. l. eius,
qui in prouincia.ſub eo.nu.29.vbi cæteri ſcrib,

13 Huc accedit,quod ſi pupillus adiuerit † hæreditatẽ
authoritate tutoris,& factus maior remiſerit fideicõ-
miſſum,præſumatur habuiſſe fideicommiſſi ſcientiã,
& illa ſciẽtia,& notitia,quam habuit tempore pupil-
laris ætatis, ſufficiat ad validandam remiſſionẽ fidei-
commiſſi.ita ſcriptum reliquit Bar.in d.§.duo fratres,
nu.15.cuius opinioni * cõmuni conſenſu cunctos ac-
cedere ſcribentes.in d.§.duo fratres, teſtatus eſt ibid.
Io.Crot.nu.104.arg.eorum,quæ notantur in l.1.§.de ſe
Iul.ff.de teſti.& in l.notionem.§.inſtrum. ff.de verb.
ſign.ad cuius Bar. ſententiam corroborandam addu-
cit Aret.in d.§.duo fratres,contex vna cum glo. in l.
vlt.in prin. C.ſi maior fact.vbi ratificatio tacita, quæ
fit per ſilẽtium quinquẽnij poſt maiorẽ ætatẽ, in qua
requirit̃ ſcientia rei geſtæ,vt ibi declarat ſin. Azo in-
ducitur, ẽt ſi talis notã fuerit in aliquo in ætate pupil-
lari. Si ergò ad tacitã ratificationẽ inducendã ſufficit
ſciẽtia habita in ætate pupillari,eo magis ſatis erit in
expreſſa remiſſione fideicõmiſſi, q̃ plus hẽt conſẽſus.

Poſtremò,ſi quis vellet probare ſcientiam eorum,
14 quæ continentur in codicillis † rectè probare nõ poſ-
ſet; eorum enim, quæ in codicillis continentur non
præſumuntur habere notitiam, etiam hæredes extra-
nei,& in hoc nullum eſt diſcrimen inter ſuos,& hęre-
des extraneos: ita docuit Bar.in d.§.duo fratres.n.16.
& in d.l.eius,qui in prouincia. nu.30. vbi alij ſcrib.

15 Differentiæ inter teſtamentum, † & codicillos ea
tatio eſt:nam, vt & ſupra monuimus, ideò hæres ex-
traneus præſumitur ſcire contenta in teſtamẽto, quia
hæreditatem non poteſt adire, niſi ſciat contenta in
eo.d.l.ſed & ſi de ſua,in prin.ff.de acq.hær.ſed iſta ra-
tio ceſſat in codicillis, in quib. hæreditas directò dari
non poteſt.l.Scæuola,ff.ad Treb.& in §.1.Inſt. de co-
dicil.vnde virtute codicillorum nõ poteſt tractari de
aditione hæreditatis adeundæ ex teſtamento. Quòd
verò præſumatur ignorantia eorum,quæ in codicillis
continentur, pulchrum extat ad hoc Scæuolæ reſpõ-
ſum in l.vlt.§.vlt.cuius initium eſt,maritus vxorem,
ff.de leg.2.vbi propter iuſtam ignorantiam,quam ha
buit hæres de iis,quæ in codicillis continebantur,va-
luit alienatiò ab eo facta de re ſubiecta fideicõmiſſo,
quæ alioqui non poteſt alienari.d.l.vlt.§.quia,C. com-
mu.de lega.ſimile huic eſt illud Iuliani in l.quidã ita
in teſtõ.§.vlt.ff.ad Treb.vt refert,& ſequitur idem Io.
Crot.in d.§. duo fratres,nu.106.vbi has omnes proba-
tiones latius repetentiũ more explicat. tu ipſũ adito.

CONCLVSIO DCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

**Fideiuſſio, an præſumatur facta cum ſtipu-
latione.**

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio cum ſtipulatione facta præſumitur.*
2 *Stipulatio non fit, niſi præcedente interrogatione, & ſe-
quuta reſponſione.*
3 *Fideiuſſor non poteſt obligari,niſi verbis.*
4 *Fideiuſſio præſumitur facta cum ſtipulatione,etiam ſi in
inſtrumento non requireretur ſtipulatio.*
5 *Fideiuſſio,ſi probaretur partes fuiſſe præſentes,quãdo fuit
celebratus contractus, adeo præſumitur facta cum ſti-
pulatione,vt nec admittatur probatio in contrarium.*
6 *Fideiuſſio non præſumitur facta cum ſtipulatione, quãdo
eſt facta de præterito.*
7 *Fideiuſſio cum ſtipulatione facta non præſumitur, quan-
do in inſtrumento eſſet tantummodo nominatus aliquis
in fideiuſſorem,& non eſſet dictum, talis fideiuſſit.*
8 *Teſtes,ſi deponant aliquem fideiuſſiſſe cum ſtipulatione cũ
deponant ſuper iis.quæ conſiſtunt in iure, prout eſt ſti-
pulatio,non probant.*
9 *Fideiuſſio cum ſtipulatione facta non præſumitur in iis
caſibus,in quibus fideiuſſor ſolo pacto nudo obligatur.*
10 *Stipulatio inuenta fuit,vt qs ſtipuletur,quod ſua intereſt.*
11 *Lex præſumit ſolemnitatem intrinſecam, ne actus pereat.*

1 Fideiuſſio præſumitur facta † cum ſtipula
tione:vt colligere eſt ex tex.in
l.ſciendum,& ibi gl.& * omnes ſcrib. ff. de verb. obl.
& ex l.blanditus,vbi Bal. C. de fideiuſ. & idem tradi-
dit Bal.in auct. ſi quando.C.de conſt.pec. vbi inquit,
quòd licet dicatur in inſtrumento talem fideiuſſiſſe,
nec conſtet quis ſtipulator, tamen valet, quia præſu-
mitur Notarius ſtipulaſſe.idem dixit Cyn. in d. auth.
ſi quando,& latius per Soc.in conſ.94.nu.2.vol. 1.

Concluſionis noſtræ ea ratio eſt, nam ſi fideiuſſit,
neceſſe eſt, quod fecerit ad alicuius interrogationem
2 & † ſtipulatio non fit,niſi pręcedente interrogatione,
& ſecuta reſponſione, merito præſumitur interueniſ-
ſe ſtipulationem: ita ſcripſit Paul.de Caſt.in d.l.ſcien-
dum,in prin.de verb.obl.idem ſenſit Iaſ. in l. ſtipula-
tionum,§.ſatis acceptio.nu.2.ff. de verb.oblig.vbi in-
3 quit,† quod fideiuſſor non poteſt obligari,niſi verbis,
at ſi fideiuſſit neceſſe fuit verba interueniſſe, quæ nõ
poſſunt eſſe, niſi ſequentia ad interrogationem alte-
rius,& ſic pręſumitur facta fideiuſſio cũ ſtipulatione.

Primò amplia cõcluſ. procedere, etiam ſi in inſtru-
4 mento † non requireretur ſtipulatio, vt in fideiuſſore
pro dote mulieris,& in fideiuſſore facta in pia cauſa,
vel fauore Reipublicæ:vt latè deduxit Iaſ.in d.l.ſtipu
lationũ,§.ſatis accept.nu.8.de verb.obl. nam nihilo-
minus,vt actus ſit firmior,& magis in tuto, præſumit̃
fideiuſſio facta cum ſtipulatione teſte Iaſ. poſt Rom.
in d.l.ſciendum.ff.de verb. obl. & ibi etiam Ang.

5 Secundo loco ampliãda eſt eò vſq; procedere, † vt
ſi ꝓbaret partes fuiſſe præſentes, quando fuit celebra-
tus cõtractus, adeò p̃ſumitur facta cum ſtipulatione,
vt nec ẽt admitteretur probatio in contrarium: vt au-
ctor eſt Caſt.in d.l.ſciendum.nu.3.ff. de verb. oblig.

Primò limitabis concluſ.locum ſibi non vendica-
6 re,† quando fideiuſſio eſſet facta de præterito, nẽpe,
ſi Notarius in inſtrumento dixiſſet,ex aſſertione par-
tium talis fideiuſſit, & ſic non in ſua præſentia: nam
tunc nõ præſumeretur facta cum ſtipulatione: ſic do-
ctiſſimè ſcriptum reliquit Bal.Nouel.in tract.de dot.
in 6.par.11.ſpecial.col.1.& refert Iaſ.in d. l. ſciẽdum,
nu.4.ff.de verb.oblig.vbi latè declarant.

7 Secundo vetim limites, † qñ in inſtrumento eſſet
tantummodo nominatus aliquis in fideiuſſorem, &
non eſſet dictum talis fideiuſſit, etenim tunc nõ præ-
ſumeretur facta cum ſtipulatione: vt tenet Iaſ. in d.l.
ſciendum,nu.5.de verb.oblig.per tex.in l.cum oſten-
dimus,§.vlt.de fideiuſſo.tuto.

Tertiò limita, & intellige procedere, qñ verba sũt
in inſtrõ ſcripta, ſecus ſi teſtes deponerẽt talem fide-
8 iuſſiſſe cum ſtipulatione, † quia cum deponant ſupęr
iis,quæ conſiſtunt in iure,prout eſt ſtipulatio, nõ pro-
bant, & ideò niſi deponerẽt p̃ceſſiſſe interrogationẽ,
& ſequutam fuiſſe reſponſionẽ, non ꝓbaret̃ fideiuſ-
ſio facta cum ſtipulatione.ita aſſerit Pau.Caſt.in d.
l.ſciendũ.ſub nu.3.ver.itẽ adhuc cõtra.ff.de verb.obl.

Quartò limitare poteris Concluſionẽ, vt locũ non
9 habeat in iis caſibus,† in quibus fideiuſſor ſolo pacto
nudo obligatur:ita ſenſit contra Ang.ſententiã Crot.
in d.l.ſciendũ.nu.2.& ſeq.ff.de verb.obli. Nam cum,
vt ipſe inquit fideiuſſor obligetur pacto nudo, ſuper-
uacaneum eſt præſumere ſtipulationẽ, quia nõ inter-
10 eſt creditoris,ſtipulatio aũt fuit inuẽta,† vt quis ſtipu-
letur q̃ ſua interſit, qa ars naturã imitatur.§.minorẽ,
Inſt.de adop.ideò nõ præſumitur nec diſponitur,niſi
caſu neceſſario.l.1.§.igitur.ff.de vent.inſpic.l. poſtli-
minium,§.vlt.ff.de capti.& poſtlim. reuer. cum ergò
detur

detur actio ex ſolo pacto nudo, ſupervacaneū eſt p̄-
11 ſumere ſtipulationē. Præterea icciręo † lex præſumit ſolemnitatē intrinſecam, ne actus pereat. l. quoties. ff. de verb. oblig. iſta ratio ceſſat in caſu iſto, in quo fideiuſſor, ſolo pacto nudo obligatur, argu. l. adigere. §. quāuis. ff. de iur. patrona. Ita Crot. cū plurib. aliis adverſus Ang. opinionem ſuā confirmat, ſed vter rectius ſenſerit, reperentes viderint. Eundem ēt Crott. videas in d. l. ſciēdum à nu. 1. vſque ad numerum 10. ff. de verb. oblig. vbi materiam optime examinat pluribus limitationib.

CONCLVSIO DCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſorem eſſe idoneum aſſerens an probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem eſſe idoneum aſſerens probare non tenetur; quia quilibet præſumitur idoneus Contrar. nu. 2.*
3 *Fideiuſſorem aſſerens eſſe facultatibus idoneū, ſiue negans, dummodo illa aſſertio, & iſta negatio ſit pro fundamento ſuæ intentionis, illud probari debet.*

Fideiuſſorem eſſe idoneum aſſerēs non tenetur probare,
1 † quia quilibet præſumitur idoneus: per gl. 1. in l. 2. ff. de prob. & l. cum quidam. la 2. ff. de leg. 2.
Contrarium tenet Alex. in conſ 37. nu. 3. vol. 2. quī expreſſe dicit fideiuſſorem non præſumi idoneum fa-
2 cultatibus, † niſi probetur, per l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. vbi inquit extat egl. meliorem alia, q̄ ſit in iure: ſecundum Bal. in l. non prius. C. quando fiſ. vel priu. & not. Iac. But. in l. actor. ad fi. C. de ꝓbat.
3 Dic tu, ꝙ ſiue aſſerens fideiuſſorē † eſſe facultarib. idoneum ſiue negans, dummodo illa aſſertio, & iſta negatio ſit pro fundamento ſuæ intentionis, illud ꝓbare debet: ita voluit Bar. per glo. ibi. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei. nu. 6. ff. qui ſatid. cog.
Verum quoniā huic concl. conueniunt dicta ſup. in concl. Diues, & infra in concluſio. Pauper idcirco ad ea te reijcio.

CONCLVSIO DCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Fibeiuſſor an probare debeat veram ſolutionem, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor veram ſolutionem probare debet, & illam eidē probare non ſufficit per inſtrm confeſſionis. Cont. nu. 2.*
3 *Vera ſolutio, ac confeſſio de ſoluto, æquiparantur.*

1 Fideiuſſor debet probare veram ſolutionem, † & non ſufficit illā probare per inſtrm confeſſionis quia confeſſio non probat ſolutionem: vt notant Glo. & Bart. in l. duob. §. à fideiuſſore. ff. de iurei. vt & reſpōdit Alex. in cōſ. 132. nu. 6. vol. 4. & in conſ. 37. vol. 3. & in conſ. 97. num. 3. vol. 7. latè proſequitur Tiraq. de vtroq; retract. tit. de retract. conuen. §. 4. gl. 6. nu. 12.
2 In contrariam deſcendit ſnīam † idemmet Ale. in cōſ. 90. nu. 3. vol. 5. vbi tenet ſufficere fideiuſſori probare ſolutionem per inſtrm confeſſionis: nam vera
3 ſolutio, inquit, ac confeſſio de ſoluto † æquiparātur. l. in contractib. §. ſed quoniam. in fin. C. de non num. pecu. & allega. Bar. in conſ. 160. Titius promiſit Sempronio, quod etiā probauit Caſt. in conſ. 64. vol. 1. idē voluere Saly. Paul. de Caſtr. Rom. Alex. & Iaſ. in d. l. duob. §. à fideiuſſore. ff. de iureiu. Cœpol. in cōſ. ciuil. 12. Fely. in c. ſi cautio. in fi. de fide inſtr. Marſ. in Rub. de fideiuſſ. q. 35. Affl. dec. 94. & deci. 160. & Iaſ. in §. ſi quis iurauerit. inſtr. de actio.
Sed de hac re latius diſſeruimus ſupra in Concluſ. Confeſſio quando probat.

CONCLVSIO DCCLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor an pro principali poſſit eſſe teſtis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non poteſt eſſe teſtis pro principali.*
2 *Fideiuſſor, quando principalis eſt ſoluendo, poteſt pro eo teſtificari. Contrarium nu. 3.*
4 *Fideiuſſor pro alio principali poteſt eſſe teſtis pro conſequēdo beneficio excuſſionis, licet in inſtrumento quilibet ſe obligauerit.*

1 Fideiuſſor † non pōt eſſe teſtis pro principali, vt ſenſit Ioan. And. ad Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore: vt etiā obſeruauere Ang. & Imo. in l. ſicut legetur. §. ſi Titio ff. de leg. 1. idem tradidit Ant. de But. in c. inſuper. de teſti. ſic placuit Ang. Dy. Imo. Caſt. & Are. in l. fideiuſſor. §. fi. ff. de leg. 1. & Ang. in l. ab executore. §. alió ff. de appel. Imo. in l. Aſinam. in prin. per illum text. eod. tit. atque Ang. in conſ. 295. viſis atteſtationib. & de * communi atteſtatur opinione Iaſ. poſt Aret. in d. l. ſi cui. §. fi. ff. de leg. 1.
2 Primò limita non procedere, † qn̄ principalis eſſet ſoluendo: nam tunc poterit pro eo teſtificari; ita inquit Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore, & refert Nell. a S Gemin. in tract. de teſt. nu. 33.
3 Contrariū & indiſtinctè † ſiue ſcilicet ſit ſoluēdo, ſiue non, tenuerunt ſup. alleg. Doct. & pręcipuè Ioan. And. in d. §. 1. ad Spec. de teſte. & ſequit̄ Alb. de Mal. in ſuo tract. de teſti. c. 4. nu. 51. Lanfr. de Oria. eo. titu. de teſti. nu. 88. & latius Io. Crot eo. tract. de teſti. par. 4. nu. 187. & ibi Moncad. in addi. in litera. qq.
4 Secūdo limitabis, † vt fideiuſſor ꝓ alio fideiuſſore poſſit eſſe teſtis pro conſequendo beneficio executionis, licet in inſtro quilibet ſe obligauerit, niſi eſſet collor q̄ſitus: vt tradidit Bal. in l. dict. autib. ſub nu. 2. verſ. & prædictam, C. de teſta. quē refert & ſequitur Albe. de Roſa. in tract. de teſtib. §. expedita, nu. 23.

CONCLVSIO DCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Fides bona quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Fides bona probatur ex eo, quòd quis fecit probationē validam, ſicuti, mala fides ex probatione inualida.*
2 *Fides bona, & mala ex coniecturis percipitur.*

1 Fides bona † probatur ex eo, ꝙ quis fecit probationem validā, vt dicit Bal. in c. 1. §. ſi duo. num. 2. de pact. tenend. & in l. 1. in fin. C. vbi cau. ſtat. Sicuti ēt mala fides probatur ex probatione inualida, vt refert ſequēdo Affl. dec. 369. nu. 8. Nam ex
2 coniecturis † percipit̄ bona, & mala fides, prout not. in l. pen. C. de euict. & voluit Bald. in l. 1. C. de vſuc. transfor. et Soc. iun. in conſ. 144. nu. 48. vol. 1. et Barb. conſ. 9. nu. 18. vol. 1.
Sed in hac explicanda concluſione ulterius nō inſiſtam cum latè fuerit à nobis enodata ſupra in concluſ. Bona fides. et infra in Cōcl. Mala fides, ibi enim eſt propria ſedes huius argumenti.

CONCLVSIO DCCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Filiũ alicuius ſe aſſerens, an probare debeat plenè hanc qualitatem filiationis.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſe filium alicuius dicit, plenè debet probare hãc filiationis qualitatem, alioqui in iudicio ſuccumbet.*
2 *Qui dicit ſe filium alicuius pro obtinẽda hæreditate illius, ſiue agat, ſiue conueniatur, probare debet plenè filiationẽ.*
3 *Filiũ ſe aſſerens, etiamſi ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, nihilominus ea non obſtante, aſtrictus eſt ad probandum plenam filiationem, maximè ſi de filiatione agatur principaliter, & non incidenter. Contra nu. 5.*
4 *Filiationis quaſi poſſeſſio ſi ſumus in deciſorijs, non leuat aſſertum filium onere probandi filiationem plenè.*
6 *In iuribus perſonalibus quaſi poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium.*
7 *Qui tanquã filius agit, nedũ tenetur probare filiationẽ, ſed etiam neceſſario probare habet legitimationem.*
8 *Agens, vt filius ad legatum, vel hæreditatem, debet probare filium, & legitimum.*
9 *Legatum factum alicui, vti filio ſuo ſimpliciter cenſetur factum ei, vti legitimo, & ideo oportet probare etiam legitimitatem, ſi vult conſequi legatum.*
10 *Filiationẽ non eſt opus plenariè probare, minus quæ legitimitatem, ſi agat de alimẽtis, vel Carboniana poſſeſſione.*
11 *Filio ſi ſufficiat ſe eſſe natum ex concubina, tunc ſatis erit probare ex concubina natum.*

1 Qui dicit filium alicuius debet probare plenè hanc qualitatẽ filiationis, † alioqui in iudicio ſuccumbet: vt tradit Ang. in l. liberorũ, circa prin. ff. de his, qui not. infam. ſcripſit Abb. in c. peruenit, & ibi Dec. nu. 4. qui fil. ſint leg. rñdit Cæph. in conſ. 82. nu. 10. vol. 1. cũ ſeq. & animaduertit Iaſ. in l. neq; profeſſio. nu. 3. C. de teſta. cõſuluerunt ẽt Bal. in cõſ. 188. mortuo filio. vol. 3. Rui. cõſ. 57. n. 4. cũ ſeq. vol. 5. Dec. in cõſ. 323. nu. 2. Rol. à Val. in cõſ. 32. n. 1. vol. 1. nouiſſimè Burſ. in cõſ. 88. nu. 5. ſcripſit idẽ Dec. in l. emancipati. n. 3. C. de collat. & Alci. in trac. de p̃ſump. reg. 1. p̃ſum. 49. n. 2. Maria. Soc. in cõſ. 86. nu. 34. vol. 1. obſeruauit Didac. Couarr. in 2. par. Epitom. c. 8. §. 3. n. 1.

2 Priori loco ampliabis Concluſionẽ, † vt eò vſque procedat, ꝙ ſiuè agat, ſiuè conueniatur ille qui dicit ſe filiũ alicuius pro obtinẽda hęreditate illius, debeat ẽt plenè probare filiationẽ: ita expreſsè cauit Ang. in d. l. liberorum. & apertius reſpondit Pariſ. in conſ. 11. nu. 19. vol. 2. dixit ẽt Iaſ. in d. l. neque profeſſio. & reſpondit Dec. in conſ. 54. in prin. vbi idem ſentiẽtes citat, & in conſ. 231. nu. 2. idem voluit Pariſ. in conſ. 10. nu. 28. vol. 2. Non enim debet quis admitti vt talis, ſiuè agat, ſiuè excipiat, niſi prius probet ſe talem: vt ſcriptum reliquit Bar. in l. non ignorat, per illũ tex. C. qui accuſ. & c. & in l. falſus tutor, ff. de fal. tut. & dixit Rol. à Val. in conſ. 32. nu. 2. vol.

Secundò amplianda eſt hæc Concluſio, vt vſq; eò 3 vera ſit, † ẽt ſi aſſerens ſe filium eſſet in quaſi poſſeſſione filiationis, q̃a nihilominus hac non obſtante quaſi poſſeſſione ipſe aſtrictus erit ad probandã plenã filiationem, maximè ſi ageretur principaliter, & ** nõ incidenter de filiatione: vt de magis ** communi opinione atteſtatus eſt Alc. in ſuo tract. de præſumpt. reg. 3. præſum. 28. nu. 8 & ſeq. ſcripſit Lud. à Sardo in ſuo tract. de legit. §. de filiat. probat. n. 12. per Cyn. in l. 1. C. vbi cauſ. ſtatus, & in l. ſi ſolẽnib. ff. de fide inſtr. & abundè eſt traditũ à Bal. in l. nõ ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. 1. in 2. not. ff. de proba. & rñderũ. Dec. in conſ. 576. nu. 10. & Burſ. in cõſ. 88. ſub num. 5.

4 Vel ſi eſſemus in deciſorijs, † quia tũc illa quaſi poſſeſſio non leuaret aſſertum filium onere probandi filiationem plenè, vt docuit Bal. in c. per tuas. col. 3. de proba. & ante eum dixit Cyn. in l. non nudis. in 4. q. C. de proba. quod & placuit Socin. iun. in conſ. 86. nu. 45. vol. 2. & aſſentit Burſa. in d. conſ. 88. num. 17. & nos infrà oportunius dicemus in Cõcluſione de Cõiectura per quaſi poſſeſſionem, & his bene cõueniũt, quæ iam ſuperius adduximus in Conclu. Dominiũ per poſſeſſionẽ, vbi vidimus an per poſſeſſionem probaretur dominium: quod obſeruauit Alc. in loco proximè citato, dum voluit, ꝙ ſicut in rebus corporalib. ſatis nõ ſit probare de poſſeſſione, ſed requiri ẽt probationem tituli per l. circa. ff. de prob. & alia iura per eum ibi allata: ita etiam in terminis filiationis.

5 Contrariam ſñiam † eſt ſequutus Pariſ. cõſ. 10. nu. 109. vol. 2. quo in loco voluit illam quaſi poſſeſſionẽ nedum ſufficere, vt aſſerens non aſtringatur vlterius onere probandi, verùm etiam quod trãsferatur onus * in aduerſarium, & ibi eſt atteſtatus hanc eſſe * com- * munem ſcribentium opinionem * de communi etiã aſſerit Dec. in conſ. 54. nu. 3. idem vr̃ tenere Bal. in d. l. 1. de proba. & pro hac opinione videtur facere con- 6 text. in l. circa. de probat. † quatenus cauit in iuribus perſonalibus quaſi poſſeſſionẽ transferre onus probandi in aduerſariũ. & dixit in l. eã quam. C. de fideicommiſ. & Abb. in c. per tuas. de probat. & Alex. in cõſ. 51. vol. 1. idem voluit Rimi. In conſ. 186. nu. 19. & * nu. 22. vol. 2. latè etiam de * communi Menoc. de arbitr. iudic. cauſ. caſ. 89. num. 70. & ſeq. atque Crau. in * conſ. 249. nu. 3. vbi de * communi, & Cozad. in conſ. 13. num. 53.

** Verior tamen & magis ** cõmunis euincitur prior opinio, q̃ ẽt ſequitur Cyn. in l. non nudis. in 4. q. C. de probat. & approbat Fely. in c. per tuas. nu. 12. in 2. reſtric. de probat. & ibi Bald. col. 2. circa prin. verſ. vlt. operatur hæc quaſi poſſeſſio, diſtinguentes ibi pręparatoria à deciſorijs. idem Bal. conſuluit in conſ. 188. nu. 3. in fi. lib. 3. Iaſo. etiam dixit in conſ. 102. col. 5. in 5. fundamento. vol. 4. & reſpondit Grat. in conſ. 158. nu. 3. & 7. cum ſeq. vol. 2. et egregius Anguiſſol. Placentinus in conſ. 7. nu. 8. et ſeq lib. 6.

Nec obſtat dictum Bal. in d. l. 1. ff. de probat. dum vr̃ concludere in corporalibus quaſi poſſeſſionem transferre onus probandi ſecundum quoſdam, qui tñ non probant dictum ſuum: vt ibi ipſemet Bal. affirmat, tum quia non approbat eorum opinionem: qui nimo apertè illam improbare vr̃, qñ aſſerit contrarium tenentes ſuum dictum non probare, et licet ſtatim ſubijciat, ꝙ pro prædictis facit l. circa. ff. de prob. non tñ firmat hanc poſteriorem opinionem, niſi ſecundum caſum eiuſdem l. circa quæ loquitur in reo conuento, ibi ſi verò in poſſeſſione ingenuitatis ſit, et libertinus eſſe dicatur, ſcilicet eius, qui cum dicit libertum ſuum: ſicque etiam loquitur Bald. ibid. et in hoc poteſt dici conciliari cum opinione communi; ſecus verò eſt in quaſi poſſeſſore agente, et qñ principaliter deducitur filiatio, vt in terminis huius noſtræ ampliationis. et idem Bal. in d. l. eam q̃. C. de fideicõ. quatenus de actore loquitur, idem firmat, excepta cã ſummariſſima Carboniani interdicti, et huic ſententiæ pariter non aduerſatur Alex. in d. conſ. 51. quia loquitur in iudicio, in quo plenæ probationes non requiruntur, ut is aſſerit, nu. 3.

His ita breuiter deductis, iſtorum ſñias diſſidentes ita reconciliare poteris, ſi dicemus priorem opinionem procedere, ſi agatur de quaſi poſſeſſione filiationis quæſita ſolũ incidenter, ut declarat Goza. in cõſ. 12. nu. 14. et 13. Alteram uerò locũ habere, quando agitur de quaſi poſſeſſione quæſita per tractatum, ſic ſenſit Pariſ. in d. conſ. 10. uolum. 2. tractatus enim plus pollet, quàm nominatio, teſte Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 38. nu. 4.

Poſſumus ſecundo loco dicere poſteriorẽ opinionem

nem veram eſſe, cũ filius eſt in poſſeſſione bonorũ, &
forſan peteret ea diuidi cum cohæredibus, in quo q-
dem iudicio oportet de titulo docere, l. cõi diuidun-
do, §. inter prædones, vbi gl. Bal. & alij. ff. cõm. diuid.
ſecus ſi peteret hæreditatem vt filius: vt auctor eſt
Dec. in cõſ. 54. col. 2. verſ. & in propoſito, quod tamẽ
tuo iudicio lector relinquo, non enim id mihi ſatis
videtur tutum, per ea, quæ ſuperius adduximus.

Tertiò reſpondemus hãc poſteriorem locum ſibi
vendicare, ſi ſimus in quaſi poſſeſſione legitima &
naturali, ſecus in filio ſpurio, vel vulgo quæſito: ita
enim concludit Iaſ. in conſ. 162. col. 2. in fi. verſ. 4. ꝙ
rectius & fuſius pertractabimus infra cum de nomi-
natione agemus in 3. intelligentia primæ limitatio-
nis, nu. 13. & ſeq.

7 Tertiò ampliari põt, † vt nedum iſte agens tanq̃
filius teneatur probare filiationem, ſed etiam neceſ-
ſario probare habet legitimationem: vt eſt cautũ in
c. cauſam & in c. ſeq. ꝙ incip. lator, qui fil. ſint leg. &
ẽt contex. in l. ſi pater, C. de hær. inſti. & ita conſultus
reſpondit Iaſ. in conſ. 106. col. 2. in 4. fundamẽto, vol.
1. & idem rñdit Soc. iun. conſ. 86. nu. 31. & ſeq. vol. 2.
8 dicit Nat. in conſ. 422. in prin. † agens enim vt filius
ad legatum, vel hæreditatem, debet probare ſe filiũ,
& legitimum, vt conſuluit Alex. in conſ. 268. nu. 1. in
prin. vol. 2. quę concluſio vera eſt in iudicio quantũ-
cunque ſummario, quia & in eo ſemper perſona eſt
* legitimanda, vt in terminis noſtris rñdit ex * cõmuni
ſententia Crat. conſ. vlt. num. 39. vol. 1. & ꝙ agens vti
filius, & legitimus debeat probare ſe talem, conſuluit
ẽt Soc. conſ. 52. nu. 2. vol. 5. ſiue agat, ſiue excipiat, vt
* ex * cõi noſtrorum ſententia tradit Burſ. in conſ. 88.
nu. 3. & latius Rui. in conſ. 63. nu. 5. & plurib. ſeq. vſq;
9 ad nu. 12. vol. 2. † loquens in legato facto alicui vti fi-
lio ſuo ſimpliciter: ꝙ tñ cenſeatur factũ ei vti legiti-
mo. & ideo oporteat probare ẽt legitimitatẽ, ſi velit
conſequi legatũ, per d. l. ſi pater, C. de hæred. inſtitu.
ꝙ & placuit Marc. Anto. Nat. in conſ. 473. nu. 23. in
fi. de qua re nos infra ſpecialius tradidimus.

10 Limita primò, vt non procedat concluſio, † ſi aga
tur de alimentis, vel Carboniana poſſeſſione, tunc. n.
non eſt opus plenariè probare filiationem, minuſq;
legitimitatem: vt abunde per Nat. in proximo cita-
to conſ. 473. nu. 6. & plur. ſeq.

Secundò limita, vt vera ſit concluſio in eo, qui nõ
11 põt conſequi id, quod intendit, niſi ſit legitimus, † ſe-
cus ſi ei ſufficiat ſe eſſe natũ ex concubina: quia tunc
ſatis erit probare natum ex concubina: vt in caſu Ay
mo. Crau. in conſ. 166. nu. 3. & ſeq.

CONCLVSIO DCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Filiatio qua ratione probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filiationis probandæ duplex modus, verus, & pſumptus.*
2 *Filiationis certitudo probari poterit p obſtetrices, & alias perſonas quæ potuerint interueniſſe natiuitati.*
Filiatio poteſt verè, & præſumptiuè probari per indicia, & coniecturas.
3 *Filiationis præſumptiua probatio eſt reſpectu patris, & verè quoad eum non poteſt probari filiatio per probationẽ neceſſario concludentem.*
4 *Filiatio quo ad patrẽ probari non põt, niſi per coniecturas.*
5 *Filiatio eſt difficilis probationis, & ferè impoſſibilis.*
6 *Procreatio filiorum non cadit in certum ſenſum hominis, & nemo teſtificari poteſt aliquem ab alio genitum, aut conceptum fuiſſe.*
7 *Filiationis pbatio ex parte mřis vera eſt, q̃a ipſa eſt certa.*
8 *Filiatio ex parte matris probari per coniecturas, & iuris præſumptiones poteſt.*
9 *Filiatio quo caſu verè, & directè probari poſſit etiam ex parte patris.*
10 *In filiatione probanda fieri debent duo articuli, & q̃ui.*
11 *Ad filiationem probandam ſufficit probatio per præſumptiones, & coniecturas.*
12 *Præſumptiones & coniecturæ ad probandam filiationem debent eſſe legis, & non hominis.*
13 *Filiatio quando probata eſt per coniecturas, & præſumptiones, intelligitur verus filius, & certus pater.*
14 *Indicia, & coniecturæ in antiquis pro plena probatione habentur.*
15 *Filiatio legitima nedum probatur per præſumptiones, & coniecturas, ſed etiam naturalium, ſpuriorum & filiorum, qui vulgo concepti nuncupantur.*
16 *Ex pluribus coniecturis, & præſumptionibus, per quas pbatur filiatio; vna iuridice & firmiter probata ſatis eſt futura ad probandam filiationem.*
17 *Filiationem probare ſatis non eſt per coniecturas, & pſumptiones, quando agitur de auferenda hæreditate alicui.*
18 *Præſumptiones, & coniecturæ non ſemper, & ſimpliciter inducunt probationem filiationis; ſed quandoque ponũtur in arbitrio iudicis.*

Vidimus aſſerentem ſe filium teneri ad
probationem filiationis: nunc
opportune ſequitur videre qua ratione illã quis proba
re poſſit: circa quod non eſt prætereundum multipli
cem tradi doctrinam à noſtris: & primo Bal. in l. non
ignorat, in prin. ver. ſed quis erit modus probãdi iſtã
qualitatẽ, C. qui accuſ. non poſſ. in eam deuenit ſen-
1 tentiam † duplicem eſſe modum probãdi filiationẽ,
verũ ſcilicet & præſumptiuum, verus inquam modus
probãdi eſt quo ad matrem, & ſic reſpectu matris, q̃a
mater ſemper eſt certa, l. q̃a ſemper, ff. de in ius voc.
licet poſtquã puer adoleuit id difficile dignoſci poſ-
2 ſet, ex eo ꝙ pueri multas faciunt mutationes, † & hęc
certitudo probari poterit per obſtetrices, & alias per-
ſonas, quæ potuerint interueniſſe natiuitati. l. 1. §. de
inſpiciẽdo, ff. de vẽt. inſpic. & inf. opportunius ſuo lo-
co dicemus. Hanc concl. probat Bero. quæſt. 90. nu. 4.
& in fi. idẽ probat Bal. in c. per tuas, col. fi. verſ. oppo-
no quia difficilis eſt probatio, de prob. dicẽs probari
poſſe verè, vel præſumptiuè per indicia, & coniectu-
ras: & idem ſenſit Alex. in conſ. 74. nu. 1. vol. 1.

3 Præſumptiua vero pbatio † eſt reſpectu patris, q̃a
verè quo ad eũ non poteſt probari filiatio per proba-
tionẽ neceſſario concludẽtem: vt tradidit Bal. in d. l.
nõ ignorat, & propterea gl. in l. Lucius, ff. de condit.
& demonſtr. vult filiationem quoad patrem probari
4 non poſſe, † niſi per coniecturas, cui aſſentit Bar. ibid.
volens filiationem plenè probari non poſſe, prout ẽt
concludit Socy. iun. conſ. 86. nu. 39. vol. 2. & cauit idẽ
Bar. in l. 1. nu. 2. C. quor. bonor. reſpondit etiã Aemil.
conſ. 94. in prin. & ante eum Caſtr. conſ. 474. in prin.
Bar. Bal. in d. c. per tuas. col. fi. de proba. & Præpoſit. in
c. tranſmiſſæ. ſub nu. 9. qui fil. ſint legit.

Hinc fuit, ꝙ noſtri vbique voluerunt, nemine etiã
5 diſcrepante † filiationẽ eſſe difficilis probationis, qu i
nimo etiam ferè impoſſibilis. per d. l. Lucius. ff. de cõ-
* dit. & demonſt. & ibi glo. & * communiter DD. & in
l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum alijs
allatis per Marſi. in rub. C. de proba. nu. 9. & elegãter
tradit Illuſtriſ. & vigilantiſſ. Cardin. Paleotus in ſuo
tract. de noth. & ſpur. c. 21. num. 1. & latè proſequitur
Alba. in conſ. 83. nu. 8. cum ſeq.

Quod tñ intelligendum eſt, vt hoc verũ ſit ex par-
te patris: nam ex quo procreatio filiorum non cadit
6 in certũ ſenſum hominis, † cũ nemo teſtificari poſſit
aliquem ab alio genitum, aut conceptum fuiſſe. Ideo
probationem huiuſmodi reddi difficilem, & ferè im
* poſſibilem tradidere * omnes, & præcipuè Bar. in d. l.
1. nu. 1. & 2. C. quor. bonor. Bal. in d. l. filium. ff. de his,

qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in conſ. 74. verba Domi.
col. 1. lib. 1. & in conſ. 437. tertius habebat. col. 1. li. 5.
Dec. in rub. de prob. nu. 162. & in c. in præſentia. nu. 5.
eod. tit. de probat. & in conſ. 272. Pariſ. etiam in conſ.
10. nu. 39. vol. 2. Grat. itidem conſ. 10. nu. 11. li. 2. & in
conſ. 43. nu. 37. cum plur. ſeq. eo. lib. idem Pariſ. conſ.
12. num. 223. vol. 2. Nat. qui loquitur de ſpurietate in
conſ. 471. num. 39. & nu. 44. & Burſ. in d. conſ. 88. & in
conſ. 89. nu. 1. & ſeq.

7 Secus autẽ ex parte matris, † vt iam diximus, ipſa
enim eſt certa. d. l. quia. ff. de in ius vocan. vnde Guli.
de Benedic. in c. Raynutius. in 3. par. in verb. quæ fi-
lium ex eo ſuſcipiẽs. nu. 15. verſ. & prædicta probatio
filiationis per præſumptiones de teſta. arbitratus ſeſt
ad probandum filiationem ex parte matris non de-
bere admitti iuris præſumptiones, quem tamẽ repro-
bat Bero. in q. 90. nu. 4. & 5. concludens ex multis per
8 cũ ibi adductis, † filiationẽ ex parte matris probari
poſſe per coniecturas, & iuris præſumptiones: vt etiã
voluit Grat. conſ. 62. nu. 4. vol. 2. pro qua opinione fa
cit, ꝙ infantes, qui ſunt expoſiti ad Hoſpitalia, corũ
pater, & mater ignoratur, ac etiam locus originis: vt
per Bar. in l. 1. ff. ad municip. & ideo hoc caſu erit lo-
cus etiã ex parte matris probationi per præſumptio-
nes, & coniecturas, de quibus infra.

Eſt tamen animaduertendũ, quòd etiam ex parte
patris poteſt dari caſus, in quo verè, & directè filiatio
9 probari poſſit, † nẽpè ſi vir, & mulier eſſent ſoli in car
ceribus detenti ſub diligentiſſimis cuſtodib. & ibi ſte
terint per annum, poſt illum quæ fœmina reperiret
prægnans, & teſtes cuſtodes deponerent neminẽ, aliũ
ibi ingreſſum eſſe, nec ingredi potuiſſe, quin ipſi vi-
diſſent: nã eo in caſu natus ex illa verè, directè, & in-
dubitate à iure illo diceretur genitus: iſtud eſt pronũ-
ciatũ Iacob. de Butr. in l. 1. C. quor. bon or. & ibi Bart.
nu. 2. quos refert & ſequit Barb. in conſ. 3. nu. 7. vol. 3.
cauit Boer. q. 299. & tradit Iac. Menoc. in tract. de ar-
bit. iudi. caſu 89. n. 18. in quo loco reprobat opinionẽ
Card. Paleot. in d. tract. de noth. & ſpur. c. 21. nu. 7. cõ-
trariũ volentis, pro qua opinione cõtra eundẽ Card.
facit, ꝙ alias ocioſa vr̃ doctrina, q̃ in filiatione ꝓban
10 da ſæpiſſimè tradũt Doct. † ꝙ ſcilicet fieri debẽt duo
articuli, vt in vno dicatꝰ, ꝙ talis fuit vel eſt filius talis:
& alius, ꝙ fuit & eſt in quaſi poſſeſſione filiationis: vt
tradit Bar. in l. filiũ diffinimus. ff. de his, q ſunt ſui, vel
alien. iur. & in l. 1. § itẽ per contrariũ. ff. de lib. agnoſ.
& in l. 1. §. 1. nu. 3. ff. de quæſt. Primus. n. articulus re-
ſpicit veritatẽ, & proprietatẽ filiationis, & alius quaſi
poſſeſſionẽ: vt declarat Pau. de Caſtr. in conſ. 151. in
prin. viſo puncto. vol. 1. pp verbũ fuit. & eſt. & idẽ ꝓ
bat Dec. in c. per tuas. nu. 40. verſ. & generaliter in ꝓ
bando filiationẽ fiũt duo articuli. de prob. docuit ẽt
Bar. in l. nõ nudis. in 1. lect. C. de proba. inquiens arti-
culũ deſuper factũ, dici articulũ de veritate rei, ideſt,
de ꝓprietate, vt ipſe Bar. cauit in l. 1. nu. 3. C. quor. bo
nor. & meminit Rui. in conſ. 53. in prin. & n. 4. vol. 5.

Cũ igit̃ adeo difficilis ſit filiationis probatio cõue
* niunt oẽs * DD. ſufficere probationem † per præſum-
11 ptiones & coniecturas ex contex. in d. l. Lucius. ff. de
condi. & demon. & l. neq; natales. C. de prob. vt ſcri-
ptum reliquit non minus dignitate, & doctrina, quã
integritate vitæ, & in grege curæ ſuę commiſſo cuſto
diendo vigilantia Cardi. Paleot. in iam citato tract.
de noth. & ſpur. tradit Bertrand. in conſ. 26. nu. 1. et 2.
vol. 1. dixit etiam Anch. in conſ. 225. nu. 6. et latè pro
ſequitur Auguſt. Bero. q. 90. ſub nu. 5. Pariſ. conſ. 10.
nu. 31. vol. 2. Barba. in conſ. 27. nu. 2. et 3. vol. 2. et alle
gatis per Alb. in conſ 84. nu. 8. Burſ. in conſ. 89. nu. 1.
Iac. Menoch. in tract. de arb. iud. d. caſ. 89. nu. 1. rñdit
Alex. conſ. 12. et ſeq. vol. 6. et Nat. in conſ. 235. nu. 5.
Dec. conſ. 53. Grat. conſ. 43. nu. 37. et plur. ſeq. vol. 2.

12 Intellige tñ, † vt eæ præſumptiones, et coniecturæ
debeãt eſſe legis, et non hominis, vt in probanda cõ-
ſanguinitate docuit Bal. in d. c. per tuas. col. vlt. in fin.
de proba. et ꝙ ſint plenæ, et concludenter ꝓbatæ: vt
nuncupatim reſpondit Grat. in conſ. 62. nu. 9. col. 2.

Amplia iſtud quod eſt dictũ de ꝓbatione ꝑ conie
13 cturas, et præſumptiones vſq; eo eſſe verum † vt filia-
tione hoc pacto probata, intelligatur verus filius, et
certus pater, prout animaduertit Pariſ. in d. conſ. 10.
nu. 96. vol. 2. et ſenſit Bal. in d. c. per tuas. col. fin. verſ.
oppono et, talis filius probatus non põt à patre recu-
ſari: vt cauit Menoc. d. tract. de arbit. iudic. d. caſ. 89.
nu. 13. ex contex. in l. 1. §. ſi quis. ff. de carbon. edict. et
14 ex aliis ibidẽ adductis. Quod maximè verũ eſt, † ſi eſ
ſemus in antiquis, quia eo in caſu inditia et coniectu
ræ pro plena probatione habentur: vt in hypotheſi
noſtra conſuluit Alb. in conſ. 84. nu. 8.

Secundo amplia iſtud, vt nedũ procedat ad probã-
15 dum legitimã filiationem, † ſed ẽt naturalium tñ,
ſpuriorum, et filiorum, qui vulgo concepti nuucupã-
tur: ita firmauit Gozad. in conſ. 13. nu. 47. et 55. et di-
xit latè Nat. in conſ. 473. nu. 39. et 44. Soc. iun. in cõſ.
* * 67. vol. 4. et hanc fore magis ** communẽ ſcribentiũ
opinionem atteſtatur Roll. à Val. in conſ. 22. nu. 30.
vol. 3. quem referendo ſequitur Burſa. d. conſ. 89. nu.
1. et ante latius dixit in conſ. 88.

16 Tertiò amplia, et intellige hoc idẽ, † vt ex pluribus
coniecturis, et præſumptionibus, per quas probatur
filiatio, de quibus infra dicetur, vna iuridice, et firmi
ter probata, ſatis ſit futura ad probandam filiationẽ,
vt pulchre tradit Soc. in conſ. 24. viſis col. 13. verſ. itẽ
facit. vol. 2. et latius infra ſub vnaquaque prǽſumptio
ne coniecturæ dicemus.

Limita primo ſupradicta locũ ſibi non vẽdicare,
17 † qñ ageretur de auferenda hæreditate alicui, quia
eo in caſu ſatis non erit probare per coniecturas, et
præſumptiones: vt obſeruauit Corn. in conſ. 78. viſo
proceſſu. col. 3. et Maria. Soc. in conſ. 86. nu. 43. vol. 2.

Secundò limita, et intellige, ꝙ hæ præſumptiones,
et coniecturæ non ſem per, et ſimpliciter inducãt ꝓ-
18 bationẽ, † ſed quandoque ponantur in arbitrio iudi-
cis, et propterea tunc erit expectandum arbitriũ hu-
iuſmodi: vt protulit Bal. in d. l. non ignorat. C. de his,
qui accuſ. non poſ. vt dixit Pariſ. in d. conſ. 10. nu. 80.
vol. 2. in quo loco citat Alex. in conſ. 90. nu. 17. lib. 6.
et in conſ. 83. nu. 7. lib. 7. tenet etiam Alc. in tract. de
præſump. reg. 3. præſumpt. 27. in fin.

CONCLVSIO DCCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus fi-
liatio probatur.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura omnium prima, & præſumptio filiationis illa eſt, quando aliquis eſt natus ex vxore in domo mariti cohabitantibus, & vicinis ſcientibus.*

2 *Filius præſumitur mariti, qui natus eſt ex vxore in domo ipſius, etiãſi mater neget, dicatq; natũ eſſe ex adulterio.*

3 *Filius quando haberet læſam conſcientiam, & per verba matris crederet ſe natum ex adulterio deberet abſtinere à bonis mariti. Contrarium nu. 4.*

5 *Cautela viduæ, quæ cum in extremis ageret, accerſiuit tres eius filios, & illis dixit vnus veſtrum natus eſt ex adulterio, &c.*

6 *Filius præſumit̃ mariti etiamſi tempore conceptionis vxor eſſet adultera.*

7 *In dubio præſumptio eſt maritum cum vxore vti re venerea, niſi contrarium probetur.*

8 *Multa poſſibilia ſunt, quæ tamen non præſumuntur.*

9 *Filius potius præſumitur mariti, quàm adulteri, etiam ſi mulier*

mulier cohabitaret in domo adulteri, dūmodo maritus ad illam haberet acceſſum.

10 *Filius potius ex adultero, quàm ex marito, præſumitur, qñ vxor dum habitaret cum marito diu fuerit ſterilis.*

11 *Filius potius præſumitur adulteri, quàm mariti, ſi maritus raro adiuit vxorem, & adulter frequentius cum muliere verſatus ſit.*

12 *Filius præſumitur eſſe mariti, & non adulteri, etiamſi ex facie referat adulterum.*

13 *Præſumptio quod filius ſit procreatus à marito, & nō ab adultero eſt adeo vehemens, quod etiam ſtante communi opinione illum eſſe filium adulteri, non tollatur.*

14 *Filius præſumitur adulterinus, & non mariti, quando cū communi reputatione concurrit etiam educatio, tractatus & nominatio tanquā filij adulteri. Contrar. nu. 15.*

16 *Filius potius præſumitur adulteri, quam mariti, per confeſſionem ipſius, & matris ſic aſſerentium.*

17 *Filius quando eſt natus cæcus, vel claudus, tunc propter peccatum præſumitur potius ex adultero, quam ex marito. Contrarium, nu. 18.*

19 *Filius ſi ſolet ſe appellare filium adulteri & non mariti, præſumitur filius cuius ſe appellat.*

20 *Filius quando fuit inſtitutus hæres per adulterum, præſumitur eius filius.*

21 *Filius natus in conſtantia matrimonij, præſumitur filius mariti, etiamſi mulier multo tempori antea extitiſſet ſterilis, nulloſque filios ex ipſo procreaſſet.*

22 *Vidua, quæ poſt mortem mariti peperit, ſi prius fuit ſterilis, præſumptio eſt, quod curauerat ab alio effici grauida, pro conſequenda hæreditate ipſius mariti. Contr. n. 23.*

24 *Mulier effecta vidua, ſi illico alteri nubat, et intra nouē mēſes pariat, pſumitū partus illius in quē magis veriſimiles pſumptiones concurrūt, & approbata à peritis in arte.*

25 *Filius natus ex concubina in domo retenta præſumitur filius concubinarij.*

26 *Filius legitimus probatur, probato ꝙ mater, & pater ſint vir, & vxor & ſpurius & naturalis præſumitur natus ex eis non probato matrimonio inter eos.*

27 *Filius potius præſumitur concubinarij, quàm alterius, ēt ſi illo tempore illa concubina ab alio cognoſceretur.*

28 *Filius præſumitur illius, qui mulierem in domo retinet.*

29 *Filius non præſumitur eſſe illius, qui non in domo propria retinet mulierem, ſed extra, licet ad illā habeat acceſſum, & ad ipſius libitum ſtet. Contrarium, nu. 30.*

31 *Filius non præſumitur tuus, etiam ſi illa mulier, quam tu extra domum propriam retines, dicat tuum eſſe.*

32 *Filius non præſumitur illius, qui mulierem non habebat pro ſuo libito.*

33 *Ancilla ſi reperiatur prægnans, non ita facile eſt præſumēdum contra dominum.*

34 *Filius non præſumitur viri ſi mulier fuit abſens à viro, eo tempore quo veriſimiliter potuit effici grauida.*

35 *Præſumptio iuris, & de iure eſt adeo firma, vt non admittatur probatio in contrarium. Contrarium nu. 36.*

37 *Ad filiationem probandum illa eſt potior probatio, quæ oritur ex natiuitate, quàm quæ ex nominatione, & tractatu. Contrarium, nu. 38.*

39 *Filius præſumitur ex marito, ſi ipſe ad vxorem habeat acceſſus, etiamſi illa in lupanari exiſtat.*

40 *Filius non præſumitur ex marito, quando ipſe probat tēpore conceptionis non concubuiſſe cū vxore vel propter abſentiam, vel morbum, vel quid aliud impedimentum, vel quod ſit ad copulam inhabilis.*

41 *Sperma currit ex omnibus membris, & ex ſano eſt ſanū, & ex infirmo infirmum.*

42 *Iuuenis licet ſit ex natura aptus ad generandum, tamen ſi eſt valetudinarius, ceſſat illa potentia, & præſumptio, quod ſit eius filius natus in eius domo.*

43 *Filius non præſumitū eſſe mariti quando maritus eſt adeo ſenio confectus, quod redditur inhabilis ad generandū.*

44 *Exiſtentes in ætate ſenili non poſſunt de facili procreare ſed perraro propter diminutionem caloris naturalis, & potentiam ſeminis.*

45 *Quæ ætas requiratur, vt aliquis dicatur ità ſenex, vt non poſſit generare.*

46 *Filius natus in vndecimo menſe poſt mortem mariti, non præſumitur legitimus, & filius mariti.*

47 *Filiatio legitima non præſumitur per ſolā cohabitationē, ſed requiritur etiam tractatus, & nominatio paritum.*

48 *Præſumptio quod filius ſit filius mariti ceſſat, quando agitur de bonis defuncti alteri auferendis.*

49 *Species probationis filiationis per cohabitationem viri, & vxoris tendit ad probandum proprietatem filiationis.*

Videamus modo q̄ ſint coniecturæ, &
præſumptiones ex qbus fi-
liatio probet̄. Et coniecturam oīum primā, & p̄ſum-
1 prionē illā eſſe, † qñ aliquis natus ſit ex vxore in do-
mo mariti, cohabitantib. ſimul, & vicinis ſcientibus:
* ſcripſere oēs * Doct. in l. filiū. ff. de his, q ſunt ſui, vel
alien. iur. & in l. non epiſtolis. C. de pb. in l. ſi vicinis.
C. de nupt. in c. p tuas. vbi Abb. nu. 1. de prob. & in c.
trāſmiſſæ, qui fil. ſint legit. Dec. in cōſ. 272. col. 2. & in
cōſ. 278. in prin. Alex. in conſ. 74. nu. 1. vol. 2. Pariſ. in
cōſ. 10. nu. 2. vol. 2. Dec. in d. c. p tuas. in prin. de prob.
Benedict. Capr. in conſ. 2. nu. 1. latè Barb. in conſ. 27.
per totū. vol. 1. Lanfr. de Oria. in tract. de teſt. nu. 98.
cū add. ibi in litera G. & Illuſtriſs. ac optimus Cardi.
Paleot. in d. tract. de noth. & ſpur. c. 22. nu. 3. Quā ſpe-
ciem probationis ſcias tñ tendere ad probandū pro-
* prietatem filiationis: vt ex * communi ſententia Do-
ctorū reſpōdit Rui. in conſ. 52. nu. 4. vol. 5. ante cum
dixit Alex. conſ. 51. nu. 5. verſ. non obſtat ēt vol. 1. &
idem Rui. in conſ. 53. ſub nu. 3. eod. vol. nu. 4.
Primò amplia eo vſq; procedere, vt ſi mater nega
ret illum eſſe filiū mariti, natumq; eſſe ex adulterio,
nihil obſtaret, quin etiā præſumeretur filius ipſius ma
riti: vt auctor eſt Abb. in c. per tuas, nu. 3. & 4. de pro-
batio. vbi refert quæſtionē, quā ponunt legiſtæ in d. l.
filiū, & in d. l. ſi vicinis, videlicet de quadā Regina, q̄
dum moreretur, dixit eius filio, ipſum nō eſſe filium
Regis, ſed cuiuſdam militis, & ille nimis credulis cre
didit matri, ob idque regno renunciauit. cuius rei ēt
vltra DD. in d. l. filium, & d. l. ſi vicinis, meminit etiā
Bal. in conſ. 74. verba Dñi Cyn. lib. 1. & Neuiz. lib. 1.
Silu. nupt. nu. 59. Barb. in cōſ. 58. col. 2. li. 1. & Iaſ. in l.
Gallus, nu. 63. ff. de lib. & poſth. Pro ampliatione te-
net gl. in l. ſi poſthumus. in §. vlt. ff. de libe. & poſthu.
Alex. in l. neque profeſſio, C. de teſtam. Boer. in deci.
299. nu. 6. Pariſ. conſ. 10. nu. 14. lib. 2. Hippol. Marſi. in
l. 1. §. ad q. nu. 35. ff de quæſt. Gorad. in conſ. 12. nu. 27.
& Illuſtr. Paleot. de noth. & ſpur. c. 24.
3 Limita hmōi ampliationem non procedere, † qñ
filius haberet læſam conſcientiā, nempè ꝙ crederet
matrē dicere verū: quia tunc deberet abſtinere à bo-
nis mariti, aliàs ædificaret ad gehennā: vt in c. literas,
de ſimonia, ita tenet Abb. in d. c. officij, de pœnit. &
remiſſio nu. 4. & Præpo. in c. veniens, q. pen. de eo, qui
duxit in matrimoniū, & declarat Domin. Sot. de iu-
ſtitia & iure, lib. 4. q. 7. art. 2. verſ. tametſi. & refert Al-
cia. in d. tract. de præſump. reg. 3. præſump. 37. nu. 6.
4 Contrariū † ſenſit Cor. in conſ. 293. in fi. lib. 4. vbi
inquit, ꝙ ille Rex male ſe geſſit Regno renūciando:
quia ēt in foro conſcientiæ erat tutus, ex quo non te-
nebatur credere matri per ſupra alleg. in ampliatio-
ne, & illum ſequutus eſt And. ab Exea in c. 1. nu. 336.
de conſtit. & vr̄ tenere Menoc. in d. tract. de arbitr. iu
dic. caſu 89. num. 28. dum tamen non adeo eſſet tam
5 vehemens perſuaſio matris, vt illi credere poſſet † fi-
lius, & ibi reprobat illam cautelam de illa vidua, quę
cum in extremis ageret, accerſiuit tres eius filios, il-
liſque dixit, vnus veſtrū natus eſt ex adulterio, & pro-
pterea indebite detinet bona paterna, & ideo, ne mo
riar in iſto peccato, volo palā eū facere, niſi vos inui-
cem remittatis oē ius, ꝙ habet alter verſus alterū. Et
ppterea ipſi filij dubitātes de ſeipſis voluntati maternæ

Digitized by Google

acquieuerunt,& pacti ſunt, prout requirebat mater:
quam cautelã tanq̃ in facto habitam refert Alc.in d.
tract.de præſ.reg. 3.præſu.37.ſub nu.6.reprobat inquã
Menoc. vbi ſup. ex eo quia nemo eorum filiorum timere
debuit matris declarationem.idem facit Coua.
in c.peccatum,par.1.§.1.ver.nec mihi placet, de reg.
iur.in 6.Mater tamen prudenter, & religiosè ſe geſſit,
ne ædificaret propriam damnationẽ mortẽ æternam.

Secundò amplia procedere etiamſi tempore con-
6 ceptionis vxor eſſet adultera, † quia tamen etiam
hoc caſu preſumitur filius mariti:per tex.in l.miles.§.
defuncto.ff.ad leg.Iul.de adult.quem tex.dicit ſingu-
larem Bal.in rub.C.de probat.col.vlt.& in l.ſi matre,
C.de ſuis,& legiti. Franc. Crem. in ſing.126. mortuo
marito.Fel.in c.per tuas,de proba.& ibi Abb. & DD.
Ang.de Peruſ.in l.7.menſe,ff.de ſtatu hominũ. Paul.
de Caſtr. in l. 3. ff. de lib. & poſthum. Neuiz. in ſilua
nupt.lib.1.nu.85.Curt.iun.in conſ.31. col. 2. Hippol.
Marſil.in l.1.§.ad quæſt.nu.84.ff.de queſt.Boer.in de-
ciſ.299.nu.3.Alc.de præſump.in d.reg.3.preſump.37.
in princ.Bert.in conſ.221.in 1.par.vol.2. Bal.in conſ.
74. col. 1.vol.1.conſ.437. vol.5.Couar.in epitom.2.
par c.8.§.3.num.8. vbi multos allegat, & ratio eſt,qa
ideſt fauorabilius,& honorabilius pro ipſo filio, quã
quòd dicatur vulgò conceptus:vt inquit Abb.in d.c.
per tuas,quem refert,& ſequitur Pariſ.in cõſ.4. & 10.
7 vol.2.& etiam quia ſubſiſtit fauor matrimonij,† & in
dubio præſumptio eſt maritum cum vxore vti re ve-
nerea,niſi contrarium probetur:vt ex ibi per eum ad-
ductis, & huiuſmodi rationes etiam adducit Alc. in
d.reg.3.præſumpt.37.dum oſtendit dictum text. in §.
defuncto. non probare ſupradictam ampliationem.
Nam tex.dicit, quòd poſſet illa mulier eſſe adultera,
& impubes defunctum patrẽ habuiſſe:non ergo inqt
Iuriſconſultus,filium illum præſumi à marito conce
8 ptum:† cum multa poſſibilia ſint, quæ tamen nõ pre-
ſumuntur.Et idem ſequitur Menoch. in alleg.tracta.
de arbitr.iud.caſ.89.num.21.pro ampliatione tamen
tenet Alexand.conſil.157. num. 2. circa primum du-
bium,volum.5.& Benedict.Capra conſ.3.incip. cum
viſo.num. 1. & 2.

Primò extende hãc ampliationem locum habere,
etiamſi mulier cohabitaret in domo adulteri, dum-
modo maritus ad illam haberet liberum acceſſum.
9 † Nam tunc etiam potius præſumitur filius mariti, q̃
adulteri.ita notat Bald.in l.ſi a matre,C.de ſuis, & le-
git. Abb.in c.accedẽs.de purgat. Canonica. & in cap.
officij,de pœnitent.& remiſſi.Barb.in conſ.58. col. 1.
vol.2. Alex.conſil.87.colum.pen. verſ.prætereà, vol.
3.& conſ.37.col.penult.vol.1.ſequitur Franc.Curt.in
conſil. 31. colum. 1. in fin. Paris conſil. 64. colum. 1.
volum. 3.Dec.in conſ.567.num.3.Illuſtriſ.Paleot. de
noth.& ſpur.cap.24.num.1.& Iaſ. in conſ.125. col.1.
verſ.1.vol.4.

Primo limita hanc extenſionem non procedere,
10 †quando vxor,dum habitaret cum marito,diù fuerit
ſterilis,eo namque caſu,ſi cum alio cohabitaret,etiã-
ſi pateret liber acceſſus marito ad vxorem, præſume-
retur potius ex adulterio,quàm ex marito:teſti. Aret.
& Fel.in d.c.per tuas. col.1.de probat.

Secundò limita locum ſibi non vendicare, ſi ma-
11 ritus raro adiret vxorem,†quia tunc preſumitur filius
potius adulteri qui frequentius cum muliere verſaba
tur,quàm mariti:ita tenet Alc. d. tract. de præſumpt.
reg.3.præſumpt.37.num.11. ponderans text. in d.l.fi-
lium,vbi lex conſiderat,quod maritus ſit aſſidue ver-
ſatus cum vxore,& ex hac aſſidua cõſuetudine adul-
teri cum muliere potius præſumi adulteri, quàm ma-
riti filium,tenet Paris.in conſ.10.nu.34.vol.3.

Secundò extende illammet ampliationem proce-
12 dere,† etiamſi filius matris ex facie referret adulterũ:
quia nihilominus ſtaretur pro præſumptione, quòd
filius eſſet mariti,& non adulteri: potuit enim id cõ-
tingere ob cogitationem mulieris tẽpore conceptio-
nis,ſecundum gl.in l.quæret aliquis.ff.de verb.ſignif.
quod placuit Caſtr.in conſ.275.vol.1.Iaſ.& Doct. in
l.Gallus,in prin.circ.fi.ff.de liber.& poſthum.& dice-
mus infra in coniectura per aſſimilationem.

Tertiò extende,vt adeò ſit vehemens illa preſum-
13 ptio †quòd ſit procreatus à marito,& non ab adulte-
ro, quòd etiam ſtante communi opinione illum eſſe
filium adulteri,nihilominus nõ tollatur præſumptio,
de qua in ampliatione.ita Abb. in c. accedens. nu.6.
de purgat.Canonic.& Marc.Mant. in conſ.98. colu.
pen.vol. 1.

Primò limita huiuſmodi extenſionem,quando cũ
illa communi reputatione concurreret etiam educa-
14 tio,tractatus,et nominatio tanquã filij adulteri:†hoc
nempè caſu ceſſaret alia præſumptio de marito, &
præſumeretur adulterinus: ita cautum eſt ab Ancha.
in conſ.225.dub.2.Alex.in conſ.88.vol.7.Corn.conſ.
1.col.2.vol.3.Capra in conſ.2.Barba. in conſ.68.vol.
4.Iaſ.in cõſ.125.col.3.vol.4.Dec.in conſ.288. in prin.
Bertr.in conſ.108.col.1.vol.3.& in conſ.73.nu.13.eo.
vol.3.Grat.in conſ.158.col.pen.vol.2.& Menoch.de
arbit.iud.caſu 189. num 65.
15 Contrarium † ſentit Paris in conſil.11.nu. 20. cum
plurib.ſequen volum.2.vbi inquit non debere eſſe in
poteſtate adulteri facere ſibi aliquem in filium per
nominationem, præſtationem alimentorum, legiti-
mationem,& alios tractatus ſimiles, & immutare fa-
ctum, & diſpoſitionem legis, & pro illis, & per illos
actus ſubuertere præſumptionem lege fundatam, &
inducentem veritatem probandi filiationem: & idẽ
Paris.tenet in conſ.11.nu.244.vſq; ad nu.248.eodem
vol.2.& Barb.in conſ.27.col.pen.vol. 1.
16 Secundò limita non procedere, † quando vltra ſũ-
pradicta in prima limitatione concurreret etiam con
feſſio ipſius filij, & matris aſſerentium eſſe filiũ adul-
teri: quia tunc præſumeretur filius potius adulteri,
quàm mariti: ſecundum Paul. de Caſtr. in conſ.115.
in vlt.dub.vol. 1.

Sed non videtur vera limitatio huiuſmodi, illi.n.
actus, de quibus in prima limitatione non inducunt
præſumptionem filiationis ex parte adulteri ſecun-
dum Paris.in d.conſ.11.num.20. & in conſ. 12. num.
244.vol. 2. quæ modo adduntur in hac ſecunda limi-
tatione,nihil videntur obſtare, quia aſſertio filij nul-
lam habet certitudinem:nequit enim ipſe ſcire à quo
ſit procreatus,aſſertio autem matris, vt ſupr.diximus,
& infra dicemus,nihil releuat, & ipſi non eſt ſtãdũ.

In limitatione tamen reſidet Alciat. in ſuo tracta-
tu de præſumptio.reg.3.præſumptio.38.num.10.cum
ſequent.

Primò limita ſupradictam ſecundam ampliatio-
17 nem † non procedere, quando filius eſſet natus cæ-
cus, vel claudus, quia tunc propter peccatum præſu-
meretur potius ex adultero, quàm ex marito, ſecun-
dum Barb.in c.in præſentia.num.98.de probat.quem
referendo ſequitur Marſil. in ſing. 530.
18 Contrarium tenet, & nominatim reprobat Barba.
Couar.in epitome par.2.c.8.§.3.nu.8 verſ. hinc prorſus,
inquiens non licere huiuſmodi iuris præſumptio-
nem tam efficacem elidere hac leui coniectura,iudi-
ciumque diuinum verè diuinante.

Secundò limita prædictam ſecundam ampliatio-
19 nem non procedere,† ſi filius eo pacto natus, ſoleret
ſe appellare filium adulteri, & non mariti: quia tunc
præſumitur filius cuius ſe appellat:iux. ſentent. Paul.
de Caſt.conſ.275.ſuper 1.vol.1. & eo magis procede-
re,ſi ſæpius ita ſe appellaſſet. Nam licet confeſſio ab-
ſente parte facta,non præiudicet, tamen ſecundũ eũ,
quando eſt frequens,& pluries repetita, videtur tran-
ſire in quandam publicam famam,& tũc nocet:ſicut
etiam not.Alc.de præſumpt.d.reg.3.præſ.37.nu. 11.
20 Tertiò limita, † quando talis filius natus fuiſſet in-
ſtitutus

ſtiturus hęres per adulterum: nã tunc pręſumitur eius
filius non enim illũ inſtituiſſet, niſi veriſimiliter eius
eſſet filius; teſte Alc. in d. reg. 3. præſumpt. 37. num. 12.
& latius dicetur infra in concluſione filiatio per in-
ſtitutionem.

Tertiò primario loco amplia concluſionem, vt
adeò, vera ſit, quod etiamſi mulier multo tẽpore an-
teà extitiſſet ſterilis, nulloſq; filios ea eius marito p-
21 creaſſet, † nihilominus natus ex ea poſtmodũ in con-
ſtantia matrimonii, præſumitur filius mariti: vt inqt
Abb. in c. per tuas. per illum textum quem ad hoc pu-
tat ſing. de prob. ſequitur Alc. de præſump. reg. 3. præ-
ſumpt. 37. num. 8. & Ruin. in conſ. 53. volum. 5. & Fel.
in d. c. per tuas. num. 1. & Illuſtriſſ. Paleot. de noth. &
ſpur. c. 24. nu. 5. & refert ſequendo Menoch. de arbitr.
iudic. caſ. 84. num. 32.

Limita hanc ampliationem forſan non procede-
22 re † in vidua, quæ poſt mortem mariti peperit, quia
cum prius fuerat ſterilis, non leuis præſumptio extat
cõtra ipſam, quin curauerit ab alio effici grauida pro
conſequenda hæreditate ipſius mariti: ita conſidera-
uit Alc. vbi ſupra de præſump. d. regu. 3. præſumpt. 37.
nu. 8. & Fel. in d. c. per tuas. not. 1. de prob.

23 Contrariũ † voluit Crem. in ſing. ſuo 127. vbi in for-
tiorib. terminis inquit, quod ſi mulier effecta vidua,
continuo ẽt efficiatur concubina alicuius ſcholaris,
ſi poſteà intra nouem mẽſes peperit, ille partus pręſ-
ſumitur mariti, & non ſcholaris, per doctrinam Bal.
ita ſingulariter tenẽtis. in l. ſi mater. C. de ſui. & legit.

Sed aduertas, quod in hoc caſu Crem. non cõcurrit
illa qualitas ſterilitatis cum marito: quam cõſiderat:
& ſuper illam ſuæ opinionis fundamentum cõſtituit
Alc. prout eſt videre.

Quid ſi mulier illa effecta vidua, illico alteri nu-
bat, & ſic ceſſet præſumptio delicti, & intra nouẽ mẽ-
ſes pariat? dicit Bar. in l. Gallus. n. 13. & ibi Doct. ff. de
24 lib. & poſthum. † præſumi hũc partum illius, in quem
magis veri ſimiles præſumptiones concurrunt, & ap-
probatæ ſunt à peritis in arte. arg. l. 1. §. 1. ff. de vẽtr. in-
ſpic. & in hoc caſu non eſſe modicam coniecturam
aſſertionem matris dicit Alc. de præſumpt. reg. 3. præ-
ſumptio. 37. nu. 15. vbi etiam inquit, quod faceret ali-
qualem præſumptionem ſimilitudo filij: nam ſi eſſet
ſimilis marito ſecundo, illius potius præſumeretur, ſi
tamen non eſſet veriſimile, quod tempore, quo pri-
mus maritus viuebat, mulier recordaretur de ſecũdo,
vt quia illum non agnoſcebat: ſecus ſi extaret aliqua
ſuſpicio, per ea, quæ ſupra diximus, & dicemus infra
de ſimilitudine.

Dec. vero in d. c. p tuas. de prob. verſ. quartus, & vl-
timus dicit in hoc caſu, in dubio eſſe iudicãdũ, quod
eſſet fauorabilius ipſi filio, nempè ſi primus maritus
eſſet ditior, illius præſumeretur, ſic è contra.

Quartò amplia principalem concluſionẽ nedum
25 procedere in vxore, † ſed ẽt in cõcubina in domo re-
tenta: quoniam eo caſu natus ex ea præſumitur fi-
lius concubinarij, vt placuit Abb. in d. c. per tuas per
illum text. & per gl. no. in c. Michael. de fil. præsby. ſe-
quit Anch. in conſ. 221. Bal. in l. ſi vicinis. C. de nupt.
& Fel. in d. c. p tuas. Bertr. in cõſ. 26. nu. 2. in 2. pat. vol.
2. Barb. in conſ. 27. col. 2. vol. 1. Marſ. in l. 1. §. ad quæ-
ſtionem. nu. 34. ff. de quæſt. Abb. in c. trãſmiſſæ. qui fil.
ſint legit. & in c. intelleximus. col. pen. de adult. & in
c. officij. col. 1. de poenit. & remiſ. Dec. in d. c. per tuas.
nu. 1. de prob. Illuſtriſs. Paleot. de noth. & ſpur. c. 22. et
28. & Iaſ. in cõſ. 125. col. 2. verſ. 2. ampliat. col. 4. Soci.
in conſ. 65. vol. 3. Soc. iun. in conſ. 138. col. vlt. volu. 2.
Boe. deciſ. 299. & de cõi opinione atteſtatur Panſ. in
conſ. 10. nu. 34. vol. 2. Gugliel. de Benedict. in c. Ray-
nutius. in 3. par. car. 33. col. 3. in prin. de teſta. vbi con-
cludit hanc præſumptionẽ non ſolum habere locum
in legitimis, & naturalibus, ſed etiam in ſpurijs, vt ijs
probatis emergat probata quaſi poſſeſſio filiationis.

26 Cuius ratio eſt, † quia ſicut probatur quis filius legi-
timus, tunc probato, quod illi eſſent vir, & vxor, p d. l.
filium diffinimus, & alia ſupra proximè citata: ita ẽt
debet præſumi ſpurius, vel naturalis natus ex eis, non
probato matrimonio inter eos: vt concludit Bero. d.
q. 90. in prin. & nu. 10. poſt Ang. per eum citatum, &
probat apertè Bal. in l. 2. nu. 52. verſ. cum ergo iſte ter-
tius. C. qui accuſ. non poſſ.

27 Primo extende huiuſmodi ampliationem, † etiãſi
ſub tẽpore illa cõcubina ab alio cognoſceretur: nam
ex quo iacebat cũ concubinario, potius illius filius p̃-
ſumitur, quã alterius. fauorabilius eſt enim, & hono-
rabilius filio, vt dicatur filius concubinarij, quã vulgo
conceptus: vt ait Abb. in d. c. p tuas. de prob. arg. auth.
licèt. C. de natural. liber. & c. nihil. de renunciatio.

28 Secundò extendas illam nedum in cõcubina, † ſed
in qualibet muliere in domo retenta. licèt non ſit in
fama concubinatus: quia eo caſu etiam præſumere-
tur filius illius, qui illam in domo retinet: ſic reſpon-
ſum eſt ab Anch. in cõſ. 215. videtur prima facie. col.
antepen. verſ. ſuper alio dubio. & Capra. conſ. 2. colu.
1. in fi. nu. 4. & ſequitur Dec. in d. c. per tuas. num. 1. &
Ang. in conſ. 225. videtur prima facie, q allegat Alc.
in d. reg. 3. præſump. 37. nu. 3. & forſan voluit allegare
Anch. vbi ſupra.

29 Iſtud tñ limitatur, † quando ille talis non in domo
propria retineret mulierem, ſed extra, quia licet ad il-
lam haberet acceſſum, & ad ipſius libitum ſtaret, non
præſumeretur tñ filium eſſe ſuum: ita tradidit Alb. in
d. l. filiũ. col. vlt. verſ. item vidi ſæpè dubitari. ff. de his
qui ſũi ſui vel alie. iur. vbi inquit ita obtinuiſſe, & pla-
cet Alc. d. reg. 3. præſumpt. 7. nu. 4.

30 Contrarium † ſentit Dec. in d. c. per tuas. num. 1. de
prob. vbi in fortioribus terminis, nempè etiam quod
probaretur alium illam cognouiſſe.

Amplia tñ huiuſmodi limitationem procedere ẽt
ſi illa mulier diceret eſſe ſuum filium, quia lex nõ præ-
31 ſumit, niſi de eo, qui natus eſt in matrimonio, † nam
ſicut poteſt eſſe ex te, ita etiam ex alio, & ſic non ha-
bet patrem, ita inquit Bal. in conſ. 437. Titius habita-
bat. nu. 8. vol. 5. vbi memorat de quodam Bononiẽſi,
qui noluit credere Pontificia ſerenti eius eſſe filium,
procreatumq; ex ipſo eſſe, dum ſcholaris erat in ſtu-
dio Bononiæ.

32 Primo limitatur eadem quarta ampliatio in eo, † q
mulierem illam non habebat pro ſuo libito, nam eo
caſu non pręſumeretur eius filius: vt conſulẽdo dixit
Alex. in conſ. 157. nu. 2. vol. 5. quem refert ſequendo
Alc. in d. reg. 3. præſump. 37. nu. 3. & Dec. in d. cap. per
tuas. ſub num. 1.

Secundò limitatur, qñ nõ probaretur rem habuiſſe
cum dicta in domo retenta. Nam tunc ceſſaret pręſũ-
33 ptio, † ſi enim ancilla reperiretur prægnans, nõ ita fa-
cilè eſt pręſumendũ contra dominum: vt Bal. dixit a ar
d. l. filium. quem etiam ſequitur Alc. in d. reg. 3. præ-
ſump. 38. nu. 5. & Dec. in d. c. per tuas. nu. 1. de proba.

34 Tertiò limitatur, † ſi eo tempore, quo veriſimiliter
potuit effici grauida, fuerit abſens mulier à viro, qa
tunc ceſſat illa præſumptio: vt ſcripſere Abb. & rec&
tiores in d. c. per tuas. de prob. quos ſequitur Alc. in d.
reg. 3. præſumpt. 38. nu. 5.

Quintò amplia, & intellige præſumptionẽ de qua
35 in concluſione, † iuris, & de iure, eſſe adeò firmam, vt
non admittatur probatio in contrarium: vt tenet Ca-
ſtrenſ. in conſ. 275. & in conſ. 115. col. 3. vol. 1. Barbat.
in conſ. 50. nu. 2. volum. 2. Marſil. in l. 1. §. ad quæſtio-
nem. num. 36. ff. de quæſtio. Boer. quæſt. 299. num. 9.
Bero. quæſt. 90.

In contrariam deſcendit ſentẽtiam Alc. reg. 3. præ-
36 ſumpt. 38. n. 2. de præſump. † cuius opinionem proba-
uere Couar. In epit. c. 8. §. 3. ſub num. 8. verſ. cęterum.
par. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 89. num. 24. & latè
per Pariſ. in conſ. 10. num. 42. volum. 2. & in conſ. 29.
nu. 110.

nu.1 to eod.volum.2.& Felyn.in d.c.per tuas. nu. 17. verſ.quarto nota.de probat.& Barbat.conſ. 27. nu.4. vol.1.& Lud.à Sard.in tract. de legib.par.1.c.de filia. prob.nu.4.Barb.in conſ.26.col.2.verſ.licet iſta.vol.2. Iaſ.in conſ.125.nu.1.vol.4 Nemz.in ſilua Nuptia. in prin.nu. 87.

37 Sextò amplia principalē concluſionem,† & intellige illā eſſe potiorē probationem, quæ oritur ex natiuitate,quàm quæ ex nominatione,& tractatu, & ſic
præfertur iſta præſumptio concluſionis noſtræ illi de nominatione ac tractatu.ſecundū Dec.in c. per tuas. nu.4.de prob.nam,vt ipſe inquit, in natiuitate agitur de proprietate filiationis,in nominatione verò,& tractatu de quaſi poſſeſſione filiationis, & proprietas præualet.c.cum dilectus.de cauſ.poſſeſ.& propriet.

38 Contra hanc ampliationē† faciunt notata per Pariſ.in conſ.10.vol.2.vbi concludit ex tractatu, & nominatione adulteri præſumi filium adulterinum etiā ex muliere maritata, & in domo mariti cohabitante.

Septimò amplia procedere etiam,ſi mulier vxor in lupanari exiſteret, qa ſi ad eam haberet acceſſus ma-
39 ritus,† & ipſa concepiſſet,præſumeretur ex marito:ita ſenſit Cyn.in l.ſi vicinis.& Iac. Butr.C.de nupt.Grat. in conſ.140.col.5.vol.1.Bertrand.in conſil. 73. num. 13.vol.3.& huc pertinet,quod notat Iaſ.in conſ. 125. col.1.volu.4. qui dicit ſi filius naſcatur in loco ſuſpecto extra domum,nihilominus præſumatur mariti.

Primò limitatur Principalis concluſio, & non hēt locum,quando maritus probaret,tempore cōceptio-
40 nis non concubuiſſe cū vxore,†vel propter abſentiā, vel morbū,vel quid aliud impedimentum: vel quod ſit ad copulam inhabilis,vt p text.in d.l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.ſi vicinis.C.de nup.ita aſſeruit Abb.in d.c.per tuas.nu.3.& ibi Fel.in prin. & Dec.nu.9.de prob.quibus accedit Boer. in deciſ. 299. nu.3.idem voluit Alex.in conſ.78.nu.7.vol. 7.& latè proſequitur Pariſ.in conſ. 10.nu.36.& 78.volum. 2. & Doct.ſcriptum reliquere in l Gallus.in prin.ff.de lib. & poſthu.Pariſ.in conſ.29.vol.2.nu.80.& quoad ægritudinem facit illud Auice.in 3.Can.in fen.21.c. 8.dū inquit,quòd non fit generatio, cuius corpus non eſt
41 ſanum,†ſperma enim currit ex omnibus membris, & ex ſano eſt ſanum, & ex infirmo infirmum. idē Ariſtot.de generat.animal.c.18.lib.1.col.334.in prin.qui dicit morboſos penitus carere ſemine. & noſtri idem dixerunt vbi ſupra,& eſt tex.in l.ſi pater. §.in arrogationibus.ff.de adopt.ibi,niſi ſit morboſus, & in l.ſi qs poſthumos.in princ.ibi aut valetudo, propter quam abducatꝰ homo à generādi facultate.ff.de lib. & poſt-
* hum.& ibidem* communiter Doctores.

Primò amplia huiuſmodi limitationem, nedum procedere in ſenio confecto, qui ſine alio morbo nō poteſt generare,& ideo ceſſat illa præſumptio, vt in-
42 fra in ſequēti limitatione dicetur,† ſed etiam in iuuene,qui licèt ſit ex natura aptus ad generandum,tamē ſi eſt valetudinarius,ceſſat illa potentia, & deinceps illa præſūptio,quod ſit eius filius natus in eius domo, ita ait Pariſ.in conſ.29.nu.54.lib.2.per tex.in d.l.ſi pater.§.in arrogationibus.ff.de adoptio.& in d.l.filium.

Secundò limitatur principalis cōcluſio, vt locum
43 non habeat, † quando maritus eſſet adeò ſenio cōfectus, quòd redderetur inhabilis ad generandum. Nā tunc ceſſat illa præſumptio:teſte Soc. iun.in conſ.68. n.45.lib.2.cui adhæret Illuſtr.Paleot.de noth.& ſpur. c.24.nu.3.& ante eos dixere Cyn.& Bal.in d.l.filium. Bald.in conſ.74.col.2.vol.1.Soc.in conſ.65. in princ. volum.3.Couar.in epit.par.2.cap.8.§.3.nu. 8. in fine latiſſimè Pariſ.in alleg.conſ.29.ferè per totum. volu. 2.Fulgoſ.in conſ.212.col.3. vbi inquit ex auctoritate naturalium,exiſtentes in ætate ſimili non poſſe de fa-
44 cili procreare : † ſed per raro propter diminutionem caloris naturalis,& potentiam ſeminis. ꝙ licet emittatur, non eſt tamē ita concoctum,et digeſtum,ſicut exigit, & deſiderat natura in prolis procreatione. & Ariſtot.placuit in primo de generat.cap. 18.vbi hanc reddit rationem: quoniam ſemē neq; in prima ætate, neq; in ſenectute eſt, ex quo natura non poteſt ſatis ſemen concoquere, quam ſententiam etiam eſt ſequutus Auic.in 3.cano.in fen.21. c. 8.& huc pertinēt quę notauit gl.in c.1.In ver.in fraudē.tit per quos fiat inueſt.in vſib.feud.& ibi Bal.& Prępoſit. & Andr.de Iſer.ver.& dicit,illam ſequuntur,quæ dicit, quod in ſimili ętate conſtituti æquiparātur caſtè natis,& Doctores ibi dicunt ſenes non habere ſpem generandi.

45 Quæ autem ætas requiratur,† vt aliquis ita dicatur ſenex,vt non poſſit generare,& quòd deinceps faciat illam præſumptionem ceſſare:latè ponit Menoch.de arbitr.iud.caſu 89.nu.57.cum ſeq.

Tertiò limita,principalem concluſionē non pce-
46 dere, † qñ filius eſſet natus in vndecimo menſe poſt mortē mariti;quia tunc non pręſumeretur legitimus, & filius ipſius mariti.§.vlt.in auth.de reſtit.& ea quæ parit in 11.menſe:vide tñ latè per Menoch. de arbitr. caſ.89.nu.40.& 49.hanc limitationem ēt adiuuat, ꝙ mulier poſt mortem mariti amplius nō dicitur vxor, et coniugata,ſed ſoluta.ex tex.in c.pen.et fi.de ſecūd. nupt.quare non poteſt dici filius natus ex coniugata, vel vxore in domo mariti,& ſic ceſſat illa præſūptio, & ſi rectè cōſiderentur dicta Doctorum,ſemper præſupponunt in illa præſumptione vitam mariti.

Quartò limita, & intellige præfatam concluſionē
47 non verā eſſe ſimpliciter. † & per ſolā cohabitationē præſumi filiationem legitimam,ſed requiritur etiam tractatus,& nominatio parentum;alioqui nihil faceret:vt tenet Fel.in c. per tuas. nu.1. de prob.& Illuſtr. Cardin. Alban.in ſuis lucubrat.ad Bar.in d.l. filium. num.10.& Corn.in conſ.87.nu.17.volu. 3.habuit pro inepta,& leui illam præſumptionem,quòd ſimul habitent, & quòd vltra cohabitationem requiratur etiā nominatio, tractatus,& reputatio, rectè conſiderant
* omnes Doct. & præcipuè animaduertit Aret. And. Sicu.& alij in d.c. per tuas. & ibidem Dec.num. 8. & Abb.not.1.

48 Quintò limita, † quādo ageretur de bonis defuncti alteri auferendi,nam tunc ceſſat illa præſumptio: vt teſtatur Soc.iun.in conſ.86.ſub nu.44.vol. 2. et illum ſequitur etiam Burſ. in conſ.88.nu.17.

Eſt tamen hic aduertēdum, quòd hæc ſpecies pro-
49 bationis filiationis†tendit ad probandum proprieta-
* tem filiationis:vt eſt*communis opinio,quam refert, et ſequitur Ruin.in d. conſ.52.nu.4.vol. 5. et ante eū Alex.conſ.51.nu.5.ver.non obſtat etiam.vol.1.idem inquit Ruin.in conſ.53.nu.3.et 4.eod. vol.5.

CONCLVSIO DCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Filiationis probandæ coniectura ex tractatu.

SVMMARIVM.

1 *Qui tractauit aliquem,vt filium ſuum etiamſi nulla verba interuenerint,conſtituit eum in quaſi poſſeſſione filiationis,donec contrarium probetur. & nu. 11.*

2 *Filius ex tractatu præſumitur,etiam ſi mater,& maritus cum iuramento negent eſſe filium.*

3 *Filius ſi conſenſit ſecundo tractatui tanquam de non filio facto ſibi nocuit.*

4 *Filius ex tractatu præſumitur, etiam ſi ipſe prius fuiſſet tractatus,vt non filius.*

5 *Qui prius tractatus fuit tanquam filius, filius pręſumitur,etiam ſi poſtea reſpueretur.*

6 *Filiationis poſſeſſio in qua quis per tractatum erat conſtitutus, ceſſat, quando ſe contulit in alterius domum, & ibi ab*

ibi ab alio vti patre fuit tractatus tanquam filius.

7 *Si maritus tractauit natum ex eius vxore in domo ſua tãquam filium proprium tractauit, præſumptio eſt pro primo tractatu, & debet præualere ſecundo.*

8 *Filiationis vltimus tractatus cui datus eſt conſenſus debet attendi, & præfertur primo.*

9 *Filiationis ſolus tractatus ſufficit ad petendum hereditatem, & in petitorio.*

10 *Filiationis tractatus conſtituit illum tractatum in quaſi poſſeſſione filiationis, & fundatam dicitur habere intentione, vt tanquam filius admittatur, niſi contrarium probetur.*

12 *Qui fuit tanquam ſpurius, & adulterinus tractatus, eſt in illa quaſi poſſeſſione.*

13 *Filius ex ſolo tractatu conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis etiamſi ſolus adſit tractatus abſque alio adminiculo. Intellige, vt nu. 14. & 15.*

16 *Quę poſſeſſio fraternitatis non poteſt probari per tractatũ.*

17 *Filius per tractatum non conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis, vbi tractans ſæpe dixit, quod quidquid faciebat id faciebat amore Dei, vel alio animo quam ad effectum filiationis.*

18 *Filius per tractatum conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis, ſi actus tractationis ſit conuenſens ſibi filio, non etiam extraneo.*

19 *Filiationis quaſi poſſeſſio non ſufficit pro obtinendo in petitorio, niſi alia concurrant. Contr. nu. 20.*

21 *Filius cõſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis ẽt contra eum, qui poſt mortẽ mariti tractauit ipſum tanq̃ filiũ.*

22 *Filius præſumitur occurrente aliquali nominatione etiãſi tantummodo extet vnicus actus tractatus.*

23 *Probatio pro filiatione efficax eſt per continuationem, & iterationem tractatus habentem cauſam ſucceſſiuam.*

24 *Fraternitas probatur etiam per tractatum.*

25 *Filiatio filij illegitimè nati, & ſpurij, ſiue adulterini, vt probetur, ſufficit, quod pater adulter tractauerit natum vti filium.*

26 *Filiationis tractatus per alimentationẽ cõuenit ẽt ſpurio.*

27 *Filiatio ex tractatu præſumitur, etiam ſi tractatus ab vna tantum ex partibus interuenerit.*

28 *Teſtes ſuper filiatione debent ſpeciatim, & clare demonſtrare actus tractatus filiationis, qui ſolent circa filios exerceri, & quomodo.*

29 *Ad hoc, vt quis dicatur filius ex tractatu, neceſſe eſt probare tractatum factum à parentibus.*

30 *Filiatio non poteſt probari ex tractatu, ſi pater ſit mortuus, & filius natus poſthumus.*

31 *Filius poſt mortẽ patris põt acquirere quaſi poſſeſſionẽ filiationis ex tractatu contra tractantes ipſũ tanq̃ filiũ.*

32 *Filiationis tractatus, & quaſi poſſeſſio ſi habuit initiũ viuente patre, etiam poſt eius mortem durat. Contr. nu. 34.*

33 *Mater dicitũ in quaſi poſſeſſione maternitatis mortuo filio.*

35 *Filiatio ex tractatu non ita præſumitur, quin etiam poſſit contrarium probari.*

36 *Filiationis probatio ex tractatu præiudicat ipſi tractãti, & eius hæredibus, non autem tertio, & proximis ab inteſtato venientibus.*

37 *Filiatio non probatur ex tractatu, quando actus tractationis ſonãt, potius in cauſam pietatis, quam filiationis.*

38 *Actus tractatus, quibus filiatio, ſiue eius quaſi poſſeſſio probatur.*

Alia ſolet probandæ filiationis coniectura ſumi ex tractatu, qui conſueuit oriri à parẽtibus, & ab eiſdem quis vt filius tractatur: ſecundum Iac. Butr. & Doct. in l. quidam quaſi. ff. de probat. & glo. pen. & ibi Ant. & Abb. in c. trãſmiſſæ. qui fil. ſint legit. vt etiam docuit Bart. in l. 2. poſt nu. 3. ff. de liber.
1 agnoſ. vbi magiſtraliter docuit, † ſi qs tractauerit aliquẽ vt filium ſuũ, etiam ſi nulla verba interuenerint, cõſtituit eũ in quaſi poſſeſſione filiationis, donec cõtrarium probetur, per l. 1. §. 1. ff. de quæſtio. adeò vt ei ſufficiat facere articulũ, & probare, quod ille tractauerit eum, vt filium, & idem reperijt in d. §. 1. nu. 3. hoc idem voluere Ang. in l. vxorem. ff. de manumiſ. teſtamen. Paul. de Caſtr. in l. fi. ff. de probat. & conſulti reſponderunt quàm plures, vt Alex. in conſ. 51. num. 2. & 5. vol. 1. Ruin. conſ. 53. nu. 4. vol. 5. Hipp. in conſil. 102. vol. 4. & conſ. 81. vol. 1. Barbat. in conſ. 14. nu. 31. vol. 3. hoc etiam placuit Iaſo. in l. neq; profeſſio. C. de teſtam. idem Marſ. in rubr. C. de prob. num. 9. Fely. in c. per tuas. nu. 13. de probat. neque latuit Pariſ. in cõſi.
* 10. nu. 8. & 61. vol. 2. & * communiter tradidere Doct.
* in d. c. per tuas. de probat. & de * communi atteſtatur Bertran. in conſ. 16. nu. 1. in 2. par. vol. 3. Alex. in conſ. 88. nu. 7. vol. 7. Dec. in conſ. 54. Gozad. in conſ. 12. nu. 17. & conſ. 13. nu. 34. Alba. in conſ. 83. nu. 21. Couar. in epit. c. 8. §. 3. nu 9. par. 2. Menoch. de arbit. iud. caſ. 89. nu. 60. & Iac. de S. Georg. in l. cir. & in l. quidam. ff. de probat. ſcripſit Anch. in conſ. 22?. num. 3. ad fin. &
* hanc eſſe * communem doctorum ſententiam affirmauit Petr. Ducn. reg. 343. & poſt Doct. in c. per tuas, & in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legit. & alibi ſæpè, de
* * communi etiam eſt teſtatus Clariſs. Menoch. de arbit. iud. caſ. 89. nu. 69. Gozad. etiam id non omiſit in conſ. 12. nu. 17. in quo loco alios quàm plures idem ſentientes affert. Rimin. idem reſpondit in conſ. 289.
* nu. 5. vol. 2. atque Dec. in conſ. 54. qui * communem dicit, & latius hoc habetur per Vaſq. illuſtr. controu. cap. 85. num. 20. in prin.

Primò ampliatur concluſio, vt etiam procedat, ſi mater, & maritus etiam cum iuramento negarent eſ-
2 ſe filium ſuum: † quia tunc nihilominus præſumeretur filius firmo manente illo tractatu, vt ſenſit Abb. in d. c. per tuas, per illum text. nu. 3. & 4. & ibi Fel. nu. 14. per gl. in c. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. nam ſicut confeſſio filiationis ſemel facta non poteſt reuocari in præiudicium filij: teſte glo. in c. per tuas, de proba. multo minus tractatus, qui eſt fortior ſimplici nominatione. ita not. Bal. in l. non ignorat, C. qui accuſ. nõ poſſ. & Fel. in d. c. per tuas nu. 14. & pro ampliatione adducit Lap. in alleg. 94. ſed id non dicit, vt etiã animaduertit ibi Mãdoſ. qui tamen tenet cum ampliat.
* vbi refert * communem opinionem ex Hieronym. Gig. in reſp. 146. num. 3. & tenet Couar. in epit. par. 2. c. 8. §. 3. num. 6.

Limita, huiuſmodi ampliationem locum ſibi non
3 vendicare, † ſi filius conſenſiſſet ſecundo tractatui, tãquam de nõ filio facto, & ſic contrario primo tractatui: nam hoc caſu ſibi nocuiſſet, tum quia ſtatur confitenti contra ſe, tum etiam quia vltima poſſeſſio nõ turbata præiudicat præcedenti quoad cognitionẽ ſtatus: vt eſt caſus in l. ſi iure. C. ne de ſta. defun. & ſequitur Fel. in d. c. per tuas, nu. 14. de prob.

Secundo loco ampliabis concluſionem, vt proce-
4 dat etiam † ſi talis prius fuiſſet tractatus, vt non filius, poſteà verò vt filius: quia primus tractatus fuit quædam aſſertio, quæ reuocatur per aſſertionem poſteà factam contra ſe, etiam ſi primo tractatui filius conſenſiſſet, quia cõſenſit ductus probabili aſſertione parentum, arg. l. 1. §. vlt. & quod ibi not. ff. quan. act. de pec. an. & Fel. ita ampliat in d. c. per tuas, ſub nu. 14. de prob. & Gozad. in conſ. 12. nu. 24.

Tertiò amplia idem procedere è contra, nempè ſi prius fuit tractatus tanquam filius, & poſteà reſpueretur, etenim nihilominus ille primus tractatus tãtum prodeſt filio, quòd ſecundus non poterit ei nocere: ita ait Felyn. in d. cap. per tuas, num. 17. de probat. ſic ſenſit, & Cornel. conſi. 1. vol. 2. neque præterijt Ruin. in conſ. 52. num. 9. vol. 1. nec omiſit Illuſtr. Paleot. de noth. & ſpur. c. 25. num. 5. quibus accedit Menoch. de arb. iud. caſ. 89. nu. 73.

6 Quòd limita, † quando filius poſt illam ceſſationẽ tractatus ſe contuliſſet in alterius domum, ibique ab alio, tanquam patre fuiſſet tractatus tanquam filius, nã tunc ceſſaret illa prima quaſi poſſeſſio in qua

erat

erat conſtitutus,& habet locũ iſta ſecũda , vt teſtatur
Fel.in alleg.c.per tuas.nu.14.verſ.ſed iſtud, de proba.
idque aſſeruit Ruin.in conſ.52.num.9.vol.5.quod,&
probauit Illuſtr.Paleot.in c.25.nu.7.de noth. & ſpur.
& meminit Gozad.in cõſ. 12.nu.25.vt etiam ſcripſit
Menoch.de arb.iud.caſ.89.nu. 75.

Quartò amplia,vt adeò cõcluſio vera ſit, vt ſi ma-
ritus tractauerit natũ ex eius vxore in domo ſua tan-
quã filiũ , & deindè alius illummet natũ ex illa mu-
7 liere,tanquam filium proprium tractauerit,†pręſum-
ptio erit pro primo tractatu. & debet præualere ſecũ-
do tractatui ratione natiuitatis in domo mariti: nam
ex his duobus iunctis oritur vera probatio filiationis,
ſecundum Alex.in conſ.88.col.4. nu.10. volum.7.&
Signor.de Homod.in conſ.221.col.4.in fin. verſ. nec
prædictis. & ſequitur Barb. in conſ. 27. col. 3. verſ. &
etiam.vol.1.& iterum Alex. in conſ.51. nu.13. vol.5.
Corn.in conſ.1.col.3.vol.10.ver. ſed pro quo facit,&
Præpoſit.in c.tranſmiſſæ.col.fin verſ.quandoq. con-
currit,qui fil.ſint legit.

Limita huiuſmodi ampliationem , quãdo ille na-
tus non cõſenſiſſet tractatui facto per maritũ matris
ſuæ,ſed tantummodo tractatui per adulterum facto;
8 †hoc enim caſu iſte vltimus tractatus, cui datus eſt
conſenſus debet attendi,& præfertur primo: auctore
Card.Zabar.in d.c.per tuas.in fi. & Aret. ibidem. nu.
31.verſ.4.quæritur.& Felyn.ibid.num.14. quos refert
etiam ſequendo Pariſ.in d.conſ.10.nu.95.vol.2.

Quintò amplia,vt eo vſque procedat, vt ſolus ille
9 tractatus ſufficiat †ad petendam principalem hære-
ditatem,& in petitorio:vt no.Ant.de Butr.in d.c. trã-
ſmiſſæ.col.3.verſ.quãdoq; concurrit,qui fil.ſint legit.
& refert Dec.in conſ.54.ſub num.3.Pariſ. in conſ.10.
nu.110.volu.2.Crau.in conſ.249.nu.2.Alba. in conſ.
83.num.22.Alexand. in conſ.51. volum.1. Dec.in d.
capit.per tuas.nu.9.de probatio.& Menoch. de arbit.
iud.caſu.89.num.70.

Sextò amplianda eſt,vt adeò vera ſit concluſio, vt
10 ille tractatus†cõſtituat illum talem tractatũ in qua-
ſi poſſeſſione filiationis, & fundatam dicatur habere
intentionem,vt tanquam filius admittatur , niſi con-
trarium probetur:ſecundum Bart.in l.1.§.ad quæſtio-
nem.in fi.ff.de quæſtio.& in l. non nudis. in fin. C.de
probat.& in l.quod Senatus. §. idem per contrarium.
nu.3.in fi.ff.de lib.agnoſc.dicens, quod ſi quis tracta-
11 uit aliquem,vt filium ſuum,†etiam ſi nulla verba in-
teruenerint,conſtituit eum in quaſi poſſeſſione filia-
tionis,donec cõtrarium probetur,vſq; eo quod ei ſuf-
ficit facere articulum,& probare, quod ille tractauit
eum,vt filium,vt ibi per eum,& in d.l.1.§.1.num.3.ff.
de quæſtio. hunc ſequutus eſt Alexand. in conſil. 51.
Viſo,& diſcuſſo proceſſu.nu.2.lib.1.& conſ.88.num.
10.vol.7.& Affl.deciſ.25.Ruin.dixit in conſ.53.nu.4.
* volum.5.& hanc eſſe * communem opinionem tra-
dit Pet.Ducn,regul.343.& poſt Doct.in c. per tuas.&
* in c trãſmiſſæ. qui fil.ſint legit.& alibi ſæpè de*com-
muni teſtatur Iacob.Menoch. in tract. de arbitr. iud.
cap. 89.nu. 69. & probat poſt plures hoc idem ſentiẽ-
tes Gozad.in conſ.12.nu.17.reſpondit Rimin.in cõſ.
289.num.5.vol.2.& meminit Dec.in conſ.54. vbi la-
tè.& in quo loco hanc eſſe * communem ſcribentiũ
ſententiam affirmat.& latius poſt eum plures eiuſdẽ
ſententiæ viros citans docuit Vaſq.Illuſtr.controuer.
cap.85.nu.20.in prin.& Alc.de præſumpt.reg.3. præ-
ſumpt.38.nu.4.& ſeq.

Quòd vſq; eo eſt verum, vt transferat onus probã-
di in aduerſarium,vt conſulti plures reſponderunt,ſi-
cuti Ang.in conſ.87.pro deciſione.in fi.& in cõſ.136.
col.3.& Fulg.in conſ.128.Viſis colum.2.atque Paul.
Caſt.in l.non epiſtolis. de prob. & ex multis adductis
per Dec.in conſ.321.nu.1. & in conſ. 54. ſub nu. 1. &
& 2.& Bertran.in conſ.26.nu.3.in 2.par.volum.2.vbi
* atteſtatur de communi opinione,& in conſ.349.nu.
2.vol.7.Burſat.in conſ.89.nu.6. vbi teſtatur hanc eſſe
* communem opinionem.

12 Extẽdè huiuſmodi ampliationem †nedum proce-
dere in filijs legitimis,verũ etiam in ſpurijs,& adulte-
rinis:nam ſi quis fuerit tãquam ſpurius,& adulterinus
tractatus,eſſet in illa quaſi poſſeſſione:vt ait Alex. in
l.1.§.ad quæſtionem.ff de quæſt.idem aſſeruit Bal. in
l.vulgo.ff.de ſtat.hom.ſic reſpondit Corn. in conſ. 1.
vol.3.col.10.verſ.& modo deueniendum:vt etiã ob-
ſeruauit Anch.in conſ.225. & latè proſequitur Pariſ.
in conſ. 10.nu.35.vol.2.

Extendè ſecundo,vt vera ſit ẽt ſi ſolus adſit tracta-
13 tus abſq; alio adminiculo:†quia, & hoc in caſu ex ſo-
lo tractatu conſtituitur filius in quaſi poſſeſſione fi-
liationis:vt dixerunt Doct.proximè citati, & præſer-
tim Caſtr.in conſ.151. col.2.volu.1.cui adhæret Nat.
* conſ.473.nu.14.& Burſ.in conſ.89.nu.6. vbi de*com-
muni teſtatur.

14 Intellige tñ †vt hęc ampliatio ita demum vera ſit,
ſi actus tractationis ſint legitimè probati, & conclu-
denter,alioqui ſecùs, vt vltra dicenda infra in prima
limitat.reſpondit latè contra teſtes ſuper tractatu de-
ponentes Rim.in conſ.289.nu.8.& pluribus ſeq. vol.
2.vbi impugnat teſtes de ſingularitate,vt ibi.et nu.29.
et ſeq.de inhabilitate,quia nutrices,patrini, vicini, et
quod de credulitate reſpectiuè deponebant.idẽ nun-
cupatim declarat Ruin.in conſ.52.nu.5.vol.5. Alex.
in conſ.74.n.1.vol.2.firmat Gra.in cõſ.62.nu.9.vol.2.
probat hoc etiam Pariſ.d.conſ.10.nu.63.vol.2.et me-
minit Anguiſſol.conſ.79.nu.2.lib.6.

15 Secundò intellige, † vt procedat cõcluſio amplia-
tionis ſolùm quoad patrem, filium, et virum,et vxo-
rẽ,non aũt inter cęteras perſonas,vel alias qualitates,
ad differentiam nominationis,quæ in verbo cõſiſtit:
ita reſpondit Caſt.d.conſ.151.in 1.parte vbi cõcludit
16 quaſi poſſeſſionem fraternitatis†non poſſe probari p
tractatum,quia illi qualitati, et ſimilibus non conue-
nit quicquid in contrarium conſuluerit Nat.in conſ.
59.nu.15.volens ibi tractatum probare filiationem,et
conſanguinitatẽ,quod à vero alienum eſt, quoad cõ-
ſanguinitatem : et allegata per eum non loquũtur in
his terminis, ſed ſolũ in nominatione reſpectu alio-
rum:ideò cauendum eſt à Burſ.in conſ.89 num. 5. et
ſequen.quo in loco peruertẽdo terminos tractatus, et
communis opinionis, arbitratus eſt tractationem ẽt
conuenire cuicunq; alij qualitati, vt conſanguinita-
tis,proximitatis,fraternitatis,et huiuſmodi.

17 Tertiò intelligenda eſt hæc ampliatio,†vt nõ pro-
cedat, vbi tractans ſæpè dixit, ꝙ quidquid faciebat,
id faciebat amore Dei,vel alio animo,quam ad effe-
ctum filiationis:eo enim caſu tractatus non cõſtitui-
tur in quaſi poſſeſſione filiationis: vt placuit Rim.in
conſ.289.num.9.et ſeq.vol.2.

Quartò intellige,vt vera ſit ampliatio,ita demum
18 † ſi actus tractationis ſit conueniens ſibi filio,non ẽt
extraneo:vt ſcriptum reliquit Gugliel.de Benedict.in
c.Raynutius.in 3.par.in verſ.qui filiũ ex eo ſuſcipiẽs.
nu.12.de teſta.et fuit primarium Bar. pronunciatum
in d.l.1.§.per contrarium ſub nu.3. verſ.ſi quidem eſt
actus,qui nõ conuenit niſi filio,& c.ff. de lib. agnoſc.
cui accedit Bal.in d.l.per tuas.de prob.et reſponden-
do ſenſit Ruin.in conſ. 52.nu.4.vol. 5. Non.n.omnis
tractatus ſatis eſt,neq; põt conſtituere aliquẽ in quaſi
poſſeſſione filiationis, ſed huiuſmodi debet eſſe,ꝗ fi-
lio ſaltẽ pręſumptiuè conueniat,et non alijs,vt in hy-
potheſi noſtra conſultus animaduertit Rim.in d.cõſ.
* 289.nu.6.et ſeq.vol.2.et ſcribentium eſſe* communẽ
ſententiam aſſeuerauit Soc.in cõſ.89.nu.4. circ. prin.
vol.1.et monuit Pariſ.in d.conſ.19.nu.62.lib.2.

19 Intellige tñ,†quòd iſta quaſi poſſeſſio non ſuffice-
ret pro obtinendo in petitorio, niſi alia concurrerẽt,
ex l.circa.ff.de prob.vt proditum reliquere Bal. Ang.
et Salyc.in l.non ignorat.ff. de probat.quos ſequutus
eſt Flor.

eſt Flor. in l. quidam. ff. eodem. tit. & id notauit Iaſ. in
l. neque profeſſio. C. de teſtam. ſicque repetiit Bald. in
c. per tuas, col. 2. de probat. docuit præterea Bart. in l.
non nudis. 2. lect. C. eod. de probat. Iaſ. iterum confir-
mauit, vt in conſ. 106. in fi. vol. 1. & in conſ. 102. vol.
4. & de* communi opinione teſtatur Alc. de præſum-
ptio. reg. 3. præſump. 38. num. 8. vbi alios allegat. & in
reſponſ. 529. num. 5. & Ceph. in conſ. 89. num. 48. lib.
2. atque Pariſ. in conſ. 11. nu. 29. vol. 2.
20 Contrariũ † tamen tenuerunt ſupra allegati in quar
ta ampliat. ſcribentes, & nominatim Menoch. in d.
tract. de arbit. iud. caſ. 89. ſub nu. 17.
Intellige, vt eo vſque procedat, vt etiam locum ha
21 beat † in eo, etiam qui poſt mortem mariti tractauit
natum tanquam filium, quia ex hoc contra talẽ tra-
ctantem, ille filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione
filiationis: ſecundum Ang. in l. liberorum, in princ. ff.
de ijs, qui not. infam. cui ſe ſubſcripſit Illuſtr. Paleot.
in ſuo tract. de not. & ſpur. c. 22. in fin. & Menoch. in
tract. de arbit. iud. caſ. 89. nu. 72. vbi etiam alleg. Alex.
in conſ. 25. num. 12. vol. 4. de quo opportunius infra
ſuo loco diſſeremus.
22 Septimò amplia, concluſionem principalem † etiã
procedere, ſi tantummodo extaret vnicus actus tra-
ctatus: tunc enim concurrente tamen aliquali nomi-
natione, præſumeretur filius, teſte Dec. in d. c. per tuas
nu. 9. in fi. de probat. quod etiam comprobauit Illuſt.
Paleot. in d. tract. de noth. & ſpur. c. 22. num. 8. & Me-
noch. in tract. de arbit. in caſ. 89. nu. 74.
23 Verùm † quando eſſet continuatio, & iteratio tra-
ctatus habens cauſam ſucceſſiuam, tunc efficax eſſet
probatio pro filiatione, ſi credimus Dec. in conſ. 54.
col. 2. in fi. quem ſequitur Gozad. in conſ. 13. num. 40.
verſ. 6. ſunt etiam teſtes.
Octauò amplia eandem concluſionem nedũ pro-
cedere in probanda filiatione, verùm etiam in quo-
24 cunque gradu conſanguinitatis, † nempè vt per tra-
ctatum probetur etiã fraternitas: vt locupletiſſimus
eſt mihi teſtis Bart. in l. non nudis, in 2. lect. in fin. de
probat. & placuit Fely. in d. c. per tuas. col. fi. verſic. 2.
not. de proba. quos ſequitur Alba. in conſ. 83. nu. 21.
de quo latius infra in concluſ. per nominationem. in
5. intelligen. primæ limitationis.
Nonò amplia etiam in filio illegitimè nato, & ſpu
25 rio, ſiue adulterino: † nam vt probetur filiatio iſtius
generis, ſufficit, quòd pater adulter tractauerit natum
vti filium. vt concludit Gozad. conſ. 12. in hac cauſa,
nu. 22. & ſeq. ex doctrina Petr. de Anch. in conſ. 225.
incip. videtur prima facie. col. pen. verſ. ſuper alio du-
bio. & in eandem ſentẽtiam deſcendit Burſat. in cõſ.
27. ſub num. 1. & conſil. 88. num. 10. & conſ. 98. nume.
5. Gozad. idem aſſeuerauit in conſ. 13. nu. 55. Quam
Concluſionem tamen intellige forſan verã eſſe poſ-
26 ſe, † quoad tractatum per alimentationem, quia ille
actus cõuenit etiam ſpurio, c. cum haberet. de eo, qui
duxit, &c. & ita animaduertit poſt alios Vaſq. Illuſtr.
Controuer. c. 85. ſub nu. 20. ac etiam ita intelligendus
eſt Burſ. d. conſ. 88. & alibi per eum.
Decimò amplia, vt concluſio locum ſibi vendicet,
27 † etiamſi tractatus ab vna tantum ex partibus inter-
uenerit: vt aſſeruit Natt. conſ. 473. num. 14. ſed con-
trarium eſt verius, vt ibi per eum nu. 24.
Primò velim limites, & intelligas primariã Con-
cluſionem non procedere, ſi fuerit probatus tractatus
in genere, nempè quòd talis fuerit tractatus tãquam
filius: nam ex huiuſmodi probatione non inducere-
28 tur probatio filiationis: † teſtes enim debent ſpecia-
tim, & clarè demonſtrare actus talis tractatus, qui ſo-
lent circa filios exerceri, nẽpè alere ipſum in domo,
mittere illum ad ſcholas, inſtituere in teſtamento, fa-
cere ſibi veſtimenta differentia à famulis, ſcribere il-
lum in natalibus filiorum, & familia: vt colligere eſt
ex tex. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. quem
putat ibi ſingularem Bart. & dixit Bald. in c. per tuas.
nu. 5. de probat. & voluit Ruin. in conſ. 52. nu. 5. vol.
5. & clarius explicauit Socy. in conſ. 39. viſis, et inſpe-
ctis. col. 3. qui dicit in actibus ſingularibus, debere te-
ſtes deponere etiam non interrogati, idem cõſidera-
uit Pariſ. in ſæpè alleg. conſ. 10. nu. 61. cum ſeq. vol. 2.
et Dec. in conſ. 54. nu. 1. et 4. cum ſeq.
Secundò limitare, et intelligere poteris, eandẽ pri-
mariam concluſionem, ſi teſtes deponerent talem fi-
lium fuiſſe à parentibus tractatum vti filium; ſecus ſi
29 ſimpliciter deponerent, ꝙ tractabatur vt filius, † nam
ad hoc, vt quis dicatur filius ex tractatu, neceſſe eſt
probare tractatum factum à parentibus: vt auctor eſt
Bart. in l. filium definimus, et ibi Bal. ff. de his, q ſunt
ſu. et in l. nõ nudis. C. de probat. vbi etiam cæteri Do-
ctor. Angel. quoque in l. 1. ff. de probat. vt etiam tra-
didit Salic. in l. ſi vicinis. de nup. nec aliter ſenſit Nat.
in conſ. 473. num. 24. vol. 2. neque latuit Pariſ. conſil.
10. ſub num. 61. vol. 2.
Ex hoc illud exiit, vt ſi pater fuerit mortuus, et filius
30 natus poſthumus, † non poſſit probari filiatio ex hac
cõiectura, ſcilicet per tractatum, nec ille ex iſto actu
poterit dici in quaſi poſſeſſione filiationis: vt ex mul
tis adductis à Burſat. idem concludit in conſil. 83. nu.
5. et 6. quod obſeruauit, et Pariſ. in conſ. 11. num. 21.
vol. 2. ſentit quoque Corn. in conſ. 1. col. 13. vol. 3. et
tenet Illuſtriſ. Paleot. ſi accuratè illius verba exami-
nentur, in d. tract. de noth. et ſpur. c. 22. nu. 9. nam poſt
mortẽ patris filio nato non datur, vel acquiritur qua-
ſi poſſeſsio filiationis.
Iſtud vltimum intelligas contra patrem, vel bona
eius, nam ex quo ille non tractauit nec potuit tanquã
filium tractare, nõ poteſt vtique dici à patre in quaſi
31 poſseſſione conſtitutum; ſecus † autem quoad alios
tractantes tanquam filium. eo nempè caſu poſt mor-
tem aſſerti patris, ille filius poteſt acquirere quaſi poſ
ſeſſionem ex illo tractatu contra illos ſic tractantes:
vt egregiè notat Illuſtriſ. Paleot. quem ſemper hono-
ris gratia nominatum volo, in eod tract. de noth. et
ſpur. c. 22. nu. 9. et ita cenſuit Menoch. de arbit. caſ. 89.
nu. 72. et habuimus in facto in vna Lunen. Sarzanen.
cuiuſdam hæreditatis, in qua poſthuma nata ad effe-
ctum ſuccedendi in bonis paternis, dicebat ſe filiam
legitimam ipſius teſtatoris. et inter cætera ad proban-
dum filiationem, deducebat teſtes deponentes illam
fuiſſe ab omnibus tractatam tãquam filiam ipſius te-
ſtatoris, ideò eſſe in quaſi poſseſſione filiationis,
quod quidem minimè verùm eſt, cùm nunquam à
patre tanquam filia fuerit tractata, vt ex ſuperius alle
gatis liquet.
Secundò intelligas, licet illud vltimum dictũ non
32 haberet locum, † quando ille tractatus, et ſic quaſi
poſſeſſio initium habuiſſet viuente marito, et patre,
quia poſt eius mortem etiam durat, et ſic datur quaſi
poſseſſio, etiam poſt mortem patris: ſic voluit intelli-
gere Alex. in cõſ 98. aliàs 90. nu. 7. vol. 6. dum pro ſua
opinione alleg. gl. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non
33 poſs. in verb. probauit. iuncto tex. vbi gl. vult † quòd
mater ẽt dicatᷣ in quaſi poſseſſione maternitatis mor
tuo filio, et ſic ibi probant, quòd dicta quaſi poſseſſio
põt etiam poſt mortẽ continuare non tamen incipe
re: vt ibid. dixit Alex. in d. conſ. 88. aliàs 90. n. 7. vol. 6.
34 A contraria tamen ſtetit ſententia. † Bald. in l. non
nudis. C. de proba. vbi vult iſtam quaſi poſſeſſionem,
cùm ſit ex ijs, quæ in eandem rationem cadunt, quæ
noſtri nominant relatiua, euaneſcere morte alterius,
ſcilicet patris, et filij.
Tertiò limitabis, et intelliges principalem conclu
35 ſionem, vt non eo vſque procedat, † quin etiam poſ-
ſit contrarium probari, iux. ſententiam Bal. in l. neq;
C. de teſta. nã veritati ſemper debet eſſe locus in iis,
quæ non poſſunt induci, niſi ab ipſa naturali veritate,
per cõtex. in l. vlt. ff. de prob. et ſequitur Fel. in d. c. per
tuas.

tuas.ſub nu. 17.verſ.5. nota. de probatio.vi, & conſulendo ſenſit Andr.Barbat.in conſ.27.nu.4. vol. 1.

36 Quartò limita, vt concluſio vera ſit,† quoad præiudicium ipſius tractantis,& eius hæredum,non autem in præiudicium tertij, neq; proximorum ab inteſtato venien. per ea, quæ diximus ſuprà in cõiectura per nominationem vt tradit Natt.in d.conſ. 473. nu. 24. verſ. ad contraria.

37 Quinto limita,& intellige,† quãdo illi actus ſonarent potius in cauſam pietatis: quã filiationis; vt ſimpliciter præſtarentur alimenta,illa enim alijs non filijs quandoq; præſtantur: ita tenet Abb in c.tranſmiſſæ.q fil. ſint legit. ſic volun,& Ruin.in cõſ. 52.nu.4. vol. 2. ita aſſeruit quoq; Gozad.conſ.13.nu.17.vt notauit ẽt Panſ.in cõſ.11.nu.25.& cõſ.12.nu.247.vol.2.& refert Menoch. de arbitr.iud.caſ.89.nu.76.

Succurrit,& illud,vt te admoneam, quod plures à
38 noſtris cõſtituuntur actus tractatus, † quibus filiatio ſiue eius quaſi poſſeſſio probatur. Primus eſt,ſi tpe natiuitatis eius,qui dicitur filius,fuerit factum gaudiũ, & letitia in domo,vt de filio ſibi nato Secũdò ex lactatione. Tertiò mittendo eum ad ſcholas. Quartò faciendo ei veſtimenta,differentia ab alijs.Quintò emãcipare illum.Sextò ex datione tutoris. Septimò legitimare. Octauò legare vel exhæredare. Nonò vbi filius eodẽ nomine vocatus eſt,quo is,qui dr̃ pater, denominatur. Decimò ex educatione ſiue alimentis. Vndecimò ſcribere eum in libro natalium filiorum.

Primùs probatur per Præpoſ.in d.c.tranſmiſſæ.ſub nu 9.verſ.item quia quando actus ſunt.q fil.ſint legit.

Secũdùs actus ex lactatione habetur, p Iaſ. in cõſ. 102.col.pen.in fin.vol. 4. vbi concludit, quod tamen oportet,quòd iſte actus lactationis differat à lactatione facta extranei, nec ſufficeret ſimpliciter probare hunc curaſſe lactandum talẽ,niſi appareat, quod,vt filium magis,vt aliquem pauperẽ forſan ſumptum è xenodochio lactari fecerit.In ætate tamẽ puerili difficilè eſt diſcernere, ille ait, quòd tractatio facta fuerit de aliquo magis vti filio,quàm extraneo, ẽt ſi tũc concurrat nominatio de filio: vt ibi p eum.idem rñdit Alex.in conſ.74.nu.2.vol. 2. & ita debet intelligi Bald.in l.non ignorat.ſub nu.3.C.qui accuſ. non poſ. dum inquit,quòd præſumptiuè filiatio probatur probando,quod lactauit,nutriuit,& tractauit talẽ in omnibus verbis, & factis tanquam filium.

Tertiùs actus,q eſt mittere puerum ad ſcholas, habetur à Bal.in c.per tuas.nu.5.de prob. ſequitur Natt. d.conſ.135.col.2.maximè ſi ad ſtudium publicum ſit miſſus,vt reſpondit Pariſ.d.conſ.13.nu.33.ver. ſecundo prædicti teſtes,quod etiam placuit Guiliel. de Benedict.in c. Raynutius.in 3.par.in verſ.quæ filium ex eo ſuſcipiens ſub nu. 14.de teſta.

Quartùs actus tractationis eſt,ſi ei vti filio quis fecerit veſtimenta differentia ab alijs domeſticis, puta honorabilia: ita concludit Bald.in d.c.per tuas. nu.5. et Nat.d.conſ.235.& Guiliel.de Bened.c. Raynutius. loco proximè citato.ſub nu.14.

Quintùs,qui eſt emancipare aliquem, traditur per Bar.in l.1.§.item per contrarium.ſub nu.3.ff.de liber. agnoſcen.per cõtex.in l.quidam cum filium. in prin. in verb.emancipauerit. ff.de verbo.oblig. quem text. dicit ſingularem Bart.ibi.vt etiam teſtatur Bald. in d. cap.per tuas. num.5.de probat.& dixit Natta d.conſ. 235.col.2.tradit Ruin.in conſ.52.ſub num.7. volum. 1.& reſpondit Soc. ſequendo Bart. vbi ſuprà in conſ. 89.num.4.volum.1.Emancipatio enim eſt actus, qui duntaxat filio & non alteri conuenit, alias eſſet inepta emancipatio facta de extraneo: vt per eundem Socin.loco modo allato.

Sextùs actus eſt,vt diximus,dare alicui tutorẽ. nam ex hoc ſatis dicitur filius is, cui datus eſt tutor: iſte enim actus eſt talis,q magis filio, quàm extraneo cõuenit: ita conſulius reſpondit Soc.d.conſ.89. nu. 4.

Septimùs actus,vt iam diximus,eſt, vt ſi quis fecerit legitimare aliquem,vt filiũ ſuum: vt probat Goz. d.conſ.12.nu.22.in 9.fundamento.& in conſ. 13. nu. 42.in fi.& ſequ. qui quidem actus mixtam etiam habet nominationem: vt reſpondit Ruin. conſ. 36.vol. 1. & poſt Anch.& concordantes per eũ firmat hunc actum Guiliel.Bened.in c. Raynutius.in 3.par.in uerſ. quę filium ex eo ſuſcipiens.nu.14.in fi de teſta.legitimati enim rõne præmiſſa, & antecedentis neceſſarij, ſatis probat quaſi poſſeſſionẽ filiationis: vt docuit Pariſ.in d.conſ.10.nu.62.& 67. vol. 2.& aliundè probat Rol.à Val.in conſ.69.nu.47.cum plur ſeq. vol.3.

Huic opinioni expreſsè repugnat Rimin.d.conſil. 289.nu.32.& plur.ſeq.vol.2.dicens, quòd actus legitimandi, reſpectu legitimantis, nihil habet cõe cum filiatione, qa ille actus pendet à principis ſiue legitimantis voluntate,nec reſpectu illius, qui impetrauit legitimationem,quia quilibet põt eã impetrare, tãto magis,ſi is,qui impetrauit, p illo,qui dicitur filius, nõ dixit ſe hoc facere,vt pater, prout erat in caſu ſuo.

Allegata igitur in contrarium loquuntur, qñ in legitimatione impetrata fuit p impetrantes dictum,talem filium ſuum eſſe, vel poteſt dici, quod procedãt, quando ſimpliciter fuit facta legitimatio; ſecus ſi ad cautelam,vt per Rimin.vbi ſupra.nu.40.& ſeq.aliundè igitur eſſet probanda filiatio, quàm per ſolam legitimationem, maximè ſi principaliter tractetur de filiatione: vt per eundem Rimin.loco citato. d. conſ. 289.col.fi.& reſpondit Dec.conſ. 576. nu. 10.

De octauò latius dicetur infra filiatio probatur ex inſtitutione, ad quem locum te reijcio.

Nonùs actus tractationis eſt,vt iam dictum fuit, qñ alicui imponitur illud nomẽ,quo denominatur ille, qui dicitur eius pater: vt docet Iaſ.in l.neq; naturales. nu.14.in fi.ver aduerte.C.de teſta.poſt Bald. per eum citatum, qui loquuntur in poſthumo.

De decimò nonnulla ſcripſimus infra in concluſ. filiatio probatur ex alimentis, ideo quæres ibi.

De vndecimò etiam diximus in alia concl. filiatio probatur per libros,in quibus natalia notantur, inſpicias hoc loco,& quę hic deſũt,ibi explicata inuenies.

CONCLVSIO DCCXC.

ARGVMENTVM.

Filiatio an probetur ex nominatione parentum.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio, aſſertio, profeſſio, vel cõfeſſio eiuſdẽ ſũt effectus.*
2 *Filiatio ex ſola nominatione non probatur.*
3 *Filiatio ortum habet a natura, ideo non poteſt oriri ex ſola nominatione.*
4 *Filiatio nõ probatur per nominationẽ, ſi nominatio facta eſt in aliquo inſtrumento vel priuilegio enunciatiuè, & ob aliam cauſam, quam ad finem probandi filiationem.*
5 *Filiatio probatur ex nominatione aſſertiua ſi eſſemus in antiquis, & per inſtrumentum antiquum enunciatiuè, & incidenter loquens. Extende, vt nu.6.*
7 *Filiatio per nominationem nec etiam inducit aliquã præſumptionem quoad præiudicium tertij.*
8 *Filiationis nominatio non probat contra nominatum, nec illi infert aliquod præiudicium.*
9 *Filiatio per nominationem ſaltem transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, & conſtituit nominatũ in aliquali quaſi poſſeſſione nominationis, donec contrarium probetur.*
10 *In probanda filiatione præſumitur pro nominato, quãdo cum nominatione concurrerent aliquę alię coniecturę.*
11 *Nominatio, vt probet filiationem fieri debet a patre.*
12 *Nominatio filiationẽ probat, etiamſi emanauerit ab vno parente, de cuius bonis, & hęreditate agitur.*

13 *Nomina-*

13 *Nominatio in filiatione legitima, & naturali ſimul, vel naturali ſaltem approbata à iure ciuili, transfert onus probandi contrariũ in aduerſarium, & cõſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione nominationis. Contr. nu. 14.*

15 *Filiatio per nominationem in preparatorijs iudiciorum transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

16 *Filiatio ex nominatione in caſibus in qbus conſtituit nominatũ in quaſi poſſeſſione filiationis procedit etiam in alijs quibuſcunq; proximioribus, & alijs qualitatibus.*

17 *Conſanguinitas probata diſſoluit matrimonium.*

Filius ſi nominauerit ſe filium alicuius, fides eſt habenda illi aſſertioni in eius præiudicium, ibi.

18 *Nominatio probat nedũ filiationẽ, ſed ẽt cõſanguinitatẽ.*

19 *Quaſi poſſeſſio libertatis, ſeruitutis, vel alicuius alterius qualitatis ſufficit ad transferendum onus probandi in contrarium.*

20 *Nominatio, ſeu confeſſio alicuius circa fraternitatem, vel conſanguinitatem non probat.*

21 *Nominatio ſiue cõfeſſio, quæ conſtituit nominatũ in quaſi poſſeſſione, procedit etiam ſi nominatus fuerit abſens.*

Contrarium nu. 22.

23 *Nominatio probat effectum quaſi poſſeſſionis filiationis, ſi nominatus nihil petat.*

24 *Quaſi poſſeſſio filiationis orta ex nominatione, licet extinguatur mortuo nominante, tamen durat eius effectus præſumptæ probationis filiationis.*

25 *Nominatio facta ad id de quo quæritur, debet eſſe probata concludenter.*

26 *Suſpitio hæreſis, & ſi poſſit oriri ex leuibus ſignis, tamen illa ſigna probanda ſunt.*

27 *Nominatio, quando directè facta eſt ad effectum filiationis probandæ in iudicio, tunc ex illa filiatio probatur.*

28 *Nominatio facta de aliquo, vt filio, facit præſumptiuè probationem filiationis.*

29 *Nominatio vbi facta eſt de aliquo vti filio extra iudiciũ incidenter, & propter aliud, nihil præiudicat.*

30 *Confeſſio enunciatiua non facta cum aliquo miniſterio, non probat.*

31 *Filiatio à natura deſcendit, & eam ſola nominatio efficere non poteſt.*

32 *Nominatio ſola facta de aliquo vti filio, magis communiter fit blandiendi cauſa, non probandi talem filium.*

33 *Filiatio per nominationem probatur, etiamſi nominatio ſit facta extra iudicium directè, & præſente nominato.*

34 *Filiatio probatur ex nominatione, quando à patre fuit facta principaliter, & propter ſe.*

Amplia, vt nu. 35. & ſublimita, vt nu. 36.

37 *Filiatio non probatur per nominationem factam in actu blandiendi.*

38 *Nominatio ſiue confeſſio principaliter emanata ad effectũ filiationis cõſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione illius qualitatis, niſi contrarium probetur.*

39 *Filiatio probatur, quãdo pater, & filius inuicem pro filio, & patre nominabantur.*

40 *Filiatio contra patrem probatur ex nominatione, & filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione.*

41 *Filij nominatio patri plurimum poteſt afferre præiudiciũ, cum filijs alimenta ſuppeditare cogatur.*

42 *Filij nominatio quoad cognitionem probat ẽt contra tertiũ, qñ agit de fauore legitimitatis. Reſtringe, vt nu. 43.*

44 *Si dominus nominat ſeruum ſuum filium, efficitur liber in præiudicium nominantis, & etiam tertij.*

45 *Nominatio probat filiationem, ſi facta eſt in actu, qui magis filio, quàm extraneo conuenit.*

46 *Filiatio per nominationem probatur, quando nominatio eſt geminata. Contrarium. nu. 47.*

48 *Filiatio probari poteſt ex nominatione, etiamſi nominatio, & confeſſio facta ſit in ſupplicatione ipſi principi.*

49 *Filij nominatio, et confeſſio matris facit tantummodo aliquam præſumptionem iudici.*

Nec illa probandæ filiationis cõiectura à nobis in poſtremis eſt habenda, ea eſt p nominationẽ parentũ. Sed antequã ad vlteriora trãſitũ facia-
1 mus, præſciendũ eſt has voces, † nominationẽ, aſſertionem, profeſſionem, vel cõfeſſionem eiuſdem eſſe effectus; vt inquit Bal. in l. non nudis. nu. 1 C. de prob. aſſerens, quod licet inter eas voces diſcrimen ſit quo ad quid, cum aſſeueratio ſit, quæ fiat proprio motu, confeſſio ad interrogationem, profeſſio autem quandoq; fiat diſpoſitiuè, quandoq; enunciatiuè: omnes tamen eandem vim habent, & latius harum vocum vim, & poteſtatem explicat Bal. in l. neq; natales. nu. 2. C. eo. de probat. diſcrimen conſtituens inter profeſſionem, quæ quidem vim habet cõfeſſionis ac teſtationem, & examinationem.

Filiatio itaque, vt propius ad concluſ. accedamus, quandoq; probatur per nominationem parẽtum, verum quoniam, vt plurimum, per ſolam nominationẽ non probatẽ, idcirco nos negantem conſtituemus cõ-
2 cluſ. † dicemusq; filiationẽ ex ſola nominatione non probari: id mihi probat contex. & gl. in c. tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit. & in c. per tuas. de prob. gl.* communiter approbata in l. non epiſtolis. C. eo. de prob. l. nõ nudis. C. eo. gl. in c. Michael. de fil. presbyt. c. illud de præſumpt. idem ſenſit Iaſ. in l. neque profeſſio. C. de teſtam. quia illa verba præſumuntur prolata propter aliud, & ideo non probãt. l. ex iis. C. de teſta. plenè ẽt tradit Iac. de S. Georg. in l. quidã. ff. de prob. hoc idem plurimi tum profitendo, tum etiam conſulẽdo aſſeruere, vt Rebuf. in tract. de nominat. q. 1. n. 2. Petr. Mõcad. in add. ad Crot. in tract. de teſt. lib. 4. nu. 116. & de communi opinione atteſtatur Dec. in d. c. per tuas. n. 28. mihi vero nu. 7. & alios alleg. Pariſ. cõſ. 10. nu. 15. vol. 1. vbi etiam de cõi atteſtatur. Gozad. in conſ. 13. nu. 7. Pariſ. in conſ. 13. nu. 29. volu. 2. Rum. in conſ. 36. n. 6. vol. 1. & in cõſ. 53. nu. 6. vol. 5. Cæphal. in conſ. 48. nu. 15. Alban. in conſ. 6. nu. 10. Pariſ. in cõſ. 29. nu. 96. vol. 2. Crau. in conſ. 249. nu. 10.

Concluſionis noſtræ ea ratio eſt: Nã filiatio ortum
3 habet à natura, † ideo non põt oriri ex ſola nominatione ſecundũ Bal. in d. l. nõ epiſtolis. in 1. not. & confirmat tex. ſing. in l. Caius Seius. ff. de iur. patron. & refert Iaſ. in conſ. 102. col. 2. vol. 4. & nominatio blandiendi potius gratia proferri ſolet, quam veritatis inducendæ. l. nemo. §. 1. ff. de hæred. inſtit. & d. l. neque profeſſio. C. de teſtamen. & dixit Illuſtriſs. Paleot. in trac. de noth. & ſpur. c. 23. & Ruin. in cõſ. 52. nu. 4. vol. 5. & ideo non debet ſumi neceſſarium argumentum. per l. ſi inſtituta. §. fi. ff. de inoff. teſtam. & Fely. in d. c. per tuas. nu. 12. verſ. tertio reſtringe, & tenent pro cõcluſione Menoch. de arb. iud. caſ. 89. nu. 77. Couar. epit. par. 2. c. 8. §. 3. nu. 7. Franc. Marc. in deciſ. 457. nu. 4. par. 2. Cor. in cõſ. 78. nu. 8. vol. 3. atq; Illuſtr. Paleot. de not. & ſpur. c. 23.

4 Primò amplia huiuſmodi concluſ. procedere, † etiã ſi talis nominatio eſſet facta in aliquo inſtrumento, vel priuilegio, enunciatiuè tamen, et ob aliam cauſã, quam ad finẽ probandi filiationem, quia, et tunc non probaretur filiatio: teſte gl. cum ibi adduct. in d. c. per tuas. & ibi Fely. nu. 11. cum alleg. de prob. cui accedit Bertrãn. in conſ. 335. nu. 1. par. 1. volum. 2. maximè ſi proferens talia verba enunciatiua, negaret fuiſſe enunciata animo oſtendendi, & probandi filiationẽ: Nam tunc ſtabitur ipſius aſſertioni, vt inquit Fely. in d. c. per tuas. nu. 12. & hoc adiuuat context. in l. diuus. ff. de in integ. reſtit.

Limita tñ hanc ampliationem locum nõ habere,
5 † ſi eſſemus in antiquis. tunc enim ex tali nominatione aſſertiua probatur filiatio: vt conſtat ex adductis à Iaſ. in conſ. 34. nu. 7. vol. 1. vbi inquit per inſtrm antiquum enunciatiuè, et incidenter loquens pbare filiationem: vt ẽt voluere Soc. iun. in conſ. 138. num. 2. vol. 3. Crau. de antiq. temp. par. 1. n. 7. & 8. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 98. nu. 84. Alex. in conſ. 90. col. 3. in fi. verſ. et ijs reſponſum eſt. volum. 6. Dec. in conſ. 35.

Barb.in conſ.6.vol.2. Videas tamen ad hæc quę diximus in concluſ. verba. enunciatiua.

6 Extende † huiuſmodi limitationem veram eſſe ẽt
in extraneis: vt tradidere glo.& Doct. in c.cum cauſã,
de proba.& reſpondit Barb.in conſ.6.num.14. vol.2.
quod placuit Dec.in conſ.135.& Rebuff. in tract. de
nomin.in prin.num.4.

Secundo loco amplies, concluſionem, vt eo vſque
procedat, vt nec etiam inducat aliquam pręſumptio-
7 nem,† quo ad præiudicium tertij: ita notat conſulen-
do Iaſ.in conſ.81. factum ſic ſe habet. col.1. vol.1.&
in conſ.102.Ser.Benedictus.col.1.vol.3.idem aſſeruit
Rebuff.de nomin.q.1.nu.4. Idem præterea ſenſit Ti-
raq.de vtroque retract.de retract.lignagier.§.1. gloſ.
16.nu.3.verſ.ſed quod multo plus eſt,& cautum eſt à
Nat.in conſ.473.nu.24.in fi. vol. 2.

8 Tertiò amplia,† vt nec huiuſmodi nominatio pro-
baret etiam contra nominantem, nec illi inferret ali-
quod præiudicium, quia ſolùm probaret inter ipſas
partes, quoad actum ſic expreſſum. per l.optimam, C.
de contrah.& cõmit.ſtipul.vt ſcriptum reliquit Dec.
in d.c.per tuas, num.35.de probat.& in auct.ſi quis in
aliquo.nu.37.C.de eden.& in conſ.36.nu.6.& in cõſ.
118.nu.5.hocq; deciſum fuit ab Afflic.in dec.83.nu.
10.& comprobauit Crau.in conſ.29.nu.1.cui ſenten-
tiæ,& illud fauere videtur, quod ſi dico, promitto cẽ-
tum Titio ſeruo Sempronij, probat quo ad ſtipulatio-
nem, ſed ſi poſteà quæſtio moueretur de dominio Ti-
tij, illa confeſſio, vel nominatio non præiudicaret: ſic
cenſuit Matth.in ſing.79. Nota quod quotieſcunq; in
inſtrumento. Et latè ſcripſit Rui. in cõſ.52.n.4.vol.5.

Primò limita concluſionem principalem, vt adeò
9 vera non ſit,† quin ſaltem ex tali nominatione onus
probandi contrarium transferatur in aduerſarium: ita
not.gl.in c.Michael.de fil.presb.& traditũ eſt à Bald.
in l.non nudis.C.de proba.& in l.neq; profeſſio, C.de
teſtam.& in c.tuam, col.pen.de ord. cog. quos ſequi-
tur Dec.in conſ.321.nu.1. idem videtur ſentire Barb.
in conſ.14. nu. 27.vol.3.vt conſtituat nominatum in
aliquali quaſi poſſeſſione filiationis, donec probetur
cõtrarium, teſte Bart. in l.1.§.1.ff.de quęſt.& latius in
l.1.aliàs 2.§.idem per contrarium, ff.de lib.agnoſ.atq;
ſcripſere Iac.de Butr.& Ang.in l.1.ff.de probat. Iaſ.ex
multis alleg.in conſ.102.col.1.in prin.vol. 4. & tenet
Rebuff. de nomin.q.1.num.8.

Primò intellige prædictam limitationem procede-
10 re,† quando cum nominatione aliquæ aliæ coniectu-
ræ concurrerent: nam tunc vtiq; pręſumeretur pro no
minato, ſecus autem ſi extaret tantummodo nomi-
natio: vt aſſeuerauit Dec.in d.cap.per tuas. num.7. de
* prob.vbi atteſtatur de * communi opinione,& idem
voluit Cap in cõſ.2.nu.4.& in caſu, de quo per Alba.
in cõſ.83.nu.21.& 22.vbi aderat ẽt tractatus,& ita lo
quuntur oẽs Doctores, dum inducunt ꝓbationem ex
nominatione, deducẽdo.ſ.ſemper alias coniecturas.

11 Secundò intelligas,† vt huiuſmodi nominatio de-
beat fieri à patre: ſcribentes enim loquentes de nomi
natione intelligunt,& exprimunt de paterna, vt d.gl.
in c.Michael.de fil.presb. vel ſaltem de vtraq; pater-
na, ſcilicet,& materna: nam à ſola matre nominatio
facta nihil faceret, requiritur enim nominatio vtriuſ-
que, per tex.in c.per tuas, de proba.ibi,& filius nomi-
natus communiter fuit,& habitus ab ambob. & text.
in l.1.§.ad quæſt.ff.de quæſt.ibi, ambo parentes, & in
c.per tuas, qui fil.ſint legit.ibi, ſtandum eſt ſuper hoc
verbo viri,& mulieris.vbi Bal.nu.2.ſic ſenſit,& Bart.
in l.filium.nu.1.ff.de his.qui ſunt ſui, vel alien.iur.cui
accedit Soc.Iun.in conſ.86.nu.40.vol.2.& not. Nat.
in conſ.473.nu.24. vol. 2. vbi atteſtatur de communi
forma, quam tradunt Doctores. capiendi quaſi
poſſeſſionem filiationis, qui ponunt quod fuit tracta-
tus à patre,& à matre tanquam filius: quod tamẽ re-
ſpicit tractatum,& nõ nominationem,& tenet Burſ.
in conſ.88.nu.9.& quod ſola nominatio matris nihil
ꝓiudicet, tenet ẽt Ang.in auth.ſi qs, la 2.C.de nat. lib.
& Menoc.latè in addit.ad Crot. de teſti. ſub nu. 118.

12 Verùm,& quod limitatio noſtra procedat,† etiam ſi
nominatio emanauerit ab vno parente, de cuius bo-
nis,& hęreditate agitur, licet non vtriuſq; parentis no
minatio interuenerit, plurimi ſenſere, iique grauiſſi-
mi ſcriptores: vt prę cæteris Præpoſ.in d.c.tranſmiſſę,
nu.11.qui fil. ſint legit. & Iaſ. poſt alios in conſ. 106.
* vol.1.& in conſ.102.vol.4.& * communiter Doct. in
d.c.tranſmiſſæ,& in d.c.per tuas, de proba. Alc.etiam
in conſ.6.nu.16.& in conſ.vlt.Boer.in deciſ.90. Grat.
in cõſ.62.nu.4.vol.2.& nuncupatim ita declarat Dec.
in conſ.54.col.1.ſub nu.1.cir. fi. & de ſola inſcriptio-
ne in libro natalium filiorũ facta à patre tradit Bald.
in l.neq; natales.col.2.in prin.C.de probat.

Quòd ſi quis voluerit priorem ſequi ſententiã, dici
poterit quòd ea, quæ nuper contra adduximus, intel-
ligi poſſunt in filiatione legitima, quæ non poteſt eſ-
ſe ſine matrimonio.

13 Tertiò intellige prædictam limitationem † in filia-
tione iuſta,& licita, videlicet legitima,& naturali ſi-
mul, vel ſaltem naturali tantum approbata tñ à Iure
ciuili. per tot. ff.& C. de cõcub. ſecus autem in ſpurijs,
aut vulgò quæſitis, vel ſimilibus, qui certũ patrem nõ
habẽt, vel demonſtrare nõ poſſunt. l. vulgo. ff. de ſtat.
hom.ita egregiè declarat Ang.in conſ.191.incip. ſu-
per puncto videtur.prima facie.col. 2. vt eum refert,
& ſequitur Iaſ.in d.conſ.102.col.2.vol.4. nam in du-
bio debet capi præſumptio excluſiua actus illiciti. l.
merito.ff.de prob.& l.moueor,& ibi Bal. C. ſi ſeruus,
&c.& tenet Grat.in conſ.158.col.1.vol.2.Cou.in epi.
c.1.§.3.n.9.in fi. par.2.Rul.in cõſ.63.n.9.& 12. vol. 2.
Grat.idẽ in cõſ.vlt.n.45.vol.1.& in cõſ.26.n.11.vol.2.

14 Contrarium † ſentit idem Bal.in l.1.col. 15. C. qui
accuſ non poſ.Gozad.in conſ.13.nu.55.vbi de magis
** * communi opinione teſtatur aduerſus Iaſ.in d.cõſ.
102.& in conſ.12.nu.11.& ſeq.& nu.21. & ſeq. ad idẽ
reſpondit Burſ.in conſ.17.nu.1.& in conſ.88.nu.8. &
conſ.ſeq.nu.1.& ſeq.vbi de * communi.idem confir-
mat Aemil.in conſ.94. vbi loquitur de filijs presbyte
rorum,& in nato ex meretrice reſpondit Ber.in q. 90.
idem firmat Alc.in conſ.vlt.quo in loco cõſuluit pro
filio illegitimo, ideſt, pro concubinario.

Quartò intellige prædictam primam limitationẽ
15 † habere locum in præparatorijs iudiciorum. per l.nõ
ignorat.C.qui accuſ.non poſſ.l.1.ff.famil. erciſ. ſecus
in deciſ. quia talis quaſi poſſeſſio filiationis non ſuffi-
ceret niſi ad coadiuuãdum aliam cauſam probatio-
nis. l. ſicuti, §. ſi quæratur.ff.ſi ſer.vend.ita inſigniter
Bal.in c. per tuas. col. 3. de probat. & ſequitur Iaſ.in
conſ.102.vol.4.Gozad.in conſ.12.nu.14.& 53.

Quinto loco eadem limitatio tibi intelligenda, &
declaranda eſt, vt d.quaſi poſſeſſio, quæ dicitur ex no-
minatione in caſibus, in quibus conſtituit nominatũ
16 in quaſi poſſeſſione filiationis † procedat etiã in alijs
quibuſcunq; proximioribus, & alijs qualitatibus: vt
probat Bar.in d.l.non nudis, in vtraque lectura. C. de
probat.vbi inquit, quod id, quod dicitur de quaſi poſ-
ſeſſione filiationis, idem eſt de quaſi poſſeſſione fra-
ternitatis,& cuiuſlibet conſanguinitatis. Bart.ſenten-
tiam ſequitur Alex.in conſ.181.nu.8. vol. 7. vt in no-
minatione,& reputatione facta de aliquo vti fratre
probat Caſtr.in d.conſ.151.vol.1.& Bald.in d. l. cum
epiſcopatis, in prin. & nu.4. C.de prob.loquens in ꝓ-
bãda quaſi poſſeſſione fraternitatis, matrimonij, ſpõ-
ſalium, conſanguinitatis,& huiuſmodi, poſt Cyn. ibi
nu.3.qui id diſputat,& in quaſi poſſeſſione matrimo-
nij tradit Iaſ.in l.quidã, ſub nu.3.ff.de prob.& de qua-
ſi poſſeſſione proximitatis, cõſanguinitatis,& affini-
tatis egregiè tradit Anguiſſola Placentinus in conſil.
39.col.1.lib.6.& in quaſi poſſeſſione fraternitatis per
nominationem concluſit Ceph.in conſ.137. num. 3.
in fi.

in fi.& nu.4. Non releuaret tamen huiuſmodi nomi-
natio facta de aliquo vti prælato,& huiuſmodi:vt ait
Dec.in d.c.per tuas.nu.29.de probat.& ideò Butr.ibi.
17 in fi.concludit , † quod conſanguinitas probata diſ-
ſoluit matrimonium , & in probando quòd Berta ſit
vxor:vt inquit Bal.in l.non ignorat.nu.5.C.de iis,qui
accuſ.poſſ.Illud inſuper addere ſolebat Aemil. quod
ſi filius nominauerit ſe filium alicuius,fides ſit habē-
da illi aſſertioni in eius præiudicium . vt in conſil.94.
nu.7.& ſeq.Et pro hac declaratione , quod idē ſit cir-
ca quamlibet aliam qualitatē, veluti quaſi poſſeſſio-
nis ſeruitutis,& huiuſmodi teſtatur Ruin. in conſ.52.
ſub nu.2.vol.5.& in vniuerſum in corporalib.& qua-
litatibus perſonarum docet Bald.in l.1. in 2.notab.ff.
de prob.& in l.eam quam.nu.8.C. de fideicō. & Ale.
in conſ.51.nu. 3. vol.1. & in nominatione in aliquo
teſtamento,vel inſtrumento facta de aliquo tāquam
de agnatione ſua,cautum eſt ab Alc.in conſ.529.nu.
18 3.& 4 †& quòd nominatio probet nedum filiationē,
ſed etiam conſanguinitatem,confirmat Nat. in cōſi.
59.nu.1⁵. & in probanda cōfraternitate aſſeruit Dec.
in conſ 462 nu.9.& ſeq.& quod quaſi poſſeſſio cadat
nedū in filiatione,ſed etiam in cognatione, & deſcē-
dentia,dixit Alex.in conſ.90.n.4.& plurib.ſeq.vol.6.
vbi verba facit de nominatione in inſtrumēto facta.
19 Idem Alex.in conſ.51.nu.3.vol.1.loquens † in quaſi
poſſeſſione libertatis , ſeruitutis , vel alicuius alterius
qualitatis , quòd ea ſufficiat ad transferendum onus
probandi in contrarium, & de quaſi poſſeſſione excō
municationis ſermonem habet Rimin. in conſ.289.
nu.41.& ſeq.vol.2.& abundè etiam Burſ. in conſ.98.
col.2.quibus etiam fauent ea, quæ conſulendo tradit
Paris.in cōſ.10.nu.70.vol. 2. vbi concludit dari quaſi
poſſeſſionem in iure perſonarum , & in cōfraternita-
te.ad quod etiā videndus erit Dec.in conſ.463. col. 2.
20 Verumtamen,† quod nominatio,ſeu confeſſio ali
cuius circa fraternitatem , vel cōſanguinitatem non
probet;apertè ſenſit Dec. in conſ.524. nu. 24.
Sextò prætereà declarare poteris, vt nominatio,ſi-
ue confeſſio,quę conſtituit nominatum in quaſi poſ-
21 ſeſſione ,† procedat etiamſi nominatus fuerit abſens:
ita reſpondit Alc.in conſ.6.nu.6. & multis ſeq. & nu.
21.idem ſenſit Bal.in l.neq; natales, col. 2. poſt nu.2.
verſ.extra quærit. C.de proba.dum loquitur de inſcri-
ptione in libro natalium filiorum ſaltem de iure ca-
nonico,vt Alc.ait.
Propius tamen accedit ad veritatem huic contra-
22 ria ſentētia,† quod imo neceſſaria ſit præſentia filii ,
vel nominatio:ita cenſuit Didac.Couar. de ſponſ.ſu-
per 4.decret.in 2.par.c.8.§.13.num.7.idem arbitratus
eſt Petr.Duen.in reg.342.in 2.limit. quod placuit , &
Rimin.in conſ.289.nu.8.vol.2.atque Ruin.in conſil.
52.nu.4.vol.5.idem probat poſt Bald. Dec. in d.c.per
tuas.nu.11.in prin.de proba. & clariſſimus Anguiſſo-
la,in conſ.79.col.2.num.5.lib.6.loquens in pręſentia,
vel per epiſtolam,qua idem arguitur, & fraternitate.
Bart.in d.l.non epiſtolis, in prima lectur. in fin. C.de
probat.hoc idem voluit Grat.in conſ.62.nu. 3. vol.2;
ex ſententia Alex.in conſ.181.nu.1.vol.7.Paris. in d.
conſ.10.nu.46.cum ſeq.vol.2.
23 Septimò declarāda eſt eadem prima limitatio,†vt
in caſibus , in quibus nominatio probat hunc effectū
quaſi poſſeſſionis filiationis . ita demum vera ſit , &
procedat,ſi nominatus nihil petat, ſed ab eo petatur,
aliàs ſecus , ſi petat ,teſte Iaſ.in d.conſ.102.col.2.vol.
4.& Hoſt.& Fel.relati à Grat.in conſ.62.nu.9.vol.2.
Octauò declaratur,vt dicta quaſi poſſeſſio filiatio-
24 nis orta ex nominatione † licet extinguatur mortuo
nominante,tamē durat eius effectus præſumptæ pro-
bationis filiationis:ita concludit Bal.in d. l. non nu-
dis,num.2.in 2.q.in fin.C. de probatio. & ibidem an-
te eum Cyn.in 3.& 4.quæſtio. idem cenſuit Præpoſit.
in d.c.per tuas.num.17.verſ.ſed nunc vltra.qui ſil.ſint
legit.idem prætereà ſentientes citat Paris.in d. conſi.
10.num.97.vol.2.licet Bart. moueat quæſtionem iſtā
in l.non epiſtolis,in 2.lect.nu.2.C.de probat. nec ſol-
uat.inquit enim, quomodo poſt mortem patris pote-
rit dici filium eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis , cū
poſt mortem patris nulla amplius ſit filiatio? ſed , vt
diximus Bald. ait quod durat effectus præſumptiuus
cauſatus ex dicta quaſi poſſeſſione, quod optimè cō-
probauit Alex.in conſ.90.num.5.& ſeq.vol.6. per gl.
in l.non ignorat,C. qui accuſ. non poſſ. quia etiamſi
quis poſt mortem patris iſtius filii, eum quoque vt fi-
lium haberet,alii etiam oberit.hęc quaſi poſſeſſio cau
ſata poſt mortem:teſte etiam Menoch. de arbit.iudi.
cauſ.caſ.89. num. 72.
Hę poſtremò declarationes vnà cū limitatione ſic
25 accipiendæ ſunt,vt in caſibus,† in quibus nominatio
cōſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione filiationis,
neceſſe ſit nominationem factam ad id, de quo quæ-
ritur,probatam fuiſſe concludenter : ita nuncupatim
reſpondit Grat.in d.conſ.62.nu.3.& ſeq. vol. 2. quod
etiam probauit Rimin.in conſ.289. vol. 2. idem pla-
cuit Alex.in cōſ.74.num.1.vol.2. Nihil penitus illud
me permouēre, quod hic ſimus in materia,in qua de
coniecturis agatur. Vnde Fel.in c.literas , num. 22. in
26 prin.de præſump.licet in alia re egregiè dixit,† quòd
ſuſpicio hæreſis,& ſi poſſit oriri ex leuib.ſignis, tamē
illa ſigna plenè probanda ſunt .
Secundò principaliter limita concluſionem locū
27 ſibi non vendicare, † quando nominatio eſſet facta
directè ad hunc effectum in iudicio,quia tunc ex illa
filiatio probaretur,vt in l.1.§.Iulianus.ff.de lib.agno.
ita tradidit Abb.in d.c.per tuas.nu.8.& ibi Dec.num.
32.de prob.vt refert Duen.reg.342. in 2. limit. & pro-
bauit Pariſ.in conſ.10.num.47.& nu. 110.vol.2. & ita
concludit poſt Cyn. in l. non epiſtolis . col. 21. C.de
proba.Bar.in l.1.§.item per contrarium,nu.3.ff. de li-
ber.agnoſc. & concordantes de quibus per Menoch.
d.caſ.89.nu.29.in prin.de prob. Didac.Cou.in 4.decr.
in 2.par.c.8.§.3.nu.7.verſ.poſſunt, & aliter. probat ēt
Gozad.in conſ.12.num.21.& Bal.conſ.16.lib.6. & de
hac ſpecie confeſſionis intelligenda glo. aperta in d.
c.Michael,de fil.presbyt. quæ vult ſimpliciter nomi-
nationem probare filiationem , quam ad hoc expreſ-
ſit Alc.in conſ.vlt.circa prin.ſub hoc ſenſu etiā intel-
ligēdus eſt Bal.in l.neq; profeſſio,C.de teſt.dum ſim-
28 pliciter quoq; ipſe inquit,† ꝙ nominatio facta de ali
quo vt filio,facit præſumptiuè probationē filiationis
cui ſtandū eſt,donec probetur contrarium: & de hoc
vide Alc.in cōſ.335.nu.3.concludentem,ꝙ ſi quis in
ſuo teſtamēto appellat aliquem filium ſuū legitima-
tum,talis cōfeſſio ipſi,& eius heredi pręiudicat,vt ibi
per eū,& ita cōcludit Cyn.in l.non nudis,in 4.q.C.de
prob.loquens in caſu,quo quis dixerit alicui,cōfiteor
te filium meū, & volo ꝙ venias ad hēreditatem meam
cum fratribus.idem tenet Bart.in d.§.item per cōtra-
rium.nu.3.in fi.verſ.breuiter, idem probat Bal. in d.l.
non epiſtolis,col.2.verſ.tertio caſu, C.de prob. dicēs,
quòd ſi verba ſunt aſſertiora, tunc eis ſtatur.
Secùs verò , vbi nominatio de aliquo vti filio eſſet
29 facta extra iudicium incidenter, † & propter aliud ,
etenim tūc voluere Doctores indiſtinctè , quòd nihil
præiudicet:vt id apertè ſcriptum reliquit gloſſ. in d.c.
per tuas,in 1.glo.de probat.idem dixit Cyn. in d.l. nō
nudis,in 2.quæſtio.in princ. C.de probat. quo in loco
aſſeruit , quòd ſi confeſſio ſit emiſſa non animo con-
fitendi,ſed propter aliud,vt ſi dixerim , fili mi venias
huc,vel vadas illuc,quòd tunc nihil profit illi nomi-
nato filio,per d.l.non epiſtolis.C.eod.& l.neque pro-
feſſio,C.de teſtam.& ibid. firmat Bald. vbi concludit
30 † confeſſionē enunciatiuam nō factam cum aliquo
miniſterio,non probare: vt idem inquit in d.l.nō epi-
ſtolis,quòd quando verba emiſſa ſunt propter aliud ,
non ſtatur eis . Eandem concluſ. probat Butr. in cap.

trāſmiſſa.col.2.qui fil.ſint leg.& ſequitur idē Præpoſ.
in fi.idem corroborauit Iaſ conſ.102.col.2. 2. funda.
vol.4.vbi in eam deſcendit ſententiam per illa verba
prolata per aliquem erga alium dicendo, fili mi ve-
ni huc,vel vadas illue,non dici illum nominatū con
ſtitutum in quaſi poſſeſſione. Nominatio namq; vel
aſſcuetatio filij,ad hoc,vt cōſtituat eū in quaſi poſſeſ-
ſione filiationis,nō debet eſſe perfunctoria, ſed cum
aliqua ſolemnitate, adeò vt appareat facta cū mini-
ſterio,vt ille ait,poſt Innoc.in d.c.tranſmiſſæ, qui fil.
ſint legit. quæ omnia ferè comprobanit, dum de iure
reſpondit Gozad.in conſ.13.nu.13.

31 Huius rei rōnem eā eſſe nōnulli tradidere, † qa fi-
liatio à natura deſcēdit,q̄ ſola nominatio efficere nō
pōt:ita ſenſit Bal.in d l.nō epiſtolis,in prim.not.C.de
prob.quē referunt,& ſequunť Iaſ.in d.conſ. 102. in 2.
fundamento.vol.4.Gozad.in d.conſ.13.nu.12. atque
Menoch.in d.tract.de arbit.iud.cauſ.caſ.89.nu.77.

Sed tantorū virorū pace dixerim,hæc rō null opa-
cto mihi ꝓbatur,& vt aduerſus hanc rōnem ſentiam,
ea rōne permoueor: nā ſi illa rō vera eſſet, vtiq; nul-
lius eſſet ponderis, atq; roboris ipſa filiationis cōfeſ-
ſio,ſiue in iudicio,ſiue extra iudiciū,ꝙ quam verita-
ti repugnet,ex its facilè,q̄ nuper à nobis in mediū de-
ducta fuere, vnicuiq; patere pōt, & licet filiatio à na-
tura trahat originē,iſtud tñ principium,vel origo, cū
nō poſſit plenè,& verè probari,ſumitur ex iudicijs,&
præſumptionib.vt ſuperius explicauimus, & hoc di-
lucidè voluit Aemil.in conſ.94.nu.11.verſ.nō obſtat
modo.& ita declarat Bal.in l.neq; ꝓfeſſio,C.de teſta.

Probabiliorem itaq; putauerim eam eſſe rationē,
32 † quia ſola nominatio facta de aliquo vti filio magis
communiter ſit blandiendi cauſa, non aūt iudicādi,
& probandi talē filium, vt etiam ipſe Menoch. con-
ſiderat vbi ſup.& probat Rui.in conſ.52.ſub n.4.verſ.
item talis nominatio, quando quis dixit, vol.5.neq;
enim dulciore vocabulo poſſumus aliquem nomina
re,quàm ſub nomine filij: vt reſpondit Calliſtrat.in l.
liberorum,ff de verb. ſign.vt & cum aliquis nominat
ſimpliciter alium in fratrem,verè tamen non eſt eius
frater teſte Caſtr.in conſ.151.col.2.in prin.vol.1.

Amplia huiuſmodi principalem limitationē pro-
33 cedere, † etiam ſi illa nominatio eſſet facta extra iu-
diciū directè tamē,& ꝑſente nominato, qa probaret
filiatio arg tex.in l.certè.§.ſi quis abſente. ff. de con-
feſſis. vt & Paris.in d.conſ.10.nu.51.& 100 vol. 2.

Tertiò limita principalē concl.non ꝓcedere, quā-
do à patre fuiſſet facta nominatio principaliter, &
34 pp ſe,& non incidenter nec pp aliud, † qa hoc caſu
ex tali nominatione ꝓbaretur filiatio,& conſtitueret
nominatum in quaſi poſſeſſione filiationis: vt auctor
eſt Bart.in l. ꝑ ſenatus.§.item ꝑ contratiū.ff.de liber.
agnoſ.quem ſequiť Iaſ.in conſ.106.nu.1. vol. 1.idem
ſenſit Paris.in d.conſ.10.nu.51.& 100.vol. 2. ita quo-
que cenſuit Paul.de Caſtr.in conſ.175.col.fi. verſ. &
ſi ita eſt.vol.2.cui acceſſit Ruin.in cōſ. 63. propè fin.
lib.confirmauitq; Alex.in conſ.181.nu.1.lib.7. idem
reſpondit Alc.in conſ.335.nu.3.qui concludit, quòd
ſi quis in teſtamēto ſuo appellat aliquem filiū ſuum
legitimatum,talis cōfeſſio præiudicat ipſi,& eius hę-
redi, & quòd iſto caſu cōfeſſio patris ꝓbat filiationē.

35 Amplia hanc limitationem procedere † etiam ſi eſ-
ſet facta nominatio incidenter, præſente tamen no-
minato, qa ex illa ꝓbaretur filiatio: ita ſcripſit Imol.
in l.ex hac.ff.de donat.quem ſequitur Aret.in d.c.per
tuas.& ibi Fel.nu.12.per tex.in l.quidam.ff. de proba.
& l.non epiſtolis.ibi,quaſi ad ſororem. C. de probat.
Dec.in d.c.per tuas nu.7.de prob.Gozad.conſ.12.nu.
18.vt tradit & Menoch.de arbit.iud. caſ.89. num.82.
cum ſeq. de quo etiam ſupra meminimus.

Primò ſublimita hmōi ampliationem ꝓcedere tā-
36 tum, † quando filiatio allegatur ad validitatē actus,
in quo de aliquo tanquā de filio fit mentio incidēter,
ſecus aūt ſi filiatio deducať principaliter contra pa-
trem,vt ſi filius agens contra patrem peteret pronun-
ciari ſe filiū,vel tanq̄ filius peteret hæreditatē ab in-
teſtato,& ſic cā petitionis eſſet filiatio:nā tūc ſola no-
minatio incidenter facta nihil ꝓbaret: vt auctor eſt
Fel.in d.c.ꝑ tuas.ſub nu.11.de prob.& Iaſ.in cōſ. 106.
col.2.verſ.5.& vlt.vol.1.& diximus ſup.in 3.ampliat.

37 Secundò ſublimita,† qñ illa nominatio incidēter
facta eſſet in actu blandiendi, vt ſi quis diceret benè
veniat filius meus,etiamſi adderet, quē volo facere
hæredē meum,vel ſimilia: nam hoc caſu non ꝓbareť
filiatio,cum hmōi uerba ſoleant ēt dici illis, qui non
ſunt filij,& ideo neceſſario nō probant, teſte Fel.in d.
c. ꝑ tuas.nu.12.ver.tertio reſtringe.de prob.ꝙ placuit
Barb.cōſ.14.n.27.vol.3.& Iaſ.in cōſ.103.col.2.vol.4.

Eandem limitationem declarabis, dū dicebamus
38 confeſſionē † ſiue nominationē principaliter emana
tā ad effectū filiationis cōſtituere nominatū in quaſi
poſſeſſione illius qualitatis,ita demū locū habere ni-
ſi contrariū probeť,ita cōſtituit Bar.in d.l.1.§.itē per
contrariū.ff.de lib.agnoſc.& in l.1.C.quor. bon. nt ēt
decreuere Cyn & Bal.& alij in d.l.non epiſtolis.& in
d.l.non nudis.C.de prob. hoc idē ſenſere Dec. in d.c.
ꝑ tuas.n.8.eo.ti.& ante eū in ſpecie ibi.But.nu.8. Gu-
liel.Bened.in c.Rayn.in 3.par.col.4.nu.15.in fi.de te-
ſtam.& abundè Prępoſ.in d.c.ꝑ tuas.nu.20. q fil. ſint
legit.idē ēt ſētētes refert Pariſ.ī d.cōſ.10.n. 44. uol.2.

39 Quartò limitabis principalem concl.† quando pa-
ter,& filius inuicem pro filio, & patre nominabanť:
quia tūc ex huiuſmodi reciproca nominatione pro-
batur filiatio: ita docuit Bar.in l.2.§.1.ff.de lib.agnoſ.
ſicq; tradidere Cyn.Bar.& Bal & Sal.in l. non nudis.
C.de prob.ſequitur Barb.in conſ.14.num.33.uol.5.&
Pariſ.conſ.10.nu.51.uol.2.ubi inquit,quod conſtitui-
tur filius in quaſi poſſeſſione filiationis.

Quintò limita principaliter concl.ut procedat tñ,
quoad præiudicium tertij, ſecus quoad præiudicium
40 patris nominantis:† nam cōtra ipſum probatur filia-
tio ex tali nominatione,& conſtituitur filius in quaſi
poſſeſſione: ita reſponſum eſt a Iaſ.in conſ.106.col.2.
uerſ.2.& ad hoc notabilius.uol.1.quem refert, & ſeq-
tur Grat.in conſ.vlt.nu.44.uol.1.& in conſ.62.nu.10.
uol.2.& Nat.in conſ.473.nu.24.ad fi.arg.tot.tit.C.res
inter alios acta.& l.ſępè.ff.de re iud.& refert Tiraq.in
tract.de utroq; retract.gl.16.§.1.de retract.ligna. col.
41 2.n.3. Cuius rei illa pōt aſſerri ratio:† nam filij nomi-
natio patri plurimum poteſt aſſerre præiudicium, cū
filijs alimenta ſuppeditare cogatur: ut uoluere Vlp. &
cæteri I.C.in l.1.& ꝑ tot.tit.ff.de lib. agnoſ. atq; filia-
bus dotē ſubminiſtrare impellatur: ut reſcripſit Imp.
Iuſtin.in l.ult.C.de dot. promiſ. & reſpondit Martia.
I.C.in l.qui liberos.ff.de rit.nup.poſtremò ex Caij ſē-
tēria in l.inter cætera.ff. de lib.& poſthu.pater uel in-
ſtituere,uel pręterire tenetur filium: ſi ſecus fecerit rū-
petur illius teſtamentum: ut idem Iuriſcōſultus aper-
tè cauit in d.l.inter cætera. Quocirca nullum unquā
adeo uecordem futurum exiſtimādum eſt, qui ita
facilè,& leuiter filiū,qui non ſit nominare uelit: quā
fratrem,aut conſobrinum, aut aliàs conſanguineum
cum maius ex illo,q̄ ex hoc ſit detrimentū paſſurus,
arg.l.cum de indebito.ff.de prob.cum ſimil.

42 Id uelim primò ſublimites,† qñ ageretur de fauore
legitimitatis,qm̄ ſi pater nominaret filium,& inſtitue
ret tanquam legitimum,illa nominatio quoad legiti-
mitatem probaret etiam contra tertium.auth. ſi quis
liberos.C.de natur.lib.ita cenſuit Iaſ.in l.neq; profeſ-
ſio.nu.4.C.de teſta.nec id latuit Alb. in l. nō idcirco.
C.de iur.& fact.ign.& Alex.in conſ.110. uol. 5.

Reſtringe hmōi ſublimitationē procedere,qñ mu
lier,quæ pepererat filium erat digna tali uiro, de quo
43 filium ſuſcepit:† ſecus ſi eſſet meretrix,& uilis condi-
tionis,& pater erat diues,& nobilis; qa tunc non pro-
baretur ex tali nominatione filiatio ēt quoad legiti-
mationem;

Digitized by Google

mationẽ,vt tradidit Bened.in repet.c.Rayn.in ver.&
vxorẽ.n.204.de teſta.idẽ inq̃t Ang.in §.ſed,& aliud,
per illũ tex.in auth.quib.mod.natur.eff. legit.collat.
6.& referendo ſequitur Rebuff.de nomi.q.1.nu.6.
44 Secundò ſublimita locũ non haberet† fauore liber-
tatis:vt ſi dominus nominaret ſeruũ ſuum filiũ, tunc
efficeretur liber,non tñ in præiudicium nominantis,
verum etiam tertij:vt colligere eſt ex.§.vlt. Inſtit.de
adopt.& comprobauit Rebuff.de nominat.q.1.nu.7.
Sextò principaliter limitatur cõcl. niſi nominatio
45 eſſet facta in actu,qui magis filio,† quã extraneo cõ-
ueniret,vt ſi nominaret illum filiũ inſtituendo hęre-
dem ſuũ,& præſtaret illi alimenta,vel in actu eman-
cipationis,vel exhęredationis, & alijs id genus: nam
hoc caſu talis nominatio ꝓbaret filiationem: vt not.
Bar.in l.3.§.idẽ ꝑ contrarium.ff.de lib. agnoſ.quẽ ſe-
quitur Ant.de Butr.in c.Michael,de fil.presbyt.& in
d.c.trãſmiſſę,ꝗ fil.ſint legit.idẽ ſcripſit Pet.de Anch.
in clem.ſi ſummus Pont.de ſent.excom.ſicq; cenſuit
Paul.de Caſt.in l.non nudis.C.de prob. quorũ ſnĩam
Dec.in d.c.ꝑ tuas.nu.7.de prob.Iaſ.in conſ.102.volu.
3.& cõſ.81.col.1.vol.1.Pariſ.latè in cõſ.10.n.53.vol.
2.Goz.in conſ.12.nu.13.Nat.in cõſ.235.nu.2.Goz.in
cõſ.13.n.42.Duen.in reg 342. in 1.limit.& Menoch.
in eod.ſuprà relato caſ.89.nu.78.Bar.quoq; ſentẽtiam
adiuuat contex.in l.quidã cum filium.§.1.ff.de verb.
obl.vbi Paul.I.C.ait exhęredationẽ,& emancipatio-
nẽ ꝑtinere ad filiũ:q̃a hæc ſunt,quę pater ſolet facere
cõtra filiũ.eundẽ Bar.refert,& ſequit̃ Butr.in c. tranſ-
miſſæ.col.2.ꝗ fil.ſint legit.Dec.ẽt ꝗ idẽ ſẽtiẽtes refert
in d.c.ꝑ tuas.nu.9.in prin.de prob.ꝗ etiã cũ Bart. cõ-
cluſit in c.per tuas,ſub nu.19.qui fil.ſint legit.loquens
in filiatione enunciatiua,in inſtitutione, vel exhære-
datione,quòd præſumptionẽ filiationis inducat,plu-
res ẽt alij cũ Bar.ſenſere,quos refert Pariſ.in d.cõſ.10.
n.30.vol.2.Iaſ.ĩ cõſ.192.col.2.vol.4.Goz.ĩ cõſ.12.n.13.
46 Septimò limitabis,† qñ nominatio eſſet geminata:
nã tunc probaretur filiatio:teſte Paul.de Caſt. in l.nõ
epiſtolis.C.de prob.vt egregiè ſenſit Illuſt. Paleot. in
ſuo tract.de noth.& ſpur.c.23.nu.2.& cõfirmauit ite-
rum Caſtr.in conſ.151.viſo punct.in facto Franciſci.
ſub.nu.5.vol.2.idẽ ait Aemil.in conſ.94.nu.9. loquẽs
etiam parte abſente, & idem dicit in confeſſione ge-
minata,emanata etiam per verba enũciatiua.nu. 11.
47 Contraria tñ huic ſnĩa vr̃ probabilior,† neq; enim,
ſi q̃s alicui puero dixerit ſæpè,benè viuit filius meus,
vel fili mi vade illuc,vt vulgò fieri conſueuit, põt di-
ci, ꝙ ex his probata dicat̃ filiatio, vel quaſi poſſeſſio
filiationis,& idẽ iuris eſt de pluribus vicibus,quod de
vna vice,ꝑ ea,quæ paulò ante à nobis in ſecũda prin-
cipali limitatione deducta fuere, ſic nuncupatim rñ-
dit Iaſ.in d.conſ.102.col.1.& 3.ver.non obſtat. vol.4.
48 Octauò declaranda eſt,† ẽt ſi nominatio, & cõfeſ-
ſio in ſupplicatione facta ſit ipſi Principi, nẽpè, vt fi-
lius legitimaretur, ex hac poſſe ꝓbari filiationẽ col-
ligere eſt ex l.cũ precum,& ibi Bal.C.de lib.agnoſ.&
animaduertit idẽ Pariſ.in d.conſ.10.nu.48.volu. 2.&
obſeruauere Alex.& recẽtiores in l.edita.C.de eden.
49 Nonò declarari,& intelligi cõcl. põt,† vt nomina-
tio, & confeſſio matris faciat tantummodò aliquam
præſumptionem iudici, nõ autem quoad probationẽ
filiationis:vt placuit Lanfr.de Oria.in tract.de teſtib.
nu.98.per gl.eximiam.in l.Eccleſiæ.ff. de probat.

CONCLVSIO DCCXCI.

ARGVMENTVM.

Filiatio an probetur per famam, & communem opinionem Populi.

SVMMARIVM.

1 *Filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis per famã, & communem opinionem populi.*
2 *Fama verſatur circa res veras,vel veritati proximas.*
3 *Filiatio difficilis eſt probationis,& ideo per cõiecturas eius probatio ſumi poteſt.*
4 *Fama ſola ſiue communis opinio Titium eſſe Caij filiũ cõſtituit eũ in quaſi poſſeſſione filiationis,& trãsfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Contr. nu.5.*
6 *Fama non probat, niſi ſemiplenè.*
7 *Fama in his,quæ ſunt difficilis probationis plenè probat.*
8 *Fama licet per ſe filiationem non probet,tamen iũctis alijs inditijs,& coniecturis eam optimè probat.*
9 *Filiatio probat̃ per famã ſolã ſi ſumus in antiquis,& illa ſit inueterata in memoria hominũ.Sublimita,vt nu.10.*
11 *Filiatio illegitima ꝓbat̃ ꝑ famã,& cõem opinionẽ populi.*
12 *Filiatio nedum,ſed etiam quæcunq; alia qualitas, vt conſanguinitas,fraternitas,& huiuſmodi probatur per famam,& communem opinionem populi.*
13 *Filiatio non probatur per famam, quando contra famam extat negatio parentum.*
14 *Ius communis opinionis,& famæ ceſſat,quando cõtra extat aliqua præcipua,& ſingularis præſumptio.*
15 *Fama nõ probat filiationẽ quoad plenũ præiudiciũ tertij.*
16 *Fama probat filiationem, ſi eſt cõis opinio omnium vicinorum,& cognoſcentium,vel maioris partis populi.*
17 *Filiatio probatur,ſi probetur publica vox, & fama, ſeu, quòd ab omnibus eũ cognoſcentibus is,de quo quęritur, fuerit habitus pro filio,veluti Titij.*
18 *Teſtes ſuper fama filiationis deponere debent etiam non interrogati de perſonis,à quibus audierint, alioqui non probant communem opinionem.*
19 *Filiationis fama debet eſſe legitimè probata,& teſtes ſuper ea deponere debẽt ſe audiuiſſe à maiori parte populi,vel viciniæ,& de cauſa, vnde traxerit originem.*
20 *Filiationis fama probari põt etiam per inſtr̃a antiqua.*

Altera ſolet à ſcribentibus adduci cõiectura
ad probandã filiationem,quæ eſt per
1 famam,& cõem opinionẽ Populi,† ex qua filius con-
ſtituit̃ in quaſi poſſeſſione filiationis:vt tradidit Ant.
de Butr.in c.tranſmiſſæ,qui fil. ſint legit. de quo con-
tex.eſt in c.per tuas,in verb.cõmuniter.de proba.quẽ
ſic intelligit gl.in d.c.trãſmiſſæ,in gl.1.in verb. à vici-
nia.hos conſulendo ſequitur,& Dec.in conſ.54.nu.3.
& in conſ.595.nu.6.& in conſ.272.nu.1.& 4.quã ſen-
tentiam à bona ſcribentium parte fuiſſe confirmatã
proculdubio videre eſt,vt in primis à Bert. in cõſ.26.
nu.3.& 5.par.2.vol.2.Barb.in conſ.14.num.34.vol.3.
Fulgoſ.in conſ.137.Viſis.col.2.Alex. cõſ. 74. per tot.
vol.2.& in conſ.25.vol.4.& in conſ.90.in cauſa,& li-
te pendente.nu.8.vol.6.Alba.in conſ.6.nu. 11.Pariſ.
in cõſ.10.n.57.& in cõſ.13.nu. 9.vol. 2. & à Menoch.
qui alios adducit in tract.de arb.iud.caſ.89. nu.86.
2 Huius cõcl.rõ eſt,† quia fama verſatur circa res ve-
ras,vel veritati proximas:ſecund.Bal. in l.filium.col.
ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.jur. quem refert Alc.de
præſump.reg.3.præſump.37.nu.10.ſed fama in obſcu-
ris magnam præſtat coniecturã.c.illud de pręſumpt.
3 Redditur itidẽ altera rõ,† nempè, quia hæc eſt ma-
teria difficilis probationis,vt ſuprà diximus,& ideo ꝑ
coniecturas probatio põt ſumi:vt videre eſt ex addu-
ctis per Menoch.d.tract.de arbitr.iud.caſ.89. nu.88.
Hæc eadẽ concl.tibi amplianda eſt,vt procedat,ẽt
ſi ſola fama,ſiue cõis opinio adſit. Titiũ ſcilicet eſſe
Caij filium,etiam ſi abſit tractatus,& nominatio. Nã
illa fama conſtituit eum in quaſi poſſeſſione filiatio-
4 nis,† & transfert onus probandi contrariũ in aduerſa-
riũ:ita cõcludit Iac.Butr.in l.quidã.ff.de prob. qui ſic
cõem allegat:idem tenet Butr.in c.tranſmiſſæ. col. 2.
verſ.quãdoq; adeſt ſola cõis opinio.qui fil. ſint legit.
& eũ refert,& ſeq̃t ibid.Præpoſ.n.1.verſ.qñque adeſt
ſola cõis opinio, & ꝓbat Alc in cõſ.51. nu. 2. cũ ſeq.
ver.itẽ ſi probat̃.vol.1.& in cõſ.90.n.6.vol.6.vbi plu-
res idẽ ſẽtiẽtes refert,cui accedit Rui.in cõſ.51.n. 18.
& cõſ.ſeq.nu.2.vol.5.& ĩ cõſ.53.ſub.n.4.eo.vol.5.idẽ
rñdit Soc ĩ cõſ.89.n.6.vol.1. vbi ad hoc citat Iac.But.
& Ant.de But.& ꝙ ẽt cõfirmauit Iaſ.in l.neq; ꝓfeſſio

in prin.C. de teſta. hoc itidem voluere Marſ. in rubr.
C.de prob.nu.6.Burſa.in conſ.89.num.5.& 6.vbi etiã
de * communi,& Natt.in conſ.433.nu.14.iſtis addas,
& Menoch.de arbit.iud.cauſ.caſ.89. nu. 89.
5 Verùm cõtraria huic ſnĩa, † quòd ſola fama nõ ꝑ-
betur filiatio, ꝓbabilior viſa eſt quamplurib.vt Iaſ.in
l.neq; profeſſio,in prin.C.de teſtam. Dec. in cõſ.272.
col.3.ad fi.Fel.in c.per tuas.col.5.de prob. Abb. in c.
tranſmiſſæ,qui fil.ſint legit.Salic.in l. 1. in princ.ff.de
teſti.Alex.in conſ.25.nu.5.vol.4.Rui. in conſ. 52. nu.
7.vol.5. Dec. in conſ.321. col. 5. & de * cõi opinione
atteſtatur Illuſtr.Card.Alba.in lucubr.ad Bart. in l.3.
eiuſdẽ quoq; nu.2.ff.de teſti.iſtis adhęſit Coua.in epi.
6 c.8.§.9 par.2.motus ea ratione, † quòd fama nõ pro-
bet,niſi ſemiplenè, ſecundum * communem ſenten-
tiam Doct.in c.1.de appel.& in c.veniẽs,il 1. de teſti.
Etiam in ijs,quæ ſunt difficilis probationis per c. pꝛę-
tereà, de teſti.quare, vt ipſe Couar.refert, ſecundum
Aret.in d.c.per tuas,col.7.& Fel.nu.15.vbi requirere-
tur plena probatio. ex fama quis non conſtituitur in
quaſi poſſeſſione filiationis.
Iſtorum autem opinionem refellit Menoch.de ar-
7 bit.iudic.caſ.89.nu.89. † vbi ait famam in ijs,quæ sũt
difficilis probationis plenè probare,de qua re latè di-
ximus ſupra in concluſ. fama.
Sed hæ ſcribentiũ lites facilè tolli poterũt, ſi dice-
mus priorem ſnĩam tũc demum ꝓcedere,qñ cum fa-
ma concurrerent alia adminicula: poſteriorẽ autem,
qñ eſſet ſola fama: nam tunc verum eſt non probare:
vt tenet Pariſ.in alleg.cõſ.10.nu.57.vol.2. vbi ad cor-
8 roborandum priorem opinionẽ inquit, † ꝙ fama, li-
cet per ſe filiationem nõ probet, tñ iunctis alijs indi-
cijs,& coniecturis eam optimè probat, & profectò,ſi
rectè conſiderentur Doctores, vbi de hmõi fama lo-
quuntur ſemper illam alijs adminiculis, & coniectu-
ris fulciũt:vt etiam Fulg.in conſ.128.col.2.quẽ alleg.
pro ſua opinione Ant.de Butr.in d.c.trãſmiſſę, & idẽ
conſiderauit Couar.in epit.d.c.8.§.3.nu.9. in fi.par.2.
& Abb.in d.c.tranſmiſſæ,qui fil. ſint leg. & Fel. in d.
c.per tuas.nu.15. atq; Dec.in conſ.54.nu.1.
Primò limita illã poſteriorẽ opinionẽ tenentiũ fa-
mã p ſe ſolam non ꝓbare filiationẽ non procedere,ſi
9 † eſſemus in antiqs,illaq; eſſet inueterata in memoria
hominũ,quia tunc ꝓbaret filiatio,ſm̃ Sal. in l.1.ff.de
teſta.Alex.in conſ.25.nu.9. ibi niſi antiquitas, vol.4.
& in cõſ.90.nu.1.& 8.vol.6.& in conſ.51.nu.4. vol.1.
Nat.in cõſ.235.n.6.Rui.in cõſ.52.ſub n.4. vol. 5. Soc.
in cõſ.89.n.6.vol.1.Ceph.quoq; in conſ.137.n.45. &
Couar.in epit.c.8.§.3.n.9.in fi.par. 2. & antiquũ in ꝓ-
poſito dr̃ 60.annor.vt refert Alba.in conſ.83.nu.14.
10 Secundò ſublimitabis,† vt vtq. eo nõ procedat,qn
ſaltẽ transferat onus ꝓbandi contrariũ in aduerſariũ.
ita Bertr.conſuluit in conſ.26.ſub nu.5.par.2.vol.2.&
cautũ eſt ab Alex.in cõſ.51.n.3.vol.2.& placuit Dec.
in cõſ.321.nu.1.vt diximus ſup.in ampl.ad concluſ.
11 Primariam concl. nunc primo ampliabis,† vt pro-
cedat etiã in filiatione illegitima probãda: vt ex ma-
gis ** cõi opinione recenſet Rol. à Val. in conſil.22.
nu.30.vol.3.& Soc.iun. in conſ.67.num.7. & 8.vol.4.
quos etiam refert,& ſequitur Burſ. in conſ.98. nu. 5.
Secundo loco ampliabis, vt locum habeat cõclu-
12 ſio,etiam † in quacunq; alia qualitate,vt conſangui-
nitate,fraternitate,& huiuſmodi, vt itidem cõcludit
idem Burſ.in d.conſ.98. nu. 3.
Primò limita principalem concluſionẽ non proce
dere, quando cõtra famam extaret negatio parentũ,
13 † quia tunc nihil fama probaret: ita ſenſere Abb. &
Præpoſ.in d.c.tranſmiſſæ,qui fil.ſint legit. atq; Ruin.
in d.conſ.52.nu.6.in fi.vol.5.& Couar.in epit.c.8.§.3.
nu.9.par.2.vbi reſpondet ad ea,quæ ſupra diximus de
negatione parentum,in concluſ.filiatio ex natiuitate
in domo mariti, non officere,ſcilicet, filio talem ne-
gationem:ſubdit Couar.id procedere, ſi filius proba-
ret contrarium: ſecus autem ſi nihil probaret: nã tunc
etiamſi extaret fama,ſi tamen parentes negarent illũ
eſſe filium ſuum potior eſſet iſta negatio.
14 Secundò tibi limitanda eſt,† vt vis communis opi-
nionis, & famæ ceſſet, quando contra extaret aliqua
præcipua,& ſingularis præſumptio,vt inquit Grat. in
conſ.43.nu.59. vol. 2.
Tertiò velim limites,vt concl.locum non habeat,
15 † quo ad plenum præiudicium tertij, iuxta ſententiã
Abb.in d.c.tranſmiſſæ,ſub nu.10.qui fil.ſint leg. quã-
quam à contraria ſtet ſententia Butr.ibid. & Præpoſi.
ſub nu.1.ver.quandoq: adeſt ſola communis opinio,
& hoc ratione ſubiectę materiæ,quę eſt difficilis pro-
bationis.
Quartò eandem concluſionem limitabis, & decla
16 rabis,vt non procedat, † ſi ſit communis opinio non
partis populi,vel aliquorum vicinorum,ſed omnium
vt inquit Butr.in d.c.tranſmiſſæ, in 3.notab.nu. 4.qui
fil.ſint legit.dum inquit probari debere.quod pro ta-
li habebatur,& exiſtimabatur ab omnibus vicinis, &
cognoſcentib.eum,& quòd oporteat teſtes deponere
ſe audiuiſſe à maiori parte populi, vel viciniæ, teſta-
tur Ruin.in conſ.289.nu.30. vol. 2.
Quintò declares velim, vt concluſ. ita demum ve-
17 ra ſit,† ſi ꝓbetur publica vox.& fama,ſeu ꝙ ab omni-
bus eum cognoſcentib. is,de quo quæritur, fuerit ha-
bitus pro filio,veluti Titij, vt concludit Alex. in cõſ.
51.nu.4.vol.1.quem ſequitur Ruin. in d. conſ.51.nu.
18.vol.5.& in conſ.ſeq.ſub nu.2.eo.vol. Vt autẽ hæc
18 probatio concludat, oportet † quod teſtes deponant
etiam non interrogati de perſonis,à quibus audierint,
alioqui non probarent communem opinionem, vt
pòſt multos idem ſentientes probat Ruin.in d. conſ.
52.n.7.vol. 5. ſufficiunt tamẽ teſtes ſingulares in pro-
banda fama,vt ait Alex.in d.conſ.51.nu.5.vol.1.quẽ
ſequitur Burſ.in d.conſ.89.nu.5. Et quòd oporteat eã
eſſe legitimè probatam,latè probat Nat.in conſ.472.
19 nu 15.et plurib.ſeq.vbi inter cætera aſſerit,† oporte-
re teſtes interrogatos deponere, ſe audiuiſſe à maiori
parte populi,vel vicinię,et de cauſa,vnde traxerit ori
ginem.idem voluit Rimin.in d.conſ.289.nu.30. vol.
2.et contra teſtes de fama adeſt Soc. iun. in conſ. 86.
nu. 38. vol. 2. item ſi interrogati teſtes quid ſit fama,
dicant eſſe id,quod publicè dicitur,non probãt, teſte
20 Natt.in d.conſ.473.nu.18.et ſub nu.23.† põt etiã pro-
bari per inſtr̃a antiqua,vt inquit Alexã. in d.conſ.51.
et in d.conſ.90.vol.6.quanq̃ magis fauendo teſtib.di-
xerit Alc.in conſ.6.nu.19.ſatis eſſe, quòd teſtes dicãt
ſe audiuiſſe publicè,palam,et notoriè dici.

CONCLVSIO DCCXCII.

ARGVMENTVM.

Filiatio,an per effigiẽ, & ſimilitudinẽ ꝓbet̃.

SVMMARIVM.

1 *Filius ille quiſpiam eſſe præſumitur cuius formam, vel effigiem, habet.*
2 *Soboles originis,& contextuſi ſanguinis, reſpondere exiſtimatur.*
3 *Lymirnij ex ſimilitudine filios probabant, & quomodo.*
4 *Aethiopes filios inter ſe partiuntur ſecundũ ſimilitudinem.*
5 *Semiramis Nino filio lineamẽtis oris perſimilis filij perſonã,& ſexũ mentita,multis annis poſt mariti mortẽ Aſſyrijs imperauit magna cum laude, & Imperij incremẽto.*
6 *Marcheſinus quidam mimus ob ſimilitudinem,& effigiem Sigiſmundum Malateſtam Ariminenſem Principem filium ſuum eſſe dicebat.*
7 *Similitudo ſobolis non prouenit ex alio,niſi ex cogitatione mulieris tempore conceptionis.*
8 *Proconneſia ancilla eiuſdem dies coitu alterum domino ſimilem,alterum procuratori eius edidit.*

9 Filiatio

Digitized by Google

9 *Filiatio non probatur ex ſimilitudine, quia fallax eſt, & poteſt ex multis prouenire: ſimilitudo tamē facit aliqualē præſumptionem, & inducit qualem qualē ſuſpicionem.*
10 *Similitudini ſobolis omnino non eſt fidendum.*
11 *Similitudo in mente reputatio eſt, in qua creduntur multa fortuita pollere.*
Cogitatio effingit ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur ibi.
12 *Velocitas cogitationum, & animi celeritas, & ingenij varietas, multiformes notas imprimit.*

Præter has probandi filiationem cõiecturas, illa etiam ſolet à nonnullis adhiberi;
1 ea eſt per ſimilitudinē, ſiue mauis effigiem. † Etenim quiſpiam præſumitur illius eſſe filius, cuius formam, vel effigiem, habet, ita reſponſum eſt à Pariſ. in d. cõſ. 10. nu. 59. vol. 2. ita cenſuit Alber. in l. 7. menſe, circa med. ff. de ſtat. homi. & in rub. C. ad .. ſic exiſtimauit Bal. in conſ. 390. tam profundè. poſt prin. vol. 2. ita arbitratus eſt Fulg. in conſ. 212. quædam mulier, col. 3. verſ. rurſus manifeſtior, quod & probaſſe viſus eſt Alc. in l. quæret. ff. de verb. ſign. & aliquibus cõfirmat Mar. Salamon. in l. Gallus, nu. 60. ff. de lib. & poſthu. vbi Bart. in prin. refert ita ſententem Iac. Beluiſ. in l. 1. C. quor. bonor. multis quoque comprobauit Coraſ. lib. 2. Miſcel. iur. c. 22.

Iſtam noſtrorum ſententiam, & plurimi rerũ naturalium indagatores accerrimi confirmant. ij enim in
2 ea ſunt opinione, † vt exiſtiment illam origini, & cõtextui ſanguinis fidere, nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ ferè gignentibus ſimilia naſcuntur: ſic Heſiodus in ἔργοις inquit, τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν: Ideſt, Et ſimilem ſobolē gñtrices patribus edũt: vbi de caſto loquit̃ coniugio. Hæc reſpexit, & Virg. lib. 4. Aeneid. cum cecinit:

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

Ad quod ſexcenta alia in medium adducit Tiraq. de leg. connub. l. 7. nu. 52.

3 Sic Lymimij ex ſimilitudine filios probabãt. † Hi enim vxores hñt cões, & liberos cõiter alunt vſq; ad annos quinq;, deindè ſexto anno pueris oĩbus cõgregatis, ſimilitudines ipſorũ ad viros cõiectãt, & vnicuique ſimilē tradũt puerũ ceu parẽti, quē ille acceptũ p filio educat: vt auctor eſt Stobeus, ſerm. 42. ex Nico
4 lai hiſtoria de gentiũ morib. ſic Garamãtici † Aethiopes filios inter ſe partiunt̃ ſiñ ſimilitudines: vt ait Soli. c. 30. ita etiã Semiramis Nino filio liniamẽtis oris adeò perſimilis erat, vt q̃ Nini primi Aſſyriorũ regis vxor fuerat, filius iudicaret̃. Eius itaq; filij perſonam,
5 & ſexũ mẽtita, † multis annis poſt mariti mortē Aſſyrijs magna cũ laude, & imperij incremento imperauit: vt proditũ reliquere Diod. Sicul. lib. 3. de Fab. antiq. geſtis, Iuſt. li. 1. Sab. li. 1. & nõnulli alij: quinetiam Marcheſinus qdam mimus ob ſimilitudinē, & effigiē
6 Sigiſmundũ Malateſtã † Arminensē principē filium ſuũ eſſe dicebat, adeo vt cũ is Mediolanum peteret à ſocero ipſi⁹ Frãciſco Sfortia Mediolanē. duce (eius. n. ſuppetebat) aliò ablegaretur: vt refert Fulg. li. 9. c. 15.

Huic tñ cõtraria ſñia propius ad veritatē accedit, q̃ iure optimo ꝓbauit Bart. in d. l. Gallus, nu. 13. de lib. & poſth. & Iaſ. ibid. nu. 67. 2. lect. atq; Ruin. in conſil.
7 53. num. 9. vol. 5. † nã ſimilitudo hmõi non ꝓuenit ex alio, niſi ex cogitatione mulieris ipe cõceptionis: ita inquit gl. in l. quæret aliquis, de verb. ſig. multę enim filios pariunt nulli ſimiles, nec patri, nec matri, aliqñ patri tantum, quandoq; matri: vt in ea, quæ gemino partu, alterum marito ſimilem, alterum adultero ge-
8 nuit, † & in Proconneſia ancilla, quæ eiuſdē diei coitu, alterũ domino ſimilē, alterũ procuratori eius edidit, vt auctor eſt Plin. natura. hiſtor. lib. 7. c. 11. vt & in Nicæo Bizantio dilucidè apparet, qui cũ à matre candida, nata tñ ex Aethiope, natus eſſet, ipſe Aethiopē auo ſimilem generauit, vt idem ibidem aſſeruit Plin.

Sed tolli poſſe videnť hæ ſcribentium lites, ſi dice-
9 mus † verè non ꝓbari filiationē ex ſimilitudine, quia fallax eſt, & poteſt ex multis ꝓuenire; facit tamē aliqualem pſumptionem: vt nnt. Pariſ. d. conſ. 10. nu. 59. & nu. 103. vol. 2. inducit qualē qualem ſuſpicionē: vt ex Alc. videre eſt, de præſ. reg. 3. præſ. 37. in fin. quem refert ſequendo Menoch. de arbitr. iud. caſ. 89. n. 102.
10 † Et quod omninò huic ſimilitudini nõ ſit fidẽdum apertè docet idem Plin. eo. lib. 7. c. 12. ſimiles quidem alias auo parere, & ex geminis quoq; alterum patri, alterũ matri, quaſdã ſibi ſimiles ſemper parere, quaſdam viro, quaſdã nulli, quaſdã fœminam patri marē ſibi. Cuius rei rationes has affert, nam ſimilitudinē,
11 inquit, † in mente reputatio eſt, & in qua credantur multa fortuita pollere, viſus, auditus, memoria, hauſtæq; imagines ſub ipſo cõceptu, cogitatio etiã vtriuſlibet animũ ſubito tranſuolãs, effingere ſimilitudinē, aut miſcere exiſtimať ideoq; plures in homine, quàm in cæteris oĩbus animalibus differentiæ: qm̃ veloci-
12 tas cogitationum, animiq; celeritas, † & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cũ cæteris animãtibus immobiles ſint animi, & ſimiles oĩbus, ſingulisq; in ſuo cuiq; genere. Hæc Plinius, quē refert, & ſequit̃ Menoch. d. caſ. 89. nu. 98. cũ ſeq. vbi plura de hoc, ſed plurima apud eundē Tiraq. de legib. cõnub d. l. 5. nu. 52. verſ. illud aũt, ꝙ de ſimilitudine, cum plurib. ſeq.

CONCLVSIO DCCXCIII.

ARGVMENTVM.

Filiatio, an ex inſtitutione probetur.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt probabile, quod quis inſtituatur, vt filius, niſi verè ſit filius.*
2 *Filius inſtitutus dẽt probare ſe filiũ, ſi proximiores defuncti agant cõtra ipſum, alioqui tenet hrẽditatē reſtituere.*
3 *Actus inſtitutionis alienus ab actu emancipationis, & exheredationis.*
4 *Teſtator ſi inſtituit Titiũ filiũ ſuum hrẽdē opus eſt, ꝙ is probet ſe filium eius teſtatoris, alioqui non valet inſtitutio.*
5 *Filiatio ex inſtitutione probatur, licet inſtitutio conueniat etiam alteri, quam filio.*
6 *Filij inſtitutio nedum filiationem probat, verumetiam legitimitatem.*
7 *Filiatio quemadmodum probatur ex inſtitutione ſic etiam probatur ex exhæredatione.*
8 *Filiatio probatur etiam ex legato. Contr. nu. 9.*
10 *Nominatio filiationis facta in legato alicui, dicitur facta incidenter, non principaliter, neque conſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione filiationis.*

Adducitur & à noſtris illa filiationem probandi coniectura, quæ colligitur ex inſtitutione. Pleriq; enim in eam deuenerũt ſñiam, vt per huiuſmodi actum dicatur quis ac-
1 ceptus vti filius, † etenim nõ eſt probabile, ꝙ quis inſtituatur vt filius, niſi verè ſit filius, arg. l. quidam cum filium. ff. de verb. obl. ſic ſentire vř Bar. in l. 1. §. Iulia. nu. 3. ff. de lib. agnoſ. cui accedit Ant. de Butr in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legi. ita cõcludit abundè Aemilius, in conſ. 97. nu. 13. & plu. ſeq. nec ab hac diſceſſere opinione Gozad. in conſ. 12. nu. 23. & conſ. ſeq. Ruin. in conſ. 36. nu. 6. vol. 1. & in conſ. 53. nu. 6. vbi idē ſentientes refert, vol. 5. idē ſenſit apertè Soc. ſen. in conſ. 89. nu. 4. vol. 1. Guliel. Bened. in c. Raynu. in 1. par. in verb. q̃ filiũ ex eo ſuſcipiẽs, n. 13. de teſt. Grat. in cõſ. 90. nu. 6. vol. 2. idē Ruin. in cõſ. 109. n. 38. vol. 3. Iaſ. in l. neq; ꝓfeſſio. nu. 3. verſ. inueni tamen. C. de teſta. atq; idem Rui. in cõſ. 63. nu. 1. vol. 2. Soc. idē in conſ. 65. in prin. vol. 3. ſic poſtremò cẽſuit Anch. in cõſ. 225. nu. 3. in fi.

Sed hæc concl. anceps, & cõtrouerſa reddi vř per contex. in l. ſi pater tuus. C. de hered. inſtit. & per illud

reſpondit Natt.in cōſ.421.vbi contra Crau.cōcludit,
2 †quòd ſi proximiores defuncti agant contra hunc, vt
filium inſtitutum , tamen is debet probare ſe filium ,
alioqui teneš hæreditatē reſtituere, & id voluit Abb.
in c.p tuas,de probat.& ꝙ iſte actus inſtitutionis alie-
3 nus ſit†ab actu emancipationis, & ab actu exhæreda-
tionis probat Soci.in d.cōſ. 89.nu.4.vol.1.ea rōne,qa
iſte actus æquè conuenit extraneo,ſicut filio,l.extra-
neum,& p totū.C.de hær.inſt.nec de hoc actu loqui-
tur Bar.in d.l.1.§.item p contrarium.ff.de lib. agnoſ.
Id prætereà confirmatur ex eo,quod tradidit Iaſ. in l.
errore,in fi.C.de teſtam.vbi ait, ꝙ ſi teſtator inſtituat
4 Titium filium ſuū hæredem,†opus ſit,quòd is probet
ſe filium eius teſtatoris, alioqui nō valeret inſtitutio.
Hinc reſpondit Bal.in conſ.180.mortuo filio.num.2.
vol.3.inſtitutionem factam p auum de aliquo, vt ne-
pote ſuo ex filio non probare eum eſſe talem.

A priori tñ ſententia non eſſe recedendū exiſtima-
rem:præſertim ſi filius inſtitueretur in legitima: nam
hæc inſtitutio nulli alij cōuenit,quā filio, & reuera ſi
remotis verborū ambagibus,& circuitionibus rē pe-
nitus intueri velimus,videbimus huic ſnīæ accedēn-
5 dum eſſe.† Nā licet inſtitutio conueniat ēt alteri quā
filio,tñ quia pater inſtituendo aliquem vti filiū non
ſolùm nominat eum filiū,ſed ēt, vt filium ipſum tra-
ctat,& accipit,iccircò ex inſtitutione filiatio pbabit̄,
quod ex eo ſatis conſtat,nam ſi non eſſet filius , inſti-
tutio irrita fieret,vt sāxit Imp.Gordianus,in d.l.ſi pa-
ter,& ſciuere Imp.Diocl.& Maxim.in l.nec apud. C.
de hęr.inſt. Inſtituitur itaq; filius quia filius,& tracta-
tur vti filius, & deinceps probatur filiatio. nec illud,
quod ex aduerſo obijciebatur vlla ex parte concl.no-
ſtrā labefactare videtur;ꝙ ſcilicet actus iſte cōis ſit,et
extraneo perindè ac filio:nā ſi ex hoc illud fieret, cō-
ſequeretur ēt,quod cū percipere distributiones quo-
tidianas cōe ſit,tàm Capellano,quàm Canonico, iſ-
que eas percipiendo,vt Canonicus,non conſtituerēt
in quaſi poſſeſſione Canonicatus: ꝙ quàm à veritate
alienum ſit,egregiè probat ſumm.Pont.Inno.in c.ex
parte,de reſt. ſpol. cuius axioma tanquam ſubtile re-
fert,& ſequitur Bal.in l.non epiſtolis.nu.5.ver. quæro
an iſta poſſeſſio in corporaliū.C.de pb.ſic hāc ſnīam
corroborauit Bert.in conſ.16.nu.1.vol.3.2.par. candē
ex ſententia Aret.præceptoris ſui in c.p tuas, de prob.
confirmauit,& Soc.ſen.in d.cōſ.89.nu.4.vol. 2. idem
ſentire viſus eſt Ruin.in locis ſuperius à nobis relatis,
idē voluit apertè Bal.in c.ex tranſmiſſa.nu.4 ver.vlt.
gl.dicit,de reſt.ſpol.& in d.c.per tuas.n.5.cui adhæret
Nat.in conſ.235.nu.1.ſic etiam doctè ſenſit corā me,
dum adhuc Placentiæ Vicarij generalis munere fun-
geretur in vtroq; iure apprimè verſatus D.Nicolaus Su-
pranus Placen.ſubtiliſſimus cauſarum patronus.

6 Quinetiam huic opinioni tm̄ tribuo, † vt latius eā
propagare non verear:nam huiuſmodi inſtitutio ne-
dum filiationem probat , verùm etiam legitimitatē,
vt ſic loquar:ita reſponſum eſt à Ruin.in d.conſ.109.
nu.38.vol.3.quod,& illud adiuuet:nam appellatione
filiorum intelligitur de legitimo,& naturali:ita rñdit
Vlp.in l.ex facto.§.ſi qs rogatus.ff.ad Treb.idē vr̄ sē-
ſiſſe Scæuol.in l. Lucius Titius.§.Damę.ff.de leg.2.&
præſtantiſſimi vir ingenij Papin.in l.cum pater.§.vo-
lo.ff.eo.de leg.2.iſtis conſentiens eſt gl.in cle.1.& ibi
Card.q.9.de baptiſm.& in q.2.& ibi Gemin.de hær.
lib.6.de quo nos etiam infra in cōcl. filius legitimus.

Amplia prætereà concl. vt quemadmodū ex inſti-
7 tutione pbat̄ filiatio ſic,†etiā exhæredatione,etenim
actus nulli præter quàm filio conuenire poteſt:vt do-
cuit Bar.in d.l.quidā cū filium,in prin.in verb. exhæ-
redauit.ff.de verb.obl.cui accedit Ruin.in d.conſ.53.
nu.7.vol.5.idē reſpondit Soc.in d.cōſ.89.nu.4.vol. 1.

8 Amplia poſtremo,† vt etiā ex legato probet̄ filia-
tio,teſte eodē Soc.in d.conſ.89.nu.4.vol.1.hoc idem
probauit Alc.in conſ.vlt.loquens in legato facto ali-
cui tanquam filio ſuo naturali , quod per hūc actum
dicatur ille cōſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis.

Sed contra hoc apertè ſenſit Præpoſ. in c. per tuas.
9 nu.19. qui fil. ſint legit.† dicens quod ſi quis legando
diceret,lego tibi filio meo, ex hoc nō induceret̄ præ-
ſumptio filiationis.idem reſpondit Ruin. in conſ.63.
ſub nu.5.& ſeq.& nu.12.vol. 2. loquens in legato ali-
cui vti filio ſuo legitimo,& naturali facto petenti le-
10 gatum:ea ratione, † quia nominatio filiationis facta
in legato alicui,dicitur facta incidēter non principa-
liter;neq; conſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione
filiationis.Nam inquit,illa verba , lego centum filio
meo,exprimi gratia demōſtrationis , vt in perſonam
legatarij clarius exprimatur demonſtratio.

CONCLVSIO DCCXCIV.

ARGVMENTVM.

Filiatio an probetur per ſententiam latam inter patrem ,& filium ſuper cauſa filiationis etiam quoad alios.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur per ſententiam latam inter patrem , & filium ſuper cauſa filiationis , etiam quoad alios.*

2 *Sentētia legitimationis lata inter patrem, & filium præiudicat tantummodo patri,non autem alijs.*

3 *Sententia lata ſuper alimentis præſtādis,donec quæſtio filiationis pendet,non præiudicat in quæſtione filiationis.*

4 *Filiatio probatur ex libro,in quo pater ſcripſit manu propria diem natalis filioru m ſuorum.*

5 *Liber patris in quo ſcriptus ſit dies natalis filiorum ſuorū conſtituit puerum in quaſi poſſeſſione filiationis , & illi ſtandum eſt,donec contrarium probetur.*

6 *Filiatio nedum probatur per libros patris, ſed etiam p ſimplicia memorialia.*

7 *Inſcriptio filij in libro patris probat ad hoc,vt aſſerēs filius conſtituatur in quaſi poſſeſſione filiationis, non autem, vt probet veram filiationem.*

8 *Filiatio probatur p inſcriptionē libri patris, ſi filius natus ſit ex vxore qa ius præſumit,quod ſit natus ex marito.*

9 *Filius ſi poſt longum tempus in virum euaſerit,an p ſcripturam patris probabitur quod ſit ille puer , de quo loquitur eadem ſcriptura, vide remiſſiuè.*

10 *Filiatio probatur per epiſtolam miſſam tertio, ſiue filio,in qua nominetur talis pro filio ſuo.*

11 *Filiatio probatur per verba enunciatiua inſtrumētorum in antiquis etiam contra tertium .*

12 *In omnibus caſibus in quibus filiatio præſumitur, ſemper auditur,qui vult probare contrarium.*

1 Filiatio probatur per ſnīam latam inter pa-
trem,& filium,†ſuper cauſa filiatio-
nis etiam quoad alios p l.2.§.planè.vbi Bar. ff.de lib.
agnoſ.ſic tradidere Canoniſ.in c.cauſam. il 2. qui fil.
ſint legi.& ſcripſit gl.in c. pen. de re iud.

2 Limita illud non procedere,†quoad alios in ſentē-
tia legitimationis lata inter ipſum patrē,& filium,il-
la enim tantummodo præiudicat patri non autē alij,
ita obſeruauit Inn.in c.cauſam.il 2. qui fil. ſint legit.
quem ſequitur Iaſ.in conſ.106.colum.2.ver.tertio,&
adhuc.volum.1.

Eandem concl.intelligas,vt ſi ſnīa lata ſit ſuper ali
mentis præſtandis,donec quæſtio filiationis pendet ,
3 †non præiudicet in quæſtione filiationis;ſecus ſi eſſet
lata ſuper filiatione,vt habetur in l.ſi quis à liberis.§.
ſi vel parens.ff.de lib.agnoſ.ſic reſpondit Nat. in cōſ.
473.nu.6.vbi idem dicit in ſnīa lata ſuper poſſeſſione
bonorum,ſi ſuper filiatione non ſit prouinciatum , p
* gl.& *communiter ſcribentes in l.1.C. quor. bon.

Potiſſima quoq; cenſetur ad filiationem proban-
dam illa coniectura,quæ ſolet haberi ex libro,in quo

pater

peret ſcripſit manu propria diem natalis filiorũ ſuo-
4 rũ, † veluti tali die natus eſt mihi talis filius vocatus
tali nomine ex me,& vxore mea Titia, vel concubi-
na:nã talis ſcriptura,& memoria filiationẽ probat:vt
dixit Bal.in l.vnic.C.de confeſſ.vbi citat gl. Inſtit. de
ingen.manumiſſ.§.vlt.& Sal.in l.etiam.ff. de prob.&
aſſeruit idẽ Bal.in l.neq; natales.col.2.in princ. C. de
prob.vbi hanc inſcriptionem appellat profeſſionẽ,&
5 concludit,† quòd conſtituit puerũ in quaſi poſſeſſio-
ne filiationis, adeò ꝙ illi ſtandum ſit,donec contra-
rium probetur,ac ſi fuiſſet cõfeſſio emanata inter ip-
ſas partes,hoc idẽ tradit idẽ Bald.in c.ꝑ tuas. nu.5. de
prob.ꝙ,& conſulẽdo placuit Natt.in conſ. 235.nu.2.
quamplures ẽt idem ſentiẽtes refert Guliel. Bened.in
c.Rayn.in 3.par.in verſ.quę filiũ ex eo ſuſcipiens,ſub
nu.14.de teſta.ad hoc reſpondit Barb.in cõſ.27.col.3.
nu.23.& ſeq.vol.1.idẽ voluit Bal. in l.ſi vicinis. C.de
nup.& Dec.in d.c.per tuas.col.4. nu.10.& idẽ ſcripſit
Alc.in tract.præſump.reg.3.præſ.37.ſub nu.11.cõſul-
uit Pariſ.cõſ.10.nu.58.vol.2,idẽ Alb.conſ.83.nu.13.
6 Concl.hanc amplia,† vt non ſolum probetur ꝑ ta-
les libros filiatio, ſed etiam per ſimplicia memoria-
lia,quę rectius aduerſaria poterunt vocari:vt conſtat
ex alleg.ab Alb.in d.conſ.83.nu.13.

Primo loco limita,& intellige,vt hęc inſcriptio ꝓ-
7 bet tantum quoad ad hoc,† vt & aſſertus filius conſti-
tuatur in quaſi poſſeſſione filiationis,non autem, vt
probet veram filiationẽ: vt tradit Sal. in d.l. ẽt quem
ſequitur Barb.conſ.27.col.5.verſ. & ex iſtis. vol.1.

Secundò limitabis,& intelliges procedere, quãdo
huiuſmodi præſumptio libri fulcitur alia præſũptio-
8 ne iuris,† vt ſi talis filius ſit natus ex vxore: nã hoc ca-
ſu ius præſumit,ꝙ ſit natus ex marito,vt l.miles.§. de-
functo.ff.de adult.vel natus ſit ex cõcubina nã tũc ẽt
ius præſumit, quod ſit natus ex concubinatu: vt pro-
batur ex c.ꝑ tuas,de prob.vndè his caſibus,ſi maritus,
vel concubinarius ſcripſerit talem memoriam, pro-
batur ex eis filiatio dicti filij,cui rei ratio eſt, vt dixi,
quia in his concurrit præſumptio iuris.ita reſpondit
Andr.Barb.d.conſ.27.ex iſtis.col.5.vol.1.

9 Quid ſi poſt longum tempus † is filius in virũ eua-
ſerit,an per illam ſcripturam probabitur,quod ſit ille
puer,de quo loquitur ſcriptura patris? id vero te do-
cebit Bal.in d.l.neq; natales.ſub nu.2. verſ. circa hoc
dubit.C.de probat.

Filiatio præterea probatur per epiſtolã miſſam ter-
10 tio,ſiue tali filio,† in qua nominet talis pro filio ſuo:
ita tamẽ,quod ex huiuſmodi probatione præſumpti-
ua transferatur onus probandi in aduerſarium:ita cẽ-
ſuit Fel.in c.per tuas.num.12.de prob.allegat. l. vlt.in
prin.& ibi gl.ff.de prob.idem aſſerit Pariſ.in conſ. 10.
num. 56. vol. 2.vbi cõprobat id auctoritate Bal.Bart.
Sal.Alb. de Roſ. & gl.in l.non epiſtolis.C.de probat.
Alex.conſ.181.col.1.& 2.vol.7.Aret.& Dec.in d.c.ꝑ
tuas.nu.10.verſ.tertio, & ad hoc pertinent quæ ſupra
obſeruauimus in concluſ. epiſtola.

11 Ad hæc filiatio probatur † ꝑ verba enunciatiua in-
ſtrumentorũ in antiquis,ẽt contra tertium: vt ſcriptũ
reliquit Aym.Crau.de antiq. temp.in 1.par.ſectione
ampliatur.nu.12.ver.memorata concluſ.vbi allegat
Alex.conſ.90.col.3.in fi.verſ.& his eſt reſponſũ.vol.
6.de qua re nos nonnulla ſuperius attigimus in cõcl.
ex nominatione,in 3.limit.Aliquando vero in hmõi
probatione eſt tempus 60.vel 50.annorum:vt nuncu-
patum reſpondit Alb.cõſ.83.nu.14. vbi multa de hac
concl.idem voluit Ceph.conſ.137.nu.44.lib. 1. ad ꝙ
etiam conſulas Iaſ.in conſ.34.ad motiua.nu. 7.lib.1.

Illud vero in hac probandæ filiationis materia di-
ligenter obſeruandum eſt,& diligenter attendẽdum,
12 vt in omnibus caſibus,† in quibus filiatio præſumitũ,
ſemper audiatur,quis volens probare contrarium:cũ
ſemper debeat eſſe locus veritati in his, quæ non poſ-
ſunt induci,niſi ab ipſa naturali veritate:vt dicit Feli.
in c.per tuas,de prob.verſ.quinto nota; vbi teſte lau-
dat Bal.in l.neq: profeſſio.C.de teſta.per tex.in l. vlt.
in fi.ff.de prob.ad quod adeundus erit in conſ. 29.nu.
81.cum ſeq.vbi multa ſcitu digna tradit.vol.2.

CONCLVSIO DCCXCV.

ARGVMENTVM.

Filiatio an probari poſſit ex educatione, & alimentis præſtitis filio.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio commodè probari poteſt ex educatione, & alimentis præſtitis filio aſſerto ab eo,qui tractabat aliquem vti filium.*

2 *Filius probatur eſſe illius,qui eum vocabat filium,oſculabatur,& amantiſſimè nutriebat, licet etiam negaret eũ filium ſuum.*

3 *Actus qui exerceri ſolẽt inter filios,ſunt inter cæteros alere ipſos in domo.*

4 *Filius non probatur alentis eum ex ſolis alimentis,vel alimentorum præſtatione,niſi aliud addatur.*

5 *Alimẽta præſtari poſſunt gratia pietatis,vel ex alia quam filiationis cauſa.*

6 *Filiatio ex alimentis probatur,quando vnà cum ipſis concurrunt aliæ filiationis coniecturæ.*

7 *Filius natus ex aliqua muliere,ad quam patri clãdeſtinus patebat aditus,nec eam palam nominare audebat,dr̃ filius illius patris,ſi probatum ſit patrem ipſum educaſſe.*

8 *Filiatio magis præſumitur ex alimentis, & educatione, quam ex eo,quod quis nominetur filius.*

9 *Nominatio in filium, filium ipſum dilucidè declarat, & demonſtrat.*

Poſtremam filiationis probãdæ ratio-
nẽ nobis abundè ſuggerit
Paul. Caſtr.in cõſ.151.nu.3.ver.& iſtud tractare. vol.
1 1.quo in loco egregiè † filiationem commodè poſſe
probari ex educatione,& alimentis præſtitis filio aſ-
ſerto ab eo,qui tractabat aliquem vti filium domi il-
lum retinendo,in eumq; alia faciendo, quæ parentes
erga ſuos filios agere conſueuerunt,arg.l. quidã cum
filium.ff.de verb.obl.ſic colligit,& Bal.in l. nõ igno-
rat.nu.4.C.de iis, qui accuſ. non poſ.idẽ monuit Piæ-
poſ.in c.tranſmiſſæ,ſub nu.9.qui fil.ſint legit. dũ con-
2 cludit,quẽ alterius probari filiũ,† qui eum vocabat fi-
liũ oſculabatur,& amantiſſimè nutriebat licet ẽt ne-
garet eum filium ſuum, in hanc quoq; iuit ſenten-
tiam Dec.in conſ.54.nu.2.idq; probauit Goz. in cõſ.
12.nu.22.verſ.9.in prin.& in conſ.13.nu.33. in 2. fun-
damen.& ante eum huius etiam meminit Bal. in c.ꝑ
tuas,verſ.ſed modo quæritur,q ſunt iſti actus, de pro-
bat.vbi cõcludit, quod actus, qui exerceri ſolent cir-
3 ca filium † ſunt inter cęteros,alere ipſum in domo,per
cõtext.in d.l.quidam cum filium,in princ.ff.de verb.
obl.hocq; ſequitur Nat.in cõſ.235.col.2. & compro-
bat Guliel. Bened.in c.Raynutius,in 3. part. in verb.
quæ filium ex eo ſuſcipiens,ſub nu.14.de teſta.ad idẽ
conſuluit Pariſ.in conſ. 10.nu.61.vol.2.ſic quoq; cen-
ſuit Maria.Soc.in conſ.86.nu.41.vol.2.

Sed nihil valuerunt penes Antonium Butrium in
hac re iſti concordes ſcribentiũ conſenſus. Iſtis enim
pro nihilo habitis intrepidè contrarium ſenſit in d.c.
4 tranſmiſſæ, in 1.notab. qui fil.ſint legit.inquiens † ex
ſolis alimentis, vel alimentorum præſtatione non
probari,quod alitus fuerit filius alentis, niſi aliud ad-
datur, idem confirmat Præpoſ.in d. cap. tranſmiſſę,
in 1.notab. & ante eum ibidem docuit Abb.num.2.
concludens, alimentorum præſtationem in domo,
vel extra domum, neque pro filiatione, neque con-
* tra eandem arguere,& ita * communi conſenſu ibi-
dem tenuere Doct.

Id prętereà ratione nec contemnẽda fulciunt Ali-

5 menta namque præſtari poſſunt gratia pietatis, † vel
ex alia, quàm filiationis cauſa: ita reſpondit Alex. in
conſ.74.nu.2.verſ.ſed poſito,vol.2.ſed inquit,poſito,
quod eſſet probatum per teſtes Dominæ Fauſtinæ,
quod Ioannes alimẽta ſſet,& lactari feciſſet eam, vel
ſimilia;non tamẽ per hoc ſequitur, quod tractauit eã
vt filiam, quia enim talia conueniunt,& fieri poſſunt
alijs,quàm filijs,idem cenſuit Barb. in conſ.27. vol.3.
verſ.modo veniendum,vol.1.ſic arbitratus eſt,& Pa-
ris.in d.conſ.10.nu. 17. vol. 2. id approbauit quoque
Iaſ.in conſ.102.col.pen. verſ. ſexto facit, quia ex co.
vol.4.huic ſententiæ ſe ſubſcripſit etiam Ruin. in cõ-
ſil.51.ſub nu.4.vol.5. huic adhæret Grat. in conſ. vlt.
nu. 45. vol. 1. vbi loquitur de filio nato ex illegitimo
coitu.iſtud iterum confirmauit in conſ.62.num. 6.&
11.vol.2.id inſuper tuetur Rimin. in conſ.289.nu.10.
vol.2.& hanc eſſe ſententiam omnium ſuffragijs re-
ceptam teſtatur idem Pariſ.in conſ.12.tranſactio iſta
col.vlt.nu.247.verſ.alimenta etiam præſtita.vol.2.

Verùm,ſi diligenter attendamus, hæ noſtrorũ diſ-
ſenſiones ſine vllo negotio tolli poterunt, ſi intelli-
gemus,poſterioris aſſectatores ſententiæ,loqui, quan
do ſolum,& nudum adeſſet nutrimentum, ſiue edu-
catio.tunc profectò rectè ſentiunt iſti, ex hoc ſolo nõ
probari filiationem. At prioris aſſeclas opinionis ac-
6 cipere debemus,† quando vnà cum alimentis cõcur-
rerent aliæ filiationis coniecturæ, vt in ea hypotheſi,
ſuper qua conſuluit Paris in d.conſ.10.vol.2.exempli
gratia, quando pater talem filiũ ad diuerſas oras trãſ-
mitteret, & ad diuerſa ciuitatum Gymnaſia, & ſem-
per id nummorum ſuorum erogatione præſtiterit, &
aluerit,& quod huiuſmodi educatio diù fuerit pręſti
ta,& tanquam filio: nam tunc probat filiationem, vt
reſpondit Paris.in d. conſ.10.nu.102. & cauit Gozad.
in d.cõſ.13.nu.33.verſ.2.præſati teſtes, & ſenſit Prob.
in d.c.tranſmiſſæ,ſub nu.9.qui fil. ſint legit.

His ita breuiter explicatis, nunc poſteriorem velim
limite quodam conſcribas ſententiam, vt locum non
habeat, quãdo talis filius natus eſſet ex non vera vxo-
7 re,nec ex concubina, † ſed ex aliqua alia muliere, ad
quam patri clandeſtinus patebat aditus, nec eam pa-
lam nominare audebat, etenim ſi tunc probatũ fue-
rit aſſertum patrem educaſſe ipſum filiũ, ex hoc vti-
que probabitur illum eſſe ſuum filium, vt reſpõſum
eſt à Petr.de Anch.in conſ.221.incip. vnde prima fa-
cie.col.pen.quem refert,& ſequitur Felyn. in d.c.per
tuas, ſub nu.17.verſ. quarto nota.de probat. vbi ad id
adducit Bal.in l.vulgo.ff.de ſtat.homin. idem voluit
Gozad in d.conſ.12.nu.22.

Poſteriori loco limitabis, & intelliges, vt filiatio
8 magis præſumatur ſex alimentis, & educatione, q̃ ex
eo, q nominetur filius, ipſa enim educatio atq; nutri
menta coniunctiora ſunt naturali charitati, & facta
proximiora ſunt, q̃ verba, vt ait Dec.in d.conſ.54. nu.
2.Cui rei, & illud fauet, quod pater tenetur alimenta
ſuppeditare filio ſuo, cuiuſmodi fuerit, ex c. cũ habe-
ret,in fi.de eo,qui dux.in matrim.vt atteſtatur Maria.
Soc.in d.conſ.86.nu.41.vol.2. Ego vero, vt ingenuè,
q ſentio proferam, exiſtimo alimẽtorum ſuppedita-
tionem magis ambiguã, & ancipitem videri ad pro-
9 bandã filiationem, quàm ipſa nominatio ſit. † Nomi
natio nẽpè filium ipſum dilucidè declarat, & demõ-
ſtrat. Educatio verò nõ magis filiũ, quàm extraneum
indicat, cui potuit pſtare pietatis cã, vel alia de cã, vt
euenit in ſeruis, qui domi retinentur,& cõtigit in Cy-
ro Cãbyſis Perſæ, & Mandanes filiæ Athagis Regis
filio. quẽ expoſitum Spaco Mithridatis regij bubulci
vxor aluit, educauit, & vti filio alimẽta ſubminiſtra-
uit. Et in Romulo,& Remo euenit quos in Tyberim
expoſitos Acca Laurẽtia cuiuſdã paſtoris vxor, beni-
gne tanquam filios nutriuit non enim hi, multique
alij ab extraneis ceu filij aliti, & educati, continuo
eorum filij iudicati ſunt.

CONCLVSIO DCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Filiationem, an probent multæ coniecturæ, & præſumptiones ſimul iunctæ.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur per coniecturas, & præſumptiones ſimul iunctas. Contra. num.4.*
Duæ præſumptiones faciunt plenam probationem iunctæ cum alijs indicijs, ibi.
Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. ibi.
2 *Nominatio, & tractatus filiationem probant.*
3 *Ad probandam filiationem etiam adulterinã ſatis eſt probare patrem adulterini domi eum aluiſſe, nominaſſe filium, & inſtituiſſe: præſertim ſi accedat fama viciniæ.*
5 *Filiatio non probatur ex nominatione incidenter facta, ex teſtibus de auditu, & cohabitatione.*
Teſtes de nominatione, de educatione, fama, & legitimitate non probant filiationem, ibi.
6 *Antoninus pius nihil in bellicis, vel in ciuilib. negotijs agebat, de quo non prius conferret cum grauibus viris.*

Non Inelegans, nec inutilis, ſed egregia, & fru-
ctuoſa eſt illa Doctorum diſputatio, qua
ſolet ambigi, an vbi coniecturæ, & præſumptiones, q̃
ad probandam filiationem conducunt, ſingulæ non
ſufficiunt, ſaltem ſi multæ ſimul coniungantur, filia-
tionẽ probare poſſint. In hac quæſtione fuit vna ſcri-
1 bentiũ ſnĩa, qua tradidere † has præſumptiones ſimul
iunctas vtiq; probare filiationẽ. Huius ſententiæ fuiſ-
ſe video Accurſ.in l.2.in prin.ff.de excuſ.tut. vbi aſſe-
rit duas præſumptiones facere plenã probationẽ iun-
ctas cũ alijs inditijs: nã, vt ibi dicit Accurſ.in verb.le-
gitimis. Quæ nõ proſunt ſingula, multa iuuant, & qñ
cõcurrit tractatus,& fama, ex his filiationẽ probari,
rñdit Nat.in cõſ.235.nu. 3. & cũ concurrit inſtitutio,
nominatio,& legitimatio, conſuluit Gozad. in conſ.
12.n.23.& in cõſ.13.n.53.vt & placuit Dida. in tit.de
ſpõſ.in 2.par.c.8.§.3.n.7.in prin. ſic cõſiderat, & Burſ.
2 in cõſ.88.nu.7.in fi. † & in cõcurſu nominationis, &
tract. tradidit gl.in c.per tuas, in 2.gl.& ibid. But.nu.8.
de prob. atq; Prępoſ.in c per tuas.nu.9.qui fil. ſint leg.
& idẽ Butr.in c.trãſmiſſæ,nu.10.col.1.in fi. verſ. dico
quod qñ concurrit, eo.tit. hanc eandẽ partem tuetur
Paris.in conſ.10.nu.68.vol.2.quã etiam probat Barb.
in conſ.27.col.3.nu.25.& plur.ſeq.vol.1. quod latius
confirmat Anch.in cõſ.225.nu.3. in fi. & ſeq. dicens
3 † ad probandã filiationẽ etiã adulterinã ſatis eſſe pro
bare, patrẽ adulterini domi eum aluiſſe nominaſſe fi-
lium,& inſtituiſſe, præſertim ſi accedat fama viciniç.

Non tamen deſunt plurimi, qui à contraria ſtetere
4 ſententia, † etenim in ea hypotheſi, ſuper qua conſul
tũ eſt à Ruin.in conſ.52.nu.4.& ſeq.vol.5. tria cõcur-
rebant, ſcilicet, nominatio incidẽter facta de filiatio-
ne, educatio in domo nominantis,& tractatio, & ta-
men in ea manſit opinione, filiationẽ, aut quaſi poſ-
ſeſſionẽ non poſſe dici legitimè probatã, prætereà in
eiuſdem conſ.62.vol.2.concurrebat itidẽ nominatio
5 incidenter facta, teſtes de auditu,& cohabitatio; † &
concludit ex his filiationem non fuiſſe probatã, quin
ẽt in Rimin.themate, in conſ.289. vol. 2. aderant te-
ſtes de nominatione, de educatione, fama, & legiti-
mitate: & colligit non probari, idem cenſit Iaſ.in cõſ.
102.vol.4.vbi cõcurrebant nominatio incidenter fa-
cta,& educatio in domo per multos actus, ſic quoq;
ſenſiſſe vr̃ Nat.in cõſ.473. vbi aderat confeſſio vnius
parẽtis,& fama. In hac re qd ſit ſentiendũ nõ facilè di
xerim, ſed prudẽtis aduocati cõſilio reliquerim; q re
diligentius inſpecta, prudentũ cõſilijs acquieſcẽs, ſine
vllo negotio cãm totã, quã præ manibus habebit, ex-
plicare

Digitized by Google

6 plicare poterit † Antonini Pij veſtigijs inſiſtẽs, qui nihil, vel in bellicis, vel in ciuilib. negotijs agebat, de quo non prius conferret cũ grauib. viris, dicens, Aequius eſt, vt ego tot taliumque amicorum conſilium ſequar, quã vt tot, taleſque amici meã vnius ſequantur voluntatem multum abhorens à quorundã ingenio, qui conſulto pileo ſuo dicunt: vos ſedulo cõſulitis, ſed aliud mihi ſuadet pileum meum; vt ſcriptum reliquit Iulius Capitol.

CONCLVSIO DCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto articuli ſint concipiendi ſuper probatione filiationis.

SVMMARIVM.

1 *Ad filiationem probandam duo debẽt formari articuli ab aduocatis, vnum de proprietate filiationis, alterum de communi opinione filiationis, in quo ponatur, quod talis fuerit in quaſi poſſeſſione filiationis, & pro filio talis habebatur, & iudicabatur.*

2 *Filiationis quaſi poſſeſſio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

3 *Sup filiatione cauti aduocati faciũt tres articulos, et quos.*

4 *In probatione filiationis, ſi vnus articulus non probatur, ſatis eſt quod alius probetur.*

5 *Filiatione probata non habetur probatum talem eſſe filiũ legitimum, ſed legitimatio & filiatio probari debet, & vtrunque conſtare.*

6 *Ad probandã filiationem teſtes tres, vel etiã duo ſatis ſunt.*

7 *Teſtes ſuper filiatione probanda deponentes debent eſſe conteſtes.* Contrarium nu. 8.

9 *Ad probationem filiationis admittuntur teſtes affines, & cõſanguinei illius, qui aſſeritur filius alicuius, mulieres, & impuberes.* Contrarium nu. 10.

11 *Teſtes habentes affectionem ad eũm non ſunt idonei teſtes.*

12 *Pauper, & vilis conditionis non eſt idoneus teſtis ad probandum filiationem, niſi ageretur de tractatu, & nominatione filiationis occultæ, & celatæ.*

13 *Filiatio concluditur per teſtes ſi dicant, ꝙ viderint tales ſe pro talibus inuicẽ habere, & tenere, & quòd pro talibus tenebantur, & putabantur à vicinis, atque notis.*

14 *Teſtes ſuper filiatione interrogati deponere debent de actibus, quibus filiatio probatur.*

15 *Teſtis ſuper filiatione ſi dixerit, quòd viderit talem matrẽ grauidam a tali, & peperiſſe filium, qui eſt talis, filiationem probat.*

16 *Filiationem probabit teſtis, ſi rationem ſui dicti aſſerens, dicat ſe Titium Caij filium eſſe ſcire, quod vicinus ſit.*

17 *Filiationem probabit teſtis, ſi deponẽs aſſeruerit, ſe pro certo ſcire hunc illius eſſe filium, licet certo id ſcire nõ poſſit.*

18 *Teſtis ſuper capitulis filiationis, ſi deponat de auditu licet plene non probet, transfert tamen onus probandi in partem aduerſam.* Contrarium nu. 19.

20 *Teſtes ſuper filiatione deponentes de auditu debent eſſe perſonæ graues.*

21 *Teſtis ſuper filiatione concludit, ſi deponit per verbum credo.* Contrarium nu. 22.

23 *Teſtimonium credulitatis non infringitur, ſi teſtis bonã rationem reddiderit concludentem filiationem.*

24 *Teſtis ſuper communi opinione vulgi credentis Titiũ eſſe filium Sempronij, ſatis eſt, quod dicat ipſum filium eius haberi, & putari communiter ab omnibus.*

25 *Teſtis ſuper filiatione ſi dixerit, quod vidit, quòd Titius erat filius Martini, non probat.*

26 *Teſtes deponentes ſuper quaſi poſſeſſione filiationis, quando capitulatum eſt de vera filiatione, non probant.*

27 *Teſtes ſuper filiatione ſi dicant aliquem tanquam filium fuiſſe nominatum, & tractatum, per illud verbũ tanquã, inferunt non fuiſſe filium, ſed vti filium habitum.*

Filiationis probandæ cõiecturas huc vſq; tradidiſſe nobis in pſẽtia ſit ſatis, harum materiam recto ordine illud excipit. Quo pacto ſcilicet articuli ſint concipiẽdi, ſuper eiuſdem filiationis probatione. Quocirca, vt id breuiter expediam, Bar. in l. 1. §. idem per contrariũ, nu. 4. ff. de libe. agnoſ. docuit, aduocatos duos debere formare articu-
1 los ad hanc probandã filiationem, † vnũ ſcilicet de proprietate ipſius filiationis, in quo dicat̃ talem nempe Caium eſſe filiũ Titij: alterum vero de communi opinione filiationis in quo ponatur, ꝙ talis fuerit in quaſi poſſeſſione filiationis, & ꝑ filio talis habebat̃, & iudicabat̃, hoc idem confirmauit Bart. in l. 1. §. 1. nu. 3. ff. de quæſtio. & in l. 1. nu. 3. C. quor. bonor. & in l. filiũ definimus, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. id præterea tradidit in l. non nudis, C. de prob. Bar. conſulendo ſequutus eſt Alex. in cõſ. 51. viſo & diſcuſſo proceſſu, nu. 2. vol. 1. cui accedit Barb. in conſ. 14. nu. 36. vol. 3. eidẽ adhæſit Bertr. in cõſ. 26. nu. 5. in 2. par. vol. 1. cuiq; ſe ſubſcripſit Marſi. in l. 1. §. ad quæſtionem, nu. 33. ff. de quæſt. atque Dec. in c. per tuas. nu. 9. de prob. & Rui. in conſ. 53. nu. 4. vol. 5.

Verumtñ Alex. in d. conſ. 51. nu. 2. vol. 1. arbitratus eſt ſatis eſſe, ſi vnus tñ probetur articulus, hoc eſt,
2 † quaſi poſſeſſio filiationis, eo ꝙ huiuſmodi quaſi poſſeſſio transferat onus probãdi contrariũ in aduerſariũ, per ea quæ notata ſunt in d. l. non nudis, & l. nõ epiſtolis, C. de prob. & ꝙ ex eo onus contrariũ probãdi trãsferat̃ in aduerſariũ voluit Sal. in d. l. nõ nudis, in fi. ꝙ ſequutus eſt & Iaſ. in l. neq; ꝓfeſſio. C. de teſta. idẽ ſenſit conſulendo Soc. in conſ. 39. nu. 1. & in cõſ. 89. nu. 6. vol. 1. idem decidit Affl. in dec. 25. in prin.

Longè tñ ſecus ab his ſenſit Iac. But. in l. quidã. ff.
3 de prob. † vbi ait cautos aduocatos facere tres articulos, vnũ ꝙ Titius ſit filius Sempronij natus ex eo, & Berta eius vxore in domo ſua vicinis ſcientib. Secundum ꝙ Sempronius, & Berta tractauerint eũ vt filiũ. Tertium quod vulgi opinione putabatur pro filio.

Ego verò in ea ſum opinione, vt ſentiam, vnũ articulũ ſatis eſſe, vt ſupra diximus. Et licet Bar. in l. filiũ definimus, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. multa accumulet ad probandam filiationem, tñ aduertendũ eſt, Bar. & ibi Doct. non intelligere, ibi poſita copulatiuè debere probari, ſed ad cautionem illa tradunt,
4 † vt ſcilicet ſi vnus articulus non probetur, ſatis ſit, ꝙ alius probetur. Barto. ita declarat Alex. in d. conſ. 51. ſub nu. 2. quam declarationem vti inſignem cõmendat, & ſequitur Iaſ. in conſ. 14. ad obiecta. ſub nu. 6. verſ. non quoque obſtat, li. 1. idem ſequuti ſunt Dec. in conſ. 54. in fi. Fel. in c. per tuas, nu. 11. vſque ad fin. de probat. Soc. iun. in conſ. 86. nu. 40. vol. 2. vbi tamẽ ponit ſex articulos, quos inquit in probatione filiationis probandos eſſe, vel ſaltem tria requiri, hoc eſt, quod matrimonium præceſſerit, deinde quod tempore conceptionis vir, & mulier tenuerint cohabitationem: Poſtremò quod tractauerit eum pro filio.

Illud tñ non ita procedit in omnibus, nam proba-
5 ta filiatione † non habetur probatum hunc eſſe filiũ legitimum, ſed legitimatio & filiatio debet probari, & vtrunq; conſtare, aliter enim probatur filiatio, vt ſupra diſſeruimus, aliter legitimatio, de quo paulo poſt, ita inquit Iaſ. in conſ. 106. col. 6. verſ. quarto principaliter, vol. 1. vnde Alc. in tract. de præſum. regu. 2. præſump. 2. nu. 7. ait, ꝙ teſtes deponẽtes, ꝙ Titius tractabatur pro filio, quod non ſubauditur pro filio legitimo, licet contrarium conſuluerit Dec. in conſ. 54. ſub nu. 2. & 3. de quibus nos latius infra ſuo loco.

Poſt articulos cõceptos, teſtiũ ſuper eiſdẽ deponentiũ ratio habẽda eſt. Circa quos illa in primis cõſideranda ſunt, id eſt, teſtiũ numerus, qualitas, modi, quib. teſtes filiationẽ probare poſſint, & in quibus probẽt.
6 Teſtes itaq; † vt ꝙ propoſui re ipſa exequar, tres, vel ẽt duo ad probandã filiationem ſatis ſunt: ita reſpondit

Digitized by Google

ſpōdit Dec.in cōſ.272.nu.1.& ante eū Caſt.in l.erro-
re,ſub nu.5.verſ.ſed quot teſtes,C.de teſta.qb.accedit
Illuſtriſs.Card. Paleot.in celeberrimo tract. de noth.
& ſpur.c.25.nu.9.idem voluit Alb.in conſ.83.nu.28.
7 Verùm iſtud velim intelligas,vt pcedat† dūmodo
teſtes ſup filiatione probāda,deponentes ſint conte-
ſtes,ſecus ſi ſint ſingulares: vt rńdit Rim. in cōſ. 289.
nu.8.vol.2. & nominatim in teſte de cōſuetudine vi-
ri cum muliere deponente,quia ſolus erat: conſuluit
Soc.iun.in conſ. 86.num.38. vol.2. idem probat An-
guiſſol.Placent.in cōſ.79.nu.3.li.6. ꝙ adeo verū eſſe
ſenſit Alex.in cōſ. 74.nu.1.vol.2. vt teſtes ēt ſi plures
ſint & ſingulares,nihilominus nihil probent.
8 Quonim ſnīam † vī auctoritate ſua improbaſſe
Paul.Caſt.in conſ.151.ſub nu.1. verſ. ſecundo videtē,
volu.1.idem videtur probaſſe Alex. in conſ.51.nu.5.
vol.1.ſic placuit & Gozad.in conſi.15.num.32.in fi.
quem refert & ſeq.Alban d.conſ.83.nu.28.
Teſtes verò affines,vt de qualitate dicā, & conſan
9 guinei illius,† qui aſſeritur filius alicuius, mulieres &
impuberes admittuntur ad huiuſmodi probationē:
vt teſtatur Bertran. in cōſ.249.nu.1.vol.7. & ꝙ etiam
mater ſit idonea teſtis, cautum eſt ab Anch.in conſ.
225.nu.6.idem voluit Nat. de conſanguineis, in cōſ.
537.nu.47.ex quo etiam habemus ibidem nu.53.non
requiri quòd teſtes ſint omni exceptione maiores,
ſed ordinaria probatio ſufficiat.
10 In quo ſecus ſenſit † Rimin. in d. conſ. 289. nu.12.
& ſeq.vol.2.vbi in terminis concludit, quòd imo te-
ſtes requirantur omni exceptione maiores,quod pro
bat & Cæphal.in conſ.82.nu.46.
Quin etiam aſſeruit idem Rimin.in eo.loco,nu.7.
11 & 14.teſtes habentes, † vt ipſe ait affectionē ad cau-
ſam,non eſſe idoneos teſtes. loquēs in nutrice, & nu.
15.in eo,qui leuauit iſtum,qui dicitur filius, de ſacro
fonte,& nu.17.& ſeq.contra ſolicitatorem;item cō-
tra vitricum, vt ibi per eum.
Amplius,nec pauper,& vilis cōditionis ad probā-
12 dam filiationē † eſt idoneus teſtis,ſi credimus Socy.
iun.in conſ.86.nu.14.vol.2.niſi ageretur de tractatu,
& nominatione filiationis occultæ, & celatæ: quia
tunc admittuntur pediſſequæ,bubulci,nutrices,obſte
trices,& huiuſmodi:vt declarat Præpoſ.in c. trāſmiſ-
ſæ,ſub nu.9.qui fil.ſint legi. & contra hanc qualitatē
latè diſſerit idem Cæphal.in d.conſ.82.nu.46.
Aggredior nunc modos, quibus teſtes filiationem
concludere poſſunt,vel non poſſunt. Hi igitur multi-
13 plices ſunt, quorum primus eſt,† ſi teſtes dicāt, quod
viderint tales ſe pro talibus inuicē habere , & tenere,
quodque pro talibus tenebantur à vicinis , atque no-
tis,vt concludit Caſt. in d.conſ.151.col. 1.vbi latius,
vol.1.cui accedit Alex.d. cōſ.51.n.4.vol.1.& Rui.in
cōſ.51.n.17.ī fi.cū ſeq.vol.5.& in cōſ. 52.n.5.c. vol.5.
Quod velim intelligas;& limites,vt iſtiuſmodi te-
14 ſtes ita deponentes non probent,† niſi ēt interrogati
deponant de actibus,quibus filiatio probatur,de qui-
bus Dec.in d.conſ.54.col. 1.& Rui. in d.cōſ.52.nu.5.
vol.5.vbi tamen ſenſit , quòd de ijs deponere debeāt
etiam non interrogati,per ea, quæ ibi adducit.
Alius eſt modus probandi filiationē per teſtem,vt
15 ſi is dixerit,† ꝙ viderit talem matrem grauidā à tali,
& peperiſſe filium,qui eſt talis,iſte enim teſtis vtique
filiationem probat, etenim etſi filiatio potius ſub in
telligentiam,quàm ſub aliquem ſenſum cadat, quo-
niam tñ iudicium huiuſmodi intelligentiæ cōmuni
hominum notitia percipi poteſt,iccirco per oculorū
ſenſum probatur ; ſicut homicidium factum ad ſui
defenſionem:vt probat Dec.in d.conſ.53.col.2.in fi.
& in conſ.272.nu.1.& ſeq.
16 Imo † ſi teſtis etiam dixerit,rationem ſui dicti affe
rendo,ſe Titium Caij filium eſſe ſcire ; quòd vicinus
ſit,optimè filiationem probabit & ratum erit eius te-
ſtimonium:teſte Alex.in d.conſ.51.nu.4.vol.1.

Prætereà probabit ſi deponens aſſeruerit,ſe pro cer
17 to ſcire hunc illius eſſe filiū, † licet certo id ſciri non
poſſit.Cuius ratio eſt,qa intelligitur pro certo eo mo
do,quo ſciri poteſt, iuxta id ꝙ egregie docuit Bal. in
l.filiū definimus,in 1.lectur.nu.11. ff.de his, qui ſunt
ſui,vel alie.iur.& confirmauit Bar.in l.1.C. de peric.
nomi.li,1 1. quos ad idem allegat Fely. in c. per tuas,
ſub nu.17.de proba.idem confirmauit iterum Bal.in
conſ.437. Tinus habebat,nu.5. vol.5.
18 Inſuper probabit, † ſi teſtis deponat de auditu ſup
dictis capitulis,nā licet teſtimonium huiuſmodi ple
nè non probet,transfert tamen onus probandi in par
tem aduerſam:vt concludit Dec.in d.conſ.272.num.
3.ſic placuit Rui. in conſ. 51. nu.17. vol.5. Gozad.in
conſ.13.nu.15.atque Alb.in conſ.9.nu.11.
19 A contraria ſtetere ſnīa † nōnulli, vt Goza.in cōſ.
62.nu.4 & ſeq.vol.2.Soc.iun.in d.conſ.86.nu.24.vol.
2.& Cæphal.in conſ.82. num.43.in fi. & ſeq. vbi latè
contra teſtes de auditu, de tractatu matrimonij.
Verùm prior opinio poſſet procedere in antiquis
aliàs ſecus,ſi credimus Cæphal.in conſ.137.num.45.
idem ſenſit Iaſ.in conſ. 114.ſub num.6.verſ. ſecundo
reſpondeo,vol.1.
20 Eandem priorem opinionē limitabis , † & intelli-
ges,vt conteſtes deponāt de auditu requiratur,ꝙ ſint
perſonæ graues. vt cautum eſt ab Alex. in cōſ.82.nu.
6.vol. 1.idem voluit Alb.in d.conſ.83.nu.18.
21 Teſtis etiam ſuper filiatione cōcludit † ſi deponat
per verbum credo,vt placuit Aegid.in conſ.13.num.
37. nam probatio per teſtes in filiatione referēda eſt
potius ad credulitatem rationibus corroborandam
extrinſecus, quàm ad veritatem:ita ait Anchar. in c.
cum cauſam,nu.10 de iuram.calum.
22 Contrarium † ſenſere Rimi.in d.cōſ.289. nu.11.&
Soc.iun.in d.conſ.86.nu.36.vol.2.Quod certe regula
re eſt contra teſtem, vt eius teſtimonium de creduli-
tate non audiatur: vt docuit Accur.in l.2.§.antepen.
ff.de aqua plu.arcen.
23 Quæ poſterior ſnīa † locū non haberet, ſi teſtis bo-
nam rationem reddiderit concludentē filiationem,
nam tunc teſtimonium credulitatis non infringitur.
Ad hæc teſtis ſuper communi opinione vulgi cre-
dentis Titiū eſſe filiū Sempronij deponens ſatis erit,
24 ꝙ dicat,† ꝙ communiter ab omnibus eū cognoſcen
tibus habebatur, & putabatur filius eius, vt reſpon-
ſum eſt ab Alex.in d.conſ.51.nu.4.vol.1. vbi teſtē re-
fert huius ſententiæ Bar.in l.1.per illū tex.C.de teſti.
& ibi Bal.in 10.queſt.Quod ſi ſic,vt diximus,non de-
poſuerit,non probabit, vt auctor eſt idem Alexan.in
conſ.25.nu.10.vol.4. vt & teſtatur Iaſ.in d. conſ.114.
ſub nu.6.uerſ.uel aliter & tertio,uol.1.
25 Quid uerò ſi dixerit, † ꝙ uidit , quòd Titius erat fi-
lius Martini,an probabit?In hac re negauit Bal.hunc
teſtem probare,in c.cum cauſam,nu.41.de teſtib.Nā
cùm iſta filiationis & paternitatis relatio ſit cognitu
difficilis,& ſi ſemper figas obtutum, nunquam ſis eā
inſpecturus , iccircò probari non poteſt ex aſpectu,
arg.l.quia plerunque,ff.de interro.actio. & l.Lucius,
ff.de condi.& demonſt.
Sic quoq; teſtes non probarēt,ſi articulus fuiſſet fa
26 ctus de quo paulo ante meminimus, † ſcilicet talem
filiū eſſe, vel fuiſſe talis, & ita de uera filiatione fuiſ-
ſet capitulatū,teſteſq; deponerent ſuper quaſi poſſeſ-
ſione filiationis:certe,vt diximus,nō probarēt,qa in-
terrogati de uno deponerēt ſuper alio : ut rńdit Caſt.
in cōſ.151.in prin.lib.1.ꝙ ēt fuit dictū Iaco.de Aret.
in l.1.ff.de proba.quē refert, & ſequit Alex. in d.cōſ.
51.ſub nu.5. verſ.nō obſtat etiam dictum Iac. uol. 1.
27 Neq; illud prætereo , † quod ſi teſtes dicant tanq̄
filium fuiſſe nominatū,uel tractatum, illud uerbum
tanquam , notare & inferre eum non fuiſſe filiū , ſed
uti filium habitum : ut optime conſiderat Rim.in d.
conſ.289.nu.40.& ſeq.uol.2.loquens in ſpurio,q tra-
ctabatur

probabatur, vt filius legitimus, ex his prudens lector colligere poterit modos, quibus teſtes filiationẽ probẽt, & in quibus ijdem probent, vel non probent.

CONCLVSIO DCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Filius legitimus qua ratione probetur.

SVMMARIVM.

1 *Filiũ legitimum eſſe probatur ex eo, quod natus ſit ex maſculo, & fœmina ſimul cohabitantibus, licet ex tali cohabitatione nõ præſumatur alias matrimoniũ niſi probetur.*
2 *Filius legitimus probatur etiam ſi tempore conceptionis vxor adulteris ſe ſe ſubmitteret.*
3 *Filius non probatur legitimus, quando probaret mulier, quod ex viro ſuo non potuiſſet concipere.*
4 *Filiũ eſſe pbatur ex eo, q natus ſit ex legitimo matrimonio.*
5 *Legitimus dicitur qui naſcitur etiam ſi matrimoniũ inter parentes eſſet prohibitum contrahere, cum ipſi, vel vnus ex ipſis contrahentibus id ignorabat.*
6 *Filij nati ex clandeſtino matrimonio eorũ, inter quos propter conſanguinitatem, vel aliud impedimentum conſiſtere, non poterat, non ſunt legitimi.*
7 *Matrimonium, vt non dicatur clandeſtinè cõtractum ad effectum, vt filij legitimi reputentur, ſufficit, quod contractum ſit palam, & in facie eccleſiæ conuocatis amicis, & nemine ſerioſè excluſo.*
8 *Requiſita in c. cum inhibitio. non ſunt de forma, & eſſentia matrimonij, & legitimationis prolis, ſed tantum de ſolemnitate, & ad decorem ipſius introducta.*
9 *Legitimus nõ probatur ex legitimo matrimonio, q cõceptus, eſt ex patre, & matre in captiuitate degẽtib. apud hoſtes.*
10 *Filium legitimum eſſe probatur ex aſſertione patris.*
11 *Actus inſtitutionis tanquam de filio conuenit legitimo, & naturali tantum, & non alteri filio.*
12 *Filiũ eſſe legitimũ probari põt p ſolam aſſertionem clerici.*
13 *Filium eſſe legitimum nõ probatur ex eo, quod pater aſſerat illum eſſe filium ſuum. Contr. nu. 14.*

Explicatis probationum formis, quibus quis probatur filius, diſcutiendum nunc eſt nobis, qua ratione filius legitimus probetur. Filium itaq; † legitimum eſſe natum probatur
1 eo, quòd natus ſit ex maſculo, & fœmina ſimul cohabitantibus, licet ex tali cohabitatione non præſumatur aliàs matrimonium, niſi probetur, teſte Abb. in c. lator, per glo. ibi qui filii ſint leg. quem ſequitur Fely. in c. per tuas, nu. 17. verſ. ſeptimo nota, de prob. idem voluit Bertrand. in conſ. 221. in 1. par. vol. 2. idem cenſuit Iaſ. cum adductis in conſ. 168. num. 1. vol. 4. idem placuit Mar. Soc. in conſ. 29. nu. 17. vol. 2.

2 Quòd amplia procedere, † etiamſi tempore cõceptionis vxor adulteris ſeſe ſubmitteret: vt auctor eſt idem Abb. in c. cãm quæ. nu. 2. qui fil. ſint leg. & Bert. d. conſ. 221. nu. 2. per tex. in l. miles, §. defuncto. ff. de adult. cũ alijs ibi collectis, idem reſpondit Iaſ. conſil. 125. nu. 1. dũmodo eo tpe, quo natus fuit filius, mulier viri ſui cũ domicilio, tum commercio vteretur. vt tradit Hip. Marſ. in l. 1. §. ad quæſt. nu. 34. ff. de quæſt.

3 Iſtud limitabis locum ſibi non vendicare, † quãdo probaret mulier, quòd ex viro ſuo non potuiſſet concipere, quia octogenarius ſit, & ageretur de ſucceſſione auferenda, hoc nempè caſu huiuſmodi præſũptio cohabitationis non attenditur nec admittitur, vt cõſuluit Mar. Soc. conſ. 88. nu. 45. vol. 2.

4 Filium præterea legitimum eſſe probatur ex eo, † q natus ſit ex legitimo matrimonio: vt expreſsè dicit Bal. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. &c. & docuit Bart. in l. Titia, col. 1. ff. ſol. mat. quib. accedit Iaſ. conſ. 106. col. 2. verſ. quarto princ. vol. 1. idem teſtatur Ruin. conſ. 65. volum. 2.

Id amplius velim pcedere, etiamſi huiuſmodi ma
5 trimonium eſſet inter eos prohibitũ contrahere, † ſed tamẽ ipſi, vel vnus tñ ex ipſis cõtrahentibus id ignorabat: qa tunc, qui ex illis naſci ur dr legitimus, vt colligitur. c. 2. & c. ex tenore, & ibi DD. qui fil. ſint legit. de quo pulchrè Dec. in cõſ. 153. ferè per totũ, quẽ ad hoc, vt patrẽ ſuũ citat Io. Coraſ. in l. qui libe. nu. 51. ff. de rit. nup. etiam ad ſuccedendũ non ſolùm illi ex parentib. qui fuit in bona fide, ſed ẽt illi, qui ſciebat ſubeſſe impedimentũ, & conſequenter, q erat in mala fide, qñ vnus, & idem nõ põt eſſe pro parte legitimus, & pro parte illegitimus: vt probatur in d. c. ex tenore, vbi agitur de hæreditate eius, qui ſciebat impedimẽtum matrimonii, & tum pp ignorantiam, & bonã fidem alterius filius indè natus admittitur ad talẽ hęreditatem, vti legitimus, & ita ibi dixit Hoſt. & ſequunt alii Doct. & eſt * cõmunis ſententia, reprobata Cyn. & Rui. opinione contrariũ tenẽtium, vt teſtatur Iaſ. in cõſ. 156. col. 2. & in cõſ. 168. 3. & 4. col. lib. 4. & Soc. iun. in conſ. 39. nu. 8. verſ. & plus dico. & cõſ. ſeq. li. 3.

Sublimita prædictam ampliationem, qñ tale matrimoniũ fuiſſet ſecretum, & clandeſtinè contractũ, & nõ in faciẽ Eccleſiæ cũ denunciationib. requiſitis,
6 † quia tunc filii nati ex clandeſtino matrimonio eorũ, inter quos pp conſanguinitatẽ, vel aliud impedimentũ cõſiſtere nõ poterat, nõ ſunt legitimi, neq; pro talibus iudicari dñt, etiam ſi parentes eſſent in bona fide, & ignorarent ſubeſſe impedimẽtũ, vt habemus in c. cũ inhibitio. §. 1. de clandeſt. deſponſ. & ibi ſcribentes: nã dr in illo tex. in princ. quòd qñ contrahunt matrimonia, debent in Eccleſia publicè poni banna, vt liceat cuiq; de iuſto impedimẽto opponere, ſed ſi clandeſtinè matrimoniũ, ſubdit tex. in d. §. 1. contractũ ſit, & poſteà appareat impedimentũ, filii indè nati non dñr legitimi, & ſi cõtrahentes dicant ſe ignoraſſe tale impedimentũ, quia vident fuiſſe illius ignorãtiæ affectatores, & ita cõſulẽdo rñdit Maria. Soc. in cõſ. 86. diſputat in pñti. nu. 47. & 48. cũ ſeq. vol. 2.

Declarẽs hæc, quo ad hoc, vt matrimoniũ in propoſito non dicatur clandeſtinè contractum ad effe-
7 ctum, vt filii legitimi reputentur, ſufficiat, † q contractũ ſit palã, & in faciem Eccleſię, cõuocatis amicis, & nemine ſerioſè excluſo nec opus ſit emanatione bãnorũ: vt terminis impedimenti affinitatis ſeu conſanguinitatis, reſpondit Oldr. in conſ. 256. Clemens Epiſcopus nu. 4. & ſeq. de quo etiam per Abb. in d. c. cum * inhibitio. nu. 9. & hæc eſt * communis opinio Theologorũ, & canoniſtarũ; ſic teſtante Io. Lup. in ſuo tractã. de matr. in 2. par. prin. n. 14. de qua re nos infra fuſius in concl. matrimonium clandeſtinum dicemus.

8 Intereà hic te monitũ velim, † q requiſita in d. c. cũ inhibitio nõ ſũt de forma, et eſsẽtia matrimonii, et legitimationis prolis, ſed tñ de ſolẽnitate, & ad decorẽ ipſius introducta: vt poſt Theolog. & canoniſt. per eũ citatos, pdidit Grã. in cõſ. ciuil. 168. per tot. & hãc
* eſſe * cõem ſcribentium opinionẽ firmat Io Lup. loco proximè citato in tract. de matr. 2. par. prin. nu. 14. merito omiſſio prædictarũ ſolẽnitatũ nihil detrahit.

9 Concluſionẽ limitabis, † vt quis legitimus nõ probetur ex legitimo matrimonio, quando cõceptus eſt ex patre, & matre in captiuitate degentibus apud hoſtes, vt apud Saracenos, aut Turcas, & reuerſus ſit cũ matre ſola, eo quòd pater ibi ſit mortuus apud hoſtes nam fingitur ſine patre natus: vt de hoc extat hypotheſis egregia in l. 1. C. de capt. & poſtl. re. vbi etiam gl. iſtiuſmodi, vocat ſpurium, non legitimum: huius quoq; meminit Accurſ. in l. Gallus. §. ſi eius, in verſ. excludatur, propè fi. ff. de lib. & poſt. atq; Io. Caccial. in l. ſi qua illuſtris. nu. 11. ver. reſume igit. C. de Orfic.

10 Inſuper filiũ legitimũ eſſe, † probatur ex aſſertione patris, vt ĩ legato facto: vt lego vnũ florenũ filio meo Titio p legitima iure naturę ſibi debita: nã p iſta verba pbatur filiũ eſſe legitimũ, & eſſe in poteſtate: ita patet ex adductis ab Alc. in tract. præſ. reg. 2. præſ. 2. n. 6.

Quẽadmodũ ẽt ex eo poterit probari, quòd pater eius

eius eum inſtituit tãquam filium ſuũ : nam iſte actus
11 tanquam de filio † cõuenit legitimo & naturali tñ,
& non alteri filio qui poteſt præteriri, teſte Ruin. in
conſ.109.nu.39.vol.3. quod etiam illud comprobat,
quod appellatione filij in dubio intelligitur de legiti
mo & naturali: vt habetur in l.ex facto,§.ſi quis roga
tus,ff.ad Trebel.& ſup.latiùs à nobis dictum eſt.

12 Ad hæc † filium eſſe legitimum poterit probari
per ſolam aſſertionem clerici, parentes ſcilicet con-
traxiſſe matrimonium in faciem Eccleſiæ: vt ait Iaſ.
in conſ.168. nu.1.vol.4.

Contra verò filium legitimum eſſe non probatur
13 ex eo, ꝙ pater aſſerat illum eſſe filium ſuum, † nam
non præſumitur propter hoc legitimus, niſi in caſu
auth.ſi quis liberos,C.de natur.lib.vt tradit Alc.trac.
de præſumpt.reg.2. præſum.2.nu.6. ad quod pulchrè
& latè tradentem conſulas Iaſ.in conſ. 166.col.12.in
medio.vol.1.& ibi per eum dicta.

14 Contrarium † conſuluit Bal.cõſ.437. incip. Titius
habebat heram.nu.3.vol.5. & pro Bal. facit illud, ꝙ
nuper tradidimus, quod appellatione filij in dubio,
intelligitur de filio legitimo,& non naturali:vt habe
tur in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, ad Treb. id voluit
& Rui.conſ.109.nu. 38.vol.3.

Sic ẽt filium,quem nõ eſſe natum legitimũ probat̃
per inſtr̃m legitimitatis:vt placuit Bal.in l.2. per illũ.
C.de iur.aur.an.lib.10.cui accedit Dec.in l.non vr̃,ff.
de reg.iur.nu.2.idem ſenſit Alex.in l.1.nu.8. ff.de no.
ope.nun.idem repetijt Bal.in l.eam quam.nu.36.ver.
ſed pone quidam,C.de fideic.quem refert Alc.in tra
cta.præſumpt.reg.2. præſump.2.nu.6.& Horma noct.
Dec.in l.ex hoc edicto.nu.9.ff.de no.ope.nunc.

CONCLVSIO DCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Filiatione probata, an etiam probata intelligatur legitimitas.

SVMMARIVM.

1 *Filiatione probata continuo probata cenſetur legitimitas.*
2 *Nemo ſpurius, ſed potius, vel legitimus, vel naturalis ex concubina præſumitur.*
Quilibet legitimus cenſetur, & qui contrarium aſſeruerit, probare debet ibi
3 *Vbi vir & vxor aſſeuerant aliquem eſſe filium ſuum, intelligitur, quòd aſſerant eum filium eſſe legitimum.*
4 *Filiatione probata non dicitur probata legitimitas.*
5 *Fili nomen eſt generis nomẽ, & licet poſita forma ſequatur genus, non tamen conſequitur, vt ſi ponat genus, ponatur & ſpecies.*
6 *Filius eſt naturæ nomen.*
7 *Filius non præſumitur legitimus, niſi probetur.*
8 *Qui allegat ſe filium & legitimum. ſi eſt in quaſi poſſeſſione filiationis & legitimitatis, nõ habet probare aliter ſe eſſe talem.*
9 *Qui agit vt filius legitimus, probare debet nedum filiationem, ſed etiam legitimitatem.*
10 *Nominatio nullius eſt ponderis, quando filius nominãtis agit, & petit tanquam filius, & eius fundamentum eſt filiatio, quia qui dici probare debet.*
11 *Quando filius vult auferre hæreditatem ab alio, non ſufficit ei præſumpta probatio filiationis per tractatum & nominationem.*
12 *Pro filio præſumendum eſt quando conuenitur, & ab eo aliquid petitur à proximiore illius, cuius iſte dicit ſe filium & hæredem.*
13 *Qui allegat ſe filium alterius, & legitimum, ſemper is debet probare ſe eſſe talem.*
14 *Filius ſi poſſideat hæreditatem, & cõueniatur à proximis defuncti, & negetur legitimus, debet probare matrimonium inter defunctum & matrem ipſius rei conuenti.*
15 *Filium legitimum fuiſſe ſatis probabile videtur, quando ſumus in antiquis, & exhibeantur inſtrumenta quæ dicant talem filium talis.*
16 *In iudicio poſſeſſorio ſufficit ſemiplena probatio.*
17 *In quocunque iudicio quãtumcunque ſummario ſemper perſona eſt legitimanda plenè.*
18 *Quando principaliter, & in iudicio deciſorio quæritur de filiatione ac legitimitate, non ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis & legitimitatis, ſed adhuc probare oportet.*
19 *Tunc dicitur principaliter agi de filiatione, quando contenditur ſuper hæreditate aliqua relicta alicui tanquam filio & legitimo.*
20 *In deciſorijs petitorij non ſufficit poſſeſſorium.*
21 *Principaliter tractari de filiatione dicitur etiam qñ filius ageret contra patrem, petendo declarari ſe filium ſuum.*
22 *Quaſi poſſeſſio filiationis non ſuffragatur circa ea, quæ ſunt magni præiudicij, vt eſt hæreditas.*
23 *Quaſi poſſeſſione filiationis probata ſimpliciter ſub articulo de filiatione, intelligitur etiam de legitima.*
24 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit etiam in petitorio, ubi filius petit hæreditatem.*
25 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit ad probandam ẽt legitimitatem quando aliqua alia coadiuuantia concurrũt.*
26 *Quaſi poſſeſſio filiationis non ſufficit ad probandam legitimitatem, quando agitur etiam de fideicommiſſo vel hæreditate alterius, quæ erat apud dictum conſtituentem.*
27 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit, quando incidenter de filiatione & legitimitate quæritur.*
28 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit, quando filius contendit ſe manu teneri in ſua quaſi poſſeſſione filiationis.*
29 *Quaſi poſſeſſio filiationis probatæ per tractatũ vel nominationem ſatis eſt, qñ ſumus in præparatorijs iudicij.*
30 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit qñ filius petit alimenta.*

GRAUIS in præſentia ſeſe nobis offert diſcu-
tienda quæſtio in hoc argumẽti ge-
nere, ꝙ præ manibus habemus, an ſcilicet probata
filiatione ijs, quas hucuſque docuimus rationibus, in
telligatur etiã probata legitimitas. In qua ſcribentiũ
varia fuere ſtudia, multiplices voluntates, diſpariles
ſnĩæ. Plurimi namq; ijq; graues auctores in eã deſcẽ
1 dere ſnĩam,† probata filiatione, continuò probatam
cenſeri legitimitatẽ. In horũ turba anteſignanus eſt
Bal.conſ.437.nu.5.vol.5.vbi iñ vtranq; partem diſpu
tans,id affirmatè tenet, Bal.non longè inferior ſe ſub
ſcripſit Dec.in cõſ.54.ſub nu.52.quod ſenſit ẽt Alex.
conſ.51.num.2.vol.1.iſtis adhæſit Crau.in conſ.166.
in prin.hoc idem voluiſſe video Ruin. conſ. 109.nu.
38.vol.3.idem reſpondit Alc.in conſ.268.

Nec iniuria id tradidere iſti Doct. nemo enim ſpu
2 rius,† ſed potius vel legitimus, vel naturalis ex concu
bina præſumitur, ex l.ex facto, §. ſi quis rogatus, ff.ad
Treb.cuius ẽt rationis meminere nõnulli ex ijs, quos
modò retulimus.quinimò Præp.in c. liberi nu.6. qui
fil.ſint leg. concludit quẽlibet legitimũ cenſeri, & q
contrariũ aſſeruerit debere ꝓbare, ſic placuit & Nat.
3 conſ.537.nu.40. vnde meritò colligit, † ꝙ vbi vir, &
vxor aſſeuerant aliquẽ eſſe filiũ ſuum, intelligatur ꝙ
aſſerant eum filium eſſe legitimũ: nam filium defini
mus, quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant, teſte Vlpiano
in l.filiũ eũ definimus, ff.de his qui ſunt ſui, vel al.iur.

Verùm ijdẽ ferè, qui filijs, eorumq; legitimitati fa-
uere, ijdem inquam, quaſi immemores, quod antea
ſenſerant, in contrariam deſcendere ſnĩam, hoc eſt,
4 probata filiatione,† non dici probatã legitimitatem:
ex his vnus eſt idẽ Bal. q ſæpenumero aliud in mẽte,
aliud in ore vr̃ gerere. in conſ. 180. mortuo filio. nu.
3.vol.3.vbi aſſerit, ꝙ pater vel auus nominãdo aliquẽ
filiũ, vel nepotẽ legitimũ, non cenſeri talem, niſi ẽt,
vltra quaſi poſſeſſionẽ filiationis, ꝓbet̃ aliud antece-
dẽs, ſ. matrimonium, vel cohabitatio, & alia ſimili-

ter

ter coadiuuantia, vt idem ibidē dicit. idē cēnuit Rui.
in conſ.63.nu.5.vol.2. ſic placuit Alex. in cōſ.74.nu.
1.vol.2. ita confirmauit Nat. in conſ.421.nu.1. vbi re-
fellit Crau. aliter opinantē. idē apertius iterum aſſe-
ruit in conſ.473.nu.32. in fi.& ſeq. vbi multos eiuſdē
ſnīæ viros refert, & de communi teſtatur ſententia.
5 Quod & ea corroborat rōne n.31.† etenim filij no-
mē eſt generis nomē, alij enim ſunt legitimi, alij na-
turales, nōnulli legitimi & naturales, quidā ſpurij, de
quibus per gl. in c. niſi cū pridē, §. perſonæ, de renunc.
& Bar. in l. vlt. ff. de his quib. vt indign. & licet poſita
forma ſequat̄ genus, non tñ conſequitur, ut ſi ponas
genus, ponatur, & ſpecies, non enim quis rectè colli-
get, ſi dixerit, eſt animal, igit̄ eſt homo: nihil enim ob
ſtat, q̄n leo, equus, uel quodpiā aliud eſſe poſſit, ex Ac
cur. in l. ſi qd corū, §. interemptum, ff. de leg.3. quocir
ca teſtis deponēs de filio generatim, nō cenſet̄ depo-
ſuiſſe de vna ſpecie naturaliū filiorū, & legitimorū.
6 Præterea † cū filius ſit naturæ nomē, l. tutelas, ff. de
cap. dimi. eſt ὁμώνυμον tā ad filios illegitimos, q̄ legi-
timos: unde teſtis uerbū æquiuocū non concludit, ut
eſt caſus in c. in præſentia, de ꝓb. ergo ꝓbata filiatio-
ne per teſtē, non eſt probata legitimitas, ut hęc latius
proſequitur Natt. d. conſ.473.nu.31. cum ſeq.
Eandem poſteriorem ſnīam auctoritate ſua cor-
roborauere Iaſ. in cōſ.106.col.2.uol.1. Alc. reg.3. præ
7 ſump.1.nu.12. ubi ait † filiū non p̄ſumi legitimū, niſi
probet̄, & idem Bal. in conſ.206.nu.1.uol.3.& Cra. in
conſ.166.nu.3. in fi. ubi ait, quem præſumi naturalē.
Quid ſentiendū in tantis grauiſſimorū uirorū diſ-
ſenſionibus? quo pacto ſnīas iſtorū tuebimur, & à re-
pugnātiæ crimine uindicabimus? periculoſum quip-
pe eſt, nec minus arduū & difficile iudicare de ſentē-
tijs patrū uariātibus, ut ex auctoritate D. Hieronymi
in Danielē ſcribit Franc. Are. in cōſ.154. in prin. ſed
bene res ſe habet. multi namq; ſunt caſus, in quibus
horum utraque ſententia uera defendi poteſt.
8 Quorum primus eſt, † q̄n iſte, qui allegat ſe filium,
& legitimū, eſt in quaſi poſſeſſione filiationis ac legi
timitatis, quo caſu nō opus eſt ꝓbare aliter ſe eſſe ta-
lē, ut patet ex glo. in c. lator, in uerb. ꝓbare. qui fil. ſint
legit. dū inquit, in caſu illius decretalis filium illum
non probare ſe legitimū, q̄a ipſe erat in quaſi poſſeſ-
ſione filiationis, intelligēdo ſcilicet de legitima filia
tione: ut declarat Inn. ibidē quē ēt ad hoc citat Nat.
in d. conſ.421. ſub nu.2.& rectè quidē, ille enim habe
bat̄ pro filio, poſſidebat bona paterna, & natus fue-
rat ex ea, quæ credebat̄ uxor: ut ubi ſuprà dixit glo. in
uerb. probare legitimè. hoc idē probat Sal. in l. quidā.
in prin.& nu.1. cū ſeq. ff. de proba. idē uoluit Cæphal.
in conſ.82.nu.51. ſicq; declarat Dec. in l. ſi emancipa
ti. nu.4. C. de colla. cui accedit Alc. in conſ.9.nu.9.
9 Alter eſt caſus, † q̄n quis agit vt filius legitimus, nā
iſto caſu v̄r poſterior opinio procedere, vt is debeat,
ſe talem, qualem ſe fecit, probare: ſicq; nedum filia-
tionē, ſed ēt legitimitatē debet probare. in hac facti
ſpecie loquitur Ruin. in d. conſ.63. volu.2. & id nun-
cupatim conſiderat Grat. in conſ. 62.nu.9. vol.2. vbi
10 poſt Hoſtien. Fel. & Iaſo. concludit, † nominationē
nullius eſſe ponderis, q̄n filius nominātis agit & petit
tanq̄ filius, & eius fundamentū eſt filiatio; q̄a qui di-
cit, probare dēt, l. ei qui. ff. de ꝓba. & aperte idē aſſer-
uit Bal. in cōſ.180. mortuo filio. vol.3. ꝙ comprobat
Alc. de præſum. reg.3. præſum.38. ſub nu.8. verſ. ſecun
11 dus caſus eſt. & in terminis, † q̄n filius vult auferre
hæreditatē ab alio, ꝙ nō ſufficiat præſumpta ꝓbatio
filiationis per tractatū & nominationē, poſt Corn. ꝑ
eū citatum concludit Soc. iun. in conſ.86.nu.73.vol.
2. quanq̄ in hoc caſu ēt, q̄n filius petit hæreditatem,
reſpondit Alex. in conſ.51.& Dec. in conſ.54.
12 Tertius eſt caſus, † q̄n quis conuenitur, & ab eo ali
quid petitur à ꝓximiore illius, cuius iſte dicit ſe filiū
& hæredē; quo caſu multi ſenſere pro eo p̄ſumendū,
p̄ſertim Crau. in d. conſ.166. quod dr̄ etiam à glo. in l.
quidā. ff. de proba. & à gl. in d. c. lator. qui fil. ſint legi.
Attamen caſus iſte nō eſt tutus, & cōtrà, ſiue agat,
13 ſiue conueniatur, † ꝙ ſemper is, qui allegat ſe filium
alterius & legitimū, debeat probare ſe eſſe talē, poſt
Abb. in c. tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit. rñdit Ruin. in
conſ.52.nu.3. in fi. vol.3. cui accedit Natt. in d. conſ.
421.& in d. conſ.437. vbi quamplures concordes ci-
tat, & in primis Io. And. Butr. & Abb. in c. peruenit.
14 qui fil. ſint legit. volentes, † ꝙ ſi filius poſſideat hære
ditatem, & cōueniatur à proximis defuncti, de cuius
hæreditate agitur, & negetur legitimus, debeat ipſe
probare matrimonium inter defunctum & matrem
ipſiusrei conuenti, & in caſu d. conſ. 473. filius iam
fuerat factus Carbonianus poſſeſſor. Nattam refert
& ſequitur Burſa. in conſ.88.nu.5.
15 Quartus eſt caſus, † quādo ſumus in antiquis, & ex-
hibeantur inſtr̄a, quæ dicant talem filium talis; tunc
enim videtur ſatis probabile eum fuiſſe legitimum:
ſic concludit Alex. in d. conſ.51.vol.1.& in conſ.90.
vol.6. atque probat Nat. in conſ.255.col.2.& ſeq. idē
confirmat Cępha. in conſ.137.nu.45.
Quintus eſt caſus, quando agitur poſſeſſorio, tunc
enim v̄r iudicandum pro filiatione probata, ꝙ ſit le-
16 gitima.& ſufficiat quaſi poſſeſſio filiationis, † in iu-
dicio namque poſſeſſorio ſufficit ſemiplena proba-
tio, vt in hanc reſpondit ſententiam Alcia. in conſ.
625.nu.2.& ſeq. ſic intelligendo Alex. in d. conſ.51.
vol.2.& Dec. in d. conſ.54. vt quoque cōfirmat Burſ.
in conſ.98.nu.8.& ꝙ in iudicio poſſeſſorio leuior ſuf
ficiat probatio, docuit Bar. in l.1. C. quor. bonor.
17 Probabiliſtū non v̄r hic caſus, † nam in quocunq;
iudicio quantumcunq; ſummario ſemper perſona
eſt legitimanda plenè. vt tradidere Doct. in l. vlt. de
edi. diu. Adr. toll. imò pleniſſimè, vt de cōi teſtatur
Grat. in conſ. vlt. nu.39. vol.1. loquēs in hac materia.
Sextus hunc ſequitur caſus, q̄n principaliter, & in
iudicio deciſorio quæritur de filiatione ac legitimi-
tate, in quo quidē magna eſt Doct. cōtrouerſia: Pluri
18 mi etenim voluere, † non ſufficere quaſi poſſeſſionē
filiationis & legitimitatis, ſed adhuc oportet ꝓbare
ſe talem, vt cōcludit poſt Cyn. ab eo citatū Bal. in c.
per tuas. col.2. verſ. item hoc operatur hæc quaſi poſ-
ſeſſio filiationis. de prob. dicēs, hāc quaſi poſſeſſionē
nō ſufficere, niſi ad coadiuuandā probationē in alia
cā. hūc refert & ſequitur Iaſ. in l. neque profeſſio. nu.
2. C. de teſta.& in conſ. 102.col.3. in 5. fundam. vol.4.
idē ſenſit Bar. in l. non nudis. in 2. lect. C. de proba. de
quo meminit & eidem adhæſit idem Iaſ. in cōſ.106.
19 in fi. vol.1. vbi addit, † ꝙ tunc dicat̄ principaliter agi
de filiatione: q̄n contenditur ſuper hæreditate aliqua
relicta alicui tanq̄ filio & legitimo; quia ꝓximiores
defuncti dicunt eū nō eſſe talem, & hæreditatem ad
eos pertinere, ꝙ nec minus clarè explicauit Bal. in d.
cōſ.180. mortuo filio, ſub nu.3. verſ. p̄terea vbi agitur
de ſucceſſione. vol.3. inquiens, ꝙ vbi agitur de ſucceſ
ſione, in qua quis debet probare ſe filiū legitimū, nō
20 ſufficit quaſi poſſeſſio. † q̄a in deciſorijs petitorijs nō
ſufficit poſſeſſoriū, & eum ſic refert & ſequitur Alc.
de præſump. reg.3. d. præſump.38.nu.6.& 8. in prin. te
ſtatur hanc opinionem veram eſſe, & magis com-
munem, reprobata opinione Dec. in conſ.54. idemq;
ſæpe dixit conſultus de facto, vt patet in conſ. 201.
nu. 58. vbi concludit, ꝙ ex quo præſens illa quæſtio
ad iudicium petitorium pertinebat, non ſufficiat cō-
feſſio, & tractatus filiationis; reſpondit ex commu-
ni ſententia, & in conſ.625.nu.3. qui ſic interpretatur
Dec. in d. conſ.54.& conſ. 636. vbi etiam adducit ſi-
mile de dominio, quando ſufficit probari per poſſeſ-
ſionem, quando venit incidenter, ſecus ſi principali-
ter de eo agatur, teſte Barto. in l. quidam in ſuo. ff. de
condit. inſtit. adeo vt in iſto caſu nō ſatis ſit tractatus
filiationis, nec nominatio, vt ibi per eum. hāc etiam
partem

Digitized by Google

partem tuetur Didac.in tit.de ſponſal.in 2.par.c.8.§.
3.nu.6.verſ.ſi verò agatur. Alciatũ quoq; refert & ſe-
21 quitur Burſa.in d.conſ.38.nu.5.† Dicitur etiam prin-
cipaliter tractari de filiatione, qñ filius ageret cõtra
patrem; petendo declarari ſe filium ſuum: vt voluit
Alc.in d.præſump.38.nu.1.in primo caſu.

Eandem confirmat ſnĩam Pariſ. in conſ.11.nu.29.
22 vol.2.& in conſ.12.in fin.eo.vol. & ideo † circa ea,q̃
ſunt magni præiudicij, vt eſt hæreditas, nõ debet ſuf-
fragari quaſi poſſeſſio filiationis, auctore Caſtren. in
conſ.434. in prin.vol.1. eidem opinioni adhæſit An-
guiſſ.Placen. in conſ.29.nu.8. & ſeq.lib.6.huic ẽt ac-
cedit Cæphal.in conſ.127.nu.3.in fi.& ſeq.idẽ reſpon
dit Dec.in conſ.576.nu.10. & in conſ.320. quem ad
hoc etiam refert Cæpha.in conſ.82.nu.48.

Contrariam conati ſunt tueri ſnĩam quã plurimi,
quos refert & ſequitur Dec.in conſ.54.nu.3.etiam ad
effectum ſuccedendi & petendi,& obtinendi ſucceſ-
23 ſionem,† ſufficiat quaſi poſſeſſio filiationis,qua pro-
bata ſimpliciter ſub articulo de filiatione intelligit
ẽt de legitima,per Bat.in l. filium eum definimus.ff.
de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in l.1 §.idẽ per con-
trariũ.ff. de alim.legat. & in l. non nudis. in 1.lect.C.
de proba.& reuera hæc fuit mens Bar. ꝙ quaſi poſſeſ
ſio filiationis poſſit quoad omnia, donec contrariũ
probeť,vt conſiderat Caſt. in conſ.434. in prin.lib.1.
idem probant Sal.in d.l.non nudis.nu.2.C.de proba.
Soc.in conſ.89.nu.4.vol.1.Bald.in d. conſ.180.vol.3.
& de * communi cũ Dec.teſtatur Vaſq.Illuſtr.cõtro-
uer.c.85.ſub nu.20. Menoc.de arbit. iud. cauſ caſ.89.
nu.70.vbi etiam de * communi dicit,† ꝙ dicta quaſi
24 poſſeſſio ſufficiat ẽt in petitorio,vbi filius petit hære
ditatem,& plures idẽ ſentientes citat, & de * cõi plu-
res atteſtantes refert & ſequitur Burſa. parum ſibi cõ-
ſtans in conſ.89.nu.8.eandem cõprobat Alc.in conſ.
6.in fi.& de * communi teſtatur Pariſ. in conſ.10.nu.
69.& nu.109.& ſeq.vol.2.& licet communis ſit in cõ
trarium,vt ille ait, tñ etiam in petitorio ſufficit quaſi
poſſeſſio per tractatum, & nihil ſit in contrarium, vt
teſtatur & Boſſ.in ſua praxi crimi.in tit. de partu ſup-
poſ. nu.27. & ſeq. ab hac etiam ſtat ſententia Alb.in
conſ.83.nu.22.

Verum re diligentius inſpecta facilis erit iſtarũ diſ
ſenſionum reconciliatio. Vt igiť tollãtur horum au-
ctorũ lites, poterimus dicere, poſteriorem opinionẽ
potiorem eſſe, vbi non ſolũ concurrat ſimplex quaſi
poſſeſſio per tractatum vel nominationem, aut fa-
25 mam,† ſed vltra tractatũ concurrat ẽt alia coniectu
ra,ſcilicet fama vel confeſſio parentum; vt cõſiderat
d.præſump.38.nu.8.in 2.caſu.& cũ eo Didac.in d.tit.
de ſponſal.in 2.par.c.8.§.3.nu.6.in fi.& hanc declara
tionẽ,qñ aliqua alia coadiuuantia concurrant. ꝓbat
Cæph.in conſ.137.nu.8.ſic intelligendo Dec. & con-
cordantes in contrariũ citatos,vel qñ ageretur de ali
mẽtis,vel niſi ſimus in antiquis, vt in caſu ſuo nu.44.
& ſeq.idem tenent Fel.in d.c.per tuas.nu.15. de ꝓba.
Pariſ.in d.conſ.10.num.57.vol.2.& ante eos Alex.in
conſ.38.nu.7.& ſeq.vol.7.Saly. etiam in l. quidã.nu.
3.de probat.& in d.l.non nudis.nu.6. C.eo.atq; Fulg.
in d.l.quidem.nu.3.& ſeq.

Præterea poſſumus ẽt dicere, priorem opinionem
26 procedere,† qñ agitur ſolum de hæreditate, & bonis
illius, qui conſtituit filium in quaſi poſſeſſione filia-
tionis; ſecus ſi etiam de fideicommiſſo vel hæredita-
te alterius, quæ erat apud dictum conſtituentem: ita
declarat ẽt Alc.in conſ.201.nu.57.in fi.per l fideicõ-
miſſum.ff.de condi.& demon.& latius in d. cõſ.625.
in fi.verſ. & hæc ſententia maximè eſt tenenda. Alc.
refert & ſequitur Burſa.in d.conſ.88.nu.5.

27 Septimus hunc excipit caſus,† quando incidenter
de filiatione & legitimitate quæritur,tunc enim ſuffi
cit quaſi poſſeſſio filiationis: vt teſtatur Bald.in dicto
conſil.180.num.3.volum.3.alijque omnes modo re-
lati ſcribentes tradidere.

28 Octauus eſt caſus,† quando filius cõtendit ſe ma-
nu teneri in ſua quaſi poſſeſſione filiationis, etenim
tunc ſufficit illa quaſi poſſeſſio filiationis: vt conclu
dit Didac.in d.tit.de ſponſ.in 2.par.c.8. §.3.num.6.in
prin.& Alc.de præſumpt.d.præſump.38.in 3.caſ.

29 Nonus eſt caſus,† quando ſumus in præparatorijs
iudicij,nã tunc ſatis eſt quaſi poſſeſſio filiationis pro-
batæ per tractatum vel nominationem,teſte Cæpha.
in conſ.82.nu.48.& in conſ.137.nu.8.

Decimus extat caſus, quando filius petit alimẽta,
30 tunc namq; ad dictũ effectũ † ſufficit quaſi poſſeſſio
filiationis: vt auctor eſt Alcia.d.præſumpt.38.in fi.&
probat Didac. vbi ſup.& ante eos hoc tenuit Caſtr.
in conſ.434.in prin.lib.1.& placuit Cæpha.in d.conſ.
82. num.48.

CONCLVSIO DCCC.

ARGVMENTVM.

Quid opus ſit probare vbi vltra filiationem neceſſe ſit conſtare etiam de legitimitate.

SVMMARIVM.

1 *Ad legitimitatem probandam primò probandum eſt matrimonium verum vel præſumptum.*

2 *In probanda quaſi poſſeſſione matrimonij, probari debet Titiam & Caium, qui dicuntur parentes, tenuiſſe, tractaſſe, & reputaſſe ſe inuicem vt maritus & vxor.*

3 *Matrimonium præſumptum ſatis dicitur probatum, probando quod pater & mater habitabant ſimul, & ſe inuicem appellabant vir & vxor.*

4 *Matrimonium præſumptum probatur, ſi probetur fama populi vel viciniæ.*

5 *Matrimonium præſumptum probatur per tractatum.*

6 *Matrimonium de iure ciuili ex cohabitatione præſumitur, ſecus de iure canonico.*

7 *Matrimonium præſumitur ex cohabitatione, quantum ad legitimitatem filij.*

8 *Præſumptio non matrimonij elicitur, ſi mulier ſeorſum habitet a viro.*

9 *Teſtes ſuper matrimonio deponere debent, quòd illi duo ſe tractauerint tanq̃ coniuges, & maritus, & vxor, deponendo de actibus particularibus etiam non interrogati.*

10 *Species probationis filiationis triplex eſt.*

11 *Teſtes ſuper legitimitate dicere debent, talẽ fuiſſe nominatum filium legitimum & naturalem, vel tractatum & acceptum vt talem, vel fuiſſe communem vocem.*

Emergit ex hac modo diſcuſſa quæſtione alia dubitatio, in hac filiationis
et legitimitatis probãdę materia cognitu vtilis: Quid
vbi etiam vltra filiationem neceſſe ſit conſtare ẽt de
legitimitate, opus ſit ꝓbare. Quæ omnia, licet in ex-
plicandis filiationis concluſionibus quaſi aliud agẽ-
tes promiſcuè et varijs in locis tradiderimus, tamen
vt ſingulorum argumentorum materias à cæteris di-
ſtinctas habeamus, ea inquam diſperſa et diſtincta
colligentes, ſub vno aſpectu, ratione et diſtributione
ponemus; atque hunc laborem nunc excipiemus, vt
hoc labore lectorem leuemus.

1 Primò itaque loco † probandum eſt matrimoniũ
verum, vel præſumptũ, ſic mihi teſtis eſt Nat. in conſ.
537.nu.38. ita mihi probat Alex. in conſ.74. num.1.
vol.2.nec illud uerbum vel præſumptum, abundat, il
lud enim poſitum eſt, vt diſcrimen conſtitueremus,
quãdo tractatur principaliter de matrimonio, quod
plenè cõſtare debet, de quo per Natt. vbi ſup.nu.47.
et Soc. iun.in conſ.86. nu. 31. uol. 1. et ante eos tradi-

dit Saly. in l. quidam. nu. 1. ff. de proba. vbi concludit,
2 † ꝙ in probãda quaſi poſſeſſione probari debeat, Titium & Caium, qui dicuntur parentes iſtius, tenuiſſe,
reputaſſe, & tractaſſe ſe inuicem, vt maritus & vxor,
& hoc vbi ipſe filius non eſt in quaſi poſſeſſione filia
tionis legitimæ, vt ibi per eum. idem ſenſit Bald. in l.
non epiſtolis, n. 4. C. de ꝓb. vbi colligit reperiri quaſi
poſſeſſionē matrimonij & ſponſaliuin, & licet ipſe
in verſ. ſed nſiquid quaſi poſſeſſio matrimonij dicat.
quaſi poſſeſſionem matrimonij nõ probari per uerba
narratiua vel aſſertiua matrimonij, niſi ꝓbetur inter-
rogatio & rñſio, tñ id procedat quoad illud, vt probe
tur matrimonium principaliter, non aũt incidenter,
ſic etiam debet intelligi, ꝙ abundè tradidit idē Soc.
iun. in d. conſ. 86. col. 2. vol. 2. dum inquit, in proban-
do matrimonio non ſufficere leues coniecturas, vel
præſumptiones. loquitur vbi cum principaliter de eo
tractatur, vt de ſeparatione, ſicque latè probat Saly.
vbi ſup. nu. 3. verſ. ego autem.

3 Secundum verò, hoc eſt, † præſumptum matrimo-
nium, ſatis dr̃ probatum, probando, ꝙ pater & mater
iſtius habitabant ſimul, & ſe inuicem appellabãt vir
& vxor: vt tradidit Abb. in cap. lator, qui fil. ſint leg.
quem ad hoc refert & ſequitur Rui. in conſ. 63. in fi.
vol. 2. & confirmat Burſ. in conſ. 89. num. 7. vbi addit
4 idem eſſe, † ſi probetur ſama populi vel viciniæ, ꝙ
pro talibus putabantur; quia matrimonium hic inci-
denter deducitur, ſcilicet ad legitimãm ſucceſſionē
tantum. priorem partem probauit Alc. in conſ. 6. in
fi. iuxta doctrinam Bar. in l. filium cum definimus, ff.
de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.

Extat & alius modus probandi matrimoniũ ꝑſum
5 ptum, † ſcilicet per tractatum, non enim eſt tanta pręſumptio, ꝙ Titia ſit vxor mea ex eo, ꝙ vocem eam
vxorem meam, & illa me in virum, quanta eſt, quæ
ex hoc inſurgit præſumptio ex tractatu, vt ſi eam tra
ctabam honorificè in veſtimentis, alimentis, in eadē
menſa & lecto, vt inquit Bald. in l. non ignorat, nu. 5.
C. de iis qui accuſ. non poſſ. idē aſſerit Sal. in d. l. quidam, ſub nu. 3. ver. aut actor, cum ſeq. ff. de prob.

6 † Iſtud tñ de cohabitatione, ꝙ præſumat matrimo
niũ ex ea, verũ eſt de iure ciuili, ſecus de iure canoni-
co. teſte Cæph. in conſ. 82. nu. 62. ita voluit & Hiero.
Zanet. in tract. de differ. vtr. iur. nũ. 271. differen. 194.

Quod ẽt procedit, vt ex ea cohabitatione pręſuma
7 tur matrimonium, † quantum ad legitimitatem filij:
vt auctor eſt idem Cæph. in conſ. 48. nu. 17.

8 Præſumptio verò non matrimonij † elicitur, ſi mu
lier ſeorſum habitet à viro, vt teſtatur Socy. iun. in d.
conſ. 86. num. 26. in fi. vol. 2. & ibi ſub num. 40. addit,
quòd minimum requiratur cohabitatio tempore cõ
ceptionis, & repetijt nu. 44. de quo pulchrè per Natt.
in conſ. 473. nu. 36. in fi. & ſeq.

Præterea non eſt ignorãdum, ꝙ in hoc neceſſe ſit,
9 vt teſtes deponant, † ꝙ illi duo ſe tractauerint, tanq̃
coniuges, & tanquam maritus, & vxor; deponendo
de actibus particularibus etiam non interrogati: vt
placuit Rui. in conſ. 52. nu. 5. vol. 5. ita etiam pulchrè
ſcripſit Pariſ. in conſ. 13. col. 2. vol 2. huc quoq; perti-
nent, quæ tradidit Præp. in d. c. lator, nu. 8. qui fil. ſint
leg. vbi poſt alios concludit, ꝙ nõ probato titulo ma
trimonij, conſiderandum ſit, ſolam recentem coha-
bitationem, abſq; eo, ꝙ tractauerint ſe vt coniuges,
non ſufficere pro legitimitate, ſecus ſi probetur diu-
turna cohabitatio inter eos, ex quibus natus eſt iſte,
de cuius legitimitate tractatur, idem cum Præp. ſen-
ſit Nat. in conſ. 537. num. 43. & probat apertius idem
10 Præp. in c. per tuas, in prin. not. 1. qui fil. ſint leg. † quo
in loco ſcripſit triplicē eſſe ſpeciem probationis fi-
liationis, & legitimitatis. Prima communis opinio, ꝙ
talis eſt filius legitimus talis. Secunda aſſertio paren-
tum. Tertia tractatus, quòd matrem dicti pueri quis
tractat vt vxorem ſuam.

11 Poſtremò præcipuè neceſſe eſt, vt teſtes dicãt † ta-
lem fuiſſe nominatum filium legitimum & natura-
lem, vel tractatum & acceptum vt talem, vel de tali
fuiſſe communem vocem: vt ad hoc mihi teſtes ſunt
locupletiſſimi Alc. in d. conſ. 51. vol. 1. Dec. in conſi.
54 col. 1. Rui. in conſ. 51. nu. 17. in fi. vol. 5. & nuncu-
patim Præp. de quo nuper meminimus in d. cap. per
tuas, in prin. not. 1. qui fil. ſint leg. Quæ omnia fœcun
diora vberioraq; reddere poteris, ſi inſpicies ſuperio
res noſtras Concluſiones: & infra Concluſionem in
uerbo matrimonium ubi ſuus eſt materiæ locus: in
præſentia nõ progrediar vlterius, ne materias peruer-
tamus, ſed nobis ſit ſatis, quantum præſens argumen-
tum poſtulabat, hæc breuiter attigiſſe.

CONCLVSIO DCCCI.

ARGVMENTVM.

Quem deceſſiſſe ſine liberis an in dubio præ
ſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis dicit nullos alios eſſe hæredes, qui vult dicere contrarium probet.*
2 *Quem ſine deſcendentibus deceſſiſſe præſumitur, ſi aliter nõ probatur.*
3 *Vbi nõ probatur, quod quis habuerit filios, allegatio quod deceſſerit ſine filijs, neceſſario conuenit cum qualitate ſtatus hominis.*
4 *Aſſerens aliquem deceſſiſſe cum liberis, quomodo hoc debeat probare, & per quot teſtes, remiſſiuè.*
5 *Probato aliquem habuiſſe vnum filium, ſi agatur an habuerit plures, præſumitur illum tantum filium, & non plures habuiſſe.*

Filium vel ſubſtitutum, vel aliquem alium
deceſſiſſe ſine liberis in dubio præſu
1 mitur, † unde ſi quis dixerit hanc negatiuam, videli-
cet dico nullos eſſe hæredes, qui vult dicere contra-
rium, probet: ita aſſerit Glo. in l. cum de lege, ff. de
prob quam ad hoc allegat Iaſ. conſ. 34. num. 1. vol. 1.
vbi multa ſimilia in probanda negatiua adducit, nã
2 quẽ ſine deſcendentibus deceſſiſſe præſumitur, † ſi ali
ter non probetur, ex l. ex facto, §. ſi quis autem. & ibi
Bar. Ang. & Pau. Caſtr. ff. ad Trebel. & hoc maximè
procedit fauore fideicommiſſi, ut ait Ang. ibid. Sed
Ruy. in conſ. 109. nu. 37. vol. 3. inquit hanc præſum-
ptionem generaliter eſſe veram. Nam inquit, ubi nõ
3 probatur, ꝙ quis habuerit filios, † allegatio, ꝙ quis
deceſſerit ſine filiis, neceſſariò conuenit cũ qualitate
ſtatus hominis. Vnde qui ab initio contrarium dicit,
debet hoc probare, vt ex Bart. videre eſt in l. ſi prius,
nu. 3. in opp. 3. par. ff. de no. opc. nunc. & tradidit Bal.
in l. ex plena, C. de prob. & recentiores Senenſes in l.
qui duos. §. cum in bello, ff. de reb. dub. idem ꝙ ſcili-
cet præſumatur quẽ deceſſiſſe ſine filiis, voluit Alex.
conſ. 20. nu. 12. vol. 1. allegat §. pen. d. l. ex facto, & ibi
Bar. in d. §. cũ in bello, & idem reſpondit Alex. conſ.
179. nu. 7. vol. 7. inquit ſufficere probare mortè talis
abſque eo, quòd probetur, quòd deceſſerit ſine libe-
ris, teſte Caſſan. in conſ. 19. dub. 3. nu. 12. quod etiam
placuit bello. conſil. 19. num. 3. idem teſtatur Capic.
deciſ. 159. num. 11.

4 Contra vero, † aſſerens aliquem deceſſiſſe cum li-
beris, quomodo hoc debeat probare, & per quot te-
ſtes, adeundus erit Caſſan. d. conſ. 19. in 4. dub. nu. 13.
& Iaſ. d. conſ. 34. nu. 1. lib. 1.

Quod amplia procedere, etiã ſi probetur habuiſſe
5 vnum filium, † ſed agatur an habuerit plures, nihilo-
minus

m inus enim hoc caſu præſumeretur tñ illum filiū,& non plures habuiſſe,& ideo ſi q. dixerit plures nō habuiſſe,qui contrariū dicit,probare debet: vt cōcludit per ea quæ citat Rui.in conſ. 109.nu.37.vol.3.

CONCLVSIO DCCCII.

ARGVMENTVM.

Filium quem eſſe ſacerdotis,quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Filium quem eſſe ſacerdotis probatu difficile.*
2 *Filium quem eſſe ſacerdotis qui dixerit, probare debet tempore ſacerdotij eum genuiſſe.*

1 Filium quē eſſe ſacerdotis, † probatu difficile eſſe tradidit Io. And. poſt Hoſt. in c.veniens.de accu quos referendo ſequit Fel.in c.inter cæteras,nu.2.de reſc. Vnde filiū ſacerdotis ſi quis
2 dixerit, debet probare † tpe ſacerdotij eum genuiſſe, aliàs iſtud intentans non obtinebit: vt teſtatur Ioan. Andr.in addit.ad Spec.in rub.de fil. presb. quod etiā tradidere Abb.& alij in c.inter cæteras,de reſcr.idem voluit Rebuf.in tract.de nomi.q.14.nu.14.in quo loco ꝙ plura alia ſimilia habentur:ad quod etiam conſulas Ioan.Crot.in tract.de teſtib.nu.243.

CONCLVSIO DCCCIII.

ARGVMENTVM.

Filius cum patre habitans & bona eius adminiſtrans, an de bonis patris acquiſiuiſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius cum patre habitans,& bona ſua adminiſtrans præſumitur acquiſiuiſſe de bonis patris.*
2 *Filius bona patris adminiſtrans & cum ipſo habitans ſi eſt induſtrius mercator,aut ſalariatus,de proprijs bonis acquiſiuiſſe præſumitur.*

1 Filius cum patre habitans, † & bona patris ſui adminiſtrans, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis patris:ita ſcriptum reliquit Purpur.in l.cum fundus,§.ſeruum,nu.67.ff.ſi cer.pet. nec tenetur probare,quod acquiſierit de bonis proprijs: vt ibidem inquit Purp.nu.64.& de hoc meminit Bart. in tract.de duob.frat.q.4.& gl.in l.cum oportet,in prin.ff.de bonis, quæ libe.

2 Concluſionem limitabis † non procedere, ſi filius eſſet induſtrius mercator,aut,vt aiūt,ſalariatus: quia tunc de proprijs bonis præſumitur acquiſiuiſſe:vt reſponſum eſt à Ruy. in conſ.23.nu.37. cum ibi per eū adductis,vol.5.idem tradentem videas Io. Crot.in l. frater à fratre,nu.119.ff.de condi.indeb. vbi nonnulla alia ſcitu digna in hac materia reperies.

CONCLVSIO DCCCIIII.

ARGVMENTVM.

Filium qui dicit hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe,an probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Filium qui dicit hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe,probare debet.*
2 *Quemadmodum contra filium emancipatum non eſt fundata neque ſtabilita creditorum intentio,niſi probent eū adiuiſſe,ita neque contra filium in poteſtate, niſi probetur eum ſe immiſcuiſſe.*
3 *Multiplices ſunt coniecturæ, quibus probatur filium, qui ſit in are patris hæreditati parentis ſe immiſcuiſſe.*
4 *Filius in poteſtate non poteſt adire hæreditatem, quia dr ſe immiſcere,& dominium continuare,non aūt acquirere.*
5 *Filius ſi in ſocietate,quā viuo patre inchoauerat,poſt mortem patris perſeuerauit,rem ceptā perficiendo, nec nouū aliquod inchoando, in hæreditate patris voluiſſe ſe miſcere probatur.*
6 *Filius ſi rem patris vendiderit, intelligitur ſe immiſcuiſſe,& ideo oneribus hæreditarijs obſtrictus videtur.*
7 *Filius ſi agat in iudicio,& in libello proponat aliqua bona fuiſſe paterna,& in bonis patris remanſiſſe, eaque ad ſe ſpectare proculdubio probat ſe immiſcuiſſe.*
8 *Filius in hæreditate intelligitur ſe immiſcuiſſe,ſi,cùm ab eo tanquam ab hærede petuntur legata, contradixerit,& iudicium ſuſceperit.*
9 *Filius in hæreditate præſumitur ſe immiſcuiſſe,ſi ſoluerit æs alienum patris defuncti.*
10 *Quilibet pro alio etiam inuito ſoluere poteſt.*
Nomine proprio quis potius præſumitur ſoluere, quàm alieno, ibi.
11 *Filius non intelligitur ſe in hæreditate immiſcuiſſe, quādo debitum hæreditarium ſoluerit cum proteſtatione, quod non ideo velit eſſe hæres patris.*
12 *Debitum hæreditarium præſumitur fuiſſe ſolutum abſq; animo immiſcendi vel adeundi,ſi eſt modica quantitatis & poſſit dici ſolutum ex officio pietatis.*
13 *Filius ſi in domo patris defuncti habitauerit,præſumitur ſe immiſcuiſſe hæreditati, niſi fortè probauerit ſe ex alia iuſta cauſa habitaſſe.*
14 *Filius ex habitatione domus paternæ non intelligitur ſe immiſcere in hæreditate,quando alius eſt hæres.*
15 *Filius cenſetur ſe bonis patris immiſcuiſſe, ſi eius domum cum tota familia habitauerit.*
16 *Filius,ſi cum tota familia nō habitauerit in domo patris, magis videtur ibi fuiſſe iure quodam familiaritatis, quàm animo ſe immiſcendi.*
17 *Filius ſi poſſideat agrum vel vineā patris,& fructus percipiat,in hæreditate ſe immiſcuiſſe cenſetur, niſi contēplatione dotis maternæ poſſideat.*
18 *Filius ſi ſolū detinuit ſeu poſſedit res hæreditarias, ex hoc probatur ſe immiſcuiſſe,niſi probetur,quòd ex alia cauſa poſſederit.*
19 *Pupillus tutore auctore poteſt adire hæreditatem.*
20 *In his quæ a pupillo fiunt expreſſim verba tutoris expreſſa ſunt neceſſaria, non vero in his, quæ fiunt tacitè.*
21 *Quando pupillus facit actum qui ſignificat aditionem,vt ſi cum tutore fructus percipiat, tunc alter alteri præſumitur conſenſum præſtitiſſe.*
22 *Filius ſi ſeruum paternum manumiſerit, ſine dubio videtur ſe immiſcuiſſe.*
23 *Filius quod facit non vt hæres,ſed vt filius immixtionem non inducit.*
24 *Filius in poteſtate patris conſtitutus, ſi rogatus fuerit reſtituere hæreditatem,nec ſe aliter immiſcuerit,ex ſola reſtitutione videtur ſe immiſcere.*
25 *Filius ſi patrem ſepelierit, & iuſta ei fecerit, non videtur animo ſe immiſcendi id feciſſe, ſed pietatis cauſa.*
26 *Impenſæ factæ pro ægritudine, & ſepultura patris defuncti pares iudicantur,& eiſdem gaudent priuilegijs.*

1 Filium qui dicit hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe, † debet probare. Etenim licet iure Cæſareo filius in poteſtate ſit ſuus hæres, & neceſſarius: vt ait Pau.I.C.in l.ī ſuis.ff.de lib.& poſth.& in l.cū ratio.in prin.ff.de bon. damnat. cum ſimil. Prætorum tñ iure cautum eſt, vt abſtinendi beneficium habeat,de quo iure meminit Imp.in §.ſui.verſ. ſed his pmittit prætor.Inſti.de hæred.qual.& diffe.&

Caius

Digitized by Google

Caius in l.neceſſarijs.ff.de acq.hære.Cum itaq; filius
vi huius prætorij beneficij hæres non præſumatur pa
tris, opus eſt, vt is à paternis creditoribus conueniri
poſſit, probare, eũ non ſolum filiũ eſſe, ſed etiam ſe
parẽtis ſui hæreditati immiſcuiſſe. ita mihi teſtes sũt
optimi quique Iuris Ciuilis interpretes Accur. Bart.
Bal.& oẽs alij in d.l.neceſſarijs. ff.de acq.hæred.& in
l.1.C.ſi vt ab hæred.ſe abſtin.& in l.ſi cum dotem.§.
tranſgrediamur.ff.ſol.matrim. vbi nuncupatim Pau.
* Caſt.nu.3.dicit * omnes conſentire: atq; ibidẽ Alex.
nu.10.in fi.& 11. Iſtud enim abſtinendi beneficium
filium in poteſtate emancipato ſimilem efficit:vt ha
bemus à Iuliano in l.nam nec emãcipatus. ff. de leg.
2 1.† & quemadmodum contra filiũ emancipatũ non
eſt fundata,neq; ſtabilita creditorũ intentio, niſi pro
bent eũ adiuiſſe.ita neq; contra filiũ in poteſtate,niſi
probet,eum ſe immiſcuiſſe: ſic teſtatur Accur.in d.l.
ſi cũ dotem.§. tranſgrediamur. in verb. hæres extite-
rit.ff. ſolu.matr. motus eſt d. l. 1.C. de iur.delib.cui ſe
ſubſcripſit egregius Franc.Mantic.de coniect.vltim.
volunt.lib.12.tit.10.nu.2.

Actori igitur cum id onus iniunxerimus, vt illud
probet,nunc merito videndum,& qua ratione eũ ali
3 qua ex parte oneris leuare poſſimus.† Multiplices ita
que ſunt cõiecturæ, quibus probaẽ filiũ, qui ſit in ꝑte
patris hæreditati parentis ſe immiſcuiſſe. Et vt à ver-
bis exordiamur.Bal.in l.potuit.nu.11.verſi.7.quæriẽ.
C.de iur. delib. quærens, an ex his verbis à filio mor-
tuo patre prolatis,ego ſciens hæreditatem patris mei
mihi delatam,adeo ipſam,filius videatur hereditati
patris immiſcere. cõcludit contra Bartoli ſniam, cui
ex more,vt Tiraquel. verbis vtar de vtroque retract.
de retract.conuentio.glo.6.in verb.conſigner.nu.12.
verſ.ſicut,ex induſtria,ex omni occaſione,ex profeſ-
ſo,ex præſcripto repugnare, atq; contradicere ſolet,
aliter ſentientis in l.is, qui putat.nu.5. ff.de acq.here.
quod cum filius dicat, hæreditatem ſibi eſſe delatã,
errore labatur,quia hæreditas dicitur delata, quæ po
teſt adiri,l.delata.ff.de verb.ſignific.at filius in pote-
4 ſtate non poteſt adire hæreditatem,† quoniam diciẽ
ſe immiſcere, & dominium continuare, non autem
acquirere.l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.& l.nihil. ff.pro
hærede.ergo iuxta Bar.non vr̃ ſe immiſcere: conclu-
dit inquam ſeceſſidum verborum ſubtilitatem, ꝙ filio
potius inferatur, quàm deferatur hæreditas, ſed quia
non ſemper proprijs vtimur vocabulis, l. ſi tibi. ff. ſi
cert. pet. cum ſimilib. ſi filius habuit voluntatem ac-
quirendi, non dubitat, quin ex his verbis videatur ſe
immiſcuiſſe hereditati,neque.n.inquit requiriẽ,ꝙ hę
res habeat ſcientiam Iuriſconſulti, l.in bonorum. ff.
de bonor poſſ. ſic contra Bar.opinionem tenet idem
Bal.quam etiam ridiculam appellat, & eiuſdem ſen-
* tentiam * frequentiori ſcribentium calculo eſſe rece
ptam,teſtatur Iaſ.in l.1.nu.5.C.qui admitti.

5 Preterea † ſi filius in ſocietate,quam viuo patre in
choauerat,poſt mortem patris perſeuerauit, rem ſub
eodem patre cœptam perficiendo, non vero nouum
aliquod inchoando in hæreditate patris voluiſſe ſe
miſcere probatur: ſic Bar.& cæteri ſcribentes decla-
rant in l.ſi pupillus paterna.§.1.ff.de acq.hæred.

6 Amplius,† ſi filius rem patris vendiderit,intelligiẽ
vtiq; immiſcuiſſe,& ideo onerib. hæreditarijs obſtri-
ctus videtur,teſte Alc.in conſ.pen.nu.1.lib.8.per l.ge
rit.ff.de acq. hære.

Portò ſi filius agat in iudicio,& in libello ꝓponat,
7 aliqua bona fuiſſe paterna, † & in bonis patris remã-
ſiſſe,eaq; ad ſe ſpectare, & ꝑtinere, ꝓculdubio ꝓbaẽ
hunc ſe immiſcuiſſe, q̃a hoc facere non põt citra ius,
& nomẽ hæredis:vt cenſuit Aret.in conſ.136.in prin.
per l.1.ff.de repud.hæred.& l.ſi auia. C.de iur.delib.
8 Imò ſi filius à quo,† tanquam ab hærede,petuntur
legata: cõtradixerit,& iudiciũ ſuſceperit,ſine vlla du
bitatione intelligitur ſe immiſcuiſſe:vt ꝓbauit Bald.
in l. 1. in fin. ff. commun. de leg. cui accedit Dec. in
conſi.449.nu.11.

9 Huc accedit, † quòd ſi filius ſoluerit æs alienũ pa-
tris defuncti,pręſumatur ſe immiſcuiſſe,vt A.Floren
tino militi reſcripſit Imper. Alex.in l.2. C.de iur.de-
libe.& idem,eidem in l.parentib.§. qui autem agno-
uit.C.de inoffi. teſta.

Nec iſtud in quæſtionẽ vocari poteſt, ꝙ huiuſmo-
10 di ſolutio fieri poſſit citra ius,& nomen hæredis,† cũ
quilibet pro alio ẽt inuito poſſit ſoluere. l. ſoluendo.
ff.de neg.geſt.& l.ſolutionẽ.ff.de ſolur. Nam ex ſnĩa
Fulg.& Caſt.in d.l.reſpondeo,quem potius præſumi
ſoluere nomine proprio,q̃ alieno.l.& magis.ff.eo.de
ſolu.& ante eos ſic reſpondit Bal in d.l.potuit.nu.15.
in fi.C.de iur.delib. quẽ ſequitur Alex. in l.1.nu.2 C.
eo.quod placuit & Cor.in conſ.261.nu.9. & 10. hoc-
que probauit Nat.in d.conſ.140.nu.19.

11 Hoc idem limitandũ eſt vt non procedat,† ſi filius
debitũ hæreditarium ſoluerit cum proteſtatione, ꝙ
non ideo velit eſſe hæres patris:nã tunc non intelligi
tur ſe immiſcuiſſe:vt ſcripſit reliquere Iaſ.& alij in d.
l.2.C.de iur.delibe. huiuſmodi namq; proteſtatio fa-
cit animũ immiſcendi, vel adeundi ceſſare, ſine quo
nec immiſcere,nec adire quiſquã poteſt intelligi.l.at
ſi quis.§ pleriq; & l.ſcriptus.& ibi Barr.ff. de relig. &
ſumpt.fune.atq; l.pro herede.paulo poſt prin.in verſ.
& ideo ſolent teſtari.ff.de acq. hæred. & §.vlt. Inſtit.
de hęred. quali. & differ. ꝙ nominatim conſulendo
tradidit Alci.in conſ.92.lib.5.ad idem videtur reſpe-
xiſſe Bal.in d.l.potuit.nu.16. C.de iur.delib.

12 Deinde iſtud ẽt velim limites,† vt ſi debitum eſſet
modicæ quantitatis, & poſſet dici ſolutũ ex officio
pietatis,etiam ſine vlla proteſtatione præſumitur ſo-
lutum abſque animo immiſcendi,vel adeundi: velu-
ti ſi quis ſoluerit medicorum mercedes, vel impẽſas
factas pro medicinis,vt late conſuluit Nat. in conſil.
448.nu.12.& ſeq.

Inſuper ſi filius in domo patris defuncti habitaue
13 rit,† pręſumiẽ ſe immiſcuiſſe hæreditati,niſi forte ꝓ-
bauerit,ſe ex alia iuſta cauſa habitaſſe: vt obſeruaue-
re Bar.Bal.& alij per illũ tex. in l.1.ff. de repud. hære.
idem repetijt Bar. qui plenius id examinat in d. l. ge-
rit.nu.2.vbi Rom.num.11.& alij. ff.de acq. hæred.ad
idem rñdit Bal.in conſ.207.quæritur vtrũ domiciliũ
patris.nu.2.vol.1.ꝙ placuit & Imo.in l. filio præteri-
to.nu.49.ff.de iniuſt. teſta.dicẽs, ꝙ ſi filius habitet in
domo patris,licet poſſit habitare vt cuſtos, vel inqui-
linus,& non vt hæres,& deinceps ille actus poſſit ge-
ri citra ius,& nomẽ hæredis, tamẽ in dubio inducit
aditionem,ſiue (vt ſignificantius loquamur) immix-
tionem, quòd eò magis procedit, ſi filius per decen-
nium poſt mortem patris eius domũ incoluerit, iux-
ta l.ſi filius. C.de petit.hæred.

14 Iſtud tñ † quod diximus de immixtione, quæ colli
gitur ex habitatione domus paternæ, non habet lo-
cum,quando alius eſt hæres,quia tunc merito poteſt
dici eum habitaſſe ratione dotis, vel legitimæ, licet
hæres patri nõ extiterit:ſic teſtatus eſt Grat.in d.cõſi.
146.nu.13.vol.2.

Ad hæc hoc idẽ velim intelligas ex ſnĩa Roma.in
15 d.l.gerit.nu.22.verſ.vlterius ad id.ff.de acq.hære.† ꝙ
ita demum filius cenſeatur ſe bonis patris immiſcuiſ
ſe,ſi eius domum cum tota familia habitauerit: quia
tunc deſtinatione domum habere dr̃, qñ habitat cũ
tota familia,alias ſecus per contex.in l.1.§. domum.
ff.de liber.agnoſ.& l.1.§ habitare.in fin. ff. de his,qui
deiec.vel effude. Vnde ſi cũ tota familia non habita
16 uerit in domo patris, † magis vr̃ ibi fuiſſe iure quodã
familiaritatis, q̃ animo ſe immiſcendi per l. qui iure
familiaritatis.cum ibi nor.ff.de acq. poſſ. Bart.etiam
in d.l.gerit.nu.24.aſſerit, ꝙ qui vadit ad habitandum
cum familia, & ſuppellectili in domo, vel dixerit eã
ſe poſſidere,præſumitur animus adeundi.

Itidem ſi filius poſſideat agrũ, vel vineam patris,
17 † & fructus percipiat, ſe immiſcuiſſe cenſeť, niſi con-
tẽplatione dotis maternæ poſſideat: vt docuit Bar. in
d.l.1.de repu.hęre.quẽ Bal.Alex.& Iaſ.ibid.ſequunť,
idẽ voluit alibi Grat.in conſ.146.nu.11.volu.2.quod
pluribus confirmat idem Mantica, vbi ſup.nu.17.
Sanè ſi filius ſolũ poſſedit ſeu detinuit res hæredi-
18 tarias, probatur ẽt ex hoc ſe immiſcuiſſe, † niſi probe
tur, ꝙ ex alia cauſa poſſederit: vt auctor eſt Iaſ. in d.l.
1.nu.1.per illum tex.ff.de repud hære.ꝙ idem probat
contex.in d.l.2. C.de iur.delibe. & in d.l.1. de repud.
hæred.iuncta l.pro hęred.§.1.& l.ſi is, qui bonis.ff.de
acq.hæred.quod etiam plurib.explicat Alex.in cõſi.
32.nu.1.volu.3.cui ſe ſubſcripſit Pariſ.in conſ.16.nu.
40.& ſeq.vol.2.
Id extendere poteris, vt ẽt verum ſit in pupillo, qui
cũ tutore poſſedit, & fructus percepit ex bonis pater-
19 nis hæreditarijs: † nam ẽt pupillus tutore authore po
teſt adire hęreditatem, l.potuit.C.de iur.delib.ſic am
pliat Soc.iun.in conſ.153.in prin.vol.2.
Quod poſtremum ſubampliabis, vt in præſtanda
authoritate non requirãtur verba expreſſa: ut ſcripſit
Bal.in d.l.potuit.nu.18.C.de iur.delib. dicens, uerum
quidem eſſe in ijs, quæ fiunt expreſſim, uerba tutoris
20 expreſſa eſſe neceſſaria, † non uero in ijs quæ fiunt ta
citè: quia in ijs tacitè loquimur reb.ipſis, & factis, arg.
l.de quib.verſ nam cum ipſe.ff.de legib.& l.item qa.
ff.de pact.& l.ſi pater naturalis. ff.de adopt. & l. cum
oſtendimus.§.1 It.ff.de author.tut. quam opinionem
ſequitur Rom. vt Soc. refert in eodem loco, quando
21 pupillus facit actũ, qui ſignificat aditionẽ, † ueluti ſi
cũ tutore fructus percipiat: quia tunc alter alteri præ-
ſumiť conſenſum præſtitiſſe, iuxta l. Titius. ff.quibus
mod.pig.uel hypoth. ſolu. quicquid ſenſerit Bart. in
d.l.gerit.in fi.atque cum eo Imo. & Rom.in fin.ff.de
acq.hære.ex l.3.ff.de authori.tutor. cuius intelligen-
tiam colligere poteris ex ijs, quæ modo diſtinguen-
do adduximus.
Hoc quoque poſteriore loco ſubampliabis, ut etiã
ſatis ſit, ſi probetur pupillũ actũ aliquem feciſſe man
dante tutore, laudante, vel approbante verbis expreſ
ſis, ut docuit Bar.in d.l.gerit.in fin.quod intelligit idẽ
Soc.in d.conſ.153.nu.2.vol.2.quãdo tutor uerbis ex-
preſſis nomine pupilli facit actus, & inſtrumẽta, quæ
fieri non poſſunt citra ius, & nomen hæredis.
Quin ẽt noluit Vlpia. I. C. in d.l.ſi pupillus pater-
22 na.§.ſi ſeruum ff.de acq.hęred.† quod ſi filius ſeruũ
paternũ manumiſerit, ſine dubio uideatur ſe immi-
ſcuiſſe ꝙ aliud eſſe ſubiungit ibidem I. C.ſi manumi
ſerit ſeruum caſtrenſis peculij, niſi id fecerit tãquam
hæres, quia à patre fuerat rogatus manumittere.
23 Contra uerò ꝙ filius facit, † non ut hæres, ſed ut
filius, immixtionem non inducit.l. ſi quis non quaſi,
& ibi Bar.ff.de acq. hæred. Hinc eleganter deducitur
quæſtio de feudo, et emphyteuſi acquiſita pro ſe et
liberis, non intelligatur ex hoc ſe immiſcuiſſe filius,
ut hæres, quam egregie more ſuo examinat prudens
Manti.de conie.vlt.volunt.lib.12.d.tit.10.nu.7.verſ.
quod autem filius.cum ſeq.
24 Nec etiam † ſi filius in poteſtate conſtitutus fuerit
rogatus reſtituere hæreditatẽ, nec ſe aliter immiſcue-
rit, ex ſola reſtitutione videtur ſe immiſcere. quia nõ
eo animo facit, ut ſit hęres, ſed potius ut hęres nõ ſit.
l.ita tamen.§.ſi pater.cum gl.et ibi Alex.ſub nu.4.ff.
ad Trebellia.
25 Neque propterea, † ſi filius patrẽ ſepelierit, et iuſta
ei fecerit, vť animo ſe immiſcendi id feciſſe, ſed pieta
tis cauſa.l.at ſi qs.§. plerique.ff.de relig.et ſumpt.fun.
l.pro hærede. paulo poſt prin. et ibi glo. et Bart. ff.de
acq.hæred.quibus cum ſenſit Corn.in conſ.310.circa
fi.uerſ.multo autem clarius. vol.3.
Huic ſimile eſt, ꝙ dř de ſolutione impenſarum fa-
26 ctarũ in morbo patris defuncti.† impenſæ n.factæ ꝑ
ægritudine et ſepultura pates indicanť, et eiſdẽ gau-
dent priuilegiis, auctore Bar.per illũ tex.in l.reſtituẽ-
da.C.de pet. hære. quod et placuit Alex. in l.ult.§.in
computatione.in primo notab.C.de iur.delib.

CONCLVSIO DCCCV.

ARGVMENTVM.

Filius natus ex vxore, quæ aliquandiu abfuit à viro, an potius præſumatur natus in nono menſe, quam in ſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus ex vxore, qua aliquandiu abſuit à viro, potius prǫſumitur natus in nono menſe, quam in ſeptimo.*
Contrarium, nu.2.
3 *Quem natum fuiſſe ſexto, octauo, vel nono mẽſe, probatur per obſtetrices, phyſicos, & alios in arte peritos.*
4 *Ad probandum quem natum fuiſſe ſexto, vel octauo menſe requiritur, vt teſtes deponant mulierem paſſam eſſe multa ſęua accidentia*
5 *Partus quando eſt naturalis, mulier non patitur ſęua accidentia.*
6 *Dicto matris aſſerentis filium fuiſſe natum in octauo menſe non ſtandum.*
Mulieres non ſentiunt partus conceptionem, ibi.

1 Filius natus ex vxore, † quę aliquandiu abfuit
à viro potius præſumitur natus in nono
menſe, quàm in ſeptimo: vt reſpondit Bero.in conſi.
162.nu.52.lib.2.
2 Quam ſententiam improbat & refellit, † maleque
à conſilio Neapolitano fuiſſe iudicatũ teſtatur Boer.
in deci.220.in fi.vt ſenſit etiam Burſ. alios referendo
in conſ.63.nu.21.
Quod ſi quis probare voluerit, quem fuiſſe natum
3 ſexto, octauo, vel nono menſe, † id commode proba
re poterit per obſtetrices phyſicos, & alios in arte pe-
ritos, quorum dicto ſtatur, licet deponant per verbũ
credo, vel ex iudicio ſuo: ita poſt volun Pariſ. in cõſ.
56.nu.12.cum multis ſeq.lib.2. cui ſententiæ accedit
idem Burſ.in d.conſ.63. nu.20.
4 Præterea ad probandum, † quẽ natum fuiſſe ſexto,
vel octauo menſe requiritur, vt teſtes deponant, mu-
lierẽ paſſam fuiſſe multa ſæua accidentia: ſic vno cõ
ſenſu concludiť Io.de Amic.in conſ.102.nu.5. Pariſ.
in d.cõſ.56.nu.19.lib.2.Fran.Marc.dec.168. in 2.par.
5 atque Burſa.in d.conſ.63.nu.20. Nam † qñ partus eſt
naturalis, mulier non patitur ſæua accidentia, adeo
vt, ſi mulier ante partum ægrotaret, licet in partu pa-
teretur ſæua accidentia, nihilominus eſſet dubium,
propter quod euenerint dicta ſæua accidentia: ſic re-
fert Pariſ.in d.conſ.56. nu.19.lib.2.
6 Non tamen † dicto ipſius matris eſſet ſtandũ aſſe
rẽtis, filium fuiſſe natum in octauo menſe, cũ ſæpius
in hoc mulieres decipi poſſent: dicit poſt alios Boer.
in d.deciſ.220.in fi.vbi dicit, quòd mulieres non ſen-
tiunt partus conceptionem, quem ſequitur Burſ.in d.
conſ.63.nu.21.

CONCLVSIO DCCCVI.

ARGVMENTVM.

Fiſci tumultuaria quædam in probationum materia.

SVMMARIVM.

1 *Fiſci inſtrumentum eiuſdem datę cuius eſt inſtrumentum alterius*

1 *alterius priuati non priuilegiati præſumitur prius con tractum & factum fuiſſe.*
2 *Inſtrumentum ad fiſci cauſam pertinens, ſi ab aliquo non exhibeatur, ipſum ſubtraxiſſe præſumitur.*
3 *Fiſcus agens ad bona condemnati poſſeſſa per tertiũ, debet probare illa fuiſſe in bonis condemnati: ſecus ſi fuerint per condemnatum poſſeſſa; nam tunc prætendens ſua eſſe, hoc probat.*
4 *Fiſci bona eſſe præſumuntur, quæ Principis gentilitijs inſi gnibus inſignita ſunt.*
5 *Fiſcus ſemper præſumitur ſoluendo.*
6 *Fiſcales ſolutiones probare volentibus, ijs edendi ſunt ratio num libri, publicaniq; ad id cogendi.*
7 *Fiſcus vbique eſſe ſemper præſumitur, & vbique præſens.*
8 *Contra fiſcum quod nõ eſt expreſſe ſancitum ſuperſtitioſis non eſt inuentionibus fiſcalium præſumendum.*

Fiſci materia nunc à nobis explicanda ſubſequitur, quæ quidem in probationum noſtro tractatu, quàm breues fines habet: adeo vt Concluſionem aliquam continentem, perpetuam & cohærentem, ſed diſſectam, interciſam & diſſolutã, formare poterimus. Sed vtcunque ſit, id omne lector æqui, boniq; velim conſulas.

1 Inſtrumentum itaq; fiſci † eiuſdem datæ, cuius eſt inſtrm alterius priuati non priuilegiati præſumitur prius contractum, & factum fuiſſe, vt tradidere DD. in l. 1. ff. ſol. matr. & colligere eſt ex contex. in l. 1. C. de iure fiſc. lib. 10. de quo meminit etiam Bald. in l. ſi debitor, C. de iur. fiſc. vbi hoc ꝓ inſigni habet, & mẽti tenendum dicit. & idem notauit in l. 1. col. fi. verſi. item in dubio temporis C. de hær. vel actio. ven. cui adhæſit Franc. Luc. in d. tract. de fiſco. 1. par. prin. nu. 64. verſ. 64. caſus.

2 Quod idem inſtrumentum ad fiſci † cauſam pertinens, ſi ab aliquo non exhibeatur, ipſum ſubtraxiſſe præſumitur, & reſcripſit D. Adrian. Flauio Ariano, quem refert Calliſtratus I. C. in l. 2. §. diuus Arianus, ff. de iure fiſci. in quam ſententiam videntur etiã reſcripſiſſe Imp. Seuer. & Antonin. in l. 2. C. de eden. vt tradidit idem Franc. Luc. vbi ſup. nu. 89.

3 Fiſcus præterea † agens ad bona condemnati poſſeſſa per tertiũ, debet probare illa fuiſſe in bonis condemnati: vt in l. 2. C. ne vxor pro mari. & ibi not. ſcribentes in l. à diuo pio, §. ſi ſuper reb. ff. de iudic. & ita intelligitur gl. vlt. in l. 1. C. de priuil. fiſc. & ſic declarat Anto. Boid. in rub. noua vect. imp. non poſſe, col. vlt. nu. 95. ver. item quęro. ſecus ſi fuerint per cõdemnatum poſſeſſa: quia tunc prætendẽs ſua eſſe, hoc probat, vt per dicta iura concludendum eſt.

4 Ad hæc, cuius domus, † vel bona Principis ipſius gentilitijs inſignibus inſignita fuerint, huius inquam domũ, vel bona ad fiſcũ pertinere ex hoc probatur: vt voluit Bat. in l. defenſionis facultas, lib. 10. & in tract. de inſig. & armis, in prin. & vr̃ hoc innuere contex. in l. 1. C. vt nemo priuat. & ibi Iaſ. ſuper rub. nu. 1.

5 Addam inſuper fiſcum † ſemper ſoluendo præſumi: vt ſenſit gl. in rub. C. de iur. fiſc. lib. 10. vbi Bar. nu. 18. & habemus ex l. 2. ff. de fund. dot. & ex l. 1. §. vlt. ff. vt leg. nom. cau. & dixit gl. in l. in fraudem. §. ſi principalis, ſuper verb. ſi principalis, ver. dum dices fideiuſſores. ff. de iure fiſci. & notauit Franc. Luc. in d. tract. de fiſco, & eius priuil. nu. 6. ver. eſt aũt fiſcus burſa cõmunis. & nu. 94. ver. 94. caſus, in d. 1. part. princ. & ſcripſit Fulg. in l. ſi maritus, nu. 2. ff. de fund. dot. poſt Bal. in d. l. 1. col. vlt. verſ. & dicitur fiſcus quaſi fixus, C. de hæred. uel act. vend. idem notauit Soc. ſen. in conſil. 121. præmittenda eſt diſputatio, nu. 23. verſ. fiſcus tamen dicitur idoneus, vol. 4. ſic reſpondit etiam Rui. in conſ. 44. nu. 8. vol. 1.

6 Neq; prætereo fiſcales ſolutiones † ꝓbare volentibus, ijs edendos eſſe rationũ libros, publicanoſq; ad id cogendos: vt colligunt Doct. in gl. vlt. in l. non eſt nonum. C. de eden. vt & ibidem teſtatur Franc. Curt. nu. 4. ubi ad id adducit l. ne caſu, C. de diſcuſſo. lib. 10.

Prudenter quoq; monuit Gul. Rodoan. de ſpol. q. 7 14. nu. 66. fiſcum † ubiq; eſſe ſemper præſumi, & ubique præſentem.

Pulchre etiam dicere ſolebat Crau. in conſil. 250. 8 col. vlt. in prin. vol. 2. Contra fiſcum † quod non eſt expreſſe ſancitum, ſuperſtitioſis non eſſe inuentionibus fiſcalium præſumendum.

CONCLVSIO DCCCVII.

ARGVMENTVM.

Forenſis in dubio an quis præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Forenſis in dubio quis non præſumitur.*
2 *Forenſem aliquem eſſe quo pacto probetur.*
3 *Forenſis præſumitur etiam is, qui natus eſt fortuitò in ali quo loco.*
4 *Forenſem quem eſſe ſi probatum fuerit, pręſumendum eſt, ſtatuta loci, vel cõnſuetudines contra ius diſponentia ignorare.*
5 *Forenſis pręſumitur ignorare ſtatuta, niſi ipſa ſtatuta, vel conſuetudines id, quod delictũ de iure cõſiſt, contineant.*
6 *Ignorans iure Pontificio, omnino excuſatur.*

1 **Forenſis** in dubio † quis non præſumitur. de hoc vr̃ extare I. C. reſpõſum in l. 1. ubi Bar. ponderat nu. 21. ff. de municip. ita tradidit Ang. in tracta. maleſic. ſuper verbo, de Bononia. verſ. quid autem ſi dicta uerba. Quod ſi quis aliquem 2 eſſe forenſem probare uoluerit ex eo, probabit, † ꝙ illum in loco natum non fuiſſe conſtet, nec domiciliũ in eo habere, uel habuiſſe longo tempore, ueluti decem annorum: vt notatur in l. 1. in prin. ff. ad munici. ubi Bar. nu. 2. & ibi ſcribentes, ac in l. municipes, ubi gl. ff. de uerb. ſigni. nec non in l. 1. & 3. C. de municip. & orig. lib. 10. ac in l. 2. ubi etiam & glo. notat ſuper uerbo conſtituerint, C. de incol. cod. lib. 10. & ſcripſit Abb. in c. quod clericis, in ult. not. nu. 4. & ibi alij Canoniſtæ, de foro competenti. idem ſenſit Ang. de maleſic. in uerbo, de Bononia, in fi. uerſ. quæro quis dicatur. huc item pertinet quod obſeruauit glo in c. ſtatutum. §. cum uero, uerſ. nullus eorum ultra unam dietam, ſuper uerbo, unam dietam, & ibi Doct. de reſcriptis, in ſexto. reſpondit Marian. Soc. iun. in conſi. 37. ita ſubtiliter, poſt nu. 5. uerſ. igitur uidetur, & nu. ſeq. ac nu. 8. uerſ. confirmatur concluſio, & num. ſeq. nec non in conſ. 49. quoniam ex facto ius oritur, num. 3. uerſ. de his, qui in loco naſcuntur, & num. 6. uerſ. quæ, qui in loco, ac nu. 27. uerſ. et pro reſponſione, uol. 1.

3 Idem uelim intelligas † & in eo, qui natus eſt fortuito in aliquo loco. is enim pręſumit forenſis. ita uoluit Soc. in d. conſ. 49. d. nu. 3. uol. 1. ubi refert Bal. ita ſentientem in d. l. 3. C. de municip. et orig. lib. 10.

Ex concluſione noſtra conſequitur, ut ſi probatũ fuerit, quẽ eſſe forenſem ea, qua tradidimus ratione, 4 præſumendũ ſit ſtatuta loci, † uel conſuetudines contra ius diſponentia ignorare: ut conſultus reſpondit Caſt. in cõſ. 195. uiſis et conſideratis omnib. in fi. uerſ. quia illud de generali conſuetudine, uol. 1. et hoc idẽ ſentire uidetur Bart. in l. 1. uerſ. nunc ueniamus, poſt nu. 20. uerſ. ſecundo quęro. et ibi Bal. in uerſ. circa maleficium aliquid uideamus. nu. 22. C. de ſum. Trin. et fide cathol. idem repetijt Bar. in l. ſi. ff. de decr. ab ordin. facien. declarauit et Bal. in l. 1. nu. 3. et ſeq. ff. de leg. hocque ſcripſit Nat. in conſ. 643. pulchre, num. 4. uerſ. cũ eſſet forenſis, uol. 4.

Sed iſtud intelligendũ eſt, hoc eſt, ꝑſumi forẽſem 5 ignorare ſtatuta, ꝓcedere, † niſi ipſa ſtatuta, uel con-

ſuetudines id, quod delictum de iure cõmuni ſit, cõ-
tineant: ſin autem id, ꝙ de iure communi delictum
minimè eſt, continerent, vel per omnes ciuitates non
eſſet prohibitum, aut ibi longã moram, vt per decen-
nium, forenſis non traxerit, aut quod contineant ipſa
ſtatuta, non eſt ita generaliter prohibitũ, eo tunc ca-
ſu forenſis neſciens excuſaretur, dum tamen ſupina,
vel craſſa ignorantia non fuerit, vt declarãt, & diſtin-
guunt d. Doct. in dictis locis. & ſic legiſtas diſtinguere
ait Bal. in l. 1. nu. 4. ff. de leg. & ita ſenſit Natt. in d. cõſ.
643. in d. nu. 4. d. vol. 4.

Verùm Pontificio iure ſecus videtur ſentiendum,
6 quo cautum eſt, † vt ignorãs omnino excuſetur: vt in
c. 2. de cõſtit. in 6. quod Bal. in d. l. 1. nu. 4. ff. de legibus,
intelligit procedere in pœnis ſpiritualibus, in quibus
mitius ait ibi ipſe Bal. agi, quàm in temporalibus, &
hoc idem ſentit Nat. in d. conſ. 643. verſ. nec obſtat.
col. 2. d. vol. 4.

Ad hanc tamẽ concluſionem, ea tibi omnino vi-
denda erunt, quæ fuſius tradidimus in cõcluſione do-
micilium, & in concluſione ignorantia, in 6. limit.

CONCLVSIO DCCCVIII.

ARGVMENTVM.

Formam probare quis teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Formam alleganti interueniſſe, ei potiſſimum probãda eſt.*
2 *Formæ vitium ſi opponatur contra electionem, prætendẽs ius ex lectione debet probare formam.*
3 *Qui fundamentum conſtituit in certa ſpecie, debet probare formam ex qua ſpecies oritur.*
4 *Qui dixerit ſe rite appellationem interpoſuiſſe congruo loco, & tempore, atque apoſtolos petiiſſe, iſtiuſmodi probare debet.*
5 *Forma, & ſolemnitas, quæ debent præcedere adiudicationẽ ab eo ſunt probanda, qui ſuper adiudicatione fundamentum ſtatuit.*
6 *Forma, & ſolemnitas non ſunt probandæ, quando ius præſumit, aut fingit illas interueniſſe, aut illas ſupplet.*
7 *Fauore pupilli ſtipulatio fingitur, vbi non eſt.*
Caſus in quibus fingitur ſtipulatio ibidem vide remiſſiuè.

De formæ probatione dicturi, illud à no-
bis in primis eſt quęrendũ. cu-
ius ſint partes formam probãdi. Et ne pluribus lecto-
1 rem morer, formam alleganti interueniſſe, ei potiſſi-
mum probanda eſt: non autem opponens de forma
nõ ſeruata, iuxta c. ſacro, de ſent. exc. & c. in omni, de
teſti. ſic apertè ſcripſit gl. in c. ſicut, in ver. exprimant.
circa fi. de ſen. & re iud. idem ſenſit Accur. in l. vlt. in
verb. ſubire, verſ. alij dixerunt. C. de fideicom. ad hoc
etiam mihi teſtis eſt grauiſſimus Inno. in c. innotuit.
nu. 5. de eo, qui fur. ord. rece. & in c. ſuper his. poſt hũc
id aſſeruit Bald. in Marg. in verb. negatiuã ſolutionis,
in fi. ita probant Io. And. & Abb. in c. ſicut. nu. 17. de
ſent. & re iud. vt tradidit Spec. in tit. de teſte. §. 1. num.
44. verſ. quid eſt rogare teſtes.

Huius ſententiæ memor gl. in c. quod ſicut, Cõpoſt.
2 & And. de Butr. in pen. col. dicere ſolebat, † qd ſi con-
tra electionẽ opponatur vitium formę ante cõfirma-
tionẽ, prætendẽs ius ex electione debeat probare for-
mam: ideo ſi petat electionis confirmationẽ, & ei op-
ponatur, quod non ſit legitima, & ſolẽnis, debet eam
probare ſolemnẽ, quamuis Inno. in c. vlt. de eo q furt.
ord. ſuſcept. dicat præſumi actũ, qui fiat ab habẽtibus
poteſtatẽ, ſolemnem. Poſt cõfirmationem autem dicit Ant. de Butr. incũbere onus ꝓbandi dicẽti actum
non ſolemnem, propter auctoritatem cõfirmationis
niſi fuerit appellatum, & alijs caſibus ibi not.

Propterea colligũt ſcribentes, ſecundum tñ vnam
3 intelligẽtiam in l. cum eum; cum gl. C. commod. † vt
qui fundamentum conſtituat in certa ſpecie debeat
probare formam, ex qua ſpeciès oritur.

Ex concluſione etiam noſtra cõſequitur, vt qui di-
xerit, ſe rite appellationem interpoſuiſſe cõgruo lo-
4 co, & tempore, atque apoſtolos petiiſſe, & iſtiuſmodi
probare debeat: vt id videntur reſcripſiſſe Imp. varijs
in locis, vt in l. eos, in prin. & §. pen. in l. litigatorib. &
in l. ſi quando. C. de appel. vt docuit Bar. in l. hi, qui ad
ciuilia. nu. 3. verſ. reuoco in dubium, vbi Bal. poſt nu.
3. in fi. verſ. & prædicta. C. eod. de appell. eandem ſen-
tentiam ſunt ſequuti Iuris Pontificij Profeſſores: vt
Præpo. in c. vt debitus, col. pen. & vlt. extra eo. Ant. de
Butr. in c. in pręſentia. col. vlt. poſt Io. Andr. ibi. de re-
nunciat. & Panorm. in c. per tuas col. 2. nu. 6. verſ. cui
autem incumbit, extra eod.

5 Hinc quoque fit, † vt forma, & ſolemnitas, quæ de-
bẽt præcedere adiudicationem, vt citatio, relationes,
& id genus alia, ab eo ſint probãdæ, qui ſuper adiudi-
catione fundamentum ſtatuat, ſic fuit reſponſum à
Fulg. in conſ. 163. in cauſa, & quæſt. col. 3.

Cõcluſionem hanc pluribus ita corroboratam ve-
6 lim limites, vt locum non habeat, † quando ius pręſu-
mit, aut fingit formam, & ſolemnitatem interueniſſe,
aut illas ſupplet. nam tunc illæ non ſunt probãdæ: vt
habemus ex l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. &
l. 1. §. 1. C. de rei vxo. actio. vbi fauore dotis ſtipulatio
fingitur interueniſſe, & l. cum oſtendimus in fi. ff. de
7 fideiuſſ. tutor. vbi † fauore pupilli fingitur ſtipulatio,
vbi non eſt. & idem videmus in certis alijs caſibus, in
quibus fingitur ſtipulatio, quos enumerant Accur. in
l. his verbis. ſuper verb. vtilis actio. ff. de adopt. & Bar.
in l. 1. num. 4. ff. de verb. oblig. ſic declarat idem Bart.
in l. ſciendum. num. 9. verſ. quæro hic dicitur. ff. eo. de
verbor. oblig. de quibus omnibus per Albert. Brun. in
tract. de form. & ſolem. art. de probat. & pręſump. for.
& ſolem. adhib. col. 1. & 4. verſ. item debemus. & col.
45. verſ. item forma.

CONCLVSIO DCCCIX.

ARGVMENTVM.

Forma quo pacto probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Forma teſtamenti, & codicilli probatur per teſtes.*
2 *Vox teſtium ſupplet defectum ſolemnitatum inſtrumẽti.*
3 *Formę probatio p teſtes admittitur, etiamſi ſimus in actu, exigente ſcripturam pro ſolemnitate, & forma, quando ſcriptura de tali actu non reperitur, ſeu eſt amiſſa.*
Intellige, vt nu. 5.
Sententia per teſtes probari poteſt ibi.
4 *Scriptura etiamſi ſit de ſubſtãtia probationis, nihilominus poteſt actus probari per duos teſtes, dummodo probetur caſus peremptionis.*
6 *Teſtis deponens de ſubſtantia, ſi dicat ſe ignorare formam, ei creditur.*
7 *Teſtamentum, vel actus teſtandi non cenſetur probatum, niſi ſubſtantialia inſtrumenti fuerint per teſtẽ expreſſa.*
8 *In probanda forma teſtes probant etiamſi vnus deponat de vna forma, & alter de alia.*
9 *Quę non differunt forma, non dicuntur differre numero.*
10 *Vbi agitur de probanda formalitate verborum, prout dicta fuerunt, teſtes non probant, ſi vnus deponat de vna forma, & alter de alia.*
11 *In probanda forma quando agitur de probanda volũtate, tot teſtes requiruntur, quot exigunt in faciẽdo actu.*
12 *Hæredis inſtitutio caput eſt teſtamenti, & ſine ea teſtamẽtum eſſe non poteſt.*

Hæredis

Hæredis inſtitutio non poteſt probari, quin voluntas teſta-
toris dicatur probata. ibi.
13 *Solemnitas teſtamenti, & codicilli probari poteſt per duos*
teſtes.
14 *Si agatur de probando facto per teſtes, non eſt neceſſe pro-*
bare diem, qua factum fuit.
15 *Factum ipſum, & ſcriptura quæ fit de facto diverſa ſunt.*

Videamus nunc quibus rationibus, cui
probandi formam onus in-
cumbit, eãdem formam probare poſſit. Plurimi ſunt
igitũ probandi formam modi. Ex his per teſtes, unus
1 eſt, † ut habemus de teſtã, & codicillis, in l. cum pro-
poneretur. ff. de leg. 2. & in l. hæredes palam §. ſi quid
poſt. ff. de teſtam. & in l. 2. ubi gl. Bar. Bald. & omnes.
C. de bonor. poſſ. ſecun. tab. & in l. errore. C. de teſta.
dum ibi examinant quo pacto probetur error notarij
in teſtamentis, cũ nonnullis alijs congeſtis à Barb. in
conſ. 29. illud afferã. col. 4. nu. 25. uerſ. capio nunc aliã
dubitationem: cum plur. ſeq. nol. 1. Sal. in l. compara-
tiones. col. 1. C. de fid. inſtrum. Imo. in c. cum eſſes de
teſta. & Alex. in conſ. 47. abunde per celeberrimos,
col. 1. & 2. nol. 2. Iccirco dicebat Bal. in l. ult. num. 12.
2 uerſ. quæro pone. C. de fideicomm. † uocem teſtium
ſupplere defectum ſolemnitatum inſtrumenti, quæ
non apparent per inſtrumentum.

Concluſionẽ hanc uelim amplies, ut hæc ꝓbatio
per teſtes admittatur, & ſi ſimus in actu exigente ſcri
pturam pro ſolemnitate & forma, qñ ſcriptura facta
3 de tali actu non reperitur, † ſeu eſt amiſſa & de hoc
conſtat: ſic mihi probat contex. in c. ſicut, ubi ſcriben
tes, præſertim Abb. in 3. not. nu. 4 de ſenten. & re iud.
decreuit enim ibi ſumm. Pont. illam per teſtes poſſe
probari: cum certum ſit ſcripturam requiri, ut ſnia ra-
ta ſit. id & elicitur ex c. ult. eo. tit. de re iud. in 6. & ex l.
ſtatutis C. de ſentẽ. ex breu. recitan. idem corroborat
tex. in l. teſtium. C. de teſtib. ubi probatur, ꝙ & ſi ſcri-
4 ptura ſit de ſubſtantia probationis, † nihilominus po-
teſt actus probari per duos teſtes, dummodo probeẽ
caſus peremptionis, ad idẽ pertinet, ꝙ cautum eſt in
c. cum olim. cum ibi not. de priuileg. hoc & * cõi con
ſenſu traditum eſt à Glo. Bar. & cæteris ſcriben. in d.
l. 2. C. de bon. poſſ. ſec. tab. ubi latè Alex. & Iaſ. in cõſ.
4. uerſ. ſecundus caſus, de quo etiam per Bar. in auth.
ſi quis in aliquo, ubi Iaſ. col. 1. C. de eden. & uberrimè
de hoc Fel. in d. c. ſicut. de re iudic.
5 Ampliationẽ hanc intelliges, † & limitabis, ut pro
cedat, ſi tantum ſit ſcriptum, quod poſſit demonſtra-
tio miſſum, ſecus, ſi non tantum ſit ſcriptum, ut quia
ſolum ſit ſcriptum Titius: nam uerbũ Hæres eſto, non
poterit probari per teſtes: ſic declarauere ſcriben. in
d. l. errore, in primis Bal. nu. 6. uerſ. quærit hic Nicol.
de Mat. C. de teſta.

Secundo loco ampliabis, ut ſi teſtis deponens de
6 ſubſtantia † dicat ſe ignorare formam, ei credatur, ut
quia deponat ſcripturam eſſe factam de teſtõ, ac per
notarium ſcriptam & publicatam, & interrogatus de
forma dicat ſe neſcire: nam probat teſtñ fuiſſe factũ
& ſcriptum. hæc fuit inſignis doctrina Ang. in conſi.
271. incip. ex themate. prope fi. ſicut ſi ſcholaris depo
nat, ꝙ talis lector legit lectionem tali die, & interro-
gatus de forma ſeruata in legendo, ſeu de forma le-
ctionis, dicat ſe ignorare: nam probat, ꝙ fuerit lectũ,
& ſi lectio ipſa, uel eius tenor ex hoc non cenſeanẽ
probata, nec cenſetur in caſu Ang. probatum teſtñ,
7 † uel actus teſtandi, niſi ſubſtantialia inſtrũ fuerint ꝑ
teſtẽ expreſſa. per not. in d. l. 2. C. de bon. poſſ. ſecund.
tab. ubi Iaſ. col. pen. et antepen. in d. l. errore. et in l. cũ
antiquitas. C. de teſtam. nec enim licet teſti ignorare
id, per ꝙ deprehendatur cognitionẽ rei, ſuper qua de
ponit, ignorare, licet definitionem ſcire non teneaẽ:
ut docuit Bar. in l. 1. nu. 13. et 14. ff. ſi cert. pet.
8 Tertio ampliãda eſt, † ut ſi in ꝓbanda forma teſtis
deponat de vna forma, & alter de alia, probẽt modo
tñ ſint ſingulares, & varij in formalitate verborũ: quia
illa non attenditur modò ſequatur idem effectus: vt
habemus à Bald. in l. ſola. col. vlt. & in l. teſtiũ. nu. 15.
cũ ſeq. C. de teſtib. ad hoc eſt contex. & ibi not. ſcrib.
in c. nihil. de verb. ſign. ſatis eſt itaq; ꝙ teſtes ita de-
ponant, nec videatur actus ſuper quo deponunt, dif-
ferre formã: & tũc dicunẽ conteſtes, licet vnus depo-
9 nat de præſentia alterius † etenim quæ non differunt
forma, non dicunẽ differre numero: iuxta ſnĩam Bal.
in d. l. 2. nu. 4. verſ. hic quæro, & nu. 5. C. de bon. poſſ.
ſecun. tab. vbi etiam Iaſ. latè examinat. de quo etiam
per Bar. in l. eos ff. de fal. & Bal. & cæteros in d. l. cum
antiquitas. C. de teſtam. & Fel. in c. licet ex quadam.
col. 3. & 5. de teſtib. vnde Bal. in c. bonæ. il 1. poſt nu.
9. verſ. ſi autem fuiſſent. de elect. dixit, quòd ex teſtib.
ſuper mutuo deponentibus vnus dicat mutuo fuiſſe
datos duos ſolidos, alius 24. denarios, iſti teſtes proba
rent, & in rei effectu probarent.
10 Illud limitabis, vt locum non habeat, † vbi agatur
de probãda formalitate verborũ, prout dicta fuerũt,
ſecundum Bal. in d. c. bonæ ſub d. nu. 9. de elect. idem
ſenſere Ant. de Bur. & Abb. in d. c. nihil. nu. 2. de ver.
ſignific. vbi afferunt exemplum de eo, qui prætendẽs
ſe hæredem Titij articulauit, ꝙ teſtator vſus fuit iſtis
verbis conceptis, te Titium hæredem inſtituo, & pro
duxit duos teſtes, quorum vnus depoſuit, teſtatorem
dixiſſe te hæredem facio, & alius te hæredẽ inſtituo.
quo caſu ſecundum Doct. in d. ca. nihil. fuit iudicatũ
tales teſtes nihil probare, & eſſe varios, cum ageretur
de probanda verborum formalitate.

Eandem Concluſionẽ declarabis, vt tot teſtes re-
11 quirãtur in probanda forma, † qñ ſcilicet agitur de
probanda voluntate quot exiguñ in faciendo actu,
vt in teſtamento ſeptem, in codicillis quinque: iuxta
magis & veram. & ** communem ſcribentium ſen-
tentiam vt Sal. Ful. Paul. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. erro-
re. & in d. l. cũm proponeretur. ff. de leg. 2. & in d. l. vlt.
C. de fideicomm. atque Imo. in c. cum eſſes. de teſt. &
Alex. in d. conſ. 47. lib. nu. 3. vol. 2.

Idem dicendum eſt in probanda teſtĩ ſubſtantia,
12 † vt eſt hæredis inſtitutio. (quæ caput eſt teſtĩ, adeò
1 Fugam ferè ſemper †contra fugientem indicio eſſe patrati criminis, illumq; in ſuſpicionem ſceleris adducere, colligere eſt ex eo,qđ ſanxit Imp.Iuſt.in §.igitur ne latente eo.in authē. de exhi.& introduc.reis, & quod idē reſcripſit Hermog. in l.raptores,ver.ſin autem.C.de epiſ.& cleric. ad idē videtur reſpondiſſe Calliſtrat.in l.in eos,ff.de cuſtod. reor. ſic etiam ſenſiſſe puto Vlp. in l.impuberibus, §. præterea, ff. de ſuſpect. tutor.quod etiam poteſt elici ex l.3.§.ſi ad diem.ff de re milit.quod adeo clarū eſſe cenſuere poſteriores legum interpretes,vt nemine,ꝙ ſciam,excepto, id auctoritate ſua confirmare nō ſint veriti.Id etiam vidit, qui inter noſtros ſemper fert primas.Bar.in l.quis ſit fugitiuus.§.ſicuti.ff.de ædil. edi. & in l.leg.Cornel.nu.1.ff.ad Syllan. & in l.vlt.nu.5.ff. de quæſt.Bartoli æmulus Bal.tum profitendo, tum ēt conſulendo ita ſenſit,vt in primis in l.voluntaris.nu. 11.C.de fideicom.& in conſ.250.in quæſt.D.Milani, nu.3.vol.1.& in conſ.32.primus quæſt.artic. in princ. vol.3.Nec etiam id latuit Iac.de Beluiſ. in pract.iud. crim.in rub.de quæſt.nu.1.eiuſdem fuit ſententiæ Iaſ. in l.admonendi.nu.167.vbi ſcrib.omnes.ff. de iureiu. Iſtis accedit doctrina par, dignitate ſuperior Cardin. Alban.in lucub.ad Bart.in d.l. quis ſit fugitiuus, §.ſicuti,in prin.& in d.l.impuberib.§.præterea,num.1.& in l.qui ſine.nu.4.ff.de quęſt.In hanc quoque deſcendere ſententiam plurimi alij, vt Marſ. in pract. crim. §.diligenter.nu.41.verſ. quæro modo, & in conſ.72. nu.13.verſ.capio ſecundum indicium, & latè per eūdem in l.vlt.C de prob.Aegid.Boſſ.in pract.crim.tit. de indi & conſid.ante tortur.num.54.verſ.quòd hæc fuga famuli.Bertrand.in conſ.26.Adijcio, quod cum nu.13.verſ.non etiam.vol.2.Alba.in conſ.56.nu. 21. Marc.Mant.in conſ.118.verſ.5.& ult.nu. 13.& in cōſ. 170.nu.12.Nat.in conſ.407.nu.12.Afflict.c.1.§. iniuria,in 4. not.nu.40.tit.de pace iur.fir. Boer. in deciſio. 316.ferè per tot.Grat.in conſ.94.nu.19.vol.2.Felin.in c.nullus.nu.3.de præſumpt.Blanch.in tract.de ind.& tortur.in ver.fuga,nu.278.Ang.Aret.in tract. maleſi. in ver.fama publica,in 6.car.in ver.an fuga.& ita tradidere ſcrib in l.vnic.C. de raptu virginum.

2 Fuga namque † accuſat fugientem:ex Imper. in §. ſi vero,in auth.de exhib.reis, & in §.ſi quis autem ad ordinationem,in auth.de ſanctiſs.epi.vt ait Blanc.in d.tract.de indi.in ver.fuga,nu.291.ver.quia fuga.Frā. Caſſo.in tract.maleſic.c.4.tit. de fuga. in uer. propter ſolam,poſt numer.1.verſ.alijs autem ſenſerunt.idem inquit Iac.de Beluiſ.in eadem prac.iudic.crim. in tit. de quæſt.nu.40. verſ. item ſi accuſatus.de quo meminit Mant.in d.conſ.118.nu.13.Nec alia cauſa (ni fallor) Iuſtinianum permouere potuit, quod Reum fugientem appellaret in l.2.in prin.& in §. ſed quia veremur,propè fi.C.de iureiur. propter caſ.quam quod, vt plurimum rei, & ſceleris conſcij fuga ſalutem ſibi quærere ſoleant.

3 Vnus tamen † Paul.Ghirlan.in tract. de relax. carcer.in tit.de fuga, nu. 1. inter tantos patres ſentire videtur, fugam in cauſis capitalibus per ſe non facere aliquam probationem, nec plenam, nec ſemiplenā, nec indicium ad torturam.ad huius ſententię confirmationem context.adducit in d.l.vnica, §.ſin autem, C.de rapt.virg. vbi dicitur, ꝙ contra raptores fugien-

Digitized by Google

tes, ſi poſteà capti fuerint poſt legitimas,& iuri co-
gnitas probationes ſine fori præſcriptione duriſſimis
pœnis afficiantur. Sequitur ergo, quod fuga nullam
faciat probationem. vbi etiam refert ita tenere Salic.
ibidem. Sed facilè lector tolles hāc ſcribentium diſ-
ſenſionem, ſi ea, quæ infra in limitationibus dice-
mus, attendes.
Concluſ. noſtrā primum velim amplies, vt non ſo-
4 lum fuga† faciat ſimplex indiciū contra fugientem,
verum ēt ſit efficax ad ſubijciendum reum tormētis,
per ea iura, quæ ſuperius adduximus: ſic teſtatur Iac.
de Beluiſ. in rub. de quæſt. poſt nu. 1. verſ. & quia fuga
talis. & in d. rub. de crim. remiſſ. poſt nu. 2. ver. item ex
tali fuga. Sic quoq; ſenſit Bal. in l. cum probatio, ff. de
prob. & in d. l. volūtatis. nu. 11. C. de fideicom. & pro-
bauit Amod. de Caſtel. in tract. de ſind. poſt nu. 293.
verſ. vnde qui dedit libellum. idem videtur ſētire Iaſ.
in d. l. admonendi. nu. 169. in fi. vbi dicit hanc videri
* *communem ſentētiam. hoc idem corroborauit au-
ctoritate ſua Cum. in d. l. lege Cornel. nu. 2. verſ. alle-
gatur etiam quotidie. ff. ad Syllan.
Secundo loco amplianda eſt concluſio, vt ēt fuga
5 ſociorum† inquiſiti faciat indicium contra reum, vt
decidit Thom. Gram. in deci. 11. nu. 14. & in deciſ. 42.
nu. 13. & in cōſ. 17. nu. 19. Alex. auctoritate permotus
in conſ. 65. habita ſuper contentis. nu. 10. verſ. accedit
etiam. uol. 1. & in conſ. 41. col. vlt. vol. 2. eidem ſenten
tiæ videtur accedere Iacob. Menoch. de arb. iud. cau.
lib. 2. cent. 5. caſ. 474. nu. 48.
6 Contra† tñ ſenſit Boer. in deciſ. 215. nu. 25. verſ. &
ſolum, vbi decidit fugam ſolū facere indicium cōtra
ipſum fugientem, & non contra alios in eodem deli-
cto ſocios. p l. 2. C. de fid. inſtr. & l. vlt. C. de fal. hāc eā-
dē opinionē cōfirmat Iaſ. in d. l. admonēdi, in lect. n.
89. in fi. verſ. 4. limita, ex auctoritate Io. And. in addit.
ad Spec. in tit. de præſumpt. §. 2. poſt nu. 3. in fi. in ver.
l. vnica, in addit. hic eſt inſiſtendū. vbi decidit, quòd
ſi quis accuſet falſi eum, qui produxit falſum inſtrm,
& ēt notarium qui confecit, quamuis notarius aufu-
giat, eius fuga non faciat indicium ad torturam con-
tra producentem, quamuis ſimul accuſatū hunc eun-
dem referunt, & ſequuntur Franc. in d. l. admonendi.
nu. 175. & ibidem Iac. Petr. de Ptolomeis. num. 87. &
Paris de Put. in tract. de ſindic. in verb. an teſtes repro-
bantes. poſt nu. 3. verſ. & ideo ſola fuga notarij.
7 Tertio ampliari poteſt, vt fuga ēt† faciat probatio-
nem, quo ad tollēdum incertitudinem, & dubitatio-
nem quādo dubitatur, quis commiſerit delictum, vt
ſi duo ſint exules eiuſdem nominis, & ignoretur vter,
ipſorum ſit exul, tunc ille qui fugit, iudicabitur ille, q
exilio mulctatus eſt: vt retulit Franc. Caſſ. in d. tract.
malef. tit. de fuga. d. c. 4. nu. 23. quod placuit, & Marſ.
in d. pract. crim. §. diligenter, poſt nu. 47. ver. ſed in vl-
tra. & in rub. C. de prob. nu. 285. in fi. vbi refert Bal. ita
ſentientem in l. voluntatis. nu. 11. C. de fideicom.
8 Quarto ampliabis, vt in cauſis nō capitalibus† fuga
faciat etiam indiciū ad torturam, tàm ante, quā poſt
inquiſitionē, vt reſpondit Ioan. de Amic. in conſ. 7. ꝗ
in cauſa appellationis. col. 10. verſ. primo, quia licet.
& conſ. 86. in inquiſitione facta. colu. 3. ver. & primo
nā licet. & in conſ. 131. in cauſa inquiſitionis. forma-
tæ. col. 4. ver. reſtat videre quibus in locis permouent̄
auctoritatib. Dyn. in l. diuus. ff. ad Syllan. Cyn. in l. 1.
C. de rap. virg. & Bart. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan.
Quintò ampliat concluſio vt indicia, quæ contra
9 †fugientem oriuntur, ēt contra præparantē ſe ad fu-
gam naſcantur; per illum tritum axioma, idē opera-
tur fuga in actu, ſicut fuga in promptu: teſte Bald. in l.
pignoris cauſa. C. de pign. actio. idem tradit Fran. Ca-
ſon. in eo. tract. malef. tit. de fuga nu. 25. quod, & ſen-
ſit Marſ. in d. §. diligenter. nu. 49. ver. & ſcias etiam, &
in l. 1. nu. 48. verſ. & facit gl. ff. de quæſt. & in rub. C. de
prob. nu. 287. ver. & ſcias etiam vltra.

Nunc vero primū concluſio limitanda, quod licet
fuga faciat magnam ſuſpicionem, ſeu præſumptio-
nē, vt ait Iac. de Beluiſ. in d. pract. iudiciar. tit. de quæ-
ſtio. nu. 21. verſ. & quid ſit latitare, & probauit Rom.
in d. l. admonendi. nu. 56. poſt ver. item principaliter.
10 nō tamen faciat† ſemiplenam probationem: vt idem
* dixit Rom. ibidem ita* communiter cōcludi & in d.
lege Cornelia. ſub nu. 2. verſ. addè quod in quantum.
* vbi item de* communi dicit. ſic tradidit idem Iac. de
Beluiſ. vbi ſupra d. nu. 21. iſtis accedit Cato Sachus in
* d. l. admonendi. nu. 54. verſ. nunc circa fugam. reſtans
* de* communi ſcribentium ſententia. idem tenuit Iaſ.
ibid. ſub nu. 268. verſ. item in quantum.
Secundò limita, vt locū non habeat concluſio, qū
11 quis aufugeret ex aliqua† probabili, vel rationi con-
ſentanea cauſa: nam tūc fuga ne aliquod quidem fa-
ceret indicium contra fugientem: ſic apertè docuit
Bal. in l. in bonę fidei. nu. 7. ver. modo ſequit̄ C. de reb.
cred. & iureiur. vbi inſignè affert exemplum de his, q
aufugiūt propter factiones. in quos ſi homicidij cul-
pa conferatur, non propterea præſumatur cōtra eos,
cum tutus acceſſus ad vrbem non ſit eis, vt cle. paſto-
ralis. de re iud. & per c. ſtatutum. §. 1. de reſcript. lib. 6.
tum quia in dubio debet capi pręſumptio in bonam,
& non in malam partem. l. non omnes. §. à Barbaris.
ff. de re milit. & d. l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonē
ff. de ædil. edict. idem voluit Rom. in d. l. admonendi
nu. 70. verſ. 2. iſtud verum. vbi de Bald. nihil meminit.
idem ait in d. l. lege Corn. nu. 2. verſ. 2. limita. ſicq; tra-
didit Cyn. in d. l. in bonæ fidei. nu. 6. in 5. quæſt. verſic.
item dicit gl. vbi ait fugam facere ſuſpicionē niſi ali-
qua iuſta cauſa poſſit allegari, quę excuſet fugam, vel
fugę ſuſpicionem. vbi id ſcolaris exemplo planum fa
cit, qui ſcelere patrato ad oras ſuas ſe confert: nā præ-
ſumendum eſt, quòd iuerit propter aliàs cauſas, vt cā
vidēdi negotia ſua, vel ſuos inuiſendi, per d. §. apud
Labeonem, l. quis ſit fugitiuus, hos refert, & ſequitur
Iaſ. in d. l. admonendi. poſt num. 169. verſ. 3. limita. ſic
etiam confirmauit Marſ. in conſ. 49. nu. 37.
Hanc limitationē declares, vt nō ſatis ſit cauſas al-
12 legare, † niſi etiam probabiles adducantur, ita ſenſit
Corn. in conſ. 58. viſa inquiſitione. col. pen. lib. 2. quē
refert Rip. in d. l. admonendi. nu. 168. An vero cauſæ
ſint veriſimiles, nec ne, iudicis arbitrio relinquit Iaſ.
in d. l. admonendi. nu. 169. propè fi.
13 Tertiò limitabis, vt fugiens† poſtquam commiſſū
eſt delictū, vel moretur in domo cautus, & nō exeat,
tunc fuga nullum faciat indiciū, ita limitat Bart. in l.
1. ff. de bonis eor. qui ſibi mor. conſc. quod relatu di-
gnum cenſuit Mattheſ. in ſing. 145. not. aut cū dictū.
& retulit Iaſ. in d. l. admonendi. num. 169. atq; Dec. in
cōſ. 234. in effectu. poſt nu. 1. verſ. nec obſtat fuga: hoc
idem plurimum commendat Ang. in l. vlt. col. pen.
C. de quæſt. ita etiam ſenſit Rom. in d. l. lege Cornel.
poſt nu. 2. verſ. in quantum, vt & placuit Marſ. in rub.
C. de prob. nu. 279. verſ. alio modo etiam. & in pract.
crim. in d. §. diligenter. nu. 42. & in ſing. 49. incip. ſæ-
piſſimè, ita ēt voluit Fel. in c. nullus. nu. 6. de præſūpt.
* quāmagis** cōmunem eſſe ſnīam dixit Io. de Amic.
in conſ. 37. col. 4. in princ. ſub verſ. quinta, & vltima,
eandem probauit opinionem idem Ioan. de Amic. in
conſ. 86. col. 3. verſ. & primo, & Bertr. in conſ. 53. ſcio
quod. num. 10. vol. 11.
14 Cuius rei ratio eſt: nam vnicuique licet† redimere
ſanguinem ſuum, quomodocunq; poteſt: vt ait Vlp.
in d. l. 1. ff. de bon. cor. atq; Marſ. in ſing. 215. incipient.
fuga. & in d. ſing. 497.
15 Secùs verò eſſet, ſi antequam† accuſetur de delicto
aufugiat, tunc enim fuga facit ipſum ſuſpectum, eo
quòd delicti conſcientia eum ad fugiēdum inducat:
ita dixit Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 169. quem ſequitur
Marſ. in conſil. 49. num. 37. quod etiam decidit Boer.
in d. deciſ. 215. numero. 10. & num. 30. ad quod nu. ta

alia

alia adduximus ſupra in ipſa concluſione, iſtud etiã
* communi conſenſu ab omnibus probari dixit Boſſ.
in pract.crim.tit.de indi.& conſid.ante tortur. nu.49.
verſ. aliud indicium veriſimile.

16 Eandem limitationem ampliabis,ut ſola fuga† nõ
faciat indicium.etiam eo caſu,quo accuſatio, vel in-
quiſitio nondum inſtituta eſt,dummodo ſubſit iuſtus
timor,vel ſuſpirio vehemens futurę accuſationis,vel
inquiſitionis.etenim nemo tenetur ſe periculo expo-
nere,& ex carcere innocẽtiam ſuam probare: ita ſen-
ſit Rom.in d.l.leg.Cornel.ſub nu. 2. cuius dictum re-
fert,& ſequiẽ Dec.in d.cõſ.234.poſt nu.1.ver. nec ob-
ſtat fuga.atq; Boer.in d.deciſ.215.nu. 29. in fin. idem
* tradidere ſcrib.omnes * communiter in d.l.admonẽ-
di. cum multis alijs ad hoc collectis à Gabr.Saray. in
d.ſing.145.idem probauit Andr.Gail.pract.obſerua.
lib.2.obſer.109 nu.8.cum ſeq.

Hanc quoq ſublimitabis,vt locũ non habeat, niſi
17 alia iuſta ſuſpicio † laboret contra fugientem: nam
tunc ẽt fuga arrepta poſt accuſationem vna cũ hoc,
maximam ſuſpitionem inducit.arg.l.vlt.C.qui num.
tute.cũ ſimil.vt ita reſtrinxit Rom.in d.l.leg.Cornel.
ſub nu.2.quem refert,& ſequitur Brun.in tract.de in-
dit.& tortur.q.3.1.par.nu.9.ad idem reſpondere Lau
ren.ab Occa.in conſ.60.nu.55.ver.nec ex hoc poteſt.
Marcabrun.in conſ.61.nu.13.atq; Io.Coraſ.in d.l.ad-
monendi.nu.79. vbi Cato Sachus nu. 59. & Ioan. de
Amic.in d.conſ.37.col.3. verſ.quinta,& vltima.

Eandẽ declarabis,vt tunc demũ locum ſibi vendi-
18 cet,qñ delictum † erat capitale, vel fugiens debebat
mẽbro mutilari,ſecus ſi non eſſet capitale,vt de pęna
pecuniaria.Nam priori caſu contra ipſum fugientem
facit Indiciũ,non verò poſteriori:ita colligit Ioan.de
Amic.in d.conſ.7.col.10.verſ.1.quia licet,& in conſ.
86.col.3.verſ.1.nam licet,& in conſ.131.col.4.ver.re-
* ſtat videre,vbi de * cõi dicit, vt etiam ſup. notanimus
in 4.ampliat.idem uoluit Paul.Ghirlan. in d.tract.de
relax.carc.de fuga.nu.9.idem ſenſit Franc.Curt.in d.
l.admonendi.nu.260.vbi etiam Iac.Petr. de Ptolem.
idem aſſeruit Soc.in reg.207.in 3. fallen.

Quòd poſtremum ampliabis,vt etiam verum ſit, ſi
19 nondum† accuſatus fuerit,ſed tamẽ,qui alicui mina-
tus ſit,ſe illum accuſaturum: nam fugiens excuſatio-
ne dignus eſt, nec ob fugam in ſuſpitionem criminis
adducitur:nã nominatus de accuſando, iuſte debuit,
& potuit tenere,ne in manus iudicis incidat,& in car-
cerẽ detrudaẽ:ita reſpondit Io.de Amic.in d.conſ.37.
col.4.verſ.& in tantũ,vbi huius ſentẽtiæ teſtes laudat
Rom.Ang.Iaſ.& alios,vt apud eundem videre eſt.

20 Contrarium†tamen ſequutus eſt Soc.in reg.206.in
verb.fuga poſt accuſationem. in 1.limit. idem uoluit
Io.Thierry.in breuiſſimo tract.de fuga.n.11.vbi deci
dunt,quod ſi quis coram iudice fuerit minatus de ac-
cuſando,licet adhuc non accuſauerit, tamen ſi auſu-
giat,fiat ſuſpectus.

Verior tamen eſt prior opinio, quam etiam ſunt ſe-
quuti Ioã. Coraſ.in d.l.admonendi.nu.79.verſ.idem
quoque poſt.vbi etiam Franciſ.Cur. ſub nu.160. in 3.
limi.& ibid.Cato Sachus.nu.58.qui in omnes permo
uentur per l.miles.§.ſocer. ff. de adult.

21 Quartò limitanda eſt.nam fugiens † è manibus ſa-
tellitum,dum eum comprehendere conantur, & po-
ſteà in iudicium vocatus,ſponte præſidi ſe ſiſtat, non
vr̃ eſſe in dolo,propterea eius fuga nullum facit indi-
cium,tanquã purgata ſit per ſequentem comparitio-
nem,ita docet Bart.in d.l.quis ſit fugitiuus. §. ſicuti,
vbi etiã Fulg.nu.4.ff.de ædil.edict. cui accedit Rom.
in d.l.admonendi.nu.70.verſ.adde quod hoc recipit,
ſic ſenſit,& Fel.in d.c.nullus.nu. 7. idem tradit Iaſ. in
l.admonendi.poſt nu.169 in 2. limit. ubi etiã Franc.
Curt.nu.168.& ibid.Caccialup.nu.83.& ibi Cato Sa-
chus.nu.54.atq; Iac.Per.Prol.nu.76. ad idem reſpon-
dit Marc.Mant.in conſ.170.num. 35. ſic q; tradidere
Guid.de Suzar.in tract.de indic.& tortur.nu.40.Frãc.
Brun.in tract.de indic.& tortu.q.3.1.par.nu.7.Blanc.
in eo.tract.de indic.in verb.fuga.nu.286.& Soc.in re-
gul.207.in prima fallent.

22 Quintò limita: vt fuga non faciat indicium † effi-
cax, quando fugiens prius benè audiebat, & vir pro-
bus habebatur, iuxta ſententiam Archid. in c. cerni-
mus.3.q.9.quem refert,& ſequitur Franc.Brun.in tra-
cta.de indic. & tortur. q. 3. 1. par.nu.12.quod placuit
etiam Marſ.in d.conſ.49.nu.38.verſ.dico,& ſecundo
ad idem reſpondit Rom.in conſ.241. ſpectabiles do-
mini.ſub num. 1.

23 Sextò limitabis,quando is, † qui auſugit, reuerten-
di habebat animum: nam eius fuga nõ facit indiciũ:
vt colligere eſt ex d.l.quis ſit fugitiuus.in §. idem ait.
il 2.ff.de ædil.edict.& ex l.1.C.de req.reis idẽ reſpon-
dit Nat.in conſ.407.nu.10. ſic quoq; tradit Lanſr. de
Oria.in d.l admonendi.nu.54.verſ.tertio caſu, & ibi.
Io.Coraſ.nu.51.vtq reſpondit Bertran.in conſ.81.nõ
puto.num.7. vol.2. idem notauit lucubrando Illuſtr.
Cardin.Alban.in lucubrat.ad Bart.in d.l. quis ſit fu-
gitiuus.§.ſicuti.in fi ſicut nec auis,quæ è nido auolat,
breui reuerſura,receſſiſſe dicitur, ita ad hanc rẽ mul-
ta alia congerens dixit Bald. in l.1.nu.15.verſ.quæro
quid de errore.C.de ſeru.fugit.

24 Animum autem reuertẽdi † habuiſſe probatur per
teſtes,quia forſan antequam fugeret, declarauit ani-
mum ſuum coram teſtibus, quod diſcedebat animo
reuertendi,iuxta not per Bart.in l.1.§.ſi quis ipſi præ-
tori. ff. de oper. nou. nunc. Quòd ſi per teſtes probari
non poſſit,conſideratur perſonæ conditio, an ſit no-
bilis,honeſta,& fide digna, vel potius vilis, & ſuſpe-
cta,& ſecundum illius conditionem iudicare fugam,
vt l.non omnes.§ à Barb.ff.de re milit.

Præterea conſideraẽ,an ſit diuturna, vel breuis ab-
ſentia:nã ſi cito reuerſus fuerit,præſumitur,ꝙ auſuge-
rit animo reuertendi, prout reuerſus fuit, aut diutius
abfuit,& p̃ſumitur animo fugiendi abfuiſſe,& nõ ani
mo reuertendi receſſiſſe,ex l.deſertorem. §.emanſor.
& ibi gl.& Bar.q hoc benè notant.ff.de re milit. & ex
d.l.qs ſit fugitiuus,in prin.idẽ aſſeruit Bal.in l.1. in fi.
ff.de bo.cor.q ante ſent.ſibi mor.cõſc.ita docet Paul.
Ghirl.in trac.de relaxat.carcer.tit.de fuga.n.7. & ſeq.

Hoc velim ſublimites,vt locum non habeat, vbi is
25 malo animo†auſugiſſet, & poſteà reuertetur: nam is
dicitur fugitiuus, & contra illum præſumitur, iuxta
ſentẽ.I.C.in d.l.quis ſit fugitiuus.in d.§.apud Labeo-
nem,ita intellexit Lanſr.de Oria.in d.l. admonendi.
* ſub eo. nu. 54. quo in loco aſſerit * communiter hoc
caſu fugam plenè probare.

Septimò limitaẽ,vt concl.non procedat, qñ cõſta-
26 bat, debere † capi de facto.tunc enim licet auſugere,
& euitare violentiã facti:& propterea fuga nullius eſt
momenti cõtra hunc fugientem: ſic videtur innuere
Bertr.in d.conſ.61.nu.7.verſ.quo fit.uol.2.cui accedit
Marc.Mant.in conſ.176.nu.9.id clarius explicauit,&
probauit Paul.Ghirl.in trac.de relax.carce.nu.9.quẽ
refert,& ſequitur Card.Alban.in lucub.ad Bart. in d.
l. quis ſit fugitiuus.in §.ſicuti. in fin.ff.de ędil.ædict.

Octauò limito,non enim fuga nocet,quando quis
27 auſugit præſentiam†ſęuientis iudicis,qui in ſibi ſub-
iectos plus ſatis inſęuire ſolet, & in quo plus ſęuitiæ,
quàm iuſtitiæ deprehenditur. hic namq; iuſtus eſt ti-
mor,& fuga in eo nullius eſt indicij. ſic aſſeruit Pau.
Ghirl.vbi ſup.nu.10.in 5.limi.per ea,quæ ibi adducit.
idem ſenſit Blã.in d.tract.de indi.in verb.fuga.n.285.
ſic ẽt decidit Boer.in d.dec.215.ſub nu.27. Vnde Al-
28 cibiades, † qui rerum à ſe præclarè geſtarum magni-
tudine multorum in ſe cõcitauit inuidiã,cum ad cau-
ſam pro capite dicendum è Sicilia vocareẽ ab Athe-
nienſib. obtemperare noluit:Stultum eſt, inquiens, iu
diciũ quærere,nõ fuga tibi cõſulere, cũ fugere poſſis:
vt retulit Plutarc. in eius vita,atq; Aelia.li.13.de var.

hiſtor. cũ igitur de vitæ diſcrimine agitur, prudentioris conſilij eſt potius fugere, quam ſe committere irato arbitrio etiam propriæ matris: vt egregiè reſpondit Io. Claud. in conſ. 101. nu. 4. vol. 1. inter conſilio crim. à Ziletto in vnum redacta, & edito.

29 Nonò poteſt limitari, ſi conſtet† de fuga legitimè ſaltem per duos teſtes, vel aliã legitimam probationem, alioqui fuga non poſſet facere indicium ad torturam, vt egregiè obſeruauit Arch. in c. nihilominus. 3. q. 9. & in c. cõtumacia. de hæret. in 6. quem refert, & ſeq. Fran. Brun. in d. trac. de indic. & tortur. q. 3. primæ part. nu. 12. verſ. illud circa.

Decimò limito: vt locum non habeat concluſ. in
30 præiudicium† tertij, vt teſtati ſunt Curt. ſen. & Rip. in d. l. admonendi ille nu. 164. hic nu. 174. & Io. Andr. in cap. ad audientiam. de fid. inſtrum.

31 Vndecimò limitatur in famulo fugiẽte† in quo fuga facit plenam probationẽ, iuxta ſententiam Accurſ. in §. ſi vero etiam. in auth. de exhib. reis vbi Ang. hoc confirmat. & Paul. Ghirlan. in d. tract. de relaxat. carcer. tit. de fug. incarce. ad quod plures congerit Boer. in d. deciſ. 215. nu. 29. Gram. in conſ. crim. 32. nu. 6.

32 Hanc limitationẽ intelliges, † vt procedat, quando maximè cõcurrit veriſimilitudo ex parte domini cõdolẽtis, & famuli fugientis, præſertimq; ante inquiſitionem, & poſt accuſationẽ, quia tunc facit indicium ad torturã: vt concludunt Doct. ſuperius citati. Quod
* cõiter ab omnibus receptum teſtatur Cur. ſen. in d. l. admonendi. nu. 171. quãuis ipſe ibi contrariũ ſentiat.

Duodecimò limita, quod licet fuga faciat indiciũ,
33 non tamen habet locum in carcerato aufugiẽte † teſte Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 122. & Rip. nu. 170. vbi cæteri ſcriben. idem placuit Paul. Ghirlan. in d. tract. de relaxa. carcer. tit. de fuga incar. nu. 13. & latè Boer. in d. deciſ. 215. nu. 9. nam iſta fuga plenè probat cõtra iſtum fugientem, de qua re nos infra latius in ſequen. concluſ. dicemus.

34 Decimotertiò limites velim, † vt ſi publico decreto eſſet cautum, ne quis poſſet deferre talem rem per aliquem locum, & quis inueniatur à magiſtratibus, ab illiſque renuat excuti, & in fugam ſe det, ſit puniẽdus illa pęna banni, iuxta ſententiam Bar. in l. 3. C. de cur. public. & angar. lib. 10. habetur enim pro confeſſo ille fugiens.

35 Decimoquartò limitare poteris in officiali, ſeu iudice fugiẽte ab officio ſuo, quia tenetur crimine læſæ maieſtatis, ex §. 1. in auth. de adminiſt. ciuit. vt etiam ait Rip. in d. l. admonendi. nu. 173. ne propter diſceſſũ ſcelera committantur à ſubditis: nam tunc fuga eſt delictum. & ſic plenè probat ex Bart. in d. l. admonẽ-
* di. nu. 35. ibidem Iaſ. nu. 177. & hãc eſſe * communem opinionem teſtatur Viu. in ſuis commun. opin. in verb. fuga. in 11. limit. quod latius paulo poſt explicabimus in concluſ. fuga officialis.

36 Decimoquintò limitabis, vt non procedat† concl. quã fuga alicui pro crimine obijcitur. tunc enim probata fuga, probatur & crimen, vt in milite fugiente è caſtris reſpondit I. C. in l. deſertorem. §. deſertor. ff. de re milit. & in eo, qui magiſtratus perſonam ſubtrahit, reſcripſere Imp. Arcad. & Honor. in l. conſiliarios, C. de aſſeſſo. vt docuit Bart. in l. impuberib. §. præterea, vbi nõnulla ſimilia adducit. ff. de ſuſpect. tut. hoc idẽ probat cõtex. in §. ſi vero, etiam quidem. ibi. penè ſui accuſatorem per fugam factam, vbi gl. in auth. de exhib. reis. Eandẽ Bart. doctrinã ſunt ſequuti Io. Coraſ. in d. l. admonendi. nu. 83. & ibid. plurimi alij: vt Lãfr. de Oria. nu. 53. Fran. Curt. nu. 155. Caccialup. nu. 83. Iac. Petr. de Ptolem. nu. 75. Rayn. de Forliu. nu. 3. Fel. in c. nullus. nu 8. de præſ. Marſ. in prax. crim. in §. diligenter. nu. 47. Paul. Ghirlan. in tract. de relax. carc. tit. de fug. incarcer. nu. 3. Brun. in tract. de indi. & tort. nu. 7. Fran. Caſon. in trac. maleſ. tit. de fug. c. 4. num. 17. & ſeq. cũ plurimis alijs, quos lõgũ eſſet oẽs enumerare.

Quàm limitationem ampliabis, vt & locũ habeat,
37 ſi fuga obijciatur † in probatione alterius criminis, ad eius tamẽ probationem ſufficiat ſuſpicio, vt in tutore ſuſpecto: nam ſi ipſe aufugiat intelligitur probatũ delictũ ſuſpicionis: quia fuga facit quem ſuſpectũ: vt voluit Barr. in d. l. impuberibus. §. præterea. ff. de ſuſpect. tut. & in l. admonendi. nu. 35. ver. venio ad ſecũdum. ff. de iureiur. idem confirmauit Bart. in d. l. lege Cornel. ſub nu. 1. ff. ad Syllan. quod & cõprobauit Iaſ. in d. l. admonendi. nu 167. verſ. ſecundus caſus eſt, vbi inquit, ꝙ vbi ſola ſuſpicio ſatis eſt, fuga plenè probat.

Decimoſextò limita locum ſibi non vendicare in
38 mercatoribus, qui decoxerunt, † vel iam ceſſantibus cambia ſoluere, & fugitiuis: nam ex ſola fuga ipſi habentur pro confeſſis, & poſſunt quæſtionibus ſubijci, vt indicent pecunias eis datas, vel depoſitas, quas habere negant: illaſque perdidiſſe, & ſubtractas per inſtitores eſſe dicunt: ita tenet Paris de Put. in d. tract. de ſyndic. c. an in cauſ. pecun. & ciuil. nu. 2. quem ſequit Marſ. in l. diuus. nu. 5. ff. de quęſt. & in prax. in §. expedita. nu. 62. idem voluit Franc. Put. in l. ſingularia. nu. 4. ff. ſi cer. pet. ſic decidit, & Boer. in dec. 215. nu. 5.

CONCLVSIO DCCCXX.

ARGVMENTVM.

Fuga carcerati è carceribus, quãdo efficiat, vt is pro confeſſo habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Fuga carcerati è carceribus efficit, vt is perindè habeatur, ac ſi crimen faſſus ſit.*

2 *Fugiẽs ex aliquo cubiculo, vel præſidis palatio, in quo ſub cuſtodia aſſeruabaĩ habetur ꝓ Confeſſo. Cont. vt nu. 3.*

4 *Carceratus dicitur omnis, quicunq; non poteſt è loco tute, & liberè, vt ſibi libuerit, recedere.*

5 *Fugiens ex carcere, vel palatio ianua aperta pro confeſſo non habetur; ſecus ſi ianua ſciſſa vel reuulſa, aut murum tranſcenderit.*

6 *Fugiens è carcere adeò pro confeſſo habetur, vt etiã ſi delictũ nõ patrarit, gratia cuius in carcerem detruſus erat, in eũ animaduertatur, ac ſi re vera crimen commiſiſſet.*

7 *Fuga eius è carceribus, qui in carcerem cõiectus erat facit eum haberi pro confeſſo, quandocunq; poſt accuſationẽ fuit in carcerem detruſus, & à carcere exemptus ſub fideiuſſoribus pendente accuſatione aufugit.*

8 *Fugere volens è carcerib. & repertus, habetur pro confeſſo.*

9 *Fugiens è carceribus adeò pro confeſſo habetur, vt capitali pœna plectatur.*

10 *Fugiens è carceribus voti ſoluendi cauſa pro confeſſo non habetur, dum tamen breui redeat.*

11 *Fugiens è carceribus generaliter cauſa religionis ſeruãdæ pro confeſſo non habetur.*

12 *Fugiens è carceribus neceſſitate coactus pro confeſſo non habetur.*

13 *Fugiens è carceribus, & ad Principem ſe conferens pro cõfeſſo non habetur.*

14 *Fugiẽs è carceribus, qui pro generali inquiſitione detinebatur, pro confeſſo non habetur: ſecus ſi pro ſpeciali.*

15 *Fugiens è carceribus non habetur pro confeſſo, quando carcer fuiſſet fractus à tertio, nec conſilio, & ſuaſione nunc fugientis.*

16 *Fugiens è carceribus in quibus iniuſtè, et indebitè cõiectus erat pro confeſſo non habetur.*

17 *Indebitè incarceratus poteſt in foro conſcientiæ carceres euadere etiam ſi indè cuſtodi detrimentum aliquod cõtingat, quẽ etiam tuto interficere poteſt ſi aliter mortem effugere nequit.*

18 *Fugiens è publicis carceribus pro confeſſo habetur, non etiam priuatis.*

19 *Fugiens è carceribus iuſſu cuſtodis pro confeſſo non habetur.*

20 *Fuga eius, qui poſt fugam denuo captus eſt, & carceri mā-
cipatus, licet inuitus, nō ſatis eſt, vt de eo ſupplicium ſu-
matur, & condemnetur.*
21 *Fugiens è carcere, in quem coniectus eſt ad cuſtodiam pro
crimine hæreſis, pro confeſſo non eſt habendus.*
*Contraria huic ſententia plurimis cōuincitur rationibus,
vt per tot. nu. 22.*
23 *Fugiens è carceribus, qui nondum damnatus eſt de hæreti-
ca prauitate, & carceri ad cuſtodiam traditus, pro con-
feſſo nō habetur: ſicus in iam damnato, & carceri ad pę-
nitentiam tradito, quando fugiens nullam legitimā ex-
cuſationem probauerit, vt nu. 24. Contr. nu. 25.*
26 *Fugiens mulier è carceribus cauſa vitandæ libidinis pro
confeſſa non eſt habenda.*
27 *Fugiens è carceribus cum conſpiratione prius facta in car
ceribus cum ſocijs, pro confeſſo habetur, alias non.*
28 *Fugiens è carceribus animo reuertendi, et ſponte reuerſus
ſit. pro confeſſo non habetur.*

1 Fuga eius, † qui in carcerem incluſus eſt, nō ſo-
lum in patrati flagitij ſuſpicionem eum
adducit, ſed euā efficit, vt perindè habeatur, ac ſi cri-
men faſſus ſit, vt in eū non ſecus agaт, atq; contra illū
qui ſcelus admiſſum confeſſus eſt: ſic apertè tradidit
Accur. in l. in eos, ſuper verb. puniendi, ff. de cuſtod.
reor. & in l. 1. in prin. ſuper verb. capite. ff. de effract. cu
ius rei videtur extare reſcriptū Imp. Hono. & Theod.
in l. ſi apparitor. C. de cohortal. lib. 12. & Iuſtin. in §. ſi
quis vero accuſatus de adulterio auth. vt nulli iud. at-
que reſponſū Martiani I.C. in l. milites agrum. §. eius
fugam. ff. de re milit. quod & ſenſit Io. And. in addit.
ad Spec. tit. de præſ. §. 2. ſub nu. 3. in verb. lex vnic. verſ.
erat ſecundum, id placuit etiam Oldr. in conſ. 65. hic
agitur de duob. nu. 1. iſtis accedit Marſ. in prax. crim.
in §. diligenter. nu. 46. cū multis alijs ad hoc allatis à
Boer. in deci. 215. n. 9. hoc idem comprobauere Iaſ. in
l. admonendi. nu. 172. verſ. quid de incarceratis, ff. de
iureiu. vbi Lāfr. de Orian. nu. 56. vbi cæteri ſcrib. Pau.
Ghirl. in tract. de relax. carcer. de fuga incarcer. n. 12.
& Io. Thier. in tract. de fuga, ſub nu. 11. verſ. 3. niſi.

Concluſionem hanc ita velim amplies, vt etiā pro
2 cedat in fugiēte ex aliquo cubiculo, † vel præſidis pa-
latio, in quo ſub cuſtodia aſſeruabatur: ita ſenſiſſe Io.
And. in eodem loco nuper adducto dixit Paul. Ghir-
lan. in d. tract. de relax. carc. de fug incarc. nu. 13. arg.
d. l. in eos. ff. de cuſtod. reo. ita not. & Boer. in d. deciſ.
215. nu. 15. quem refert, & ſequitur Viui. in commun.
concl. in verb. fuga. incip. quærit Bart. in ampli. nonæ
limit. ita etiam verè ſenſit Oldra. in d. conſ. 65. atque
Guid. Pap. in q. 253. ſi quis, vt refert, & ſequitur Me-
noch. de arb. iud. cauſ. caſ. 301. nu. 7. & ſeq.

3 A contraria tamen † ſtetere ſententia nonnulli, ea
rationi permoti nam licet palatium, ſiue cubiculum
largo modo carcer poſſit appellari, tamē propriè nō
eſt carcer, ex l. ſuccurritur. ff. ex quib. cauſ. maio. ſic ſē-
ſit Bal. in d. l. admonendi, ſub num. 5. ita voluit, & Iaſ.
ibid. poſt nu. 174. verſ. & in noſtra quæſtione, vbi mul
tos eiuſdem ſententiæ viros refert.

Verior tñ vr prior ſnīa, quam etiam ſic confirmo:
4 nam carceratus dr omnis, † quicunq́ non poteſt de
loco tute, & liberè, vt ſibi libuerit, recedere, iux. ſentē.
Ang. in l. 1. C. de priu. carcer. & in l. qui in carcerem,
ff. quod met. cau. tradidit ēt Bal. in l. vnic. nu. 13. in fi.
C. de confeſ. & Innoc. in c. nuper, in prin. de ſentēt. ex-
com. fugiens igitur de palatio fugit contra præceptū
iudicis, ergo habetur pro conuicto, & confeſſo.

Sed limitando facilè poterunt ad concordiā redu-
ci hæ ſcribentium diſſenſiones. Ampliationem itaq;
velim limites, vt locū non habeat in fugiente ex car-
5 cere, vt palatio † ianua aperta, ex iſtiuſmodi enim fu-
ga criminis ſuſpicio nō dimanat, arg. eius, quod Imp.
Conſt. reſcripſit in l. nemo carcerem. C. de exact. trib.
lib. 10. vt retulit Rom. in d. l. admonēdi. nu. 70. ex ſen-
tentia Bal. ibid. cui accedit Cur. in eo. loco. nu. 164. &
Iac. Petr. de Prolo. nu. 78 atq; Io. Cor. nu. 84. Cato Sa-
chus ēt nu. 56. ita deciſum fuit à Boer. in dec. 215. nu.
15. ſicq; tradidit Brun. in d. tract. de ind. & tort. in q. 3.
1. par. n. 10 quib. ſe ipſe ſubſcripſit Viu. in ſuis cōmu.
concl. in verb. fuga. incip. quærit Bart. in fi. 9. limit.

Secùs autē eſſet, ſi aufugiſſet ianua ſciſſa, vel reuul-
ſa, aut murum tranſcenderit: nam tunc inditio eſt cō-
tra fugientem, & habetur pro confeſſo. arg. l. vlt. ff. de
rer. diuiſ. & hoc pacto tradidere omnes ſupra relati à
nobis ſcribentes iiſdem in locis.

6 Secundò ampliabis, vt ſi reuera † non patrarit deli-
ctū gr̄a cuius in carcerē cōiectus erat, tunc habeatur
pro confeſſo, & in eū animaduertatur ac ſi reuera cri
men commiſiſſet: ita probaт in d. l. in eos, & ibi gl. in
verb. puniēdi. ff. de cuſtod. reor. ibiq; Bart. & Ang. nu.
3. vt & clarè tradidit Iac. Beluiſ. in pract. iudi. in tit. de
quæſt. & qual. tormen. nu. 103. verſ. ſi exit carcerem,
ſic etiam aſſeuerauit Hierony. Zane. in tract. differen.
Iur. Cano. & Ciuil. differ. 91. nu. 159. eidem opinioni
accedunt Abb. in c. à nobis. nu. 3. & ibi ſcrib. de appoſt.
Fel. in d. c. nullus nu. 3. de præſump. Cuman. in conſi.
106. nu. 2. & ſeq. atq; Boer. in d. deciſ. 215. nu. 22.

7 Tertiò amplianda eſt, vt etiam talis fuga † faciat
eū haberi ꝓ cōfeſſo, quandocūq; poſt accuſationem
fuit in carcerē detruſus, & è carcere exēptus ſub fide
iuſſorib. & pēdēte accuſatione aufugiſſet, vt colligiт
ex iis, q̄ ad hoc collegit Duen. in reg. 392. in 2. ampl.

8 Quartò amplia, vt ēt concluſio procedat, † ſi fuiſſet
quis repertus cum vellet exire è carcerib. nam tūc pro
confeſſo habetur teſte Iac. de Belloui. in pract. iudic.
tit. de q. & qualit. tormen. nu. 103. per contex. in d. l. qs
ſit fugitiuus. §. idem Celſus. ff. de ædil. edict. ſic etiam
diremit Boer. in d. deciſ. 215. nu. 12. quod probauit, &
Marſil. in rub. de prob. nu. 287. verſ & ſcias etiam, vbi
plurib. id corroborat, & in pract. crim. in d. §. diligēter
n. 49. cū ſeq idē voluit Purp. in l. rogaſti, §. ſi fugitiuus,
n. 32. ff. ſi cer per. nā & ille diciт fugitiuus, q eſt in actu
ipſius fugæ, vt reſpondit Soc. in conſ. 99. nu. 2. lib. 4.

9 Quintò ampliabis, vt etiā is hoc pacto fugiens † ca-
pitali pœna plectatur ex I.C. reſponſo in l. 1. ff. de ef-
fractor. & in l. milites, argu. §. eius fugam ff. de re mili.
& egregiè tradidit Duen. in reg. 392. in vlt. ampliat. &
latius explicat in reg. 393.

Primo loco concluſionem limitabis, vt non proce
10 dat, quando aufugeret † voti ſoluendi cauſa, hęc enim
fuga confeſſum non facit eum, per id quod reſponſū
eſt à I.C. in l. illud, ff. de offic. præſid. dum tamen intra
diem redeat, vel poſt breue tempus, quod vt ſingula-
re dictum retulit Marſil. in ſing. 149.

Secundò limitatur, vt locū non habeat quoties ge
11 neraliter † recedit è carcere cauſa religionis ſeruādæ,
velut, vt rebus diuinis intereſſe poſſit, dummodo re-
deat, ex Bal. in l. 1. ſub nu. 15. verſ. q̄ro quid de errone.
C. de ſeru. fugit. & Boer. in d. deciſ. 215. nu. 17.

12 Tertiò limita, quando quis è carcere † fugeret ne-
ceſſitate coactus, vt ſi comburebatur carcer, vel de
incendio ſuſpicabatur, & timebat, arg. l. habitatio. §.
vlt. ff. loc. vbi interrogatus Alphenus I.C. an ſi condu
ctor domus timoris cā emigraſſet, deberet mercedem
necnè: reſpondit ſi iuſta cauſa fuiſſet, cur periculū ti-
meret, quamuis periculum verè non fuiſſet, tamē nō
debere mercedem locatori, & arg. l. item quæritur. §.
exercitu. ff. eo. vbi conſuluit Vlp. ſi veniente exercitu
conductor migrauerit, deindè ex hoſpitio milites fe
neſtras, & cætera ſuſtulerint, ex locato non teneri cō-
ductorem, ſi denuntiare non potuerit. quos cōtextus
pro ſcholaribus egregiè obſeruauit Rip. in tractat. de
peſt. tit. de priuil. cōtract. cauſ. peſt. nu. 22. qui domos
conducunt: nam pp peſtem poſſunt relinqui. dum ta-
men reddant claues, vel dño denuncient. hoc idē ani-
maduertit. Viu. vbi ſup. in d. verb. fuga. in 3. ſublim. 9.
limit. huc quoq; pertinet eiuſdem Vlp. reſponſum, l.

ſi quis fumo.§.vlt.ff.ad leg.Aquil.vbi cautū reliquit,
actionem legis Aquiliæ ceſſare in eo,qui incendij ar-
cendi gratia vicinas ædes intercidit. iuſto enim metu
illum duci,dixit idem I.C. ſic etiam aſſeruit Boer. in
d.deciſ.215.nu.30.verſ. tamen ego teneo.

13 Quartò limitādā eſt in eo,† qui è carcerib. exiēs ad
principē ſe confert.non n.dicitur fugitiuus.vnde eius
fuga ipſum criminis non arguit:vt decidendo ſenſit
Boer.in d.deci.215.nu.28.per contex.in l.ſed & ſi per
prætorē.§.vlt.ff.ex quib.cau.maio.idem voluit Boſſ.
in pract.crim.tit.de carcer. fideiuſ.commit.nu.46.

Quintò limitabis,vt vera non ſit concl.in fugiente
14 † qui detinebat̃ pro generali inquiſitione. is.n.aufu-
giens pro confeſſo nō habet̃:vt conſuluit Bal. in cōſ.
32.1.quæſt.artic.ſub nu.1.vol.3.quem refert & ſequi-
tur Fel.in c.nullus.nu.4.de præſump.& Marſ.in prac.
crim.in d.§.diligenter. nu. 46. in fi.& in §. attingam,
nu.45.Boer.in d.dec.215.nu.11.Paul.Ghirlan.in trac.
de relaxat.carcer.tit.de fuga.nu. 13. verſ. hæc etiā ex-
cept.Hippol.Bonacoſſ.in ſuis commu. opin. in verb.
fuga rei.verſ.oportet,quòd ad hoc , atq; Paris de Pur.
in tract.de ſind. in verb.qualiter autem probetur. Se-
cus autem eſſet ſi pro ſpeciali inquiſitione in carce-
rem fuiſſet detruſus,vt ait Bal. in d. conſ.32. vna cum
cæteris nuperrimè relatis auctoribus.

Sextò poterimus limitare concluſio.vt non proce-
15 dat,† quando carcer fuiſſet fractus , & dirutus ab ali-
quo tertio,nec conſilio,& ſuaſione nūc fugientis: nā
is fugiens pro confeſſo non habetur:cum militet ea-
dem ratio, quæ in hoſtio aperto.ita inquit Lanfrā. de
Orian.in d.l.admonēdi.nu.56. & in l.ſi fugitiui.C. de
ſeru.fug.& eū refert,& ſequitur Io.Thierry.in trac.de
fug.nu.11.in fi.atq; Soc.in reg.206.in verb. fuga. poſt
accuſat.in 3.limit. verſ.item intellige, niſi carcer.

Septimò limita,vt concluſ.locum ſibi non vēdicet
16 in eo,† qui iniuſtè,& indebitè in carcerē incluſus eſt,
nā eius à carcerib. fuga criminis confeſſionē non ar-
guit:vt ad hanc rē plura adducit Marſ. in d.§.diligen
ter.ſub nu. 59.verſ.nam hoc nō credo.& in d.§.attin-
gā.nu.37.ver itē intellige,ꝙ placuit, & Paridi de Put.
in eō.tract.ſind. in §.carcerē. quem ſequuti ſunt Rip.
in d.l.admonēdi.nu.171.& Menoc. de arb. iud. cauſ.
caſ.301.n.14.lib.2.cent.4.atq; Boer. in d.dec.215. nu.
30.verſ.& iſtud vlt.immo poteſt iſte etiam in foro cō
17 ſciētiæ † carceres euadere, etiam ſi inde cuſtodi detri-
mentum aliquod contingat.quin ēt ſi mortem vitare
aliter nequiret, cuſtodes impunè, & tuto interſicere
poſſet,ita multorū auctoritatib.firmauit Did.Couar.
lib.1.variar.reſo.c.2.nu.12.Boer.vbi ſup.Gram.in cō-
ſil.51.nu.5.& 6.atq; Neuiz.in conſ.61. nu.37.

18 Octauo limita,qn̄ quis fugeret † ex priuatis carceri
bus,nō aūt ex publicis.vt tradidit Rom.in d.l. admo-
nendi. nu. 70. vbi etiam Caro Sachus nu.56. & Paul.
Ghirlan.in d.tract.de relaxat.carc.tit.de fuga.ſub nu.
16.& Boer.in d.deciſ.215. nu.13. & 33. verſ. nec pari-
ter text. qui omnes permouentur auctoritate Guliel.
de Cun.in l.ſuccurritur.vbi Bal.ff.ex quib.cau. maio.

19 Nonò limitatur,vt fugiens † iuſſu cuſtodis non ha-
beatur pro cōfeſſo,ita tenuit Guliel.de Cun.in l.quo-
ties.C.de exact.trib.lib. 10. & Bald.in l. ad commen-
tarienſem.eo.tit.vt eos refert,& ſequitur Paul. Ghirl.
in eodem nuper allatò loco.n. 15. idem voluit Boer.
in ſæpe relata deciſ.215.nu.18. verſ.& idem ſi cuſtos.
ita ſenſit,& Iac.de Beluiſ.in pract.iud.in crimi.tit. de
quæſt. num.108.

20 Decimò limitanda eſt concluſio,† quando poſt fu
gam denuò fuerit captus, & in carcerem detruſus li-
cet inuitus.prior enim fuga non ſatis eſt,vt de eo ſup-
plicium ſumatur,& condemnetur,ſi ita atteſtanti cre
dimus Iaſ.in d.l.admonendi.in lect.ſub nu.90.verſ.3.
limita,auctoritate Bar.permotus ita docentis in l. ra-
ptores.in prin.C.de epiſc. & cler.

Vndecimò velim limites,vt vera nō ſit cōcl.in eo,
21 qui fugiat è carcere,† in quē coniectus fuit ad cuſto-
diam pro crimine hæreſis,is enim neq; pro cōuicto ,
neq; pro cōfeſſo ob id dānandus eſt , nihil enim cōe
hēt hæreſis cū fuga,vel effractione carceris:nā ſi effra
ctor carceris ꝓ confeſſo haberet̃ , reconciliandus, &
abſoluendus eſſet , & petere veniam aſtringeretur de
hæreſi,quam nunquam fuit confeſſus. Præſumēdum
igitur eſt carceris tædio, aut metu falſorum teſtium ,
aut ob ſæuitiam tormentorum aufugiſſe,quam quòd
errore intellectus id fecerit hæc humanior fuit ſen-
tentia Ioannis à Royas in tract. de hæret. par.2.aſſer.
15.n.185.quē refert vnà cū alijs Fran.Pegna in ſchol.
in direct.inquiſit.Nico.Eymerici part.3.ſcho.47. quā
fuerit opinio Zanch.in tract.de hæret.c.10.num.4.&
& Campeg.ibid.ver.fregit carcer.qui contrà ſenſere.

22 Contrariam tñ † huic ſententiam ſunt ſequuti Ioā.
Anan.in c.excommunicamus il 2.nu.3. de hęret. Zā-
chi.in eod.tract.de hæret. c.10.nu.4.& ibid.Campeg.
quorum opinio,vt id quod ſētio libere proferam , ad
veritatem propius accedere videtur. Quid enim hūc
impellere poteſt,vt fugam arripiat:nam is fugiēs,vel
in culpa eſt,vel extra culpā , quod ſi culpę ſit affinis ,
& probatum ſit crimen, quis inficias ire audebit,hūc
pro confeſſo non eſſe iudicandum?præſertim cū prę-
ter fugam adſit flagitiū , & ipſius delicti probatio. At
ſi crimen nondū ſit probatum,& timeat poſſe proba-
ri,debet itidem pro conuicto cenſeri,cum criminoſo
præſuppoſito nullius rei , præterquam læſæ conſcien-
tiæ indicium eſſe poteſt

Sed ſi fugitiuus à crimine hæreſis alienū ſe tendat,
verū ſuſpicetur ex falſorū teſtiū ſuppoſitione ſcelus
in eum poſſe probari propterea que,vt iniuſtas,& ſibi
indebitas ſubterfugiat pęnas in fugam ſe dederit , di-
ſpicere nequeo ſi falſitatē eſſe detectā dixerimus,quō
is ſe tueri poſſit,ne ob admiſſū crimen aufugiſſe iudi-
cet̃:nā in ꝑſentia pęnæ timor ceſſat, cū nullus vnq̃ ex
falſis ꝓbationibus reus peragat̃ immò ꝙ amplius eſt,
in teſtes ipſos iudex grauiter animaduertet. At ſi fal-
ſitas nondum ſit nudata,hincq; reformidet reus licet
innocēs,atroces ſubire pœnas,q̃ iſtiuſmodi delinquē-
tib.ſolēt infligi:nec iccirco ex fuga impune ſe laturū
putet: nā fingamus delictū eſſe ꝓbatū : nec de proba-
tionū falſitate,neq; de rei innocētia aliundè cōſtare
ſēp reus fugiēdo in deteriorē cadit cōditionē.Etenim
ſi verè Chriſtianæ religionis veſtigijs inſiſtit, vt ipſe
ſe ꝑſiſtere cenſet;licet ex aliquo ſacroſanctæ inquiſi-
tionis priuato carcere effugiat inter Chriſtianorum
oras morari cogitur : alioqui, ſi ad hæreticorū regio-
nes tranſmearit ibiq; cōſtiterit,eo ipſo hęreticus con-
uincitur; nec vlli dubium eſt,quin aufugerit deprauа
tæ conſcientiæ teſtimonio conuictus.

Quinetiam inter catholicos poſt fugam cōmora-
tio,omni ſpe pęnas delicti probati euadēdi proculdu-
bio fruſtratura eſt : nam vbiq; locorum ſacroſancto
pōt officio capi , nec ab vno carcere fuga ab alijs ca-
tholicorū ciuitatib. ſiue locis tutum reddere poteſt :
vt ſancitū eſt in Concilio Tholoſano. c.8. & tradidit
Gōdiſal.de Villadieg.in trac.de hęr.q.11.nu.7.Quod
ſi contingat,vt capiatur,iam firmis ꝑmanentib. deli-
cti probationibus,debet haberi ꝓ conuicto . cum nō
fugiendo,vel poſt fugā iā ſit conuictus , ſic etiam di-
cendum erit,ſi non poſſit haberi de perſona , cū præ-
ter fugam ex probatis ſit conuictus.

Iam verò altera ex parte, ſi dixerimus delictū non
probatū,& reū innocētē eſſe , ſed in fugā ſe cōieciſſe,
ſiue ob teſtiū falſitatem , vel tormentorum vim , aut
ob alia iſtiuſmodi , vanam certè eſſe hāc ſuſpicionē,
& vani timoris nullam excuſationē ſubeſſe rīdemus
adeò,vt is aliā peccato latebrā ſibi quærere poſſit: nā
ſi innocēs,& nihil cōtra eum ſit ꝓbatū,cur fugit ? cur
religioſi iudicis ꝑſētiā phorreſcit? q̄ſtionū ne timore?
Sed qd timendū,vndè nihil mali ſolet ꝑuenire? cū in
hoc ſacroſancto inq̄ſitionis officio ex bono,& ęquo,
magnaq;

magnaq; cũ religioſa charitate ſoleat agi: cui munc
ri, q præſunt in id vnũ incũbunt, & enixe dant operã
ne ſalus animę ꝑpetuo pereat, non aũt, vt in hac vita
caducũ, & fragile corpus mortis ſupplicio afficiatur.
Videtis itaq; huic hæreſis inſimulato, & fugienti
oẽs criminis occultandi vias intercluſas eſſe, vt quo-
cunq; caſu afugerit, ſiue ſit innocẽs, aut in culpa, vel
cõtra illũ ſit probatũ delictum, ſiue nõ probatũ ſem-
per ſit dicendus de hęreſi pp fugam conuictus, cũ, vt
vidimus in hoc crimine in fugã, quis ſe dare nõ poſ-
ſit, niſi ex mala cõſciẽtia, & eius intellectu deprauа-
to; non vero, vt ex ea quid cõmodi conſequatᷣ, nc ſpei
quidẽ emolumẽti, quinimo, nihil peius ei cõtingere
põt, q̃ ſi aufugiat, nam etſi huic deterrimo vitio con-
iunctus eſſet, & delictũ contra ipſum probatũ ſemp
ſi ſceleris eũ pęniteat, pia mater Eccleſia hunc beni-
gne gremio ſolet excipere, peccatiq; veniã ab ea cõſe
quit, vt ſancitũ videmus in c. ad abolẽdã de hęr. cũ ſi.
Quam impunitatẽ ſibi polliceri nõ poſſunt in car-
cerib. incluſi ob ſcelera, q̃ Chriſtianã religionem nõ
attingũt, vt homicidæ fures, & id genus alij, fugã arri
piẽtes. ij enim q̃uis patrati ſceleris eos pigeat, non id-
circo impune abeũt, vt rerũ magiſter vſus nos docet
q quidẽ, ſi fuga conſulere ſibi ſtudeãt, excuſatione di
gni ſunt ea potiſſimum de cã, qa ſi ex aliquo loco fu
giãt alijs ĩ locis alterius dñij tuti ſunt. Vñ aufugiẽdo
incolumẽ vitã degunt. qđ non contingere in carceri-
bus coniecto pro hæreſi paulo ante demonſtratũ eſt.
Nec vlla ex parte hanc ſñiam labefactare poteſt,
qđ ad alteram opinionem corroborandũ Royas, &
Pegna in locis ſuperius allatis in mediũ proferũt: Fu-
gã ſcilicet nil habere cõe cum hæreſi, & potius præſu
mendum eſſe carceris tædio, aut metu falſorũ teſtiũ,
ſiue ob ſæuitiam tormentorum aufugiſſe, q̃ ꝙ errore
intellectus id fecerit. Etenim ſi id verum eſſet, illud
incommodũ ſequatᷣ neceſſe eſt, ꝙ idem ſit dicendũ
de carcere incluſo pro homicidio, vel furto, & ex car
cere aufugiẽte. quid eñ & in hoc caſu fuga cũ homi
cidio, aut furto cõe hẽt? Vnde ẽt credere poſſumus
hũc quoq; carceris tædio, aut timore falſorũ teſtium
ſiue propter ſæuitiam tormentorum aufugiſſe, quam
quod delictum patrarit; & tamen id non obſtante,
contrariũ verius eſt: nam vt ſupra diximus, & fatenᷣ
ipſi Symanchus, Royas, & Pegna, ac cæteri cõtrarię
opinionis aſſeclæ, in huiuſmodi delictis prophanis
fugam arripiẽtes habenᷣ pro conuictis. Eadẽ igiᷣ ac
validiori ratione ſic dicendũ erit in aufugiente pro
crimine hæreſis cum in hoc crimine non ſint proba-
tiones magis anguſtandæ, quam in cæteris, quinimo
fauore religionis magis ampliandæ.
Attamen, qui priori voluerit adhærere ſñiæ, illam
declarare & ſublimitare poterit, vt tñ vera ſit in eo,
qui carceri traditus eſt ad cuſtodiam qui fugit anteq̃
damnaretur de hæretica prauitate; Secus aũt eſſet in
23 iam damnato, † & carceri ad pœnitentiã tradito: nã
hunc ita fugientem eo ipſo hæreticũ denuo cenſeri,
eiq; oẽm audientiam denegandã, ac velut relapſum
relinquendũ fore curiæ ſeculari intrepidè aſſeruere
Archid. Io. And. Ancha. Dom. & alij in c. vt cõmiſſi.
de hæret. lib. 6. & Io. Anan. in c. excõicauimus. il 2. n.
3. de hæret. Nicol. Arelatan. in tract. de hæret. notab.
6. Zanchin. in tract. de hæret. c. 10. nu. 14. Franc. Squil
lacenſis tract. de fid. cathol. c. 27. nu. 3. in fi. Fel. in d. c.
excõicauimus. il 2. verſ. not. ꝙ volens redire. & Cam-
peg. apud Zanchin. d. c. 10. verſ. detruſus in carcerem.
24 Quæ ſententia tunc demum vera eſt, † qñ fugien-
tes nullam legitimam excuſationem probauerint:
tunc. n. velut impęnitentes hęretici condemnari poſ-
ſunt, ꝙ ex Eymerici eſſe mente dixit idẽ Franciſ. Pe-
gna in Schol. ad eundem. in 3. par. direct. inquiſit. in
q. 97. Schol. 144. quam & ratione confirmat.
25 Contrariã tamen † ſñiam veriorem & benigniorẽ
arbitratus eſt idẽ Pegna ibidẽ, fugientes. ſ. e carcerib.
ꝑdicto mõ impęnitẽtes quidẽ eſſe ꝑſumẽdos, vt nul-
lo mõ relapſos; ex Simãcę opinione cathol. inſtit. tit.
16. nu. 25. q̃ duab. ẽt corroborat rationib. eamq; expli-
cat, & declarat, & in ea demũ permanet quẽ videro.
26 Duodecimo limitare poteris in muliere, † qñcunq;
aufugiente de carcere cã euitãdæ libidinis, nam tunc
talis mulier non hẽ pro confeſſa, vt probat contex. in
§. neceſſariũ. in auth. vt nulli iud. liceat. ibi, Nullã. n.
mulierẽ ꝓ pecunia fiſcali, ſiue priuata cã, aut crimi-
nali quolibet mõ aut in carcerem mitti cõcedimus,
aut à viris cuſtodiri: vt non per hmõi occaſiones in-
ueniantur circa caſtitatẽ iniuriatæ: ita tenet Bal. in l.
1. nu. 11. C. de ędil. actio. quem ſequitur Pau. Ghirl. in
eod. tract. de relax. carcer. tit. de fuga in carc. nu. 17. vt
etiam cum refert Boer. in d. deciſ. 215. nu. 18.
Decimotertiò limitabis conclu. non habere locũ,
27 † niſi fuga correpta ſit cum cõſpiratione prius facta
in carcerib. cũ ſocijs, nã hoc modo habetur pro con-
feſſo, alias non; vt apertè reſpondit Bal. in d. conſ. 32.
nu. 1. vol. 3. vbi ita dicit debere intelligi tex. in d. l. in
eos. ff. de cuſtod. reor. ſicque ſentire inquit Guliel. de
Cun in l. ſuccurritur, ff. ex quib. cau. maio. aſſerit tñ
ibidem Bal. in hoc caſu hunc puniri arbitrio iudicis,
cuius ſententiæ adhæret Pau. Ghirl. in eod. tit. de fug.
in carcer. nu. 13. verſ. ſecundo limitatur.
28 Decimoquartò limitatur in eo, † qui fugit animo
reuertẽdi, & deinde ſpontè reuerſus fuerit: qa ille nõ
hẽ pro confeſſo, nec incidit in pœnas, de quibus in d.
l. in eos. vt in l. deſertorem. §. 1. & ibi glo. ff. de re mili.
& in l. quis ſit fugitiuus. in prin. & in §. apud Labeo-
nẽ. & ibi Bar. ff. de ædil. edict. ſic dilucidè ſentit Pau.
Ghirl. in eo. relato loco, num. 7. & 14. de qua re latius
nos ſuprà in 6. limit. primæ concluſionis de fuga.

CONCLVSIO DCCCXXI.

ARGVMENTVM.

Fuga officialis quam probationem contra ipſum faciat. & quando.

SVMMARIVM.

1 *Fuga officialis contra ipſum ſemiplenã facit probationem.*
2 *Fugiens officialis tempore ſui ſindicatus furta, peculatus, extorſiones per ſolum iuramentum aduerſus ipſum probantur.*
3 *Fugiẽs officialis ex hac fuga fit ſuſpectus, vt torqueri poſſit*
4 *Fugiens officialis dum eſt in ſindicatu, propter huiuſmodi fugam habetur pro confeſſo.*
5 *Fugiens officialis, ex hac fuga maieſtatis reus efficitur.*
6 *Fuga officialis poſt adminiſtrationem et tempus ſindicatus abſolutum, nullam præſumptionem nec probationem in ipſum facit.*
7 *Fugiens officialis propter Tyrannum, qui ipſi erat impedimento, quo minus iuſtitiam adminiſtraret, maieſtatis reus non efficitur.*
8 *Fuga tunc cõtra magiſtratum fugientem ſemiplenã facit probationem, quando intra tẽpus, hoc eſt, 50. dies, fugit.*
9 *Fuga contra magiſtratũ fugientem, ſemiplenè non probat, cum ad locum a quo fugit, deductus eſt iam inuitus.*
10 *Fuga nõ nocet officiali fugienti ſui iudicis ſeueri ꝑſentiã,*

1 Fugam officialis † contra ipſum ſemiplenã
facere probationẽ colligunt ſcribẽ
tes ex Accur. in l. admonẽdi. ſuper verb. exacto iuro,
ibi, vel per fugã rei. ff. de iureiur. id tñ dilucidius ape-
ruit idẽ Accur. ĩ l. in bonę fidei. ſup verb. decidi opor
tet. ibi, per fugã, C. de reb. credit. & iureiur. Accur. do-
ctrinã cõprobauit Bar. in l. lege Cornelia, ſub nu. 1. ff.
ad Syllan. idẽ vr̃ ſenſiſſe Oldr. in conſ. 65. ſub n. 3. hoc
ẽt cõfirmauere repetẽtes in d. l. admonẽdi, præſertim
Iaſ. in lect. n. 88. & in repet. n. 177. vbi ẽt Fran. Cur. nu.
161. id quoq; tradidit Pau. Ghirl. in tractat. de relaxa.
carc. tit. de fug. in carc. nu. 5. verſ. quę quidẽ Cõcluſio.

Conclu-

Cōcluſionē hanc primò ſic velim amplies,† vt eò vſq vera ſit, vt ſi ille aufugiat tpe ſindicatus, furta, peculatus,& extorſiones p ſolum iuramētum aduerſus ipſum probentur; quę alioqui p teſtes plenè debe- rent probari, ſi fugæ ſe nō dediſſet: vt egregiè notauit Ang. in §. neceſſitatem, ex gl. ibi, ſuper verb. oſtēditur, in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. fi. quem refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. admonēdi, ſub nu. 177. ſic ſenſit, & Rom. ibid. nu. 58. vbi Io. Coraſ. nu. 85. in fi. atq; Fran. Curt. ſub nu. 161. verſ. quinimò gloſ. ſing.

13 Quòd velim amplies, † vt procedat, etiã ſi hi teſtes pro ſana mente deponentes eſſent exigui numero veluti duo, illi vero de furore aſſerentes eſſent plures, vt mille: nam, & tunc fides maior eſſet habenda duobus de ſana mente deponentibus, quam mille negãtibus: vt reſpondit Iaſ. in d. conſ. 2. nu. 8. vol. 1. & in cõſ. 178. nu. 1. volu. 2. cui adhæret Boer. in d. deciſ. 23. num. 93. quod pręcipuè verum eſſet, quando illi pauciores deponerẽt in ſpecie, plures autem in genere: vt tradidit Iaſ. in locis modò à nobis in medium adductis. Illud idem præterea fuſius declarare poteris ex diſcuſſa à nobis ſuperius concluſ. furioſum ſemel, ſemper præſumi furioſum, ad illam igitur lector te reijcio.

14 Iſtis poſtremo loco ſubiungendum eſt, † quo pacto ſint articuli concipiendi ad probandũ, quem eſſe furore captum. Bar. itaq; in d. l. nec codicillos. in fin. C. de codicil. monet, vt teſtes dicant, illum ſemel tantũmodo actum ipſum, veluti teſtandi feciſſe, tuncque non fuiſſe ſana, & recta mente.

15 Contra vero ad iſtam qualitatem † furoris ſubmouendam poterunt concipi articuli ea ratione, cum ſcilicet fuiſſe facetum, iucundum, & ioco talia proferre conſueuiſſe, vel eum humilitate, vel ex magna contritione, vel corpus ſuum deſpexiſſe: ita docuit Bartol. in l. quidam in ſuo. poſt num. 1. verſic. quæro quomodo poteſt iſta ſuſpicio ſubmoueri. ff. de cond. inſtit.

CONCLVSIO DCCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Furioſus an teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus teſtis eſſe non poteſt.*
2 *Furioſus pro mortuo, & abſente habetur.*
3 *Freneticus teſtis eſſe non poteſt.*
4 *Indiſcretus teſtis eſſe non poteſt.*
5 *Furioſus habens dilucida internalla teſtis eſſe non poteſt.*
6 *Furioſus, nunc ſua mentis compos, poteſt teſtificari de ijs, quæ vidit dum eſſet in furore.*
7 *Furioſus adhuc furens non poteſt teſtificari de ijs, quæ vidit tempore ſanæ mentis.*

1 Furioſum teſtem † eſſe non poſſe tradidit Spec. in §. 1. poſt nu. 32. verſic. item, quod eſt talis, & nu. 88. ver. item quod eſt furioſus, tit. de teſtib. auctoritate permotus c. infamis perſona. §. tria. 3. q. 7. vbi furioſus à munere iudicandi repellitur, cum alijs ibidem adductis idem dixit Iacob. Nouell. in reg. vtriuſq; iur. 216. nu. 2. quod comprobauit, & Ferret. in conſ. 296. poſt nu. 3. lib. 2. poſt Bart. in tract. de teſtib. in c. de reprobat. teſt. in verſ. furioſi. nu. 7. ſic etiam teſtatur Fran. Hercu. in tract. de cautio. de non offenden. c. 34. nu. 21. ſic etiam obſeruauit Campeg. in tract. de teſti. reg. 114. quod, & placuit Moder. Germ. in tract. de teſti. nu. 37. atque Bagarot. de teſti. tit. quand. repel. teſt. ratio. defect. perſon. num. 17. ver. conſequenter in 1. part.

2 Concluſionis noſtræ ea ratio eſt: quia † furioſus pro mortuo, & abſente habetur, ex l. 1. § ſed furioſus. ff. de acquir. poſſeſſ. quem contex. ad hoc citat Spec. in eo. loco. d. nu. 88. & extat Iuliani apertum reſponſum in l. 2. §. furioſus, ff. de iur. codicill. ſic aſſeruit Pariſ. in conſ. 99. num. 15. & in conſ. 110. num. 13 vol. 2. atque Moder. German. de teſtibus titul. de perſon. teſt. num. 37. per l. ergo. ff. ex quibus cau. maio. et idem Alberic. vbi ſupra, num. 17. ad quod plurima more ſuo congeſſit Tiraquel. de pœn. temper. aut remit. cau. 3. nu. 2. & 3.

3 Concluſionem ampliabis, vt etiam procedat † in phrenetico, vt aſſeruit Campeg. in eo. tract. de teſtib. ead reg. 114. per context. in cap. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt.

4 Secundo loco ampliabis, † vt locum ſibi vendicet in indiſcreto: vt monuit Alb. in eo. tract. de teſti. d. tit. nu. 17. atq Campeg. d reg. 114. vt etiam colligitur ex Spec. in d. §. 1. num. 88. in tit. de teſti.

5 Eandem concluſionem limitabis † non habere locum in habentibus dilucida internalla, nam tunc furioſus teſtimonium ferre poteſt: ita mihi probat contex. in l. qui teſtamento, §. nec furioſus, ff. de teſta. vt & tradit Spec. vbi ſupra d. nu. 88. idem voluit Alber. in eo. tract. de teſtib. in ead. 1. par. tit. quand. repel. teſt. ratio. defec. perſon. nu. 17. in fi. ſic ſenſit, & German. de teſtib. poſt num. 37. atque Campeg. ibid. d. reg. 114.

6 Limitanda eſt ſecundo loco concluſio, † vt furioſus poſſit teſtificari de ijs, quæ vidit dum eſſet in furore, cum ſit ſanæ mentis: ita comprobat Alber. in eod. tract. de teſtib. num 18. verſ. ſi autem quis, idem placuit Spec. in eo. §. 1. num. 35. in fi. verſ. ſed nunquid pubes, quem ſequitur Campeg. in d. reg. 114. in fi. ſecus vero 7 ſi eſſet in furore, † & vellet perhibere teſtimonium de his, quæ vidit tempore ſanæ mentis, quia tunc non poſſet: nam potiſſimum in eo conſideramus tempus diſpoſitionis, quo tempore penitus caret memoria, et intellectu, vt ait Alber. in eod. citato loco. num. 18. & Campeg. in ead. reg. 114. in fin.

CON-

CONCLVSIO DCCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Quæ probanda ſint ab eo, qui agat ad rẽ furto ſibi ſubtractam: & quid debeat probare cuſtos, cui res, ad cuſtodiendum traditæ, ſurreptæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad rem furto ſibi ſubtractam prius debet probare furtum commiſſum.*
2 *Agens ad rem furto ſubtractam debet probare rem illam ſurreptam ad ipſum iure dominij, vel quaſi pertinere.*
3 *Agens ad furtum debet probare dolo, vel culpa furtũ fuiſſe commiſſum.*
4 *Agens ad furtum debet probare identitatem rei furatæ, & quod tempore furti facti bona, quæ nunc petuntur, fuerint in loco, in quo aſſeritur commiſſum furtum.*
5 *Furto res ſubtractas adfuiſſe in domo, ſi ſemel probatum fuerit, antequam furtum committeretur, præſumendũ eſt etiam adfuiſſe tempore furti facti.*
6 *Agens ad furtum tenetur etiam probare rei ſubtractæ precium, ſeu æſtimationem, ſecundum tempus delicti & ipſius rei exportationem.*
7 *Furti actio, vt competat, ſatis eſt agenti probare aliquod intereſſe in re ſubtracta habere, proueniens ex aliqua cauſa honeſta, & probabili.*
8 *Fur puniri poteſt, ſi factum furtum conſtabit, licet dominium alicuius non appareat.*
9 *Cuſtos, cui res ad cuſtodiendum traditæ ſurreptæ ſunt, tenetur probare amiſſionem, & furtum factum, ac etiam abſq; eius culpa commiſſum fuiſſe, alioqui ei non credit.*
10 *Furtum fuiſſe commiſſum culpa cuſtodis præſumitur.*
11 *Furtum, ſi noctu fuerit factum, cuſtodes rerum ſurreptarum poſſunt torqueri.*
12 *Cuſtos non præſumitur in culpa, quando furtum commiſſum fuerit in loco, qui non poteſt benè cuſtodiri, vel tempore quo cuſtodiri non potuerit.*
13 *Præſumptio culpæ contra cuſtodem ceſſat, ſi probetur furtum fuiſſe commiſſum abſq; eius culpa: cuius rei gratia nonnulla aſſeruntur exempla.*

1 Agentem † ad rem furto ſibi ſubtractam prius debere probare furtũ cõmiſſum dixere Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, in §. an nec hæredi. nu. 4. ff. de eden. Alex. in l. prætor ait, nu. 5. vbi etiam Iaſ. nu. 11. & ſeq. ff. eo. tit. hoc idem tradidit conſulendo Bal. in conſ. 476. factum tale eſt, nu. 5. verſ. & in caſu, quo dicat ſe perdidiſſe, volum. 1. idem Bart. aſſeruit in l. ſi creditor. nu. 4. & ſeq. C. de pignor. actio. & prius monuit glo. in §. vlt. ſuper verb. fortuito. vbi Ang. Aret. num. 2. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. id etiam placuit Paris. in conſ. 156. vidi proceſſum, nu. 2. & ſeq. vol. 4. ſenſit Marſ. in pract. crim. in §. principium, poſt nu. duodecimum, verſ. & ex prædictis. idem Marſ. clarius explicauit in conſ. 8. In cauſa Magiſtri Ioan. Ferrariẽ. in prin. & infra, vbi in primis debere cõſtare de furto antequam reus quæſtionibus ſubijciatur rectè monuit, & hoc idem dixit in l. 1. colum. 3. nu. 5. verſ. nam primo ante omnia, ff. de quæſt. & in conſ. 26. ſtatui iam diu. poſt num. 14. verſ. pone etiam alia, & Io. de Amic. in conſ. 60. Redemptoris domini. verſ. & quod circa, ac etiam Bertran. in conſ. 257. ſcripſeram aliàs, num. 2. verſ. quod ſi ita eſt, col. 3. permotus auctoritatibus tex. §. item illud, d. l. 1. ff. ad Syllan. vbi declarat, quod licet dictus tex. loquatur in homicidio, tamen idem eſſe in furto, idem quoque aſſeuerauit Bart. in l. ſi quando. nu. 3. C. vnde vi. dum ibi pro certo ponit prius oportere cõſtare furtum eſſe factum, hoc idem comprobauere Crauet. in cõſ. 244. in cauſa inquiſitionis formatæ, in prin. vol. 2. Socyn. Sen. in conſ. 8. viſis, & diligenter inſpectis. col. 2. poſt nu. 4. verſ. 3. principaliter, vol. 1. & Grat. in conſ. 95. viſa facti narratione, nu. 4. ver. accedit ad confirmationem, vol. 2. iſtis videtur facere tex. l. 1. §. occiſorum, verſ. item illud, vbi Bart. & Rom. ibi, ſuper verb. glo. ff. ad Syllan. & idem Bart. in l. vlt. nu. 2. verſ. primo caſu, ff. de quæſt. id docuit præterea Bald. in auth. ſed nouo iure, nu. 6. verſ. ſed pone, C. de ſeru. fugi. nec id latuit Abb. in c. ſuper eo. nu. 6. verſ. idem etiam concludit, & nu. 9. verſ. ſed quia, de iis quæ vi met. vè cau. fi. ad idem reſpondit Thom. Gram. in conſ. 60. in cauſa Nuntij, nu. 1. 2. & 3. verſ. & hinc eſt, & Io Cro. in cõſ. 76. in cauſa inquiſitionis formatę, in prin. vol. 1. id inſuper ſequutus fuit Egid. Boſ. in pract. crim. tit. de delicto. nu. 1. 14. 18. 22. 26. & 53. quibus accedit Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 4. in princ. & ab his non diſſentit D. Octauian. Vulpel. in ſuo conſ. criminal. 147. Andr. nu. 3. & 4. vol. 1. vbi alios idẽ aſſeuerantes citat.

Primo loco Concluſionem ampliabis, vt nedum
2 ab agente probandum ſit furtum commiſſum, † verũ etiam quod res furto ſubtracta ad ipſum iure dominii, vel quaſi pertineret: ſic docuit Aymo Crauet. in d. conſ. 244. vbi huius rei auctorem laudat Soc. ſen. in conſ. 8. col. 2. num. 4. verſ. ſecundo principaliter, vol. 1. idque confirmauit Marſ. in ſing. 275. ſtatui omninò, & in conſ. 40. ſcribitur poſt nu. 23. in fin. uerſ. ad quod dicendum moueor. & in conſ. 59. in cauſa inquiſitionis formatæ per Curiam, poſt nu. 6. verſ. quod oſtendo. in conſ. 26. ſtatui iamdiu. nu. 11. & ſeq. uerſ. nam ſi rectè, & in conſ. 48. poſt nu. 6. & ſeq. verſ. dico quòd ipſa inquiſitio, & fuit primarium dictum Bart. in cõſ. 15. viſa accuſatione porrecta per Ioannem Martini de Aſſiſio. in 2. par. cui benè fauet gl. in l. manifeſtiſſimi, ſuper verb. comitatu, C. de fur. idem voluit Rip. in l. rem quæ nobis. nu. 11. ff. de acq. poſſ. & ante eum ſenſit Bal. in conſ. 376. caſus talis eſt. nu. 3. lib. 3.

Amplia ſecũdo loco Concluſionem, vt præter ea, quæ tradidimus, debeat etiam probare agens ad fur-
3 tum † dolo, vel culpa furtum fuiſſe patratum, ita animaduertit Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero nec hæredi, nu. 4. ff. de eden. & in d. l. ſi creditor, nu 2. & 4. verſ. ſi vero rem amiſſam, C. de pig. act. idẽ conſultus reſpondit Bal. in conſ. 95. ver. item non eſt probatus dolus, vel fama doli, vol. 1. & Paris. in conſ. 75. ad victoriam, nu. 10. ver. & quia ea, quæ cõ nimia ſũt.

Tertiò tibi amplianda eſt Concluſio, vt nec proba-
4 tio furti ſatis ſit, ſed requiratur etiam probatio † identitatis rei furatæ, & quod tẽpore furti facti bona, quæ nunc petuntur fuerint in loco in quo aſſeritur cõmiſſum furtum: ita probatur ex contex. in l. ſi creditor ſine vitio, & in l. pig. C. de pig. act. habetur etiã in tex. c. audiuis, & ibi per Io. And. & alios ſcribentes de præſcri. quarum auctoritate legum impulſus Hieronym. Grat. ita de iure reſpondit in conſ. 95. nu. 5. lib. 2. atq; Marſ. in conſ. 8. in cauſa magiſtri Io. Ferrar. poſt nu. 4. verſic. nam furtum fuiſſe commiſſum non probatur, idem obſeruauit prius his Bart. in l. ſi quando, in fi. C. unde ui, & in l. dominus horreorum, nu. 1. & ſeq. ff. loca. atque in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero nec hęredi, uerſ. ſi uerò probetur, ff. de edend. quem ſequitur Aret. in d. §. ſed iſtæ, nu. 5 uerſ. quomodo autem probetur furtum, Inſtit. de actio. quod etiam egregiè animaduertit D. Vulpel. in d. conſ. 147. nu. 7. uol. 1. eiuſdem fuit ſententiæ Rol. à Valle in conſ. 51. iudicantem oportet cuncta rimari. nu. 18. uerſ. ſed tunc dicitur probatum, uol. 1. nec huius immemor fuit Thom. Gram. in cõſ. 54. in cauſa pulcherrimæ mulieris Violantis. nu. 2. & in cõſ. 41. in cauſa nobilis Iuſtinę, poſt nu. 2. uerſ. & quod apparet furtum ipſum, dicit etiam Foller. in pract. crim. in 2. par. tit. capiat informationẽ nu. 12. & id ſentire videtur Abb. in d. c. ſuper eo, poſt nu. 9. de his, quæ ui met. cau. fiunt.

5 Iſtud poſtremum velim intelligas, † quòd ſi ſemel
probatũ fuerit res furto ſubtractas adfuiſſe in domo,
antequam furtum cõmitteretur, ſit præſumendum, ꝙ
etiam fuerint tempore furti facti: vt colligere eſt ex
cõtex. in l. ſi ne poſſideris, & ibi gl. ſuper ver. conſtituti
vbi etiam Bar. in princ. & Bal. nu. 1. not. 1. adſcribunt,
C. de probationib. & docuit idem Bar. in l. quidam in
ſuo, poſt nu. 4. ff. de cond. inſtit. huc reſpexit, quod di-
xit gl. in l. non ignorabit, ſuper ver. fuiſſe ante Bald.
ibi. nu. 1. & 2. C. ad exhib dum voluit, quòd qui ſemel
poſſedit, adhuc præſumatur poſſidere, cui etiam con-
uenit, quod tradit Abb in c. cum ad ſedẽ, poſt nu. 15.
ver. collige dicta legiſtarum, & canoniſtarũ, de reſtit.
ſpol. hoc idem confirmauit Bar. in d. l. ſi quis ex argẽ-
tarijs, d. §. an uerò nec hæredi, poſt nu. 1. ff de edẽ. quẽ
ſequutus eſt Grat. in d. conſ. 94. nu. 2. uerſ. præſumitur
* in præſentia, vbi hanc eſſe communem ſcribentium
ſententiam atteſtatur, & idem uoluit in conſ. 95. poſt
nu. 28. uerſ. & prædicta abſq; dubio, uolum. 2.

6 Amplia quartò concluſionem, ut & teneatur † agẽs
ad furtum probare rei ſubtractę preciũ ſeu æſtimatio-
nem ſecundum tempus delicti, & ipſius rei exporta-
tionem, ſic docuit Bal. in d. conſ. 98. uerſ. 1. uol. 5. & in
cõſ. 238. in uer. accuſationis. n. 15. uol. 2. & ſenſit Bart.
in l. Pedius, §. diuus. nu. 3. ff. de incen. rui. & naufr. ita-
que Soc. ſen. in conſ. 8. uiſis, & diligẽter inſpectis. nu.
2. uol. 1. quem videtur ſequi Boſſ in tract. crim. tit. de
furt. nu. 14. de quo etiam meminit Bal. in d. l. ſi credi-
tor, poſt nu. 2. uer. item ſi probatur. C. de pign. act.

Modo limitãdo, quæ à nobis ſuperius iã dicta sũt,
7 intelligas, ꝙ ad hoc † ut competat hæc actio furti, ſatis
ſit agenti probare, quod intereſſe aliquod in re ſubtra
cta haberet, prouenien s ex aliqua cã honeſta, & pro-
babili: ut ſanxit Iuſtin. Imp. in d. l. manifeſtiſſimi, in
prin. C. de furt. ubi etiam gl. declarat honeſtam, & ꝓ-
babilem cauſam eſſe, ſi ex cauſa dominij, vel quaſi iu-
ris in re, aut ratione poſſeſſionis, vel cuſtodiæ, ſiue de-
tẽrationis, & ſimilium competierit: hoc idem tenuit
Ang. de malef. in ver. & veſtem cęleſtem, verſ. item
tertio poteſt dici, col. 4. & placuit Bal. in conſ. 98. Ego
præſuppono. verſ. 1. de ſua poſſeſſione, vol. 5. & Rip. in
citata. l. rem quæ nobis. nu. 11. uerſ. ult. noto, ff. de acq.
poſſ. ad id etiã habentur reſponſa Vlp. & Paul. iuriſc.
in l. cuius, in l. itaq; fullo, & in l. eum qui, §. an præter,
iuncta ibi gl. in d. verbo, an pater, & in l. fullo, la 1. §.
frugib. ff. de furt. idem conſuluit Pap. in l. ſi vendide-
ro, in prin. & Iabolen. iuriſc. in l. fullo, la vlt. §. hæc ic-
circo. ff. eod. tit. de furt. ex recentiorib. autem Iuriſcõ.
Caſtr. in l. & ideò, §. Neratius. nu. 2. ff. de cond. furt. &
Ang. Aret. in §. aliquando. nu. 1. & §. furti autẽ actio,
in prin. nu. 2. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. & §. ex
malefic. nu. 6. Inſt. de actio. Fulg. quoque uoluit in l. ſi
abducta. nu. 8. C. de furt. & Azo in ſumma in rub. C.
eod. nu. 8. & 9. verſ. datur autem actio furti. ad idẽ re-
ſponderunt Io. Crot. in conſ. 36. in cauſa inquiſitionis
formatæ. nu. 28. verſ. huic fundamento. vol. 1. & Natt.
in cõſ. 219. ſuper dubijs, nu. 5. vol. 1. id etiam animad-
uertit Boſ. in ſuo trac. crim. tit. de furt. nu. 44. verſ. agẽs
furti, & Lancel. Corrad. in tract. de decur. tit. de furt.
nu. 21. verſ. hinc eſt quod actio.

Secundò declares prædicta, vt non procedãt, quo-
8 ad pœnam furis, † nam licet dominium alicuius non
appareat, non ideò minus fur puniri poteſt, ſi factum
furtum conſtabit: vt habemus ex cõtex. l. falſus. §. qui
alienum, uerſ. nihil enim, ff. de furt. & in l. fi. §. omnes
autem. C. unde ui, quod comprobat Bal. in d. auth. ſed
nouo iure poſt gl. ibi ſuper uer. caſtigetur. n. 7. uer. ſed
quid ſi apparet. C. de ſer. fug. cui accedit Ang. in trac.
de malef. ſuper d. ver. ueſtem cęleſtem. col. 6. uer. quę-
ro quid ſi apparet. & in ſimili loquuta fuit gl. in l. 1. §.
item illud, ſuper uer. locus ſit, uer. nunquid ergo, ff. ad
Sylla. ſenſit Rim. in l. ut uim. nu. 102. uerſ. ſecundo cõ
probatur. ff. de iuſt. & iur. & iſtis adhæret Iul. Clar. in
pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 4. uerſ. quinimò dicit Ang.

Rurſus verò, ſi agatur non contra furem, ſed con-
9 tra cuſtodem, † cui pecuniæ, & bona fuerunt ad aſſer-
uandum tradita, & ipſe ad ſe tuendum dicat, ea ſibi
furto fuiſſe ſubtracta, tenetur ipſe cuſtos ante probare
amiſſionem, & furtum factum, ac etiam abſque eius
culpa commiſſum fuiſſe, alioqui ei non creditur, pro-
ut prodidit gl. in §. 1. ſuper ver. fortuito caſu, Inſt. qui-
bus mod. re contrah. oblig. vbi etiam id obſeruauit
Aret. nu. 3. & dixit Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §.
an verò nec hæredi. nu. 4. ff. de eden. quo in loco pro-
priè loquitur de formis, quibus probari poſſet furtum
in genere, non autem de probatione indiciorum cõ-
tra ipſum furẽ: vt prudenter animaduertit D. Aegid.
Boſſ. in ſuo tract. crim. tit. de furt. nu. 2. hoc idẽ uoluit
ipſe Bart. in d. l. ſi creditor. nu. 4. et 6. C. de pign. act. et
Alex. in d. l. prætor ait, poſt nu. 6. uerſ. ſed in hoc iſta
* glo. ff. de eden. ubi illam eſſe *communiter receptam
atteſtatur: & ibi etiam Iaſ. num. 11. hoc idem placuit
Pariſ. in d. conſ. 156. nu. 5. uerſ. non ſolum ipſe D. An-
tonius. uol. 4. ſenſit Aret. in §. ſed iſtæ. nu. 4. uerſ. in gl.
caſu, Inſt. de act. nec ab hoc videtur recedere Alex. in
conſ. 158. in cauſa, & lite uertente inter Ludouicum
agentem, poſt nu. 2. uerſ. ex alio capite, uol. 2. idem co
gnouit Hierony. Grat. in conſ. 100. viſis ſupraſcriptis
conſilijs. num. 4. uer. nec dicitur ſufficienter probaſſe,
lib. 2. & ante eos uoluit Spec. in §. vnic. nu. 16. uer. ſed
nunquid ſufficit. Inſt. de pign.

Ratio huius rei illa afferri poteſt, quia contra ipsũ
10 cuſtodẽ † ſtat iuris præſumptio, quod culpa eius furtũ
fuerit commiſſum: vt animaduertit Caſt. in d. l. ſi cre-
ditor. nu. 6. C. de pign. actio. ubi id prius conſiderauit
Bart. poſt nu. 6. uerſ. ratio, quia præſumptio eſt contra
eum, & idẽ docuit ipſe Bart. in l. cum duob. §. damna.
ff. pro ſocio, ubi etiã Bald. hoc tradit uer. noto ex hoc
textu. ac conſultus rñdit Pariſ. d. conſ. 156. nu. 4. & 5.
uol. 4. his accedit etiam Herc. in tract. de proban. neg.
poſt nu. 26. uerſ. 21. infertur. fol. mihi 23. idem uoluit
Inn. in ſuperius allato c. ſuper eo. poſt nu. 2. uerſ. ſed ſi
dicat non interueniſſe dolum. de his, quæ ui met. ue
cau. fiunt. idem probauit Grat. in conſ. 95. uiſa facti
narratione. nu. 1. & 3. in d. conſ. 100. nu. 5. uolu. 2. nec
id præterijt Io. de Amic. in cõſ. 60. Redemptoris Do-
mini noſtri. col. 3. uerſ. itẽ probatum eſt ad cuſtodiã,
quod nec præterijt Cæpol. in conſ. crim. 18. ſtatutum
Vicentiæ. col. 2. uer. ſed in caſu, de quo quæritur. & in
9. col. uerſ. ſed ſalua illam glo. & in conſ. 20. circa pri-
mum dubiũ. in prin. monuit etiã Euerard. in locis arg.
leg. arg. loc. à natu. n. 3. & Lau. Silu. in cõſ. 29. fui inter
rogatus poſt nu. 4. uer. nam amiſſio prædicta. & Lan-
cell. Corrad. in tract. de decurio. tit. de furt. §. furtum.
poſt nu. 14. uerſ. item dicas hic Raro enim furta fieri
contingũt ſine culpa cuſtodis, ut id pro axiomate re-
ferẽtes dixere Henr. Bouer. in ſing. ſuo in uerb. præſũ-
ptio, & fictio. n. 7. & Guid. Pap. ſing. 15. ponè ꝙ eſt ali-
quis operarius in eccleſia. ac Ruin. in cõſ. 218. uiſo, &
perlecto tenore poſt nu. 8. uer. & quamuis Bart. ibi di-
cat. uol. 1. & Dec. in cõſ. 473. quęrit in effectu. n. 6. uer.
in dubio uidetur furtum factum culpa cuſtodis. Hinc
propterea grauiter, & doctè dicere ſolebat Bart. in l.
1. C. de off. præfec. vigil. per illum text. à cuſtodibus
11 negligentiæ pœnas ſumi, ſiq; contigerit rem † noctu
fuiſſe ſurreptam, illos in quæſtionem poſſe poſtulari,
ut furtum indicent, eo quod in culpa ſunt ob malam
cuſtodiam, ſic quoque rogatus pronunciauit Grat. in
conſ. 94. viſis facti ſpecie. nu. 29. uerſ. circa ſecundum,
& conſ. 95. nu. 1. & ſeq. lib. 2. atq; Cæpol. in conſil. 18.
col. 2. uerſ. uel ſaltem communiter hoc contingit. &
Paris. d. conſ. 156. nu. 19. uerſ. licet enim, uol. 4. Caſtr.
etiã cõfirmauit in l. cũ, qui rẽ. §. ſi ter, nu. 5. ff. cõmod.
et iſtis accedit Lanc. Corrad. in d. trac. de decurio. tit.
de fur. §. furtũ, poſt n. 14. uer. ſic inqt Cor. et Silu. d. cõ-
ſil. 29. fui interrogatus. n. 4. uer. interdũ qs cõuenitur.

Limites

Limites, quod diximus de præſumptione contra
12 Cuſtodem, vt locum ſibi non vendicet, † quando furtum commiſſum fuerit in loco, qui non pōt bene cuſtodiri, vel tp̄e quo cuſtodiri non potuerit: nam tunc per rerum naturā probatur abfuiſſe culpam: ita declarando aſſeuerauit Henr. Bouer. in iam allato ſing. in ver. præſ. & fictio, nu. 7. & admonuit Bal. in l. 3. nu. 3. verſ. itē not. ff. de off. præfect. vig. vt & cognouit Grat. in d. conſ. 100. nu. 11. ver. per alios officiales, & nu. 37. verſ. maturius, lib. 2. & in d. cōſ. 95. poſt nu. 26. verſ. & maximè cum ibi nō eſſet locus habitationis, eo. vol. ſic etiam ſcripſit Euerar. in locis arg. legal. arg. loco à natura nu. 3. verſ. tamen hoc fallit.
13 Idq; ſecundo loco limitabis, vt non procedat, † ſi probaretur furtum commiſſum abſq; culpa cuſtodis. eo enim caſu ceſſat præſumptio culpæ contra cuſtodē, vt inquit Pariſ. in d. cōſ. 156. nu. 19. vol. 4. & in cōſ. 74. inficiari non poteſt, nu. 38. vol. 1. vna enim præſūptio tollit aliam, l. non ſolum, §. de iur. ff. de rit. nupt. c. lit. de præſ. & tunc furtum caſus fortuitus eſt, & vero domino tribuit damnum, vt tradit Bart. in d. l. ſi qs ex argent. §. an verò nec hæredi, in fi. nu. 4. ff. de eden. & confirmauit Pariſ. in d. conſ. 156. nu. 21. idem dicēdum erit, ſi aliquid aliud probaretur, propter quod p̄ſumptio culpæ contra cuſtodem tolleretur, vt ſi aliqua ſoporiferā potio ei cui factum fuit furtum data fuiſſet: nam & eo caſu ceſſat præſumptio culpæ: vt rectè animaduertit gl. in l. cum duobus. §. damna, ſuper ver. ſumptum, ff. pro ſoc. & gl. in l. dolum, in verb. cōuenit, C. de dolo, vbi ponit caſum, qui euenit Alderico in oris Hiſpaniæ, qui cum inuitaretur à quibuſdam Hiſpanis ad prādium, vt fideiuberet pro eis, vel rationes ſuas accommodaret, dederunt ei vinum album quaſi aquam vino mixtum, vt ebrius fieret. Idē quoque erit, ſi probata fuerit diligentia, quam cuſtos conſueuerat adhibere pro cuſtodia rerum, vt ſi rectè hoſtia domus firmauerit, ſed noctu pforata fuerint, vel ſi furtum commiſſum fuerit ab eo, cui ipſe plurimum fidebat, vel etiam ſi ille, cui commiſſæ fuerunt pecuniæ, erat communi æſtimatione vir bonus, & bonæ fidei. Iſtis enim caſibus furtum cōmiſſum dicitur caſus fortuitus, & fieri poteſt ſine culpa cuſtodis, vt dilucidè probatur in l. argētum, ff. commod. & l. cum, qui in fi. ff. eo. vbi Bart. & alij in eorum diſtinctione illud firmant, cum eligendo talem eligens nō ſit in culpa, & dixit Ang. Are. loquendo de diligentia cuſtodis, in §. ſed iſtæ. nu. 4. verſ. quarto ergo, Inſt. de act. vt etiam latè per Pariſ. in d. conſ. 156. nu. 21. & ſeq. vol. 4.

CONCLVSIO DCCCXXX.

ARGVMENTVM.

Furtum cum difficilè ſit probatu, quo pacto ſit intelligendum, furtum ex coniecturis, & præſumptionibus probari: & quæ ſint furti probationes generales.

SVMMARIVM.

1 *Furtum eſt difficilis probationis.*
2 *Furti Etymon.*
3 *Furtum probatur per coniecturas, & indicia.*
Contrarium num. 5.
4 *Probatio per coniecturas, & indicia in his, quæ difficilia ſunt probatu, & clandeſtinè committuntur, habetur pro euidenti, & clara probatione.*
6 *Furtum probatur cōiecturis in caſibus a iure expreſſis, in quib. lex ſtatuit coniecturas vim probationis habere.*
7 *Delictum probatur ex coniecturis, cum ſui natura difficilis eſt probationis, vel eſt facti tranſeuntis, vt ſunt illa delicta, in quibus ſigna non remanent.*
8 *Furtum probandi illa coniectura potiſſima eſt, quū oſtium, vel alius locus fractus reperitur, ad quem facilior præbat aditus ad res illas exportandas, quæ ſubtractæ ſunt.*
9 *Furtum præſumi poterit ex eo, ſi ſcalæ ad feneſtras domus, in qua dicitur factum furtum, fuerint inuentæ.*
10 *Furti præſumptio eſt, ſi res aliqua relicta ſit in loco furti, quæ demonſtretur eſſe alicuius.*
11 *Furtū præſumitur ab eo factū, cuius pes conuenit cum veſtigio pedis eo in loco impreſſi, in quo furtū cōmiſſū eſt.*
12 *Furti argumentū eſt, quando a finitimis, & vicinis auditus eſt ſtrepitus in loco, in quo furtū commiſſum dicitur.*
13 *Furtum probatur ex querela domini rei ſubtractæ.*
14 *Acclamationes in domo factæ rerum furto ſurreptarum duobus teſtibus probari.*
15 *Furtum fuiſſe commiſſum colligitur, cum valiſia cauponi data ſigno obſignata redditur, reſignata.*

1 Furtum eſſe difficilis probationis † tradiderunt tam profitendo, quàm etiam conſulendo noſtri ſcribentes, & in primis fuit Accur. in l. in actionib. ſuper verb. planè in fi. ff. de in lit. iur. cuius pronunciatum ab omnibus, * communiter eſſe probatum teſtatur Ruin. in conſ. 29. plura proponunt poſt nu. 1. verſ. quādo adeſt ēt difficultas. vol. 5. & aſſeuerauit Bart. in l. ſi quando, poſt nu. 4. C. vnde vi, & Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor ait. nu. 21. & ſeq. ff. de edē. Crau. etiam in cōſ. 178. viſo proceſſu nobilis. nu. 7. & Tho. Gram. in conſ. 1. nu. 10. & in conſ. 17. d. nu. 6. idq; voluit Lap. alleg. 94. quidam presbyter audiuit cōfeſſionem, nu. 4. ibi difficilè eſt probare res ablatas, quibus accedit Grat. in conſ. 94. nu. 12. verſ. & benè facit. lib. 2. hoc idē confirmauit Pariſ. in conſ. 75. nu. 16. ver. iuſta aūt cauſa. cum ſeq. nu. vol. 1. nec ante eū p̄terijt. Abb. in c. ſuper eo. nu. 9. de his, quæ vi met. vè cau. fi. idem clarius explicauit Tho. Gram. in conſ. 41. nu. 14. verſ. ſed vbi tractatur. & in conſ. 17. nu. 3. ꝙ etiam placuit Alc. in cōſ. 189. in cauſa, & lite inter Thadæam vxorem nu. 14. verſ. dicit Bal. vol. 6. & in conſ. 24. n. 6. verſ. ad ꝙ oſtendendū. uol. 2. & ſentit Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 66. cir. princ. ac Marſ. in pract. §. princ. poſt nu. 12. verſ. nam furtum cōmittitur dam. idq; poſtremò auctoritate ſua corroborauit D. Men. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 116. nu. 14. quod confirmari videtur ex reſponſo Paul. Iur. Conſ. in l. 1.
2 in prin. ff. de fur. dū Etymon † ipſius furti expoſuit: verbum furtum à furuo, ideſt, nigro, quia clam fit, dici. & idem declarauit Imp. Iuſtin. in §. furtum. verſ. furtum autem. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.

Nec vlla maior, & potior capi poteſt coniectura,
3 quod furtū ſit difficilè probatu, † quàm quod per coniecturas, & indicia probari, atque præſumi dixerit, & collegerit Bart. ex contex. l. non omnes. §. à Barbaris. ibi, ſed licet hoc liquido. ff. de re milit. Bart. inquam in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero nec hæredi. nu. 3. ver. quidam ſunt caſus. ff. de edendo, quod & ſequitur Marſ. in pract. crim. §. princ. num. 13. verſ. admittitur probatio. & nu. 17. verſ. nam furtum probatur ex coniecturis. idem probauit Alex. in d. l. prætor ait. nu. 10. ff. de edendo, dum ibi adducit Bart. docentem probari furtū in d. l. ſi quis ex argentarijs, ꝙ iterum repetijt ipſe Bart. in l. ſi quando. poſt nu. 4. verſ. item probatio per alias coniecturas. C. vnde vi. nec prætcrijt Iaſ. in eo. §. prætor ait. nu. 18. verſ. quarto adde. Quibus patrocinantur ea, quæ tradit Crau. in conſ. 178. nu. 2. vbi in his delictis, quæ nocturno tempore, & occultè cōmittuntur, admittūtur leuiores probationes, & quę aliàs non admitterentur, cui etiam ſimile eſt, ꝙ dixit Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi p̄ori. poſt n. 17. ff. de ope. nou. nunc. vt & tenet Abb. in d. c. ſuper eo. nu. 9. verſ. ſed quia ſup. dixi. de his, quæ vi met. vè cau. ſi. ad idem ſæpius conſultus rñdit Alex. in conſ. 53. viſo themate ſuprascripto. nu. 1. & in conſ. 69. viſa facti narratione nume. 1, & in conſ. 24. animaduerſis his. poſt num. 6. volum. 2. in dict. conſil. 189. in cauſa, & lite inter

Thadæam

Thadæam vxorē, poſt nu. 14. verſ. vnde dicit Bar. vol. 6. idem voluit in conſ. 50. viſis, & opportunè, poſt nu. 6. ver. quia in his, quæ occultè. vol. 1. nec ab hoc receſſit Grat. in d. cōſ. 94. viſis facti ſpecie. nu. 11. vol. 2. vbi hanc eſſe* cōem ſcribentium ſententiam firmauit, & idē in conſ. 95. nu. 11. & 20. & in conſ. 100. nu. 8. verſi. attamen his non obſtantibus, eod. vol. 2. hoc idē cenſuere Pariſ. in d. conſ. 71. ad victoriam. nu. 16. & Tho. Gram. in conſ. 41. in cauſa nobilis Iuſtinæ. nu. 9. & in conſ. 17. in cauſa furti. nu. 4. in conſ. 60. in cauſa nūcij de Mutiella. nu. 1. quod ēt ſcriptum reliquit Lancel. Cōrad in tract. de decur. §. furtū poſt nu. 14. ver. cum premiſſa cōferant. tit. de fur. & iſtis poſtremus ſe ſubſcripſit Dom. Octau. Vulpei. conſ. 147. nu. 7. vol. 1.

Probatio enim coniecturalis, & per indicia in hu-
4 iuſmodi delictis† quæ difficilia probatu ſunt, & clandeſtinè committuntur, habetur pro euidēti, & manifeſta probatione: ſic voluit Bart. in l. licet Imperator. in prin. p illū text. ibi, euidens. ff. de leg. 1. cui rei fauet contex. in l. ſi quis locuples in fi. ff. de manumiſ. teſta. & contex. in l. ſi creditor. C. de pign. act. idem Bart. teſtatur in toties citata. l. ſi quis ex argentariis. poſt nu. 3. ff. de eden. & in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. col. 2. poſt nu. 17. ff. de oper. nou. nunc. ad idē aduertit Pariſ. in cōſ. 57. & ſi ad exhibendū. nu. 34. ver. cū coniecturę dicantur legitimè probationes. vol. 1. & in d. conſ. 156. nu. 18. ver. & certū eſt, q talis probatio. vol. 4. hoc idē monuit Bal. in l. ſi tutor petitus p illū text. in prin. nu. 2. C. de pblul. tut. idq; cognouit Alex. in d. conſ. 24. poſt nu. 6. verſ. quia ſtā cum. vol. 2. & Iaſ. in l. prætor ait d. §. prætor ait. nu. 18. ff. de eden. neque reticuit Marſ. in d. §. principium poſt nu. 17. ver. et ſubdit Bar. nu. 14. & Grat. conſ. 94. nu. 4. & cōſ. 95. nu. 26. vol. 2. Tho. Gram. d. conſ. 41. nu. 2. verſ. quod tales præſūptiones. Et Lancel. Corrad. in eo. tra. de decur. tit. de fur. §. furtum. poſt nu. 14. verſ. & cum præmiſſa idem probauit Io. Crot. in cōſ. 36. in cauſa inquiſitionis formatæ. nu. 31. verſ. præterea in criminalib. vol. 1. ſic arbitratus eſt Caſt. in cōſ. 28. in cauſa quæ vertitur inter Petrum Ioannē de Corbinellis. nu. 3. ver. probationes aūt. vol. 2. & hoc comprobauit Ruin. in d. cōſ. 218. viſo, & perlecto. nu. 8. ver. tales enim pbationes. vol. 1.

5 Iſtis aduerſari videtur,† quod obſeruauit Abb. in c. vlt. in fi. de offi. deleg. volēs ibi, quod vt delegatus ad diſtrictionem eccleſiaſticā procedere poſſit, debeat manifeſtè conſtare de delicto turbationis, nec ſufficere ſi ex coniecturis id probetur: quia debet plenè cōſtare, auctoritate permotus d. l. ſi quando. ibi patefacta. vbi Bald. nu. 2. & Iaſ. nu. 4. C. vnde vi. & idem placuit Dec. in conſ. 410. in cauſa mota Mediol. col. 2. nu. 6. & ſeq. ac in d. c. 1. de offic. deleg. idem referendo prædictos cenſuit Crau. cōſ. 144. In cauſa inquiſitionis formatæ. vol. 2. vbi alios citat. & dixit Bald. in l. ciues in princ. C. de app. & Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero nec heredi, cum quo tranſeunt* omnes. ff. de eden. inquiēs, ibi, quod vbi iure actionis tenetur ad reſtitutionem rei ſibi cōſignatæ, & allegat rem ipſam caſu, vel furto fuiſſe ſubtractam, hoc manifeſtiſſimis probationibus probare debeat.

Concordes efficere poteris has opiniones hoc pacto, vt prior ſententia, quæ dicitur furtum probari cō-
6 iecturis, locum habeat† in caſibus à iure expreſſis, in quibus lex ſtatuit coniecturas vim probationis habere, vt no. Bal. in d. l. ciues. in prin. verſ. niſi lex ſtatuat. C. de appel. motus ex l. diuus. ibi exiſtimari poteſt nō ſua culpa. ff. de in integr. reſti. & ex alijs iurib. ibid. per eum adductis, quem ſequutus eſt Dec. in d. c. 1. in fi. de offi. deleg. ductus ad hoc dicendum ex gl. in l. abſentem. ſuper verb. damnari. ff. de pœn.

7 Secundo loco poſſumus dicere† priorem ſniam locum ſibi vendicare, quando natura delicti non patiatur, quod habeantur probationes concludētes, vt eſt quando ſui natura eſt difficilis probationis, vel vt noſtri dicūt, facti trāſeuntis, vt ſūt illa delicta, in quib. ſigna nō remanent: de qua re exemplū afferri poteſt in percutiente alium manu vacua, vel in ſimplici inſultu, vel etiam in adulterio, atq; in furto, q ſine fractura cōmittitur, vt euenit diebus elapſis in Eccleſia S. Maphæi huius ciuitatis Placentiæ, in qua dum Reuerēd. Eps Ariminēſis fungeret officio viſitationis Apoſtolicæ, fuit ibidē furto ſubtractū quoddam vaſculū argenteum à quodam presbytero eidē in diuina facienda deſeruiēte nullis ſignis furti cōmiſſi relictis, in his enim, & iſtis ſimilibus poteſt agi ex coniecturis, & indicijs, alioqui multa delicta impunita ſæpè remanerent. vt prudenter monuit Bol. in ſuo trac. crim. tit. de delicto. nu. 11. & ſeq. & idē tenet Iul. Clar. in ſua prac. cri. lib. 5. §. fi. q. 55. quo in loco diſtinguit inter delictū facti trāſeūtis, & delictū facti pmanētis. & in q. 4. ver. ſcias tū, vbi ſpeciatim tradit, q in furto ſine fractura cōmiſſo nō requirit ad procedendū aliqua inueſtigatio delicti. Sed ſtatim porrecta querela pōt, & dēt Iudex inquirere contra delinquentē, aſſumendo cōtra eum informationes, & habitis indicijs illū carcerari, vel citari facere, put qualitas delicti requireret, aliàs infinita delicta impunita pertrāſirent, q nullo modo eſt dicendum, & ſuper hoc inquit ipſe in practica nulla ſolet fieri difficultas. idq; Fran. Brun. in ſuo trac. de ind. & tortur. fol. 57. nu. 11. in fi. atteſtat hodie in praxi obſeruari, vt ſtatim, quod quis conqueraf de aliqua re ſubtracta, torqueatur ſuſpectū de furto, abſq; eo q aliter de ipſo furto conſtet, & idem ſeruari hodierno tpe teſtatur Caſo in ſua pract. crim. fol. 67. nu. 6. & idē dixit Aegid. Boſſ. d. tit. de delicto. num. 21. qui tamen ibi declarat id procedere, quando agitur ad puniendum ciuiliter. Verùm ſi agatur criminaliter debet ſaltem ſecundum ipſum conſtare in genere de delicto commiſſo, iux. tex. & gl. in l. indè Neratius. §. fi. ff. ad l. aquil. cui aſſentire videt Cla. in §. fi. q. 64. verſ. debet autem Iudex, dum conſulit, iuſtos iudices, & qui conſiderate procedunt neminem debere ponere ad torturam, niſi prius de delicto ipſo appareat.

Verùm vt facilius, & clarius demonſtremus furtū, ſcilicet p cōiecturas probari ex illis multas hic ſubijciemus, quibus furtū poſſe probari noſtri cenſuerunt. Et vt quod propoſui in re ipſa exequar, potiſſimā fur-
8 tum probandi coniecturam† à plerisq; traditam eſſe, qū oſtium, vel alius locus fractus reperitur, ad quem facilior patebat aditus ad res illas exportandas, quæ ſubtractæ fuerūt, ita mihi teſtis locupletiſſimus Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò nec heredi. num. 1. verſ. qdam ſunt caſus. ff. de eden. & in d. l. ſi quādo. in fi. C. vnde vi. & in l. ſi creditor. poſt nu. 5. verſ. vt puta quia reperitur oſtiū fractum. quē ſequutus eſt Alex. in d. cōſ. 24. poſt. n. 6. vol. 2. Ang. Are. in §. ſed iſtæ. nu. 5. verſ. quomodo aūt probetur furtum. & cōprobauit Iaſ. in d. l. prætor ait. §. prætor ait. nu. 18. verſ. vt ſi pbatur, quod oſtium noctis tpe fuit fractū. ff. de eden. Idē cenſuit Marſ. in conſ. 8. poſt nu. 2. verſ. non habet obſtare. & poſt nu. 4. verſ. quinimmò, ad q optimè pertinet, quod habetur in l. 1. §. itē, & effractores. vbi glo. in d. verb. effractores. ff. de effractorib. & expilat. Dec. ēt huius coniecturæ meminit in conſ. 473. nu. 12. verſ. & idē ſi muro rupto. & poſt nu. 7. verſ. & illis exiſtentibus in Eccleſia. ad idem cauit Grat. in conſ. 94. nu. 15. verſ. prima coniectura. vol. 2. aſſerens ibi in hanc ſententiam omnium fuiſſe* communem propēſam voluntatem. & poſt nu. 24. ver. ad quartam reſpondemus ac idem dixit in d. conſ. 95. nu. 4. & poſt nu. 12. verſ. ex quibus ſatis videtur. eo. volu. 2. & ante omnes iſtos id animaduertit Spec. in tit. de furtis. §. vnico. nu. 25. ver. ſed quomodo probabitur amiſſio. ob contex. in l. pignus in bonis. C. de pign. act. & hoc idem tenuit in §. vnico. nu. 15. verſ. ſed qualiter pbabit. tit. de pign. nec huius immemor fuit Bal. in l. 1. poſt. n. 2. verſ. noto ex primo. C. locati, ac in l. 1. n. 2. C. depoſiti. idē cōprobauit Caſt.

uit Caſt.in l.eū qui. §.ſi rem,nu.4.ff.commodati. atq;
Abb.in d.c.ſuper eo.nu.9.verſ.item iſtud,de his, quæ
vi met.ve cau.ſi.reſpondit etiam Aym. Crau.in cōſ.
178.in prin.& Tho.Gram.in cōſ.19.in cauſa furti.nu.
1.& in conſ.14.in cauſa pulcherrimæ mulieris, nu. 2.
& in conſ.38.nu.21,ac in eo.conſ.60.nu.1. & in conſ.
41.poſt nu.2.verſ.& demū reſpōdetur: id ēt vidit Bal.
in cōſ.152.nu.1.vol.1.à quibus nō receſſit Brun.trac.
de ind.q.9.2.par.& ſenſit Rol.à Val.in conſ.51.iudi-
cātē oportet cūctari mari.n.17.ver.immò fortius.vol.
1.eidē ſnīæ adhæſit Iul.Clar.in ſua prac.cri.§.ſi.lib.5.
q.4.verſ.& relatio huius viſitationis.& in q.66.circ.
prin.atq; D.Vulpel.ī d.cōſ.247.n.7.ver.vnde meritò.
Secunda cōiectura furti commiſſi ex eo colligi po-
9 tent,ſi ſcalæ† ad feneſtras domus,in qua dicitur factū
furtū inuentæ fuerint:ita atteſtatur Marc.Ant. Blan.
in trac.de indic.in rub.ex pceſſu,& teſt.indic.nu.428.
ver.ſcala ante feneſtrā, ac voluit Puth.in trac. ſindic.
in verb.inſtetur, verſ.an ſi reperiatur factum furtum
per feneſtram appoſita ſcala: vt cautum eſt ab Alex.
in conſ.5.In cauſa inquiſitionis formatæ.col. 2. poſt
nu. 5.verſ.& licet deponat quod ſcala. vol.1.quod ēt
antē eos voluit Spec.in d.tit.de furt.§.vnico. num. 5.
verſ.ſi verò cōtra eum.cui poſtremò accedit Nouell.
in tractat.ad defenſam. in rub.an indicia pro reo ſint
danda.nu.151. verſ.ſcala ante feneſtras.
20 Huic pxima eſt cōiectura alia,† ſi res aliqua relicta
ſit in loco furti,quæ demonſtret eſſe alicuius,ut ſi te-
lū,ſcarpellū,veſtimentū,vel aliquid hmōi relictū, &
inuentū fuerit: ex inuentione.n. iſtarū rerū cōiectura
ſumitur furtū pedū fuiſſe commiſſū: ſed ēt ab eo cu-
ius ſunt res.ſic admonuit Marc.Ant.Blan.in ſuo trac.
de ind.nu.427.verſ.res aliqua.& ſēſit Grat. in d.conſ.
95.poſt nu.20.verſ.ſed quia alias,& hoc idē voluit Marſ.
in d.conſ.8.poſt nu.3.verſ.nec hēt obſtare: & poſt nu.
5.verſ.et primo quantum ad iudiciū ſcarpelli reperti.
21 Nec ab hac lōgè abeſt coniectura alia,† quæ ſumit
ex forma talis pedis furantis in terra humida:nā, & ex
hoc poſſumus cōiectura aſſequi ab eodē delictū fuiſ-
ſe cōmiſſum:ut aſſerit Bal.in cōſ. 427. quædā mulier.
nu.11.verſ.at in quæſtione propoſita.vol.5.aſſeriēs ibi
veſtigia pedū deſignare luporum qualitatē,et vulpiū,
ac ex pedum ſemita cognoſci qua tranſiuerit latro, q
ſoliciti venatoris laqueum nō euadit. ex l.in laqueū.
ff.de acq.rer.dom.quē ſequitur Blan.eo.tract.de ind.
nu.426.verſ. forma pedis. quo in loco citat Alb. in l.
indic.col.2.C.de reb. ven.referetuē vidiſſe quendam
Iudicem maleficiorū, qui agebat contra quendā ac-
cuſatum, eo q furatus eſſet vuas à vinea, & q a terra
erat madida,& humida,ibiq. pedum veſtigia appare-
bāt illius,q furatus fuerat,adduxiſſe illum ad locū,&
deprehendiſſe pedes eius cum veſtigijs conuenire, ex
hocq; indicio quaſi certiſſimo eū condemnaſſe,cuius
iudicio non tñ ſe ſubſcripſit Blanch.loco iam allato.
quinimmò omninò negat tale indiciū ex ſe ſolū ne-
dum ſatis eſſe ad rei condemnationem,ſed nec ēt ad
eum torquēdum.poſſet enim facilè contingere ſimi-
litudinem pedum adeſſe, nec eū eſſe,qui rē ſubtraxe-
rit:iunctis tamen alijs coniecturis poſſe torqueri ſen-
ſit,per ea quæ not.Bal.in l.non hoc.C. vnde legitimi.
Præterea quinto loco alia à noſtris affert coiectu-
12 ra, qñ ſcilicet † à finitimis auditus eſt ſtrepitus in lo-
co,in quo furtum commiſſum dr: vt monuit Bart. in
l.ſi quando.nu.5.C.vnde vi.quem ſequitur Aret.in d.
§.ſed iſtæ.num.5.verſ.quomodo.Inſt.de actio. & ipſe
Bar.ſcripſit in ſæpius citata l.ſi quis ex argētarijs. §.an
verò nec hæredi.ff.de edē.ac in l.vlt.in ſi. ff.de quæſt.
idem cauit Abb.in d.c.ſuper eo.poſt nu.9.verſ.dic ēt.
de his,quæ vi met.vè cau.ſi.eiuſdem fuit,& ſententiæ
Grat.in d.conſ.95.nu.20.verſ.& pro corroboratione.
vol.2.idq; voluit Rol.à Vall.in d.conſ.51.poſt num.
19.verſ.& quòd fuit auditus ſtrepitus.vol.1.& placuit
Thom.Gram.in conſ.41.poſt nu. 2. & 3.

Nec huic diſſimilis eſt ſexta,quæ ſubſequitur cōie-
13 ctura furti commiſſi,ſcilicet,qñ dominus† rei ſubtra-
ctæ videns non adeſſe res ſuas,conqueſtus ſit cum ſo-
cijs,& amicis,ſiue etiam vicinis: nam per hāc quere-
lam.probatur furtū:ita clarè tenet Hippo.de Marſ. in
ſua prac.§.principium.poſt nu.7.ver.nam ſtatim. idē
ſenſit Blanc.in d.tract. de indic.poſt nu.423.ver.puto
quòd in caſu:atq; idē Marſ.in conſ.8.nu. 5. in eādem
deſcendit ſententiam Pariſ.in d.conſ.156.nu.35.verſ.
aliud indicium.vol.4.& in conſ.74.nu.18.vol.1. quo
in loco apertè affirmat conqueſtionē factam cū ami-
cis, & alijs à Domino rerum de amiſſione, & ſubtra-
ctione ipſarum eſſe coniecturā ad probandum furtū,
quibus accedunt Iul.Clar.in pract.crim.lib.5.§.ſi.q.
66.circa prin.Rol.à Vall.d.cōſ.51.n.18.& Gra.d.cōſ.
95.poſt nu.12.& Ang.Aret. loquēs de acclamatione
facta poſt furtum,in §.furtū.nu.3. Inſt. de oblig. quæ
ex delict.naſc. cuius pronunciatū ſingulare dicit Pet.
Gerard.in ſing.8.nu. 4. hoc idem tradidit Gandin. in
tract.maleſ.tit.de furi.& latro.col.2.verſ.ſolet quæri.
quis eſt fur manifeſtus,quibus adſtipulantur tradita à
Bar.in l.1.§.potuiſſe.ff.ad Syllā.vbi p illum tex.notat
ex vocibus plorantium induci indicia ad probādum
aliquem voluiſſe inferre vim alicui puellæ, quā vici-
ni audierunt clamantem, & plorantem. quem refert
Petraſancta,in d.ſing.8.nu.3. & ſequitur Marc. Māt.
in ſing.4.vnuſquiſq; ſit. poſt nu.13.verſ.quia ſi puella
eſt inuenta plorans. idq; multo ante iſtos dixit Spec.
tit.de pig.§.vnico.n.5.verſ.ſed qualiter probabit.ibi,
eſt etiam coniectura,ſi ipſe clamauit, venite.
14 Quas acclamationes† velim te hic monitum eſſe,
poſſe probari duobus teſtibus, qui talem clamorem
audiuiſſe teſtentur:vt docuit glo.in l.ſi.ſuper uerb.vel
indicijs.C.famil.erciſc. ac in l.ſi.ſuper verb.excepto.
C.de cad.tollen.& id pro ſingulari obſeruauit Petra-
ſancta,in d.ſing.8.in fin.
Succurit,& alia cōiectura, quæ ſeptimum locū te-
15 net,& arguit furtum fuiſſe cōmiſſum,† vt eſt quādo
hoſpes dedit cauponi valiſiam, & fardellū ſigno ob-
ſignatū,& mane dicit eidem aliquid ſibi fuiſſe ſurre-
ptum è valiſia.nam ſi reddita fuit reſignata, cōiectu-
ra erit furti commiſſi & eo in caſu iudici permittitur
agendi contra familiares domus,& illos tormēnis ſu-
bijciendi:ita profitendo ſcripſit Bart.in l.vnica.§.ſer-
ui.nu.5.ff.furt.aduer.naut.caupo.& ſtabul. quo in lo-
co in poſtremis verbis dixit ipſū ita in vſu forenſi ob-
ſeruaſſe aliàs Piſis, cū ſibi contigiſſet huic ſimile fa-
ctum idem ſenſit Bal.in rub.C.depoſiti.in prin.& no-
tant Doct.in l.1.§.ſi ciſta, vbi præcipuè Bart.nu. 2. &
in l.ſi ſacculum.ff.depoſiti.idem Bart. monuit. in d.l.
in actionib.nu.23.ff.de in lit.iur.& in l. ſi qñ. poſt nu.
4.verſ.item probabitur per aliàs coniecturas,C. vndè
vi.& ſcripſit latè Pariſ.in d.conſ.74.inficiari minimē
poteſt,nu.10.cum plur.ſeq.vol.1.ſicq; concludit in d.
conſ.56.nu.26.ſub verſ.quinimmò ſi nuntius. vol. 4.
& nu.29.de quo nos infrà latius differemus in concl.
de probatione furti per iuramētum, vbi plurima tibi,
quæ hic omiſimus, affatim ſuppeditabuntur.

CONCLVSIO DCCCXXXI.

ARGVMENTVM.

Ex quibus probationibus ſingularibus furtum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Fur ex eo quis præſumetur, ſi viſus fuerit noctu domum illam exire, in qua dicitur factum furtum.*
2 *Furti præſumptio eſt contra aliquem, ſi viſus fuerit exire domū, in qua furtū factum dicitur, cum faſciculo ali-*

qua

Digitized by Google

quo ſub veſte, vel pallio, ſed quid eſſet ignorabatur.

3 *Furti præſumptio ceſſat contra domum exeuntem, cum adeſt alia veriſimilitudo in contrarium.*

Quod ſublimita, vt nu. 4.

5 *Furto ſubtraxiſſe pecuniã is præſumitur, ſi pecuniæ multum impederit eiuſdem formæ, cuius fuit pecunia, quæ dicitur ſubtracta præſertim ſi is erat pauper, nec reperiatur vnde pecuniam habuerit.*

6 *Furti præſumptio eſt contra famulum fugientem è domo domini, in qua res ſubtracta fuit.*

7 *Famulorum natura furaciſſima.*

8 *Famulus de iure ex ſola fuga non poteſt ſubijci tormẽtis, niſi alia indicia cõcurrãt: ſecus de cõſuetudine, vt nu. 9.*

10 *Fama mala vehemens facit indicium contra culpatum, quod rem furto ſubtraxerit.*

11 *Furtum committere ſolitus, præſumitur etiã hodie furari.*

12 *Furtum feciſſe præſumitur is, ad quem ſolum, non ad aliũ rei furatæ emolumentum ſpectat.*

13 *Furtum feciſſe præſumitur vicinus domui, in qua furtũ factum dicitur, ſi malæ ſit conditionis, & famæ.*

Secus ſi bonæ, vt nu. 14.

15 *Furtum præſumitur fuiſſe commiſſum à domeſticis.*

16 *Furti ſuſpicione non caret, qui rem furtiuam emit clam a fure.*

17 *Furti præſumptio ſtat contra eum, qui rem furatam in pignus recipit.*

18 *A furti ſuſpicione abeſt is, qui ignoranter rem furtiuam emit, vel in pignus recepit.*

Secus ſi ſcienter: nam tũc etiam furtum committit, vt ibi.

19 *Quæ requirãtur, vt emens ſcienter res furtiuas poſſit reus furti peragi.*

20 *Furtiuam rem ſi quis penes ſe habeat, & cõſueuerit emere res furtiuas, præſumitur illam ſcienter emiſſe: vnde furti tenebitur.*

Quid vero ſit agendum, ſi non ſit ſolitus talia emere, habes nu. 21.

22 *Furti indicium facit malum nomen contra culpatum.*

23 *Nomina varia apud veteres ex vitijs hominibus impoſita.*

24 *Romani voluerunt, vt in militũ habendo delectu primus ſemper miles fauſti ominis ergò, feliti nomine legeretur.*

25 *Milantiæ vxoris Ioan. And. dictum de nominibus imponendis filijs.*

26 *Cauendum eſt ab illis, qui turpè nomen habent.*

27 *Phiſiognomia mala ſuſpicionem facit contra reum.*

28 *D. Gregorij Nazianzeni de Iuliani ingenio ex phiſiognomia indicium.*

29 *Iſidori iudicium de Mahometa ex phiſiognomia.*

30 *Sopyri iudicium de Socrate ex phiſiognomia.*

31 *Democritus Mileſius optimum ingenium Diagoræ Mileſij ex phiſiognomia cognouit.*

32 *Chalcidenſis quidam Scyllam ex phiſiognomia magnũ virum futurum præſagiuit.*

33 *Furti ſuſpicio ceſſat contra reum factum, ſi erat impotẽs ad illud committendum.*

34 *Impoſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur contingens.*

35 *Furtum poteſt probari per teſtes aliàs inhabiles, vt ſunt familiares, domeſtici, & ſimiles.*

36 *Furtum poteſt probari per teſtes, etiam ſi ſtatuto caueatur, ne per teſtes fieri poſſit probatio in cauſis aſcendentibus ad certam ſummam.*

Furti probationes gñales hucuſq; ſumus proſequuti, nũc propoſitæ materiæ ordo po-
ſtulat, vt ad ſingulares deſcẽdamus: quo pacto. ſ. cum
de re furata conſtiterit, furata probari poſſit. Et vt ab
ea probatione noſtra concluſ. ſumat exordium; Quiſ-
piam fur probabitur, vel potius contra eũ erit præſũ-
1 ptio, † ſi viſus fuerit noctu domum illam exire, in qua
dr̃ factum furtum. cum tunc lex contra tempore no-
cturno incedentes malè preſumat: ſic colligiẽ ex tex.
in l. furẽ. ff. de ſicarijs. et ex l. vlt. ff. de effractorib. et ex-
pilatorib. ſenſit hoc idẽ Abb. in d. c. ſuper eo. nu. 9. de
his, quę vi met. vè cau. fi. hoc idem intellexit Lancel. Corrad. in tract. de decur. tit. de furtis. §. furtum. nu. 12. & ab hoc non receſſit Fran. Brun. in tract. de indic. & tortura. q. 5. 1. par poſt nu. 2. verſ. item licet preſumaẽ. idq; apertè tradit Marc. Ant. Blan. de indicijs nu. 419. verſ. viſus exire, qui ad confirmationem huius præſũptionis citat Bal. in conſ. 427. quædam mulier. nu. 11. lib. 5. referẽtem, quòd perambulare de nocte ad loca ſuſpecta, & per perſonas ſuſpectas, magna ſit præſumptio contra euntem, adeò vt ad torturã deueniri poſſit, per l. dolum. C. de dolo.

2 Secundò loco ex eo probabitur contra furem † ſi viſus ſit exire domum, in qua furtum factum dr̃, cum faſciculo aliquo ſub veſte, vel pallio, ſed quid eſſet ignorabatur: nam ſi hoc probatũ ſit ſaltem per duos teſtes vehemens indicium erit ipſum clam eripuiſſe res furatas, quarũ iactura facta eſt in ea domo: ita tradit Blanc. d. tract. de indicijs, nu. 418. verſ. viſus exire cũ fardello. idẽ voluit Fran. Brun. in eo. trac. de indic. q. 3. prin. poſt nu. 4. verſ. item eſt aliud indiciũ ad furtum, ac in q. 5. eiuſdem primæ partis. poſt nu. 2. verſic. item licet preſumatur, & Lancel. Corrad. in d. trac. de decurio. d. tit. de fur. d. §. furtum. ſub nu. 17. quo in loco cenſuit eò vſque eſſe vehemens argumentum, vt etiam ad torturam poſſit deueniri.

3 Iſtud tñ velim limites, vt locum ſibi vẽdicet, † niſi pro ipſo excũte domũ adfuerit alia veriſimilitudo in contrarium, vt qa talis erat magnus mercator, vel talis cõditionis, vt non ſit veriſimile furtum cõmiſiſſe: ex qualitate enim conditionis pſonæ excluditur præſumptio, quæ ex indicio iã dicto oriebatur. ita declarat Fran. Bru. in pximis locis citatis, vt Blan. in eo. pariter loco citato de indicijs. poſt d. num. 418. permoti omnes auctoritate Ang. in l. milites. C. de queſt.

4 Quòd ſublimitare poteris, vt nõ pcedat † ſi cũ iſto indicio cõcurrerẽt alia, vt ſi pbaẽ illico poſtq̃ exierit domũ viſum fuiſſe expendere maximam quantitatẽ pecuniarum eiuſdẽ formæ, cuius dicebãtur ſubtractæ pecunię: tũc. n. dicẽdũ erit eũ debere torqueri: qa ex iſtis duob. duciẽ veriſimilitudo, & penè euaneſcit pſũptio bonę cõditionis; & in hac pmanẽt ſnĩa Brun. & Blan. in locis proximè allatis. & Auguſt. Arim. in add. ad Ang. in trac. malef. in verb. fama publica. n. 2.

quærit glo. an ex naturali, ubi etiam Iaſ. nu. 1. verſ. 3. li-
mita, & poſt nu. 5. uerſ. in quarta. ff. de condit. ob turp.
cauſ. ibi ante eos gl. ſuꝑ uerb. reperiſ. circ. fi. hoc idẽ cõ-
probat Fulg. ĩ d. l. ciuile. n. 3. verſ. & tñ verũ eſt. cũ ſeq.
de qua re fuſius oĩum diſſeruit Neuiz. ĩ ſua Silu. nup.
lib. 3. in uerb. regula eſt, ꝙ Epiſcopus poſt. n. 30. uer. eſt
verũ, ꝙ legiſta, & ſeq. verſ. ſed nõ eſt multũ curãdum:
ubi eſt teſtatus, ꝙ oẽs* tàm legiſtæ, ꝗ canoniſtæ faten-
tur, quod hoc in caſu quis teneatur indicare furem.

Tertiò intelligenda eſt illa eadẽ ſecũda opinio, vt
11 uera ſit de iure ciuili, † ꝙ quis non tenetur furẽ indi-
care: ut habemus I. C. añſum in d. l. qui uas. §. q furẽ. ff.
de furt. & in d. l. 4. d. §. ſi tibi ob indicium. ff. de cõdic.
ob turp. caſ. cũ alijs ſuperius adductis: ſecus tñ eſt de
iure canonico. qa illo iure dẽt quis indicare furem, q
talẽ furri puerit: ut eſt caſus in c. qui cum fure. & ibi gl.
de furt. ꝙ inſignè relatu cenſuit Rom. ſing. ſuo. 794.
incip. nunquid teneatur quis indicare. idem ẽt uolue-
re antiqui Canoniſtæ, ut referũt Alb. & Iaſ. in d. l. idẽ,
& ſi §. ſi tibi indicium in 1. fallẽ. repe. ſub. l. 1. ff. de cõ-
dit. ob turp. cauſ. quod & cognouit Abb. in c. dilectus
ult. notab. de exceſſ. prælat. & huic fauet, quod aliàs
monit Ang. in l. ex quibuſdã. §. ult. ff. de iure fiſci. ubi
ſi Iudex interrogat aliquem, ut indicet alium; ſi nolit
indicare, poteſt illum in carcerem detrudere.

Verùm in præſẽtia te uelim admonitũ, ꝙ in caſib.
12 in quibus qs tenetur indicare furẽ † non ſufficeret il-
lũ, vt dr, digito oſtendere, ſed opus erit plenè probare,
& cõuincere auctorẽ ꝑ eũ nominatum, ac docere ab
eo rẽ furatã habuiſſe: ut colligere eſt ex Alex. reſpõſo
in conſ. 205. põderatis his. nu. 4. & 5. lib. 6. ubi loquẽs
de inſtrõ falſo, et furto cõmiſſo, rñdit reũ nõ euadere
ſuſpicionẽ criminis, niſi doceat de auctore, & ſuã in-
nocentiã purget. hoc idẽ ꝓbat tex. iũcta gl. in l. maio-
rẽ. C. de falſ. in verb. ꝓbat, & in uerb. exhibet dũ expo-
nit exhibere, ideſt, debere ſaltem ꝓbare, ꝙ ab aliquo
exceperit. et id habetur clarè in c. qui cũ fure, extra de
13 furtis. ponderando verbum illud indicat. † cuius vis
eſt, vt plenè probetur, & conuincatur reus, vt probat
text. iuncta gl. in l. indicaſſe reum. ff. de verb. ſignif. &
ſenſit Iaſ. in d. §. ſi tibi indicium. nu. 2. ff. de condic. ob
14 turp. cauſ. cui fauet illud, quòd reus purgatur † non re-
latione criminis, ſed innocentiam probando: vt dixit
Spec. in tit. de actore. §. 1. num. 65. verſ. item excipitur
contra uolentem agere, ex contex. c. neganda, & cap.
ſeq. 3. q. 11. ibi, niſi ſe prius probauerint innocentes.
idq; non ignorauit D. Vulp. d. ſuo conſ. crim. 149. nu.
13. & placuit Crauet. d. conſ. 138. nu. 9. & Aufr. ad de-
ciſ. Capel. Tholoſ. 151. nu. 3. uerſ. quod intellige, atq;
Gram. conſ. 14. nu 2. uerſ. unde non docto, & apertè
habemus à Blanc. in d. ſuo tracta. de indic. num. 416.
uerſ. furtiua res.

Quod & ratione ineuitabili ſuadetur, nam ſi dici-
15 mus † ſatis eſſe allegare auctorem rei furatæ, & ad ni-
hil aliud teneri illũ, apud quẽ res furata reperta fuit,
facilè latrones, & id generis homines ſubterfugient
pœnas criminis furti: ſemper. n. ſupponent aliquem ui-
rum ignotum, uel mortuum, à quo ſe rem illam furto
ſubtractam habuiſſe ſine ullo negocio prædicare po-
terunt, qua ex re, ꝗ ſequantur incommoda, nulli non
paterẽ põt, cũ hac rõne fures ſua furata occulere poſ-
ſint, & apertior hoc pacto illis furandi via ꝑmuniatẽ.

Hinc propterea nos aliàs dicebamus in cã, de qua
paulò ante mentionẽ fecimus illius presbyteri, q va-
ſculum argenteũ furatus eſt in Templo Do. Maphæi
Placentiæ, & penès eum fuit repertũ, dum ad interro-
gata rñdit illud habuiſſe à quadam moniali D. Bar-
tholomæi. quæ nedũ dediſſe illud, ſed nec ẽt unquã
apud ſe habuiſſe ſimilia aſſerebat, quod ex hoc non
excuſabatur ipſe presbyter, quinimò ut prius, imò ma-
gis, contra eũ augebatur ſuſpicio cũ ultra inuentionẽ
rei furatæ penès ipſum conuinceretur ẽt ex negatio-
ne ipſius monialis de mendacio, cui teſti in hoc caſu
magis, ꝗ ipſi presbytero credendũ eſt, quia non eſt li-
tigatrix, neq; pars in hac cã, neq; aliquod commodũ
ex negatione ipſa in illã redundare põt, ut in hac hy-
potheſi rñdit Alex. in conſ. 77. in cauſa accuſationis
de crimine falſi. poſt n. 12. uerſ. nec ad hoc obſtat. li. 1.

Verum præter hoc in cauſa hmõi extabant alia ur-
gentiora indicia, ex quib. nedum indicia rum eſſe ad
torturã, uerum etiã conuictum eſſe facilè dicere poſ-
ſumus: nã præter id quod probatum eſt d. presbyterum
ſolitum eſſe ſimilia patrare, ut ex condemnatione, &
ſolutione pœnæ alterius furti ſacrilegij commiſſi ap-
paret, & ꝙ ex alijs infamatus erat, conſtabat ẽt ſoluiſ-
ſe precium vaſculi dãnum paſſo, & mandaſſe deleri
quaſdam literas inciſas in ipſo uaſculo, ꝗ continebãt
nomen dominæ ipſius naſculi, ꝗ oĩa adiunctis nõnul-
lis alijs præſumptionibus contra eum ex proceſſu re-
ſultãtibus, ſatis ſuperq; cognoſci poteſt furtum ab ip-
ſo presbytero fuiſſe commiſſum, & animũ iudicis in
aliã declinare non poſſe ſententiã, tamen quia lis ad-
huc ſub noſtro iudicio pendet, & euentus litiũ ut bel-
lorum, ſolet eſſe incertus, me ipſe reijcio ad ea, ꝗ pro-
cedente tempore plenius unicuiq; dabitur intelligi.

G

CONCLVSIO DCCCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Gabellæ fraudatio quo pacto probetur, & ex quibus cõiecturis præſumitur quem voluiſſe fraudare gabellam.

SVMMARIVM.

1 *Gabellæ fraudatio coniecturis, & præſumptionibus ꝓbaĩ.*

Digitized by Google

2 *Gabellam is fraudare velle præſumitur, qui cum mercibus tranſit nec ſoluit.*

3 *Gabellam quempiam non ſoluentem neceſſe non eſt, quòd gabellarius interpellet.*

4 *Gabellam fraudare velle quis præſumitur, ſi cum mercib. tranſit, & non ſoluit, etiam ſi à vectigalium ſolutione ſit immunis. Ratio eſt, num.5.*

6 *Gabellam pertranſiens, nec ſoluens, à ſolutione dupli liberatur, ſi per ignorantiam pertranſeat. Ratio eſt, nu.8.*

7 *Dolus ex ignorantia craſſa præſumitur,*

9 *Caſus, in quo licet forenſibus, & extraneis ignorare ſtatutum conſuetudinis loci de gabellis ſoluendis. Cont. n.11.*

10 *Gabellam fraudare velle quis non præſumitur, ſi cū mercib. tranſit, & non ſoluit, quando gabella eſſet inſolita.*

12 *Gabellam non ſoluens non eſt in culpa, cùm non extat gabellarius, & præpoſitus vectigalium, cui fiat aſſignatio.*

13 *Gabellam pertranſiens nec ſoluens, non eſt in culpa, ſi ſciēte gabellario cum mercibus pertranſiuit.*

Contrarium, nu.16. & ibidem reſponſio.

14 *Merces deſcribendæ ſunt apud pfectū vectigaliū, cū ipſo ſciente quis pertranſit cum mercib. nec gabellam ſoluit.*

15 *Gabellarius gabellam non poteſt remittere, ſi eam exigebat ex mandato ſpeciali, ſecus ſi generali.*

17 *Gabellam fraudare velle præſumitur viator, cui conceſſit gabellarius, vt cum mercibus pertranſiret nec ſolueret, ſi intra ſeptem dies à die conceſſionis non pertranſeat, ſecus ſi intra. Quod amplia, vt nu.18.*

19 *Gabellarij conceſſio, ne quis pertranſiens ſoluat gabellam, an liberet à pœna commiſſi.*

20 *Ceſſante cauſa debet ceſſare effectus.*

21 *Gabellā nō dicitur fraudare is, qui repertus eſt in via, nec paſſus eſt ſe excuti à gabellario. punitur tñ ob vim factā.*

22 *Gabellæ fraudatio non probatur, ſi mulio vehens merces, ferat bulletam, in qua deſcriptū ſit nomen domini mercium, & mulionis.*

23 *Gabellam fraudare velle præſumitur is, qui cum mercib. per vias inuſitatas, tritas relinquens pergit.*

24 *Præſumitur contra eos, qui iter facientes recedunt à via publica, & trita.*

25 *Gabellam dr̄ fraudare is, qui per calles inuſitatos tendit, adeò vt ibidem deprehenſus amplius pœnitere non poſſit.*

26 *Gabellam non fraudat per inſolitos tramites iter faciens ſi ſpontè pœniteat, vt ſi reuertebatur, cùm fuit deprehenſus, ſecus ſi requieſcebat.*

27 *Gabellam fraudat à recta via aberrans, etiamſi nondum territorium cum rebus extrahi prohibitis exiuerit.*

28 *Statutum loquens per verbum præſentis, vel temporis imperfecti non habet locum in eo, qui repertus eſt in via nō recta cum mercibus extrahi prohibitis: ſecus ſi loquatur per verbum præteriti perfecti.*

29 *Iudicis arbitrio mitius punitur repertus in via non recta cum mercibus extrahi prohibitis.*

Quod intellige, vt nu. 30. vbi nonnulla alia de hoc iudicis arbitrio in eodem caſu.

31 *Gabellam quod velit fraudare contra eum præſumitur, ſi probetur per teſtes, quibus ipſe dixerit, ſe velle extrahere merces contra ſtatutum, vel etiam alijs coniecturis.*

32 *Lex contenta eſt facilioribus probationibus in his, quæ clam committuntur.*

33 *Gabellā velle fraudare præſumitur inuētus in loco ſuſpecto veluti in littore maris cū rebus prohibitis exportari.*

34 *Gabellā fraudat ēt ille, q̄ à recta via aberrat, ſi immunis à vectigalib. ſed exportet res alienas, quas dicit eſſe ſuas.*

35 *Gabellam velle fraudare non præſumitur is, qui à recta via recedit, quandò illa eſſet aquis obruta, vel prærupta, ſiue latronibus, aut hoſtibus occupata.*

36 *Gabellam quem non ſoluiſſe quo pacto probetur.*

Gabellæ (quā rectius vectigal dixeris) fraudatio, nulla alia ex re facilius pro-
1 bari poteſt, † quàm coniecturis, & præſumptionibus. Etenim cū ſcelus iſtud ſit ex eo maleficiorum genere, quæ furtim, & ex occulto ſolēt admitti: & in eis in apertū referēdis difficilimū ſit habere pbationes, ppterea lex facilioribus probationib. & indicijs cōtēta eſſe voluit: ſic in hac re quid ſētiret rogatus Alexan. dit in conſ. 188. viſo proceſſu inquiſitionis. nu. 2. lib. 7. quod ēt ueterum Iuriſconſultorum reſpōſis pbat: vt Arriani. in l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. atq; Vlp. in l. filiū cum definimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & plurimis alijs ne ſigillatim omnia enumerē. Alex. ſnīa cōfirmauit Aymo. Crau. in cōſ. 115. nobilis Gulielmus in prin. idem ſenſit Bar. in l. cū proponas nu. 1. & 2. C. de naut. fœno. & in l. q fiſcales. nu. 1. verſ. quomodo enim. C. de nauicul. lib. 11. ita ēt tradidit D. Ioſeph. Ludouic. in commun. conclnſ. concluſ. 15. ſub illatione 26. ver. Gabellæ tamen fraudatio.

Coniecturæ itaq; & præſumptiones ex quibus quis gabellam voluerit fraudare nonnullæ tradūtur à no-
2 ſtris. Ex his illa potiſſima eſt. † cū qs cū mercibus tranſit, nec ſoluit: ita in hypotheſi noſtra reſpondit Martianus I.C. in l. interdū. §. diui. il 1. ff. de publica. & vectig. vbi latiſſimè ſcriben. poſt Bar. & Pau. Caſt. idem aſſeruit Anch. in clem. præſenti. de cenſib. q̄ latè pſequitur Bertac. in ſuo tract. de gabel. par. 7. prin. verſ. 5. quæro poſt nu. 5. & in 9. par. princ. nu. 3. verſ. 2. quæro.

3 Hanc coniecturam ampliabis, † vt neceſſe non ſit, q̄ gabellarius quempiam interpellet: ita mihi probat contex. in d. §. diui. ibi, quod nō inſtruxit trāſgredientē. vt tradidere iidēmet ſupra relati ſcribētes: cū tacere poſſit gabellarius, donec tranſeat mercator, & illo nō pſētāte merces, & nō ſoluēte gabella, poſsūt ei auferri merces à gabellario: ut colligere eſt ex eo. §. diui.

4 Eandem præterea ampliabis, † vt locum ēt habeat in perſonis exemptis. Statutum namq; de gabellis, pcedit tàm in foro Eccleſiaſtico, quàm ſeculari ita ſēſit Bal. in c. 1. §. ſi qs ptriginta. col. 4. ſub n. 10. ibi verbi gratia. dicit ſtatutū. ſi de feud. fuer. cōtrou. inter dom. quē ſequitur Bertac. in eo. trac. de gab. 9. part. prin. ver. quæro. nu. 28. ad hoc ſaltē, vt ſciat̄ cuius ſint religioſi, & exempti, & vt bona deſcribantur: iuxta eoſdē ſcribētes, ſic etiā innuit Bar. in l. 1. in prin. C. de nauib. nō excuſan. lib. 11. & in l. vlt. n. 4. C. de anno. & tribu. lib. 10. vbi id notat contra clericos, & ſcholares, vel alios habētes à vectigalibus immunitates, q eorū prætextu alios excuſāt, & malè agūt, cū ſpecie liciti nō debeat fieri illicitū, l qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. Eccl.

5 Huius rei illa ratio eſt: † nam licet pertranſiēs auehat merces, quę à vectigaliū ſolutione ſint immunes; tñ opus eſt, vt de ijs gabellarius certior fiat, illi enim debent aſſignari res. & merces, quę à viatorib. in vrbē important̄. & ex ea exportātur, ēt ſi eiuſmodi ſint, q̄ ab his publicis muner. ib. vacēt: vt habemus à I.C. in d. l. vlt. §. diuus, vbi ēt Bar. primo, & Caſt. ī 1. no. ff d pub.

6 Excipio ab hac coniectura caſū, † quo vectigal qs hoc pacto ptranſiens à ſolutione dupli liberatur, vt ſi p ignorantiam pertranſeat: ſic innuit I.C. in d. l. vlt. §. diui quoq; fratres. idē ſenſit Accur. ibid. in §. licet qs. ſup verb. dicat. ita placuit, & Bal. in l. leges. la 3. ſub. n.
7 15. C. de leg. vbi ait propter hāc ignorantiā † craſſam dolum præſumi. quē ſequitur Albert. Brun. in trac. de conſtit. & ſtat. verb. gabella, verſ. Gabellā dr̄ fraudare forenſis. atq Rol. à Vall. in conſ. 42. nu. 14. & per tot. vol. 3. eiuſdem fuit ſentētiæ Bertach. in d. tract. de gabel. in ead. 9. par. prin. nu. 3. verſ. quod limita.

8 Ratione † addit Caſtr. in d. §. licet quis. nu. 12. quia iſtæ gabellæ vbiq; locorū quaſi ſoluūtur, ideoq; præſumitur fuiſſe in culpa non inueſtigando, vt ait Bald. in l. 3. nu. 5. ver. item in quibuſdam, C. de naut. fœnor. quem ſequitur Crau. in d. conſ. 115. nu. 3 idem refert Bald. in l. humanū, in fi. C. de leg. Vndè hic errauit in iure quaſi naturali, & ita dicit Caſtr. in eo. loco ſic intelligere d. §. licet quis in quo, §. Bartol. inquit etiam hoc procedere propter ſupinam ignorātiam; nam eſt errare, vt ipſe dicit in iure diuino, vt l. 2. ff. de fur. & §. ſecundo. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. & ideò de iure diuino ibi intelligi debet, qa dixit Chriſtus in

Euangelio,

Euãgelio, interrogatus, an liceret dare tributũ Cęſari,
Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quę ſũt Dei Deo.
9 Ex qua limitatione tibi notandus eſt caſus, † in quo
non licet forenſibus, et extraneis ignorare ſtatutũ cõ-
ſuetudinis loci de gabellis ſoluẽdis, aliàs ſecus, vt ait
Scæuola in l. vlt. ff. de decret. ab ord. faciend.
10 Sublimitabis eandẽ limitationẽ non ꝓcedere, † qñ
gabella eſſet incognita, & recens facta, & ſic nõ oſtẽ-
dens merces non dr̃ gabellam fraudare, neq; tenetur
ad dupli ſolutionem, iuxta ſententiã Bal. in d. l. leges.
ſub nu. 5. ad fi. C. de legib. ad quod ptinet I. C. reſpon-
ſũ in l. fideiuſſor. §. 1. ff. mandati, & in l. cenſoria. ff. de
verb. ſign. quia non dẽt imputari, quod nõ diuinauit:
vt ibi dixit Bal. & Crau. latè in d. cõſ. 155. nu. 4. atque
Alex. in conſ. 86. col. vlt. nu. 6. cum ſeq. lib. 4.
Contrariam limitationi noſtræ ſententiã ſequutus
11 eſt Petr. Anch. conſ. 264. p tot. vbi inquit, † ꝙ ſi extet
in ciuitate conſuetudo, quod ſoluaſ gabella de equis,
q introducuntur cã equitandi, forenſem pertranſeun-
tem non teneri ad ſolutionẽ gabellæ: ꝙ probat p l. ſi
publicanus, §. 1. ff. de public. & vectig. & l. vlt. §. quo-
ties, eo. tit. vbi ait huiuſcemodi conſuetudinẽ debere
intelligi ſano modo, vbi etiam allegat c. cognoſcen-
tes. de cõſtit. l. generali. ff. de tab. ibi, cõſenſum etenim
non ignorantiã volumus obligari. facit, quod notat
Bar. in l. cũctos populos, nu. 20. C. de ſumm. Trinit. &
fid. cathol. cui ſententiæ Anch. adhæret Nat. in conſ.
655. Quidam nobilis, nu. 7. lib. 4.
Excipio alium præcipuũ caſum ab illa cõiectura.
12 nã ſi gabellarius, † & præpoſitus vectigalib. nõ extet,
cui fiat aſſignatio, tranſiens non eſt in culpa, nec pu-
nitur duplo: ſic conſultus rñdit Alex. in conſ. 172. vi-
ſis, & opportunè diſcuſſis, nu. 2. lib. 2. vbi loquiſ in hac
hypotheſi noſtra. idq; cõprobat p l. pęcuniæ fœnoris.
§. vlt. et in l. cũ quidã, §. ſi pupillo, ff. de vſur. & l. ſi prę-
dio, in prin. ff. de in diẽ addictio. & notat Dyn. in c. cũ
qs, de reg. iur. in 6. idẽ uoluit Corn. in l. nõ hoc, col. pe.
C. vnde cog. ſic ſẽſit, & Purp. l. vinũ, n. 24. ff. ſi cert. pet.
13 Tertiũ excipio caſum ab eadem coniectura. † ete-
nim ſi Gabellarius ſciẽs permiſerit viatorem cũ mer-
cibus ptranſire, impunè profectò pertrãſibit: ſic rñdit
I. C. in d. l. vlt. §. ſi quis profeſſus, & ibi Bar. & tradidere
Petr. Anch. in d. clem. præſenti. de cenſib. Sal. in l. pa-
ctum curatoris, in fi. C. de pact. & Bald. ibid.
14 Hoc velim tñ intelligas, vt nihilominus † neceſſe
ſit, vt res, & merces deſcribantur apud ipſum prȩfectũ
vectigalium: vt in eodẽ loco aſſerit I. C. & rationem
reddit, qa neceſſe eſt, vt cõſtet de quantitate, & quali-
tate, mercium trãſeuntiũ, ſcilicet vt ſatisfiat fiſco de
bonis ipſius publicani, vel fideiuſſoris, & cũ ſatisfiat
ei aliundè ex eademq; cã, quam ex ipſis trãſeuntibus,
poterit publicanus remittere gabellam iiſdem.
15 Quam tñ doctrinã intelligunt † Bar. & Caſt. ibid. in
d. §. ſi quis profeſſus, dummodò Gabellarius exigebat
gabellas ex mandato gñrali: ſecus verò ſi ex ſpeciali:
quia tunc nõ poſſet eas remittere, arg. l. mãdato gñra-
li. ff. de procur. & l. 1. §. magiſtratũ, de exercit. quos ſe-
quitur Bertach. in d. tract. de gabel. 9. par. prin. num. 3.
16 Verùmtamen huic limitationi † apertè videtur rẽ-
pugnare cõtext. vnà cũ gl. in l. omnib. C. de annon. &
tribut. lib. 10. & in l. præſes. C. de tranſact. atq; in l. Im-
peratores, ff. de pactis.
Reſpondere tamen poſſumus cõtex. ibi loqui in iis
quæ præter ſuum officium remittunt debitũ fiſci, vel
vniuerſitatis; ſecus autem hoc noſtro caſu: vt per tex.
in d. §. ſi quis profeſſus. cum nulla ibi fraus fiat fiſco,
ad cuius vtilitatem inſtituta eſt gabella.
Sublimitabis, & intelliges eandẽ limitationẽ ꝓce-
17 deret † dummodò intra ſeptẽ dies ab ea die, qua illud
conceſſit publicanus tranſeat viator cũ mercibus: illa
namq; publicani conceſſio tantum intelligitur dura-
re ſeptem dies: ſin verò poſteà tranſeat fraudaret ga-
bellam, niſi ea ſoluta: ſi credimus Bar. in l. 1. C. de exa-
ctorib. lib. 12. quẽ ſequitur Rom. in rubr. ff. de recep.
arbitr. col. 11. poſt nu. 45. verſ. 9. qa licentia. & Pet. de
Sun. in l. 1. col. 4. C. de ſẽt. quę ꝓ eo, ꝙ intereſt, quos ad
idẽ allegat Bertac. in d. ſuo trac. de Gabel. in 9. q. prin.
nu. 4. & arg. eſt l. boues, §. hoc ſermone, de verb. ſign.
18 Amplia hãc ſublimitationem † etiam ſi tempus li-
centiæ intret in tempus ſucceſſoris, ſecundum Ludo.
Pon. in l. mancipia, §. interdum, ff. de publica. quẽ ſic
allegat Bertach. vbi ſupra. d. 9. q. nu. 4.
Sed circa eandẽ tertiam limitationẽ dubitari con-
19 tingit, an illa conceſſio † Gabellarii, ſiue pfecti vecti-
galiũ liberet à pœna cõmiſſi. In quo articulo multa,
& doctè, & eleganter ſcripſit Bal. in conſ. 400. num. 3.
verſ. 3. ratio. lib. 1. vbi tandem vr̃ conclùdere illã con-
ceſſionem nõ excuſare à pœna commiſſi. vbi ẽt illud
inſuper addit, ſecuritatem, vel licentiam non ſoluen-
di, non extendere ſe ad debitum Fiſcalis Cameræ, ꝙ
confirmat per auth. de mandat. prin. §. publicorum.
De qua tñ Bal. doctrina dubito propter cõtex. in d.
§. ſi quis profeſſus, verſ. hoc concedẽt: vbi videtur ex-
preſsè conceſſa poteſtas ipſis gabellariis remittendi,
dummodò ipſi fiſco ſatisfaciant. Et cum pœna com-
miſſi ſit inducta propter nõ ſolutam gabellam, & ſo-
luta videtur quoq; remiſſa pœna, cum ceſſante cauſa
20 † debeat ceſſare effectus. l. generaliter, C. de Epiſc. &
Cler. l. actione, §. item ſi alicuius. ff. pro ſocio.
21 Quarto loco limitare poteris in eo, † q repertus eſt
in via, nec paſſus eſt ſe excuti à gabellario. ex leg. 3. &
ibi Bar. C. de curſu publico, lib. 12. hic etenim non dr̃
fraudare gabellã. In eum tñ animaduertitur ob vim
ipſi gabellario illatam: vt ibid. dixit Bart. idem tradit
Bertach. in d. q. 9. prin. verſ. 19. quæro. nu. 23.
22 Quintò limitaſ, vt nõ ꝓbetur fraudatio gabellę, † ſi
mulio vehens merces ferat bullectã, q̃ vocant, in qua
deſcriptũ ſit nomẽ dñi merciũ, & nõ mulionis, adeò
vt nõ poſſit ex hoc mulio à gabellario moleſtia affi-
ci: ſic colligere poteris ex cont. l. parephippium. C. de
curſ. pub. li. 12. vbi id ſpeciatim notat Bar. poſt nu. 1.
Extat, & alia cõiectura, qua probari põt, quempiã
23 voluiſſe fraudare vectig. Nam ſi quis cũ mercibus † p
inuſitatas vias pgere, & tritas relinquere viſus fuerit,
vectigal fraudare velle præſumitur: id colligit Bar. ex
cõtext. l. qui fiſcales, nu. 1. & ibi Iac. Rebuf. nu. 1. C. de
nauicula. lib. 11. & in l. præſidibus, C. de curſ. publ. idẽ
tradidere Bal. in prin. & Sal. in l. 3. C. de nauti. fœno. &
huc ſpectat. l. ſi qs, C. eo. de curſ. publ. & l. non ſolũ, §.
annus, ff. de excu. tut. ad idẽ quoq; ſpectãt ea, quæ no-
tauit Accur. in l. eos, §. vlt. ff. de falſis, & q̃ obſeruauit
Bal. in l. 1. col. 3. C. de ædil. edict. & in l. cũ ante, C. de
don. ante nup. quos ſequiſ Bertach. in d. ſuo tract. de
gabel. 9. q. prin. ver. 14. quæro. nu. 18. cũ ſeq. idẽ voluit
Bal. in l. ſi qs non dicã rapere, col. 3. poſt nu. 1. verſ. cõ-
clude ergò, C. de Epiſ. & Cler. ſic animaduertit, & Al-
ber. de Roſat. in trac. de ſtat. par. 2. q. 4. eiuſdẽ fuit ſñiæ
Alb. Brun. in tract. de conſt. & ſtat. in verb. decretum.
ver. ſtatutũ prohibet decretũ, et conſultus rñdit Crau.
in d. conſ. 115. nu. 5. verſ. 2. principaliter. ꝙ nec latuit
Bert. in cõſ. 116. poſt nu. 8. verſ. ẽt facit lib. 2. quorum
24 opinioni vtiq; fauet illud, iter ſcilicet facientes † non
debent recedere à recta via publica, et trita, alioqui
præſumitur cõtra eos, vt ſcriptum reliquit Io. de Plat.
per illum tex. in l. 2. C. de curſ. public. lib. 12. et ita ſin-
gulariter Sal. in d. l. 3. in fi. C. de naut. fœno.
Hanc eandem ſecundã coniecturã velim amplies,
25 ut eò uſq; ꝓcedat, ẽt ſi repertus † in loco ſuſpecto ue-
lit pœnitere: qa non eſt amplius liber: nec liberã hẽt
uoluntatem poſtquã captus eſt: ita obſeruauit Flor. in
l. arborib. §. idẽ tractat. ff. de uſufruct. poſt nu. 5. uerſic.
item ſi deprehẽſus, C. de ſer. fug. quod ẽt animaduer-
tit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de cõſtit. §. 2. poſt nu.
8. litera G. uerſ. ſed incidit.
Limita tamen hãc ampliationẽ locũ ſibi non uẽ-
26 dicare, ſi ſpõtè pęniteat, † vtpotè q reuertebatur cum

fuit deprehēſus: nam eo caſu non dr̃ fraudaſſe gabellam, nec tenetur ad pœnā: ſecus vero ſi requieſcebat forte in tigurio, vel caſa cum animalibus, & rebus ꝓhibitis extrahi, forte fortuna propter pluuiam: qa tūc non creditur ei, quòd penituerit, ſine alijs indicijs: ita grauiter, & doctè monuit Io. And. in d. addi. ad Spec. loco ꝓximè citato, cuius dictū prę cęteris obſeruatione dignū eſſe teſtat̃ Bertac. in d. par. 8. prin. n. 28. ſub ſi.

Secundò tibi amplianda eſt, vt illa cōiectura vera
27 ſit† etiā ſi extractio nondum perfecta ſit: etenim nihilominus pœna cōmittitur, ſufficit namq; eſſe repertum in via non recta, licet nondū exierit e territorio: vt tradit Alb. de Roſat. in tract. de ſtatut. 2. par. 3. q. & Bart. in d. l. q fiſcales, C. de nauicul. lib. 11. & ſequutus eſt Bertach. in eo. loco ſupra proximè citato nu. 19.

28 Quòd limitabis, & intelliges verū eſſe, †ſi ſtatutum loquatur per verbum præſentis tpis, vel imperfecti, vt ait Bertach. vbi ſupra d. nu. 19. Secus vero ſi per verbū præteriti perfecti: veluti ſi dicat extraxerit. nam tunc ſtatutū non habet locum, ſed requiritur actus perfectus, & cōſumatus: vt voluere Bal. & Butrig. in l. ſi qs non dicam rapere. col. 3. ver. conclude ergo ſin Guil. C. de epiſc. & cler. & in l. ſi fugitiui. 2. col. poſt num. 5. verſ. adde tñ C. de ſeru. fugit. & in l. 3. poſt nu. 2. ver. qdā dicūt, & ibi Sal. C. de naut. fœnor. vbi ēt recentiores ſcribētes, & idē tenet Alex. in l. q Romę. §. Callimachus, nu. 5. verſ. & not. quæſt. ff. de verb. oblig.

29 Huic tñ ſic exire volenti † mitiorē pœnam irrogādam eſſe, hoc eſt, arbitrio iudicis, cēſuerim, vt me docuit Bal. in d. l. ſi quis non dicam rapere, col. 3. eo. verſ. cōclude ergo, & in d. l. ſi fugitiui, col. 2. nu. 5. C. de ſer. fugit. vt ſi pœnam dupli ſubire debet, ſimpli tñ mulctet: vt ſenſit Bald. in d. l. 3. ſub eo. nu. 2. C. de naut. fœnor. quod primariū fuit dictum Spec. in d. tit. de conſtit. §. 1. nu. 8. ver. pone ergo, ſtatutū in fi. licet Bal. nullam de Spec. mentionē faciat, & hanc doctrinam ꝓbauit ēt Sal. in l. 1. in verſ. ex prædictis infero, &c. C. de rap. virg. hāc quoq; dicit eſſe quotidianā Bertach. vbi ſupra d. nu. 20. & maxima obſeruatione dignam.

30 Intelligas tñ, † vt iſtud poſtremū locum habeat; ſi inuentus, vt iā diximus, cōfiteatur ſe res illas ex illius loci agro exportare. tunc enim punitur, nedū mitiori, ſed ordinaria pœna, ꝙ ſi neget, & dicat, ſe res illas ad molēdinum ferre, vel villam, verum captus ſit in finibus loci forte fortuna ꝑ cuſtodes, nec ex ꝓbationib. vel alijs indicijs patere poſſit rē ita ſeſe habere. idem cenſendū, erit, præterquā, quod leuiori ſupplicio conſtringendus eſt, non ſecus, ac ſi ipſas exportaſſet. Sola namq; negatio non ſatis eſt. l. 1. §. vltim. ff. de extraord. crim. Quod ſi alio in loco fuerit deprehēſus, quà trāſire potuit ad alium locū non interdictum, vt ad molendinum, quod ēt probabile ſit ex qualitatibus tum perſonæ, tū loci in quo captus eſt, atq; rei, quæ ferebatur, ac ex ſimilibus coniecturis: tūc iudicis munus erit omnia diligēter, & accuratè inueſtigare, reumq; omnino abſoluere, vel pœnam eleuare, & quandoq; etiā condemnare, vt optimè poterit iudex arbitrari ex iis, quæ rē ipſam circunſtabunt: ita eleganter ꝓfitendo declarauit Bal. in d. l. ſi fugitiui n. 5. C. de ſer. fug. ad ꝙ affert nonnulla, quæ ipſe ꝑ te videre poteris. idem obſeruauit Alb. Bru. in eo. tract. de cōſtit. & ſtat. in verb. decretum. verſ. vlt. circa hāc materiam. & ante eum tradidit Io. And. in addit. ad Spec. eo. tit. de conſtit. §. 1. poſt nu. 8. litera G. quod etiam animaduertit Sal. in d. l. qui fiſcales, poſt nu. 1. C. de nau. lib. 10.

Tertiò velim amplies, ēt ſi nihil prædictorum ſit
31 ſequutū: † ſed probetur per teſtes, quibus ipſe dixerit, ſe velle extrahere contra ſtatutū, vel ſi ex alijs coniecturis colligi poſſit, habita tamen ſemp ratione qualitatis perſonarum, & rerum ex arbitrio iudicis. Et rō eſt: nam cum talia clam cōmittātur, proptereà dif-
32 ficillimum ſit in ħs habere probationes, ideo lex† cōtenta eſt probationib. facilioribus. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. l. ſi vicinis. C. de nupt. vt rñdit Alex. in d. conſ. 188. nu. 2. vol. 7. atq; Crau. in d. conſ. 115. nu. 1. 2. & 3. ꝙ egregiè ſcripſit Sal. in d. l. 1. in verſ. ex prædictis. idem voluit Flor. in d. l. arboribus. §. idē tract. ff. de vſur. quos ſequitur Bertach. in d. loco ſupr. citato. nu. 21. & hoc eſt quod tradidere Bal. & Sal. in l. 4. C. de naut. fœn. ſcilicet gabellarium poſſe cognoſcere, an fraus fiat ex coniecturis, & qualitate rerū, & literarum, vel dictis teſtium.

Quartò præterea eandem ſecundam coniecturam
33 ampliabis, vt procedat † ēt ſi quis reperiat̃ in loco ſuſpecto, veluti in littore maris cū rebus prohibitis exportati. l. quia nunquā, & ibi Bal. C. quæ res vend. non poſſ. Et ratio eſt ne detur materia delinquendi, & portandi ad hoſtes, ſecundum Bal. ibid. & notatur in l. cū proponas, C. de naut. fœnor. vt ēt aſſerit Bertach. in d. loco ſupra citato. nu. 21. Huc itidem referendum eſt, quod notat Flor. in d. §. idem tractat, ſcilicet eſſe puniendū illū, qui repetitur in limine territorij ꝑ cuſtodes, cum rebus prohibitis, quia prēſumitur hoc facere cauſa furandi gabellam, & animo malignandi.

34 Quintò ambliabis, † & ſi ille à recta via aberrās ſit immunis à vectigalibus, ſed exportet res alienas, quas dicit eſſe ſuas. nam is committit fraudem, vt l. 1. & ibi Bar. C. de nauic. non exercen. lib. 11. & l. vlt. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Eandem coniecturam nunc limitabis, vt locū non
35 habeat, quando trita via, † & vſitata eſſet aqs obruta, & operta, vel prærupta, aut ſalebroſa, quæ latronibus, & excurſoribus occupata, vel hoſtium inſidijs obducta, aut alia iuſta aderat cauſa, propter quam quis ſe in tuto in viam illam dare non poſſet: ēt tunc nō præſumitur voluiſſe fraudare vectigal, ſed potius, vt impedimenta deuitare poſſet, arg. l. 2. §. ſi quis tamen; ff. ſi quis cautio. & in l. immo. ff. de liberal. cauſ. & l. Cæſar, ff. public. & vectig. ita tradidit Sal. in l. 3. in fi. C. de naut. fœnor. ſic etiam ſcripſere iuris interpretes in d. l. vlt. §. ſi propter, præſertim Caſtr. ff. eo. de publica. quod placuit, & Bertach. in eo. tract. de gabel. 9. part. prin. nu. 18 verſ. 14. quæro.

36 Quod ſi quis† probare voluerit, quem non ſoluiſſe gabellam, ex eo poterit probare, quod in libro gabellæ non reperiatur deſcriptus, teſte Bald. in l. cum quis legatum, nu. 3. in 4. oppoſ. C. de reb. credit. et in l. iuſtū C. de eden. idē tradidit Bar. in l. Titię textores, in prin. in 2. not. nu. 2. ff. de leg. 1. vbi aſſerit negatiuā probari ex inſpectione ſcripturæ, per illū tex. vnde colligebat ibidem probari aliquem non ſoluiſſe collectā, ſi non reperiatur in libro ſoluentium. idem ait Bart. in conſ. 81. Martinus Forniconi. quę omnia refert Dec. in cōſ. 497. in cauſa domini operarij. nu. 7. & ſeq.

CONCLVSIO DCCCXXXV.

ARGVMENTVM.

Quæ probanda ſint à gabellario agente rei vendicatione ad res, quæ inciderunt in commiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Gabellarius agens rei vēdicatione ad res, quæ inciderūt in commiſſu opus eſt, vt probet ſe gabellarium, & ſic titulū.*

2 *Gabellarius agens rei vendicatione ad res, quæ inciderunt in commiſſum debet probare fraudem eſſe commiſſam.*

3 *Gabellario agenti rei vendicatione ad res, quæ inciderunt in commiſſum non ſatis eſt ſi probet quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, quæ probatur per exactionem gabellæ.*

4 *Gabellario agenti rei vendicatione ad res, quæ inciderunt in commiſſum ſatis eſt, ſi probet quaſi poſſeſſionē exigendi, ſi fuerit in illa poſſeſſione exigendi gabellas tanto tēpore, cuius contrarij non extet memoria.*

5 *Gabellarius*

5 *Gabellarius agens rei vendicatione ad res quæ inciderunt in commiſſum ad probandum ſuum titulum præter longam conſuetudinem, debet etiam probare iuſſum Principis interueniſſe.*

1 Gabellarius † agens rei vendicatione ad res quæ inciderunt in
commiſſum; opus eſt, vt primo probet ſe gabellariũ.
& ſic titulum: ita teſtatur Flor. in l. ſicuti. §. ſi quæratˉ.
ff. ſi ſeruit. vendic: quem ſequitur Bertachi. in d. ſuo
tract. de gabel. 4. par. prin. nu. 46. inſuper debet proba
2 re † fraudē fuiſſe commiſſam. arg. l. qui accuſare. C.
de eden. & ibid. aſſerit Bertach.
3 Nec ſufficit probare † quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, teſte Flor. in d. l. ſicuti. §. ſi quæratur, quæ probatur communiter per exactionem gabellæ. c. licet cauſam. extra de probat. vt etiam reſpondit Bar. Soc. in conſ. 187. nu. 15. vol. 2.
Et quod dictum eſt de quaſi poſſeſſione exigendi,
4 velim limites, & intelligas niſi fuerint † in illa poſſeſſione exigendi gabellas tanto tp̄e cuius contrarij nõ extat memoria: vt habemus ex l. Imperatores. §. itē reſcripſerunt. ff. de pollicita. ſic cautũ eſt à Bal. conſ. 242. Antiqua queſtio eſt, nu. 1. lib. 2. idē tradidit Dyn. in l. ſi publicanus. §. in omnib. ff. de public. vbi latiſſimè tractat quæſtionem, vtrũ vectigalia poſſint præſcribi. Vnde neceſſe eſt, ꝙ primo adſit cõſuetudo vetuſta exigendi: vt docuere Dyn. & Bar. in d. l. ſi publicanus. §. in omnibus, & cõprobauit Spec. dicēs requiri conſuetudinē, cuius memoria non extat in cõtrarium. in tit. de cauſ. poſſeſ. & proprie. §. quia vero. ſub nu. 14. verſ. quid de colligentib. pedagium.
5 Ad hæc ꝙ pręter conſuetudinē † longam requiratˉ
ēt iuſſus Principis, in probãdo titulo, hoc caſu ſanxit Imp. Conſtan. in l. vlt. C. noua vectigali. inſti. nõ poſſ. ꝙ ēt innuere vr̄ Bar. in loco ſupra citato, dũ dicit ſatis eſſe vetuſtatem, dum tñ interueniat ſcientia Principis, quæ requiritˉ in iuribus incorporalibus, quæ ſpectant ad principem: quæ regalia non poſſunt p̄ſcribi niſi de ſcientia Principis doceatˉ; vt l. 2. C. de ſeruit. & aqua. ꝙ ēt vr̄ velle gl. in l. munus, ff. de verb. ſign. Cy. quoq; in l. 2. C. no. vectigal. inſti. nõ poſſ. eius eſt ſnīę, vt ſatis ſit longiſſima cõſuetudo, dummodo interceſſerit ſcientia, & patientia ipſius Principis: arg. c. ſuper quibuſdam. ext. de verb. ſign. & hæc videtur verior opinio, vt teſtatur Bal. in d. conſ. 242. d. nu. 1. lib. 2.

CONCLVSIO DCCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Per quod tempus poſſit probari præſcriptũ eſſe exactioni gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Gabellæ exactioni præſcriptum probatur per tempus quinquennij.*
2 *Fiſcus non poteſt vendicare rem incidentem in cõmiſſum, elapſo quinquenio.*
3 *Gabella fraudata non poteſt agi poſt quinquennium.*

1 Gabellæ † exactioni præſcriptum probatˉ per tp̄s quinquennij, nam eo tp̄e elapſo non poterit fiſcus vendicare rem incidentem in cõmiſſum ex l. 2. C. de publi. & vectigal. q̃ doctrinā Bar. obſeruandā, & menti tenendā docet in l. cõmiſſa nu. 4. ff. de vectigal. Cui ſnīæ & illud ſuffragatˉ, ꝙ ſin-
2 gulis dieb. † fit in ſtatutis, ꝙ aſſignentˉ bona in caſtrũ, ꝙ alias habeantˉ pro publicatis, ꝙ hm̄oi bona fiſcus vltra quinquennium vendicare non pōt. Et hanc opinionem comprobat Alex. conſ. 216. conſideratis his, nu. 6. vol. 6. ſic ſcripſere Bal. & ibi Bart. in d. l. 2. & Bal. in l. 3. C. ſi pp. pub. pe. & in rub. ff. de rer. diuiſ. col.
3 4. & 5. vbi dicit, ꝙ ſi fraudata eſt gabella † non poteſt agi poſt quinquennium. Pluribus hanc poſſem gabellarum materiam explicare, verum cum eam diſcutiendi præcipua fuerit Bertach. cura, ad ipſum me in præſentia reijcio.

CONCLVSIO DCCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Gabellariorum liber an probet.

SVMMARIVM.

1 *Gabellariorum liber fidem facit. Ratio eſt, nu. 2.*
3 *Gabellarij non ſunt publicæ perſonæ.*
4 *Gabella quo in loco ſit ſoluenda, remiſſiuè.*

1 Gabellariorum librũ † fidem facere dixit Bal. in l. q̃dam. §. nummularios, ff. de edendo, vbi dicit veram
2 hanc eſſe Concluſionem, eò ꝙ † gabellarij ſunt ele-
3 cti publica auctoritate, licet non ſint † publicæ perſonæ, teſte Bertach. in tract. de gabel. in 4. q. prin. nu. 2. de qua re nos ēt ſupra meminimus, in concl. exactorum liber. & agemus infra in concl. liber gabellariorum, iccirco vlterius non progrediar.
4 Quo vero in loco ſit ſoluenda gabella, † id latè diſſerentem conſulas Gab. in ſuis concl. lib. 6. conclu. 2. nu. 10. quæ hic non refero, ne propoſitæ materiæ terminos tranſilire videar.

CONCLVSIO DCCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Geminatio quantæ ſit efficaciæ, & virtutis ad aliquid probandum.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio actus, vt delicti probat maximum crimen etiã ſi ex ſe leue ſit.*
2 *Ob delictum ſæpius patratum quis punitur capitaliter, etiamſi eſſet imponenda pœna pecuniaria ex forma legis, vel ſtatuti.*
3 *Praxis Ang. vt quis ad mortem ſecure poſſit condemnari.*
4 *Geminatio delicti efficit, vt quis pœna mortis puniatur, ēt ſi illa crimina ſui natura non ſint capitalia.*
5 *Geminans delictum delicti veniam ſpectare non debet.*
6 *Geminatione, & reiterationis furti ratione quis poteſt furca ſuſpendi.*
7 *Ob geminationem, & frequentiam actus litigandi repellitur quis à teſtimonio ferendo.*
8 *Geminatum delictum Princeps non præſumitur voluiſſe remittere, niſi expreſſè facta mentione geminationis in indulto.*
9 *Hæreticus nõ auditˉ de correctione, ſi geminata vice cecidit.*
10 *Geminans greſſus per eandem viã præſumitur commiſiſſe maleficium in illa via.*
11 *Geminatio actus ad duas vices refertur.*
12 *Dictio pluries verificatur in duab. vicibus.*
13 *Geminatio factum grauat etiam ſi delictum ſæpius geminatum fuerit punitum.*
14 *Geminatũ delictũ minimũ nõ ita acerbe debet vindicari.*

1 Geminatio actus † veluti delicti tantæ eſt efficaciæ, atque virtutis, vt per illam probetur quod maximum delictũ, etiã ſi ex ſe leue eſſet, ſic tradidit idque latè Hippol. in l. 1. §. quæſtioni. nu. 2. cũ plur. ſeq. ff. de q. & idē in ſing. 378.
2 incip. geminatio per totũ. Hinc ꝓpterea fit, ꝙ † licet

ex

ex forma legis,vel ſtatuti pro aliquo crimine eſſet im ponenda pœna pecuniaria: tñ ſi accuſatus de huiuſmodi delicto conuincatur, ꝙ illud ẽt aliàs patrarit, idq; ſæpe,tunc talis reus debeat puniri capitaliter pęna vltimi ſupplicij:ita ſcripſere vno conſenſu Barto. Bal.Ang.Odofre.& Io.de Platea in l.1.per illum tex. C.de ſuperexact.lib.10.& docuere Bar.& Bal. in l.licitatio,§.ꝙ illicitè, circa prin.ff.de publi.idẽ tradidit Alex.in addit.ad Bar.in l.1.C.de ſuperexactor.& ad-
3 dit Ang. ibidem: † ꝙ quãdo aſſeſſores volunt facere aliquẽ reum mori,ponunt in inquiſitione,q̃ formant contra eum, quòd illud ſeu illa omnia crimina, de quibus inquirit,pluribus vicibus commiſit; & poſtea eum conuincant de tali perſeuerantia: quo facto dicit, ꝙ ſecure poterunt eum ad mortem condemnare,ſic loquutus eſt Ang.ibidem,quem ſequitur Marſ. in d.ſing.376.nu.2.

Conclu.primo loco ampliabis,vt locũ habeat etiã
4 ſi illa crimina † ſua natura non eſſent capitalia,quod perpetuo menti eſſe tenendum monet Ang. in d.l.1. pro quo dicit eſſe contex. in l. oẽs, C. de delator. lib. 10.vbi quis propter conſuetudinẽ delinquendi punitẽ pœna mortis. Huic vero rei optimè quadrat ꝙ egregie ſcripſit Grammat.voto 17.nu.8.id eſt,eũ, qui ge-
5 min et delictum, † non debere ſperare delictorum veniam.prout Bal.in l.3.C.de epiſcop.audient. ſic ẽt innuit Spec.in tit.de contum.§. nunc dicamus, nu.5. verſ. ſed pone Iudex, & idem videtur ſentire Innoc. in c.nouit. poſt num.4.verſ.hæc autem denunciatio, ext.de indic.ad idem extat ſingularis contex.in c.ita nos,25.q.2.& in c.peruenit.27.q.1.

6 Quapropter ex hoc cõſequitur, vt ille, † qui hodie furatus ſit rem aliquam vilem,& cras aliam,multaq; alia deinceps, ratione reiterationis, & geminationis poſſit furca ſuſpendi,ita ſenſit Marſ.in d.ſingul.278. nu.3.cum ibi allegat.idem voluit Bal.in l.apud anti quos,in fi.C.de fur.& placuit ſcriben.in auth.ſed nouo iure,C.de ſer.fugit.ſicq; protulit Ang.in tract.maleſi.in verb.veſtem cœleſtem abſtulit.in 2.char.verſ. quæro ſi aliàs,& ibi late addit.hoc idẽ cenſuit Bar.in
7 l.ſi cui.§.fi.in fin.ff.qui accuſ.Huc accedat,† ꝙ etiam conſuetus litigare propter frequentiã,& geminationem actus litigandi,repellatur à teſtimonio ferendo: ita ſancitum eſt in c.quia ſuſpectus,3.q.4.& c.nullus, verſ.frequenter litigantes.eadem cauſa.

Secundò velim amplies eo vſq; concl. locum ha-
8 bere † vt non præſumatur Principem voluiſſe remittere delictum geminatum,& reiteratum,niſi expreſſa facta reiterationis, & geminationis mentione in indulto:ſic eximie prodidit Bal.in l.nemo,C.de epiſ. audient. quod & voto ſuo confirmauit Gram. in d. voto 17.num.11.& 12. atque probauit idem Marſ.d. ſing.378.nu.4.

9 Tertiò poteris ampliare in hæretico: † nam licet hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ ſeculari puniendus, c.pen.§.ſi quis,ext. de hæret. tamen ſi geminata vice cecidit, non auditur de correctione: vt decreuit ſum. Pontif. Alex.IIII. in c.ſuper eo.& in c. accuſatus, de hæret. lib.6. vt etiam voluit Marſ.in d. ſing.378.nu.4.cui ſententiæ fauet Roch.de Cur. in reper.c.vlti.col.2.de conſuetud.

10 Quartò amplianda eſt cõcluſio,† vt contra frequẽtantem eandem viam,& ſæpius greſſus geminantem ſumatur indicium maleficij commiſſi in illa via:iuxta ſententiam ſcriben. quos refert Blanch.in tract. de indicijs.nu.72.verſ.frequentatio vię,cum pluribus.ſeq. Et huc pertinet gl.in l. conſentaneum.C. quomodo, & quando Iudex.

Quintò ampliabis concl.etiam eſſe veram, etiam
11 ſi bis † tantum delictum commiſerit, teſte Alex. in addit.ad Bar.in l.1.C.de paſcuis public.lib.11.vbi dicit geminationẽ, & perſeuerantiã referri ad duas vices,hoc idẽ tradidit Ang.de trien. & ſemiſ.in §. & ꝙ
12 ſæpe.vbi dicit dictionem pluries † verificari in duab. vicib.ꝙ idem dixit Bald.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem,ff.de lega.3.idem voluit Bonicon. in tract.de accuſat. ſub nu.45. poſt verſ. nunc quoq; videndum eſt.ſic placuit & Roch.de Cur.in tract.de conſuetud. poſt nu. 371.verſ. prima eſt conclu. & late proſequitur Marſil.in d.ſing. 378.nu.5.

13 Sextò amplia † geminationem grauare factum, ẽt ſi delictũ ſæpius geminatũ fuerit punitũ: ita cenſuit Thom.Grammat.d.voto 17.num.12.ꝙ confirmauit Abb.in c.1.per gl.ibi,de cler.percuſſor. & tex. ſecundum eundem in l.3.& l.ſeruos, C.ad l.Iul.de vi publ. idẽ aſſeruit Bal. in auth. ſed nouo iure. nu.4. verſ. ſed dubitatur nunquid furta. C.de ſeru.fugit. eiuſdẽ fuit ſententiæ Anch.in c.vlt.de foro compet. & ibi Barb. col.19.ibi, & inquantum.

14 Limita prædicta omnia nõ procedere † in delicto gminato minimo. De iſtiuſmodi namque minimis nulla habetur ratio: vt ad hoc videtur reſpõdiſſe Cal liſtrat.in l.ſcio.ff.de in integr.reſtit. & Pau.in l.omnino,ff.de impenſ.in reb.dotal.fact.& ſum.Pontif.in c. licet cautam,in verb.nulla aut modica. de probat.ꝙ latè tradidit Marſ.ſing.276.& 378. ſub fi.& vberrime in l.vlt.in fi. col.2.ff.de ſicar.

CONCLVSIO DCCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Gener an pro ſocero teſtimonium dicere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Gener à teſtimonio dicendo pro ſocero repellitur.*
2 *Socer parentis vicem obtinet.*
3 *Gener ad teſtimonium dicendum pro ſocero compelli non poteſt.*
4 *Gener pro ſocero dicere teſtimonium non poteſt de iure ciuili, ſecus de iure canonico, niſi quando ſe ſubtrahunt odio vel amore.*
5 *Gener pro ſocero teſtificari poteſt & compellitur, quando aliter veritas haberi non poteſt.*
6 *Veritatem celare peccatum mortale eſt.*

1 Gener à teſtimonio dicendo pro ſocero † repellitur: vt aſſeruit Accurſ. in l.teſtis idoneus.ff de teſtib.quem ſequitur Bar.in l. qui teſtamẽto. §. quæcunq; nu.5. ff. de teſta. ſic tradidit Nep. de Mont.Alb.tract.de teſtib.nu.106.Huius cõcluſio-
2 nis ratio eſt, quia ſocer † parentis vicẽ obtinet, vt ait Pompon.in l.quia parentis,ff.ſol.matr.idem teſtatur Steph.Aufr.in d.tract.nu.89.idq; colligitur ex l. teſtis idoneus,ff.de teſtib.idem voluit Spe. tit.de teſte. §.1. nu.17. verſ. quid ſi aduerſarius, idem cenſuit Alber. de Malet.in d.tract.de teſti. num.49. quod placuit & Archid.in c.lege Iulia.4. q.8. ad quod etiam reſpondit Anch.conſ.64.nu.13.

3 Amplia,vt id eò vſq; procedat,† vt compelli etiam ad teſtimonium dicendum non poſſit, ſi credimus Albe.de Malet.vbi ſupra in c.6.qui teſtes non cogantur teſtificari,nu.9.quod probauit & Io.Crot.de teſti. nu.4.in 5.par.

Primò limitabis & intelliges conclnſionẽ cũ am-
4 pliatione indiſtinctè † procedere de iure ciuili: ſecus autem de iure canonico: niſi quando ſe ſubtrahunt odio, vel amore, ſecundum Soc.in tract. fallen.regu. 216.& Corſ.in ſuo reper. in litera A.in verb. teſtis,in penul.col.quos ſequitur Petr.de Monca. in addit. ad Crot.in d.par.5.in litera A. poſt nu.15.

5 Secundò limitanda eſt, vt locũ non habeat, † qñ aliter veritas haberi non poteſt: quia tunc compelleretur,& eius teſtimonium reciperetur, quod ea cõfirmatur

firmatur

6 firmatur ratione: nã alioqui veritas celaretur, † quod
eſt peccatum mortale vt in c. quiſquis. 11. q. 3. ſic do-
cuit gl. & ibi notãt DD. in c. ſuper eo. & in c. peruenit.
de teſti. cog. idem voluit Abb. in c. in literis; de teſtib.
in fi. quibus accedit idem Pet. de Monc. in eodem à
nobis nuper citato loco.

CONCLVSIO DCCCXL.

ARGVMENTVM.

Genus aliquem ducere ex aliquo, quo pacto poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Genus aliquem ducere ex hoc vel illo per indicia, et cõiectu-
ras poteſt probari.*
2 *Genus aliquem ducere ex hoc vel illo per publicam vocem,
& famam poteſt probari.*
3 *Genus aliquem ducere ab hoc, vel illo per oculorum ſenſum
poteſt probari.*
4 *Genus aliquem ducere ex hoc vel illo per ſolum teſtimoniũ
auditus probari poteſt.*
5 *Teſtimonium auditus ſufficit in his probandis, quę homi-
num memoriam excedunt.*
6 *Genus aliquem ducere ex hoc vel illo non poteſt probari per
publicam vocem, & famam, quando agitur de proban-
do genere recenti: ſed vna cum ipſa debet tractatus, &
nominatio probari.*

1 Quod quiſpiã prognatus ſit † ex hoc vel illo
gñre, nulla alia re poſſe probari dixe-
rim, quàm p indicia, & cõiecturas: ita dicit apertè gl.
nulli nõ obuia in l. 1. ff. de prob. cuius doctrinã aucto-
ritate ſua confirmauit Fran. Aret. in conſ. 37. nu. 1. &
2. vbi latè, quod velim intelligas, ſi quæratur de pbã-
do genus, vel progenitores, q centũ, & eo amplius an-
nis ſuperfuerunt, vt ibidem tradit Aret. col. 1. ſub fin.
Bal. verò in auth. quas actiones, in vlt. q. nu. 16. verſic.
ego dico. C. de ſacroſ. eccl. dicebat in hmõi probatio-
ne plurimum poſſe famã, per c. veniens. de verb. ſign.
hoc idem ante Bald. ſenſit Arch. in c. ſi plures. 16. q. 7.
vbi hanc eandem quęſtionem noſtrã examinat, quę-
rens cùm aliquis vult probare ſe ducere genus ab ſtir-
pe illorum, qui fundauerunt loca, & fuerunt patroni:
qua ratione probare debeat, eandemq; cõcluſionem
(remotis verborũ ambagibus) firmat Hoſtienſ. & Io.
And. in c. licet ex quadam, de teſtib. vbi hoc dicũt ſi-
ne vlla differentia, quos ibidem ſunt ſequuti Abb. &
cæteri recentiores ſcrib. & ibidem Imol. addit, per te-
2 ſtimoniũ auditus cũ publica voce & fama † probari,
quẽ ex horum, vel illorum gñre, & affinitate gñratũ,
ad horũ & corroborationem afferri põt illud, q non
lõgè diſtat ab his, cuius auctor fuit Ant. de Butr. in c.
1. de fid. inſtr. vbi dixit, ſi quęſtio ſit de inſtrumẽto an-
tiquiſſimo, an qui cõfecit ipſum, fuerit notarius, ſuffi-
cere probationem per publicam vocem, & famam.
3 Primò amplia, † vt etiam probari poſſit per oculo-
rum ſenſum, quem ex eo genere natum eſſe, id eſt, p-
bando gradus affinitatis illius maiorũ, è quorum ge-
nere ſe oriri quis prætendit p tractatũ de viſu quouſq;
ſurſum quis poſſet: vt ex hoc exemplo patebit: nam
probabit quis patrem ſuum fuiſſe fratrẽ germanum,
nempè Titij, & legitimũ Caij, hosq; Titium, & Caiũ
fuiſſe filios Seij, & deinceps deſcendẽdo, & probabit
per inſtrumẽta publica, ſi ad manum ſunt: ita docuit
Fran. Aret. in d. conſ. 37. nu. 1. ſub fi. col. 2.
4 Secundo loco ampliabis, † vt non ſolum p teſtimo-
nium publicę vocis, & famę poſſit fieri iſta probatio,
ſed etiam per ſolum teſtimoniũ auditus. Nam apud
noſtros eſt in vſu receptũ, vt in his, quæ excedunt ho-
5 minum memoriam † ſufficiat teſtimonium auditus,
ſicut quando quis vult probare memoriam extare de
re, quæ excedit ætatem hominis, vt probatur in l. ſi ar-
biter. ff. de prob. vt tradidit Arch. c. hic videtur. 22. q.
2. & clarè ſcripſit Ant. de Butr. in c. tam literis. & in c.
licet ex quadam, de teſt. idque in noſtro caſu videtur
poſſe probari ex c. de parentela. 35. q. 6. & ex c. tua. de
conſang. & affin.
6 Limita concluſionem procedere, † quando ageretur de probando genere recenti: quod non excederet
memoriam hominum: nã tunc non ſufficeret publi-
ca vox, & fama: ſed vnà cum ipſa deberet tractatus, et
nominatio probari; iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. filium
eum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in
l. quod ſenatus, ff. de lib. agnoſ. & quæ ſcripſit Ant. de
Bur. in c. tranſmiſſæ, ext. qui fil. ſint legit. & quæ pro-
didere recentiores in c. per tuas, de prob. & quæ dixit
Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. Sed de his
nos diſſeruimus ſupra in concluſ. Affinitas, & in cõ-
cluſ. parentela. ad ea me reijcio.

CONCLVSIO DCCCXLI.

ARGVMENTVM.

Per genitiuum caſum alicuius dominium demonſtrari, ibiq; de multiplici ſignificatione eiuſdem.

SVMMARIVM.

1 *Genitiuus caſus alicuius dominium probat.*
2 *Genitiuus caſus poſitus in ſtatutis, debet intelligi de domi-
nio.*
3 *Genitiuus in priuilegijs debet ſemper accipi de dominio.*
4 *Genitiuus caſus demonſtrat dominium in caſibus in qui-
bus cadit dominium ſicut cum ſubiecta materia non
poſtulet, vt in beneficijs Eccleſiaſticis.*
5 *Genitiuus nudã poſſeſſionem ſine dominio probare poteſt,
etiam in materia ſtatutorum.*
6 *Genitiuus vſumfructum probat.*
7 *Interdictum contra terras Regis poſitum, afficit etiam ter-
ras, in quibus Rex habet uſumfructum.*
8 *Genitiuus probat cauſam efficientem, materiam, & finalem.*
9 *Genitiuus probat iuriſdictionem.*
10 *Genitiuus ſignificat meum aliquid ratione ſpei, uel deſti-
nationis.*
11 *Genitiuus ſignificat praeminentiam, & prælaturam.*
12 *Genitiuus quodcunque probat, prout ſubiecta materia
poſtulat.*

1 Inter plurimos dñium pbandi modos eſt & ge-
nitiuus caſus. † Nam per genitiuum caſũ,
vt plurimũ probatur alicuius dominiũ: vis enim hu-
ius caſus in eo ſita eſt, vt dominium propriè demon-
ſtret; ſic colligitur ex Vlp. reſpõſo in l. ſi domus, §. vlt.
ff. de leg. 1. ita tradit Fel. in c. quia Gug. in prin. ext. de
iudi. vt & ſcripſere Bar. & DD. in rub. ff. de nou. oper.
nunc. & præſertim Franc. Niconit. nu. 141. Io. Cro. nu.
28. & Hormannoct. Der. nu. 18. ſic ſenſit Abb. in c. 1.
nu. 28. verſ. in gl. in verb. quæ Regi. de poſtul. prælat. p
l. 2. §. in locum, ff. de religio. & ſump. funer. vt ſi dice-
remus talis equus eſt Petri, vt ibi per eum. hoc idẽ do-
cuit ipſemet Abb. in c. quia V. poſt. n. 4. verſ. & ex hoc
not. quod genitiuus. de iud. idem Bar. in l. 1. §. poteſta-
tis, ff. de pecul. & in l. parui. ff. naut. caupon. ſtabul. cui
accedit Aret. in l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſſionẽ, ff.
de acqui. poſſ. idem voluit Card in clem. 1. §. terra. de
pęn. placuit, & Alex. in rubr. ff. de iuriſd. omn. iud. nu.
2. ad idẽ tradit Corn. cõſ. 282. incip. in hac. lib. 4. Lãfr.
in c. diſpendioſam, de iudi. de qua te latè Iaſ. in d. rub.
ff. de nou. oper. nunc. nu. 4. ſic ſcripſere Abb. Imol. &
Barb. in c. 1. de poſtulat. prælat. idem voluit Bald. in l.
1. in §. item Pomponius, in prin. ff. nau. caup. ſtab.

Ex hac

Digitized by Google

2 Ex hac concl. noſtra conſequitur, † vt ſi genitiuus poſitus ſit in ſtatutis, debeat intelligi in dominio vero, teſte Abb. in d.c.1.nu.26.& 30.& not. auctor addi. ad Fely. in d.c. quia Gug. in prin. & in litera A ita docuit Bar. in d.l.1.§. poteſtatis. ff. de pecul. vbi inquit genitiuum in ſtatutis ſignificare proprietatem. Sic teſtatur, & Cor. in conſ.35. nu.11.lib.1.;& in conſ. 282. nu. 12. vol.4. in conſ.14. nu.5. vol.1.& in conſ.100. nu.15. vol.2. quod confirmauit & Guid. Pap. in ſingul. 160. nec latuit Pariſ. in conſ. 21. nu.32. lib.2. nec præterijt Nat. in conſ.333. nu.2. lib.1.

3 Quemadmodum etiam in priuilegijs † genitiuus debet ſemper accipi de dominio, vt auctor eſt Rom. in conſ. 180. ſi admittimus. nu.11. in fi.

4 Concluſionẽ limitabis, & intelliges, † vt genitiuus caſus importet dominiũ in caſibus, in quibus cadit dominium ſed quã ſubiecta materia non patitur, nõ poteſt probare dominium, vt eſt in beneficijs eccleſiaſticis, in quibus non habetur dominium, vt in c.2. de don. ita ſenſit egregie Dec. in d.c. quia V. num.11. verſ. ex quo infertur. de iudicijs. idẽ innuere vr̃ Alex. in conſ.35. viſo proceſſu. nu.14. lib.4. vbi conſuluit in q. quæ verſabatur inter magnificam ciuitatem Sarzanæ, vt ipſe ibidem eum vocat in prin. quæ me ciuem ſuum benigne genuit, aluit, & educauit, & commune Caſtri noui. Dec. ſequutus eſt Fran. Niconit. in eadẽ rub. ff. de nou. oper. nunc. nu.141. verſ. & ne ſingulos caſus. in fi. & latè proſequitur Ang. Aret. in procem. inſt. col.3.& 4. per tot.

5 Secundo loco limitabis, & intelliges, † vt etiã interdum per genitiuum probet̃ nuda poſſeſſio ſine dominio, vt conſultus reſpondit Corn. conſ. 229. nu.4. vol.1.& in conſ.247. num.16. vol.2. ſic tradidit, & auctor addit. ad Fel. in d.c. qa Gu. in litera A.& ibi Feli. idem inquit Bar. plene in l.1.§. poteſtatis. ff. de pec.& in l. parui. ff. naut. caupon. ſtabul. & in l.1.§. ait ꝑtor. ff. de lit.& notar in l.1.& ibi Bar.& Bal. ff. de relig. vbi aiunt genitiuũ poſſeſſionem ẽt ſignificare in materia ſtatutorum. idem aſſeruit Bal. in l. vt priuatorum. C. ſi à non compet. iud. atque Alexan. conſ.5. vol.4.& in rub. ff. de nou. oper. nunc. ſub nu.16.& Bar. in 1. cõſtit. codic. vbi inquit bona alterius poſſeſſa per alium cõprehendi aliquando per ſtatutum, vt qui damnum dederit in poſſeſſione Titij intelligatur etiam ſi non ſit ſua: quia huiuſmodi modus loquendi verificatur etiam in ſola poſſeſſione, vt ait idẽ Alex. in d. rub. de nou. oper. nunc. nu.16.& Franc. Pata. in 1. conſtitu. C. ꝙ pluribus examinat idem Franc. Niconit. in d. rub. ff. de nou. oper. nunc. nu.147. verſ. ex quo infertur per Bar. cum plurib. ſeq. idem dixit Io. Crot. ibidem num. 30.& Hormannoct. Dec. nu.19. cum ſeq.

6 Tertio limita, † vt interdum per genitiuum probet̃ vſuſfructus, vt in l.1. in prin. iuncto. §. non ſolum. ff. arbor. furt. cæſar. ſic cautum eſt à Corn. in d. conſ. nu. 16. verſ. ſed nihilominus. vol.2.& confirmo ex ver. bona in l.2. ff. de orig. iur. vt etiam ſcripſit auctor addit. ad Fel. in d.c. quia Gug. Vnde fit, † vt interdictum cõ-

7 tra terras Regis poſitum afficiat etiã terras, in quib. Rex habet vſumfructum, iuxta ſententiam Io. And. in c. ſi ſententiam. de ſent. excom. in 6.

8 Quarto limita, † vt quandoque per eum probetur cauſa efficiens, quandoque cauſa materialis, qñque cauſa finalis quas ſic vocant teſte Corn. conſil. 247. ſub nu.16. & hæc omnia probantur in quolibet principio librorũ. ff.& C.& tradunt DD. in rub. ff. de nou. oper. nunc. vt ẽt placuit Alex. in conſ.125. viſo proceſſu. nu. 8. li.7. & decidit Card. de Mont. in dec.422. vt & probauit Iaſ. in l. quoties in ſtipulationib. nu.5. in fi. ff. de verb. oblig. Et quando probet iuriſdictionẽ

9 † c.1.& ibi Bal. ext. de poſtulat. prælat. Doct. poſt gl. in c. accedens. ſecund. vt lit. non conteſt.

10 Inſuper genitiuus † ſignificat meũ aliquid ratione ſpei vel deſtinationis, ita docet Iaſ. in l. ſi mora. nu.8. poſt verſ.6. põdera tex. ff. ſol. mat. ꝑ gl. in l. ſi filio.§.1. in verb. nr̃am. ff. eod. tit. ſol. matr. & ita dicit intelligi tex. in l. diuortio.§. ſi fundũ.& in §. ſi vir. vbi gl. ff. eo.

11 Præterea † quandoq; ſignificat præeminentiam, & prælaturam, vt teſtis eſt Bal. in c. nullus. nu.11. verſ. paſtor dicitur de elect. vt quando dicimus, paſtor Eccleſiæ. ſignificamus actum nobilis officij, & intelligitur de eo, qui præeſt dignitati.

12 Et in ſumma † varijs modis quid probat̃ per genitiuum, ſcilicet prout ſuadet materia ſubiecta, vt ait Corn. in d. conſ.247. nu.16. vol.2. quem etiam videas in conſ. 24. lib.4. Et quam pluribus etiam alijs modis quid probari per genitiuum docent abunde ſcribẽtes in d. rub. ff. de oper. nou. nunc. præſertim Iaſ. num.4. cum ſeq. quos conſulto prætereo, cum quilibet ex ſe eos reperire poſſit.

CONCLVSIO DCCCXLII.

ARGVMENTVM.

Quãta ſit auctoritas Gloſſæ in re aliqua probanda.

SVMMARIVM.

1 *Gloſſæ auctoritas apud doctores in re aliqua probanda.*
2 *Gloſſæ auctoritas accedente opinione Bar. vel alterius inſignis Doctoris habetur pro communi opinione.*
3 *Pro iudicis ſententia non eſt præſumendum, qui non ſit ſolitus ſequi ſententiam gloſſę.*
4 *Gloſſę dicto potius eſt ſtandum, quàm Innocentij.*
5 *Tutum non eſt ab opinione gloſſæ recedere.*
6 *Gloſſæ auctoritas omnibus antecellit, hoc eſt, ſingulis partitiuè, non omnibus ſimul ſumptis.*
7 *Gloſſę atteſtanti de cõſuetudine alicuius legis credendũ eſt.*
8 *Gloſſatori creditur aſſerenti conſtitutionem, ſuper qua ſcribit, non eſſe in vſu. Contrarium, nu.9.*
10 *Gloſſę auctoritas in dubio ſemper eſt ſequenda.*
11 *Gloſſæ auctoritas in claris non eſt ſequenda exiſtente communi opinione contraria.*
12 *Gloſſæ opinio communi opinioni præponenda eſt, quando in cauſa matrimonij eſſet opinio gloſſę, quę ſtaret pro matrimonio.*
13 *Gloſſę creditur, ſi illuſtre admodum habuerit ingenium.*
14 *Gloſſæ auctoritas non eſt ſequenda, ſi opiniones doctorum melioribus rationibus munitæ ſint.*
15 *Gloſſæ vel Doctori tantum creditur, quantum permouetur lege vel ratione.*
16 *Gloſſa nihil allegans reijcienda eſt.*
17 *Gloſſę non creditur, vbi conſuetudo in contrarium extat.*
18 *Gloſſæ auctoritatem ſequi non cogit nos neceſſitas, ſed voluntas ſuadet.*
19 *Gloſſæ auctoritas nullius eſt ponderis, quando habet plureralias gloſſas contrarias.*
20 *Magis ſtringunt plura vincula, quàm vnum.*

1 Gloſſæ auctoritas † in re aliqua probanda apud noſtros tantam vim habet, tantumq; pollet, vt cuius vis eximij ſcriptoris ſententię eã præponere non vereant̃. Hanc tantopere magnificãt quã plurimi ex noſtris, vt ab eius opinione recedere tutũ non eſſe ſint teſtati, ſic ſenſere Iac. But. in l.1. C. q pro ſua iuriſd.& Cor. in conſ.307. nu.17. vol.3. Huic tantũ tribuit Cyn. in l.1. nu.3. in fi. C. de actio.& obli. vt dicere ſit auſus gloſſam eſſe iuris Idolũ.& in l. non moriturũ. col.1. in fi. C. de cõtr.& commit. ſtip. Hinc Bal. in l. cũ hæreditas in fi. C. depoſ. dicebat authoritatem gl. omnes alias tollere auctoritates, & idẽ in l. vlt.§. neceſſitate. poſt nu.9. poſt verſ. alij dicunt, quod cõſenſus. C. de bon. quæ libe. nobis præcipit vt gloſſæ adhæreamus: fore enim vt in perpetuũ non erremus.

idem

idem quoq; dicebat in l.2.in fi. C.de ſenten.quæ ſine
cert.quant.profer. in magnis dubijs ſemp eſſe tenen-
dã opinionem gloſſæ,& in l.vlt.nu.9.C.de pen.iud.q
mal. iudic.monuit Iudices, vt in iudicando nunquã
recedant ab opinione glo. Vnde idem Bal.in l.preci-
bus,nu.23.C.de impub.& alijs ſubſtit, quem ſequitur
Sal.in l.traditionib. C.de pact. dicebat nos ita adhæ-
rere auctoritati gl.ſicut Bononiẽſes Carotio, & ſicut
ducens nauẽ inhæret temoni,de quo dicit gloſſa ſimi
lẽ eſſe in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. hæc & infini
ta ꝓpè alia huius generis reperire poteris apud Clau.
de Seyſel.in l.vt vim.nu.13 t.verſ. vltimo notandum
eſt,ff.de iuſt.& iur. & apud auctorẽ addit.ad Bart.ibi.
ſub.nu.8.litera T. ſuper verb. cuius auctoritas eſt ma
ior,qui quàm plurimos auctores citat, apud quos au-
ctoritas gl. plurimum valuit,quæ omnia referre ſuper
uacaneum eſſet,præſertim in re tam clara.

2 Primò amplia concluſionẽ, † vt habeatẽ pro com-
muni opinione accedente opinione Bar.vel alterius
inſignis Docto. vt latè proſequitur Maria. Corat. de
cõi opi.Docto.lib.1.tit.3.nu.1.& 2.idem teſtatur Iaſ.
in l.vt vim.col.pen.nu.34. de iuſt. & iur. hoc etiã vo-
luit Thom.Ferrat. in tract.cautel. in caut.17.magna
eſt q.nu.2.vi & aſſeruit Valent.Forſter.in tract.de ſuc
ceſſ.ab inteſt.in tit.de ſucceſſ.nou.iur.aſcen.in 4.cõcl.
4 funda.Bar.verò auctoritas, ꝙ ꝓbauit Carell. Cott.
in ſuis memoria.in verb.cõis opinio in iudicando,ꝑ-
pe finem,verſ.& ideo ſecundum aliquos,vbi teſtatur
ita ſeruari per Collegium Iudicum Mediolani : idẽ
confirmauere Dec. in c.1. in 1.lect.nu.94. de conſtit.
& in conſ.23. pro tenui.col. vlt. ſub num.5. verſ.non
obſt ſi dicatur,Abb.in conſ.60.vol.2. Ang.in conſil.
188. viſis actis, in fi. Cuman.in conſ.44. ab arbitrali.
poſt prin.Fulg.in conſ.22.nobiles,in fi.Iaſ.in l.re con
iuncti.nu.16.ff.de leg.3.

3. Secundo loco amplianda eſt, † vt eo vſque cõclu-
ſio vera ſit, vt non ſit præſumendum pro ſententia iu
dicis,qui non ſit ſolitus ſequi ſentẽtiam gl.ſed ſentẽ-
tias inſolitas,vt auctor eſt Bal. in d.l. vlt.nu.9.verſic.
quarto nunquid, C.de pen.iud.qui malè iudic. & huc
pertinet quod idem notat in c.firmiter,nu.6. de con-
ſtit.& in l.obſeruare,§.proficiſci,ſub nu.14.ff. de off.
proconſ.& quod aduertit Angel.in l.2.ff. de accuſat.
quodque notauit Salyc. in l.2. C. de ſenten. quæ ſine
cert.quant.profer.vbi ſic loquitur, illum, qui neſciat
equitare,tenere ſe debere ſuper arzone:loquens de iu
dice, qui neſcit iudicare, vt ſequatur opiniones gloſ-
ſarum.Hinc Io.de Imo.in c.paſtoralis, in prin.de off.
4 ordi.dicebat † potius ſtandum eſſe opinioni gloſſæ,q̃
dicto Innocentij; eiuſdem fuit ſententiæ Imo.in c.cũ
5 contingat, de iureiur. aſſerens, † non eſſe tutũ Iudici
recedere ab opinione gloſſæ. Matth. Matheſil.etiam
in eleganti ſuo tractatu de eligen. opinio.nu. 11. hãc
partem ſequitur:quod latius tradentem cõſulas Bar-
bat.in conſ.9.in fi.col.5.verſ. quanti eſt lib.2.Nec im
merito Anto.Mar. de communi opinio. lib.1.titu.3.
nu.14.aiebat illam omnibus alijs DD. antecellere,&
titulo nono, lib.2. hoc idem vberrime tradidit Anto
nius Corſetus de auctoritate gl. per totum, & per infi
nitos penè allegatos per Corat.in d.lib.2.c.9.ubi hoc
dictum intelligit & limitat, ſcilicet gloſſæ auctorita-
6 tem † antecellere omnibus, hoc eſt, ſingulis partiti-
uè,non omnibus ſimul ſumptis, vt ibi per eum,num.
23. nec ideò ab ea eſſe recedendum.

7 Tertiò amplianda eſt, † vt ẽt credatur gloſſæ atte-
ſtanti de conſuetudine alicuius legis: vt teſtatẽ gl.in l.
rem non nouã.C.de iudi.& in l.ſi locus,in verb.ꝓſta-
re debet.ff.quẽad.ſeruit. amit.& in c. cũ multæ,15.q.
vlt.& in c.1.de treug. & pace. & in c.dolẽtes,de ecle.
miſſ.& in c.vlt.de præſcr.& in c.in cauſis,de teſtib.

8 Quemadmodum ẽt fides habetur gloſſatori † aſſe
renti conſtitutionẽ ſuper qua ſcribit,non eſſe in vſu,
vt auctor eſt Affl.ſuper conſtit.col.4.aliàs 5.ſuper tit.
de probat.exper.medi.in conſtit.incip.vtilitati,nu.4.
quem ſequitur Gabr.in ſuis commun.conclu. concl.
4.nu.5.tit.de probat.lib.1.

9 Quamquã aliter † in hac re ſenſerit Roch. de Cur.
in c.vlt.col.99.poſt nu.169 quinto quæro an Doctori
atteſtanti de conſuet.vt ibidem eum refert Gabriel.

10 Quartò amplia,† vt in dubio ſẽp ſit ſequẽda: ita
conſuluit Bald.in d.l.2.in fin.C.de ſent. quæ ſine cer.
quant.& in c.1.in fi.de natur.ſucceſſ.feud.ibiq; And.
Barbat.in addit.qui ad id ſexcenta alia allegat.idem
monuit Iaco.But.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd. ſic ſenſit
& Io.de Imo.in c. cũ cõtingat. de iureiũ. atque idem
Bald.in d.l.cum hereditas,in fi.C.depoſit.& in l.1.in
fi.de vulg.& pupil.ſic tradit & Io.And.in c.1. & in c.
ne innitaris, de conſtit. idem uoluit Cyn. in d. l.non
moriturum,C.de contrah.& commit.ſtipul.ſic ĩndit
Alex.conſ.51.cum dicatur,nu.4.li.4. cui accedit Lau
rent.ab Occ.cõſ. 66.nu.21. In fi.ꝙ & probauit Corat.
d.tract.de commun.opinio.lib.2.tit.9.nu.26. Secus aũt
11 † quando ſumus in claris exiſtente cõmuni opinio-
ne contraria,quod clarè deducitur:quia omnes ſupra
dicti DD.fatentur,ita & Corat.ubi ſupra.

12 Quintò ampliabis, ut ẽt locum habeat † quãdo in
cauſa matrimonij eſſet opinio gl.quæ ſtaret pro ma-
trimonio : nam & hoc in caſu illa præferri debet cõi
opinioni:iuxta ſententiam Hoſt.in c.ſi uir. & cogna.
ſpirit.cui accedit Abb.in c.ult.in prin.de re iud.idem
aſſeruit And. Sicul.in conſ.60.uol.1.

Primò limitabis,& intelliges hæc,quę diximus ꝓ-
13 cedere,† dummodo illuſtre admodum ingenium ha
buerit iuſque ciuile omniũ optimè calluerit & in rñ-
ſis conſulentibus dandis:ita Cyn. in d.l. non morituri-
rum,C.de contrah.& commit.ſtipul. atque Bar.in d.
l.ut uim. poſt nu.8. ff.de iuſt. & iur. & ibi Firman.di-
cens non eſſe conſiderandũ quid gl.dicat,uerùm qua
de cã, quibuſq; rationibus, & argumentis nitatur, qñ
quid aſſerit : ita tradidere Bald.& Imol.in d.l.1. ff.de
uulga.& in d.l.2.C. de ſenten. quæ ſine cert. quant.et
in d.l.cum hæreditas. C.depoſit.et in l.ult.§.neceſſi-
14 tate,col.3. C.de bon. quæ lib. Nã ſi opiniones † Do-
ctorũ innitanẽ,atq; adeò permoueant melioribus,et
ſubtilioribus rationibus q̃ gloſſa,nõ eſt illa ſequenda
argu.ad id optimũ eſt in c. capellanus,et ibi Abb.nu.
3.de fer.ita cautum eſt etiã Dec.in conſ.23.pro tenui.
15 poſt nu.5.uerſ.nõ obſtat ſi dicatur, et ratio eſt, † quia
tñ credit gloſſæ uel Doctori, quantum permouetur
lege uel ratione,ſic ſancitum eſt in c.ego ſolis, et in
c.quis neſciat,in c.noli.et in c. quorumlibet.9.diſtin.
Hinc propterea Bal.in l.Reipublica,nu.2. C.quib.ex
16 cau.maio.in integ.reſtit.dicere ſolebat † gl.in hoc al
legantem loqui ex capite ſuo,quem ſequitur Iaſ. in l.
iam,poſt nu.8. C.de collatio.

17 Secundò limita, † niſi conſuetudo eſſet in contra-
riũ,nam tunc gl.nulla fides haberetur: teſte Iac. But.
in l.1.C.qui pro ſua iuriſd. ubi dixit ẽt iudicandũ pro
opinione gl.niſi conſuetudo ſit in contrariũ: idẽ pro
bauit Com.in conſ.307.nu. 17.uol.3. ꝙ et confirma-
uit Marc.Ant.Cora.de comm. opin.lib.1.tit.3.nu.3.
* et lib.2.tit.9.nu.24.ita * cõiter tradidere Docto.d.l.ut
uim.ff.de iuſt.et iur.ſic ſcripſit Bal.in l.ult.nu.9.C.de
pœn.iudic. qui malè iudic. q̃ ſniain latè proſequitur
alios cumulãs Paris de Put.in tract.de ſindic.in uerb.
iudicare.c.3.incip.an ſi Iudex,qui dedit,nu.11.hoc In
ſuper auctoritate ſua confirmauere egregij ferè qui-
que ſcribentes,ut Curt.in conſi.49. Memoriæ recolẽ-
dæ,nu.23.Alex.in l.quæ dotis,nu.4.ff.ſol. mat. et in l.
2.§.harum omnium,nu.18.ff.de uerbo oblig. Dec.in
conſi.146.et pro tenui.col.4.nu.7.Chriſtia.de Caſtel.
conſ.37.num.35.et 40.plenè Neuiz.de Sylu.nup.ſub
25.Grat.conſ.75.col.4.nu.2.lib.2. Ferret.conſ.48.col.
1.nu.3.Rol.à Val.conſ.94.nu.25.lib.1. Marc. Mant.
conſ.2.uiſis ſcripturis, nu.79.lib.1.Guliel. Main.in l.
in totum,nu.35.ff.de reg.iur.

Tertiò

Digitized by Google

18 Tertiò limita, concluſionem † procedere non de neceſſitate, ſed tantùm de cõſilio, defendimus enim auctoritate, non autẽ excuſamur: quia non cogimur eam ſequi, eſt quippe gloſſæ authoritas probabilis nõ neceſſaria: vt ait Corat. vbi ſupra in d. lib. 2. titu. 9. nu. 25. 26. & ita tradit in hypotheſi noſtra Bald. in l. conuenticulam, col. 4. ſub nu. 8. poſt prin. verſ. alio modo à probabili, C. de epiſc. & cler. ſic placuit & Auguſt. Bero. in c. 1. col. vlt. num. 272. ext. de conſtit. ita ſenſit Maria. Iun. in l. Centurio. col. 10. nu. 36. ff. de vulg. & pupilla. idem voluit clariſ. Gaſpar Cabal. in egregio tract. de euict. §. 3. nu. 113.

19 Quartò limitabis, † vt tunc gloſſæ auctoritas nullius ſit ponderis, qñ habet plures alias gl. contrarias, his enim potius adhærere debemus: ita ſcriptum reliquit Bal. in c. 1. poſt num. 14. verſ. dicit Iaco. Butr. de conſtit. & in d. l. precib. poſt nu. 42. verſ. item non obſtat gl. in §. qua ratione, C. de impub. & alijs ſubſtitu.
20 magis enim ſtringunt † plura vincula, q̃ vnũ, vt colligimus ex Imp. in auth. de cõſang. & vter. frat. in prin. & ex auth. itaque. C. commu. de ſucceſſ. vt ait Iaſ. in d. l. vt vim. nu. 35. ff. de iuſtit. & iur.

CONCLVSIO DCCCXLIII.

ARGVMENTVM.

Gradus cùm pro honore ſumitur, quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Gradus ſi pro dignitate capiatur, ſufficit, quòd probetur per communem opinionem.*
2 *Gradus pro honore captus probatur per vnum teſtem cum iuramento, quando incidenter de eo quæritur, non data oppoſitione aduerſarij.*
3 *Gradus quoad effectum regularum de expectatiuis loquẽtium, debet probari per literas, vel ſi graduatus eas amiſiſſet per teſtes.*
4 *Graduatus Doctoris gradu ſatis eſt ſi probet ſe Doctorem ex eo, quod ſe geſſerit per decennium pro doctore.*

1 Gradus † ſi capiatur pro doctrinæ quadam prærogatiua & inſigni dignitate, vt ſumpſit ſumm. Pont. in reg. cancella. de annali poſſeſſore, hoc eſt, ꝙ quis fuerit Doctor, Licẽtiatus, & Baccalaureus, ſufficit ꝙ probetur per cõem reputationẽ: vt voluit Gomeſ. in d. reg. cancella. de annali poſſeſ-
2 ſore, q. 36. nu. 5. Imò † qñ incidẽter de gradu quæritur non data oppoſitione aduerſarij ad probandum gradum ſufficit vnus teſtis cum iuramento, vt ibi inquit Gomeſ. iuxta tradita à Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatũ, col. vlt. ff. de leg. 1. & à recentioribus in l. 1. §. idem Cornelio, in fi. ff. de quæſt. ſic placuit Fely. poſt Bald. in c. licet vniuerſis, & in c. nuper. de teſtib.

3 Limitabis Concluſionẽ non habere locũ † quoad effectum regularum de expectatiuis loquẽtium, quibus cauetur graduatum alteri non graduato, cæteris paribus præferri: etenim tunc illa probatio non ſufficeret, tum enim neceſſe eſſet eas probari per literas, vel ſi fortè eas amiſiſſet per teſtes: vt teſtatur Gomeſ. vbi ſupra eò quod agitur de magno præiudicio alterius: vt inquit Rebuf. in tract. Nomin. q. 14. nu. 32.

4 Quod ſublimita, † niſi per decennium pro doctore ſe geſſiſſet: nam tali in caſu non teneretur oſtendere literas, nec priuilegium ſuum, ſed ſufficeret probare, ꝙ ſe geſſerit pro Doctore per decẽnium: ita grauiter & doctè ſcripſere Pau. Caſt. Bal. & alij in l. ſi ſolemnibus, C. de fid. inſtr. & in l. eam, C. de appel.

CONCLVSIO DCCCXLIIII.

ARGVMENTVM.

Gradus affinitatis quomodo per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 *Gradus affinitatis olim probabatur per teſtimoniũ auditus, & ibidem ratio huius.*
2 *Gradus affinitatis hodie non probatur, niſi per duos teſtes, & cur.*
3 *Gradus quilibet affinitatis per duos teſtes probãdus, quando affinitas eſt probanda in tertio gradu.*
4 *Gradus affinitatis poteſt probari per teſtimoniũ auditus, cùm perſonæ ſint graues, & omni exceptione maiores.*
5 *Gradus affinitatis poteſt probari per teſtimoniũ auditus, de auditu, quando agitur de probatione graduum qui ſunt vltra quartum gradum, dummodo audierint à perſonis grauibus.*

1 Licet olim † quadã exigente neceſſitate in probatione graduum admitteretur teſtimonium de auditu: vt ſancitum eſt in c. de parentela. 35. q. 6. & in c. licet, 2. in prin. & ibi Doct. ext. de teſtib. vt docuit Bar. in l. 2. §. idẽ Labeo. 1. nu. 5. ff. de aqua plu. arcen. quod ea ratione fiebat, quia homines ꝓp breuitatem vitæ de viſu in his non valerent: vt habemus
2 ex d. c. licet. 2. in prin. & ibi gl. hodie tñ, † quia gradus affinitatis ad quartum vſq; gradum redacti ſunt, nõ probatur gradus niſi per duos teſtes ad minimum: vt decreuit ſum. Pont. in d. c. licet. verſ. nõ vtiq; ab vno, & ibi Fel. in prin. idq; latè tradidit Lanfran. de Oria. in ſuo tract. de teſti. nu. 155. cũ ſeq. iſtud placuit Aret. & But. in c. tam literis, ext. de teſti. & abundè not. 32. q. 6. c. hoc videtur. & ibi Hoſt. & Arch.

3 Amplia concluſionem eò vſq; veram eſſe, † vt neceſſe ſit probare quemlibet gradũ affinitatis per duos teſtes; nec ſatis eſſet probare alterum per vnum, & alterum per alium, & hoc quando conſanguinitas probanda eſſet in tertio gradu: vt monuit Bal. in l. 1. q. 8. nu. 14. ibi, præterea quòd duo teſtes. C. de teſtam. per Inno. in c. ſeries, de teſti.

4 Primò limitatur eadem concluſ. † vt procedat in perſonis grauibus, & omni exceptione maioribus: nã illi admittuntur ad probationem graduum per auditum: deponentes, quòd audierint ab antiquioribus ſuis tales de quib. agitur eſſe affines in tali gradu: vt d. c. licet. verſ. niſi fortè: vt ſenſit Lanfran. vbi ſup. num. 157. verſ. & notandum quòd teſtes.

5 Præterea limito procedere, † quando agitur de probatione graduum, qui ſunt vltra quartum gradum, nam tũc admittitur teſtimonium auditus de auditu, dummodo audierint à perſonis grauibus, d. c. licet. & Fel. ibidem id colligit. nu. 1.

Sed in hac explicanda concluſione vlterius non immorabor, cùm hæc & alia extricauerimus in concluſionibus Affinitas, Genus, & Parentela.

CONCLVSIO DCCCXLV.

ARGVMENTVM.

Gratia Principis qua ratione probatur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis probari non poteſt, niſi per literas. Ratio eſt, num. 4.*

Gratia

2 *Gratia Principis ante confectionem literarum eſt quadã res informis, quæ formatur literarum confectione.*
3 *Gratia Principis non probatur ex ſola ſupplicatione.*
5 *Gratia Principis cur teſtibus non probetur.*
6 *Gratiam teſtibus poſſe probari.*
7 *Reſeruatio teſtibus probatur.*
8 *Collatio beneficij teſtibus poteſt probari.*
9 *Gratia Apoſtolica valet, licet in ſcriptis non ſit redacta.*
10 *Gratia Apoſtolica non poteſt probari teſtibus de ſtilo curia, ſecus de iure.*
11 *Gratia quæ fit à ſummo Pontif. non poteſt probari teſtibus: ſecus ea, quæ fit ab inferiore.*
12 *Intellectus deciſio. 38. alias 780. dic. quod collatio alicui facta. de probatio. in antiq.*
13 *Intellectus deciſ. 5. alias 96. nota quod reſeruationum reſeruatio. de probat. in antiq.*
14 *Gratia ſcripturam non requirit quoad eius effectũ & eſſentiam; ſed quoad eius probationem ex ** magis communi & recepta ſententia, vt nu. 20.*
15 *Summus Pontifex qui conceſſit gratiam, ſi moriatur non leuatis bullis, poterit poſtea ſucceſſor expedire bullas in forma rationi congruente.*
16 *Diſpenſatio licet nõ reperiatur per bullam, dummodo per Pont. Max. conceſſa fuerit, valet & ſufficit, quod dixerit fiat.*
17 *Verbum fiat vt petitur, frequentius accipitur de præſenti.*
18 *Beneficium verbo collatum, vel per ſignaturam ante leuationem bullarum poteſt commutari in alio.*
19 *Gratiæ ad eſſentiam requiritur ſcriptura, adeò vt ſi ſignata ſit ſola ſupplicatio, gratia non dicatur perfecta.*
21 *Scriptura requiritur ad probandam ſubſtantiam gratiæ, ſecus verò quoad circunſtãtias & qualitates ipſius gratiæ, quæ poſſunt teſtibus probari, vt certa ſcientia ex magis ** communi opinione, vt nu. 23.*
22 *Certam ſcientiam ſicut motum propriũ teſtibus non poſſe probari, ſecundum nonnullos.*
24 *Gratiæ tenor teſtibus poteſt probari, ſi illa fuerit amiſſa. Contrarium, nu. 28.*
25 *Poteſtas poteſt teſtibus probari, vbi gratia eſt amiſſa.*
26 *Probationum difficultas facit licitum id, quod alias non erat.*
27 *Gratia vbi teſtibus eſt probanda, quid requiratur; vt rectè deponant teſtes.*
29 *Gratia cũ teſtibus eſt probanda illa probatio non ſatis eſt iudici ad effectum regulæ de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum.*
30 *Gratia quis poteſt vti in foro conſcientiæ, licet bullæ non ſint expeditæ.*
31 *Gratiæ probatio poteſt fieri aliter, quàm in literis continetur, & ſic per teſtes, cum de intentione ſummi Pontif. dubitatur. Contrarium, nu. 32.*
33 *Gratia ſummi Pont. teſtibus nõ poteſt probari; ſecus in inferiorum gratijs.*
34 *Gratia ſcriptura probanda eſt, quando conceſſa eſt motu proprio, ſecus ſi ad petitionem & inſtãtiam volentis eã, nam tunc teſtibus probatur.*
35 *Gratia ſcripturam requirit quantum ad beneficij adiudicationem, ſed quoad abſolutionem faciendam pro aliquo poſſeſſore, ex ſola ſupplicatione poterit fieri abſolutoria.*
36 *Capellania Papæ non probatur, niſi per literas, quoad ſcilicet auctorem petẽtem adiudicationem: ſecus quoad reũ petentem abſolutionem.*
37 *Commiſſio cauſæ non poteſt fieri ante expeditionem literarum, quando datur abſolutoria contra auctorem, qui obtinuit committi cauſam.*

1 Gratiam Principis † probari non poſſe, niſi per literas, deciſum fuit à Dom. Rot. in deciſ. 27. aliàs 232. licet Ro. de reſcrip. in nou. in hanc quoq; ſnĩam decidit Affl. in dec. 361. nu. 17. & 21. & in dec. 319. nu. 10. Gig. in reſponſ. penſio. 19. nu. 4. & 13. & in reſponſ. 42. nu. 9. hoc ẽt placuit Fel. in rub. de conſt. col. 3. poſt nu. 5. verſ. & concluſio eſt, ꝙ probauit Staphil. de literis gratiæ, tit. quib. mod. expirant literæ, nu. 10. cum his conuenit Rebuff. in concord. Rub. de mand. apoſto. §. 1. verſ. ad probandum tñ, vbi allegat c. porro. de priuileg. ibi ex inſpectione priuilegiorum, ꝙ etiam probauit Anch. in c. ex diligenti. in fi. de ſimo. nec id latuit Abb. in c. qualiter, in 1. notab. de elect. ſic quoq; conſtituere Dom. Rot. in deciſ. 458. circa ſecundũ dubium, aliàs 20. in fi. de cõceſſ. præben. in nou. quo in loco dirimunt Dñi gratiã
2 † factam a Principe ante confectionem literarũ, dici quandam rem informẽ, ſeu imperfectam; quæ poſtea ex confectione literarũ formatur, & ad ſuũ eſſe perfectum reducitur per adiectionem executorum, idẽ tenet Biſignet. tit. de conceſſ. præben. deciſ. 4. ſic placuit, & Dom. Rot. in deciſ. 6. aliàs 31. nota ꝙ in capitulo ſi motu proprio de probat. in antiq. & in deciſ. 882. nota quòd vbi gratia eſt facta, q. vlt. tit. de reſcri. in antiq. ſic diremit, & Bellam. deciſ. 746. licet obſeruet Rom. Cur. dicens Romanam Curiam obſeruare, vt gratia debeat literis probari, & idem in deci. 644. ſi Papa prouidet mihi. & illam ſimpliciter refert Fely. in c. cum olim. col. 4. poſt num. 5. de re iud. ad idem pertinet eiuſdem Bellam. deciſ. 432. Capellania honor. & quod conſultus reſpondit ipſemet Bellam. in conſ. 34. ſuppoſito ſtatuto iurato. num. 5. poſt verſ. ad primum videtur quod non dicens, gratiam Princi-
3 pis, † non probari ex ſola ſupplicatione, per l. probatorias. C. de diuerſi. offic. lib. 12. vbi etiam reddit ra-
4 tionem, † quia ſumm. Pont. ad literas ſuper gratiis à ſe conceſſis expediendas deputauit certos officiales quibus dedit regulas Cancellariæ, & alias regulas cõtra quas vel præter eas ſi literæ expedirentur eſſent falſæ, & contra ſtillum expeditæ c. quandiu. de crim. fal. & officia. & vice cancellarius poteſt in principalib. gratiis literas denegare, ideo videtur eſſe de mente Pontificis ſignantis ſupplicationem, quod ſuę conceſſiones habeant tacitam conditionẽ, ſi per cancellariam literæ ſuper eis potuerint expediri, vt etiã per Gomeſ. ad regul. cancell. reg. de non iud. iuxta formã ſupplic. q. 1. nu. 1. & 2. & ſeq. vbi latiſſimè idem tenet Milis in repert. in verb. gratia Apoſtolica, non cenſetur perfecta, ſequendo opinio. Paul. in procem. 6. qui dicebat, ꝙ Papa faciendo gratiam ſignando ſupplicationem, mandat literas fieri ſecundũ ſupplicationem, declarãdo per quos fieri debeat minuta, poſtea ingroſſando, ſicq; iſta opinio Bella. in d. conſ. 44. fuit opinio Pauli approbata per Mil. Ratio iſtius rationis
5 potuit eſſe † vt euitarent multa abſurda, quæ euenire poſſent ſi adhiberentur probationes per teſtes, apud quos difficillimũ, & quaſi impoſſibile eſſet ſcire omnem continentiam gratiæ, & omnem formalitatem, licet nõ ſit omnino impoſſibile. Verba ſunt hæc Cardin. in procem. clem. verſ. nec ſane, quem refert, & ſequitur Rebuff. in concordant. Rubric. de mand. apoſtol. §. 1. fol. 473. verſ. ad probandum. & facit tex. in §. deinde. verſ. ſi quis aũt, in auth. de mand. prin. collat. 3. ibi, ſi quis autem, cui tale aliquid iuſſum eſt veniat omnino non reſpiciens eum, niſi ſacram noſtrã pragmaticam oſtendat formam pro hoc ſcriptam. cũ cõcluſione ẽt noſtra trãſit Mil. in reper. in verb. ꝓbatio gratiæ Papalis, ꝙ quoque confirmauit poſt Ioannes Andreas, & Cardin. Barb. in procem. clem. 1. §. hæc ſane. col. 5. inquiens, quod ita tenetur, quia alias ſequerent̃ multa abſurda, ſi gratia per teſtes poſſet probari, & inquit ſuper hoc non eſſe inſiſtendum, cum hæc ſit aperta dec. Rotæ. licet ipſe in puncto iuris contrariũ putet verius eiuſdẽ fuit Marſ. in Rubr. C. de prob. col. 7. nu. 35. & ſeq. ſequẽdo Bal. in l. humanũ. C. de legib. id etiam ſequitur Commen. reg. cancel. Apoſto. reg. 25. incip. item voluit, ſtatuit, & ordinauit per illam regulam eidem adhæret opinioni Fel. qui atteſtat̃ hanc
* eſſe * communem opinionem in c. ex diligenti. nu-
* mero de ſimon. Idem Feli. qui de * communi pariter atteſtatur in rub. de conſtit. col. 3.

Contrarium

6 Contrariũ ſquod immo gratia etiam teſtibus poſ-
ſit probari,& quòd literæ ad eius probationẽ non re-
quirantur ſenſit Domi.in procem.6.in §.vniuerſitati.
nu.4.in fi.quẽ ſequitur ibidem Fran.nu.2.quod etiam
fuit de mente Arch.& Io.And.eo loco, & hanc opi-
nionem latè defendit Dec.in rub.de conſtit.in 1.lect.
nu.79.cum plurib.ſeq.vbi allegat deciſ.96.aliàs 5.no-
ua quòd Reſeruationum reſeruatio.de prob.in antiq.
vbi dictum eſt reuocationẽ reſeruationum, ſeu reſer-
7 uationem ipſam ſpoſſe teſtibus probari,& huc ptinet
deciſ.780.aliàs 58.dic quòd collatio alicui facta de
probatio.in antiq. vbi aſſeritur collationem benefi-
8 cij ſpoſſe teſtib.probari,eò quòd eandem auctoritatẽ
habeant teſtes.ſicut inſtrumentum,quod eſt idem,ꝓ-
batur per tex.in c.2.de reſt.ſpol.& ibi tenet Bal.dicẽs
collationem beneficij ſactam per reum probari teſti-
bus.tradit idem Dec.in conſil.169.diuino implorato
præſidio.col.2.ſic etiam voluit Vitali.in clem. dudũ,
9 §.nos etiam.de ſepult.per illũ tex.dicens ſ valere gra-
tiam Apoſtolicam,licet in ſcriptis non ſit redacta,&
ſequitur Ioan.de Silu.in tract. de benef.in 22.quæſt.
3.part.

Cõciliabis hoc pacto has inter ſe diſſentiẽtes opi-
10 niones, vt prior procedat,& habeat locum ſ de ſtilo
curiæ, & poſt multas altercationes inter DD.refert
Fel.in c.ex diligenti.in fi.de ſimo.vt etiã tradit Card.
in proœ.clem.in verſ.ſanè, in fi.

Poſterior verò opinio poteſt ꝓcedere de iure. Vel
ſecũdo loco poſſumus rñdere, vt prior opinio proce-
11 dat in gratia,ſquæ fit à ſummo Pontifice , poſterior
verò habeat locum in gratia,& collatione,quæ fit ab
inferiori Principe quia ipſa ſine dubiò poteſt teſtibus
probari,vt auctor eſt Franc.d.proœm.6.verb.vniuer-
ſitati.circ.fi.& ita diſtinguit & reſpondit Bald.in l. ſi
qua per calumniam,col.2.nu.5.ver. modo quærit hic
12 Pet.C.de Epiſc.& cler.ac ita debet intelligi ſ d. deciſ.
780.in antiq. dũ loquitur de collatione beneficij ad
cuius corroborationem adduco deciſ.5.aliàs 397.ſi
Epiſcopus,in fi.verſ.de ſecundo dubio,de off.vicar.in
nou.dicẽs in delegatis Papæ vel Principis requiri ſcri
pturam,ſecus in alijs inferioribus , in quibus habent
locum iura communia,quòd parem vim habeant te-
13 ſtes,& inſtrumenta. Ad deciſ. verò 69. ſ nota quòd
Reſeruationum,in antiq. in qua maior videtur diffi-
cultas, quia loquitur in ſum. Pont. & tamen ibi vult,
quòd gratia,vt eſt reſeruatio poſſit per teſtes probari,
Reſpondeas illam deciſ.procedere,quando literæ eſ-
ſent deperditæ,& non reperirentur,vt infrà in ſecun-
da limitatione dicẽ:& tenet Bonif.Vital.in proœm.
clem.§.nunc igitur,col.2.inquiens , gratiam poſſe te-
ſtibus probari ꝑ viros bonæ opinionis,& famæ,quoad
confectionem literarum,& ſupplicationis fiendæ,qñ
in breui Papa eſſet mortuus,& non aliàs:qa tunc im-
putarentur iſti,quare in tempore literas non expedie-
rit,arg.c.ſi clericus,de præben. in 6.

14 Primò intelligas concluſionẽ,vt procedat ſ quoad
probationem ipſius gratiæ,nõ autem quoad effectũ ,
& eſſentiam eiuſdem, tunc enim non requiritur ſcri-
ptura,ſed ſolo verbo Rom.Põtif.gratia perficitur, vt
ſancitum eſt in c.inquiſitionis,25.q.2.& in clem. du-
dum,§.vlt.ibi,verbo ſeu ſcriptò.de ſepul.arg.l. cõtra-
hitur,ff.de pig.hoc idem tradidere Archid.Io.And.in
proœm.6. col. pen. ad idem reſpondit Gemin.in cõſ.
106.ſuper d.dubio arguendo,colum. 3.poſt nu.6. ver.
in contrarium probatur,dicens,ſcripturam requiri ad
ſolennitatem probatoriam ex ſtilo curiæ,ſed tamen
quoad ſubſtantiam gratiæ ſcripturam non eſſe nece-
ſſariam ; quia ſufficit ſolum verbum Papæ,qui ſolo
verbo poteſt priuilegium concedere,vt decretum eſt
in d.clem.dudum.de ſepultur. idem ſequitur Staphil.
in ſuo tract.de literis gratiæ.titul.quib.mod. expir. li-
teræ nu.9.ſic ſenſit Rebuff.in concor.Rub. de mand.
apoſt.in verb.literas.§.1.fol.462.quod nec latuit Fel.
in c.in noſtra.in fi.de reſcript.vt etiam voluere Dec.
& alij in Rub.de conſtit.nu.42.in conſtitutis reſpon-
dit Iaſ.conſ.146.Beatiſſimus,colum.3.poſt nu.3.verſ.
quinto facit.vol.2.quibus adhæret Gomeſ.ad re.cãn-
cel.reg.de non iudic.iux.form.ſupplic.q.1.num.2.&
ſeq.vbi latiſſimè,nec id præterijt Mandoſ.in comment.
ad reg.cãcel.reg.8.q.1.nu.1.vt etiam teſtatur Bald.in
proœm.clem.§.quoniam.col.16.ad idem eſt text.deci.
DD.Rot.87.aliàs 882.nu.3.de reſcript.in antiq.quos
ſequitur Caſſad.deciſ.4.n.2.& ſeq.de caù.poſſ.& pro-
priet.& deciſ.8.nu.3.de reſti.ſpol.vt & tradit in Gig.in
tract.de penſ.q.34.nu.1.

15 Idcircò ſi moriatur ſ ſummus Pontifex,qui cõceſſit
gratiam nõ leuatis bullis,poterit poſtea ſucceſſor ex-
pedire bullas in forma rationi congrua,vt reg.cãcel.
8.ibique tradidere Gomeſ. & Mandoſ.

16 Præterea diſpenſatio ſlicet non reperiatur per bul-
lam,dummodo per Pont.Max.conceſſa fuerit,valet,
& ſufficit,ꝙ dixerit fiat : nam ſtatim perfecta eſt gra-
tia:vt dicitur Geneſ.c.1.fiat lux.& facta eſt:ſecundum
Rebuf.in cõcord.d.Rub.de mandat.apoſtol.in verb.
literas,verſ.item diſpenſatio.vt etiam conſuluit Rip.
lib.2.reſponſ.c.11.de iure ſufficit.de iur.patro.per iu-
17 ra ſupra allegata. Nam verbum ſ fiat vt petitur,licet
poſſit de futuro colligi ; tamen frequentius recipitur
de præſenti:vt teſtatur Fel.ſequen.Calder.in c.quiſq;
de elect.in c.eã te.col.7.de reſcrip.& ſequitur Rebuf.
vbi ſupra,& Afflict.dec.253.nu.6.idem dixit Bal.in l.
vlt.nu.1.C.de commu.ſer.manumiſſ.& in l. vlt. nu.6.
verſic. & ideo fuit quæſtio.C. ſenten.reſcin.non poſſ.
quem ſequitur Dec.in cõſ.175.in cauſa falſitatis,col.
8.poſt nu.6.ſub verſ.tertio non obſtat.

18 Quinetiam iſtud beneficium ſverbo collatum, vel
per ſignaturam ante leuationem bullarũ poteſt com
mutari cum alio,ſi credimus Rebuf.loco ſupra citato.
vbi auctorem laudat Imol.in clem.vna,col.5.nu.22.
verſ.quid ſi aliquis,de rer.perm.& Prob. in addit. ad
Ioã.Monach.in c.licet epiſcopus,ibidem,de quo fuit
interrogatus in cancellaria,de præben.& dign. lib. 6.
quam ſententiam videtur poſſe probari ex d. deciſio.
882.Nota,quòd vbi,in antiq.vbi beneficium dicitur
vacare per mortem illius,cui verbo ſolo fuit collatũ,
etiamſi haberet tantum ſignaturam,& ſi iſte cui fuit
facta collatio moriatur extra curiam ,dicitur etiam
beneficium extra curiam vacare,licet ante collatio-
nem iſti factam in curia vacaſſet: de cuius tamen ve-
ritate vide Gomeſ.ſuper reg.de non toll.ius quæſit.q.
1.nu.28.& ſeq.

19 Contrariam ſentẽtiam ſ quòd immo ad eſſentiam
gratiæ requiratur ſcriptura,adeò vt ſi ſignata ſit ſola
ſupplicatio,gratia non dicitur perfecta : ſequutus eſt
Bellam.in deciſ.609.Impetrans beneficium. Vbi cõ-
cludit,quòd ſi aliquis impetret beneficium vacans ꝑ
mortem Titij non producẽdo aliter ius Titij,niſi per
ſupplicationem expeditam in eius perſonam,cõclu-
dit inquàm ibi,gratiam non probari, etenim contin-
gere poſſet ſignatam fuiſſe ſupplicationem,& literas
nõ potuerit ſuper ea expedire in Cancellaria apoſto-
lica.ibi itaq; in ea permanet ſententia, literas requiri
ad eſſentiam gratiæ. Iſtud etiam videtur velle idem
Bellamer.in deciſ.644.ſi Papa prohibet ſignationem
ſupplicationis non probare, ad eandem opinionem
confirmandam poteſt afferri ſupra relata deciſ.20.
aliàs 458.circa ſecundum dubium,nu. 5.vbi dicitur,
quòd gratia dicitur quædam res informis ante con-
fectionem literarum de conceſſ. præb.in no. & idem
dicit Bellam.in deciſ.110.præſumitur prouiſio,col.4.
& iſtud tradit prouinciale eccleſia. fol.33.dicens de
hoc extare regulam Cancellariæ : idem voluit Oldr.
conſ.326.quod articuli,col.3.à nu.8.in fin. verſ. item
quòd gratiæ.

20 Veruntamen prior opinio ſ propius ad veritatem
accedit, & * communi conſenſu in praxi in palatio
cauſarum

Digitized by Google

cauſarũ ſeruatur, vt atteſtatur Caſſad. deci. 8. de reſtit. ſpol. nu. 6. & ſeq. quo in loco etiã dicit deciſiones illas Bella 609. & 644. non ſolere obſeruari, ibique reſpondet ad alleg. deci. 20. alias 458. de cõceſ. præbẽ. in nou. inquiens illã procedere ratione executoris, qui datur ad gratiam, qui ante litteras expeditas poteſtatẽ non habet cũ ab earum forma eius poteſtas pendeat. tali enim caſu, & quoad poteſtatẽ executoris requiritur ſcriptura ſecundũ hunc ſenſum intelligit & declarat prædictã dec. Mil. in Reper. in verb. gratia apoſtolica nõ cenſetur perfecta & cum iſta declaratione tranſit Felin. in c. ſciſcitatus. col pen. nu. 13. verſi. eſt verum. de reſcrip. Firma itaque, & ſtabilis permanet cõcluſ. noſtra, nec vnquã vlla vi labefactari poterit, hoc eſt, ad eſſentiã gratię nõ requiri ſcripturã. ſed tantum ad probationẽ ipſius gratię per ea, quæ non deduximus.

21 Concluſ. noſtrã velim primario loco limites, vt procedat quoad probandũ ſubſtantiam gratiæ, in qua, vt dicebamus, deſiderantur ſcriptura ſecus vero quoad circunſtantias, & qualitates ipſius gratiæ, quę poſſunt vtique per teſtes probari, vt deciduñt Dom. in d. deciſ. 27. alias 332. licet Romana, de reſcri. in nou. Feli. & alij recentiores in rub. de cõſti. poſt nu. 8. verſi. & cõcluſ. eſt quos ſequutus eſt Gomeſ. ad regul. cancell. in d. reg. de non iudicando iuxta formã ſupplic. q. 13. atque Rebuff. in cõcord. in d. rub de mand. apoſtol. 1. §. verſ. niſi ageretur ad probãda ſol. 463. & ad idẽ extat tex. in c. auditis. & ibi Abb. in 2. notab. nu. 3. verſi. itẽ not. de reſti. in integ. id quoq; mihi probat glo. in c. duobus in verb. ſi nõ appareat. de reſcrip. in 6. & in c. ſi à ſede. ſuper verb. nec appareat. de præbẽd. eod. lib. Gig. in reſponſ. penſio. reſponſ. 9. nu. 5. & reſponſ. 34. nu. 8. idem Gig. in ſua epitom. de intruſo. nu. 36. idem ſenſit Hippol. Marſil. in rub. C. de probat. num. 26.

Hinc propterea eliciebant Dom. Rot. in ead. deci. 27. alias 332. de reſcript. in nou. fuiſſe alias concluſũ, quòd ſi reperiatur alicui collatũ beneficium, quod iuri patronatus laicorũ ſubiectũ erat, quibus ſumm. Pont. vt præiudicaret nõ erat eo cõſilio probata huiuſmodi collatione per litteras, poſſe probari de certa ſcientia ſummi Pont. per teſtes: illũ probe nouiſſe huiuſmodi beneficiũ de iure patronatus eſſe, valebitq; talis gratia, & ita fuit concluſũ, & fuerunt examinati duo Cardinales ſuper certa ſcientia. idem concludit Bellam. in deciſ. 746. licet obſeruet Curia Romana. Id amplius eo, quod dici ſolet confirmo, gratiam ſcilicet non poſſe probari niſi per ſcripturam, eſſe contra ius commune, nec debere extendi ad qualitates vel circonſtantias. Cum hac opinione cõuenit Mil. in reper. in verbo probatio gratiæ Papalis. hoc idem ſequitur Firman. in Reper. in verb. clauſulę reſcriptorum verſ. clauſula ex certa ſcientia. eandem probauit ſententiam Fel. in ſuo tract. quando literæ apoſtolicę non nocẽt Præla. Eccl. col. 61. in limi. & in c. præterea. nu. 9. verſ. tertio ſcias. de teſtib. cogend. in eandem deſcendit mentem Silua. in tract. de benef. 1. q. 3. part. nu. 57. verſ. fallit illud primo eidem opinioni tandem poſt allata in vtranq; partem argumenta acquieſcit idem Fel. in c. cũ inter. col. 2. poſt nu. 4. ver. & pulchrè præ cæteris Rot. de excep. dicens non eſſe recedendũ ab opinione Rot. & aſſeclarum per l. idẽ Vlp. in fi. ff. de excuſ. tutor. quę etiam placuit Vital. de Camba. in tract. clauſul. clauſ. 25. incip. Clauſula certæ ſcientiæ. in fi. ad idem reſpondit Rom. in conſi. 327. iſtę ſunt rationes. nu. 8. verſi. vel quando. idem Curt. conſi. 66. ſuper præmiſſis in narratione facta. col. 9. ſic aſſerit Domi. in c. ſtatutũ. & ibi Philipp. Franc. col. 4. in fi. de reſcript. idem Fran. repetijt in c. 1. §. ſi poſtquam. col. 2. verſi. 54. de conſ. in 6. & ibi reportat glo. in d. c. ſtatutum in verb. literarum, de reſcrip. in 6. qui à contraria ſterit ſententia. & in cap. & ſi principalis verb. obſeruari eod. tit. quas glo. ſequitur Iaſo. in l. iuſtitia. col. vltim. poſt nu. 1. verſi. quarto, & vltimo. ff. de iuſtit. & iur. illaſque gloſas * communiter eſſe reprobatas aſſeruerat Nicol. Boer. ſed admodũ perplexe in tract. de poteſt. legat. à late. nu. 78. à nobis vero fuit Barb. in d. clem. & ſi principalis. nu. 23. de reſcrip. poſt Bald. in d. l. vltim. C. ſenten. reſcind. non poſſ. quo in loco teſtatur ita pridie conſuluiſſe in quæſtio de facto. & hanc opinionem approbat Præpoſit. in ca. naturales. col. 3. ſi de feud. fuer. cõtro. inter Dom. & agnat. dicẽs hanc eſſe * communem, & veram ſententiam idẽ pręterea cõfirmauit Franc. in c. ſi motu. col. 1. verſi quid autẽ de clauſula de pręben. lib. 6. cũ iſtis quaſi ſe colligens ſẽſit Iaſ. in l. ſi quis iniquum. in princip. nu. 5. ff. quod quiſque iur. ſicq; decidit Afflic. in d. deciſ. 253. nu. 8. hancque * communem eſſe ſententiam tradit Mãdoſ. in cõment. ad reg. 16. de cõcurren. ſup. beneſ. q. 6. nu. 5. eãdem quoque ** communiorem eſſe ſentẽtiam dixit Hora. Mandoſ. in addit. ad d. cõſi. Rom. 327. ſub nu. 8. in litera H. etiam ſi agatur de pręiudicio tertij, & ſi in hoc poſteriori caſu diſſentiat Alex. in conſ. 11. alias conſului. nu. 2. lib. 7. & Lanfran. in tracta. de interloqu. & appellatio. nu. 9. & ſecundum hanc opinionem antea fuiſſe in Rot. iudicium ait idem Horat. Mandoſ. in eod. loco.

22 Contrarium, † quod immo certa ſcientia, ſicut motus proprius non poſſit teſtibus probari, ſenſit Imol. quẽ ſequitur Alex. in l. quidã conſulebat. col. 3. nu. 10. ff. de re iudi. adhærentes Bal. in c. 1. in prin. col. 1. nu. 3. verſ. accidit de facto, per quos fiat inueſtit. ſic conſuluit, & Oldra. in conſ. 325. thema quæſtionis. nu. 5. & 6. cui accedit Socin. cõſ. 59. viſo elegantiſſimo. in fi. nu. 14. vol. 1. dicens iſtud etiã ſentire Io. in. And. & * communiter Canoniſt. in c. nõnulli. in prin. de reſcrip allegat Imo. in d. l. quidam conſulebat, quę ſententia placuit etiã Ioan. de Aym. in concordãt. inter Leonẽ X. Summũ Pontiſ. & Reg. Frãciſ. Chriſtianiſſimum. tit. de elect. regiſq; ad pręla. nomin. in verb. ex certa ſcientia ſol. mihi 159. à tergo vbi allegat vulgatum tex. in cap. ſi motu proprio. in fi. iuncta ibi glo. in fi. quã ibi approbant cõmuniter Doctor. maxime Pet. de Ancharan. Gulielm. de Mont. Laud. Ioan. And. Io. Colonienſ. & quàm plures alij congeſti per ipſum Aym. vbi ſupra, quo in loco late examinat hanc materiam, eidem opinioni ſe ſubſcripſit Marſil. in rubr. C. de probat. colum. 7. à nu. 36. verſic. teneas tamen perpetuo menti. ſequẽdo glo. in d. cap. ſtatutũ. in verb. literas de reſcript. in 6.

23 Prior tamen opinio † vt dixi eſt ** magis communis, vt patet ex auctoritatibus ſupra allegatis. glo. vero in d. c. ſtatutũ. reijcitur, & improbatur à Dominic. & Philipp. Franc. loco ſupra citato. & Felin. in d. c. cũ inter. poſt nu. 4. verſi. & pulchre. idem ſenſit reiectis illis authoritatibus, quæ contra obſtare videbantur. Et tu quoque hanc partem amplectaris.

Secũdo loco limitãda eſt Concluſio, vt non proce
24 dat, † quando mandatum ſiue gratia fuerit amiſſa. nã
tunc poterit probari per teſtes. vt ſi agatur de probãdo tenore gratiæ, cuius literæ eſſent perditæ, probata namque amiſſione poterit per teſtes probari tenor literarũ, per c. cũ olim 1. de priuileg. vt tenet Abb. in c. ex diligenti. nor. in vlt. nu. 3. de ſimo. per tex. ſing. in l. 3. in fin. C. de teſtib. teneri tradit, & Felin. in rubr. de cõſti. col. vlt. poſt. nu. 6. verſi. tertius caſus eſt. hoc idẽ ſequitur Rebuff. in concord. d. rub. de mãd. apoſt. §. 1. fol. 464. ita etiã cõcludit Gome. ad reg. cancel. reg. de nõ iudic. iuxta form. ſupplic. q. 13. eidẽ patrocinatur ſententię illud, quod notat Innoc. in d. c. cũ olim. col.
25 1. de priuileg. vbi ait, quod licet poteſtas delegati † ſit
probanda per ſcripturam, tamen vbi ſcriptura eſſet perdita, poteſt probari per teſtes, quem ſequitur Rot. 21. alias 459. circa tertium dubium. colum. 3. de conceſſ. præben. in nou. idem voluit Mil. in reperto. in verb. probatio ſubdelegationis. idem tenet Bella. deciſio. 611. licet capellan. & hanc partem ſequi-
26 tur, & defendit Gondiſal. de Villadiego contra

gl.in clem.cum olim de priuileg.in ſuo tract.de legato in 6.q.1.par.col.3.nu.22.dicens probata amiſſione Bullæ ſatis eſſe probare tenorem per teſtes. Cuius rei ratio eſt,quia neceſſitas,& difficultas probationis litterarum facit licitum,quod alias non eſſet,iux.tex.in cap.quod non eſt licitum,de reg. iur.in 6.

27 Requiritur tamen,† ꝙ teſtes deponentes cognoſcāt vitium bullarum,& deponant ſe vidiſſe nō habentes defectum,nec vitium,vt habemus ex c.cum olim primo.de priuileg.nec ſatis eſſet,ſi ſimpliciter deponerẽt ſe vidiſſe bullas:ſed deponere debent tenorẽ ipſarum bullarū, & ipſi ſic deponentes debent eſſe exercitati, & periti,ne poſſint in his bullis,vel inſtrumẽtis facile decipi,iux.not. ꝑ Bart. in auth.ſi quis in aliquo, C.de eden.& in l.ſicut iniquum.C.de fid.inſtr.ita cautū eſt à Dec.conſ.82.viſo.colum.vlt.nu.3.poſt verſ.quarto, & vlt.& in cōſ.215.In cauſ.col.1.num.1.ꝙ nec latuit Ale.in conſ.169.viſo teſtō col.2.nu.9.verſ.nō obſtat quòd nonnulli teſtes.lib.2.& in cōſ.117.viſo ac ponderato.col.3.nu.7.verſ.nō obſtat, ꝙ aliqui.lib.7.vt & docuit Bar.in l.1.col.3.nu.27.ff.ſi cert.pet.cui accedit Abb.in c.Albericus.nu.4.verſ.in ſecundo caſu.de teſtib. ꝙ placuit & Feli.in c.ſicut nu.2. & 3.de re iudic. atque Dec.in cap.quoniam contra.nu.237.cū ſeq.de probat.Marſil.quoq; in rub.C.de proba.nu.54.verſic. tertio limitat.ipſe Do.Felin. eiuſdem fuit ſententię Tiraq.de vtroque retract.de retract.conuētio.§.1.glo.7. nu.55. quibus addas Bellā.deciſ.595.vbi ius authoris. & Rebuf.in cōcord.d.rubr.de mād.apoſt.fol.464.§.1.

28 In contrariam † tamen in hoc deſcendit ſententiam Belenci.in tract. ſuo de ſubſid.charit.queſt.110. num.9.dicens,Palatium Apoſtolicum obſeruare cōtrarium : quia non admitteret probationes per teſtes, etiam probata amiſſione litterarum.

Sequēdo tamen priorem opinionem illā ſublimi-
29 ta, vt talis probatio per teſtes non ſatis eſſet Iudici ad effectum regulæ de non iudicando iuxta formā ſupplicationis,ſed litterarum expeditarum:quia non poteſt auditor canonizare certam gratiam,quæ nō reperitur producta in regiſtrum, niſi in cōmiſſione Papæ narretur iſte caſus,ſiue amiſſio d. gratiæ cum ſpeciali derogatione d. reg. de non iudic. iux. for. &c. Tunc enim ſufficeret iſta probatio per teſtes , vt dicit Gomeſ.in d.reg.& quæſt.3. atteſtādo ita tenere Rotam.

Præcipue limita Concluſ. vt locum ſibi non ven-
30 dicet † in foro conſcientiæ. Nam in eo quis poteſt gratia vti licet bullæ non ſint expeditæ iux. ſenten. Abb.in clemen.dudum.§.per illum de ſepul.in fi.quē ſic intelligit idem Felin. in rubr. de conſti. col. pen. poſt nu.6.verſ.ſecundus caſus eſt,& in c.ex diligenti. in 11.nu.4. verſi. limita primo. de ſimo. quos ſequitur Rebuff.in 4.rub.de mandat.Apoſt.§.1. verſic.quarto in foro conſcientiæ.fol.464.

31 Quarto limitabis,vt nō procedat,† quando dubitaretur de intētione ſumm.Pontif. tūc enim poterit fieri probatio aliter quam in litteris continuatur, & ſic per teſtes:ſic decreuit Bonif. VIII.Pontif. Max. in c. ſuſceptum.ibi, niſi de intentione mandantis aliud appareret expreſſe. ſecundum Philippum Francum ibid.n.4.qui ad hoc pōderat illū text. de reſcrip. lib.6.

32 Verum † aliter ſenſit Rebuff.vbi ſupra. verſ.tertio limita.inquiens, illa verba expreſſe appareret, poſſe intelligi,quando in litteris hoc eſt, & ſic,quando litteris probatur,per glo.in clem.vlt.de reſcrip.

33 Quinto limita, vt vera ſit noſtra Concluſio † in gratijs ſum.Ponti.ſecus in gratia cōceſſa ab inferiore:qa illa teſtibus poteſt probari, vt auctor eſt locupletiſſimus Bal.in l. ſi qua per calumniā. col.2. nu.5. verſic. modo q̄rit hic Pet.C.de epiſ.& cleric.de qua re ſupra etiam meminimus,quod idem ſcripſit Rebuff. in cōcord.d.rub.de mādat.apoſtol. §.1.n.464.verſ.vltimo fallit. vbi idē affirmat procedere in beneficijs ſimplicibus,ſeu in dignitatibus, quæ nō probantur niſi ꝑ ſacras ꝓbatorias.l.ꝓbatorias.C.de diuerſi. offic.lib.12. & l. vni.C.de mād.pri.& Bald.in rub.de reſcrip.col.1.

34 Sexto velim limites, † vt tantum locū habeat,quādo gratia eſt conceſſa motu proprio,ad eius namque probationē vtiq; requiritur ſcriptura : ſecus eſt ſi fuit cōceſſa ad petitionem. & inſtantiā volentis eam,tūc enim probari poteſt per teſtes,vt per Alex.cōſil.107. videretur circa ſuperius quæſitū.nu.3. cum ſeq.lib.7.

Septimo poteris limitare, vt concluſio procedat,
35 † quantū ad adiudicationem:nō enim adiudicatur beneficiū,niſi litteris expeditis:vt dicit Vitallin.in proem.clem.§. nūc agitur col. ſed quātū ad abſolutionē faciendā pro aliquo poſſeſſore, ex ſola ſupplicatione poterit fieri abſolutoria: quia per eam apparet de excluſione iuris agentis, & ita fuit in Rota obtentū cū impoſitione perpetui ſilētij: atteſtatur Caſſad.deci.2. obtentū fuit in Palatio.de ſenten.& re iudic.vbi illud inſuper addit regul.25.Cancel. ſupra allegat. ꝙ ſcilicet non iudicetur extra tenorē ſupplicationis,nō procedere in abſolutoria.& vltra eū pro hoc extat deciſ. Bellam.612.Actor admiſſus ad probandū. qui cōſeu-
36 dit, quòd licet alias Capellania Papæ † nō probetur, niſi ꝑ litteras,vt ſupra in Cōclu. Capellania honoris tradidimus. Iſtud tamen procedit in actore petente adiudicationē: ſecus in reo petēte abſolutionem, qa ſufficit probare communem reputationem, & famā, per quam transfertur onus probandi in aduerſariū,& illam deciſionē Bella. ſequitur Mil. in reper.in verb. probatio Capellanatus:& huc itidem pertinet,quòd Reg.Cancell.29.qua cautum eſt,quòd cōmiſſio cau-
37 ſæ non poſſit fieri ante expeditionem litterarū non procedat,quando datur abſolutoria contra actorē,q obtinuit cōmitti cauſam:vt tenet,& obſeruat Rot.vt refert Caſſad.deciſ.102.itē voluit Rot.ad reg.cancel.

CONCLVSIO DCCCXLVI.

ARGVMENTVM.

Gratia quo pacto probetur ſurreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Gratia probatur ſurreptitia ex eo, quoties illa expreſſa in precibus non ſunt, quæ ſi fuiſſent expreſſa, aut Princeps contenta in precibus non conceſſiſſet, vel ſaltem ægre illa condonaſſet.*

2 *Gratia conuincitur ſurreptitia , cum ſupreſſa ſunt omnes illæ qualitates,quæ in iure expreſſę reperiuntur.*

Ratio eſt num.3.

4 *Gratia ſurreptitia dicitur , etiamſi expreſſa non ſint illæ qualitates, quæ debent exprimi per ſimplicitatem, ignorantiam , vel dolum.*

5 *Gratia ſurreptitia dicitur, etiāſi illud, quod, tacetur reſpiciat factum alienum.Ratio eſt nu.6.*

7 *Gratia ſurreptitia probatur etiamſi ſumm.Pontif.id conceſſiſſet ſine tali ſuppreſſione, vel expreſſione,ſi tamen facilius conceſſit.*

8 *Gratia probatur ſurreptitia ſuppreſſis his qualitatibus , quę ex ſtilo curię , vel cancellarię , vel ex conſuetudine principis obſeruantur.*

9 *Conſuetudo,& ſtilus pro lege ſeruatur.*

10 *Gratia non probatur ſurreptitia,quando illud, quod ſupprimitur cunctis eſt notum.*

11 *Taciturnitas eorum non nocet, quæ nota ſunt.*

12 *Beneficij impetratio , & permutatio valet de beneficio reſeruato tacito de reſeruatione , quando reſeruatio erat generalis.*

13 *Expreſſio eorum non eſt neceſſaria, quæ ſunt nota.*

14 *Sententia lata contra conſuetudinem generalem , & notoriā nihil valet,quod præſumitur de ea haberi notitia.*

15 Non

15 *Non eſt facienda mētio de qualitatibus, quæ de iure inſūt.*
16 *Gratia probatur ſurreptitia, ſi impetrans taceat illud, quod eſt ſpeciale, cùm non præſumatur eſſe notum.*
17 *Gratia probatur ſurreptitia ex taciturnitate alicuius qualitatis, etiam ſi materia eſſet publica, & notoria, tamen in ſum. Pont. poſſet cadere ignorantia alicuius indiuidui, vel qualitatis.*
18 *Etiamſi motu proprio fiat gratia per ordinationem, & regulas ſum. Pont. vt nu. 18.*
19 *Perſonæ qualitas, vel beneficij, debet exprimi in precibus, etiam ſi reſeruatio eſſet notoria.*
20 *In gratia nō ſūt ea exprimēda, quæ ipſo iure ſūt inualida.*
21 *Quod nullum eſt non præſtat impedimentum.*
22 *Reſcriptum ſecundum non faciens mentionem de primo valet, quando primum eſt ſurreptitium.*
23 *Reſcriptum non vitiatur, ſi quis dixerit, partē dediſſe ſupplicationem, quando ſupplicatio fuit nulla, & inualida.*
24 *Reſcriptum non poteſt dici ſurreptitium, quando aduerſarius nullum ius habet, & cur.*
25 *Tranſactio aduerſarij ſi eſt nulla, de ea in reſcripto non eſt facienda mentio.*
26 *Qualitates illæ quæ ſint, quibus nō expreſſis reſcripta gratiæ ſurreptitia redduntur, remiſſiue.*

1 Gratia probatur † ſurreptitia ex eo, quoties illa expreſſa in precibus non ſunt, quæ ſi expreſſa forent, aut Princeps contenta in precibus non conceſſiſſet, vel ſaltē ægre illa cōdonaſſet, vt elicitur ex c. dudum, ext. de elect. & c. ſuper literis, atq; ex c. poſtulaſti, de reſcri. vt latè tradit Iaſ. in l. 1. nu. 2. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. ſic etiam in hac re quid ſentiret rogatus reſpondit Dec. in cōſ. 541. nu. 2. cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Goz. in conſ. 6. nu. 6. vt hoc idē probauit Curt. iun. in conſ. 77. in fi. & in conſ. 32. in fi. idem ſenſit Crau. cōſ. 296. col. 4. in fi. latè proſequitur Rebuff. in tract. de reſcri. ſeu liter. reg. 125. & 126. tom. 2. quib. accedit Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 201. p totū, ſed pcipuè. n. 24. cū multis ſeq. & caſ. 202. p tot. d. li. 2.
2 Intellige, vt ea, † quę veniūt exprimenda pręcipuè ſint omnes illæ qualitates, quæ in iure expreſſæ reperiuntur: quæ ſi ſupprimantur, gratia conuincitur ſurreptitia, ita tradit gl. in clem. 1. in ver. vel alteri, de præben. ſic quoq; decidit Bella. in decis. 697. concluſ. ex. Rotam. col. pen. & in hanc itum eſt ſententiā à Dom. Rot. in deciſ. 32. aliàs 468. extra Rot. nu. 1. de reſcri. in nou. vt etiam diremit Caſſad. in dec. 12. nu. 5. in fi. de reſcr. idem ſcripſit Fel. latiſſimè in c. ſuper literis, poſt num. 2. verſ. limita primo. & in c. poſtulaſti, col. 4. ſub nu. 1. ver. declara etiam. & c. in noſtra, nu. 19. in fin. de reſcr. quod probauit, & Io. de Silua. trac. de benef. par. 3. q. 11. nu. 6. & q. 12. nu. 39. Et has qualitates verè expreſſas omninò exprimēdas eſſe ſcribit Menoch. lo-
3 co ſupra citato, nu. 27. Et ratio eſt, † quoniam expreſſionem harum qualitatum pro forma, quæ ad vnguē obſeruanda eſt, leges dediſſe videntur Menoch. vbi ſuprà, d. num. 27.

Primò amplia, vt ea, quę diximus, eo vſq; vera ſint,
4 † vt etiam ſi per ſimplicitatem, ignorantiam, vel dolū ea narrata non fuerint, gratia ſurreptitia cēſeatur, ita teſtatur Fel. in d. c. ſuper literis. n. 1. verſ. limita primo. ad idem reſpondit Gem. in conſ. 105. in fi. cui accedit Soc. ſen. in conſ. 174. poſt prin. & in conſ. 273. col. vlt. poſt nu. 12. libr. 2. idem confirmauit Ruin. in conſ. 3. nu. 16. lib. 1. nec id latuit Crau. cōſ. 68. nu. 11. eiuſdem fuit ſententiæ Soc. iun. in conſ. 77. nu. 83. libr. 1. quod etiam placuit Rebuff. in ſua prax. benef. fol. mihi 82. nu. 5. 6. 7. c. differētiæ inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ. idem voluit Dec. in c. conſtitutus, not. 2. verſ. ſecundo ampliatur, extr. de reſcrip.

Subamplia id adeo locum habere, vt ēt procedat,
5 etiam ſi † illud, quod tacetur reſpiciat factū alienū, teſte Rebuff. vbi ſup. nu. 8. permotus ex d. c. conſtitutus.
6 Et ratio eſt, † quia non inſpicitur culpa, nec ignorātia impetrantis quam culpam non habet ignorans, l. ex maleficijs, ff. de act. & obl. ſed propoſitum, atq; volūtas cōcedentis. c. ad aures, de reſcr. c. dudū, 2. de elect.
7 Secundò amplia † gratiam probari ſurreptitiam, etiamſi ſum. Pont. id cōceſſiſſet ſine tali ſuppreſſione; vel expreſſione, ſi tamen facilius conceſſit, vt auctor eſt Ant. Mar. Papaz. in addit. ad deciſ. Dom. de Rot. deciſ. 2. aliàs 28. ſi mandetur alicui, nu. 8. de reſcrip. in nou. auctoritate Inn. permotus in d. c. ſuper literis, de reſcript. ad idem adduco Bellam. in dec. 1. de reſcript. Fel. in d. c. ſuper literis, d. n. 2. quem ſequitur Menoch. d. caſu. 201. num. 27.
8 Tertiò amplia † non ſolū eas, quas tradidimus qualitates eſſe exprimendas, quo vitiū ſurreptionis euitetur, ſed etiam eæ qualitates ſunt exprimendæ, quæ de iure expreſſæ non ſunt, ſed ex ſtilo curię, vel Cācellariæ, vel ex cōſuetudine Principis obſeruant. his enim ſuppreſſis gratia probatetur ſurreptitia. Lap. alleg. 89. factum ſuper quo, poſt nu. 6. verſ. item eſt ſciendum. quem ſequitur Soc. in conſ. 164. viſa, num. 3. & 5. & in conſ. 169. circa primū, poſt prin. & poſt nu. 10. ver. poſtremò reſpondeo. & in conſ. 270. conſideratis, col. 3. poſt nu. 3. verſ. poteſt probabiliter, vol. 2. & in d. conſ. 273. in præſenti, poſt nu. 12. eo. vol. 2. atq; Fely. in d. c. ſuper literis, poſt num. 8. in 1. reg. vbi etiam Dec. poſt nu. 9. verſ. quę autem ſint illa. idem Fel. in c. in noſtra, nu. 19. in 20. corrolar. eo. tit. de reſcr. Barb. in conſ. 46. ſcripſit præclarè, col. 2. nu. 17. vol. 2. latè Dec. in c. ad aures, nu. 5. de reſcrip. atq; Affli. in deciſ. 116. princeps Biſignani, nu. 4. verſ. & quando dicatur. & Capic. deciſ. 32. in cauſa, in fi. eundem Cap. ſequitur d. loco vbi ſupra num. 28.
9 Cuius ampliationis ratio ſecundū eos eſt, † qa conſuetudo, & ſtilus pro l. ſeruatur. l. minime. ff. de legib.

Primo loco limitabis concluſionem procedere,
10 † quòd ſcilicet tunc gratia non probetur ſurreptitia, quando illud, quod ſupprimitur, eſt cūctis notum, & publicum, tunc enim tanquam nota, & publica præſumuntur non ignorari a ſum. Pont. vt ſunt ea, quæ continentur in reg. cancel. vt decidunt Dom. Rot. in deciſ. 32. alias 568. extra Rot. de reſcrip. in nou. vt ſenſit, & Bellam. in deci. 698. extra Rotam. vbi eadē ferè eſt deciſio de verbo ad verbum. idem comprobauit Fel. in d. c. in noſtra, in 5. corrolar. n. 15. de reſcript. vbi
11 tradit hanc regulā † non nocere ſcilicet taciturnitatē eorū, quæ ſunt nota, & quæ præſumuntur ſciri à Pont. Max. nā vt dicit Fed. de ſen. in tract. de permu. benef.
12 q. 4. impetratio beneficij, † & permutatio valet de beneficio reſeruato tacito de reſeruatione, quando reſeruatio erat generalis, & notoria, & idem ſequitur Fel. d. c. ſuper literis, colum. 6. poſt nu. 8. verſ. 3. reg. de
13 reſcript. Dicens † non eſſe neceſſariam expreſſionem eorum, quæ ſunt notoria in curia ſumm. Pontif. quod probat per eandem deciſ. 468. & per Fed. de ſen. loco ſupra citato. & Bald. in l. 2. in fi. C. quæ ſit longa conſuetudo. idem tradidit Fel. in c. 1 col. 2. nu. 4. verſ. am-
14 plia tertio, de re iudic. vbi dicit ſententiam † latā contra conſuetudinem generalem, & notoriam, nihil valere, & quòd præſumatur de ea haberi notitia: vnde tradidere Dom. Rot. in d. deciſ. 468. non eſſe faciendam mentionem de reſeruationibus generalibus, & valde nótis, vbi idem ſentientem referunt Bellam. deciſ. 9. Commiſſio gratioſa. eidem ſententiæ fauet Bellamer. in deciſ. 488. ſi impetrans aliquod benefi-
15 cium, vbi vult † de qualitatibus, quæ de iure inſunt, nō eſſe faciendam mentionem: vt notat Felyn. in d. cap. in noſtra, in 4. corrol. num. 14. de reſcriptis. vt & conſtituere Dom. Rot. in deciſ. 75. aliàs 610. Dominus Vrbanus, de reſcript. in antiqu. & item Felyn. in cap. cum olim, columna tertia, poſt numer. 5. verſicul. ad illud de circumuentione, de re iudic. dicens, de reſeruatione generali, & notoria non eſſe faciendam mentionem, & ſequitur idem Felyn. in cap. veniens,

Digitized by Google

col.2. de præſcr. & cum iſta limitatione tranſit etiam
Firman.in repert.in verb. Reſcriptũ impugnatur,col.
vlt. vbi inquit reſcriptum non probari ſurreptitium
eo omiſſo,quod ſum. Põt. potuit ſcire ex iuris diſpo-
ſitione,vel ex Reg.Cancel.idem traditum eſt in pro-
uinciali eccleſiarum,fol.33.aſſerẽs ſatis eſſe tacitam,
aut incluſam, vel notoriam narrationem. ad tollen-
dam ſurreptionẽ: idq́; ſequitur Mil.in repert. in verb.
Gratia impetrata.
16 Ex hoc declaratur Concluſio noſtra, † quòd ſi im-
petrãs ſubticeret illud,quod eſſet ſpeciale, vt reſerua-
tionem ſpecialem,& incognitã Pontifici,quod de il-
la teneretẽ facere mentionem, aliàs gratia diceretur
ſurreptitia: vt deciſum eſt à Bellam.in deciſ.698.con-
cluſio extra Rotam.idem tenet Fel.in c.cũ olim,col.
3.nu.5. de iudic. inquiens, quòd vbi reſeruatio eſt ſe-
creta,non præſumatur ſumm. Pontif. de illa habuiſſe
memoriam,ideo de illa eſſe faciendam mentionem,
alioqui gratia ea ſuppreſſa probaretur ſurreptitia: &
ita diſtinguit Dom.in cap.poſtulaſti, de reſcript. poſt
Lap.in c.2.de præben.in 6.dicens, ꝙ ſi reſeruatio erat
generalis reſpectu omnium beneficiorum vacantiũ
in prouincia vel in curia,valere collationem, & gra-
tiam,non facta mentione de reſeruatione, nec de ex-
ceptione,& ita procedat prædicta limitatio: ſi autem
non erat notoria,tunc ſecus,& ita ſenſit Fel.in d.c. in
noſtra,in 5.corrol. poſt nu.15. verſ. incidenter not.de
reſcrip.ita declarat,& ſequit̃ Io.Silu.in trac.de benef.
q.12.in 3.par.nu.95. verſ.18. qualitas.huc quoq; referẽ-
dum eſt,ꝙ obſeruauit Feli.in c.nõnulli,col.23.poſt
nu.18,verſ.modo contra omnes iſtas fallentias,de re-
ſcript.tradens,valere reſcriptum ſine clauſula nõ ob-
ſtante in iure notorio,& generali,ſecus in ſingulari.
Primò ſublimita prædictam limitationem,vt non
17 procedat,†quando materia eſſet publica,& notoria,
tamen in ſum. Pont. poſſet cadere ignorãtia alicuius
indiuidui, vel qualitatis: nam tunc ex taciturnitate
huiuſmodi qualitatis probaretur gratia ſurreptitia,
etiamſi publicè materia eſſet publica, & notoria: ita
in terminis Fel.in d.c.ſuper literis,col.6.in 3. reg. poſt
nu.8.verſ.limita hãc regulam,de reſcript. vbi allegat
Bellam.deciſ.9 Commiſſio gratioſa,qui Felinum ſic
declarat,dicẽs,quòd licet in libro theſaurarij apoſto-
lici,qui eſt publicus,ſint taxæ beneficiorum, propter
quas quis poteſt ſcire de valore, tamen non valet re-
ſcriptum pro remiſſione habenda ad partes ſuper ve-
rificatione valoris non facta mentione de dicto libro
theſaurarij,quia licet liber ſit quid publicum, & noto
rium,tñ poteſt eſſe,quod propter perditionem quin-
ternorum,vel foliorum libri, taxa iſtius beneficij nõ
ſit ibi ſcripta. Et hoc ſumm.Pont. potuit veriſimiliter
ignorare: allegat ſimile, quia licet ſit notoriũ Archi-
diaconum eccleſię cathedralis habere dignitatem,c.
1.c.ad hæc,& c.cum ſatis,de offic.archid.tamen quã-
doq; per conſuetudinem Pont.Max.ignotam ab hu-
iuſmodi iure receditur,ideo dignitas eſt exprimenda
c.cum in illis,de præb.in clem. 1.eod.tit. Et hoc etiã ſi
18 motu proprio † fiat gratia ꝑ ordinationem, & regulas
ſum.Pont.& iſtud vltra Fel.ſenſit Bellam. deciſ. 448.
ſi impetrans aliquod beneficium,in fin.quòd ſcilicet
per ignorantiam alicuius qualitatis,quã potuit Pont.
ignorare,reddatur gratia ſurreptitia.
19 Secundò poteris ſublimitare,†etenim quamuis re-
ſeruatio,exempli gratia eſſet notoria, dẽt tamen ex-
primi perſonæ qualitas,vel beneficij,adeò vt conſtet
Pontificem ex huiuſmodi narratione habere notitiã
reſeruationũ reſeruationis:nã alioqui non cognoſce-
retur reſeruatio notoria, qñ non exprimitur qualitas
beneficij,vel perſonæ,iux.ſent.Cald.tit.de reſcr.conſ.
7.& ita dixit Fel.in d.c.in noſtra,corrol.5.num. 15.de
reſcr.declarando d.deciſ.Rot.468.in nou.aliàs 32.tit.
de reſcript. quod etiam d. deciſ. 468.dicit. col.1. dum
inquit,quòd ex narratione,& forma prouiſionũ con-
ſtabat Principi fore notam illam qualitatem.
Secundo loco præcipuè limitanda eſt ipſa conclu-
20 ſio,vt†non ſit neceſſe exprimere in gratia ea, quę ip-
ſo iure ſunt inualida, veluti nõ eſt neceſſe exprimere
gratiã aduerſarij,quę eſt inualida: ita dirimunt Dom.
Rot.in deciſ.25.alias 310.ſi reus,& poſſeſſor,de reſcr.
21 in nou.quia† quod nullũ eſt non præſtat impedimẽ-
tum,c.non præſtat,de reg.iur.in 6.conueniunt cũ iſtis
& Dom.Rot.in deciſ.69.aliàs 179.nota quòd de gra-
tia aduerſarij de reſcriptis,in antiq.dicentes de gratia
aduerſarij quæ eſt nulla,me non teneri facere mẽtio-
nem,allegant gl.in c.ex tenore,in fi. 1. gl. de reſcript.
quæ vult de gratia aduerſarij, quæ eſt nulla, me non
cogi facere aliquam mentionem, iſtud & firmat Bi-
ſign.tit.de reſcrip.dec.11.incip.Titius cõtra Seiũ: vbi
22 concludit,valere† tñ reſcriptum non faciens mẽtio-
nem de primo,quando primũ eſt ſurreptitium,& nul
lum.hoc etiam comprobauit Bellam.in deciſ. 190.ſi
pars quæ petitionem, quo in loco decidit non vitiari
23 reſcriptum,†ſi quis dixerit partẽ dediſſe ſupplicatio-
nem,quando ſupplicatio fuit nulla,& inualida, vt la-
tè firmat Fel.in c.ex tenore,colum.3.ver. de reſcripto
nullo,nu.2. de reſcriptis. vbi plures authoritates alle-
gat.hoc itidẽ corroborat.quod à Dom.Rot.deciſum
fuit in deciſ.51.aliàs 510.à grauamine, nu.4. verſ.ſed
quid tali,de appel.in antiq.ad idem refero Cald. in q.
11.tit.de reſcrip.his ſimile eſt,ꝙ decidunt Dom.Rot.
in dec.58.aliàs 412.ſi appellatur manifeſtè friuole,de
appel.in nou.nec alio. quàm huc ſpectat deciſio Bel-
lam. 554.ſi facta electione. à noſtra etiam ſtetit ſñia
Gem.in conſ.120.quia in facto præſupponitur.col.2.
24 ſub nu.4.cum ſeq.dicens reſcriptum † non poſſe dici
ſurreptitium, qñ aduerſarius nullum ius habet: cũ ſur-
reptio dicatur ex taciturnitate eius, ad cuius oppreſ-
ſionem impetrãs tenebatur,c.ſuper literis,de reſcript.
& iſtud non eſt, vbi reſcriptum eſt nullum, & idem
Gem.conſil.141.caſus talis eſt.colum.2.num.2. idem
voluit Corn. in conſ. 30. quidam A. presbyter, colu.
25 vlt.dicens,†literis inualidis, vel quæ doli exceptione
elidi poſſunt non eſſe faciendam mẽtionem,& idem
de impetratione obreptitia. & hoc etiam tradidit
Soc.in conſil.169.circa primum conſultationis arti-
culum.col.2.poſt nu.2.verſ. prima ratio eſt, vol.2. di-
cens,quòd ſi tranſactio aduerſarij eſt nulla,non tene-
ri facere mẽtionem.vbi alleg. gl. in c.cum noſtris, de
præben.idem Soc.in cõſ.120.circa primum quod eſt
idem cum d.conſ.169.col.2.nu.3.vol.4.ſic placuit.&
Mil.in Repert.in ver.gratia obtenta per reum poſſeſ-
* ſorem.& iſtud *communiter omnes ſentiũt,quod vbi
gratia eſt ipſo iure nulla non ſit facienda mentio. te-
ſte Dec.poſt Fel.in d.c.ex tenore,ille nu.18.hic col.3.
nu.2.verſ.de reſcripto nullo,de reſcript.idem Dec. in
c.oblatæ,not.vlt.num.11.de appel.& hoc tenet idem
Felyn.in cap.in noſtra,colum.4.nu. 6. verſ. de primis
* inualidis literis, de reſcript. dicens, in hoc* omnes
conuenire.
Ex his ita generatim præmiſſis, quæ ſcilicet expri-
menda ſint, vt gratia non reddatur ſurreptitia,quæ-
que ſubticeri poſſint, quamplurima huc inferri poſ-
ſent, hoc eſt, quæ ſcilicet ſint illæ qualitates, qui-
bus non expreſſis reſcripta gratiæ ſurreptitia reddun-
tur. Verum ne in his tradendis in præſentia elabo-
rarem, duæ potiſſimum cauſæ me impellere potue-
runt. Altera fuit,quòd eæ vix, ac ne vix quidem, ad
noſtram probationum materiam(extra cuius cancel-
los nobis egredi non licet)pertinere videbam. Alia,
26 quòd à clariſſ. Iac.Menoch.† illas enucleatè fuiſſe di
ſcuſſas comperi,lib. 2. de arb.iudic.cau. centur.3.caſ.
201.per tot.Has itaque qui cognoſcere voluerit,eun-
dem Menoch. ibidem adire poterit, vbi ad ſaturitatẽ
hæc omnia diſcuſſa reperiet. Nos intereà inſtitutum
noſtrum aggrediemur.

CON-

Google

H

CONCLVSIO DCCCXLVII.

ARGVMENTVM.

Ex quibus rebus habilitas perſonæ, & quot teſtibus teſtis habilitas probetur.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas perſonæ ex multis publicè geſtis, & pluribus perſonis probatur.*
2 *Promotus præſumitur, qui diu in beneficio deſeruierit, niſi contrarium probetur.*
3 *Clericalis poſſeſſio tantum probanda eſt, vbi is diu, vt clericus vitam egerit.*
4 *Habilitas non negata præſumitur.*
5 *Habilitas perſonæ præſumitur ad actum probato actu.*
6 *Habilis ad generandum quilibet præſumitur, niſi probetur inhabilis.*
7 *Ordinarius præſumitur, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, tanquam ordinarius, niſi contrarium probetur.*
8 *Habilitas teſtis duobus teſtibus probatur.*
9 *Teſtes interrogati de habilitate, vel ſufficientia alicuius, quomodo pacto debeant deponere, remiſſiue.*
10 *Teſtem inhabilem fuiſſe tempore ſuæ depoſitionis probare volens, quid debeat probare, remiſſiue.*
11 *Probatus in vno ordine, cenſetur probatus habilis ad beneficium conſequendum in actu conſecutiuo ad id, non in actu ſeparato.*

1 Habilitatem perſonæ † nulla alia ex re facilius poſſe probari dixerim, quàm ex multis publicè geſtis, & cum plurib. perſonis: ſic mihi probat context. in l. 1. C. ad Maced. quo in loco querit Imper. Aelius Pertinax, ſi quis filiofam. dicenti ſe ſui iuris eſſe pecuniam mutuanerit, an non obſtante Senatuſc. Maced. exceptione, eã repetere poſſit? & illã poſſe repetere ſtatuit, ſi is probare poſſit, ſe ei iuſta ratione credidiſſe, ſcilicet quia ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebat, &c. ac ſi paterfamil. fuiſſet: in quam ſententiam, & ab Vlpiano I.C. reſponſum eſt in l. 3. ff. eod. ad Maced. ſic tradidit Ang. in §. item ſi, col. 10. in prin. Inſtit. de except. quem ſequitur Vant. de nul. proc. tit. quibus mod. ſen. nul. defen. nu. 39.

Hinc propterea optimè deciſum fuit à Dom. Rot. deciſ. 4. aliàs 74. not. quod vbi cõtra, de prob. in antiq. quod vbi contra aliquem excipitur, quod nõ eſt pro-
2 motus, ſi † ille contra quẽ excipitur, diu deſeruierit in beneficio tanquam promotus: præſumatur quod fuerit promotus, niſi per excipientem cõtrarium probetur. ſequitu Inn. in c. ſuper his, nu. 10. in fi. de accuſ.

Huic ſimile eſt, quod ab eiſdem fuit ſtatutũ in dec. 13. aliàs 264. nota quod talis opinione Rot. nu. 1. de cau. poſſ. & propr. in antiq. quo in loco à cũctis dominis in eam deſcẽſum eſt materiam, quod vbi clericus
3 fuit in poſſeſſione clericatus, & longo tempore vixit vt clericus, ſufficiat probare poſſeſſionem clericatus, abſque eo, quòd probetur titulus per literas, vel teſtes, per eiuſdem Inno. auctoritatem in d. c. ſuper his. eod. nu. 10. in fi. de accuſ.

4 Concluſ. noſtræ ea ratio eſt; quia habilitas † nõ negata præſumitur, vt decidit Bellam. in dec. 134. habilitates. de qua re fuſius differit idem in deciſ. 76. nõ ex-
5 preſsè, namq; probato actu † præſumitur habilitas perſonæ ad ipſum actum faciẽdũ: teſte Imol. in c. in præſentia, nu. 10. de prob. idem voluit Mil. in ſuo Repert. in verb. probatio, ver. probare non aſtringitur. Sic etiã reſpondit Bal. in conſ. 334. præmittendum eſt ſub nu. 3. in verſ. item nemo, vol. 2. per l. nec codicillos, C. de cod. & l. ab ea parte, ff. de prob. vbi etiam idẽ Bald. & in l. cum minorem, nu. 1. C. eo. tit. de prob. ſic etiã voluit Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatũ, ff. de leg. 1. ac accedit Alc. conſ. 30. nu. 16. lib. 2. & aſſeruit Rim. in conſ.
6 486. nu. 8. vol. 3. Hinc ſolet elici, vt habilis † ad generandum quilibet præſumatur, niſi probetur inhabilis: vt ait Alc. de præſump. reg. 1. præſump. 41. nu. 1.

7 Vnde etiam fit, vt ille, † qui eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis tanquam ordinarius præſumatur ordinarius, niſi contrarium probetur, vt dixit idem Bald. in d. l. ab ea parte, circa fi. ff. de prob. Et quotieſcunque actus habet debitam formam, ibi præſumitur habilitas in perſona, ita ſenſit ipſemet Bald. in d. l. cum minorem, nu. 1. C. eod. de prob.

8 Si quis verò voluerit probare † habilitatem teſtis, ſatis erit ſi probet per duos teſtes: vt auctor eſt Gem. in tract. de teſtib. num. nu. 26.

9 Quòd ſi ſcire aueas † quo pacto hi teſtes interrogati de habilitate, vel ſufficientia alicuius, debeant reſpondere, te docebit Butr. in c. 1. nu. 10. de ſcru. in ord. fac. lib. 1. pat. 1.

10 Contra verò volens probare, † teſtem tempore ſuæ depoſitionis eſſe inhabilem, quid debeat probare, tibi ſuggeret Spec. in tit. de teſte, §. nunc videndum, nu. 14. verſ. in 4. & §. ſæpè, nu. 4. eod. tit.

Huic etiam materiæ illud addidiſſe non pigebit, vt
11 probatus † in vno ordine cenſeatur probatus habilis ad beneficium conſequendum in actu conſequutiuo ad id, non autem in actu ſeparato, iux. ſent. Butr. in c. accepimus, num. 7. de æta. & qual.

CONCLVSIO DCCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

De multiplici vocis habitus apud noſtros ſignificatione, & qua ratione quoque præſumatur, & probetur.

SVMMARIVM.

1 *Habitus apud auctores variæ ſignificationis.*
2 *Habitus efficit, vt quis talis præſumatur, qualis eſt ipſe habitus.*
3 *Habitus, & tonſura longo tempore publicè portata talem probat eſſe interius, qualem exterius repreſentat.*
4 *Clericum verberans, quem quis credit laicum, quia incedat in habitu laicali, non tenetur, niſi percutiens eum clericũ ſciuiſſet.*
5 *Culpa in pœnis præponderat.*
6 *Clericalem habitum, & tonſuram portantem, ſi quis verberauerit, cum ille non eſſet clericus, is non tenetur.*
7 *Dominum inſultans, quem neſcit ſuum eſſe dominum, nõ amittit feudum, niſi eſſet ignorantia craſſa, & ſupina.*
8 *Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.*
9 *Concubans cum vxore domini ſui, neſciens eam vxorem, non perdit feudum.*
10 *Cognoſcẽs monialem neſciens eam monialem, non punitur tanquam de ſtupro monialis.*
11 *Habitum virtutis qui ſibi comparaſſe, cum eſſet antea improbus, probatur per tempus trium annorum.*
12 *Habitus in moribus per triennij tempus non probatur, quando magnus habitus vitioſus præceſſit.*
13 *Habitus per inſtrumẽtum priuationis probatur; cuius rei ergo nonnulla afferuntur exempla.*

1 Habitus † vox variè ſolet ab auctorib. accipi: etenim aliquãdo ſumitur ꝓ cultu corporis, veſtiumq; ornatu, vnde habitus ſcenicus habitus militaris dr̃. Hinc Plautus, qs habitus iſte tã prolixus. atq; Plin. q ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior ſolito. Habitus & eſt prõptitudo frequẽtib. actib. agẽdi cõparata. & à Philoſophis definit̃ alicuius rei, ſiue ĩ aĩo, ſiue in corpore natura cõcepta, ſed

vſu corroboratam,& plenam perfectionem eſſe.Capitur item habitus, prout reſpicit priuationem, hoc eſt,retentionem quandam alicuius rei.

Alijs ẽt modis ſolet ſumi, ſed nos his tñ contenti erimus, vtpotè qui ad noſtrã probationum materiã faciant,ſi igitur ſumamus habitũ priori modo, dicen
2 dum eſt habitum efficere, vt quis † præſumatur iſtiuſmodi eſſe,qualis eſt ipſe habitus: ſic innuere vr̃ Vlpi. in l.itẽ apud Labeonẽ,§.ſi quis virgines,& ibi.Bar.ff. de iniu.vbi qs non teneri actione iniuriarũ, & minus peccat, qui appellauit virgines earũ pudicitiã blãdo ſermone attentãdo ancillari veſte indutas: & multò minus,ſi meretricia veſte fœminæ, non matrũ familias veſtitæ fuiſſent. idẽ ſenſit Roffred. de libel.ſuper iur.pont.pat.9.rub.quot ſint nec.vt qs fiat religio.nu. 9.cui accedit Abb.i c.ſi vero il a.n.2. & 6.de ſen.exc. & c.in audiẽria,n.7.vbi ẽt Fel.in fi. e.tit.ſic cenſuit & Bal.in l.non ignorat,nu.4.C.de ijs,qui accu.non poſſ. & in l.directis,ſub nu.1. C.de teſt.man.
3 Hinc conſequit̃, vt habitus † & tonſura longo tp̃e publicè portata, talẽ probet eſſe interius, qualẽ exterius repreſentat:vt inqr Bal. in l,1.§. ſed & q,in prin. C.de lat.lib.tol.idẽ deciduñ D. Rot.dec.13.aliàs 312. not.ꝙ clericus,nu.3.de probat.in antiq.de qua re nos latius ſup. in concl. quomodo quis probetur clericus ex habitu & tonſura.

Vnde inferre ſolebat Bar.in d.l.item apud Labeonem,§.ſi qs virgines, quod ille, qui verberat clericũ,
4 † quem credit laicum, quia incedat in habitu laicali, non teneatur per ea quæ not. in l.ſi ignorans,ff. loca. idem tenet Dyn.in l.gerit, ff.de acq.hær.

Quod tamen verum eſt,niſi percutiens ſciuiſſet eũ
5 fuiſſe clericum, quia in pœnis † præponderat culpa: l.qui occidit,ff.ad l. Aquil.cum ſim.
6 Contra verò, ſi verberauit † portantem habitũ & tonſuram,tñ non erat clericus, an teneatur? Dyn.in d.l.gerit,ſenſit non teneri.argu.l.vlt. ff.de crim.expil. hæred.& l.cũ q,§.ſi iniuria,ff.de iniu. cui rei quadrat, quod tradidere gl. & Bal.in c.1.in c.ſi capitanei, qui.
7 mod.feu.amit.vt ſi quis inſultet dominũ † quẽ neſcit eſſe dominum ſuum,non amittat feudum ſuum, niſi
8 eſſet ignorantia craſſa & ſupina;quia paria ſunt † ſcire,vel ſcire debere,l.quod te,ff.ſi cert.pet.huic ſimile eſt, quod ibidem quoque infert gl. in verb. adultera-
9 uerit,quod ſi concubuit † cum vxore domini ſui, neſciens eã vxorem,non perdat feudũ. Et illud,cogno-
10 ſcentẽ monialem,† ſi neſciat eam monialẽ, non puniri,tanꝗ de ſtupro monialis.vt ibid.dixit gl.ꝙ menti eſſe tenendam idem Bal. eo.in loco aſſeruit,nu.3.
11 Habitus verò prout † reſpicit mores, pòt probari ꝑ tp̃s trium ann.hoc eſt,quem virtutis & honeſtæ vitæ, atq; morum habitũ ſibi cõparaſſe,cùm antea improbus eſſet, poterit ex moribus trium ann. cognoſci & probari: ita docet Bar. in tract.teſtim.in ver.œconomica prudentia,ſub nu.81.prope fi. Quod tñ ibi ipſe-
12 met Bar. intelligit,|† niſi magnus habitus vitioſus ꝑ-ierit.Quid enim inquit,ſi poſt perfectam ætatem longo tp̃e vitam geſſerit vitioſam? tunc talem habitum non puto per bonos mores triennij emendari,ſed tũc longioris temporis curſus requiritur.

Quod ſi ſumamus habitum vltimo modo,tunc po-
13 terit probari per inſtr̃m,† in quo continetur priuatio: ſic per inſtr̃m legitimationis probatur quem nõ eſſe legitimũ:vt ait Bal.in l.2. per iſtũ tex.nu.1. C.de iure aur.an.quẽ ſequit̃ Pau.Caſt. in l.decem,ſub nu.4.ff.de ver.ob.etiã eũ reprehẽdat,& falſum illud eſſe ſimpliciter aſſerat Rom.in l.1.nu.7.ff.de ope.no. nun.ita ẽt per inſtr̃m emancipationis probat̃ patriã poteſtatem ꝓceſſiſſe:vt concludit Bal.in l.vlt.col.2.n.1. C.de ſen. paſ. quemadmodũ & per inſtr̃m induciarũ probatur bellũ ꝓceſſiſſe:iux.ſen.Bar. in l.legata inutiliter,nu.2. ff.de adi. leg. ſic quoq; per inſtr̃m, in quo deſcribunt̃ Rebanniti,probat̃ illos fuiſſe bannitos, teſte Bal.in l. moueor, in fi.C.de ſer. export.& poſtremò, vt paucis multa cõplectar, quẽ aliquid habuiſſe, probatur per inſtr̃m priuationis & remotionis ab eodẽ: vt reſpondit Soc.ſen.in conſ.89.in cauſa agitata,nu.13.vol.1.

CONCLVSIO DCCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Hæredem ſuum præſumi ignorare contenta in teſtamento late explicatum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſuus præſumitur ignorare fideicommiſſum, & cætera contenta in teſtamento. Contr.nu.3.*
2 *Hæredis ſui & neceſſarij ſimilitudo, quoad ignorantiã contentorum in teſtamento.*
4 *Hæres ſuus maior 25. annis præſumitur ſcire contenta in teſtamento, cum teſtamenti inſtrumentum penes ipſum reperiretur. Secus in minori,vt nu.6.*
5 *Teſtificata didiciſſe is præſumitur,qui dicta teſtium furatus eſt,adeo vt nec poſſit nouos teſtes producere.*
7 *Hæres ſuus præſumitur ſcire fideicommiſſum, & cætera contenta in teſtamento, cum fama eſt & communis opinio patrem teſtaſſe. Quod intellige,vt nu.8.*
9 *Hæres ſuus præſumitur ſcire contenta in teſtamento, ſi confitentur ſe hæredem ex teſtamento. Contr.num.10. Reſponſio,remiſſiuè nu.11.*
12 *Hæres ſuus præſumitur ſcire contenta in teſtõ, ſi ſoluerit aliqua legata, vel ſi cũ legatarijs de eis ſoluendis conuenerit. Ratio eſt,nu.13. Contrarium rationi,nu.14.*
15 *Hęres ſuus pręſumitur contenta in teſtamento ſcire poſt aditam hęreditatem.*
16 *Hęres ſuus pręſumitur ſcire contenta in teſtamento, cum teſtamentum fuerit regiſtratum.*

1 Hæres ſuus † præſumitur ignorare fideicommiſſum,& cętera contenta in teſtõ,vt probauimus in concl. fideicommiſſum, & præter ea, quæ ibi adduximus, colligere eſt ex cõtex. l. eius qui. in fi.ff.ſi cer. pet. qui tex. licet loquatur in hærede neceſſario, qui inuitus eſt hæres, nos vero loquimur in hærede ſuo,qui habet beneficiũ abſtinendi, tñ eadẽ
2 ratio † militat in vno caſu, ꝗ & in alio: nã ſi hæredes neceſſarij, qui non ſunt hæredes, niſi ex teſtõ, præſumuntur ignorare diſpoſita in teſtõ, eo magis ſui præſumunt̃ ignorare, ꝗ ipſi ẽt ab inteſtato ſunt hæredes: vt optimè dixit Rip. in l. qui Romæ.§.duo fratres.n. 50.verſ.circ.3.q.ff.de verb.obli. vbi nu.13. Bar.doctr. à calumnijs vendicãdo,qui huius concl. author fuit, reſpondit Paul.Caſtr.contrariũ aſſerentis,idq; cautũ eſt in l.quæſitũ.ff.de acq.iur. domi.hanc eand.ſen.cõprobauit Rob.Mar.in l.is põt,nu.244. verſ.12.lim.ff. de acq.hære. & aſſeuerauit Ang. in l.tres fratres.ff.de pact.& Imo.in l.ſi ſeruus teſtõ. ff.de ſtipu. ſer. hoc vt veriſſimum arbitratus eſt Io.Crot.in d. §.duo fratres, nu.98.verſ.2.concl. quo in loco poſtea refutata, quæ contra Bar. adducebantur, teſtatur conclu. hanc eſſe
* * com.& affirmauit Paul. de Caſtr.in conſ.188.quia dubia ſup.firmata.col. 2.poſt fi. nu.1.verſ. ſed in caſu
* noſtro.vol.2.* comm.etiam dicit Socin.iun.in conſi. 128.præſentis conſultationis.nu.17.& 123.vol.1.
3 Huic opinioni † aduerſari videtur Raph.Fulg.in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus.nu.14.ver. contra quã.ff.ſi cer.pet.vbi reiecta differentia,quæ adduci ſolet inter hęredem ſuũ, & extraneum, in eam deſcendit ſententiã vt ſuus hęres ita præſumatur ſcire contenta in teſtõ, ſicut extraneus, licet ipſe admittat faciliorem ſcientiam in vno, quam in alio hanc etiã opi.vr̃ ſequi Pau.de Caſt.ſibi diſſimilis ibi nu.36 ver. vlt.Bar.quo in loco ꝑ rõnes Ful.& ſuas ibi allatas dubitat,& ſemper dubitauit de d.Bar.,ſuperius adducti,

& in

& in cõſ. 94. ꝙ nuncupatiuè ſolet allegari ſub nu. 10.
clarũ eſt in iure, col. 2. verſ. in dubio aũt, lib. 2. quibus
accedit Ang. Aret. in §. cui autem, nu. 2. in fi. de hære.
quæ ab inteſta. defe. Alex. tñ in d. l. qui Romæ. §. duo
fratres. poſt nu. 53. ff. de verb. oblig. defendit Barto. &
Fulg. contraria refutat, & aliorum. Io. Crot. ẽt in d. §.
duo fratres. nu. 98. verſ. ego aũt, pariter Bar. defendit,
ſed alijs rationibus, vt ibi latè per eum, & concludit
vt ſuprà diximus opin. Bar. eſſe * commun.
Nos itaque cum Bart. ſentientes, vtpote cuius ſñia
communi * ſcribẽtium calculo ſit approbata: ea erit
4 tibi primum limitanda, vt non procedat, † qñ inſtrm
teſtamenti reperiref penes ipſos filios, vt quia ipſum
redemiſſent à Notario: hoc enim caſu præſumeref
habuiſſe notitiam contẽtorum in teſtõ, vt dicitur de
5 illo, † qui furatus dicta teſtium non publicata, & ea
haber penes ſe: nam ex hoc præſumitur didiciſſe te-
ſtificata, adeò vt nequeat nouos teſtes producere, pro
ut no. in auth. qui ſemel. C. de prob. ita limitat Aret.
in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. cui
ſñiæ ſe ſubſcribunt Cur. ibi num. 99. ver. obſtat tñ. &
Rip. nu. 56. verſ. quarta coniectura, qui ad hoc citat
Bal. in d. auth. at qui ſemel, & in corpore vnde ſumit
per illum tex. idque cõprobat Abb. in conſ. 19. ad hu-
ius caſus. poſt nu. 2. verſ. quimmo plus dico. li. 2. & in
conſ. 54. vr primo dicendum, poſt nu. 2. ver. ad ſecun-
dum contrarium. eo. lib. 2. atq; Dec. in conſ. 267. non
excedit memoriã. poſt nu. 2. verſ. accedit ad hoc.
6 Iſtud tñ eſt intelligendũ procedere † in maiori 25.
ann. ſecus in minori: vt declarat Bart. nu. 15. & Curt.
nu. 99. & Rip. nu. 56. d. §. duo fratres. pro quorum ſñia
facit tex. in l. quiſquis. C. de reſcin. ven. licet contra-
rium in adulto ſenſerit ibi Bar. circa fin.
7 Secũdo loco limitabis, vt vera nõ ſit concl. † qñ fa
ma, vel cõmu. opin. extat patrẽ concluſiſſe teſtũ. ſic
enim in filijs præſumif ſcientia eorũ, quæ publicè di-
cuntur, & ſic teſtĩ paterni, iux. tex. & ibi gl. in l. ſi tutor
petitus. C. de peric. tut. & ſcripſere Bar. nu. 14. Io. Crot.
nu. 104. & Rip. nu. 55. d. §. duo fratres.
8 Ripa tñ eodem loco † arbitratur hanc coniecturã
famæ & cõmun. opin. teſtĩ conditi ſatis nõ eſſe ad in-
ducendam ſcientiam contentorum in teſtõ, eo quod
hæc ſimul ſtare poſſint, vt publica ſit ſama teſti, & in
ſtitutionis ipſius hæredis. & tñ vt ignorentur ſingula,
quæ in teſtamento ſcripta fuere, ideo ſanè intelligẽ-
da eſt iſta limitatio, vt ſcilicet, vera ſit quando ſit pu-
blica fama etiam fideicommiſſi, vt ita intelligere vr
Bal. in conſ. 295. Per. Lomb. col. 2. poſt nu. 2. verſ. præ
terea articulandum eſt. lib. 3. & tradit ipſe Rip. d. §.
duo fratres nu. 55. verſ. 3. coniectura.
Tertio loco limitare poteris, vt locum nõ habeat
9 concl. † ſi fratres cõfiteantur ſe eſſe hæredes ex teſtõ,
nã tunc in eis præſumitur notitia eorum, quæ in teſtõ
continentur, & ſic fideicõmiſſi, ei iniuncti, in quo ni-
hil extat differentiæ inter ſuos hęredes, & extraneos:
vt per Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 5. nu.
83. ff. de verb. obl. & in l. eius qui in prouincia. col. pe.
nu. 29. ff. ſi cer. pet. cuius ſñiam eſſe * cõm. approbatã
teſtatur Io. Crot. d. §. duo fratres. nu. 97. verſ. 1. concl.
10 Bar. tamen † ſñiam improbant Rom. in conſ. 403.
pro dec. propoſitæ. nu. 14. verſ. ſed his non refraganti-
bus, vbi Bar. in hoc erraſſe profitetur, quod & probat
triplici ratione, vt ibi per eum, & à Rom. ſtat Iaſ. in
§. duo fratres. poſt nu. 56. verſ. limitat Bar.
11 Veruntamẽ Io. Crot. † in d. l. qui Romæ. §. duo fra
tres. nu. 103. verſ. ſequendo tamen opin. Bart. optimè
defendit ipſum Bar. ab impugnatione. Rom. idque
conatur facere Rip. ibid. nu. 52. illos conſulas.
12 Quartò velim limites, vt non procedat concl. † qñ
ſui hęredes ſoluerint aliqua legata, vel cũ legatarijs
de ſoluendo conuenerint: nam hoc in caſu pręſumif
ipſos habere ſcientiã fideicõmiſſi, & contentorũ in
teſtõ: ita oẽs tradidere poſt Barto. in d. §. duo fratres.
poſt nu. 83. l. q Romæ. ff. de verb. obl. vbi ẽt Rip. n. 54.
13 Ratio eſt, † qa non potuerunt cũ legatarijs cõuenire.
niſi prius inſpectis cognitiſq; verbis teſtĩ, & ibi dicit
Bar. permotus auctoritate contex. l. 1. §. 1. ff. quemad.
teſta. aper. & l. de his. ff. de tranſact. & conſulens rñdit
Alex. in conſ. 4. vr ſuſpectis. poſt nu. 20. verſ. idẽ ſi ap-
patet. lib. 2. & comprobat Dec. d. conſ. 267. non exce-
dit à memoria. nu. 2. & Soc. ſen. in conſ. 4. nu. 4. lib. 4.
14 Quæ tñ ratiõ nõ placet † Rip. d. nu. 54. ex eo ꝙ po-
tuit ſuus hæres credere verbo legatarij: per l. vlt. C. de
reb. cred. vel potuit legatarius exhibuiſſe hæredi ſolã
particulã teſtĩ, in qua continebatur legatũ ſibi factũ,
quia vt experientia docet, Notarius non tradit legata
rio integrum teſtũ, ſed ſolum capita ſui legati: vt no-
ta. per Doct. in l. argẽtarius. §. edi. ff. de eden. & proba
tur in rub. ff. de nou. oper. nunc. & per Rip. vbi ſup.
Quinto limites conclu. non ſibi locũ vendicare in
15 hærede, † qui iam ſe miſcuit hęreditati, & illã adiuit:
quia poſt aditã hæreditatem præſumitur ſcire oĩa cõ-
tenta in teſtõ, ita conſulẽdo tradidit Bart. in cõſ. 155.
nu. 2. vol. 3. & Alex. in conſ. 4. vr inſpectis. poſt nu. 2.
ver. plus dicit Dy. li. 2. atq; Dec. d. conſ. 267. nu. 2. ꝙ &
ante eos pronunciauit Bal. in l. cætera. §. fi. ver. 2. not.
ff. de leg. 1. & in l. eius. qui. ff. ſi cer. pet. vbi profitetur
veritatẽ eſſe, ꝙ quilibet hæres ẽt ſuus poſt immixtio-
nem factã præſumitur ſcire teſtamentum, & illud vi-
diſſe. hoc idem cõfirmat Pau. de Caſt. in d. l. eius qui.
Sexto limitabis non procedere, qñ teſtũ fuerit re-
16 giſtratum, † vel, vt Bononiæ fieri conſueuit, in camẽ
rã; qa tunc præſumif hęredẽ ſcire contenta in ipſo
inſtro, ex quo ea quæ incamerata ſunt inducunt no-
torium: ita declarat Lud. Goz. in conſ. 98. nu. 2. qui ad
hoc citat Rom. in conſ. 350. col. pe. nu. 20. ver. certe.

CONCLVSIO DCCCL.

ARGVMENTVM.

An pręſumaf hæres extraneus habere ſcientiam fideicommiſſi, & cæterorum in teſtamento contentorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus præſumitur habere ſcientiam fideicommiſſi, & cæterorum in teſtamento contentorum.*
2 *Hæres extraneus ideircò præſumitur habere ſcientiam teſtamenti: quia nequit eſſe hæres niſi ex teſtamento.*
3 *Hęredi extraneo hodie permiſſum eſt, vt poſſit adire hæreditatem etiam clauſis tabulis.*
4 *Hæres extraneus vt poſſit adire hęreditatẽ non eſt neceſſe, quod ipſe inſpexerit teſtamentum, ſed ſatis eſt, quod ſciat ex qua parte ſit hęres inſtitutus, vel à notario, vel à teſtibus, vel per publicam famam. & ſub num. 5.*
5 *Intellectus § an nouiſſimo l. vnic. C. de cad. tollen.*
6 *Hæredes extranei, qui ſunt alias ſucceſſuri ab inteſtato, præſumuntur ignorare contenta in teſtamento.*
7 *Hęredes extranei præſumuntur ignorare contenta in teſtamento, quando inſtituti ſunt in teſtamento in ſcriptis nondum publicato.*
8 *Hęres extraneus infans, qui per tutorẽ adiuit, factus maior non pręſumitur ſcire contenta in teſtamento.*
9 *Ignorantia probabilis cadit in facto alieno.*
10 *Hæres extraneus infans, qui per tutorẽ adiuit factus maior præſumitur ſcire contenta in teſtamento poſt redditam rationem à tutore.*
11 *Hæres extraneus infans, qui adiuit hæreditatẽ cũ auctoritate tutoris, factus maior præſumitur ſcire cõtenta in teſtõ: ſi in proximus erat pubertati, & doli capax 12.*
13 *Hęres extraneus pręſumit ignorare contenta in codicill.*
14 *Hęres extraneus præſumitur habere ſcientiam clauſulę codicillaris appoſitę in teſtamento.*

Digitized by Google

Vidimus de ſuo, in extraneo verò hære-
de quid concludendũ? Et quidẽ
in hanc itum eſt ſniam à cunctis ſcribentibus, hære-
1 dem extraneum † pręſumi habere ſcientiam fideicõ-
miſſi, & cæterorum in inſtrumento contentorum: ita
cõi conſenſu traditum eſt à iuris interpretibus, præ-
ſertim à Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 15. ff. de
verb. oblig. & com. eandem Bar. doctr. probant ſcri-
bentes in l. eius, qui in prouincia. ff ſi cer. pet. quos ſin
gillatim referre ſuperuacaneum duxi.
Hancq; concl. ea ratione corroboro, nam cũ extra
2 neus † hæres eſſe nequeat, niſi ex teſtõ, ꝙ clarius eſt, q̃
vt à me probeť, ferẽdus ne eſt, ſi poſtq̃ adiuerit, neget
ignoraſſe contenta in teſtõ? non eſt certè ferendus, vt
cenſuit Celſus I. C. in l. non eſt ferendus. ff. de tranſac.
ſic Ripa. in d. §. duo fratres. nu. 57. verſ. 2. concl.
Hæc tñ concluſio noſtra nonnihil in ſe dubitatio-
3 nis cõtinere vr̃, nam hodie † permiſſum eſt extraneo
hæreditatem adire ẽt clauſis tabulis: ex l. vni. §. in no-
uiſſimo. C. de cad. toll. aditio ergo hæreditatis facta
per extraneum non arguit ipſum ſcire cõtenta in ip-
4 ſo teſtõ. Inſuper non eſt neceſſe, † vt extraneus poſſit
adire hæreditatem, ꝙ ipſe inſpexerit teſtm̃; ſed ſatis
eſt, ꝙ ſciat ex qua parte ſit hæres inſtitutus, vel à nota
rio, vel à teſtibus, vel per publicam famam: teſte Bar.
in l. is poteſt. col. 5. nu. 21. ff. de acq. hær.
Ad hęc tñ rñdendo dicere poſſumus iux. ſen. Ioan.
5 Crot. in d. §. duo fratres. nu. 103. † illum §. in nouiſſi-
mo. l. vnic. C. de cad. tollen. intelligi de teſtõ facto in
ſcriptis, in quo quid contineatur nullus pręter teſtato
rem ſcire põt, cùm omnia ſecreta ſint, vt ait Imper. in
Inſtit. de teſt. in prin. cùm ergo permittatur hæredi in
ſtituto facultas adeundi hęreditatem clauſis tabulis,
fieri nequit, vt ipſe poſſit adire, niſi ſciat ſe hæredẽ in-
ſtitutũ, ꝙ aliunde percipere non põr, niſi ipſe aperiat
teſtm̃, & videat ſe hęredem inſtitutum, & quod dr̃ in
d. §. in nouiſſimo. non opus eſſe, vt tabulæ aperiãtur,
intelligitur de apertura, quæ fit adhibitis illis ſolem-
nibus requiſitis, de quibus per totum tit. ff. quẽadmo.
teſta aper. & per Docto. in l. publicati. C. de teſt. Ad
poſteriorẽ rationem rñ demus fatendo, verum eſſe, ꝙ
non ſit opus, vt hæres teſtm̃ ſpeciatim viderit, vt poſ-
ſit adire hęreditatem, dummodo aliunde ſciat ſe eſſe
hæredem inſtitutũ, vt Bar. fatetur in d. §. duo fratres.
nu. 16. Mens itaque Bar. in d. §. duo fratres. num. 15. &
noſtra in hac concluſ. eſt, ꝙ cùm ſciat ſe hæredem ex
teſtõ ꝙ requiritur, vt hæreditatem poſſit adire, ꝓræſu
mitur etiam non ignoraſſe reliqua, quæ in ipſo teſtõ
continentur, & ſic ipſum fideicommiſſum.
6 Sic confirmata concl. illã primo limitabis, † vt nõ
ꝓcedat in hæredib. extraneis, q ſunt aliàs ſucceſſuri,
ab inteſtato. Nã hi præſumunť ignorare contenta in
teſtõ: in his enim militat eadẽ ratio, quæ in ſuis, vt ſu-
pra diximus in ſuperiori concl. de ſuis hæredib. quam
videas, ita ſenſit Rip. in d. §. duo fratres. nu. 58.
7 Secundo loco limites & intelligas † velim concl.
in hæredib. extraneis inſtitutis in teſtõ nuncupatiuo,
vel in teſtõ in ſcriptis publicato, iux. l. publicati. C. de
teſt. Secus in hæredib. extraneis, inſtitutis in teſtõ nõ-
dũ in ſcriptis publicato. nã anteq̃ illud recludať, non
præſumitur ſcientia contentorum in eo: vt habemus
à Paul. I. C. in l. 1. §. 1. ff. quemadmod. teſta. aper.
Tertiò limitanda eſt, & intelligẽda in hæredib. ex-
8 traneis † qui adiuerunt hæreditatẽ per ſe ipſos: ſecus
in infante extraneo, q adiuit hęreditatẽ per tutorem.
iuxt. l. ſi infanti. C. de iure delib. nã infans factus ma-
ior nõ præſumiť ſcire geſta à tutore: etenim in facto
9 alieno † probabilis cadit ignorantia, ex l. vlti. ff. pro
ſuo. & c. ab excommunicato. cum ibi not. de reſcrip.
10 Hæc poſtrema limitatio tibi intelligẽda eſt, † ſi tu-
tor nõ reddiderit rationẽ tutelæ, ſed poſt redditã ra-
tionem infans factus maior præſumiť ſcire, quæ in ip
ſo teſtõ continentur. veriſimile namq; vr̃, ꝙ is in red-
dendis rationib. viderit librũ adminiſtrationis ipſius
tutelę, per l. 1. §. officio. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. &
ꝓpterea probabile eſt, ꝙ intellexerit tutorẽ adiuiſſe hæ-
reditatem ex teſtõ, vnde non eſt ferẽdus ſi dicat igno
rare contenta in eo, cum à tutore in redditione ratio
num omnia intellexiſſe ſit præſumendum.
Deinde eadẽ tertia limitatio tibi intelligẽda eſt, vt
11 nõ habeat locũ, qñ pupillus † adiuit hęreditatẽ cum
authoritate tutoris, iux. l. potuit. C. de iur. delib. nã fa-
ctus maior præſumiť ſcire contenta in teſtõ, per ea, q̃
animaduerſa ſunt in l. notionem. §. inſtrumentorũ. ff.
de verb. ſign. hoc idẽ probat Arẽt. in d. §. duo fratres.
motus ex contex. in l. vlt. C. ſi maior fact. cui addas
contex. in c. placuit. vnà cum gl. ibi. de conſ. diſt. 4. &
ea, quæ ſcribit Fel. in c. cum nobis. col. 2. de præſcrip.
12 Quod tñ ſic velim accipias, † ſi tpe aditionis pupil
lus erat ꝓximus pubertati, & doli capax, aliàs ſecus,
iux. ſent. Lamb. de Rampo. diſt. 158. vt ẽt docuit Bar.
in l. ad teſtiũ. §. cõditionem. nu. 5. ff. de teſt. permotus
reſponſo I. C. in l. excipiuntur. ff. ad S. C. Syllan.
13 Poſtremo concl. ipſam limitabis, † vt locũ ſibi nõ
vendicet in codicillis. nã hęres extraneus præſumiť
ignorare in illis contenta, per id ꝙ eſt cautũ à Paulo
I. C. in l. ſi ſeruũ. §. de illo. ff. de verb. oblig. & à Celſ.
d. l. non eſt ferendus. ff. de tranſac. ita docuit Bar. in d.
§. duo fratres. nu. 16. & ibi. cæteri ſcribentes. vt & rñ-
dit Are. in conſ. 94. conſideratis. col. 4. poſt nu. 5. verſ.
2. oſtẽditur, quẽ ſequitur Mari. Soc. in l. ita ſtipulatus.
nu. 273. verſ. 2. conclu. ſit. in fi. ff. de verb. oblig.
14 Id tñ intelligitur † in codicillis ſeparatis à teſtõ, ſe
cus in codicillis connexis teſtõ, quæ reſultant ex clau
ſula codicillari appoſita in ipſo teſtõ, cuius clauſulæ
hęres præſumiť habere ſcientiã, poſtq̃ habet notitiã
teſtamẽti. l. vlt. C. de cod. vt ſic ait Bar. in d. §. duo fra-
tres. nu. 16. quem ſequitur Rip. ibi. nu. 60.

CONCLVSIO DCCCLI.

ARGVMENTVM.

Hęredem inuentarium non conficientẽ bo-
na defuncti ſubtraxiſſe præſumi, & ob id
quæ pœna eum teneat.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium bona defuncti ſubtra-
xiſſe præſumitur.*
2 *Hæres non conficiens inuentarium falcidiæ beneficium
amittit, cum iure Cæſareo, tum etiam Pontificio.*
3 *Legem ſpernens beneficio legis ſe facit indignum.*
4 *Fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit.*
5 *Hæres nõ conficiẽs inuentariũ beneficio detrahẽda Trebel
lianica priuať. Cont. nu. 6. Recõciliatio remiſſiuè. nu. 7.*
8 *Hęres nõ conficiens inuentariũ tenetur creditoribus & le-
gatarijs ultra vires hęreditarias. Ratio. nu. 9.*
10 *Hęres non conficiens inuentarium nõ tenetur creditorib.
& legatarijs vltra vires hęreditarias, quãdo illi confeſſi
eſſent tot tantummodo bona eſſe in hęreditate, quę quo
ad creditores, & legata, non ſufficerent.*
11 *Pręſumptio iuris, & de iure non recipit probationem in
contrarium, niſi per confeſſionem partis.*
12 *Probatio ꝑ cõfeſſionẽ partis eſt fortior probatio de mũdo.*
13 *Hęres non conficiens inuentarium non tenetur vltra vi-
res hęreditarias, quando teſtator feciſſet legatum taxan
dum arbitrio boni viri.*
14 *Hęres non conficiens inuentarium nõ tenetur vltrà vires
hęreditarias de iure Pontificio in foro conſcientię.*
15 *Pręſumptio ceſſat in foro animæ.*
16 *Hęres non conficiens inuentarium in quibus caſibus non
teneatur vltra vires hęreditarias, remiſſiuè.*
17 *Hęres non conficiens inuentarium, quę incommoda ſen-
tiat, remiſſiuè.*

Hæres

1 Hæres non conficiens †inuētarium bona de-
functi ſubtraxiſſe præſumitur: ită ha-
bemus ab Imp.in §.ſancimus igitur,& in §.ſi vero nō
fecerit.in auth.de hær.& falc.& in auth. ſed cū teſta-
* tor.C.ad leg.Falc.vbi * commu.Doc.ſic etiam idem
Imp.ſanxit in l.vlt.§.& ſi præfatam, & in §. ſin. vero
poſtquam vbi gl.in verb.cenſuerunt.C. de iur. delib.
quib.ſanctionib.permoti poſteriores.I.C.ita ſēſerūt,
vt Bar.in l.in ratione.§.ꝙ vulgo.col.3.ſub nu.2. ff. ad
leg.Falc.idē voluit Rom.in conſ.118.quo ad primū.
nu.3.ſic ſenſit Guid.Pap.de præſ.nu.58.& in deciſ.53.
obſeruatur in iudicando cir. med. vt & placuit Ioan.
Crot.in rub.ff.de ope.no.nūc.n.52.ꝙ nec latuit Abb.
in c.Raynal.nu.13.de teſta.& tradidit Rol.à Val. in
tract.de cōfec.inuen.in 5.par.ti.2.n.17.ver.5.accedit.
Ex hoc quæ damna ſequantur hæredem non eſt fa
2 cilè dictu.Etenim ſanxit Imp.Iuſtin.vt primum † fal-
cidiæ beneficium amittat, vt in d.§.ſancimus igitur,
& in §.ſi verò non fecerit.in auth.de hæred.& falcid.
& in d.auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc. & in d.l.
vlt. §. & ſi præfatam, & in §. ſi vero poſtquam. C.de
iur.delib. hoc idem tradidere ſup.relati ſcrib. vt apud
eos videre eſt in iiſdem locis.
Quòd etiam de iure Pontificio verum eſſe docet
Abb.in d.c.Raynal.nu.13.& 14.de teſtam.
Hoc idem ratione confirmo. Nam lex vult, quod
volens vti beneficio legis falcidię conficiat inuenta-
3 rium, ſi igitur † hæres legem ſpernit, facit ſe indignū
beneficio legis: vt cautum eſt à I.C. in l.auxilium. in
fi.ff.de mino.idem tradit gl.in d.l.ult. in eo. §. ſi a ve-
rò poſtquam ſuper verb.cenſuerunt.C.de iur. delibe.
ad idem text. eſt in c. bonæ memoriæ.il. t.de elect. &
4 vbique dicitur,†quod fruſtra legis auxilium inuocat,
qui in legem committit.
5 Huc accedat, † quòd etiam iſtiuſmodi beneficio
detrahendæ Trebellianicæ priuetur: ſic ſenſere Cyn.
Bal.& Sal.in d.authen.ſed cum teſtator, & in l. cum
tale.§.1.ff. de condit. & demonſtr.Dec. in conſ.480.
** caſu,qui contingit.num.16.vbi de ** magis commu.
ſententia teſtatur, & in conſ. 236. non parua difficul-
** tas.num.10.ubi etiam de ** magis commun.dicit, &
in conſil. 495. Viſo eleganti conſ. num.25. cum ſeq.
Corn.in conſ.168. in hac conſultatione. lib. 3. ubi de
** ** magis commun. Hanc eandem partem ſequuntur
Bart. in conſil. 51. Bonauentura fecit teſtamentum,
num.1.lib.1.& in conſ.234.Lena Mattarelli. num.1.
eod.lib.1.Oldr.in conſ.134.per tot.Paul.Caſtr.in d.l.
cum tale. §. 1. nume.3.& in l.qui quadringenta.ff.ad
Treb.& in conſ.16.in conſ.78.in conſ.188.& in conſ.
198.in fin.lib.1.Ang.Aret.in §.ſed quia in fin.Inſt.de
fidei.com.hær.Corn.in conſ.303.lib.1. & in conſ.22.
lib. 2. Bertran. in conſ. 23. ex themate. num.71.lib.1.
Mattheſ.in ſing.157.no.quòd hæres, & hanc opinio-
** nem eſſe ** magis communem aſſeruit auctor ille
Pariſ.in addit.ad Alex.in conſ.67.viſis,& ponderatis,
ſub nu.2.in verb.treb.lib. 4.
6 Iſtis,& numero, † et auctoritate pares quāplurimi
alij contrarium ſenſere,et iidē ferè oēs auctores ſibi-
ipſis pugnantes.Ex his Bart.eſt in d.l.Marcel.nu.8.ff.
ad Treb. ubi hanc ſibi uideri æquā dicit. et in d. auth.
ſed cū teſtator.nu.12.et in conſ.2.D.Io. Arduini.n.1.
li.1.Iaſ.in d.l.Marcel.nu.68.et Alex.ibi.n.10.ubi ma-
** gis ** cōem aſſerunt,et plurib.diſputant. idem Alex.in
d.conſ.67.n.2. quis Natt ibi affirmet conſiliū eſſe Io.
Ana.et in cōſ.29.perſpectis,conſideratiſq;.nu. 6. li.5.
Ang.in l.1.§.hæc ſtipul.nu.17.ff.ſi cui plus,quàm per
* l.fal.Imo.ibi.n.12 ubi * cōem ait Roffred.de lib.ad tit.
de S.C.Treb.Io.And.in addit.ad Spe.§.ult.nu.15. ad
uerb.fecerit.tit.de inſtr.editio.Anan. in cōſ.61.nu.2.
& 6.Bal.in conſ.229.in 1.vol.3. & in conſ.101.ſuper
primo quæſito.nu.2.uol.4. et in conſ.454. ad euiden-
tiam.uol.5.Paul.Caſtr.in conſ.387.uol.1.Ang. Aret.
in tract.de teſtib.glo.pen.Cor. in d.auth. ſed cū teſta-
tor.& in conſ.180.in 8.dub.vol.4.Bertran.in conſ.24.
niſi ad ſecūdum lib.3.Ang.in §.ſi vero expreſſim. nu.
43.auth.de hær.& falc.& Caſſad.in deciſ.3.in eadem
cauſa.nu.8.tit.de teſta. vbi in vtramq; partem in lon-
gum diſputat,& dicit concluſum pro hac parte.
Quinetiam ab vtraq; parte ſtant multæ; eæque fir-
miſſimæ rationes; quas referre noſtri nunc nō eſt inſti
tuti;ſed ſi videre volueris,te reijcio ad Rol. à Vall.in
tract.de confectio.inuen.in vlt.par.art. 4. incip. qa in
præcedenti.per tot.& ad And.Gail.pract.obſeru. lib.
2.obſeru.138. per tot.vbi illas abundè enumerant.
7 Hæc opinio † adeò inter ſcribentes ob ſententiarum
varietatem dubia eſt, vt quam fugias, quā ſequaris li-
bere tibi lector aperire non poſſim.hanc dubiā vocat
Bal.in d.conſ.101.num. 2.vol 4. eo ꝙ non habeamus
contex.expreſsè permittentem Trebellianicam non
confecto inuentario, nec expreſsè prohibētem. ſic et
apertè dixit Dec.in d.conſil.239.nu.9.hanc adeo eſſe
variam,vt ipſe facilè perſcrutari nō poſſit, quæ ſit ve-
rior,& magis commun.opin.dubitabilem etiam arti-
culum idem inquit in d.conſ.495. nu. 24. & adeo res
eſt cōtrouerſa,& plena diſſenſionis inter doctiſſimos,
vt non ſolū alij alijs,immo ſibi ipſi cōtrarij ſint, vt ex
ſupra relatis ſcribentibus videre eſt,& ait Crot.in cōſ.
15.quæritur,an nobilis Ant.in prin. quem refert vna
cū alijs Rol.à Val.vbi ſupra in prin.Ego vero Caſſa.
ſententiæ acquieſcens in d. deciſ.in fi. de teſta. exiſti-
marem Principis declaratione hanc dubitationē in-
digere. Attamen vtcunq; res ſit, vt poſſis litem paulū-
per,dicamne extinguere, an excitare? adeas eundem
Rol.à Val.in eod.nuper relato loco,vbi ad ſatietatē
vtrāq; ſententiā examinat, & huic poſteriori opinio-
ni acquieſcit.idē q; facit And.Gail.pract. obſeru. lib.
2.obſeru.138.vbi nu.9.ait ab hac parte,tamquā æqui-
tati,& iuri magis conſentanea,iudicem in iudicando
recedere non debere.
8 Præ cæteris vero maius detrimentum,†quod ex nō
confectione inuentarij in caput ipſius hæredis redū-
dat,eſt ꝙ vltra vires hæreditarias,non ſolum credito-
ribus,ſed etiam legatarijs teneatur: vt conſtituit Imp.
in d.§.ſi vero non fecerit.in auth.de hære.& falc.in-
ducendo:ut per Mattheſil.in d ſing.148.no.quòd hę-
res,& in d.auth.ſed cum teſtator.C.ad l.falc. Quo nō
obſeruato inquit Imp.ſolida legata preſtat,& ſi fines
hæreditarios excedant.
9 Huius ratio eſt:†nam vt in concluſ. dicebamus,lex
præſumit,quòd hæres ſubtraxerit res hæreditarias, ex
d.§.ſancimus.de hære.& falc.ſic præter eos, quos ſup.
citauimus decidit Afflic.in deciſ.44.de trib.n.33.ver.
& his conſideratis.ad idem reſpondit Curtian.in cōſ.
30.col.2.& in conſ.73.col.2.ita etiam Bal.in l.filium,
quem.nu.37.verſ.& quæro.C.famil. erciſc. vnde fin-
gitur ſoluere de hæreditate, & non de proprio patri-
monio.iux.ſententiam Bar.in l.in ratione.§. ꝙ vulgo.
* ff.ad leg.Falc.& * communem aſſeruit Alex.ibi.col.7.
poſt nu.12.verſ.in ea gloſ ibi.§.ſi vero non fecerit. ad
idem reſpondit Abb.in conſ.73.circ.1.dub. col.4.nu.
10.verſ.quinimmò dubitatur dumtaxat.lib.2.& in d.
c.Raynal.nu.14.de teſta. quod etiam probauit Rolā.
à Val.de confec.inuen.part.5.& vlt.tit.1.nu.1.
10 Hæc tamen † pœnā hæres non tenetur,† qū legatarij
conſcij eſſent tot tantummodo bona eſſe in hæredi-
tate,quæ ad creditores, & legatarios non ſufficerent.
ita grauiter,& doctè ſcripſit Bald.in d.l. filiū quē.col.
13.poſt nu.37.verſ.ego breuiter.C.famil.erciſc.quem
ſequuntur Rom.in rub.ff.de aeq.hær.col.1.nu.1.verſ.
quartus caſus eſt.Alex.in d.§.1,quod vulgo. poſt nu.
12.ver.et Bal.& in l.ult.§.1.nu.3.C.de iur.delib. & ibi
Iaſ.num.2.Franc.Aret.in rub.ff.de aeq.hær.col.2.ubi
etiam Alex.commēdat,col.3.poſt nu.7.verſ.pro hoc
etiam,& Felyn.in c.quoniam contra.colum.15.poſt
nu.30.verſ.fallit quinto.de prob. & in c.cum contin-
gat.col.3.num.19.verſ.adde Bart.idem tenentem.de
offic.

Digitized by Google

offic.de leg. quàm cautionem plurimùm commēdat Cep.in tract.caute.caut.7.hæres.licet id aſcribat Pau. Caſtr.in l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad leg. falc.

11 Quòd ea ratione confirmatur,† nam cùm lex præſumat id fieri,quòd hæres bona occultauerit,hæc præſumptio eſt iuris,& de iure quæ non recipit probationem.in contrarium,niſi per cōfeſſionem partis, vt in auth.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup.& per glo. ind.in contractib.§.1.C.de non num. pecun. & plura alia citat ad hoc Fel.in d.c.quoniam cōtra.poſt d.nu. 30.de prob.& ip d.c.cum contingat.nu.9.cum ſeq.de offi.de leg.idem dixit Bal.in d.l. filium. poſt d. nu.37. verſ.ego breuiter.& Alex.& Iaſ.in loc.ſup.relatis.

Et meritò ſanè.Nam vt dicebat Iaſ.in l.cum te tran-
12 ſegiſſe.in 3.no.nu.5.C.de tranſact.probatio †per confeſſionem partis eſt fortior probatio de mundo.

13 Præterea † non tenetur hæres vltra vires patrimonij, quando teſtator feciſſet legatum taxandum arbitrio boni viri, nam per omiſſionem inuentarij non debetur legatum vltra vires patrimonij,tāquam ſi hoc expreſsè diſpoſuiſſet teſtator : ita ſingulariter decidit Bal.& menti tenendum eſſe putat in l. volūtatis.col. 2.nu.5.verſ.nunquid ergo.C.de fideicom.cui accedit Rom in d.rub.ff.de acq.hær.col.3.nu.6.uerſ.7. & pro ſing.citat Are.ibid.col.4.ubi etiam confirmat, & pro vnico refert idem Iaſ in d.l.ult.§. & ſi præfatam. col. ult. poſt num. 2.uerſ.quarto limita.C.de iur.delib.de quo tamen ibi dubitat.

14 Inſuper,† ad illam pœnam non tenetur hæres de iure Pontificio in foro conſcientiæ,vt elegãter cōcludit Bal.in d.rub.ff. de acq. hæred. circa med. & in d.l. filiū ſub eo.nu.37.d.verſ.ego breuiter.per c.parochiano.de ſepul.idem aſſeruit Io. And. in c.quanquam de vſu.lib.6. quem ſequitur Abb.in d.conſ.73.nu.10.lib.
* 2.ubi etiam de *communi dicit.

Et cur ita fiat,ratio eſt.Etenim lex inducens pœnam ex non confectione inuentarij innititur ſuper delicto præſumpto;nam,vt toties diximus, præſumitur hæredem ſubtraxiſſe bona hæreditaria, ſi non confecerit inuentarium ex iuribus ſupra deductis, quæ præſum-
15 ptio † ceſſat in foro animæ,in quo creditur confitenti de omnibus,cum ibi non agatur, niſi de præiudicio ſuo.c.ſignificaſti.de homic.no.gl.in c. ſi quis ſuadente.de pœn, vnde præſumptio legis cedit ibi veritati veritate.manifeſta.c.veritate.8.diſt.ita dixit Ab.in d. c.Ray.n.14.de teſt.& in d.conſ.73.n. 10.li.2.atq; Ale. in d.rub.ff.de acq hær.poſt nu.5. uerſ.idem etiã tenet
16 Imo. Alios caſus,† in quibus hæres inuentarium non conficiens ultra uires hæreditarias non teneatur,proſequuntur ſcrib.in d.rub.ff.de acq.hær.& in d.l.ult. §. & ſi præfatam.C.de iur.delib.& Soc.in reg.214.incip. Hæres inuentarium. ad quos te reijcio. Contra verò, quæ incommoda ſentiant hæredes omiſſa inuentarij confectione, & quæ non, abundè tibi ſuppeditabit Rol.à Vall.in eo.tract.de confect. inuen. in 5. & vlt. part. per tot. nos hæc conſultò relinquimus,ne argumenti noſtri fines tranſilire videamur.

CONCLVSIO. DCCCLII.

ARGVMENTVM.

Certa bona, & non plura eſſe in hæreditate quo pacto probetur: & vt creditores poterunt probare plura bona eſſe in hæreditate: atque quomodo eis ſuccurratur, ſi probationes ipſæ deficiant.

SVMMARIVM.

1 *Bona plura non eſſe in hæreditate probatur per aſſertionẽ hæredis,ſi confecerit inuentarium,niſi contrarium probetur,& aſſerens contrariũ probare debet. Ratio eſt n.5.*

2 *Hæredem omnia bona poſuiſſe in inuentario præſumendũ eſt,alioqui præſumeretur deliquiſſe, quod non eſt credendum.Contr.nu.3. Reſponſio Alex.nu.4.*

6 *Iuramento probantur quæ conſiſtunt in animo, & facto aſſerentis.*

7 *Bona plura fuiſſe in hæreditate probatur per teſtes etiam domeſticos.*

8 *Domeſtica negotia melius per teſtes domeſticos probari, quàm per alios.*

9 *Patrimonij ſecreta quoad probationum materiam quibus gaudeant prærogatiuis.*

10 *Bona plura fuiſſe in hẽreditate probatur per teſtes familiares perpetuo,& confratres,atq; ĩt per vxorem defuncti.*

11 *Supellectilia probantur per teſtes domeſticos.*

12 *Electio poteſt probari etiam per teſtes de collegio.*

13 *Seruis non creditur ſine tormentis.*

14 *Hæres cogitur præſtare iuramentum purgationis,ſi creditores non poterunt probare plura bona fuiſſe in hæreditate:quod iuramentum eſt ſuper ſua conſcientia.*

15 *Actore non probante, reus,etiamſi nihil præſtiterit abſoluendus eſt.*

16 *Infamatus de crimine,quod nõ poteſt plenè probari,compellitur ſe purgare per iuramentum.*

17 *Iuramentum nonnullis in caſibus defertur, quando veritas detegi non poteſt remiſſiuè.*

1 Hæres ex ipſo, † quod dicit certa bona tantũ fuiſſe,& non plura in hẽditate ad effectum, vt poſſit falcidiam detrahere, uel ad aliquem alium effectum,vt non ſoluendi creditoribus, vel legatarijs,ſi confecerit inuentarium, eſt ei credendum, quia eius intentio eſt fundata eo ipſo, quod non probet contrariũ,& iſto caſu creditoribus, vel legatarijs aſſerentib. contrarium incumbit onus probandi: ita docuit Accurſ.in l.cũ de leg.ff. de prob. cuius doctrinã veriſſimã, & temerarium eſſe ab ea recedere dixit Iaſ.in conſ.34.col.3. poſt nu.5. verſ. ego denuo dico. vol.1.vbi quàm plurimos authores grauiſſimos teſtes laudat eiuſdẽ Accu. doctrinã probantes. eandẽ confirmauit Curt.ſen.in conſ.27.Magnificus.col. 9. poſt
* n.17.verſ.ſed contra præmiſſam.vbi de * cōmuni ſententia teſtatur,et Curt.iun.in conſ.150.materia.col.5.
* poſt nu. 10. ibiq; de *communi dicit. ſic etiam ſequit Rom.in conſ.222.dubitatur.in fi.& in conſ.276.viſis in fi.atq; Alex.in conſ.55.conſideratis.nu. 6. lib. 1. & in conſ.41.in fi.lib.3.& in conſ.71.col.vlt.nu. lib.4.& in conſ.16.col.vlt.nu.lib.5.idem placuit Ruin.in conſ. 67.nu.14.vol.5.ac Crau.in conſ.225.poſt nu.12. verſ. quoad ipſum,& Gozad.in cõſ.94.col.7.poſt med. nu idem quoq; ſenſere profitentes varijs in locis,vt Pau. Caſt.in l.maritus.la 2.ff.ſolut.matr.Iaſ.in l.vlt.§.licẽtia.poſt princ.C.de iur.delib.& in l.cũ ex cauſa. in fi. ff.de re iudic.Rip.in l.ſi conſtante.nu.18 ff.ſol.matri. Guid.Pap.in q.142.ſed qualiter.ante fi.& in tract.præſumpt.num.105.& Alc.in eod.tract.præſumpt.reg.3. præſumpt.20.

Concluſionis noſtræ ratio eſt:nam ſi hæres nõ confeciſſet inuentarium, lex præſumeret eum bona hæreditaria ſubtraxiſſe:vt in §.ſancimus.auth.de hæred. & falc. & in ſuperiori Cõcluſione id pluribus examinauimus,vt ergo euitetur hoc delictum præſumendũ
2 eſt, † hæredem omnia bona poſuiſſe in inuentario, aliàs præſumeretur deliquiſſe, quod non eſt dicendũ. vt l.hæres.§.vlt. ff. ad leg.Falc. & l. merito.ff.pro ſoc. vt tradidere Io Crot.in rubr.ff.de oper. nou. nunc.c.2. & Rip. in d. l. ſi conſtante.num.19. atque Roland.à Val.in tract.de confect.inuent.par.quar.articu.ante pen.num.3.& Natt.in conſil.238.præſens quæſt.nu.8. cum ſequen.

3 Quòd poſtremũ impugnauit† Alex.in d.l.ſi conſtãte.col.6. poſt num. 7. verſ. ſimiliter hæc reſponſio.ff.

ſol.matr.

Digitized by Google

ſol.matr.eo quòd ſtent iſta ſimul,quod plura ſint bona,quã dixerit hæres,& tamen hæres non delinquat, vt quia ignoret plura extare.

4 Reſpondet tamen † ibidem Alex. quod confectio inuentarij probet negatiuã illam plura bona nõ extare. Cuius ſententiam declarat Rip.ibidem nu.20.quẽ ſequitur Rol.à Vall.vbi ſupra,quos videas.

Aliter etiam reſpondet ibi Ripa.nu.21.Nam dum
5 dicebamus† negatiuam illam plura bona non extare probari per aſſertionem hæredis,ex eo fit, quia actus negatiuus conſiſtit in facto proprio ipſius negantis,q non negat plura eſſe in hæreditate,ſed negat plura re-
6 periſſe.hæc autem,quæ cõſiſtunt in animo, † & facto aſſerẽtis probantur per aſſertionẽ ipſius iuratam:iuxt. ſententiam Accur.in §.ſed iſtæ.Inſt.de act. & in c. ſignificaſti.vbi Fel.de homicid.vnde dicebat Bald. in conſ.318.practica ciuitatis.nu.6.vol.1.fidem adhiberi aſſerenti,ſe non habere pecuniam, quia hoc conſiſtit in facto proprio.& huc item referẽdum eſt, quod decidit Paul.Caſt.in l.quicunq;.C.de ſer.fugit. & in l. ſeruos,C.de teſt.vt aſſerit Rip.in d.l. ſi conſtante. nu. 20.ff.ſolut.matrim.

7 Videmus modo † quomodo ſubuenire poſſimus creditorib. vel legatarijs, ſi voluerint probare plura bona fuiſſe in hæreditate, quàm deſcripta in inuẽtario,poſtquam ipſis onus id probandi iniunximus. Hi itaque per teſtes illud probare rectè poterunt,& non ſolum per extraneos, ſed etiã per teſtes de domo hæredis,per contex.in l.vlt.§.licentia. C. de iur. deliber. vbi notant* omnes.

8 Quòd ea ratione demonſtro,†non enim ita probabiliter per alios teſtes, quàm ꝑ domeſticos id probari poteſt,arg.l.conſenſu.§.finautem.C.de repud.et c.veniens.il 2.de teſtib.ſic Fel.in c.quoties.nu.2.circa fin. de teſtibus,& Alex.in d.§.licentia.nu.3.ver.not.ꝙ ad probandũ,vnde Paul.Caſt. in d.§.licentia danda.nu. 3.verſ. item not. quod qñ dicere ſolebat, cum agitur
9 de ꝓbandis matrimonij ſecretis†duabus gaudere prærogatiuis: altera quarum eſt, vt ſcilicet admittantur ſerui, quibus vt plurimùm teſtificandi poteſtas negatur:alia eſt, vt actor aſſumat ꝓbationes de domo rei: quod ſecus eſt regulariter,l. nimis graue. C. de teſtib.
10 Hoc ipſum,quod diximus†de teſti.ampliabat Bal. in d.§.licentia danda.nu.2.vt etiam habeat locum in familiaribus perpetuis,& confratribus per contex. in §.cogitãdum. in auth. de monach.Quinetiam,& per vxorẽ defuncti id poſſe probari dixit Bal.in auth. ſed cum teſtator.col.3.nu.9.ver.quæro poſt decretum.C. ad leg.Falcid.cuius ſententiam probat Vital.in tract. clarus.in verb.nil nouari inuent.confec.pend.col.14. in fi.idem voluit Iac.de Bellouiſ.in pract. iud.rub.de prob.negat.nu.11.in fi. Hinc propterea dicebat Bart.
11 in l.lex,quæ tutores.n.3.in 3.not.ſuppellectilia,†quæ quis habet in domo,poſſe ꝓbari per domeſticos, hoc eſt per tuos familiares.idem innuit in l.quoties.nu.2. C.de naufrag.lib.11.quem ſequitur Fely. in d.c.quoties.nu.2. de teſti. huc item conuenit,quod not.idem Bar.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.poſt nu.1.ver.quid dicendum.ff.de rer.diui.vbi ait, quòd quę non poſſũt
12 probari,niſi per illos de collegio,†vt electiones, quæ occultè fiunt eũ,q eſt de collegio,idoneũ eſſe teſtem.

Ad ſuperiora tamen,quæ diximus de teſtib.dome-
13 ſticis,velim animum aduertas:nam ſi ſerui†admittẽtur,eis non eſt adhibenda fides ſine tormentis;ita ſẽſit Paul.Caſt.in d.§.licentia.num.4.& dixit Bal. in d. auth.ſed cum teſtator.nu.9.C.ad leg.Falc. vbi ſecundum eum etiam requiritur, vt perſeuerent in eorũ dictis,& non vacillent.per l.edictũ.ff. de quæſt. ſic placuit,& Franc.Porcel.in tract.inuent.c.3.nu. 8. verſic. ſed pone quod creditores.

Verùm qua ratione poterimus ſuccurrere creditoribus,legatarijs, vel fideicommiſſarijs ſi probationes
14 eis deficiant.Remediũ eſt,†vt cogatur hæres pręſtare iuramentum purgationis;ita ſanxit Imp.in l.vlt. §. licentia danda.ibi, vel per ſacramentũ illius. C. de iur. delib. quem contex.ibidem ſequuntur * communiter ſcribentes,quod iuramentũ iuxta ſententiam Accur. ibid.in verb.illius,& Caſtr. ſub nu.4.verſ.quarto not. eſt de propria conſcientia,& eſt ſpecialis caſus, cum regulariter ſecundum Alex.in d.§.licentiã. ſub nu. 3.
15 verſ.not.quod quis non requiratur:quia actore†non probante reus ẽt ſi nihil præſtiterit abſoluendus eſt.l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimilib.Nec id mirum cuiquam videri debet : multos namq; caſus inuenire eſt,in quibus defertur iuramentum purgationis, quãdo aliter veritas detegi non põt:vt in tot. tit.de purg.
16 canon.vbi ſi aliquis infamatus†de crimine,quod nõ poteſt plenè probari,compellitur ſe purgare per iuramẽtum,de quo meminit Maran.de ord.iud.in 6.part. in nono actu.num.18.verſ.item de illo iuramento,&
17 nonnulos caſus, † in quibus defertur iuramentũ purgationis,quando veritas aliundè non poteſt haberi, enumerat Rol.à Val.in eod.tract de confect.inuent. art.pen.à nu.4.vſq; ad fi. tit.

CONCLVSIO DCCCLIII.

ARGVMENTVM.

Hæreditatem verbis repudiatam fuiſſe, vt poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas repudiatur verbis,re,& quolibet indicio voluntatis.*
2 *Hæres vt nuda voluntate quis efficitur,ita contraria deliberatione illico ab hæreditate excluditur.*
3 *Hæreditas repudiata intelligitur per verba prolata affirmatiuè & aſſertiuè reſpicientia tempus præſens.*
Ratio eſt nu.4.
5 *Hæreditas non cenſetur repudiata,ſi quis dixerit,non ſum hæres,vel non adeo hæreditatem, ſiue nolo adire.*
Contrarium.nu.8.
6 *Differẽtia inter affirmatiuam,et negatiuam dictionem repudiandæ hæreditatis.*
7 *Deliberatio eſt medium inter aditionem, & repudiationem.*
9 *Hæreditas cenſetur repudiata per illa verba, non ſum hæres,prolata poſt terminum datum ad deliberandum, an quis velit adire,necne.Et cur. vt nu.10.*
11 *Aditio per quem actum inducitur; per eius cõtrarium inducitur repudiatio.*
12 *Hæreditas non cenſetur repudiata per illa verba,non ſum hæres, prolata ad interrogationem eius,cuius non intereſt.*
13 *Reſponſio facta ad interrogationẽ præſumitur deliberata.*
14 *Hæreditas cenſetur repudiata per verba non ſum hæres, prolata poſt lapſum tempus trium menſium. Et cur, vt nu.15.Contr. nu. 16.*
17 *Intellectus.§.ſimiliq; modo.l. vlt. C. de repud. hæred.*
18 *Hæreditas repudiata cenſetur per verba, non adibo hæreditatem, in futurum tempus prolata.*
Contr.nu.19.
20 *Hæreditas repudiata cenſetur per verba abnegatiua in futurum tempus prolata, vt non adibo.*
21 *Hæreditas non cenſetur repudiata, ſi verba proferantur in futurum aſſertiuè,vel affirmatiuè,vt repudiabo, vel recuſabo.*
22 *Hæreditas cenſetur repudiata per verbum,nolo, cum infinitiuo denegante eſſentiam, vel implementum actus, vt nolo eſſe hæres,nolo habere hæreditatem, vel nolo ad me pertinere.*
23 *Hæreditatis aditio inducta cenſetur,ſi dictum ſit volo eſſe hæres, ſecus per verba, volo adire.*

24 *Hæredita:*

24 *Hæreditatis repudiatio inducitur, ſi dicatur nolo amplius adire, & nolo amplius eſſe hæres.*
25 *Hæreditas repudiata cenſetur, ſi quis coram teſtibus dixerit ſe nolle adire hæreditatem ſibi delatam.*
26 *Hæreditatis repudiatio inducitur, cum quis cum iuramẽto dixerit, nolo adire hæreditatem.*
27 *Hæreditas repudiata cenſetur, quando quis in ſcriptis dixerit, nolo adire hæreditatem.*

1 Hæreditatem † repudiari poſſe verbis, re, & quolibet indi
cio voluntatis probatur ex context. l. repudiari. ff. de
2 acq. hæred. & ſicut nuda voluntate † quis efficitur hæres, ita cõtraria deliberatione illico ab hæreditate excluditur, vt habetur in §. vlt. verſ. ſicut aũt. Inſt. de hęred. qualit. & differ. iccirco hæreditatẽ fuiſſe repudia-
3 tam ex eo conſtabit, † ſi probatum ſit hæredem protuliſſe verba reſpiciẽtia tẽpus præſens affirmatiuè, & aſſertiuè, vt ſi dicatur renuntio hr̃ditati, vel repudio, ſiue recuſo hæreditatem. hęc. n. verba deſignant diſpoſitionem, & propterea repudiationem, vt sãcitum eſt in l. 2. C. de iur. & fact. ign. & in l. poſtq̃ liti. C. de pact. & l. 1. §. largius. ff. de ſucceſſ. edict. & l. ſicut. C. de repud. hær. ſic authoritate horum omnium obſeruauit Bened. de Plumbin. in l. qui ſe patris. nu. 7. C. vnde lib. ita ẽt admonuit D. Fran. Mantic. in ſuo tract. de coniect. vlt. vol. libr. 12. tit. 14. nu. 1. quod ante eum cẽſuit Ang. de Vbal. in d. l. qui ſe patris. nu. 26. Ratio eſt, qa
4 † verba huiuſmodi deſignant plenam certitudinẽ voluntatis ſine vlla dubitatione, vel dependentia atque demonſtrant quænam ſit voluntas proferentis, & ꝓpterea non eſt admittenda queſtio voluntatis, nec eſt locus coniecturis, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. & l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.
5 Declares, vt iſtud locum non habeat, † qñ probatũ ſit Caium dixiſſe tantũ, non ſum hæres Titij, vel non adeo hæreditatem, ſiue etiã nolo adire: ex hoc enim non cẽſetur probata hæreditatis repudiatio: vt habemus ab Accur. in d. l. q ſe patris, in verb. negat, C. vnd. lib. in l. 2. in verb. deſideras, C. de iur. & fact. ign. & in primo tradidit Bal. in l. potuit, nu. 10. verſ. ſexto quæro, C. de iur. delib. vbi dicit hãc eſſe ipſam veritatem, & ponens ibi diſcrimen inter affirmatiuam, & nega-
6 tiuam † concludit, quòd affirmare ſit ens, negare aũtẽ duplici mõ poſſe exponi, vno modo pro repudiatione, vt in concluſione, alio modo pro medio ſtatu, qui pertinet ad deliberantem. Nam qui deliberat nondũ eſt hæres actu, ſed in potentia eſſendi, & non eſſendi, prout inde applicauerit animum ad alterum: eſt ergo
7 deliberatio † medium inter duo extrema, quæ sũt aditio, & repudiatio cùm igitur verba negatiua, nõ ſum hæres, ſint ambigua, pertinet eorũ declaratio ad proferentem, & ſi non declarentur verba tanquã incerta nihil operantur, ex prolatione enim dictorum verborũ poteſt intelligi, quòd adhuc velit deliberare, ſicut quando dicit nõ adeo, quia & tunc nõ ſequitur, ergo repudio: nam & pariter poteſt intelligi nõ adeo: quia
* ad hoc delibero, an mihi expediat adire: vt Doct. * cõmuniter tradentes in d. l. qui ſe patris, hæc ibi Bald. & idem tradidere Paul. de Caſtr. nu. 2. ver. quæritur ergo. Rom. nu. 16. & 17. et Dec. poſt nu. 17. ver. ſupraſcriptis
* non obſtantibus. et hãc eſſe * cõem opinionem teſtatur ibidem Curt. iun. nu. 17. licet examinãdo queſtionem videatur non firmare pedes, et hoc ibi cõfirmat Sign. de Homod. nu. 10. et ſeq. et Bened. de Plumbin. ibid. nu. 7. vbi optimam diſtinctionẽ affert, quam videre poteris. Ang. de Vbal. etiam ibidem num. 24. et plur. ſeq. pariter diſtinguẽdo ponit plures caſus, et citat ſectatores huius ſẽtẽtiæ, licet ipſe, vt inferius dicemus, aliter ſẽtiat, et cũ iſtis trãſit in eodẽ loco Sebaſt.
* Sap. nu. 16. et ſeq. vbi ſępius appellat hanc * cõem opinionem; à qua non receſſit Ang. de Peru. ibidem nu. 34. et ſeq. et pro hac ſententia plura adducit Goz. in ea. l. qui ſe patris, nu. 76. licet nu. 88. aliã ſequatur partẽ, vt ſtatim dicemus, et firmat hoc Fab. Accoromb. ibi. poſt. n. 64. verſ. ex cuius dictis, vbi pariter dicit ma-
** gis ** communem hanc eſſe opinionem.
8 Contrariam verò ſentẽtiam † quod immo iſta verba, non ſum hæres, vel nolo adire hæreditatẽ. probãt repudiationem, ſequuti ſunt quam plures numero, et authoritate nõ inferiores iam allatis ſuperiobus ſcribentibus. Nam hoc in primis vr̃ uoluiſſe glo. in l. vlt. C. de repud. hæred. Dyn. in l. de rebus, ff. rerum amot. Cyn. etiam, et Bar. in l. filij, §. 1. ff. ad Treb. idem Cyn. in l. 2. C. de iur. et fact. ign. Ang. de Vbal. in l. q ſe patris, nu. 31. C. und. liber. quo in loco arbitratur in hac difficili controuerſia poſſe hanc firmari concluſionẽ iuſtam, et uerã, quòd ſiue quis neget ſe hæredem, ſiue dicat non sũ hæres, ſiue dicat non adeo, ſiue dicat nolo adire, ſiue dicat hæreditatem ſibi non expedire, uel ſimilia uerba, ſemper, et indiſtinctè uideaẽ repudiare,
* atteſtans ibi hanc eſſe * communem omnium Doctorum ultramontanorũ opinionem, et pro hac concluſione citat decem, et ſeprẽ iura ciuilia, quæ meo iudicio optimè probant hanc partem, quæ tu ipſe uideas; qa eſſet longũ hic omnia referre: hanc ẽt partem ſequutus eſt Iaſ. in d. l. qui ſe patris, poſt nu. 41. uer. ſecũda principalis fuit opinio, ibi, et ego iſtam firmo, &c. remota prorſus omni diſtinctione, & ab ea videtur ẽt ſtare Alex. ibi num. 5, & ſeq. quam plures etiam alios idem ſentientes citat Ang. de Vbal. loco proximè allato, & nonnullos alios Fran. Manti. in d. ſuo tract. de coniect. vlt. vol. lib. 12. poſt nu. 9. verſ. contrariam verò. ibi ad partes examinat articulum.
In hoc authorum diſſidio negare nõ poſſumus articulum eſſe difficilem, & inuolutũ, & propter leges vario modo loquentes non poſſe haberi certam determinationẽ, & propterea vterq; perfacilè ſuſtineri poteſt, vt monuit uab. Accoromb. in d. l. qui ſe patris, num. 64.
Verũtamen, vt inter ſe diſſidentes authores aliquo pacto cõcordes efficere poſſimus, ſic diſtinguẽdo di-
9 cẽdum erit, quòd aut verba iſta proferuntur † poſt terminum datum ad deliberãdũ, an quis velit adire, vel repudiare, & tunc ſi dixerit ſe nolle adire, intelligitur inducta repudiatio, alioquin reſponſio redderẽ obſcura, & incerta, contra l. de ætate, §. nihil, ff. de interrog. act. & ita declarat Rom. in d. l. qui ſe patris, poſt nu. 17. verſ. aduertendũ, C. vnde lib. quo in loco ꝓbat hoc pluribus rationibus, ꝙ & placet ibi Alex. n. 6. & cẽſuit Soc. ſen. in conſ. 45. in cauſa agitata. nu. 1. verſ. itẽ patet ex eo, quod habuit terminum lib. 4. idem etiam explicauit Lud. Goz. ad d. l. qui ſe patris, nu. 89. verſic.
* præſuppoſita alia opinione. qui * communem ſcribẽtium eſſe ſniãm affirmat. cũ enim datũ fuerit tempus ad deliberandũ, præſumitur, ꝙ deliberatè reſpõderit, & propterea, quod repudiare voluerit, vt ſic loquutus eſt Iaſ. d. l. q ſe patris, nu. 41. ver. ſed tu aduerte, & Dec. ibidem nu. 18. atq; Paul. de Caſtr. nu. 2. & Sebaſt. Sap. ibid. nu. 27. verſ. ſecũdo limita. hoc quoq; comprobat Fran. Mantic. d. tract. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 14.
10 poſt nu. 17. & 18. Quod, et ea ratione confirmo: † nam ſi per hæc verba, puto mihi hæreditatẽ non expedire, aut hæreditatem eſſe mihi periculoſam, prolata poſt terminum deliberationis, inducitur repudiatio: vt sãcitum eſt in l. ſed ſi alio, §. quid ſi ſuſpectum, ff. ad ſenat. conſul. Treb. vt notat Bar. in d. l. ſi quis igitur, ſic ẽt per verba prædicta cẽſeatur inducta repudiatio: ita ratiocinatus eſt Rom. d. l. qui ſe patris, poſt. n. 17. verſ. iſtud probo, huic etiam fauet, quòd per eum actum,
11 per quem inducitur aditio, † per eius contrariũ inducitur repudiatio, cum paribus paſſibus hæc vadant. §. vlt. Inſt. de hær. quæ ab inteſt. def. l. ne is. ff. de acq. hęr. & l. ſicut, C. de repud. hęr. ſed ꝑ verba, volo adire, probata poſt terminũ deliberationis, inducitur aditio, ſecundum Bart. in l. gerit, ff. de acqui. hær. & à nobis fuit

ſatis

ſatis abundè explicatum in concluſ. aditio. ergo, &
prædicto caſu per eius contrarium, ſcilicet, nolo adi-
re, inducitur repudiatio.
Poſteriorem ſententiam ſi ſequi malueris, limita-
12 re poteris procedere, † ſi verba prædicta, nolo adire,
vel non ſum hæres, ſint prolata ad interrogationem,
cuius intereſt, ſecus ſi alterius, vt in caſu ſuo probat
Corn. in conſ. 91. litera H. vol. 4. vbi conſuluit, ſi mu-
lier interrogata non à ſponſo ſed à notario, vel alio,
cuius non intereſt, reſpondet volo accipere in mari-
tum, non inducunt diſpoſitionem, licet ad interroga-
ta reſpondeat. & ita ex authoritate Corn. limitat Lu-
dou. Gozad. in d. l. qui ſe patris. nu. 19. verſ. tu vltra. C.
vnd. liber. & Sebaſt. Sap. ibi. nu. 28. verſ. ſecundo infer-
tur. qui dicit * communem eſſe opin. quod reſponſio
13 † facta ad interrogationem præſumitur deliberata.
Priorem vero ſententiam amplectens limitabis, vt
locum non habeat, quãdo poſt talia verba nolo adi-
re, vel, non ſum hæres, prolata, lapſi ſint tres menſes:
14 † quia tunc verba huiuſmodi cum curſu temporis triũ
menſium ſequẽtium inducunt vtiq; repudiationem:
vt rectè probat text. in l. vlt. §. ſimiliq; modo iuncta
gl. & ibi Bar. C. de repud. hær. & Caſt. in ead. l. vlt. §. cũ
igitur, nu. 9. quo in loco conſiderauit, quod cũ verba,
15 nolo adire, ſint ambigua, per ſpacium trium mẽſium
intelligatur is, qui ea protulerit prorſus excluſus, quia
veriſimile eſt, quòd ſi non habuiſſet animũ repudiã-
di, ſed adeundi, intra eos menſes feciſſet inuẽtarium,
quod tempus fuit à lege præſtitutũ: vnde merito lap-
ſus trium menſiũ cum verbis ſupradictis inducit taci-
tam repudiationem: & ita etiam intelligit idẽ Caſtr.
in d. l. qui ſe patris, nu. 2. C. vnde lib. cui finitimũ eſt,
quod prodidit Bal. in l. gerit, ff. de acq. hær. dũ voluit,
quòd licet per iſta verba, volo adire, non inducatur
aditio: tamen ſi poſt prolationem dictorum verborũ
current tres menſes inducitur aditio, ad quod citat d.
l. vlt. §. ſimiliq; modo, C. de repud. hæred. & huic ſen-
tentiæ ſe ſubſcripſit Mant. d. tract. de coniect. vlt. vol.
d. lib. 12. d. tit. 14. nu. 20.
16 Iſtis non diſſimilanter fuit aduerſarius † Lud. Goz.
in d. l. qui ſe patris, poſt nu. 92. verſ. mihi aũt, C. vnde
17 lib. q conſiderauit contex. in d. §. ſimiliq; modo, † cui
inniti vr̃ opinio contraria, potius contra probare, ſci-
licet, quinimmo poſt tres mẽſes ſit facta aditio, & nõ
poſſit amplius repudiare, quod probat ipſe ex illomet
tex. dum ibi dicitur apertiſſimè intra trium menſium
ſpatium, &c. & ita innuit, quòd ſi apertiſſimè non re-
nunciet, dr̃ adiuiſſe. & hoc etiam tenet Bald. eo. loco,
ſubdens, quòd ideo ſi infra tres menſes nõ repudiet,
dicatur excluſus à iure repudiandi, vel abſtinendi, q a
ille terminus ſtatuitur fauore creditorũ, quorum inte-
reſt adire hæreditatem, & hæredem obligatũ habere,
vt not. in l. quamdiu, ff. de acqu. hær. eiuſdem ſnĩę fuit
Iaſ. in d. l. qui ſe patris, poſt nũ. 41. verſ. ſecundo limita
ſignanter, & Dec. poſt nu. 18. verſ. 2. limitatur. vbi di-
cit tex. in d. §. ſimilique modo. loqui in repudiatione
expreſſa, & quòd tempus trium menſiũ non currat à
die verborum prolatorum, ſed à die ſcientiæ. vt etiam
declarat ibi Sal. quorum opinionẽ dicit Gozad. eſſe
menti tenendam, & ipſe iuxta eandem conſuleret.
Secundo loco limitare poteris priorem ſentẽtiam,
18 vt locum non habeat, † ſi verba huiuſmodi proferã-
tur in tempus futurum, vt ſi dictum ſit, non adibo hę-
reditatem, hoc enim caſu probatur animo certo pro-
tuliſſe verba, & nolle hæreditatem habere: vt doctè
declarat Bal. in d. l. qui ſe patris. num. 12. C. vnd. liber.
Nam ex verbis futuri temporis negatiuè prolatis, ma-
gis clarè demonſtratur animus repudiantis, quia ſub-
ſtantia aditionis negatur pro omni tempore tam præ-
ſente, quàm futuro: vt ibi per Salic. cuius opinionem
ſequitur Alex. licet eum non alleger. ibid. poſt nu. 6.
ver. 3. fallit. per tex. in l. vnius. §. 1. ff. qb. cauſ. in poſſ. &
ibi neget ſe aditurum. col. 1. ff. de cur. bo. dan. & cũ eo
trãſit Mant. loc. ſuperius citato. n. 32. ver. 4. cõiectura.
19 Ab hoc alienus fuit † Iaſ. d. l. q ſe patris, poſt d. nu.
41. verſ. quarto mirabiliter, ibi, & ego in contrarium.
C. vnd. lib. quo in loco uoluit nullum eſſe diſcrimen
inter verba prolata in futurum, uel de præſenti cũ in-
finitiuo: ex l. ſi is, qui in prin. ff. de moſic. teſtam. iun-
cta. l. ſi maritus, la 2. §. ſi negauerit. ff. de adult. & à Iaſ.
ſtat. Bolog. ibid. nu. 56. & tranſit Dec. poſt nu. 18. verſ.
moderni ſic, & Gozad. nu. 94. uerſ. fortius ego, ubi ani
maduertit ultra recentiores iura allegata pro limita-
tione non probare: quia tex. in d. l. vnius loquitur, qũ
præceſſerat tempus datum ad deliberandum ibi, ſi in-
tra tempora ſibi præſtituta deliberet, &c. quo caſu etiã
ſi dixiſſet nolle adire, inducta eſſet repudiatio, ut pau-
lo ante diximus, & idem de alijs iuribus. admonet ta-
men ibi Gozad. in limitatione adſtipulari, quæ habe-
tur in l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verbor. oblig. relinquens
hoc cogitandum.
Ad concordiam poterunt hac ratione hæ adduci
opiniones, vt prior procedat, quando uerba proferũ-
20 tur in futurum abnegatiua, † ut ſi dicam non adibo,
uel profiteor me non immixturum, ſiue me non adi-
turum, quæ omnia abnegatiua ſunt, & tunc repudia-
tionem faciũt. l. ſi aduerſarius. C. de fid. inſtrum. cum
alijs in limitatione adductis.
Poſterior uerò habebit locum, ſi uerba proferantũ
21 † in futuro aſſertiuè, uel affirmatiuè, ut ſi dicatur repu
diabo, uel recuſabo, ſiue proferatur, me repudiaturũ.
quia tunc per hæc uerba non inducitur repudiatio. l.
athleras. ff. de fal. & l. amplius nõ peti. ff. rem rat. hab.
& ita diſtinguit reconciliando opiniones Bened. de
Plumb. in d. l. qui ſe patris. nu. 8. uerſ. ſecundo caſu, C.
unde lib. ubi & iſtud poſtremum intelligit eſſe uerũ,
niſi hæc uerba ſint prolata in iudicio ad alterius peti-
tionem, & inſtantiam, quia eo caſu dicta uerba cum
lapſu trium menſiũ inducunt repudiationem. ut not.
gl. in l. ult. §. 1. C. de iur. delib. & paulo ante diximus.
Tertiò limitanda erit prior opinio, ut locum ſibi
22 non uendicet, † quando uerbum, nolo, cum infiniti-
uo denegaret eſſentiam, uel implementum actus, ut
ſi dicam, nolo eſſe heres, nolo ſubire hereditate, nolo
ad me pertinere. Ex his enim uerbis ſatis uidetur pro-
bari animum repudiandi, & hereditatem à ſe abdicã-
di: ut profitendo ſcripſit Ludo. Gozad. in d. l. qui ſe pa
tris. nu. 95. uerſ. quinto ego limito, C. und. lib. & uide-
tur ſentire ibi Sebaſt. Sapi. nu. 25. cuius opinioni haud
dubiè reſpondit doctrina Bart. in l. gerit. ff. de acquir.
hæred. dum uoluit quòd licet ſi dico, uolo adire, non
23 inducatur aditio: † tamẽ ſecus ſit, ſi dicam, nolo eſſe
hæres: quia hæreditatis aditio ex his cẽſetur inducta:
ſic ad rem noſtram, quando uerbum, nolo, iungitur
cum infinitiuo ſignificante eſſentiam, ut, nolo eſſe
heres, ſtatim diſponit, & probat repudiationem. Arc.
tamen in l. ſerui electione. ff. de leg. 1. tenet in iſtis uer
bis nullam eſſe differentiam, propterea cogita.
Quartò limitabis prædictam priorem ſententiam,
24 ut uera non ſit, † ſi uerbis prædictis adiecta fuerit di-
ctio amplius, ut quia dicat quis, nolo amplius adire,
& nolo amplius eſſe heres. Nam tunc rectè induce-
retur repudiatio: ut inſigniter animaduertit Sal. in d. l.
qui ſe patris, nu. 11. uerſ. ſin autem dixiſſet. C. und. lib.
qui ad hoc alleg. glo. in l. poſtquam liti. quam etiam
idem Sal. notat ibi. num. 14. uerſ. quæro modo. C. de
pact. hoc idem Salic. cenſuit in l. accuſatorem, C. de
accuſat. & ſequũtur Alex. in d. l. qui ſe patris, poſt nu.
6. uerſ. fallit primo, & Iaſ. poſt d. nu. 41. uerſ. tertio li-
mitatur. Dec. poſt num. 18. uerſ. tertio fallit, & Ludo.
Gozad. num. 95. uerſ. tertio limita. quib. ſe ſubſcribit
Mant. d. tract. de coniect. ult. uolun. lib. 12. ti. 14. num.
21. uerſ. tertia coniectura.
25 Quintò limitatur, ut non procedat, † ſi uerba predi
cta protulerit conuocatis teſtibus, dicens ſitis teſtes
me nolle adire hæreditatem mihi delatam: quia ex
hoc

hoc ſatis clarè dicitur apparere de eius animo deliberato repudiandi: ut obſeruauit Lud. Gozad. in d. l. qui ſe patris. nu. 98. verſ. 8. limito, vbi id etiam extendit, ſi coram fide dignis licet non ad id conuocatis dixerit ſe nolle adire: quia occaſionem cępit faciendi actum repudiationis; vt etiam in ſimili conſultus reſpondit Soc. ſen. in conſ. 86. viſo teſtamento magnifici D. Saluatoris. poſt nu. 4. verſ. ſecundo, quia d. verba lib. 3. vbi ſi hæres inſtitutus grauatus reſtituere vni ex agnatis quem elegerit, ſi dixerit coram fide dignis, licet nō accerſitis, quòd velit eligere talem, dicitur inducta electio, quia apparet, quòd occaſionem cępit faciendi dictam electionem, quando erat coram fide dignis hominib. coram quibus non eſt veriſimile, ꝙ verba iactatoria proferre voluerit, ſed diſpoſitiua, prout in ſimili dicit tex. notab. in l. Pamphilo, §. propoſitum. ff. de leg. 3. et optimè reſpondet doctrina D. Ant. in c. veniēs. il 1. de ſponſ. vbi inquit, quòd ſi qnis protulerit ſimilia verba, vt, volo capere talem in vxorē, in apparatu matrimonij, præſumptio eſt, quòd deliberatè proferat, & ideò diſponunt: ſic dicendum erit, quando verba huiuſmodi fuerint prolata in apparatu fide dignorum virorum, arg. l. diuus. ff. de milit. teſt. & §. palam, inſtit. eo. tit. & comprobauit Mant. d. tit. 14. nu. 23. verſ. quinta coniectura.

Potuit, & ſexto limitari hæc opinio, vt locum ſibi
26 non vendicet, † quando quis cum iuramento dixerit, nolo adire hæreditatem: nam ex hoc probatur repudiaſſe: quia præſumitur iuraſſe animo deliberato, cum quis magna cum deliberatione cēſeatur accedere ad iurandum, ne incautè in periurij crimē incidat, quod euitandum eſt, etiam ſi mors debeat ſuſtineri: vt docet nos exemplum clariſſimi viri Attilij Reguli, cuius ſummam conſtantiam refert Iuriſconſ. in l. 4. in fi. ff. de capt. & monuit Cur. ſen. in auth. ſacramenta puberum. nu. 23. C. ſi aduerſ. vend. & ita limitat Cur. iun. in d. l. qui ſe patris. nu. 38. verſ. poteſt etiam aliter limitari, C. vnd. li. cui accedit D. Mant. d. tract. de coniect. vlt. vol. d. lib. 12. d. tit. 14. nu. 24. quo in loco. nu. 25. tradit, & aliam limitationem, quando ſcilicet, quis in
27 ſcriptis † ita dixerit, nolo adire hæreditatē, quia præſumitur deliberatè ſcriptum: ad hoc citat Bart. in l. gerit. nu. 18. ff. de acq. hær. & Soc. ſen. in conſ. 45. in cauſa agitata, poſt nu. 1. verſ. item patet ex eo. uol. 4.

CONCLVSIO DCCCLIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur hæreditatis repudiatio re, & factis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas repudiata præſumitur, ſi hæres permittat rem hæreditariam perire, cum poſſet eam ſeruare.*

2 *Hæreditatis repudiatio non præſumitur inducta, ſi hæres permittat rem hæreditariam perire, quæ modicæ ſit vtilitatis: ſecus ſi magni pretij.*

3 *Soror permittens hæreditatem paternam diù poſſideri per fratres, & cum egeret aliquo petebat ab eis vt excluſa, videtur repudiaſſe ius ſuccedendi.*

Re, & factis probari etiam poterit hęreditatem fuiſſe repudiatā,
1 vt ſi hæres permittat † rem hæreditariam perire, cum poſſet eam ſaluam facere; ex hoc enim ipſa hæreditatis repudiatio rectè probabitur, arg. l. 2. C. de infan. expoſ. & ita reſpondit Soc. ſen. in conſ. 45. in cauſa agitata. nu. 2. vol. 4. permotus authoritate Iac. de Aret. in l. recuſari. ff. de acq. hæred. vbi etiam Bart. per illum text. hoc expreſsè notat. prout & idem obſeruauit in l. gerit. nu. 2. verſ. venio ad quartum. ff. eo. tit. quibus ſe ſubſcripſit Mant. d. tract. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 14. nu. 26. quo in loco id tamen intelligit habere
2 locum, quando res, † quam hæres paſſus eſt perire, ſit magni pretij; ſecus ſi modicæ vtilitatis fuerit: qa tunc nō cenſet̄ quis repudiare: vt ante eum etiam animaduertit Aret. in d. l. recuſari, poſt prin.

3 Ex hoc illud exiit; vt ſi ſoror † permiſit hæreditatem paternam diù poſſideri per fratres, & cum egeret aliquo petebat ab eis, vt excluſa, videtur repudiaſſe ius ſuccedendi non ex curſu temporis, ſed ex tacita voluntate: vt colligit Bart. in d. l. recuſare. nu. 1. & Imol. nu. 2. ff. de acq. hær. ex tex. in l. pecula ff. de pb. & Barb. ibi in addit. ad Bar. id etiā protulit Soc. ſen. in d. cōſ. 45. n. 3. vol. 4. & Ale. in cōſ. 88. Eximie domine vicarie. nu. 3. lib. 2. & latè per Mant. loco proximè citato. nu. 27. verſ. item notant. quo in caſu iſtud declarat duobus modis ex mente Imol. & Ang. in d. l. recuſari, vt per te videre potes.

CONCLVSIO DCCCLV.

ARGVMENTVM.

Teſtibus hæreticum probari: & quot ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum quem eſſe per teſtes probatur.*

2 *Hæreticus per duos teſtes probatur. Contrarium. num. 3. Reſponſio. num. 4. cum ſequentibus.*

5 *Intellectus. §. adijcimus. c. excommunicamus il 1. de hæret.*

7 *Epiſcopi, & inquiſitoris arbitrio relinquitur, quando duo ſufficiant teſtes integri ad condemnandum quem de hæreſi: quando vero non.*

8 *Hæreticus probari poteſt per duos teſtes integros, & omni exceptione maiores.*

9 *Teſtes inhabiles admittuntur in hæreſi probāda ad inquirendum, non autem vt propterea legitimi teſtes eſſe credantur, aut ſolis plena ſit fides habenda.*

10 *Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.*

11 *Hæreticus accuſatus, ſi videatur bonus vir, tutiſſimum eſt ad voces duorum teſtium, illum non condemnare, niſi alia adſint indicia.*

12 *Teſtes in hæretico probando neceſſe eſt teſtimonij ſui probabilem cauſam adducere, etiam non interrogati.*

13 *Teſtes in hæretico probando debent reddere rationem de his, quæ plenè ſcierint, non autem de aliorum auditu.*

14 *Teſtis rōnem illam adducēs, ſcio, quia ſum vicinus, ꝓbat.*

15 *Teſtis interrogatus quis dicatur hæreticus, idque ignoret, non probat.*

Hæreticum quem eſſe, vel verius propoſitiones hæreticales di-
1 xiſſe, ſiue hæreſim commiſiſſe † per teſtes probari ſancitum eſt in c. vt offic. in §. verum, in prin. ibi, duas religioſas, vbi Io. And. & Archid. & in c. accuſatus. §. licet, in tit. de hær. in 6. hoc idem decidēdo ſenſit Boer. in deciſ. 342. in prin. & per tot. ſic reſpondit conſultus Oldr. in conſ. 171. quæſtio talis eſt, poſt nu. 5. ver. & qa dicitur, ꝙ plures teſtes, & in conſ. 210. regularis habet traditio, nu. 8. & ſeq. vt id cenſuit, & Gondiſ. in tract. de hær. q. 13. nu. 9. verſ. poteſt ēt fieri probatio per teſtes, & voluit gl. in c. ad abolendām. ſuper verb. deprehenſus, tit. de hær. quam ſequitur Nic. Eymer. in gl. ſuper d. c. ad abolendam, in c. 9. ſuper d. verb. deprehenſus. in director. inquiſ. ſuper tit. de hære. in 2. par. quod nec latuit Io. Cald. in c. 12. poſt nu. 1. verſ. ſecūdo modo, in tract. de hær. in rubr. quot, & quib. & c. hanc cādem concluſionem comprobat contex. in c. cū ad ſedem, §. nos prioris, & ibi glo. ſuper verb. d. teſtium, in tit. de teſti. huc itidem pertinet, ꝙ decreuit ſum. Pont. in c. in omni negotio. §. ſi peccauerit, in tit. de teſtib.

Quòd igitur hęreticus per teſtes probetur nullus eſt, qui diſſentiat. Verùm per quot teſtes poſſit probari,

non

non leuis eſt inter ſcribentes altercatio. Nõnulli.n.p duos,alij per tres hæreticũ probandum eſſe ſenſere. Et
2 quòd per duos† teſtes hæreticus ꝓbetur, tradidere Io. Annan.in c. excõicamus,§.adijcimus, de hæret. Archi. Io.And. Petr. Anch. Domin.& Philip. Fran.in c. vt officiũ,§.verũ,de hær.lib.6. hos ſequutus eſt Boer. in deciſ.342.ſub nu.1.& hanc* cõem eſſe ſententiam teſtatur Soc.in c.excommunicamus,il 1.n. 27.de hęret.eandem probat Gondiſſ.de Villadieg.in tract. de hęret.q.13.nu.9.quod ẽt placuit Aegid.Boſſ.in pract. crim.tit.de hæret.nu.4.hoc idem confirmauit Carer. in tract.de hæret.ſub nu.119.ſic inquit,& Syluestr. in ſnm.in verb.hæreſis,2.q.4. de communi * quoq; dicit Arnal.Alb.in tract.de agnoſc. catho.& hæret.q. 34. nu.2.verſ. verum quicquid,& plenius in c.1.9. 16. de hæret.lib.6.ſic aſſeruit & Simãch.de cathol. inſtit.tit. 51.de prob.nu.8.& ibidem tit.64.de teſti. nu. 36. idem tradit Io.Roy.de hęre.par.2.aſſer.4.nu.86.vbi de*cõmũni.in eandem deſcendit ſententiam Iul. Clar. in pract.crim.§.hæreſis, verſ. habet etiam, ſic ſenſit, & Ant.Gomez.lib.3.var.reſol.c.12. nu. 9. quos ſequitur etiam Franc.Pegn.in ſchol.ad direc.inquiſi.Nic. Eymeri in 3.par.Schol.126.in q.71.vbi & ipſe*communem eſſe Doctor opinionem aſſerit.

3 Huic tamen ſnĩæ† repugnat Guid.Fulcod.in cõſultationibus ad inquiſitores hæreticę prauitatis.q.15.c. 18. aſſeruit enim durũ ſibi videri hominẽ bonæ opinionis, & famæ ad voces duorum teſtiũ de tanto crimine condẽnare. Hunc proculdubio ſequutus eſt Archid.in d.c.vt officiũ,§.verum qa,nu.4. de hæret. lib. 6.hoc idem ibidem Io. Monach, vt ẽt id voluit Hoſt. in ſumm.tit.de hæret.§.qualiter,ver.vt autem,eiuſdẽ fuit ſentẽtia: Alb.in d.tract.de agnoſc.aſſer.cathol.& hæret.q.34.nu.3.verſ. quia tamen,idem videtur velle Conrad.Brun. lib.4.de hæret. c.9.& S. Antoninus. 3. par.tit.18.c.2.§.5.& Tabien.in ſum. verb. inquiſitor, §.37.idẽ apertiſſimè tradit ipſemet Io.à Roy. de hær. par.2.d.aſſer.4.nu.103.verſ. neq; erit temerarium. vbi palinodiam cantans contra id, quod paulo ante ſenſerat ibi.nu.86.aſſerit,ſe non audere in tã graui crimine,in quo truncata eſt,& diminuta rẽorum defenſio, duob.tantum teſtibus etiam legitimis quemquã condemnare:ibiq; Hoſtienſis opinioni adhæret omnino. quorum ſententia potiſſimũ innititur cõtext.c.excõmunicamus,il 1.§.adijcimus, de hær. ſic enim loquit Inn.III.ſum.Pont.ibi.& ibi tres aut plures boni teſtimonij viros,vel etiam(ſi expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat: & quæ ſequuntur.

4 Hanc tñ† reprobãt Siman.in cathol.inſtit.d.tit. 51. nu.8.& Pegn.in d.3.par.direct.inquiſ.Nic. Eymer. in q.71.ſchol.126. verſ.horũ omnium,tũ quia caſus hic de condemnandis hęreticis per duos tantũ teſtes non inuenitur exceptus ab illa vulgari, & cõi regula diuini,& humani iuris,in ore duorũ,vel trium ſtabit omne verbum.tum etiam quia nõ poteſt videri denegata facultas defenſionis ei, cuius cauſa tam diligenter tractatur,& in qua tàm accuratè ante condemnationem omnia expendũtur:quinimmò cautius,ac benignius cum eo ſemper, quàm cum alio agitur.

5 Præterea contex.ille §.adijcimus,† qui baſis eſt huius poſterioris opinionis,de ſpeciali hęreſis probatione non loquitur,ſed de inquiſitione generali, quam iudex facere debet per tres, aut plures viros, aut per omnes homines totius parochiæ; vt ita ſenſit Siman. in eod.relato loco.

6 Ad hęc† ſi verũ ingenuè fateri volumus ſupra citati ſcribentes non dicunt abſolutè non ſufficere duos teſtes in hoc crimine,ſed durũ videri, hominẽ bonæ opinionis,& famæ ad voces duorũ cõdemnare,cum ei ordo legitimæ defenſionis denegaẽ,non publicatis teſtiũ nominibus:ſic reſpõdit idẽ Pegn. in ſupr.adducto loco.Hãcq; poſteriorẽ ſnĩam valde benignã eſſe, & ſecuram, nec eſſe contemnendam refert idem, ibi,

7 Poſtremò ad huiuſmodi ſedandas lites † non eſſet fortaſſis abſurdum dicere,arbitrio Epiſcopi, & Inqſitoris eſſe relinquendum,qñ duo ſufficiant teſtes integri ad condemnandum,quando vero nõ ꝙ facilè intelligetur ſpectata tum delinquentis, tum teſtiũ qualitate:ſic cenſuit idem Pegn.vbi ſupra ver.poſtremò.

Vtrã lector ſnĩam malis ſequi, tua eſt optio. Prio-
8 ti ſi volueris adhærere† illã intelligere poteris,vt vera ſit,quando hi duo teſtes eſſent integri, & omni exceptione maiores: vt dixit Arnal. Albe.in d. tractat. de agno.d.q.34.poſt nu.3.ver.ſentit ergo,& nu.4. & 5.& placuit Boſ.in d.tit.de hær.nu.4. hoc idẽ cõfirmat Siman.de cathol.inſti.co.tit.51.nu.9.verſ.cęterũ,& cõprobat Pegn.vbi ſupra.verſ.ijdem tamen admonent. vbi hoc idem nonnullis auctoritatibus corroborant.

9 Nec illud vlla ex parte† labefactare poteſt,quod in fidei fauorem ad inquirẽdam hæreticam prauitatem recipiãtur teſtes excõicati,et ſocij criminis, infames, & alij,q in cæteris criminibus repelluntur. Id etenim fit ad inquiſitionem,ad indicium,ad præſumptionẽ, ad ſummum, ad qualem qualem probationem, non aũt,vt proptereà legitimi teſtes eſſe credãtur, aut ſolis duobus plena fides ſit habẽda. Nã vt inquit Alex. IV.Põt. Max.in c.in fidei fauorem.de hær.lib.6. tales teſtes in aliarum probationũ defectum admittuntur, ac tunc demum audiendi ſunt,cum ex veriſimilibus cõiecturis,ex numero teſtiũ, ex qualitate perſonarũ, & rerum,alijſq; circũſtantijs, falſa dicere non præſumantur,quod tradit Siman.vbi ſupr. nu. 10. quod idẽ pluribus demonſtrat Io.à Roy.de hęret.2.par.aſſer.5. nu.115.contra Franc.Aret.in c. vlt.de teſtib. Alb. de agnoſ.aſſer.catho.q.34.nu.3.& Lud. Carrer.in pract. crim.tit.de hær.ſub nu.119.aliter ſentientes.

10 Quòd ſi quis à me requirat,qui dicãtur † teſtes omni exceptione maiores, continuò ex auctoritate glo. in c.1.in verb.maiores,de cõſanguinitate, & affinitate reſpondebo,eos nuncupari, qui repelli nõ poſſunt vlla exceptione.eãdem ſequitur Bal. in l. optimam, nu.8.verſ.ibi maiores,C.de contrahẽ. & committen. ſtipulatio.eiuſdem doctrinam probant Arnal.in d.q. 34.nu.5.verſ.& maioritas, Io.Roy. de hær.in ſecunda par.d.aſſert.4 num.88.verſ.teſtes dicuntur, vbi plures eiuſdem ſententiæ viros refert.

Prætereà eadem tibi intelligenda eſt prior opinio
11 in viro bono.† etenim tutiſſimũ eſſet, ut ſi homo uideatur ſpectatæ uirtutis,& probitatis non cõdemnetur ad uocem duorum teſtium: niſi alia adſint adminicula,& indicia:tunc enim condẽnari poterit,quod idem dicendum eſt de homine malæ famæ, qui duobus legitimis teſtibus conuictus poterit damnari:iux. ſententiam eiuſdem Pegn. in eodem nuper allato loco.uerſ.huic ſententiæ,& uerſ.hoc tamen,in fi.

12 Ad hæc neceſſe eſt,† ut illorum teſtimoniũ ualeat, ut probabilem teſtimonij ſui cauſam reddant, etiam non interrogati:ut reſpõdit Siman. in tit. 51. de prob. nu.6.uerſ.ſic etiam in cauſa hæreſis,per Alex.reſponſum in conſ. 15. uiſo proceſſu inquiſitionis formatæ. nu.6.lib.1.& Sal.in l.ult.C. de prob.

13 Quæ quidem ratio† adeò potens eſſet debet,ut etiã ſi fidedigniſſimi teſtes ſint, nullum põdus ſit habiturum eorum teſtimonium, niſi rationem reddiderint de his,quæ plenè ſciemnt, non autem de aliorum auditu, per ea, quæ ad hoc adducit Siman. in tit. 64. de teſtib.num.39.uerſ.tametſi autem, cum plur. ſeq.

14 Ea uerò ratio ualida eſſet,† ſi teſtis dixerit, ſcio, qa ſum uicinus:ut auctor eſt Purpu.in l.1.nu. 100.uerſic. ex qua ampliatione,ff.ſi cert.pet.ubi id pluribus examinat, quem uideto.

15 Si tñ interrogetur† teſtis, quis dicatur hæreticus, idque ignoret,hunc non probare docuit Purp. in d. l.1. nu.71.ff.ſi cert.pet.ad quod multa ſimilia huc tẽdentia adducit Marſ.in l.de minore,§.plurimum,nu.104. uerſ.iuxta prædicta quæro,cum plur.ſeq. ff. de quæſt.

CON-

CONCLVSIO DCCCLVI.

ARGVMENTVM.

An per teſtes ſingulares quem hæreticum eſſe poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus per teſtes ſingulares probatur.*
2 *Teſtis ſingularis quis dicatur.*
3 *Hæreticum per teſtes ſingulares non probari.*
Ratio eſt nu. 4.
5 *Teſtes in hæreſi probanda conteſtes eſſe debent.*
6 *Hæreticus ſi nõ probatur, ſi p unum teſtem probetur Titium dixiſſe Chriſtũ non veniſſe in virginem, & p aliũ eundem aſſeruiſſe Trinitatis perſonas non eſſe æquales.*
7 *Teſtis vnus ſi ſit valdè dignus, & alius teſtis infamis, ſeu minus idoneus, non cõiungũtur, vt qs hæreticus pbetur.*
8 *Hæreticus in genere probatur per teſtes ſingulares, non autem ſi agatur de probanda ſpecie hæreſis.*
Quod refellitur a nonnullis, vt nu. 10.
9 *Ex pluribus diuerſis non reſultat vnum integrale.*
11 *Teſtis vnus cum fama publica, neq; plures teſtes ſingulares cum eadem fama non ſufficiunt ad plenam hæreſis probationem.*
12 *Hæreticus Inquiſitoris arbitrio plectitur, qui contra ſe vnum bonum teſtem habet, & infamia notatus ſit de eodem illo crimine.*
13 *Teſtes ſingulares in loco, & tempore hæreſim probant.*
Contrarium nu. 14.
15 *Teſtes ſingulares ad eãdem finem tendentes, & plures ſint, & fide digni hæreſim probant. Contr. nu. 16.*
17 *Hæreticus, ſi probetur ex pluribus teſtibus ſingularibus, et idoneis, poterit torqueri, & cur.*
18 *Teſtes per æquipollentia verba deponentes de eo, à quo tota vis negotij pendet, probant, licet in cæteris, quę negocium ipſum circunſtant, ſibi ipſi pugnent.*
19 *Teſtes per æquipollentia verba deponentes non probant, quando tractaretur de probandis uerbis formalibus, & de eis eſſet quæſtio.*
20 *Teſtes interrogati, quæ fuerint uerba formalia contrahẽtium, ſi quouis modo in cortice uerborum diſſideant, quamuis quoad effectum, & eſſentiam uerborum non eſſent diſcrepantia, tamen ex eo, quod deponunt ita fuiſſe uerba formalia, dicuntur diſcordes, & contrarij, proinde non probant. Contr. nu. 21.*
22 *Hæreſis probatur per teſtes ſingulares ad inquirendũ, non autem ad condemnandum.*
23 *Hæreticus quis probatur ex leui argumento.*
24 *Teſtis ſingularis facit indicium, & præſumptionem.*
25 *Intellectus l. 2. C. de hære. & dicti Inno. in c. ſicut, il 1. de ſimonia.*
26 *Probationes luce clariores requiruntur in criminalib.*
27 *Pęnæ quæ concurrant in crimine hęreſis, remiſſiuè.*

Nec ſuperiore minor eſt cõtrouerſia, an ſcilicet p teſtes ſingulares, quem hæreticũ eſſe poſſit probari. Sunt qui affirment, ſub q negen. ab vtraq; parte ſtant grauiſſimi auctores. Quod itaq; per teſtes
pra oſtendimus: ratione inſuper demonſtro nō poſſe
rectè colligi, vt ſi ad accuſandū admittatur, ꝙ ad te-
46 ſtificandum dēat adhiberi.Nā licet accuſent, † & ad
accuſationem admittātur, iſtud eſt modici præiudicij
ſi reſpiciamus illos,qui ſunt accuſati,ſi crimen, & ac-
cuſatio non ſunt probata. nā ceſſante probatione ac-
cuſatus ēt ab inimico liberať, & ita nō attēditur quis
accuſet,ſed ꝓbatio ſola delicti. At in teſtimonio red-
dēdo ſecus eſt.Etenim ꝑ illud inducitur ꝓbatio, qua
ſtante ſequitur condēnatio. ſicq; maximū eſt pręiudi-
cij quoad ipſos accuſatos, q ꝑ falſas ꝓbationes poſsēt
cōdēnari,ēt ſi à crimine eſsēt alieni,& innocētes. Nō
itaq; rectè ratiocinanť illi,q ſic ratiocinanť:inimicus
admittiť ad accuſandū,ergo,& ad teſtimoniū dicen-
dum,

dum,tum etiam quia ſi primum apparet conceſſum,
iſtud poſterius omnino prohibitum deprehēdit.Cō-
cludendū igitur eſt, quamuis ad accuſandū inimicus
admittatur,non tamen ad teſtificandum illum debe-
re adhiberi:ità grauiter,& doctè decidebat Pariſ.in d.
conſ.2.nu.76.verſ.& ſuadetur inſuper ratione, vol.4.

Priori igitur opinione ſic confirmata illā amplia-
47 bis,†vt ēt non poſſit eſſe teſtis in criminibus, qui du-
dum fuerat inimicus, ſi recenter eſt reconciliatus, vt
decreuit Anacletus ſumm.Pont.in c.accuſatores,il 1.
q.5.Accuſatores,& teſtes,inquit Pont.Max. eſſe non
poſſunt,q ante heſternū diem, aut nudius tertius ini-
mici fuerunt,ne irati nocere cupiāt, ne læſi ſe vlciſci
velint,vbi id ēt notant Prępoſ.& Turrecrema quibus
accedit Fel.in c.eam te.col.8.poſt nu.12.ver infideli-
tas,ibi,ita repellitur inimicus de reſcript.vt voluit, &
Inn.in d.c.cum oporteat,col.3.poſt nu. 6. ſuper verb.
inimicos,vbi Abb.nu.6.& ibi idē Fel.col.6.poſt nu.5.
ſub ver.ſed tu conſidera.de accuſ. ſic placuit ēt Alex.
in cōſ.99.in cauſa inquiſitionis,nu.3.lib. 1. quod inſi-
gne relatu putauit Rom.in ſing.319.Inno. & ibi Nic.
Peg.in addit.vt & ſcripſit Alc.in reg.2.præſumpt. 11.
in fi.vt & cenſuit Pariſ.in d.conſ 2 nu.57.verſ. quini-
mo.vol.4.cum alijs relatis ad hoc à Marſ.in l.1.§.prę-
tereà,nu.4.ff.de q.& in ſing. 178. Inimicus.

48 Quòd tñ ſecus eſſet in recōciliatione† antiqua: nā
inimicus antiquus reconciliatus admittitur ad teſtifi-
candum:nam tunc cū ceſſet inimicitię cauſa,ceſſat ēt
ratio,ob quam repelli dēnt teſtes,arg.tex.in l.3.§.vlt.
* & l.ſeq.ff.de adim.leg.vbi Bart.& * cōmuniter Doct.
teſte Pegn.in d.ſchol.123.col.7.verſ.ſuperiora tamē,
ſic etiam docet Bald in margarita.in verb.teſtis, verſ.
teſtis inimicus,eo quòd ex antiquitate temporis prę-
ſumatur obliuio.ſic idem Bal.ibidem,quem ſequitur
Marſ.in d.l.1.in §.prætereà.nu.5.ff.de quæſt.

49 Secundo loco illam amplia, vt etiam deſcendētes
ab inimico capitali à teſtimonio repellantur,cū prę-
ſumantur inimici,l.athletæ,§.dat remiſſionem, ff. de
* excuſ.tut.vbi id notant Bal.&* communiter ſcriben-
tes,quos ſequitur Ant.Gomez.tom.3.variar. reſol. c.
12.num.14.

50 Tertiò ampliāda eſt eadem prior ſnīa, † vt & teſti-
ficari prohibeantur,qui cum capitalibus inimicis ali-
cuius commorantur,cum præſumantur inimici, d.c.
accuſatores,3.q.5.vbi Præpoſ.in 2.not.& c.repellant,
& c.cum oporteat,de accuſ.hinc,amicus inimici mei
nō admitetur ad me accuſandum, neq; ad teſtimo-
nium cōtra me dicendum: præſertim ſi cum inimico
meo ſit magna iūctus amicitia:ita Præpoſ. in d.c.ac-
cuſatores,3.q.5.quod ipſum ſentias de eo,qui fecit(vt
noſtri loquuntur)parentelam,ſeu confœderationem
cū inimico meo capitali:vt voluit Bal.in l.liberi. ſub
nu.3.ver.item probatur inimicitia.C.de inof. teſtam.

51 Quattò velim amplies,†vt & fortaſſe ij à teſtimo-
nio repellantur,q ſunt de aliqua familia,ſeu factione
alteri familiæ, & factioni cōtraria,quales ſunt Guel-
phi,& Gibellini in tota Italia;& in ſingulis ferè vrbi-
bus eſt vna aliqua familia potēs, & nobilis alteri cō-
traria: nā horū teſtimoniū mutuo contra ſe non eſſet
fortè facilè admittendum,cū cenſeantur inimici: vt
notat Bal.in l.vnica,col.2.nu.5. verſ.quinto nota. C.
de rap.virgi.cui adhæret Ioā.à Roy.in ſing.200.nu.8.
atq; Pegn.in d.ſchol.123.col.7.verſ. tandē nō ineptè.

52 Quintò ampliabis,†vt inimicus repellatur à dicen-
do teſtimonio,etiā ſi inimicitia contracta eſſet culpa
* eius,contra quem deponitur,vt ſcribunt* communi-
ter Doct.in d.c.repellantur,de accuſ.hoc idem tradit
Accurſ.in d.l.athletæ,§.dat remiſſionem,in verb. fa-
cta.ff.de excuſ.tut.quem ſequitur Ant. Gomez. tom.
3.var.reſol.c.12.nu.14. verſ. quod etiam extende.

Ad hæc ſexto eadem prior opinio adeo vera eſt,vt
53 ēt procedat, † quoties ſubeſt cā inimicitiæ, quamuis
reuera nondum interceſſerint,cum tamen veriſimili-
ter oriri poſſint, etſi teſtis dicat, & aſſerat, ſe non eſſe
inimicum:vt docuit Inno.in c.cum I.& A. in fine.de
ſenten.& re iudic.quem ſequuntur Feli.in c, quoties,
in 4.not.num.4.de teſtib.. & Bald. in l.præſcriptione,
colum.11.nu.36.in fi.C.ſi contra ius, vel vtil. public.
idem ſentit Bart.in l.1.in fin.ff.de his,quib. vt indign.
cui accedit Abb.in d.c.repellantur, nu.5. de accuſat.
& alij,quos refert,& ſeqtur Ant.Gomez.tom. 3. var.
reſolut.c.12.nu.14.hoc idem probauit Marſ.in ſingu.
178.inimicus repellitur,& in d.l.1.§.prætereà. ſub nu.
3.in fi.ff.de quæſt.ad idem reſpondit Iaſ.in conſ. 167.
formatæ ſunt quædam inquiſitiones,col.7.nu.8. verſ.
vnde etiam præſumptus inimicus,volum.4.& in l.ſo-
rorem,colu.2.nu.6.C.de ijs,quib.vt indign. hinc pul-
chrè dicebat idem Inn.in c.cum P.ad fi. de accuſ. ſa-
tis eſſe aliquem de inimicitijs eſſe ſuſpectum ad hoc,
vt repellatur à teſtimonio.

Hæc tamen limitabis,vt locum ſibi non vendicēt,
54 quoties inimicitia† eſſet dolo procurata,& fraude:eò
enim ꝓgreſſa eſt humana audacia, vt ſæpè homines
cum intelligunt in aliquo graui delicto aliquē poſſe
contra eos teſtificari, fraudulenter prius quæſita cau-
ſa cum eo rixantur,eiq;ſponte iniuriam inferunt, vt
poſteà eum à teſtimonio repellere poſſint: & ita libe-
rētur à crimine, quod re vera commiſerunt.Hoc ete-
nim caſu nō debet talib.ſua fraus patrocinari: ideoq;
talis lęſus poterit admitti in teſtem contra offenſorē;
ſic egregiè docet Bar.in l.1.§.cū quis,in fi.ff.de quęſt.
quem ſequitur Alex.in d.conſ.99.col.1.poſt nu.3.ibi,
niſi quando indici.lib.1.idem tradit Bal.in l.ſed, & ſi
quis,§.illud,ff. ſi quis cautionib. quē ſequitur Feli.in
d.c.repellantur,col.1.ſub nu.5.ver. fallit niſi. vbi etiā
Abb. in fi. de accuſ. huc ēt reſpexit idē Bal. in auth.ſi
teſtis productus,nu.5. de teſtib. quibus addas idē ſen-
tientem Iacob.de ſancto Georgio,in l.3.ff.de teſtibus
atq. Præpoſ.in d.c.accuſatores.3.quæſt.5. quos ſequi-
tur Ant.Gomez.tom.3.var.reſolu.cap.12.nu.14.verſ.
item etiam limita.idem voluit Pariſ.in d. conſ.2.nu.
65.vol. 4. de qua re in vtranque partem latè diſputat
Marſ.in l.1.§.cum quis latrones,num.18. circa fin.ff.
de quæſtio.

Hæc limitatio caſum mihi ſuggerit, quē in hoc ꝓ-
poſito in praxi memini mihi cōtigiſſe,dum Neapoli
Vicarij munere fungerer apud Illuſtr.Paulū de Aret.
S.R.E.Cardinalem.Nobilis etenim quidā ciuis Nea-
poli oriundus fallacis dæmonis præſtigijs deceptus
ſortilegijs cum daret operam,timens ne ſcelere dete-
cto,ſe criminis authorē eſſe neſcio qs clericus, q ſce-
leris erat cōſcius,iudici teſtimonio ſuo, vt nō multo
poſt euenit,fidem faceret, in eūdem clericum talem
excogitauit vafriciem. Is igitur ciuis publicè in capi-
tali iudicio conqueſtus eſt,clericū ſcilicet ſuæ ſaluti
inſidiatum fuiſſe,æreoq; tubo nitroſo, ac ſulphurato
puluere impleto,& huius exitu plumbea pila obſtru-
cto,tū tenui admodū ſpiraculo igne iniecto, quo ra-
ptim cognata materia populato,pilam in corpus ſuū
ꝑturbaſſe,ſed aberraſſe,quod ēt per notariū in publi-
cos libros retulit,duoſq; induxit teſtes, qui hanc rem
apud iudicē ſtatuto tpe teſtimonio ſuo confirmarēt,
qui tñ nuſquam reperti ſunt. Id verò eo ingenio fa-
ctum erat,vt clerici teſtimonium,tanquam ab inimi-
co ꝓlatū proſternere poſſet,et ipſe incolumis nō ꝓba
to crimine euaderet. Sed hæc ſpes illum fruſtrata eſt.
Nā clericus,& nobilis antea familiaritate inter ſe cō-
iūcti,leui offenſione, vt fit,alter alteri indignari cœ-
pit. In iudiciū itaq ciuis ille deferē à clerico, incāta-
tionib.ſcilicet,& ſortilegijs ipſum ſtrenuā nauare ope
ram inſimulat.dica illi ſcribitur, iudici ſe ſiſtit.adeſt
quoq; clericus,ita factū eſſe teſtatur.contra vero reus
excogitata fraude fretus, clerici teſtimoniū refellere
conatur,ꝙ hoſtilem gerat in ſe animum, cū ēt ſupe-
riori anno parum abfuerit,quin ab eodē occideretur,
idque conſtare ex conqueſtione in publico actorum

libro deſcripta. Verùm huius tandem detecto dolo, cum nullis eſſet munita teſtimonijs querela, & fraude fuiſſe procuratam inimicitiam conuinceretur, clerici admiſſi teſtimoniū, & ad vlteriora proceſſus contra illum fuit agitatum, exceptione inimicitię penitus reiecta.

Quæ quidem ſententia optimè conuenit cum eo, quod deciſum reliquit Marſ. in d. l. 1. §. cū quis latrones, poſt nu. 17. & ſeq. ff. de quæſt. ibi enim Marſiā nu. 5. vſq; ad nu. 19. poſteà quam quæſtionē hanc à Bart. excitatam in d. §. cum quis latrones, in fi. latiſſimè in vtranq; partem diſcuſſit, tandem concludit, opinionem Bar. qui ſentit, inimicitiam ſuperuenientem facto illius, contra quem producitur, non repellere teſtem, procedere quādo pars ipſa in fraudem, & doloſe dediſſet cauſam huic inimicitiæ, vt repelleret illū teſtem, & hoc iudici conſtaret. nā tunc non eſt repellendus teſtis tali inimicitia, nec poteſt dici damnum inferri illi, contra quem producitur: quia ex culpa ſua hoc euenit, quo caſu damnū ſentire non intelligitur, l. quod quis ex culpa, ff. de reg. iur. Ipſius vero Marſ. opinio, qua ſentiebat, ad repellendum teſtem à teſtimonio ratione inimicitiæ, non eſſe curandum, à quo procedat ipſa inimicitia, ſed ſatis eſſe, quod inter eos adſit inimicitia quomodocunque proceſſerit, habet locum, quando pars non fraudulenter, vt teſtis repelleretur, dedit cauſam inimicitiæ, ſed alia ratione, fortaſſe odio naturali impulſus, quo eum pſequebatur, licet præter eius culpam, ſed cauſam quærebat per fas & nefas, vt dicitur, quo concepti odij, & maleuolētiæ virus in eum poſſet euomere: vt fuit de mente Alex. in d. conſ. 99. in fi. 1. col. lib. 1.

55 Eandem declarabis, † vt ſuperiora procedant, cum inimicitia eſt capitalis: nam tunc teſtis inimicus prohibetur in hoc iudicio ferre teſtimoniū: ita docet glo. in d. c. cum oporteat, verſ. inimicos, de accu. idem voluit Bal. in d. l. athletę, §. dat remiſſionē, in princ. ff. de excu. tut. per l. licet. ff. de arb. idem tradit Abb. in d. c. repellantur, nu. 4. vbi Fel. ſub num. 2. verſ. inquantum do. Abb. de accu. & ijdem vnà cum multis alijs in d. c. cum oporteat. idē tradit Feli. in d. c. quoties, ſub nu. 4. de teſtib. ſic etiam in ſimili not. idem Abb. in c. accedens, il 2. col. 2. num. 3. verſ. & not. quod non quælibet inimicitia, vt lite non conteſt. vbi ſcribit quamlibet inimicitiam non ſufficere ad recuſandum iudicem, ſed capitalem.

56 Secùs vero ſi nō eſſet capitalis inimicitia. † nā tunc relinquitur iudicis arbitrio, vt obſeruauit gl. in d. c. cū oporteat ſuper ver. inimicos, in fin. ſic placuit, & Fel. in d. c. quoties ſub nu. 4. de teſtib. cum alijs ad hoc adductis à Pet. Moncad. in addit. ad Ciot. in tractat. de teſtib. par. 3. in litera L. verſ. quod non, nu. 169.

Quo verò pacto probetur, & præſumatur capitalis inimicitia, latè docebimus in concluſ. inimicitia.

Preterea prohibentur teſtificari in hoc crimine con-
57 ſpiratores, † vt & in cæteris merito repellūtur: ita colligerę eſt ex d. c. per tuas, de ſimon. & in d. c. accuſatus, §. licet, de hæret. lib. 6. ex quibus ita decidit Nepos de Monte Alb. in tract. de except. art. 19. incip. ſequitē videre contra teſtes, nu. 24. verſ. item ſi teſtis cōſpirator. idem tradidit Lud. Mōtal. in tract. de reprob. ſenten. Pilat. art. 2. incip. capio ſecundum, ſub nu. 1. idem voluit Io. Monach. in tract. de defen. iur. tit. 9. contra teſtes, ſub nu. 3. ver. nota tamen. vt etiam placuit Stephan. Aufr. in trac. de reprobat. teſt. nu. 27. verſ. cōſpiratores à teſtimonio reijciant, ſicuti & inimici capitales, apertò docuit Petr. Anch. in d. c. in fidei fauorē, not. 2. cui ſe ſubſcripſit Pariſ. in d. conſ. 2. nu. 66. verſi. qui Chriſtiani, volum. 4.

CONCLVSIO DCCCLVIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur quem eſſe hæreticum ex ſcriptura.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus probatur ex aliqua ipſius hæretici ſcriptura, in qua dicat aliquid credere, quod hæreticum ſit.*
2 *Hæreſis crimen per inſtrumentum poteſt probari.*
3 *Crimina quandoque probantur per inſtrumenta.*
4 *Hæreſis non probatur per inſtrumētum, quando vltra ipſum inſtrumentum non reperiantur alia coniecturę, per quas iudex animum ſuum informet.*
5 *Hæreſis vt per ſcripturam, & inſtrumentum probetur, debet ipſa ſcriptura, vel inſtrumentum recognoſci.*

Nec illa probādi quem hæreticum ratio in poſtremis eſt habēda, quæ ſumitur ex aliqua
1 ipſius hæretici ſcriptura † in qua dicat aliquid credere, quod hæreticum ſit: vt tradit Fel. in c. cum in eccleſiis, nu. 4. de maior. & obed. hoc idem voluit Siman. de Cath. Inſt. tit. 51. nu. 14. verſ. poteſt hæreſis probari. Vel etiam per inſtrumentum poteſt probari crimen
2 hęreſis, † vt ſi quis illud cōfici curaſſet, quod talis præ-
3 dicauit, vel docuit errorem, cum crimina † quandoq; probentur per inſtrumenta, vt ex l. 2. ff. quor. appel. nō recip. & not. in l. contra negantem, C. ad leg. Aquil. & in l. inficiatus, ff. ad Turpil. ita traditum eſt à Io. Cald. in d. tract. de hær. c. 12. poſt nu. 2. verſ. 4. modo, in rub. quot, & quib. mod. &c.
4 Quòd limitabis non procedere, † quando vltra ipſum inſtrumentum non reperiantur aliæ coniecturæ, per quas iudex animum ſuum informet, ſecundum Gund. ſ. in d. tract. de hær. d. q. 13. nu. 19.
5 Intelligas etiam concluſionem locum habere, † ſi ipſa ſcriptura, vel inſtrumentum recognoſcatur. vt auth. cōtra qui propriam, C. de num. pec. vt auctor eſt Siman. in d. tract. de Cathol. Inſt. d. tit. 51. d. nu. 14.

CONCLVSIO DCCCLIX.

ARGVMENTVM.

Qua ratione probetur hæreticus ex eius confeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis conuincitur per propriam confeſſionem.*
2 *Per propriam confeſſionem quis conuincitur in delictis.*
3 *Confeſſio inter omnes probationum ſpecies obtinet principatum, & ad eruēdum illam poteſt procedi ad torturam illius, qui huius criminis reus eſt.*
4 *Confeſſio ſola in crimine hæreſis ad condemnationem ſufficit, licet alias nemo ex ſola confeſſione damnari poſſit.*
5 *Deus ſolus eſt ſcrutator cordium.*
6 *Indicia indubitata eſſe debet, vt quis in crimine hæreſis ex ſua confeſſione damnetur, vbi autem dubitata eſſent, ſufficerent ad torturam.*
7 *Indicia indubitata quæ ſint iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Tortura magis debet augeri, quo maior ſuſpitio eſt contra delinquentem.*
9 *Teſtes duo ſufficiunt, vt quis torturæ ſubijciatur.*
10 *Teſtes, qui in generali inquiſitione fuerunt examinati cōtra reū, nō ſufficerent, vt ipſe torturę ſubijciatur, qa nō fuerunt examinati ipſo citato, & exiſtete contradictore, cum dari*

tum dari debeat defenſionis copia parti antequam tortura ſubijciatur.
11 *Tortura poteſt ſubijci reus, ſi coram Iudice paueat, trepidet, & vacillet.*
12 *Confeſſio facta in foro pœnitentiali nihil probaret contra hæreticum.*
13 *Tormentis poteſt ſubijci reus ex confeſſione, ſi in dicta confeſſione, tormentis extorta reperiatur confitentis perſeuerantia; alias ipſa confeſſio non tenet.*

1 Potiſſima quoq; illa probatio eſt vt quis
hęreticus cõuincatur, † ex eius
ſcilicet confeſſione: nam per propriam cõfeſſionem
2 † quis conuincitur in delictis: vt habemus ab Imp. in
l. 2. C. quor. appel. non recip. & a Venuleio I.C. in l. ſi
cõfeſſus. ff. de cuſtod. & exhibit. reor. atq; ab Vlp. in l.
2. §. ſi quis vltro. ff. de queſt. Quod itaque in propoſito
noſtro quis probetur hęreticus ex ipſa cõfeſſione traditum
eſt ab Arch. in c. quicunque nu. 5. de hęre. in 6.
à quo non diſceſſit Bal. in l. ſi quis non dicam. rapere.
cir. prin. ver. venio ad propoſitio. ibi, iſtud tamē fallit
in hæreſi. C. d. epiſc. & cleric. quem refert & ſequitur
Lud. Carer. in tract. de hære nu. 85. ver. item prædictas
perſonas punire: ſic quoq; ſenſit Gundiſ. in tracta. de
hær. in quæſt. 13. nu. 1. vt etiam placuit Io. Nic. Arela.
in d. tract. de hære. in 2. notab. in c. commenda memo
riæ. nu. 2. verſi. in crimine tamen hæreſis ſola confeſ-
ſio hoc idem probauit Io. Calder. in d. tract. de hære.
c. 12. nu. 1. verſ. 3. modo tit. quot & quib. mod Confeſ-
3 ſio namq; † inter omnes probationum ſpecies obtinet
principatum, & ad eruendum illa, poteſt procedi
ad torturam illius, qui huius criminis reus eſt, vt ſcripſit
Gundiſſ. in d. q. 13. in prin.

4 Subamplia cõcluſ. eo vſque veram eſſe † quem hęreticum
eſſe eius cõfeſſione probari, ꝙ ex illa ſola ad
cõdemnationem deueniri poſſit, licet alias nemo ex
ſola confeſſione damnari poſſit, quãdo aliter de delicto
non cõſtet vt eſt text. in l. 1. §. itē illud. ff. ad Sylla.
& dixit Bal. in auth. ſed nouo iure. nu. 5. C. de ſeru.
fug. Ang. in l. 1. C. de confeſſ. atque Ang. de malef. in
verb. & veſtē cæleſtem abſtulit. ver. quod ſi aliquis cõ
fitetur ſe plura facta. col. 12. Iaſ. etiam in l. error. col.
3. C. de iur. & fact. ignor. cū multis congeſtis per Marſ.
in pract. crim. in prin. ſub n. 5. Nihilominus in hęreſis
crimine, vt diximus ad cõdemnationē ſola confeſſio
ſufficit, quoniam aliter de huiuſmodi delicto cõſtare
non poteſt, quam per ſolam confeſſionē: ſolus enim
5 Deus † ſcrutator cordium eſt: vt ait Bald. in d. l. ſi quis
non dicā rapere. C. de epi. & cle. & ſequitur Fely. in c.
auditis. col. 15. & ſeq. in tit. de præſūp. & dixit Paris de
Pute. in tract. ſindicatus in verb. nunc vidēdum. nu. 1.

6 Quod tamen intelligas, † vt indicia adeo vehemētia
ſint, vt indubitata ſint, vbi autem dubitata eſſent
ſufficerent ad torturam: ita nota. Gundiſſ. in d. tracta.
de hær. q. 13. n. 2. pmotus authoritate Io. And. in add.
ad ſpec. in tit. de proba. in fi. & in tit. de not. crim.

7 Quę autē illa ſint indicia † indubitata multi multa
dixere, ſed concluſio vera eſt, de hoc certā non poſſe
tradi doctrinā, ſed relinqui Iudicis arbitrio. l. 3. §. eiuſdem
quoque. ff. de teſti. ita docet Bat. in l. vlt. nu. 5. vbi
etiam plenius Marſ. num. 4. ff. de quæſt. quos ſequitur
Iaco. Menoch. de arb. iud. cau. caſ. 270. nu. 3. lib. 2. cen
tu. 3. quod etiam probauit Gundiſ. in d. q. 13. nu. 3. quo
in loco Bart. nonnulla affert exempla ad inſtituendū
Iudicem, ex quib. animū ſuum debeat mouere. Addit.
tamen eo loci Gundiſſ. eo magis augeri debere
8 torturā, † quo maior eſt ſuſpicio contra delinquentē,
ex Bal. in c. 1. §. item ſi vaſallus. nu. 9. verſ. quæro quid
de ſuſpicionib. de contro. inueſt. in vſib. feud.

9 Sed ſciſcitabitur à me quiſpiam, quę probatio † requiratur
ad ſubijciendum quē torturę: ego ex ſententia
Accur. in l. vlt. in verb. vel indicijs. C. famil. erciſc.
reſpondeo duos tātum requiri, vbi illi depoſūt de indicio
tantum: vbi tamen ſuper delicto vnus tantum
ſufficeret ad torturā: vt voluit glo. in l. 3. ſuper verbo.
conuictus. C. ad leg. Iul. Maieſt. Et addit Bart. in d. l.
10 vlti. in fi. ff. de quæſtion. quod ex eo, † quod dari debet
defenſionis copia antequam ſubijciatur torturæ,
non ſufficerent teſtes, qui in generali inquiſitione
fuerunt examinati contra reum, quia non fuerunt
examinati ipſo citato, & exiſtente contradictore.

Quod ſi cætera indicia, vt & hoc ſubijciam intrin-
11 ſeca non præcedant, ex eo † quod coram Iudice reus
paueat, trepidet, & vacillet per alia, & id genus ſimilia
probabiliter torturæ poterit ſubijci: vt ait Bart. in
l. de minore. §. plurimum. nu. 4. ff. de quæſt.

Et vt ad confeſſionem reuertamur, concluſionem
12 limitabis locum habere in cõfeſſione iudiciali: † nā
ſi eſſet confeſſio facta in foro pœnitentiali nihil probaret:
vt eſt tex. in c. ſacerdos. vbi Abb. in tit. de off.
ord. & no. Bald. in l. Archigerõtes. C. de epiſ. audien.
& faciunt no. per Arch. in c. vtilem. 22. q. 2. vt refert
Io. Nico. Arelat. in d. tracta. de hæret. num. 2. & Pute.
vbi ſupra d. num. primo.

Ad hæc illud idem, quod dicebamus ex cõfeſſione
13 reum poſſe tormētis ſubijci, velim intelligas, † ſi in d.
confeſſione tormentis extorta reperiatur confitentis
perſeuerantia, alias ipſa cõfeſſio non tenet, vt inquit
Gundiſſ. in d. q. 13. num. 8. allegat. l. 1. § diuus. ff. de
quęſt. oportet enim ſecūdum Bar. in d. §. diuus. quod
ille, qui in tormentis confeſſus fuerit, reducatur in loco
publico iudicij, & ibi coram teſtibus, & notario
confiteatur, & ratificet primam confeſſionem, & ita
de conſuetudine obſeruari atteſtatur Gundiſſ. in d. q.
13. & Paris de Pute. in d. tract. ſind. circa fin. in d. verb.
nunc videndum. verſ. nam ſponte confeſſum, dicit
intelligi in confeſſione perſeuerare, ſi dato ei termino
nullam facit defenſionem, & contrarium nõ probat.
hoc idem ſenſit Siman. de cath. Inſti. tit. 65. de
tormen. num. 67. verſi. cæterum.

CONCLVSIO DCCCLX.

ARGVMENTVM.

Hæreticum probari per facti euidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus probatur per facti euidentiam. vt quia publice quis hæreſim prædicet.*
2 *Euidentiſſima probatio eſt quæ ipſo facto fit.*

1 Certiſſimus quoque eſt hæreſim probandi
modus ille, † qui ſumitur ex ipſius facti euidētia.
vt quia publice quis hęreſim prædicet: vt tradit glo. in c. ad abolēdam. ſuper
verb. deprehenſus de hær. arg. l. palam. §. vlti. ff. de rit.
nupt. quod & probauit Hoſtien. in d. c. ad abolēdam
nu. 6. ſuper d. ut. de hęr. in d. verb. deprehenſus & in c.
excommunicamus. il 2. nu. 4. ſuper verb. deprehenſi.
& ibi Guid. de Bays. & in c. quicunque. nu. 6. ver. nam
factis præſumitur de affectu. tit. de hære. in 6. arg. l. do
lum. C. de dolo. & in c. qui vident. ac c. ſicut. nu. 33. q.
5. ac cap. nuper. de bigam. ita ſcripſit Eym. in q. 50. nu.
3. ver. factis autem in 2. p. direct. cum alijs. & ibidem.
aſſeruit Fran. Pegn. in ſchol. ſ. d. 2. part. lib. 2. quod
nec latuit Ioan. Cald. in d. tract. de hæret. in c. 12. nu. 2.
in rub. quot, & quibus mod. per cap. priuſquam. 28.
diſt. iun. ibi glo. vlt. ac glo. in c. nullus dubitat. in titu.
de præſump. ac in c. ſuper quibuſdam. in prin. iunct.
ibi glo. 1. in prin. de verb. ſingu.
2 Euidentiſſima enim ꝓbatio eſt, † quę ipſo facto fit:
vt dixit glo. in c. Deus omnipotēs. in §. quoniā autē ſuper
verb. Iudicis nõ ſedētis. 2. q. 1. & in l. 2. in fi. ibi, aſpectu
atrox. ff. de fer. vt dixit Arch. in d. c. quicunq; n.
8. verſ. nā probatur euidētiſſime. ſuper tit. de hęr. in 6.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO DCCCLXI.

ARGVMENTVM.

Hæreticum probari poſſe præſumptionibus, & indicijs.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis crimen probatur præſumptionibus & indicijs.*
2 *Minores probationes ſufficere in hęreſis crimine, quam in alijs criminibus.*
3 *Sola ſuſpitio ſufficit ad inquirendum in crimine hęreſis.*
4 *Hæreticum quem eſſe leuibus ſignis, & ſuſpicionibus poteſt probari.*
5 *Probationes leuiores ſufficere in crimine hęreſis falſum.*
6 *Sola ſuſpicio hęreſis non ſufficit ad condemnationem, ſed tantum ad purgationem.*
7 *Pręſumptiones, & ſigna in hæreſis crimine plene debent probari.*
8 *Præſumptiones in crimine hęreſis ſi fuerint ſufficientes, ex eis ad torturam poteſt perueniri.*
9 *Pręſumptiones ex quibus hęreticus pręſumatur, remiſſiue.*

1 Hoc etiam crimen hæreſis † probari præſum-
ptionibus, & indicijs poſſe aſſerunt Gun-
diſ. in d. trac. de hæret. in d. q. 13. nu. 12. & ſcripſit Nic.
Eymer. in d. c. excommunicamus. in §. adijcimus. &
in §. volumus igitur. in c. 13. in 3. col. in d. 2. par. d. di-
rect. inquiſ. prout quodlibet crimen per indicia pro-
bari poteſt: vt voluit tex. in l. fi. C. de prob. & dixit Io-
an. And. in addi. ad Spec. circa fi. in tit. de prob.
2 Quod ampliabis, vt etiã in hoc crimine † minores
probationes ſufficiant, quam in alijs criminibus: vt
dixit Iul. Clar. in pract. crimin. in §. hæreſis. verſi. ha-
bet etiam hoc crimen. lib. 5. motus ex d. c. in fidei. tit.
* de hæret. in 6. quod ita * communiter à Doctor. dicit
3 intelligi, ſolamque ſuſpitionem † ad inquirendũ ſuf-
ficere: vt idem dixit in §. ſi ver. item ſcias, & quod le-
uiores probationes in hoc crimine requirantur dixit
Boſſ. in d. tit. de hæret. nu. - verſi. addo quod leuiores.
& nu. 6. & dixit in d. tract. de hære. d. q. 13. poſt nu. 9.
verſ. vbi dicit, quod licet in aliis.
4 Adeo vt etiã ex leuibus ſignis, & ſuſpicionib. † quẽ
hæreticũ eſſe probari poſſe dixerit. Car. in d. tract. de
hær. nu. 116 verſi. & no. ꝙ licet alias leui ſuſpitione ꝑ
auth. Gazatos ibi, leui ſuſpitione. C. de hęr. & l. 2. ibi le
ui argumẽto. vbi glo. C. de hęr. ac glo. in c. litteras ſu-
per verb. vehementi. in tit. de prob. & ſimilis glo. in c.
1. titu. de hæret. quod etiã probauit Io. Nico. Arelat.
in tract. de hær. in no. 27. ex dicto Inno. in c. ſicut. il 1.
de ſimo. idẽ ſenſit Puth. in tract. ſind. in verb. aduertẽ
dum. nu. 6 verſ. quod leuia ſigna. quẽ ſequitur Carre.
in d. tract. de hære. nu. 126. verſ. item probatur hæreſis.
5 Ego tamen † in hoc vna cũ Reu. Siman. ſentio fal-
ſum eſſe probationes in crimine hęreſis leuiores, quã
in alijs criminibus, ſufficere, ſic idẽ aſſeuerauit in tit.
51. de proba. nu. 11. ver. errant ergo. & eandem ſentẽ-
tiam prorſus a veritate eſſe alienã cẽſuit Palac. Rub.
in allegat. de hær. §. 12. Nã propter grauitatem præiu-
dicij requiruntur euidentiſſimę cõiecturę. etenim &
ſi quodlibet crimen probari queat per indicia, vt late
ꝓſequitur Io. And. in addi. ad Spec. tit. de proba. circa
fi. tamen quo magis crimẽ eſt graue maiores pręſum-
ptiones, & euidentiora indicia requirũtur: ſic probat
contex. cum glo. in c. literas. de præſumpt. & ibi tenet
Abba. quos ſequitur Gundiſ. in d. q. 15. nu. 21. idẽ ſcri-
bit Pegn. in ſchol. 12. ſuper cap. literas. in prin. de pre-
ſump. in 2. par. direct. inquiſ. adito tamen Simanc. in
loco ſuperius citato, vbi id vberius confirmat, & reſ-
pondet aduerſariorum obiectionibus.
6 Superius tamẽ declarabis, † vt ſola ſuſpitio hæreſis
non ſufficiat ad condemnationẽ, ſed tantum ſufficiat
ad purgationem indicendam, vt voluit Arela. in not.
126. nu. 2. & in d. trac. de hæret. & Hoſtien. in d. c. excõ
municamus. §. qui autẽ. nu. 1. idẽ tradit Archid. in c.
vt officiũ. §. verũ quia. nu. 7. ver. ſcias quod Innoc. de
hære. in 6. vt confirmauit & Siman. in d. tit. 51. nu. 12.
vt docet Eymer. in quęſ. 55. n. 9. in 2. par. direc. inquiſ.
ſic placuit & Carer. in d. tract. de hære. nu. 117. & vt aſ
ſeruit Iul. Clar. in prac. crim. in §. vlt. quæſt. 6. verſi.
item ſcias hoc idem ſequitur Pegn. in ſcho. 9. ſuper c.
excommunicamus il primo, de hæret. in verb. qui au-
tem inuenti fuerint in. 3. par. direct. inquiſ.
7 Intelligas, vt ipſa ſigna, & præſumptiones † plene
debeant probari ſic inquit Io. Anna. in rubr. de hęret.
nu. 3. idem dixit Puth. in d. trac. ſindicatus in d. verb.
aduertendum. d. nu. 6. ita etiã tradidit Io. Nic. Arelat.
in trac. de hæret. nu. 27. incipien. ſuſpitio autem. & in
eandem deſcendit ſentẽtiam Arch. in d. c. vt officiũ.
§. verum quia. nu. 7. in fi. de hære. in 6. per d. c. literas
de præſum.
Intelligas quoque vt ſi ipſæ præſumptiones ſuffi-
8 cientes † fuerint, ex eis etiam ad torturam perueniri
poſſit: vt dixit Carer. in tract. de hær. poſt d. nu 116. ver.
bene tamen ſi prædictæ. & d. nu. 126.
9 Subiungerem in pręſentia coniecturas † ex quibus
hæreticus præſumitur. verum eum hæ ad vnguem di-
ſcuſſæ ſint a Reue. Sima. de cath. inſt. d. tit. 50. de præ-
ſump. & ſuſpitionibus per tot. illum titulũ huic labo
ri ſuperſedebo, reijciens me ad ea, quæ eleganter, &
copioſè ab eo ſuere tradita.

CONCLVSIO DCCCLXII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur hæreticus ex inuentione librorum hæreſim continentium.

SVMMARIVM.

1 *Hęreticus ex eo probatur, ſi apud eum inuenti fuerint libri hęriſim continentes. Contr. nu. 2. & cur, ibi.*
3 *Hęreticus vere probatur ex eo, ſi apud eum inuenti fuerint libri hęreſim continentes, cum ipſe fuerit illorum librorum author.*
4 *Libri hęreſim continentes verè probant eum hęreticũ apud quem fuerint inuẽti, ſi author illorũ fuerit, & deceſſerit, nec ſit proteſtatus, illos ſupponendo correctioni eccleſię.*
5 *Librorum hęreticalium author probatur hęreticus, cum ex propoſito hęreſim ponit, eamq; contra catholicam fidem ſtabilire contendit, ſecus ſi quaſi aliud agens proferat hæreticale dictum.*
6 *Libri hęreticales inuenti apud aliquem illum reddunt ſuſpectum de hæreſi.*
7 *Hęreticus an quis probetur ex inuentione librorum hęreticalium, iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Libri hęreticales inuenti penes imperitum, illum non probant hęreticum.*
9 *Libros hęreticales qui accepit occluſos cum hæreditate, vel mercibus, nec adhuc exoluit, ex illa intentione is non probatur hęreticus.*
10 *Libri ab hęreticis compoſiti nihil hęreſis continentes non probant quem hęreticum, ſi apud eundẽ fuerint inuenti.*
11 *Libri hęreticales inuẽti penes virum probatiſſimum a quo omnis malitia abeſſe putaretur, illum non probant hæreticum.*
12 *Res furata inuenta penes viros bonę famę, qui non ſint ſoliti furari, non facit eos pręſumi fures.*
13 *Quę requirantur, vt librorum improbatę lectionis retentio quem ſuſpectum de hęreſi conſtituat.*
14 *Libros hæreticales retinens, vt hæreticorum errores confutet, non dicitur hæreticus.*

Preſum-

15 *Prǽſumptiones aliǽ grauiſſimǽ prǽter coniecturam inuē-
tionis librorum debent concurrere, vt hǽreticus quis
prǽſumatur.*

Nec leuis illa præſumptio eſt, vt quis hæreticus
probetur, ſi apud aliquē inuenti fuerint li-
1 bri hæreſim continentes: vt voluit gl. in c. ſanè, il 2. §.
item in actione, iuncto ibi tex. 24. q. 2. idē dixit Marſ.
in conſ. 52. miſericordia Dei me non deſerat, poſt nu.
34. verſ. ad quod ēt. ac in eius pract. in §. diligēter, nu.
92. verſ. quod etiam facit. necnon in l. qui falſam. col.
32. nu. 115. verſ. nam eo ipſo ff. ad leg. Corn. de fal. ꝙ
etiā ſequitur in tract. de hær. nu. 125. verſ. & no. quod
hoc crimen. vt tradidit. & Nou. in pract. crim. tit. cō-
tra monetarios, in c. ſcire debet, nu. 12. & Iodoc. Da-
mhou. in pract. ciu. c. 178. nu. 43. quod inſignè relatu
putauit Rom. ſing. 326. eo ipſo, quod libri, cui accedit
Grat. conſ. 151. in cauſa huius carcerati, nu. 3. lib. 2. ſic
quoq; ſcripſit Gundiſſ. in tract. de hær. d. q. 13. nu. 19.
verſ. probatur etiam. vt refert Menoch. in tract. de ar-
bitr. iud. caſ. 324. nu. 12. hoc idem confirmauit Arch.
in c. filij, vbi etiam Io. And. nu. 4. de hær. in 6. vt etiam
ſenſit Caſſ. ad conſue. Duc. Burg. rub. 1. des iuſtices. ſu-
per text. es droicts d'icelles. nu. 53. quem refert Pegn.
in ſchol. 1. col. 4. verſic. ac primum. Arch. in 2. part. di-
rect. inquiſ. lib. 2.
2 Hoc tamē omninò labi† cēſet Alb. de agnoſ. aſſer.
Cath. et hǽr. q. 28. ſub nu. 1. cum plurib. ſeq. vbi multis
rationibus eorum ſententiam refellit, cui adhæret Si-
ma. de Cath. Inſt. tit. 39. de libris, nu. 23. ver. multi iu-
ris periti, duplici ratione permotus. Primum ꝙ præ-
ter leges id genus probationis inducunt: quod neque
vnquam receptum eſt. Deinde quod ea ſola præſum-
ptione, ſiue ficta probatione putant.
Vt tamen aliquo pacto concilientᷣ inter ſe hǽ con-
trariæ ſententiæ, dicere poterimus, illorū ſnīam tunc
3 veram eſſe, cum conſtiterit eū† apud quē liber repro-
batæ lectionis reperitur, eundem librum compoſuiſ-
ſe: nam hoc caſu verè hæreticus eſſet, cum maiori de-
liberatione libri ſcribantur erronei, quàm verba hæ-
retica emittantur libri enim huiuſmodi ſine aliquo
alio accuſatore apertiſſimè authorē arguunt hæreti-
cum, & conuincunt, vt probat Pegn. in d. ſchol. 1. col.
4. ver. horum tamen, in 2. par. direct. inquiſ. lib. 2. & ita
etiam tuetur veteres interpretes. Roy. ſing. 124. ſic
quoque ſcripſit Arnal. d. q. 26. ſub nu. 1. & 4. præcipuè
4 verò ſi is† author horum librorū deceſſiſſet, nec pro-
teſtatus eſſet, illos ſupponendo correctioni eccleſiæ,
vt ibi. inquit Arnal. nu. 18.
Hoc tamen dictum non putat indiſtinctè accipiē-
dum Pegn. in d. ſchol. 1. col. 5. ſed tūc cum author ex
5 propoſito hæreſim ponit,† eamq; cōtra Catholicam
fidem ſtabilire contendit. nam ſi quaſi aliud agens
proferat hæreticale dictum, quod ex ignorantia po-
tius, quā malitia dixiſſe videatur, præſertim in rebus
obſcuris, quas nō facilè quis explicitè ſcire præſumi-
tur, qualia ſunt multa ad fidem ſpectātia valdè diffi-
cilia, re vera non putaretur hæreticus, quod tunc ma-
ximè verum eſſet, cùm vel generalem præmiſiſſet ꝓ-
teſtationem, vel aliàs vir Catholicus, & probus com-
muni hominum exiſtimatione haberetur.
Hinc optimè conſtat melius illos ſenſiſſe, qui dixe-
6 runt,† ſuſpectos eſſe illos, qui libros hæreticorū hēnt,
vt Arch. in c. 2. nu. 12. ver. item qui libros hæreticorū,
de hær. in 6. Fel. in c. ſi quis epiſcopus, circa fin. verſ. in
gl. ibi ſanè, de hær. atq; etiam Arnal. in d. q. 28. nu. 14.
verſ. poſſet tamen. & Io. Cald. in tract. de hæret. c. 7. ex
quib. indi. & præſump. & c. nu. 5. verſ. ſed pone.
Verùm cæteris rectius, & prudentius ſenſerunt, qui
7 tradidere † in hac re plurimū iudicis arbitrio eſſe tri-
buēdum, q ex perſonarum, & librorū qualitate, aliiſ-
que circunſtantijs, cauſa cognita in vnaquaq; ſpecie
optimè ſtatuere poterit. nam quid ſi retinens tales li-
8 bros penitus ſit imperitus† qui eos nec intelligat, nec
legere ſciat, dices ne eum vehementer ſuſpectū? non
vtique. In hac igitur re, vt in cæteris iudicio opus eſt,
& conſ. peritorum. Fieri namq; quandoq; poteſt, vt
abſq; vlla ſuſpicione hæreſis libri damnati penes ali-
quem reperiri poſſint: vt de imperito proximè dictū
9 eſt, quod etiam locum habere poteſt in eo, † qui cum
hæreditate, vel mercibus accepit occluſos: nec adhuc
10 exoluit. Vel etiam ſi tales eſsēt libri,† qui licet ab hǽ-
reticis eſſent conſcripti, nihil tamen contra fidē con-
tinerent, ſed tantùm quæ ad grammaticam, medici-
nam, vel ſimiles prophanas artes ſpectarēt: aut ſi is q
11 retineret vir eſſet probatiſſimus, † à quo omnis mali-
12 tia abeſſe putaretur: ſicut de re furto ſubtracta† dixęre
Bal. & Imol. in l. vlt. ff. de hæred. inſt. ea enim reperta
apud homines bonæ famæ, qui non ſint ſoliti furari,
non facit eos prǽſumi fures. ſimile in caſu noſtro ſcri-
pſit Arnal. de agno. aſſer. q. 28. nu. 25. & ſeq. cui adhǽ-
ret Pegn. d. ſchol. 1. col. 5. & ſeq. ver. an autē ſic. itaque
optimè ſcripſere ij, qui aſſeruere iudicis arbitrio ſtan-
dum eſſe: vt Sima. d. tit. 38. de libris, nu. 24. ibi, ego ve-
rò, & Menoch. in d. caſ. 374. nu. 11.
Et ad corroboranda ea, quæ dicta ſunt in principio
huius vltimæ ſententię, adduco ea, quæ ſcripſit Frāc.
Burſ. in conſ. 90. an Iudæus, nu. 10. vol. 1. vbi ait, duo
13 requiri,† vt ſcilicet librorum improbatæ lectionis re-
tentio quem ſuſpectum de hæreſi conſtituat, primò
ſcientia, deindè quòd ſint damnati pro hæreticis. per
ea quæ notantur in c. damnamus, de ſum. Trinit. cum
ſimi. vt & aſſeruit Locat. inquiſ. iud. ver. libri. & Ioan.
Cald. in d. tract. de hæret. c. 7. nu. 5.
Sic ergo declarata cōcluſione poterit eadem limi-
tari, vt non procedat. vt hæreticorum detectis errori-
14 bus diſputatione illos confutare poſſint in eis,† q hu-
iuſmodi libros retinent, & conuincere. iux. contex. in
c. qui de menſa. 37. diſt. & c. legimus, il 2. vnà cum gl.
vlt. 37. diſtin. ita ſcripſit Iodoc. Domhaud. in d. pract.
ciu. in d. c. 178. nu. 45. poſt Car. in d. tract. de hær. poſt
d. nu. 125. ver. vbi dicit niſi dictos, vt & voluit Fely. in
15 d. c. ſi quis Epiſcopus, in fi. in tit. de hęret. vbi ait,† prę-
ter hanc coniecturam inuentionis ſcilicet librorum,
grauiſſimas aliàs præſumptiones debere concurrere,
vt hæreticus præſumatur. vt idem tradit Gundiſ. in d.
q. 13. poſt nu. 19. ver. poterat enim eſſe in d. trac. de hę-
ret. cui accedunt Menoch. d. caſ. 374. nu. 12. atq; Con-
rad. de off. prǽt. in cau. crim. lib. 6. c. 9. de hær. nu. 4. &
Burſ. in conſ. 90. an Iudæus. num. 11. lib. 1. idem ſenſit
Arnal. d. q. 28. nu. 4.

CONCLVSIO DCCCLXIII.

ARGVMENTVM.

Hæreticus relapſus quomodo quis probe-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus relapſus quis probatur ex eo, quod poſt hæreſim
abiuratam in eandem incidiſſe conuictus eſt.*
2 *Hæreticus relapſus probatur etiam ſi ante abiurationem
non fuiſſet conuictus de hæreſi, ſed contra eum ſuſpicio
de hæreſi extitiſſet.*
*Ex iuris fictione non tamen quòd is cenſeatur, & dicatur
verè relapſus, vt nu. 3.*
4 *Suſpicio de hǽreſi debet eſſe vehemens, vt quis hæreticus re-
lapſus cenſeatur.*
5 *Hæreticus relapſus etiam is dicitur, qui in vno articulo à
priori diuerſo errauerit.*
6 *Hæreticus relapſus is dicitur, qui fuit fautor, vel recepta-
tor hæreticorum, qui in illo errore verſabantur, in quem
antea ipſe lapſus erat.*
7 *Hǽreſis materia à quibus latè diſcuſſa.*

Hæretico-

1 Hæreticum vero relapſum † quē eſſe probatur ex eo, quod poſt hęreſim abiuraram in eandē incidiſſe conuictus eſt: vt determinat tex. in c. accuſatus. in prin. & ibi doct. tit. de hære. in 6 & dixit Siman. in d. tract. de cath. inſtit. tit. 57. de relapſis nu. 4. ver. hęreticus quoque.

2 Amplia conclu. procedere, † etiam ſi ante abiurationem non fuiſſet conuictus de hęreſi ſed contra eũ ſuſpitio de hęreſi extitiſſet: vt probatur in d. c. accuſatus. & ibi Doct.

3 Limitabis ampliationem hanc procedere † ex iuris fictione nō tamen ꝙ talis cenſeatur, & dicatur vere relapſus ex quo prius conuictus non fuerat de prima hęreſi ad plenum, ſed ius eum relapſum fingit: eo quia nunc conuincitur, iuxta præſumptionem vehementem primæ hæreſis, eo quia in eadem hæreſi inuenitur, vt illa verba demonſtrant in d. ca. accuſatus. ibi, cenſeri iuris fictione. & ibi tradit glo. in d. titu. de hære. in 6.

Secundò limita eandem ampliationem locũ ha-
4 bere, † qñ talis conuictio, vel ſuſpicio fuerit magna, vel vehemens, aliàs ſi leuis, & modica, quãuis ex nouo in hæreſim relapſus ſit grauius puniendus, non tñ debet in hęreſim relapſorum numero haberi, nec eorum pęna puniri, vt habemus in eodem c. accuſatus. in fi. princ. d. tit. de hær. in 6. & tenet Simanc. in d. tracta. de cath. Inſti. tit. 1. de abiuratione. nu. 19. ver. ſed plurimum referr. cum ſeq.

5 Secundo loco amplianda eſt concluſ. † etiã ſi quis prius de vna hæreſis ſpecie, vel in vna ſecta, ſiue in vno articulo, aut in vno ſacramento eccleſię conuictus fuerit: nã ſi poſtea in aliam ſectã hæreticorũ inciderit, vel in alio articulo fidei errauerit, ēt à priori diuerſo poſtmodum hęreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurauerit, cenſetur relapſus: vt videre eſt ex d. c. accuſatus. §. 1. ꝙ ēt ſenſit Siman. in d. tit. 57. poſt d. nu. 4. ver. & his item relapſus. ſed ſi non in illa ſecta, vel in illo articulo fidei, in quo errauit, abiuraſſet tñ, & poſtea relaberetur in alio articulo diuerſo cenſeretur lapſus, non aũt relapſus: vt voluit gl. in d. c. accuſatus. §. 1. licet in hoc contrariũ teneat Archi. in d. §. 1. & cum eo ibi tranſeat Dom. quos etiam videtur ſequi Gundiſ. in d. tract. de hęret. d. q. 20. nu. 6.

6 Tertio amplia cōcluſionem habere locum † ēt ſi abiuratus poſtea non inciderit in illũ errorē, ſed ſolũ fuerit fautor, vel receptator hæreticorum, qui in illo errore verſabantur: quia per huiuſmodi receptationem, & fomentum pro relapſo hri debet: ac relapſorum pœna puniendus venit: vt ait ſumm. Pont. in d. c. accuſatus. §. ille quoque de hær. in 6. & declarat Siman. in d. tit. 57. poſt nu. 4. ver. poſtremo. hoc idē placuit Io. à Roy. in aſſer. 41. nu. 333. verſ. facilè, quæ omnia copioſius explicauit idem Siman. in d. tracta. de cath. Inſtit. eod. titu. 57. per tot. & Eymer. in q. 58. per tot. in 2. par. direc. inquiſ. & latè Pegn. ibi. in ſcho. 64. in 2. par. direct. inquiſ.

Hæc habui, quæ breuius, q̃ tam amplum dicendi argumentũ poſtulat dicerem, infinita propè alia dicenda ſupererant, ſed temporis anguſtia, tum etiam iudicis non leue officium non ſinit, vt ex voto materias vberes, in quibus examinandis iuris ciuilis vela eſſent explicanda, diſcutere poſſim. Longè ampliora hæc tibi lector daturi, cùm plus ocij nacti erimus: vt verò aliquo pacto tibi ſatis in præſētia faciamus, adire poteris hos authores, qui ex propoſito hæreſis ma-
7 teriam abundè explicauere, † hoc eſt, Re. Sima. in ſuo tractat. de cathol. inſtit. Arnal. Alb. de agno. aſſer. cathol. & hær. ſchol. Franc. Pegnæ in direct. inquiſ. Nic. Eymer. Gũdiſſ. Io. Cald Nic. Arelat. Boſſ. Paul. Chirlan. Lud. Car. in tract. de hæret. & ſexcentos alios in huiuſmodi materia.

CONCLVSIO DCCCLXIV.

ARGVMENTVM.

Homicidium fuiſſe commiſſum animo occidendi quo pacto probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quot modis committatur.*

2 *Homicidiũ fuiſſe commiſſum animo occidendi difficile probatu eſt: propterea per coniecturas extrinſecus ſumptas probatur.*

3 *Homicidiũ fuiſſe commiſſum animo occidēdi probatur ex genere armorum, vt ſi quis gladio, enſe, & id genus alijs aliquem percuſſerit.*

4 *Occidendi animum non habuiſſe pręſumitur is, qui percuſſerit cũ pugno, calce, baculo, haſta exarmata, capulo enſis, vel lapide gladium apud ſe habens, vel ſaxũ proijciat vt canem feriat, ac hominem pertranſeuntem occidat* Contrarium num. 6. Reconciliatio, num. 7.

5 *Ponens offendiculum ad feneſtram cauſa capiendi fures noctu, non tenetur de homicidio, ſi quis propter illud decident moriatur.*

8 *Percutiens cum baculo in capite, vel in loco periculoſo, pręſumitur habere animum occidendi.* Contr. num. 9.

10 *Percutiens cum baculo in capite, & percuſſus moriatur, ille præſumitur habuiſſe animum occidendi, cum pręmanibus nõ habebat arma, ſed ſolum baculum: ſecus ſi alia habebat arma, & ſolo vſus ſit baculo.* Contra. nu. 11.

12 *Percutiens cum baculo, non tenetur pęna homicidij, ſi aliquo pacto conſtiterit non habuiſſe animum occidendi.*

13 *Percutiens cum baculo in capite, & percuſſus moriatur, ille pręſumitur habuiſſe animum occidendi, ſi nullo pacto apparere poſſit, quonam animo percuſſerit, vel etiam conſtabit de aliqua graui læſione, & inimicitia capitali, vel ſolitum fuiſſe homicidia patrare, niſi contrarium probetur.*

Contrarium *tam in priori, quàm in poſteriori caſu,* nu. 15.

14 *Amicitia, & ſanguinis coniunctio efficit, vt præſumatur homicidium caſu fuiſſe patratum.*

16 *Percutiens cum baculo circa cerebri partes pręſumitur habuiſſe animum occidendi: ſecus ſi in faciem.*

17 *Homicidium fuiſſe commiſſum animo occidendi, probatur per teſtes deponentes audiuiſſe ante homicidium cõmiſſum, accuſatum dixiſſe, ſe velle talem occidere.*

18 *Animus ex verbis declaratur, & nulla maior eſt probatio, quàm qualitas verborum expreſſa.*

19 *Nemo id dixiſſe exiſtimandus eſt, ꝙ non mente agitarit.*

20 *Homicidium non fuiſſe commiſſum animo occidendi probatur per iuramentum.*

21 *Iuramento probantur ea, quæ in animo conſiſtunt.*

22 *Cauſę criminales non dirimuntur iuramento partis.*

23 *Homicidium non fuiſſe commiſſum animo occidendi, probatur per rei iuramentum, ſi pro ipſo accuſato aliquæ concurrant præſumptiones, quod non animo occidendi percuſſerit: ſecus ſi nullæ extent pro eo coniectura.*

24 *Reus ſe defendens, poteſt probare per ſuum iuramentũ, ſe patraſſe homicidium non animo occidendi, non item actor accuſans.*

25 *Reus in criminalibus non debet condemnari, niſi ex probationibus, luce meridiana clarioribus.*

26 *Homicidium fuiſſe commiſſum non animo occidendi probatur ex coniecturis, & pręſumptionibus.*

27 *Homicidium fuiſſe commiſſum animo occidendi non pręſumitur in dubio.*

28 *Dolus in dubio non pręſumitur.*

29 *Bonus quilibet pręſumitur.*

30 *Coniectura, quando capi poteſt delicti, & non delicti, ſemper debemus capere eum ſenſum, per quem quis non cadat in delictum.*

31 *Percutiens tenetur probare ſe commiſiſſe homicidium non animo occidendi, & cur, ibi, &* num. 32.

Accuſa-

33 *Accuſator debet probare accuſatum doloſè animo occidendi homicidium commiſiſſe, deducendo qualitatem armorũ & loci percuſſionis, vt ex eis dolus deprehendatur, & ei pena ordinaria infligatur.*

34 *Accuſatus de homicidio, vt a pęna ordinaria liberetur, & ab eo dolus excludatur, tenebitur probare, ꝙ non dolo, neq; animo occidẽdi percuſſerit, deducendo qualitatem percuſſionis, non cũ ferro, ſed cum haſta, nec in loco periculoſo, vel quia erat amicus, ſiue conſanguineus.*

1 Homicidium † cõmitti tripliciter, animo, facto & verbo, ſeu lingua, habemus ex c. homicidiorum, t. diſtin. de poen. c. ſicut dignum, de homic. & tradidit Cępol. in conſ. 38. Magnificè, & generoſe vir, in prin. quem ſequitur referendo Lud. Carrer. in pract. crim. §. 4. incip. homicidium, nu. 1.

In primis itaq; diligenter inueſtigabimus qua poſſit probari ratione, homicidium fuiſſe animo occidẽ
2 di commiſſum. Nullus eſt igit̃ qui ignoret hunc, † & dolum in committendo homicidium probatu difficilem eſſe ex eo, ꝙ ſit quædam intima animi perturbatio, & qualitas, quæ directè probari nequit. Hinc meritò noſtri voluere, per argumẽta extrinſecus ſumpta, & qualitates, quæ ſub ſenſum cadãt, probari poſſe, vti notas earum rerũ, quæ ſunt in animo: ſic colligere eſt ex Imp. Diocle. & Maxim. in l. dolum. vbi Alex. C. de dolo. & Imp. Antoninus in l. 1. C. de ſica. atque ex reſponſo Martiani in l. 1. §. diuus, ff. eod.

Homicidium itaq; fuiſſe commiſſum animo occidendi ex pluribus coniecturis, quibus id põt probari, potiſſima præſumptio eſt ea, quæ ſumitur ex genere,
3 & qualitate armorum, † vt ſi quis gladio, enſe, vel haſta ferro acuminata percuſſerit hominem: nã iſtum proculdubio habuiſſe animum occidendi cõſtat: ita cautum eſt ab eodem I. C. in d. l. 1. §. diuus, ff. de ſic. & à ſum. Pont. in c. ſignificaſti. lo 2. de homic. vt & obſeruauit Bar. in l. diuus. nu. 2. ver. item ſi in rixa, ff. de ſic. & ibi Marſ. nu. 13. ver. item Seius. vbi latè ad idẽ reſpondit Cęph. in conſ. 29. viſo proceſſu facto. col. 2. verſ. ſed dictus Franzonus. & in conſ. 31. ſuper homicid. commiſſo, col. 1. verſ. item ex genere inſtrũ. idẽ protulit Thom Gram. conſ. 23. conditoris machinę, nu. 6. & 7. ver. & quoq; ex genere armorũ. ſic & cẽſuit Alex. in conſ. 140. vĩ in caſu propoſito, col. 2. num. 3. ver. hoc præſuppoſito. li. 2. & iſtis acceſſit Lud. Care. in pract. crim. §. 2. inci. homicidij ſpecies, nu. 30. verſ. ſed qualiter, quo in loco alios idem probantes citat.

Non ſic erit præſumendũ ſi percuſſerit cũ pugno,
4 † vel calce, ac ẽt cum baculo, atq; cum haſta exarmata, quam præ manibus habebat, ſiue cum enſis capulo, vel lapide gladiũ apud ſe habens, vel ſaxũ proijciat, vt canem percutiat & hominẽ pertranſeuntẽ occidat. Ex his namq; modis percutiendi dilucidè colligere poſſumus percutientẽ nõ habuiſſe aĩum occidẽdi, ẽt ſi occidat; ita probat contex. in l. eum qui. C. de ſicar. & in d. l. 1. §. diuus. ff eo. tit. & in c. ſignificaſti. lo 2. de homi. cui ſnĩæ ſe ſubſcripſit Bar. in l. 1. §. 1. nu. 3. ff. ſi qs om. teſta. lib. eſſe iuſſ. ſue. & Alb. & Ang. in l. lege Cornelia. ff. de ſica. per contex. ibi, atq; Bal. in l. data opera. nu. 11. & 53. C. qui accuſ. non poſ. & l. 2. vbi Sal. nu. 20. C. de noxal. & placuit Pan. Caſt. in l. fugitiui. nu. 6. C. de ſer. fugi. & in l. & ſi ſeuerior. C. ex qb. cauſ. infa. irrog. & in l. 1. C. vbi Senat. vel Clariſ. Iaſ. ẽt in l. actionib. nu. 26. ff. de in lit. iur. & in l. 3. §. ꝙ prot. nu. 3. ff. ſi quis eũ, qui in ius vocat. & in l. 1. nu. 19. ff. de legib. idẽ cõprobauit Boſ. in pract. crim. tit. de homic. nu. 20. 36. 55. & 68. ſicq; tradidit Couar. in clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. nu. 4. cũ ſeq. iſtis accedit Tiraq. de pęn. temp. cã. 2. & 13. vt & ſenſit Ant. Gome. lib. 3. reſolu. c. 3. de homic. nu. 15. cũ ſeq. vt ẽt confirmauit Clar. in prac. cri. §. homicidium. ver. dĩ etiam culpoſum homicidiũ atq; Alb. de agnoſ. hær. q. 7. nu. 12. & 13. nec latuit Ang. Aret. in tract. malef. in verb. ſcienter. & c. in pen. verſ. & latius in verb. & ex interuallo d. Titius mortuus fuit. fol. mihi 2. ver. ſed aduertas & ibi additio, author hocq; cõſulẽdo ſequutus eſt Soc. ſen. in conſ. 178. inci. primo aſpectu. col. 2. verſ. ſecundo eadem concluſio. lib. 2. ſic etiam habemus proditum à Fel. in d. c. ſignificaſti. el 2. de homic. nu. 11. ver. noto. ibi ratione inſtrumenti & iſtis adhæret Mart. in l. 1. nu. 83. C. de ſica, in l. 1. §. præterea. num. 12. ff. eo. & in l. de minore. nu. 18. ff. de quæſt. & in d. l. diuus poſt nu. 13. verſ. itẽ ſcias. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & in conſ. 7. ſummi cœli. nu. 44. verſ. primo enim hoc colligit. & in conſ. 67. nu. 18. & in ſing. 176. voluntas, & propoſitũ. & Gram vot. 23, nu. 5. & in conſ. 29. in cauſa Magnifici Triſtani nu. 19. & 21. & ſcripſere Doct. & præcipuè Bald. in l. vnic. nu. 2. verſ. nota in iſta lege. C. de emen. ſeruo & Cyn. in l. is, qui cum telo. vbi etiã glo. C. de ſicar. atq; reſpondit Aret. in conſ. 80. ſicut dicimus. poſt nu. 5. ver. his ergo breuiter præmiſſis, & ab hoc non vĩ receſſiſſe Alex. in d. conſ. 146. vĩ in caſu propoſito. lib. 2. dum conſulendo reſpondit illum, ꝗ
5 poſuit offendiculum † ad feneſtram cauſa capiendi fures noctu non cenſeri feciſſe animo occidẽdi, licet contigerit quem volentem per feneſtras ingredi, mediante iſto offendiculo præcipitem lapſum in terrã, & mortuum eſſe, ea ratione quia inſtrumentum, quo ipſe vſus fuit potius erat aptum ad capiẽdum, quam ad occidendum, ꝙ & veriſſimum arbitratus eſt Dec. in conſ. 234. in effectu quæritur, poſt nu. 3. qui locum hunc Alex. citat. idem placuit. Io. Ber. Dioz. reg. 33. & latè Carer. in d. ſua pract. crim. §. 2. incip. homicidij ſpecies d. nu. 31. ver. & ideo ſi gladio. Dec. etiam docuit in conſ. 9. & protenus facultate. num. 3. verſ. nam animus occidendi.

6 Huic ſententiæ † aduerſari vĩ quod proditum eſt à Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquitur in poſtremis verbis. ff. de pęn. quo in loco ſcriptũ reliquit, ꝙ ſi quis volens occidere Titiũ, & errore ductus Sempronium occidat pęna ordinaria homicidij puniẽdum eſſe, ex eo, ꝙ dabat operam rei illicitæ, & ſic non excuſatur iſta voluntas non occidẽdi Sempronium: cui opinioni adhæret Ant. Gome. & illam nonnullis iuribus & rationibus nititur tueri lib. 3. reſol. c. 3. de homic. nu. 34. atque idem placuit Iul. Clar. in prac. crim. §. homicidium. ver. dicunt autem aliqui.

7 Verumtamen hæc opinio † Bar. falſa * cõi calculo ſcribentium cenſetur, & contra ipſum Bar. tenet Flori. in l. ſcientiã. §. ſed ſi defendẽdi. ff. ad l. Aquil. ſequitur Iaſ. in l. ſi per errorẽ. nu. 7. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1. nu. 16. ff. de legib. aſſeuerans ibi vna mẽte * omnes id ſenſiſſe cõtra Bar. & in dubio priorem opinionem eſſe ſequendam, cum mitior ſit, teſtat̃ idem Iaſ. in l. 1. nu. 19. ff. de leg. ſic etiam animaduertit Aegid. Boſſ. in pract. crim. tit. de homic. nu. 73. & non prætermiſit Lud. Care. in pract. §. vndecimo nõ excuſat ignorantia. in prin. & obſeruauit Menchiaca in cõtrouerſia. 96 nu. 33. vbi cõcordes in hoc ſenſu manere * oẽs ſcribentes contra Bart. atteſtatus eſt, & confirmauit Placa lib. 1. de lict. c. 27. in prin.

Verum vt Bar. ſenſus vna cũ communi ſcribentiũ ſnĩa congruat, verba eius rectè introſpicienda ſunt. nam in d. §. delinquit. non reperitur ipſum ſcripſiſſe, delinquentẽ illum debere pęna ordinaria puniri, ſed tm̃ ſimpliciter dixiſſe puniri, neque ibi explicat, an pęna ordinaria, vel extra ordinaria plectẽdus ſit. vnde nec nos id dicere debemus. arg. l. 3. in fi. ff. de offic. præſid. & ibi gl. ſuper verbo nec extinguit̃, ſed potius vt eius ſnĩa à communi non diſſentiat, noſtra erit interpretari extraordinaria pęna debere puniri, vt amplectitur communis opinio, de qua ſupra.

Iſtud vero quod diximus de percuſſione facta cũ
8 baculo, vel haſta, ſic vel in intelligas, † vt locũ vendicet, niſi ex qualitate, & loco percuſſionis, & ex modo

percu-

percutiẽdi,aliter iudicandũ eſſet,vt ſi percuſſio ſit facta in capite vel alio in loco periculoſo,ac ſępiùs repercuſſa:qa eo caſu præſumitur id egiſſe animo occidendi & ita pœna ordinaria homicidij eſt puniẽdus, ſi percuſſus moriatur:ita ſancitũ eſt in d.tex.c. ſignificaſti.el 2.in fi.de homic.vbi Fel. poſt nu.11.ver.limita hęc omnia.de homic ſpecialem teſtẽ citat Ang.in d.l.1.§.ſed ſi clarè.ff.de ſica.qui dicit valdè quotidianam.idem monuit Ang.Aret.in tractat. de maleſ.in verbo ſciẽter,& doloſè.verſ.& dictus Titius ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit,ibi ſed aduertas,ne erres,quod & ex pluribus ſcribentibus idẽ ſentientibus confirmat Lud.Carer.in d.pract.crim. d. §. homicidij ſpecies.num.31.& 32.

9 Contraria in hac re fuit mente† Hipp. Marſ.in d.l. 1.§.diuus.ff.ad leg.Corn.de ſicar.vbi à.n.19.ver. modo quæro.vſq; ad nu. 28. verſ. benè fateor. examinat articulũ.& nu.24.concludit pro pcutiente, licet percuſerit cum haſta in capite, et percuſſus mortuus fuerit,quia nihilominus nõ præſumitur animus occidẽdi,nec pœna homicidij teneatur.& idẽ ante eũ vr̃ voluiſſe Cæpol.in cõſ.30.regatij ſcholarium.col.1.verſ. ſed certè contrarium eſt verius,& hoc idem cõfirmauit voto ſuo Gram.vot.23.poſt.nu.3.ver.ſed premiſſis non obſtãtibus. vbi ex voto etiam aliorum dominorum iudicum magnæ curiæ vicarię quędam Domina Nobilis,quæ eius ancillam,quam à viro pręgnantem credebat, cũ baculo ſæpiùs in capite percuſſit, & occidit,fuit à pœna capitis abſoluta,& p ſeptennium in inſulam deportata,& iſtis adhæret Iul. Clar.in pract. crim.§.homicidiũ.ver.dr̃ etiam.qui ad hoc citat Bal. in conſ.136.lib.2. nec ab hoc receſſit Io. de Amic. in conſ.23.in inquiſitione formata,verſ.nona cõcluſio, iuncto verſ.cum igitur ex proceſſatis.Paul.Caſt.quoque id comprobat in cõſ.192. in cauſa carceratorum. aliàs 27.nu.3.verſ.nũc ad propoſitum.lib.2. ad quem locum ferè omnes videntur confugere in hoc articulo,& illũ citat Marſ.conſ.4.de vultu tuo domine. nu. 30.qui ibi iſtud etiam tenet prout itidem facit in cõſ. 67.Domine Deus.num.20.verſ.ſed vltra prędicta.

Concordes has opiniones efficere poteris, ſi dicis 10 priorem ſententiam poſſe procedere,†quãdo percuſſor non habens alia in manibus arma, ſed ſolum baculũ,vel haſtam, percuſſerit aliquem cum baculo in capite,adeo vt percuſſus poſtea moriatur, iſto namq; caſu omnis præſumptio eſt contra ipſum, quod percuſſerit animo,& propoſito occidẽdi, & licet id cum baculo,& non armis aptis ad occidendũ fecerit, hoc euenit,quia tunc nõ habebat in manibus alia arma: ita animaduertit,& in hãc ſententiã deſcendit Marſ. in d.l.1.§.diuus.n.28.verſ benè fateor.ff.ad leg.Corn. de ſicar.quem etiam refert Carer.in ſua praxi crim.d. §.2.homicidij ſpecies.poſt nu.32. verſ. ſed, poſterior verò opinio poteſt locum habere, quando percutiẽs alia in manibus habebat arma, & tamen illis noluit vti,ſed baculo,vel haſta percuſſit, nam tũc ſatis liquide conſtare videtur de non animo occidendi, & ſic non pœna ordinaria homicidij debet puniri: vt per Marſ.& Carrer. locis proximè citatis.

11 Ab hoc tñ ſenſu diſſentire vr̃ † Thom. Gram. in d. voto 23.vbi in caſu ſuo pcuſſio fuerit facta à non habente alia arma ſed cũ baculo in capite, & ſæpius repercuſſa,& ſequuta eſt mors, & tñ cõcluſum fuit per omnes dominos, non eſſe puniendã D. illam pœna mortis,ſed per ſeptenniũ in inſulam deportandã, de qua ſupra meminimus,nec ab hoc diſsẽtit ipſe Marſ. ſibi ipſe diſſimilis in ſing.176.incip. voluntas, & propoſitũ.nu.1.& in conſ.7. ſummi cœli.nu.44.verſ. primo.n.& alios idẽ ſentientes citat Carrer.d.§.2.homicidij ſpecies.poſt d.nu.32.in quibus locis habeř percutiẽtẽ cũ baculo in capite ẽt ſine alijs armis,licet mors ſequatur,non tamen eſſe puniendum pœna mortis.

Propterea hunc in modum diſſenſionẽ hãc remo-12 uebimus,dicendo,†quòd ſi cõſtare aliquo pacto potuit percutientem cũ baculo, vel haſta non habuiſſe animũ occidendi, q̃ optimè fieri potuit ex præcedẽtibus,vel ſequentibus verbis, vera erit opinio illorũ, qui pœna mortis nõ teneri percutientẽ arbitrati fuere:vt in caſu ipſius Gram.d. voto 23. & in caſu Marſ. d.ſing.176.vbi præſupponitur aĩo tantum verbera infligendi,& non occidendi fuiſſe factam percuſſionẽ: idẽ erit dicendũ, ſi inter eos conſtabit talem nõ præceſſiſſe inimicitiã ſiue offenſam,ex quibus veriſimiliter nõ erat commiſſum homicidiũ, iuxta caſum propoſitum ab Aret.in d.conſ.147.& à Marſ. in d. cõſ.7.

13 Si verò ex verbis,† tàm præcedẽtibus quàm poſteà ſubſequẽtib.nullo pacto apparere poterit,quonã animo percuſſerit,vel ẽt conſtabit de aliqua graui læſione,& inimicitia capitali,tunc proculdubio,ſi pcuſſio facta fuerit in capite,& mors poſteà ſequatur, præſumendum erit animo occidendi id egiſſe,non obſtante,quòd haſta ſiue baculo percuſſerit: ita reconciliãdo hos inter ſe diſſidentes auctores concludit Carrer. in d.ſua praxi crim.d. §.homicidij ſpecies. poſt d.nu. 32.verſ.ſed dici põt,quo in loco affert ſcribentes hoc idẽ comprobantes, vel ẽt ſi conſtabit ſolitũ eſſe alia cõmittere homicidia, qa & iſto caſu præſumptio erit contra eum,percuſſiſſe aĩo occidendi,niſi cõtrarium dilucidè probabit:vt ſi conſanguineum,vel amicum occiderit,vt ait Carrer.eo.loco.n.35.verſ.probatur ẽt.

14 Amicitia enim† et ſanguinis coniũctio efficit,vt pręſumatur homicidium fortuitu fuiſſe patratum:vt doctè monuit Fel.in c.vlt.in fi. verſ. itẽ ſcias.de homic. & nos latius infrà dicemus. intereà de hoc conſulas Aret.in cõſ.147.viſa cõſultatione.col.vlt.& Marſ. d. cõſ.7.sũmi cœli atq; in d.§.diuus.nu.31.verſ.põt modo.Carrer.tradit in praxi crim.d.§.homicidij ſpecies. in poſtremis verbis.nu.153.verſ. prædicta autẽ. & habetur in gl.1.C.de ſicar.addendus quoq; erit Barthol. Cæpol.in cõſ.31.nu.5.& Marſ.in l.1.poſt nu.85. verſ. capio gl.& nu.86.verſ.& circa hoc. C.de ſicar.

Iſtis omnibus tàm in priori caſu, quã in poſteriori 15 non diſſimulanter fuit aduerſarius† D. Octauianus Vulpel.in ſuo eleganti cõſ.129.orta rixa.vbi contextuum auctoritate, & ponderationibus verborũ illarũ legum,conatur oſtendere percutientem cum baculo in capite,ſiue habeat alia arma præ manibus,vel nõ, ſi mors itidem ſequatur,teneri de homicidio.

Verùm etſi ab eo ibidẽ adducta non minus doctè, quàm argutè tradita ſint, tamen cum huius præclari mihi ſumma familiaritate coniuncti viri auctoritas ſola ſit,nec alicuius ſcribentis teſtimonio fulciatur, magiſq; communi ſententiæ aduerſetur, huic potius adhærendum eſſe quàm illi duxi,cùm æquior, & humanior ſit:quippè quæ tendat ad rei tuendam ſalutẽ. Amicus enim Socrates,amicus Plato,ſed magis amica veritas,vt dicere ſolebat Ariſtot.

Illud verò poſtremo loco traditum ſic fortè limi-16 tare quis poterit,vt verum ſit,†ſi pcuſſio illata ſit circa partes celebri, ſecùs fortè ſi circa faciem, vbi non videtur verum,teſte experiẽtia, vt ex modico ictu in facie quis moriatur. ita per verbũ fortè ſcripſit Fel. in c.ſignificaſti.il 2.nu.11.verſ. & cõſidera vltra omnes, de homic.cui videtur adhærere.Carer.in d. pract. cri. d.§.homicidij ſpecies.poſt d.nu.32.circa fi.

Secundo loco probari poterit homicidiũ fuiſſe cõ-17 miſſum animo occidendi,†per teſtes deponentes audiuiſſe ante homicidiũ cõmiſſum accuſatum dixiſſe, ſe velle talem occidere:ita me docuit Lud.Carer. in prax.d.§.homicidij ſpecies,nu. 39.verſ.probatur etiã, teſtes locupletiſſimos citat Marſ.in d.§.diuus.& Grãmat.d.vot.23.cũ alijs in eo.loco p eũ allatis, animus 18 enim†ex verbis declarať, & nulla maior eſt pbatio, quã qualitas verborum expreſſa: admonuit Bal. in c. 1.de teſti.& concini,quod cautum eſt in l.Labeo. §. 19 idem Tubero.ff.de ſup.legat. ibi, nemo † exiſtimandus eſt

dus eſt dixiſſe quòd non mente agitauerit, & tradit
Marſ.in d.l.1.d.§.diuus.nu.3.

20 Præterea tertio iſtud ſic velim amplies, † vt ēt per
iuſiurandū probari poſſit homicidiū non fuiſſe com-
miſſum animo occidendi: qa quę in animo ſita ſunt
21 † iuſo proprio declaranda ſunt, ita tradidit Accur.in
l.1.ſuper verbo non occidendi animo. C.ad l. Corn.
de Sicar.q̄ optimè ibi declarat Hippo.Marſ.nu.85.&
eandem eſſe ſingularē, & multa obſeruatione dignā
aſſeruit Rom.in l.in illa ſtipulatione.nu.41.ff.de ver.
oblig.idē docet Bal.in l.vlt.in 20.oppoſ.C.de hæred.
inſtit.ad idem reſpondit Cœpol.in conſ.2. in fi. & in
conſ.29.nu.2.& ſenſit Anto.Gom.lib.3.reſol.c.3.nu.
17.atque Iaſ.in l. admonendi.col.101.nu.310. verſi.
adde etiam.ff.de iureiur. & idem ſcripſit latè poſt gl.
in §.ſed iſtæ.Inſti.de act.quam gl.etiam ſequitur An-
cha.in conſ.158.inc.rationis.in fi.& Aug.in cōſ.313.
incip.viſo d. teſtō col.3. ad quod accōmodariſſimus
etiam obſeruandus eſt contex. cum gl. in c.ſi verò il
2.de ſenten.excom.& cont.in c.potuit de elect.& gl.
in l.ſi cui.§.iiſdem.accuſ. idem Iaſ. ſentit in l.cū qui-
dam. col.2.nu.12. de iur.om.iud. quibus haud dubie
reſpondit doctr.Barto.poſt glo.1.in l.Fulcinius.ff.ex
qui.cau. in poſſ. eat. à quo ibi proditum eſt animum
alicuius, quod dolo, vel abſque dolo aliquid fecerit,
probari per ea, quæ demonſtrantur dixiſſe extra iudi-
cium, & dilucidè hoc docuit Gramm.vot.10. nu.22.
& ſequen.verſ.ex quib.quidem, iſtud etiam compro-
bat authoritate plurium tàm cōtextuum, quàm glo-
ſarum, atque conſulentium Marſil. in conſ.116.pro-
ximis ſuperioribus dieb.nu.8. verſ.quid autem, & in
conſ.61.poſt reditum.nu.27. & 28.verſ. nā tractatur,
& in hypotheſi noſtra protulit Carer. d. pract. crim.
d.§.homicidij ſpecies. nu.41. ver. in quibus etiam &
veriſſimum arbitratus eſt Ioan. de Arno.in ſingu.44.
vulneraſti Titium, qui pro valde ſingulari proditum
relinquit animum fuiſſe vulnerandi, & occidendi,
poſſe probari per iuramentum ipſius vulnerantis, ad
id affert glo.notab.in l.1.in verb. non occidendi ani-
mo.C.ad leg. Corn.de ſicar.

Huic tn̄ ſnīæ aduerſari videtur, ꝙ cauſæ crimina-
22 les † non dirimuntur iuro partis, vt eſt ſancitum in l.
vlt.C.de prob.& in l.dolum, C.de dolo.ſcripſit Bart.
in l.maritus.ff.de quæſt.& * omnium ſuffragiis ſcribē-
tium eſſe probatū aſſeruit Dec.in conſ.37.in cauſa ri
goroſa.col.vlt.in fi.ver.itē quia ſumus in criminalib.
atq; vno animo * cuncti tenuere in l. admonendi. ff.
de iureiur.& ibi latè Iaſ.nu.274.verſ.ſed hac conclu-
ſione, qui pariter * communem ſententiam ſcriben-
tium eſſe teſtatur.quibus accedit Marſ.in prac.§.poſt
quam.nu.1.& Carer.in prac.crim.d.§. homicidij.ſpe
cies.nu.42.verſ. obſtat tamen. & fuit deciſum in Ca-
pell.Thol.vt habetur in eius deciſ.253.item fuit quæ
ſitum. vbi etiam additio, author, qui & contrarium
ſentientes affert.

Vt concordes efficiantur hæ inter ſe diuerſæ opi-
niones, ſic dicere poterimus, vt ſnīa priori in loco
23 allata locū habeat † ſi pro accuſato aliquę cōcurre-
rent p̄ſumptiones, ꝙ non animo occidendi percuſſit,
nā tunc iureiurando ſe purgare poterit, niſi contra-
riū probetur, ita protulit Carer.d.§.homicidij ſpecies
nu.43.verſ.niſi diceres. vbi Iaſ.Ang. Roma.Marſi.&
cæteros citat, quos conſulere poteris, & cōſuluit Cœ
pol.in conſ.42.cum Petrus Malauſatus. col.3.

Poſterior vero ꝓcedit, ſi nullæ extant pro eo cōie-
cturæ, vel alias malè apud oēs auditur, vt colligere
eſt ex traditis per Io.Arno.ſing.ſuo.45.incip.per om-
nia ferè municipia, ad id teſtem locupletiſſimū lau-
dat Ang.in l.quam iudicio. ff.de acc.

Vel ſecūdo loco recōciliabis, vt prior opinio vera
24 ſit, & locū habeat in reo ſe defendente † & poſterior
in actore accuſante, cui à iure non permittit perfice-
re iuramento ſuo ſemiplenam probationē, cū in cri-
25 minalibus † non debeat condemnari, niſi ex proba-
tionibus luce meridiana clarioribus vulg.ll.ita cōſu-
lendo reſpondit Alex. in conſ.66. viſo proceſſu in cā
vertentis inter Heliſeum col.1.poſt nu.1.ver. & dicit
ibi Ang.permotus authoritate eiuſdē Ang.in l.falla-
citer.C.de abolitio.& Alex.etiam ſequutus eſt Iaſ.in
d.l.admonendi poſt nu.275. verſ.item loquitur. ff.de
iureiurando.

26 Rurſus & quarto loco probabitur † animus nō oc-
cidendi ex coniecturis, & preſumptionibus, vt me do
cet Accur.in l.1.in verb.non occidēdi animus. C. de
ſicar. & in l. Fulcinius.§. cū hoc dictum in verb.ani-
mus. ff. quibus ex cau. in poſſ. eat. rn̄dendo monuit
Alex.in conſ.140. vt in caſu propoſito.col.2.poſt.n.
3.lib.2& pluries conſultus reſpondit Hippol.Marſ.vt
in conſ.4.de vultu tuo.num.26.& in d.conſ.7.ſummi
cœli nu.43.& in conſ.61. poſt redditum conſilium.
num.27.ver.quibus præmiſſis, & in conſ.67. Domine
Deus. nu.19.ver. nā ex coniecturis, & diremit Gram.
voto ſuo 10.cœleſtis curiæ.nu.27.& hoc cognitū ha-
buit Fely.in c.ſignificaſti.il 1. poſt nu.4. verſ.aduerte
tamen de hom.neque huius fuit immemor Bar. poſt
gl.in l.apud Celſum.in prin.ff.de doli excep.idq; po-
ſtremo non præterijt.Carer.d. pract.crim.d.§.homi-
cidij ſpecies.nu.40.verſ.probatur etiam ex alijs conie
cturis. Verum de hac re cōſulas quæ iam tradidimus
ſupra in concluſio.animus occidendi, vbi ea abunde
ſuppeditabuntur, quæ hic deſunt.

Nec miretur quiſquā, ſi tot cōiecturis, totq; p̄ſum-
ptionibus opus ſit ad probandū animū occidēdi, vo-
luerunt etenim noſtri, dū pro viribus ſaluti Rei con-
27 ſulunt in dubio † non preſumi homicidiū animo oc
cidendi fuiſſe cōmiſſum, ita ꝓ reo ſcripſit Accur.qui
hoc inſigniter tradit in l. fluminū. §.vlt. in verb.non
teneri me.ff.de dam.infect.& ibi Bar.etiā obſeruauit
in prima oppoſitione. de quo Accurſij loco pro exi-
mio meminit ēt Bar.Cepol.in ſuo tract.de ſerui.vrb.
præd.tit.de ſolo.& Dec.c.29.inc.ex ordine nobis oc-
currit.nu.3.ver.ſed eſt dubiū. & in tit.de feneſtr.c.61.
inci.videamus primo.poſt nu.2.in dubio tn̄.& tradit
Marſ.in conſ.51.nu.48.licet nedum, & idem ſentit in
l.1. poſt nu.64. verſ.modo vlterius. C.de ſicar. Ea ra-
28 tione, quia dolus † in dubio non præſumitur, neque
accuſato incumbit onus probandi de nō dolo, cum
29 quilibet † præſumat̄ bonus.l. non omnes.§. à barba-
ris. ff. de re milit. & quia etiam qn̄ capi poteſt conie-
30 ctura † delicti, & non delicti, ſemper debemus cape-
re eū ſenſum, per quem quis non cadat in delictum,
vt monuit Bart.in l.nō ſolum.§. ſed ſi cū poſſet, alias
in §.ſed vt probari.ff.de no.oper.nunc.& ſæpius con-
ſultus rn̄dit Rom.in conſ.113. pro deciſione.nu.1.&
in conſ.320.Hæc iſtorū.nu.6.verſi.cum enim poteſt,
quod dictum refert, & ſequitur Fel. in c.cum ex offi-
cij poſt nu.31.verſi. dixit etiam Lud. de præſcr.& idē
Rom.in conſ.353. quod primum. poſt nu.2.verſ.pri-
mo quia, nec id ignorauit Hier.Grat.in conſ.59.in cā
inquiſitionis.nu.15.lib.2.quib.acceſſit Marſi. in rub.
ff.de fideiuſſ.nu.47.& in d.l.2.nu.68. C.ad leg. Corn.
de ſicar.& iſtis addendus eſt Card.in conſ.139.factū
tale eſt nu.25.itaq; in caſu preſenti erit preſumendū,
ꝙ non animo occidendi occiderit, vt excludamus
delictū, & interpretatio fiat ad fauorē accuſati, aliàs
rationes affert Carer.in d.ſua praxi crim.in d.§.homi
cidij ſpecies.nu.44.verſ. ſed an in dubio, & plura ad
id exempla, diuerſasq; rationes tradit Marſ. in d.l.1.
nu.65.cum ſeq. C.de ſicar.

Nec defuerunt, qui magis actori, quā reo fauentes
à contraria ſteterunt ſnīa, ex his vnus eſt Marſ.in d.l.
1.poſt nu.78.ver.ſed pro reſolutione. C.de ſicar. quo
in loco poſt multa per eū ibi allata pro priori ſenten
31 tia concludit, imo percutientē teneri probare † non
percuſſiſſe animo occidēdi, ea ratione qa homicidiū
eſt prohibitū iure diuino, vt in p̄cepto, non occides,

ac etiam humano.l.qui cædem. & per tot.ff.de ſicar. vnde occidens præſumptionem iuris habet cõtra ſe, cum geſſerit facinus prohibitum, & à iure damnatũ quod propterea praue præſumitur actum.l.ſi nõ conuitij,& ibi gl.1.C.de iniur.& ita cũ dolo. vt dicit Boniſ.in rub.de homic.in fi. & cõprobat Carer.in d.ſua praxi.d.§.homicidij ſpecies, poſt nu.44.verſ. contrarium tamen concluditur,qui alios citat idem aſſeuerantes,hoc ẽt cognitum habuit Cępol.in conſ.29.viſo proceſſu.col.2.ver.itẽ quia in delictis,& in conſil. 31.ſuper hoc homicidio,col.1.ver. item præſumitur. in fi.vbi ad hoc affert contex.in l.1.C.de ſica.

32 Quibus & hoc quoq; adijci poteſt † quod ſi accuſatus non teneret̃ probare non animo occidẽdi percuſſiſſe,ſed eius ſimplici aſſertioni eſſet ſtandũ, ꝓculdubio delinquendi cuiq; præberetur anſa, qa vnuſquiſque ex voluntate, vt pœnas homicidij euaderet,etiã iuraret non percuſſiſſe animo occidendi,ſicque delicta remanerent impunita: contra tex.in l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.cũ vulga. ita animaduertit Marſ. in d.l.1.poſt nu.78.verſ.item etiam.C.de ſicar. & reiecit ſe ad ſe ipſum in pract.§.diligenter.nu.107.

Verumtamen, vt aliquo pacto iſtud diſſidiũ tolli
33 poſſit, poſſumus dicere accuſatorẽ † debere probare accuſatũ doloſè,& animo occidendi percuſſiſſe, deducendo qualitatem armorum, & loci percuſſionis, vt ex eis dolus deprehendatur, & ei pœna ordinaria infligatur,iuxta tradita in c.ſignificaſti. de homic.& ita procedit prior opinio.

34 Inquiſitus vero† vt à pœna ordinaria liberet̃,& ab eo dolus excludat̃,tenebitur deducere, & probare,ꝙ non dolo,neque animo occidendi percuſſit,deducẽdo qualitatem percuſſionis non cũ ferro,ſed cum haſta, nec in loco periculoſo, vel quia vt amicus, ſiue conſanguineus,vt iam ſuperius monuimus,& habet̃ in d.l.1. C.de ſicar. quod non obſcurè etiam colligit̃ ex d.§.diuus.d.l.1.ff.de ſicar. vbi vtrunq; debere probare,ſcilicet accuſatorem,& accuſatum cauit I.C.& iuxta hanc ſententiam declarauit Carer.d. praxi.cri. d.§.homicidij ſpecies. d.nu.44.in fi.

CONCLVSIO DCCCLXV.

ARGVMENTVM.

Quomodo homicidium facto commiſſum probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium facto commiſſum eſſe probatur ex indubitatis indicijs,argumentis,& coniecturis.*

2 *Homicidium facto commiſſum eſſe cum probatur ex indubitatis indicijs,ad condemnationem poteſt etiam ad mortem deueniri,ſine alijs probationibus.*

3 *Indicia multa vrgentia plenam faciunt probationem.*

4 *Satius eſt impunitum facinus nocentis relinquere, quàm innocentem condemnare.*

5 *Ex indubitatis indicijs non poſſe perueniri ad condemnationem,ex Gandino.*

Secundum, quod in hac homicidij materia diſcutiendum nobis propoſuimus, in præſentia explicandum ſeſe offert. Examinauimus namq; in ſuperiori concluſione coniecturas,ex quibus occidendi animo homicidiũ fuiſſe commiſſum colligitur, nunc videndũ eſt quomodo homicidium facto cõmiſſum probari poſſit, & ſi Bal. & Saly.credendum erit, non eſt ambigendũ pro
1 bari poſſe † ex indubitatis indicijs, argumentis,& cõiecturis,ita ipſimet ſcripſere in l.vlt.C.de prob.ꝓmoti authoritate eiuſdem tex. & idem tradidit Ang. de Maleſ.in verb.fama publica.col.3.ver.an vnum indicium.atq; Gandi.de maleſ.in rub.de indi.& præſum. ad condem.vbi abundè de hoc agit. & in Rub. de ꝑſumpt.& indic.indub. Alex. pluribus in locis conſultus reſpondit,vt in conſ.15. viſo ꝓceſſu inquiſitionis. col.3.num.3.lib.1.& in conſ.24. animaduerſis.col.3. poſt nu.9.verſ.his præmiſſis,lib.2.& in conſi.14.ponderatis narratis.col.1. poſt nu.2.ver. tñ præmiſſis lib. 3.hoc idem confirmauit Hipp. Marſ.in ſing.19.incitu ſcis,& Apoſtil.ad Dec. in l.nemo ex his. ff.de reg. iur.neq; huius immemor fuit Fel. licet remiſſiuè loquatur in c.tertio loco.nu.8.verſ.in gl.ſing.de proba. quod & placuit Marſ.in pract.crim.§. diligenter.nu. 21. ver.& vltra prædicta, & ad id teſtem locupletiſſimum citat Abb.in conſ.113.tria ſunt.col.2. in princ. vol.2.idem Marſ.in §.qm̃,num.29.& ſeq.verſ.quæro vlterius, & idem animaduertit Franc. Brun. in tract. de ind.& tort.q.4 1.par.num.5.& ſeq. Carer.etiam expoſuit latè in l.obſeruare curabis. C.quo.appell.non recip. in pract.crim.nu.105. ver.in tex. vbi quamplures alios idem ſentientes affert.

Ampliare poteris priori loco concluſionẽ, vt eo
2 vſq; procedat,† ꝙ ẽt ex huiuſmodi indicijs indubitatis poſſit ad condemnationẽ deueniri ẽt ad mortem ſine alijs probationibus,ita reſcripſerunt Imp. Theodo. Arcad. & Honor. in l.ſi qui adulterij.C.de adult. & Grat. Valent. & Theodo. in l. vlt. C.de probat. & ſumm.Pontif.in c.is qui. de ſponſ.& in c. quia veriſimile.de præſumpt.& probat tex.in c. excommunicamus,in fi.de hæret.id etiam proditũ reliquit Io.And. ad Spec.tit.de prob.§.videndum reſtat.ad nu.19.ver. 13.in litera D.in verb.ſciant, & aſſeuerauit Angel.in tra.de maleſ.in ver.cõparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt totum col.4.hoc cognitũ ẽt habuit Saly.in l.vlt.C.de prob. atque Bal.ibi in prin. neq; ab his diſſenſit Abb.in conſ.113.incip. tria ſunt,col.1.in prin.
3 lib.2.dum ibi monet indicia † multum vrgentia plenam facere probationem,cuius pronunciatum extollit Marſ. in pract. crim.in §. diligenter nu.21.verſ.& vltra prædicta quo in loco admonet id perpetuo mẽti tenendum eſſe, quia alibi non legit̃, & vna mente
* oẽs * id ſenſiſſe ſcribentes atteſtatur Carer.in d.prac. crim.l.obſeruare curabis.d.nu.105.verſ.ex quo oĩum dictis. vbi ꝗ plures idẽ cõprobãtes citat. alios ẽt plures hanc partẽ ſequẽtes adducit Marſ. in prac. cri. in §.quoniam,nu.29.verſ.quæro vlterius,& concludere Fran.Brũn.in trac.de indic.& tort.q.4 1.par.nu.1.vbi diſtinguit inter indicium ſemiplenum, & dubitatũ, & indicium plenum & indubitatũ. Ex primo inquit, nunquam quis damnatur quia ſanctius eſt impunitũ
4 facinus nocentis relinquere, † quam innocentẽ condemnare.l.abſente.in prin.ff.de pœn.& iſtud indiciũ dirigit iudicem in iure quæſtionis habendæ ſecundũ vero dirigit in viam condemnationis, & ex eo quis poteſt,& debet condemnari per contex. in d.l.ſi quis adulterij. C.de adulter.
5 In contrariam † deſcendere ſñiam quam plures ex noſtris,tum profitendo, tum etiam conſulendo quorũ primus fuit.D.Gãdi.in ſuo tract. de maleſi.in rub. de præſumpt.& indic.indub. ex quibus condem.pot. ſeq.q.1. quo in loco circa fi.ver.non obſtat, aſſeuerat
* oẽs * ſapientes, qui ſua tẽpeſtate commorabãtur Boniæ, & alibi eiuſdẽ fuiſſe ſñiæ, in dubitatis ſcilicet indicijs deueniri non poſſe ad condemnationẽ,prout etiam ita de conſuetudine ſeruari teſtatur ipſemet ibid.cuius opinionem ſequendo refert Marſi. in d. §. qm̃ nu.31.ver.ſed contrariã partem.in prac. crim.vbi dicit hanc queſtionem melius & copioſius examinari ab ipſo Gandino loco iam allato oĩbus alijs quos viderit,ibique quãplures adducit ſcribentes,qui huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt. quorum menti præcipuè acceſſit Pau.de Caſt.cõſ.299. incip.viſa inquiſitione

col.

col.3.poſt nu.7.verſ.ſed nec ex dictis.vbi hoc dictum Gandini refert, auctoritate cuius meminit in verſ. & propter eius dictum; paulò ante defendiſſe quẽdam à pœna capitali,contra quem ita vehementia, & indubitata vrgebant indicia,vt animus, & ſenſus induci non poſſet ad credendum aliũ perpetraſſe homicidium, quàm ipſe inquiſitus, hoc idem non ignorauit Dec.in conſ.175.incip.in cauſa falſitatis nu.6.nec ab hoc receſſit Frãc.Brun.d.tract.de indic.& tort. q.4.1. par.in fi.nu.16.idem confirmauit Io.Franc.Ponzinibius ciuis Placentinus in tract. de lamijs. poſt nu.67. ver.1.quod in hoc crimine,& reſpondit Marſ.in cõſ. 7.incip.ſummi cœli.nu.36.& in conſ.46.incip.proximis.nu.10.quod & fuit ſingulare axioma. Inno.in c. quia veriſimile.nu.2.verſ.nota tamen.de præſump.& illud eſt ſequutus Oldrad.in conſ.192.incip.viſo diligenter.poſt nu.1.Abb.etiam in c.afferte.de pręſump. id cognitum habuit,& Rom. comprobauit in conſil. 451.incip. quædam mulier.

CONCLVSIO DCCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Quibus verbis homicidium fuiſſe mandato commiſſum probatur.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium mandato alicuius fuiſſe patratum dicetur.ſi probabitur mandatum fuiſſe, vt delictũ committeretur propter ſe ipſum ad ſuæ voluntatis ſatiſfactionẽ,quęcũque verba interueniãt,dũmodo ſit ad volũtatẽ mãdãtis.*

2 *Homicidium quomodo verbis imperatiuis , & rogatiuis committatur.*

3 *Homicidium verbo fuiſſe commiſſum,probatur etiam per ſubſcriptionem alicuius.*

4 *Homicidium mãdato fuiſſe commiſſum, non probatur per verba admonitoria,commendatoria,vel perſuaſoria.*

5 *Mandare non dicitur, qui exhortatur.*

6 *Mandare non dicitur, qui monet.*

7 *Mandare non dicitur, qui commendat.*

8 *Mandare non dicitur , qui laudat homicidium ab aliquo committendum .*

9 *Mãdatũ ſit mente,colligitur ex ſerie, & qualitate verborũ.*

10 *Mandare non dicitur, qui ſuadet.*

11 *Mandare non dicitur,qui conſulit,vel permittit.*

12 *Mandare non dicitur,proferens verba ſub conditione.*

13 *Homicidium mandato fuiſſe commiſſum,vellens probare, & probans tantum inſtigaſſe, crimen intentatum non probat.*

14 *Homicidium, vt ex verbis probetur , illa verba debent expreſſè tendere ad delictum.*

15 *Temporis ordo debet probari , vt quis de mandato condẽnari poſſit.*

16 *Homicidium verbo probari poteſt per quęcunque verba etiam enunciatiua, ex quibus probabiliter appareat , ea verba proferentem animum ad vindictam gerere.*

17 *Mandatum ad occidendũ à domino prouenïſſe præſumitur ,ſi ipſe ab aliquo iniuria affectus dixerit famulo, ne domũ redeas,ni ego quid noui ſentiam de hoc negocio,& ipſe ſeruus illum interfecerit, qui domino iniuriam intulerat.*

Quod ampliatur, & limitatur multis modis remiſſiuè. nume, 18.

Reliquum eſt, vt examinemus qua ratione probetur homicidium fuiſſe verbo commiſſum,quod totũ conſiſtit in man-
1 dato.Homicidium itaq; mandato† alicuius fuiſſe patratum dr̃,ſi probabitur,mandatũ fuiſſe, vt delictum committeretur propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem,quęcunq; verba interueniunt,dũmodò ſit ad voluntatẽ mandantis:ſic loquutus eſt Bart. in l. non ſolum.§.ſi mandato.nu.2.ver.venio ad materiã. ff.de iniur.quem ſequitur Ang.de Maleſ. ſuper gl. Sẽpronium mãdatorem. in prin.quod etiam tradit Bal. in l.ob hæc verba.col.1.poſt nu.5.verſ. reuoco in dubium.ff.de his,qui not.infam.eidem quoq; Bar.adhęret Alex.in conſ.127.viſa inquiſitione.nu.5.lib.4.& in conſ.128.quoniam abundè.nu.2.eo.lib.4.

2 Nam ſiue vtatur verbis imperatiuis,† vt quia dicat occide,vel percute,vade fac,vt occidas,& ſimilibus, ſiue verbis rogatiuis , rogo vt occidas, vel vindictam pro me facias,vel dicat vellem,vel optarem , vt occideres,vel alijs verbis,de quibus in l.1.vbi Bart.ff. mãdati.ſi indè ſequatur homicidium , probabitur illud verbo fuiſſe cõmiſſum , eo quod probatur mãdatum.

Concluſionem ampliabis , vt probetur & homici-
3 dium†per verba fuiſſe commiſſum, ſi probetur verba alicuius in ſubſcriptione poſita , etenim paria ſunt mandare, & ſubſcribere: vt habemus in l. etiam. vbi glo.& Bal.C.quod cum eo,qui in alien.poteſt.

Limitabis modò,quod in principio cõcluſionis di-
4 cebamus,†mandatũ induci,& probari,quęcunq; verba interueniant,vt locũ non habeat, ſi verba ſint admonitoria,cõdemnatoria,vel perſuaſoria , nam cum ex ijs mandatum non probetur, nec propterea homicidium verbo fuiſſe cõmiſſum,poterit probari,vt tradunt Accur.& Bar.in d.l.1.ff.mãd.& Accur.in d.l.ob hæc verba.in verb. exhortatur.ff. de his,q not.infam. quos ſequitur Carer.in pract.crim.§.circa.nu.36. ibi,
5 dummodo non ſint,nam nec q exhortatur, † manda-
6 toris opera fungitur,vt inquit Pap. in d.l.ob hæc verba.ff.de his qui not.infam.nec qui monet,†mãdat , vt
7 in l.idemq; §.ſi quis.ff.mand.nec q commẽdat,† mãdat,ut in l.ſi uerò non remunerandi.§.cũ quidã. ff.eo.
8 mand.unde ſi tu uolebas occidere hominẽ,† & dixiſti mihi,& ego laudaui,quod erat benefactum, iſtud nõ eſt mandare:unde qñ teſtes inducuntur ad probandũ mandatũ,iudex dẽt interrogare teſtes, quibus verbis vſus fuit ille q accuſatur:nã ex ſerie, & qualitate uer-
9 borum† apparebit,utrum fuerit mandatum,necnè:ut inquit Bal.in d.l.ob hæc uerba.ſub nu.2.uerſ. gl. ultra
10 procedit.Nec etiã qui ſuadet,†mandat,ut l.1. §.idem Pomponius.ff.depoſ.Nec qui conſulit,uel permittit,
11 †mandat;ut l.cũ pater.§.mando.ff.de leg.2.ſic tradit ead.gl.in d.l.ob hæc uerba, quam ibidem probat Bal.

Hanc limitationẽ ſublimitare poteris, ut uera non ſit,ſi ex præcedentib.& ſequentibus ac ex natura rei, uel perſonarum aliud eſſet conijciendum , ut cenſuit Boſſ.in d.tit. de manda.ad homic.nu.49.quo in loco aſſeruit hanc fuiſſe mentẽ Bar.in d.§.ſi mandato. d.l. nõ ſolum.ff.de iniur.& hoc idem eſt, quod dicit Bal. in l.1.col.3.uerſ.ex perſonis.C.de ſeru. fugit. dum ibi poſtquam docuit ex quibus uerbis oriatur mandatũ, hæc ita ſubdit:ex perſonis deniq; cauſis, & moribus, & animoſitate loquentium dicta penſemus.

12 Secundo loco limita, † ut non pcedat,ſi uerba ſub conditione fuerint prolata,non ſimpliciter,et purè,ut inquit Bartol. in l. ſi pupilli.§. uideamus.num.8.ff.de neg. geſt.

Tertiò illud idem limites uelim , ut locum ſibi nõ
13 vẽdicet,†ſi probatũ fuerit quẽ inſtigaſſe aliũ ad occidendum:nam ſi quis accuſatus eſt, uerbis mãdauerit committi homicidiũ , & probetur tantũmodo inſtigaſſe,non erit condemnandus:quia crimen intẽtatum non eſt probatum;aliud enim eſt delictum inſtigare,aliud uerbis ad illud committendum mandare. unde cum probatio nõ ſit conſentanea modo agẽdi, talis probatio nõn releuat probantem : ut not. in l. 1, §.diuus.ff.ad leg.Corn.de ſicar. ita ſcriptũ reliqt Bal. in d.l.ob hæc uerba.ſub nu.2.uer. pcedamus ulterius.

14 Prætereà intellige eandẽ cõcl.ut ad hoc,† ex uerbis homicidiũ probetur,illa uerba debeant expreſſè tendere ad delictũ,alioqui fieret interpretatio in meliorẽ partẽ, ut patet ex ijs,q adduxit Ale.in d.cõſ.128.

ſub nu.3.cũ ſeq.lib.4.quē ſequitur Acq. Boſ.in pract.
crim.tit.de mand.ad hom.nu.49.ver.aduerte tamen,
& prius his id monuit Bal.in d. l. quem ibi poſteà ſe-
quutus eſt Iaſ.n.24.C.de ſeru.fug ex hoc illud infer-
ri poteſt,quod ſi minatus ſum alicui,me vlturum eſſe
illatã mihi iniuriam,iſq; poſteà mortuus inueniatur,
quod ex huiuſmodi verbis nihil cõtra me poſſit obij-
ci,cum bipartito poſſint intelligi de eo,ſcilicet occi-
dendo,vel in eum iure agendo: & vt ita ſentiam mo-
ueor authoritate Guliel.de Cun.& Paul. ſic deciden-
tium in l. 1.per gl.ibi.C.de his,quib. vt indi. quod idē
confirmatum eſt à Iaſ.in d.l. 1.nu.27.cum etiam ſem-
per de iuſta vltione ſit intelligendum,vt id ſentire vi-
ſus eſt Bar.in l.aut facta.§.cauſę.ff.de pęn.& Alex.in
d.l. 1.& in d.l.ſi qs mihi bona.§.ſi quid.ff.de acq.hær.
Id ſublimita procedere,qñ illa verba expreſſa poſ-
ſunt veriſimiliter importare non delictum,alioqui ſi
nõ ſit veriſimile, fiet potius interpretatio in deterio-
rem partē.idq; eſt,quod voluit Bal.in d.l.1.apponen-
do verbum veriſimiliter,vt conſiderat Boſſ. d. tit. de
mand.ab hom.nu.49.alioqui euerteretũ id, quod mox
de famulo ſubijciemus, relatum à Bart. in d. l. ſi quis
* mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit.nu.2. * communi
conſenſu à ſcribentib.receptum.Prudentis itaq; iudi-
cis partes erunt accuratè inueſtigare ea,quæ prçterie-
runt,quæq; mox euenerunt tum iniuriæ,atq; perſonę
qualitatem ex qua animus præſumitur,vt l.famoſi.ff.
ad leg.Iul.maieſt.vt not.Bart.in l.metũ.ff. quod met.
cauſ.& Doct.in d.l.1.& Bero.in q.10. nu.4. & 5.
15 Eandem declarabis,†vt factum ipſum verba man-
dantis homicidiũ debeant præcedere, & ſic dēt pro-
bari ordo temporis, alioqui nõ poſſet quis cõdemna-
ri de mandato,ita docet gl.in l.ſi vero nõ remuneran
di.§.ſi poſt creditum.in verſ.rectiſſimè.ff.mãd.quam
ſingulariter notat ad hoc Iac.de Aret.ibidem,eadem
ſingularem vocant Bal.in d.l.ob hæc verba.nu.2.ver.
itē,& aliud.& in l. 1.nu.12.ver.item nemo punitur.C.
de ſer.fug.& Alex.in leg.Iul.ſub nu.2.ff.q ſatiſ.cog.et
in add.ad Bar.in d.§.ſi poſt creditam. huic ſimilis eſt
gl.in auth.de fideiuſ.in prin.in verb.fideiuſſ.in prin.
Secundo loco concluſionē ampliabis,vt & p quæ-
16 cunq; verba etiam enuntiatiua,†ex quibus probabili-
ter appareat ea verba proferētem animum ad vindi-
ctam gerere,homicidium verbo probari poſſit:vt tra-
dit Iaſ.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit,
col.3.num.13.verſ.ſed facit, quod dicit Bar.ff.de acq.
hęr.per ea,quæ ibi adducit. & in l.1.col.6.nu.32.verſi.
pondera etiam.C.de ſeru.fugit. quem ſequitur Carer.
in d.pract.crim.§.circa.nu.36. in fi.
Hinc propterea eliciunt ſcribentes, quod ſi pater,
17 aut dominus,† cui ab aliquo iniuria illata ſit, dixerit
filio,vel ſeruo,ne domũ redeas,ni ego quid noui ſen-
tiam de hoc negocio,hiſq; verbis permotus filius,aut
ſeruus eum,qui patri, vel dño iniuriã intulerat,inter-
fecit,præſumendũ ſit ex illis verbis mandatũ occidē-
di ab ipſo patre,vel domino proueniſſe.ita docet Bar.
in d.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauerit.nu.
2.ff.de acq.her. vbi refert id cõtigiſſe in milite Frolē-
tino,q poſteà ob hoc capite fuit mulctatus,cuius do-
* ctrinam ab * omnibus indifferenter probatam eſſe ait
ibid.Iaſ.nu.13.in fi.& in d.l.1.n. 28.C.de ſer.fug.& ad
* hunc caſũ ſex limitationes ibi.nu.29.Iaſ.affert.& * cõ
muniter eandē approbari rñdit Marſ.in cõſ. 132.præ-
* ſens caſus.in prin.hanc etiam dicit eſſe * communem
opinionē Boſ.in tit.de mandat.ad homic.nu.50.ean-
* dem quoq; * communem aſſerit Auguſt. in addit. ad
Ang.de malef.in d.verb.Semproniũ mandatorē. nu.
* 42.atq; * frequentiori calculo eſſe receptam affirmat
Placa lib.1.delict.c.15.nu.3. idem Bart. dictum refert
Ruin.in conſ.6.viſa inquiſitione. nu. 1. vol. 5. vbi ta-
men conſuluit in facti contingentia pro patre,qui di-
xerat filijs ſuis *taci,taci,non ſtate à far ciance,ma andate,
& ammazatene due,ò tre di loro*. Quod inſignē relatu
cenſuit Rom.in ſing.719.tu ſcis,quod Bart.in l.ſi quis
mihi bona.idē refert Dec.in conſ.234.in fi. & in cõſ.
622.viſa inquiſitione formata.hoc etiam ſcitu dignũ
putauit Corſet.in ſuis ſing. in verb. præceptũ. il 1.in-
cip.famulus cuiuſdã nobilis.& Mattheſ.in ſing. 187.
not. quòd vbi creditor.nu.2. atq; Alex.in cõſ.65. viſa
quadam conſtitutione.nu.4.lib.4.& Fely.etiam in c.
afferte.col.7.poſt nu. 12.verſ. datur etiam exemplum
de præſump.& in c.Petrus.col.2.nu.5.ver. fallit quar-
to.de homic.vt etiã placuit Clar.in pract. crim.§.vlt.
q.89.verſ.ſed hic incidenter quęro.lib.5.quorum ſen-
tentiæ ſe ſubſcripſit Grat.in conſ.5.nu.11.vol.1.
18 Quòd tamen ampliabis† & limitabis pluribus mo-
dis iuxta Care.ſententiam in d.pract.crim.§. circa, à
num.38.vſque ad nu.51. Ego igitur pluribus hãc ma-
teriam non perſequar,cùm ad vnguem fuerit exami-
nata à Boſſ.in d.tit.de mand.ad occidendum. per tot.
& à Care.in d.§. circa.

CONCLVSIO DCCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Homicidium, an probetur per confeſſionē homicidæ dicentis illud patraſſe ad ſui defenſionem,vbi etiam habes alios modos probandi homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium probatur per confeſſionem homicidæ,etiamſi confeſſio ſit cum qualitate, quod occiderit ad ſui defenſionem,& cur.Contr.nu.3.*
2 *Petri Calephati laus.*
4 *Homicida,quando poſſit ordinaria pœna puniri, etiã ſi dixerit illud patraſſe ad ſui defenſionem,& nu.5.cũ ſeq.*
6 *Reus in quacunque parte proceſſus,ſiue negauerit,ſiue faſſus ſit à principio delictum ſemper poterit probare illud feciſſe ad ſui defenſionem.*
7 *Homicida dicens commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionē non probata defenſione non eſſe puniendum pœna ordinaria.Contrar.num.9.*
8 *Ex ſola confeſſione qualificata non debet quis capitaliter puniri, & qua ratione.*
10 *Dolus per prçſumptiones probatur.*
11 *Prçſumptio legis loco veræ probationis ſuccedit.*
12 *Abbatis auctoritas magna.*
13 *Homicidium feciſſe confitens ad ſui defenſionem torquendus eſt,vt abſolutè,non qualificatiuè veritas eluceſcat.*
14 *Homicidium prçſumitur factum ad ſuam defenſionem.*
15 *Reo non ſatis erit probare homicidium feciſſe ad ſui defenſionem,niſi & illud adijciat, ad neceſſariam defenſionē. Contrar.num.16.Reconcil.num.18.*
17 *Teſtes deponentes ſimpliciter homicidium fuiſſe commiſſũ ad defenſionem probant licet aliter non ſint de ratione interrogati,& cur.*
19 *Probationes magis clarę deſiderantur ex parte accuſatoris,quam rei.*
20 *Homicidium poteſt probari per bannum, & ſententiam condemnationis.*
21 *Homicidium per teſtes quomodo probetur, remiſſiuè.*
22 *Homicidium ſi fuerit commiſſum coram duobus minoribus,vel mulieribus, nec adfuerint alij teſtes, an per eos homicidium poſſit probari, remiſſiuè.*
23 *Homicidium præſumitur à vicinis commiſſum.*
24 *Homicidium præſumitur,quoad reum torquendum commiſſum fuiſſe ab illo, quo præſente ad cadauer, profluit ſanguis interfecti hominis.*
25 *Homicidium ab eo factum eſſe præſumitur,qui è domo occiſi cum gladio ſanguinolento viſus ſit aufugere. Quod intellige,vt nu.26.*
27 *Homicidij plurimæ,& variæ probationes,remiſſiuè.*

Homici-

1 Homicidium patratũ fuiſſe, † probatur per confeſſionem homicidæ, etiamſi cõfeſſio ſit cũ qualitate, quòd occiderit ad ſui defenſionem, & hoc in caſu ſtatur eius cõfeſſioni quantũ dicit, occidiſſe hominem, neq; attenditur illa qualitas, ꝙ fecerit ad ſuam defenſionem, quia ius præſumit contra ipſum, adeò vt ex tali cõfeſſione pœna ordinaria homicidij poſſit puniri: ita profitẽdo eximiè ſcripſit Bar. in l. Aurelius. §. idẽ quęſijt. nu. 2. ff. de lib. leg. ꝙ pronuntiatũ eſt ſequutus Bal. in l. vnic. nu 4. C. de confeſ. & in c. dudũ. nu. 35. de elec. & placuit Fel. in c. cũ venerabilis. nu. 12. de except. & in c. cũ dilecti. nu. 18. de accuſ. accedit ei Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in verb. confeſſiones. nu. 18. cũ ſeq. de prob. & Alex. in l. 1. §. ſi qs ſimpliciter. n. 7. ff. de verb. obl. quib. adhæret Gram. vot. 2. in ea curiæ. in prin. licet exindè diſtinguat. Iaſ. quoq; monuit in l. vt vim. nu. 3. ff. de iuſt. & iur. & eſſe* cõem approbatã atteſtaẽ idẽ aſſeuerauit Nic. Boer. deci. 164. incip. vr̃ quod nõ. nu. 10. aſſerens id ſeruari in praxi, & hanc doctrinam Bar. eſſe* communem approbatam teſtatus eſt D. Petrus Calephat. inter conſil. crim. conſil. 88. indiuiduæ ac ſanctiſſimæ Trinitatis. num. 2. lib. 2.

2 Cuius quidẽ præſtantiſſimi Petri Calephati † in omni diſciplinarũ genere eruditionem dicendo nullus aſſequi poſſet; qui in præſentia in florẽtiſſimo Piſarũ gymnaſio cũ magna auditorũ frequentia publicè ꝓfitens primas ſedes tener. quẽ prædicare, & maximis laudibus efferre nõ eſſe hic locum iudicaui, præcipuè quia clara eius monumenta, quãto vir ille ſapientiſſimus ſit ingenio, & eruditione, non obſcurè teſtãtur.

3 Contrariã † ſequuti fuere ſnĩam quamplures, tum profitendo, tum reſpondendo, vt Sali. in l. vnica. in 4. oppo. C. de confeſ. & Bart. diſſimilis ſibi ipſi. in l. cum qui. ff. de iureiur. atq; Bal. in hac re, vt aliàs ſæpè ſibi contrarius. in c. 1. in §. item vaſſallus. de controuer. inueſt. in verb. feud. & in l. non codicil. nu. 2. C. de cod. aſſeuerans ibi, illum, qui confitetur homicidiũ, ad ſui defenſionẽ potius videri negare, quàm confiteri homicidium: quia remouet culpã ab actu: & idẽ tradit in l. ſi quidẽ. nu. 4. C. de excep. quod & probat Dec. in d. c. venerabilis. nu. 87. ver. ſed tamen pro defenſione. Abb. de excep. reſpondit Alex. ſibi contrarius in cõſ. 1. nu. 40. vol. 1. & Hippol. Marſ. in conſ. 36. Conſului proximis diebus, vbi huic ſententiæ *omnes albũ calculum addidiſſe ſcribentes contra Bart. affirmat; atq; in hanc ſententiam deſcendit Fel. in c. ſignificaſti, el ſecundo. poſt nu. 19. verſ. 2. concl. de homicid.

Verùm iſtud auctorum diſſidium ſedare poteris, ſi dices, priorem ſnĩam Bart. & aſſeclarum locũ ſibi vẽ-
4 dicare, † quando homicidium erit probatum per legitimas, & veras probationes, & reus confitetur illud factum ad ſuam defenſionem, & de hoc aliter non cõſtat, niſi ex aſſertione eiuſdem: tũc enim nihil omninò ipſi ſuffragabitur cõfeſſio cum illa qualitate, cùm & eo caſu etiã abſq; cõfeſſione, ſiue ſimplici, ſiue qualificatiua poſſit condemnari, vt ad ſenſum patet.

5 Vel & ſecundò dicas, † vt ſententia Bart. procedere poſſit, ſi delictũ non ſit plenè probatũ, & reus in primordio iudicij faſſus ſit, illud cõmiſiſſe ſimpliciter, & poſteà in alio capitulo, vel diuerſo loco, vel tempore addat, ſe id feciſſe ad ſuam defenſionem: certè hoc in caſu ex illa confeſſione poterit pœna ordinaria puniri, nõ obſtãte qualitate illa ex interuallo adiecta iuxta opinionem priorẽ, & ita proditũ reliquit idẽ Bart. in l. diuus. ff. de re iud. & aſſeuerauit Bal. in d. l. vni. nu. 43. C. de confeſ. & in d. l. decẽ. ff. de verb. obl. accedit iſtis Dec. in d. c. cũ venerabilis. nu. 87. in fi. verſ. & iſta opin. Ab. de excep & Iaſ. vbi ſup. d. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & colligere eſt ex Rom. in conſ. 167. Ant. accuſatus. poſt nu. 6. verſ. 4. & quia atq; Lanfr. in d. c. quoniam contra. in d. verſ. confeſſiones. nu. 19.

Illud poſtremum velim intelligas, vt verum ſit, niſi reus probauerit exindè homicidium feciſſe ad ſuam
6 defenſionem. Nam in quacunq; proceſſus parte, ſiue negauerit, vel faſſus ſit à principio delictũ, ſemper poterit reus probare illud feciſſe ad ſui defenſionem, ſi credẽdũ eſt Bar. in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. cui adhæſit Nic. Boer. dec. 164. inc. videtur ꝙ non num. 15. vbi optimè diſtinguit, & profitendo ſcripſit Dec. in c. paſtoralis. nu. 15. de excep. quo in loco atteſtatur õnium *ſuffragijs id fuiſſe probatum, idem ſcripſerunt Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de defenſ. reor. nu. 4. & Iul. Clar. in pract. crim. §. homicid. verſ. ſed hic occurrit.

7 Poſterior verò ſnĩa locũ habebit, † qñ delictum ꝑ ſolã confeſſionẽ partis fuerit probatũ, & vno verborũ conſtructu adiecta fuerit qualitas illa: ad ſuam defenſionem, vt ſi dixerit reus, occidi Sẽproniũ ad meã defenſionẽ: nã hoc caſu et non probata defenſionẽ, non erit puniendus pœna ordinaria homicidij: qa cõfeſſio hmõi eſt indiuiſibilis, & habet annexã qualitatem delictũ excludentẽ: ita conſultus rñdit Roma. in conſ. 167. Ant. accuſatus. nu. 6. verſ. quarto, & fuit ſingulare axioma Abb. in c. audiuis. poſt nu. 32. verſ. ſed contra. de præſcr. quod dictum extollit Fely. ibi. poſt nu. 30. verſ. obſtat ſecundo. ſubdẽs alibi illud nõ reperiri, & apud practicos, & modernos eſſe in ſolẽni cultu. idem Fely. in c. cum venerabilis. poſt nu. 15. verſ. 2. nota. de excep. atq; in c. ſignificaſti, poſt num. 13. circa fi. verſ. non obſtat d. Bart. de homicid. quod & idẽ firmauit in c. afferte. in fin. de præſumpt. & id obſeruauit pro vtili in praxi Iaſ. in d. l. vt vim. num. 13. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. n. 23. C. de iur. Hipp. quoq; in pract. crim. in §. poſtquam. nu. 24. aſſeuerãs ibi ex hoc Abbatis dicto vindicaſſe quempiam à pœna mortis, & pro ſing. annotauit ſing. 185. incip. confeſſio inquiſiti & in cõſ. 129. n. 2. & hoc copioſè pertractauit Lud. Carer. in pract. crim. §. circa 6. num. 73. & latè Boer. d. deciſ. 164. Rom. etiam in ſing. 28. Accuſatus de homicidio. nec prætereiit Gramm. in voto 2. incip. in cauſa Coſmi. num. 2. & 13. Ferret. cautel. 5. atq; Anto. Gom. 3. lib. reſol. c. 3. de homic. num. 26.

Huius rei illa poterit ratio firma, & ſolida in mediũ
8 afferri: quòd ex ſola cõfeſſione qualificata † nõ debet quis capitaliter condẽnari, cùm in criminalibus probationes luce meridiana clariores ab vtroq; iure deſiderari ſoleãt. l. vlt. C. de prob. & l. qui ſnĩam. C. de pœn. & c. lit. de præſump. & confeſſio qualificata, & conditionalis nedũ lucem hanc clarum ex ſe ſola nõ affert, ſed potius factum admodum obumbrare vr̃, cum magis tunc intentioni aduerſarij detrahat, & illã magis negare cognoſcamus, quàm aliquid fateri cõtra ſe. & ad fauorẽ ipſius aduerſarij dici poſſit, vt prudẽter obſeruauit Bal. in d. l. non codicillos. nu. 2. C. de cod.

Ab huius tamen Abbatis, & aſſectatorum ſententia
9 diſceſſit † Soc. in l. 1. poſt nu. 33. ver. pone. quod aliquis ibi, & ideò opi. Abb. non videtur vera. ff. ſi cer. pet. ea ratione, quia in hoc caſu verè probatur homicidiũ, quod cõſtat per confeſſionem partis, & ſolum agitur de probando dolo, qui dolus cum non poſſit directè,
10 & verè probari, † debet neceſſe probari per præſumptiones. l. dolum. C. de dol. verùm præſumptio ll. eſt, ꝙ doloſe fuerit cõmiſſum homicidium; niſi contrarium ꝓbetur, vt l. 1. C. ad leg. Cor. de ſicar. & per Bart. in l. Aurel. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg. ideò pœna ordinaria homicidij erit puniẽdus, ex quo conſtat verè de delicto, & de dolo præſumpto præſumptione legis
11 † quæ ſuccedit loco veræ probationis: vt eſt inſignis text. in l. vlt. in fi. ff. de prob. quem tex. Iaſ. gloriatur ſe didiciſſe à quodã magno Aduocato Papienſi, vt ipſe teſtatur in l. 1. nu. 6. C. de mil. teſta. & eſt gl. ſing. *cõiter approbata in l. ſi tutor peritus, in verb. oſtenderis, in fi. C. de peric. tuto. vt idem tradit ipſe Soc. in l. non vtiq; nu. 7. verſ. vnum tamẽ noiabis, vbi latè. ff. de excep. & cũ eo videtur tranſire Dec. in l. vt vim. nu. 20. verſ. vt retenta concluſ. ff. de iuſt. & iur.

Conſulas tamen ipſum Dec. in d.c. cum venerabi-
lis nu. 81. cum plurib. ſeq. verſ. & retenta hac commu
ni opinione de except. qui diſſimilis ſibi ipſi diſſimi-
lē ſequutus eſt ſentētiā, & firmis rationibus tuetur opi
nionem Abbatis, quam opinionē dicere debemus,
& illam complectendam, vt liberemus hominem à
12 morte, & deferamus aliquid authoritati Abb.† quæ
maximę exiſtimationis à noſtris ſemper fuit habita, à
qua etiam non diſſentit Soc. in d.l. 1. poſt num. 33. in
fin. ff. ſi cert. per.

Antequā verò hinc egrediamur, eſt & illud accu-
13 ratè obſeruandū, q̄ ille,† qui ad ſuam defenſionem
confitetur feciſſe homicidium in caſu ab Abb. com-
memorato, ſit quæſtionib. ſubijciendus, vt veritas in
clarā lucē referat, & abſolutè, ac præciſè, & nō quali-
ficatiuè reſpōdeat: ita animaduertere Bal. in d.l. vnic.
nu. 45. C. de confeſſ. & in l. vlt. vbi etiam Caſtr. C. de
prob. deciſum hoc etiam reliquit Nicol. Boer. d. dec.
164. nu. 15. vbi in fi. id veriſſimum arbitratus eſt, licet
de hoc videatur dubitare Gram. in d. vot. 2. n. 12. Iaſ.
quoq; tranſit cum ſententia Bal. in d.c. quoniā cōtra,
d. verb. confeſſiones. nu. 13. de prob. & huic aſſentit
Alc. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. col. 6. ff. de verb. oblig.

Ad illud verò, quod ſuperiori loco dicebamus, ho-
micidium, ſcilicet præſumi doloſè factum, & ad de-
14 fenſionem, velim animaduertas† iſtud non probaſſe
Aret. in §. ius autem. col. 2. verſ. nam in dubio. Inſt. de
iur. nat. gen. & ciui. & in eandem ſententiam deſcen-
dit Dec. in d.l. vt vim, poſt nu. 17. in fi. ibi, & in dubio
ſemper. ff. de iuſt. & iur. ad quod teſtem laudat Bal. in
conſ. 195. An vulnus. cir. fi. lib. 1. & Corn. in conſ. 162.
in hac conſultatione. col. pen. in verb. & Iudex debet,
lib. 1. & idem Dec. conſultus tradidit in conſ. 459. vi-
ſo eleganti conſ. nu. 4. verſ. 2. reſponderi poteſt, & in
conſ. 469. uiſa inquiſitione. nu. 11. verſ. & etiam ſi res
dubia, & in conſ. 676. in caſu ſuprascripto. nu. 4. verſ.
& ad prædicta, atq; conſ. 678. Caſus de quo quæritur,
n. 7. verſ. & ex ſupradictis, & iſtis adhæret Aym. Crau.
in conſ. 151. poſt nu. 18. verſ. alibi ſcribit Ang.

Illud poſtremò te velim admonitum non ſatis eſſe
15 reo † probare homicidium feciſſe ad ſuam defenſio-
nem, niſi & illud adijciat, ad neceſſariā defenſionē, ſi
credimus Bal. in l. 1. col. 11. verſ. item tu aſſeſſor, C. de
confeſſ. quo in loco aſſeuerauit debere articulari, &
probari defenſionem fuiſſe neceſſariam, quod & pla-
cuit Bart. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter, per illum
tex. ff. ad leg. Aquil. hoc idem quoque cenſuit Iaſ. in
§. ſi quis. nu. 29. Inſt. de actio. quem videas.

16 Huic opinioni † alacriter reclamant recentiores in
d.l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. vbi cōcludūt ſufficere ſim-
pliciter quod fecerit ad defenſionē, quibus ſatis appo
ſitè fauēt tradita a Bal. in l. ſolam, col. vlt. uerſ. 4. quæ-
17 ro. C. de teſtib. ubi monuit teſtes deponentes† ſimpli-
citer homicidiū fuiſſe comiſſum ad defenſionē pro-
bare, licet aliter non ſint de ratione interrogati: quia
in defenſione eſt quædam neceſſitas, quæ poteſt uide
ri per coarctationem loci, & temporis, & hoc nō pen
det mere à iudicio intellectus, ſed oculorum ſenſus
eſt cauſa proxima huius iudicij, & dictum iſtud Bal.
eſt ſequutus Dec. in d. cōſ. 469. viſa inquiſit. col. 1. nu.
5. uerſ. nā ſi ſimpliciter. & Alex. in conſ. 109. uiſis, &
ut oportet conſideratis. nu. 6. uerſ. præterea. lib. 1. qđ &
cōi calculo ſcribentiū eſſe probatū, teſtatur idē Dec.
in d.l. ut uim, poſt nu. 17. ff. de iuſt. & iur. ubi idē ſentiē
tes refert, & quam plura alia huc ſpectantia adducit.

18 Reconciliari poterunt † hæc inter ſe pugnantia, ſi
dicemus, communem proximam ſententiam habere
locum in reo accuſato, prout ſcribentes, eū ſequētes
loquuntur. Altera uero opinio in accuſatore pcedet,
in quo clariores probationes requiruntur, quādo ma
ximè in criminalibus uerſemur. l. ult. C. de probat. &
19 hoc reſpicit fauorem rei, ut probationes † magis cla-
ræ deſiderētur ex parte accuſatoris. Iura enim magis
fauent reo, quàm actori. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.
c. ex lit. de proba. & propterea in hypotheſi propoſita
teſtes fauore rei rectè dicuntur probare defenſionem
licet ſimpliciter deponant de defenſione nō adiecta
etiam neceſſaria: ut inſigniter prodidit Dec. in d.l. ut
uim. poſt num. 17. uerſ. concludendum eſt. ff. de iuſtit.
& iur.

Præterea, & ea ratione poterit homicidium proba
20 ri † per bannum, ſcilicet, & ſententiam condemna-
tionis: ut reſponſum eſt à Petr. de Anch. conſ. 53. inci
piente pro clariori. num. 6.

Si uerò ſcire deſideres, quo pacto probetur homici-
21 dium per teſtes,† cōſulendi tibi erunt Hippol. in rub.
C. de probationib. num. 352. & io ſing. 19. incipien. ta
ſcis. Petr. Dueu. reg. 302. Alc. in tract. præſumptio. fol.
390. Bertrand. conſ. 167. nu. 10. in 2. par. uol. 3. et Iaſ. in
l. dedi. nu. 9. ff. de cond. cauſ. dat.

22 Et an † ſi homicidium fuerit commiſſum coram
duobus minoribus, uel mulieribus, nec adfuerint alij
teſtes, tunc per eos poterit homicidium probari, te
docebit Fran. Curt. in l. admonendi. num. 104. cum
plurib. ſeq. ff. de iureiuran.

Homicidium etiam quem patraſſe, ex eo poterit
23 probari, † quòd erat uicinus, homicidium nam q; præ-
ſumitur à uicinis commiſſum, niſi aliud conſtat: iuxt.
ſententiam Iaſ. in l. ſi quis. nu. 40. cum ſeq. C. unde ui.

Nec leuis eſt illa coniectura homicidium pbandi.
24 Etenim homicidiū præſumitur,† quoad reū torquē-
dum cōmiſſum fuiſſe ab illo, quo preſēte ad cadauer,
profluit sāguis interfecti hominis: ut tangit Boer. q. 166.
nu. 1. cū ſeq. & ex multis alijs allegatis p Iac. Nou. in
reg. 184. ubi atteſtat̄ hoc ſibi ſæpè in facto occurriſſe,
& maximè id pcedit concurrēte fama, & inimicitia,
ſeu iactatione rei facti, ut ibidem tradit Iac. Nouell.

25 Homicidiū † poſtremò ab eo factū fuiſſe præſumi-
tur, q̄ è domo occiſi cū gladio ſanguinolēto uiſus ſit
aufugere ut auctor eſt Marſ. in rub. C. de pb. nu. 237.
hoc idē ſenſit dñ de iure rēdit Alb. in conſ. 76. nu. 10.

26 Id tñ ſic velim intelligas, † vt ex hac ſola præſum-
ptione nō poſſit condemnari pœna capitali, ſed pecu
niarum, vt idē teſtatur Marſ. in d. rub. C. de prob. nu.
238. ſed longum eſſet omnes coniecturas, & præſum-
ptiones, ex quibus homicidiū ab aliquo forſit perpetra-
tū poſſit probari, in præſētia oratione proſequi. Quod
ſi lector hæc ſcire exoptes Mar. Ant. Blanc. adito in
27 ſuo tract. de indicijs, vbi à nu. 67. vſq; ad nu. 409. col-
legit omnia indicia ad homicidij probationem ſpe-
ctantia. clariſſimum etiam Menoch. cōſulito de arb.
iud. cauſ. caſ. 361. vbi egregiè loquitur.

CONCLVSIO DCCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Hominem liberum præſumi, ex qua ratione id intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber præſumitur niſi contrarium probetur.*
2 *Homo talis præſumitur, qualem natura ſolet eum gignere, niſi contrarium probetur.*
3 *Liberi ſunt omnes iure naturæ.*
4 *Homo liber præſumitur, ſi eſt in quaſi poſſeſſione libertatis alias ſecus.*
5 *Seruum quem dicens incumbit onus probandi.*

1 Hominem † quemlibet liberum præſu-
mi, niſi cōtrarium probetur
habemus ab Imp. Iuſt. in auth. quib. mod. nat. eff. leg.
§. liceat igitur. idem ſenſit Spec. in tit. de teſt. §. 1. ſub
nu. 41. verſ. ſed quid ſi dicitur teſtis.
2 Etenim, vt id quoq; rōne confirmē, † quilibet talis
præſumi-

Digitized by Google

præſumitur, qualem natura ſolet eum gignere, niſi cõtrarium probet: vt videre eſt ex reſcripto Imp. Diocl. & Maxi. in l. nec codicillos. vbi etiam Bal. in prin. C. de cod. Nam cũ natura quemlibet liberum procreet;
3 iure namq; naturæ † omnes ſunt liberi, vt ait Imp. in §. ius autem. Inſtit. de iur. nat. & in §. 1. Inſt. de libertin. & in d. authent. quib. mod. natur. effic. legit. §. & ſicut in liberis, ideò quilibet præſumitur liber, niſi contrarium probetur.

4 Hanc eandem concluſionem velim intelligas, † vt procedat ſi is in quaſi poſſeſſione ſit libertatis; aliàs ſe-
5 cus, vnde dicenti tunc eum ſeruum † eſſe incũbit onus probandi: ſic docuit Bar. in l. is põt. col. 4. n. 15. ver. videamus qualiter. ff. de acq. hær. per l. moueor. C. ſi ſer. expor. venier. & l. circa. ff. de prob. quem ſequitur, ibi. Maran. nu. 217. verſ. expeditus de theorica.

CONCLVSIO DCCCLXIX.

ARGVMENTVM.

Ex quibus ſignis præſumatur, & probetur hoſpitale fuiſſe auctoritate Epiſcopi ædificatum: ſique probatum fuerit illud religioſum eſſe, quibus gaudeat priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale religioſum eſſe probatur, ſi ibidem oratoriũ collocatum ſit, ibique turris conſtructa, ex qua pendeant campanæ ferro exceptæ, quæ manu agitata longè ſonitus referant: atque ibidem publicè, & quotidie diuina celebrentur.*
2 *Hoſpitale ex eo tantum religioſum eſſe non probatur, quod ibi celebratur, niſi is actus publicus ſit, & omnes admittantur.*
3 *Hoſpitale ex eo tãtùm religioſum eſſe non probatur, quod oratorium habeat, niſi alia ſigna, de quibus in concluſione concurrant.*
4 *Hoſpitale ex eo tantùm religioſum eſſe non probatur, ſi probaretur, ibi adeſſe campanam, ſed duo copulatiuè requiruntur, vt in loco campana ſit, & publicè pulſetur.*
5 *Hoſpitale, vt religioſum probetur non ſatis eſt ſi probetur epiſcopum vnum ius Epiſcopale in eo exercuiſſe.*
6 *De poſſeſſione vnius articuli non eſt inferendum ad alios articulos.*
7 *Hoſpitale non religioſum non tenetur Epiſcopo ad iura Epiſcopalia.*
8 *Tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.*
9 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio Eccleſiæ.*
10 *Hoſpitale religioſum reſtituitur in integrũ ſicut eccleſia.*
11 *In alienatione rerum hoſpitalis religioſi eadem requiritur ſolemnitas, quæ in rerum eccleſiaſticarum alienatione adeſſe debet.*
12 *Trebellianica, nec Falcidia detrahitur de relictis hoſpitali religioſo.*
13 *Hoſpitale habens eccleſiam annexam non ligatur ſtatutis laicorum.*
14 *Hoſpitalis religioſi acquiſitione etiam priuati committitur ſimonia interuentu pecuniæ, ſicut in acquiſitione eccleſiæ.*
15 *Hoſpitale ædificandum qui curat, ius patronatus acquirit, ſicut ille qui conſtruit eccleſiam.*
Intellige, ſi illud religioſum ſit, ſecus ſi priuatum, vt nu. 16.
17 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio. clem. 2. de iudic.*
18 *Fugiens ad hoſpitale religioſum tutus eſt.*
19 *Hoſpitale religioſũ gaudet priuilegio. c. admonet. de renũc.*
20 *Hoſpitale non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*
21 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio clem. vnic. de ſequeſt.*
22 *Hoſpitale religioſum gaudet priuileg. clem. vlt. de procur.*
23 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio. c. 1. de eo, qui mit. in poſſ. lib. 6.*
24 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio. cap. 1. §. hæc autem de elect. in 6.*
25 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio c. vlt. de teſtib.*
26 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio. cle. cauſam de elect.*
27 *Hoſpitale religioſum gaudet priuilegio. clem. vnic. de reſt. in integ.*
28 *Iudex ſecularium non iudicat de hoſpitali, nec adiudicat ipſum in ſolutum.*
29 *Sententia Iudicis ſecularis nulla eſt, ſi pronunciauit bona vnius hoſpitalis eſſe deuoluta ad quoddam monaſteriũ propter iudicis incompetentiam.*
30 *Hoſpitale publicum, & religioſum poteſt ab Epiſcopo viſitari. Quod intellige, vt num. 31.*
32 *Epiſcopus non poteſt diſponere de redditibus hoſpitalis, prout ſibi libuerit, ſed ad deſtinatum vſum.*
33 *Hoſpitale priuatum poteſt ab Epiſcopo viſitari. Quã in re diſtingue, vt per Abb. ibi. nu. 34.*

Solet à noſtris quæri, quæ ſint ea ſigna, quibus præſumatur, & probetur hoſpitale fuiſſe auctoritate Epiſcopi ædificatum, & religioſum eſſe.
1 Et inter omnes conuenit ea eſſe, † vtporè ſi ibidẽ oratorium collocatum ſit, ibiq. turris conſtructa ſit, ex qua pẽdeant campanæ ferro exceptæ, quæ manu agitatæ longè ſonitus referant: atq. ibid. publicè, & quotidie diuina celebrentur: nã tunc præſumitur epiſcopi auctoritatem interceſſiſſe, & alia omnia requiſita cõcurriſſe, ſicq: religioſum locum eſſe. ita ait Arch. in c. nemo, de conſe. diſt. 1. cuius ſententiam comprobat Rom. in conſ. 325. tu Senenſis habes. nu. 2. idem ſenſit Abb. in c. ſopitæ. nu. 5. de cenſib. & in c. ad hæc. nu. 2. de relig. dom. & in c. patentibus. nu. 1. vbi etiam Dec. nu. 2. & 6. de priuil. ad idem reſpõdit Gald. in conſ. 4. ti. de relig. dom. atq: Butr. in conſ. 19. quia hic agitur. col. 3. verſ. ad nonum. & Fel. in conſ. 2. num. 22. verſ. & adduco, quod not. Arch. ſic etiam tradidere Rom. in l. ſciendum. col. 10. nu. 40. ver. 3. quid ſi appareat. ff. de verb. oblig. & in conſ. 477. in caſu propoſitæ conſultationis. nu. 13. Paul. Caſt. in conſ. 5. dicendum eſt. nu. ſi verſ. nam hoſpitale. lib. 2. Fed. de Sen. in conſ. 130 factum tale eſt, quædam domus, cum alijs relatis à Fel. in c. de quarta. col. 4. nu. 12. verſ. 3. declaratio. de præſcr. & à Io. de Selu. in tract. benef. q. 6. n. 45. in q. 7. nu. 7. & in q. 57. n. 2. atq. à Barth. Bellen. in tract. de chari. ſubſid. q. 38. hoſpital. non tenen. ad chari. ſubſi. num. 16. cum ſeq. & à Petr. de Vbald. in tract. de cano. epiſ. & paroch. in art. in c. quoad ſecundam. q. prin. nu. 19. cum ſeq. verſ. 2. incidenter quæritur.

Superiora requiſita velim declares, & primo quo-
2 ad celebrationem aduertas, † vt non ex eo tantùm, quod ibi celebratur, probetur locum eſſe religioſum, niſi is actus publicus ſit, & omnes nullo facto diſcrimine admittantur, teſte Abb. in c. vlt. nu. 2. de cenſib. & clarius per Archid. in d. c. nemo.

3 Nec etiam hoſpitale ex eo ſolo, † quòd oratorium habeat, præſumendum erit locum ſacrum eſſe, vel religioſum, ſed ita demum, ſi alia, de quib. modo diximus, cõcurrant, vt auctor eſt Abb. in c. inter dilectos, nu. 8. de don. & habemus à Card. in c. in eccleſiaſtico, 13. q. 2. cũ alijs adductis à Sebaſt. Sap. in add. ad Abb. & in d. c. inter dilectos, litera A. ſub n. 8. verb. ſit ſacer, vel religioſus. de don. vbi idem Abb. num. 9. ſubiungit, etiam ſi hoſpitale huiuſmodi ab aliquo ſancto denominatur, non propterea neceſſariò ſequi locum eſſe religioſum, vel ſacrum, niſi eſſet nomen ſancti in illo appropriatum, vt vtar verbis Fel. in d. c. de quarta. col. 4. ſub nu. 13. de præſcr.

4 Neq; ſatis eſſet ad probandũ locum eſſe ſacrum, † ſi probaretur ibi eſſe campanã, ſed duo copulatiuè requiruntur, vt ſcilicet in loco campana ſit, & publicè pulſetur: ita aſſerit Ant. de Butr. in d. c. patentib. de priuil. vbi inſtruit aduocatum, vt cautus ſit in articulãdo locũ eſſe publicũ, & dicit, quòd in tali loco ſit cãpana,

& quòd publicè ſit. cum hoc etiam conuenit Card.
in cõſ.4.col vlt.tit.de cenſib. vbi arguit hoſpitale pu-
blicum eſſe, quia ibi erat campanile erectum ſuper te
ctum cum campana, qua pulſatur miſſa, quos ſequi-
tur Dec.in d.c.patentibus.nu.4.cum ſeq. de priu.
5 Præterea obſeruandum eſt,† nec etiam ſatis eſſe ad
probandum hoſpitale religioſum eſſe, ideſt, conſtru-
ctũ auctoritate Epiſcopi, ex eo, quod Epiſcopus vnũ
ius epiſcopale in eo exercuerit. iuxta ſententiã Abb.
in c.1.nu.5.de relig. dom. per Fed. quem ibi allegat;
6 quia de poſſeſſione †. vnius articuli non eſt inferen-
dum ad alios articulos. c. cum contingat. de decim.
nec illud vim facit, locus iſte debebat neceſſariò eſſe
ſubiectus alicui epiſcopo, ideò pſumptio eſt pro eo,
qui exercuit ibi aliqua iura. ſed non ſic eſt hoſpitali:
7 quia hoſpitale † non religioſum non tenetur epiſco-
po ad iura epiſcopalia. c. ad hæc de relig. dom dicen-
8 dum igitur eſt, tantùm fuiſſe præſcriptum, † quãtum
probatur fuiſſe poſſeſſum, vbi per eundem Abb.
Neque velim quiſquam arbitretur, ſi ſupra relatis
ſignis, vel alijs probatum fuerit hoſpitale religioſum
eſſe, id ſua debere carere vtilitate; quinimo maxima
commoda in ipſum xenodochium redundabunt. Nã
9 ſequitur neceſſariò,† vt ſacrorum locorum, & eccle-
ſiarum priuilegio gaudeat. ex quo quæ ſequanẽ emo
lumenta copioſè declarat Fel. in d.c. de quarta, col. 1.
nu. 3. de præſcr. & quòd de iſtis hoſpitalib. communi-
ter idem iudicetur, quod de eccleſijs tradit Bellenci.
in eod.tract.de charit. ſubſid.q.38.nu. 11. per contex.
in c. accedentib. de priuil. ad idem extat contex. vna
cum Bart. in l. omnia priuileg. C. de epiſc. & cler. idẽ
tenet Soc. in l. rem, quæ nobis. col. 7. ff. de acq. poſſeſs.
10 Hinc primò fit,† vt reſtituatur in integrum ſicut ec-
cleſia: vt auctor eſt Io. And. & Io. de Fant. & Dom. in
c. 2. de reſt. in integ. lib. 6. quos ſequitur Bellenc. in eo.
tract. d. q. 38. nu. 13. idem ſenſit Rom. in d. conſ. 477.
in caſu ad fi. & in conſ. 407. cum præſupponatur, nu.
4. in fi. eiuſdem fuit ſententiæ Abb. in c. 1. col. 4. in fi.
poſt nu. 15. verſ. de hoſpitalibus. de reſt. in integ. quo-
rum opinionem probat & Fel. in d.c. de quarta, nu. 3.
11 Secundò cõſequitur,† vt in alienatione rerum ho-
ſpitalis religioſi eadem requiratur ſolennitas, quæ in
rerum eccleſiaſticarum alienatione adeſſe debet, vt
voluit Anch. in cle. quia cõtigit, col. 5. de relig. dom.
& ibi Card. in §. illi, idem confirmauit Corn. in conſ.
206. nu. 6. lib. 1. ſic innuit, & Bal. in auth. hoc ius por-
rectum, ſub nu. 2. ver. ſed hic quæro, C. de ſacroſanct.
eccleſ. cui accedit Alex. in conſ. 4. viſo proceſſu inter
Ioannem de Biga. num. 5. ver. quod autem dictus cõ-
tractus, lib. 2. quem ſequitur Iaſ. in conſ. 214. in cauſa
hoſpitalis Laudæ, col. 1. ibi, hinc eſt, quòd in aliena-
tione. lib. 2. quod plenius declarat Fel. in d.c. de quar-
ta, d. nu. 3. verſ. ſecundo, quos cum alijs allegat Gab.
in ſuis com. concl. concl. 2. de pia cauſa, nu. 9. lib. 6. vbi
etiam explicat, vt videre eſt.
12 Tertiò efficitur,† vt de relictis huic hoſpitali non
detrahatur Trebellianica, nec Falcidia: vt in hac hy-
potheſi reſpondit Paul. Caſtr. in conſ. 167. præſuppo-
ſita pro vera. vbi id examinat, lib. 2. quem ſequitur
Corſe. in ſing. in verb. hoſpitale. & Fel. in d.c. de quar
ta. col. 5. num. 6. verſ. 7.
13 Quartò inſuper,† hoſpitale habens eccleſiam an-
nexam non ligatur ſtatutis laicorum, vt refert Bart. in
conſ. 40. nulla dubitatio, poſt prin. dicens idem eſſe ſi
non habet eccleſiam, ſed eſt publicum, & ſubeſt Epi-
ſcopo. huc itidem pertinet, quod conſulti reſponde-
runt Abb. in conſ. 26. quidam officiales, col. 4. lib. 1. &
Alex. in conſ. 209. ſtatutis accuratè perſpectis. col. 1.
ſub num. 1. cum ſeq. lib. 2.
14 Quintò,† acquiſitione hoſpitalis etiam priuati cõ-
mittitur ſimonia interueniẽte pecuniæ, ſicut in acquiſi-
tione eccleſiæ: vt cenſuit Cald. in conſ. 1. tit. de relig.
dom. per c. ſi quis omnem, ad fi. ibi, quicunq; 1. q. 7.
15 Sextò,† qui curat ædificandum hoſpitale acquirit
ius patronatus, ſicut ille, qui conſtruit eccleſiam, ex
c. inter dilectos, de don.
16 Quòd intelligas,† ſi hoſpitale ſit religioſum: nam
tunc vtique patronus eſt propriè, & ibi Epiſcopus in-
ſtituit: ſecus ſi hoſpitale ſit priuatum: non enim effi-
citur propriè patronus, ſed dominus regens ipſum au
ctoritate propria, nec ab eo exigit Epiſcopus iura epi-
ſcopalia: vt decidit Abb. in q. 3. in c. Sempronius. col.
7. poſt nu. 14. verſ. condeſcendendo.
17 Septimò † clem. 2. de iud. vt ſcilicet in cauſis ibidẽ
enumeratis procedatur de plano, ac ſine ſtrepitu iudi
cij, & figura, habet etiam locũ in hoſpitali: iuxta ſen-
tentiam gl. ibi. in verb. beneficijs, hoc eſt, vt illud uer-
bum beneficijs in eo loco poſitum extendatur etiam
ad hoſpitale. Tamẽ ubi uerbum beneficium capitur
propriè non venit hoſpitale etiam datum clerico, vt
bono viro: teſte Card. in clem. 1. q. 3. de rer. permut.
poſt gl. ibi, in uerb. beneficia: ſecus ſi in tit. vt ibidem.
18 Octauò † fugiens ad hoſpitale tutus eſt: vt aſſeuera-
nit Archid. in c. definiuit, 17. q. 4. quod plurĩmũ com-
mendat, & menti tenendum dicit Bald. in l. ſi quis ad
declinandam, §. in omnibus. col. 9. poſt nu. 21. circa
fi. ibi, vnde aufugiens. C. de epiſc. & cler.
19 Nonò † diſpoſitio c. admonet, de renuncia. qua cau
tum eſt, ne beneficiatus iniuſſu ſui Epiſcopi benefi-
cio renunciare poſſit, habet etiam locum in hoſpita-
li, teſte Imol. ibi. col. 2.
20 Decimò,† hoſpitale non conficiens inuentarium
nõ tenetur vltra vires hæreditarias, ſi credimus Ang.
in §. aotep. in auth. de alien. & emph.
21 Vndecimò † clem. vnica de ſequeſt. poſſ. & fruct.
qua ſtatutũ eſt, vt ſi ſuper beneficio contra ipſius poſ-
ſeſſorem, qui triennio non poſſedit in petitorio, uel
poſſeſſorio, una definitiua proferatur in curia, etiam
ſi nulla fortè dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio fie-
ri debeat ab ordinario loci, quẽ impediens, uel ſeque
ſtratos fructus occupans, excõicatus eſt, quod ſi de li-
tigantibus ſit, cadat à iure ſuo: & reſpiciat pẽdẽtia, p-
cedat ẽt in hoſpitali: ut auctor eſt Card. ibid. q. 7.
22 Duodecimò † clem. ult. de procurato. qua ſancitũ
eſt, ut per obitũ Rectoris Eccleſię reuocari poſſit pro-
curator ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiam quoad
incepta; locum ſibi uendicat in hoſpitali; ut docet
ibi Card. in q. 8. & clem. conſtitutionem, de elect. ut
ibi per eundem Card. in prin. q. 11. in fine.
23 Decimotertiò † diſpoſitio c. 1. de eo qui mit. in poſ.
lib. 2. quo decretum eſt, vt quando agitur de benefi-
cio eccleſiaſtico ob contumaciam rei, non fiat miſ-
ſio in poſſeſſionem, ſed ad ſententiam lite non con-
teſtata procedatur, habet locum in hoſpitali, vt ait
ibi. Dom. colum. 4.
24 Decimoquartò † idem dicendũ eſt, & in c. 1. §. hæc
aũt. de elect. in 6. vt ſi aliquid opponatur contra pro-
uiſionem, electionẽ, vel poſtulatiõnẽ factam ad per-
ſonarum, dignitatem, vel canoniam in perſonã, vel
formam, & ob hoc fuerit appellatum ad ſum. Põt. ap-
pellans, & defendẽs, & quorũ intereſt à die obiectio-
nis intra menſem arripiant ad Summ. Pontif. quod
ſi pars altera expectata per viginti dies poſt aduentũ
alterius nõ venerit, in negotio procedatur, vt ſcilicet,
procedat, & in hoſpitali: ſic tradit ibi Dom. in fin.
25 Decimoquintò † idẽ eſſe in c. vlt. de teſti. dixit Abb.
quem refert Fel. in c. de quarta. poſt nu. 8. verſ. 15.
26 Decimoſextò † procedit etiam in clem. cauſam. de
elect. vt voluit ibi Pet. de Anchar.
27 Decimoſeptimò † idẽ in diſpoſitione clem. vnic. de
reſtut. in integ. vt teſtatur Pet. de Anch. ibid. ſic etiam
quoad c. 2. de reſt. in integ. in 6. ſecundum Dom. ibid.
28 Decimooctauò † iudex ſecularium non iudicat de
hoſpitali, nec adiudicat ipſum in ſolutum: vt reſpon-
dit idem Anch. in conſ. 343. oportet primo inquirere
ad fin.

Decimo.

Digitized by Google

29 Decimononò, & vltimò † ſi iudex ſecularis pronũciet bona vnius hoſpitalis eſſe deuolura ad quoddã monaſterium, ſententia non valet propter iudicis incompetentiam, per ea, quæ in d.c.de quarta, ſub nu.8. verſ.19.de præſcrip.allegat Fel. à quo hæc in gratiam ſtudioſorum deſumpſimus, & huc referre nõ piguit.

30 Amplius efficitur, † vt ſi hoſpitale publicum eſſe, & religioſum certum ſit, ab epiſcopo poſſit viſitari. vt apertè tradit gl.in c.1. §.1.in verb.pia loca. de cenſib. lib.6.quam ſequitur Abb.in d.c.ſopitę, nu.5.eo.tit.de cenſib. Item dicendum eſt quando ſumus in dubio, nec conſtat Hoſpitale Epiſcopi auctoritate fuiſſe cõſtructum, ſed ea habeat ſigna, de quib.ſupra in principio concluſionis diximus. nam & tunc ab Epiſcopo viſitari poteſt: vt cõcludit Abb.in d.c ſopitæ eo.nu.5.

31 Archid.autem † in c.quidem.18.q.2.indiſtinctè dicit omnia iura, quæ dicunt eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, & alia pia loca ſub epiſcoporum diſpoſitione conſiſtere, intelligenda eſſe quoad ea tantum, ad quæ ipſa loca ordinata ſunt, & dum dicitur epiſcopũ illa viſitare poſſe, dicendum eſt procedere, quoad id, vt rectè, & maximo ordine ad illas vtilitates, ad quas inſtituta ſunt, teneantur. ſic itaq; firmat Arch. illa loca ſubeſſe epiſcopo, quantum ad ſupradicta, & alia in iure expreſſa tãtum, non in cæteris, & vt ſaltem nihil temporale ab illis locis petere poſſit, per c.venerabilis, de except. & c quia cognoſcimus.10.q.3.

32 Prætereà ſupradicta intelliges, † quod & ſi hoſpitalis cura, cum religioſum eſt, vel ſacrum ad epiſcopum pertineat, hoc tamen verum eſt non quidem, vt de redditibus prout ſibi libuerit diſponat epiſcopus, ſed ad deſtinatum vſum religioſę namq; rei uſum peruertere nequaquam poteſt.clem.quia cõtingit. de relig. dom.vt & tradit Abb.in cap.de xenodochijs, num.3. eod.tit.de relig. dom.

33 Quòd ſi priuatum ſit hoſpitale, † poſſe etiã ab epiſcopo uiſitari, tanquam locum ad pium uſum conſtitutum, reſpondit Feder. de ſen.in cõſ.46.quem refert Abb.in d.c.ſopitæ, num.5.

34 Arbitratur tamen † ipſe Abb.in eod.loco. In fin. in hoc caſu diſtinguendum eſſe. Nam, aut uiuit ille, qui hoſpitale erexit, & tunc non poſſet Epiſcopus eo inuito uiſitare: quemadmodum domum propriam alicuius priuati uiſitare non poſſet.

Aut deceſſit, qui cõnſtruxit hoſpitale, & uoluit remanere in ſuo ſtatu, & tunc Epiſcopus illud uiſitare poterit, ut uideat an omnia ſecundum defuncti uolũtatem exequantur. nã quamuis locus ſit priuatus, pius tamen appellari poteſt. ut ait Abb. in d. c. inter dilectos, de donat. & in cap.officij, de teſtam. idem uoluit Abb.in d.c. de xenodochijs. Federici autem opinio intelligi poterit, ut forſan procedat in eo hoſpitali priuato, in quo leproſi, uel infecti habitarent. & de iſtis quidem tantũ in ſpecie loquitur Fede. ut refert Abb. in d.c.ſopitæ, eod.num.5.

CONCLVSIO DCCCLXX.

ARGVMENTVM.

Quæ probanda ſint à Creditoribus contra debitores agentibus actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 Hypothecaria agens creditor probare debet, quòd debitum ſubſit.

2 Hypothecaria agens creditor probare debet, quod ſit res obligata, vel conſenſu ſolo ſine traditione.

3 Hypothecaria agens creditor debet probare rem eſſe iſtiuſmodi, quæ poſſit obligari.

4 Res ſacræ pignori non poſſunt obligari.

*5 Hypothecaria agens creditor probare debet debitorem tempore obligationis aliquando poſſediſſe, quæ prætenduntur obligata, ex ** magis communi ſcribentiũ ſententia, de qua etiam, num. 7.*

6 Hypothecaria agens creditor probare debet debitorem dominum fuiſſe tempore contracta obligationis: iuxta contrariam ſententiam.

8 In bonis noſtris, quæ eſſe dicantur.

9 Creditor, ſi aſtringeretur ad probationem dominij in hypothecaria, cur raro obtineret.

10 Poſſeſſionis probatio non admodum difficilis.

11 Hypothecaria agenti creditori ſatis eſt probare poſſeſſionẽ quando allegat in ſuo libello, & in poſitionibus dominium debitoris, ſecus ſi non poneretur de dominio debitoris.

12 Hypothecaria debitor conuentus à creditore, non poteſt refricare quæſtionem dominij, & cur.

13 Præſumptio nõ requirit ꝓbationẽ, ſed ſufficit eã allegare.

14 Hypothecaria agens creditor dẽt probare debitorem tẽpore obligationis poſſediſſe bona, quæ prætenduntur obligata quando hypotheca fuit ſpecialis de re quapiã certa: ſecus ſi fuerit generalis omniũ bonorũ: nam tũc ſatis erit probare, poſt contractam obligationẽ aliquando poſſediſſe.

15 Creditor quid debeat probare, ſi agat hypothecaria contra hæredem debitoris, qui rem obligauit, vt propriam non vt alienam.

16 Creditor quid debeat probare, ſi agat hypothecaria contra hæredem debitoris, qui rem obligauit, non vt ſuam, ſed vt alienam, remiſſiue.

17 Hypothecaria agens creditor debet probare illum maiorem fuiſſe 25. annis, qui rẽ obligauit, per rationem ibi allatã.

18 Taciti & expreſſi par eſt virtus.

19 Hypothecaria agẽs debet probare, vt ſi generaliter fuerint obligata bona, quod res illa ſit huiuſmodi, quam ſpecialiter quis eſſet obligaturus.

20 Hypothecaria agens dẽt probare debitũ eſſe iure debitum.

21 Hypothecaria agens debet probare, perſonam iſtiuſmodi fuiſſe, vt poſſet obligari.

22 Hypothecaria agens debet probare reum poſſidere rem, quam per hypothecariam aduocat.

23 Poſſeſſionem, an ſatis ſit probare per teſtes, qui deponant ſe vidiſſe debitorem poſſidere rem hypothecatam tanquã ſuam, ad obtinendum in hypothecaria.

24 Creditores agentes hypothecaria in quibus caſibus teneantur probare poſſeſſionẽ, & in quibus dominium ex Cyn. diſtinctione in medium affertur.

25 Hypothecaria agens creditor contra tertium poſſeſſorem, ſiue is habeat cauſam à debitore lucratiuam, ſiue oneroſam, ſemper debet probare de dominio directo, vel vtili, aut quaſi dominio ex Bart. contra Cyn.

In diſceptationem ſolet à noſtris ſcribentib. vocari, quæ probanda ſint à creditorib. contra debitores agentibus hypothecaria actione. Eandem concluſionem memini explicaſſe in ſuperiori uol. 1. cõcluſ.456. incip. creditor agens hypothecaria, quę & ſi ſatis latè diſcuſſa eſt: verùm tamen cum multa alia dicenda mihi ſupereſſe videam, & ne hanc materiam in præſentia intactã relinquã, iccirco ea, quæ ibi prætermiſi, nunc tantũ attingã. hæc, fateor, ponenda erãt in d. concluſ. creditor agens, ſed voluntati facultas deficit. iam enim illa typis erat excuſſa. Ego igitur. lector, ne bis eadẽ repetam, vltra ea, quæ hic tradã, ad illam iam declaratam concluſ. te reijciam. Hæc igitur actio hypothecaria, vt cõpetat multa sũt ab ipſis cre-
1 ditoribus probanda. In primis quod debitũ ſubſit, † id eſt, quòd reuera numerauerit pecuniam, vel aliud quod cõtinetur pondere, numero, vel menſura. vt in §. vlt. Inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig. & in l.pen.ff. quę res pig. oblig. poſ. ſic ait Roſt. de ordin. iud. par.1. rub. de actio hypothec. quæ dat. credit. num. 1. verſ. in primis, cui etiam accedit Alex. in conſil. 108. viſo proceſſu coram domino poteſtate Mirandulę. col.1.n.3.

verſ.ſed iſta eſt lib. 5.idem placuit Soc.ſen.in cõſ.134.
viſa petitione in prin.verſ.in prin. vol.1.per l. nec cre-
ditores.C.de pign.& in l.1.C. de non num. pec. quod
etiam pluribus exemplis planum facit clariſſi.Iacob.
Menoch.de adipiſcen.poſſ.remed.3.q.29.nu. 160. cũ
plurib.ſeq.& ita aſſeruit Marant.de ord.iudic.part.4.
diſtin.3.nu.6.verſ.ſed ſi loquimur.

Secundo loco probandũ eſt,quòd ſit res obligata,
2 †vel conſenſu ſolo ſine traditione, quod ſufficiat cõ-
ſensũ dico debitoris:ſicut faciunt tota die debitores,
qui dicunt ſit iſtud ſub hypotheca rerũ mearum: vt l.
1.ff.de pig.act. vel traditione rerũ interueniente : vt
§.creditor.Inſt.quib.mod. re cõtrahit. oblig. ſic quo-
que cenſuit idem Soc.ſen.in d.conſ.134.in prin. verſ.
& primo vol.1.per l.ante omnia. ff.de prob.

3 Tertium eſt,quod debet probari, † rem eſſe iſtiuſ-
modi quæ poſſet obligari. nã ſi talis ſit res cuius com
mercium quis non poſſit habere,ſicut in rebus ſacris,
4 †illa res non poteſt pignori obligari ; vt reſpondit
Martia.in l.1.§.eam rem.& ibi gl.ſuper verb.non po-
teſt.ff.quæ res pign.oblig.poſſ.

5 Quarto loco probandum eſt †debitorem tempore
obligationis aliquando poſſediſſe bona,quæ præten-
duntur obligata:ſic sẽſit Accurſ. in l.rem alienam.in
verb.pignoratitia.in fi. ff.de pig. act. iuxta cuius ſen-
tentiam,ſatis eſt,quod creditor probet poſſeſſionẽ rei
hypothecatæ fuiſſe penes debitorem cum bona fide
poſſidentis: & quod in bonis noſtris ea eſſe videãtur,
quæ bona fide poſſidemus:vt in l.bonorũ.ff. de verb.
ſign.idẽ ſenſit Accurſ.multis alijs in locis, de quibus
in d.cõcl.creditor.nu.1.cum ſeq.cuius Accurſ.aucto-
ritas nonnullos ſcriptores grauiſſimos in ſuam traxit
ſententiam præ cæteris eſt Bar. in l.cum res ſub nu. 5.
verſ. quare poteſtis dicere.C.ſi alien.res pign. dat. ſit
idem voluit Soc.ſen.in d.conſ.134.in prin. vol. 1. ſic
decidit,& Affli.in deciſ.383. licet hodie nu. 6. & ſeq.
hæc quoq; confirmauit Maran.de ord.iud.par.4.diſt.
3.nu. 6.verſ.ſed ſi loquimur,nec latuit Neguſ.in trac.
de pig.in 3.mẽb.8.part.prin.ſub nu.6. & ab iſtis ſtetit
Guid.Pap.in q.432. ſup.q.nu.5. & in tract. præſumpt.
num. 19. verſ. præſumitur dominium.

6 Cõtra verò,† quod in ſeruiana,& ſic qñ agitur hy-
pothecaria opus ſit,quod creditor probet debitorem
fuiſſe dominum tempore obligationis , ſibi ipſe pu-
gnans Accur.ſenſit in d. §. item ſeruiana. ſuper verb.
quaſi.inſtit.de actio.per l.& quæ nondũ.§.1.ff. de pi-
gnor.eiuſdẽ fuit ſententiæ Accur.in l.1.in verb. com-
petit.verſ.ſed quæ eſt differentia.C.de precar.& ſalui.
interdi.per l.1.§.cum prædium.ff.de pign.& nõnullis
alijs in locis.vt retulimus in d.cõcl. creditor agẽs hy-
pothecaria,eidẽ adhæſit Bar.in d.l.rem alienam.col.
2.poſt nu.6.verſ.et ſic dico,quòd contra tertium poſ-
ſeſſorem.ff.de pign.ac. quod cum agitur hypotheca-
ria contra tertiũ poſſeſſorem,qui habet cauſam à de-
bitore, ſiue non,ſiue titulus ſit lucratiuus ſiue onero-
ſus,neceſſe ſit creditori probare dominium illius rei,
quam dicit eſſe obligatam,vel vtile, vel quaſi domi-
nium fuiſſe dicti debitoris. hos ſequutus eſt Alex. in
conſ. 115. viſo proceſſu inter dominam Datiam.in
prin.lib.6.& in conſ.78.in cauſa,& lite vertente inter
comitẽ Azonem.nu.4.lib.7.iſtis accedit Rol. à Vall.
in conſ.14.quoniam in præſenti.nu.6.vol.1.

Difficilè quidẽ & periculoſum eſt, vt vides lector,
inter tot primarios iuris interpretes ſuum proferre iu
dicium, verum vt & in hac controuerſia quid ſentiã
7 liberè aperiam, exiſtimo † priorem ſententiã propius
* ad veritatem accedere,& magis* communi ſcribẽ-
tium voto eſſe receptam, vt teſtis eſt locupletiſſimus
And.Gail.pract.obſer.lib.2.obſer.27.in prin.& ita de
ſtilo curiæ Delphinatus obſeruari ſolere aſſerit Guid.
Pap.in d.q.432.nu.5. Nec huic opinioni noſtræ vide-
tur aduerſari Accur.in ſup.relatis locis, dũ tradit do-
minium debitoris à creditore probari debere: nam
* præterquam quòd illa gl.in d.§.item Seruiana*com-
muniter eſt reprobata,vt inquit idem Gail.vbi ſup.&
Petrus de Vnzol.in ſua pract.art.notat.tit. de prohib.
oblig.rei alien.nu.17.verſ item not. ex eo etiam falſa
cõuincitur dum hanc ſuam ſententiam Caii I. C. re-
ſponſo in d.l.& quę nondum,§.quod dicitur.ff.de pi-
gnor.probare nititur. Ibi etenim.I.C.in hæc verba lo-
quitur,quod dicitur, creditorem probare debere, cũ
conueniebat,rem in bonis debitoris fuiſſe, & quę ſe-
quũtur:intelligit enim Accur.verba illa,in bonis, ad
dominium ſolum debere referri, qui tam à veritate
aberrat,quàm qui maximè: nam non tantummodo
8 ad dominium,ſed etiam ad poſſeſſionem †referũtur,
quia etiam in bonis noſtris ea eſſe dicuntur,quæ à no
bis bona fide poſſidentur, licèt reuera noſtra nõ ſint,
& bonis adnumerabitur, ſi quid eſt in actionibus,pe-
titionibus,& perſecutionibus: per contex. in l. bono-
rum,la 1.§.in bonis,ff.de verb.ſign.& l.vlt.ff. de vſufr.
ut etiam concludit ipſemet Accurſ.in d.l.1.rem alie-
nam.in uerb.pignoratitia,in fi.ff.de pig.act. quo in lo
* co*communi ſcribentium calculo eſſe probatam te-
ſtatur Gail.in ſup.relata obſeruat.num.3. ubi multos
eiuſdem ſententiæ uiros refert. idq; ſpeciatim tradit
Dyn.in d.§.itẽ Seruiana.inſt.de act.vbi in hãc loquitũ
ſniam,gloſam ipſam in d.§.itẽ Seruiana.& alias,quæ
dicũt,probari debere dominiũ, malè fuiſſe loquutas,
qa leges,quibus illarũ opinio innitiẽ, non dicũt opus
eſſe probari debitorẽ fuiſſe dominũ tpe obligationis,
ſed inquiunt,oportere probare rem fuiſſe in bonis de-
bitoris tpe obligationis.Verũ in bonis fuiſſe vr̃, etiãſi
nõ erat dominus,ſed bona fide poſſidebat, vt iam di-
ximus,hoc idẽ ſequitur ipſe Pet.Vnzol.in d.ſua prac.
art.notar.d.tit.de prohib.rei alie.nu.7. hanc eandem
illorum verborũ, in bonis,interpretationẽ amplecti-
tur Spec.in §.1.nu.27. verſ. ſed quando dicitur,tit. de
oblig.& reſolut.ſed quãdo dicitur,inquit Spec.eſſe in
bonis? Reſpond.dic quando poſſidet. Et rectè quidẽ,
9 †nam ſi creditor aſtringeretur ad probationẽ domi-
nij raro in hypothecaria obtineret, & ei hoc durum
eſſet,propter dominij probationem difficillimam: ꝗ
10 ſecus eſt in probatione poſſeſſionis,† cuius probatio
non vſq; adeò difficilis eſt,vt habemus ab ijſdem au-
ctoribus,Petro ſcilicet de Vnzola,& Andrea Gail.in
locis nuper à nobis adductis: & nos latè ſupra tradi-
dimus in concluſione de probatione dominij.

Prior ſententia ita breuiter confirmata,non vſque
adeo vera eſt, quin aliquas admittat declarationes.
In primis itaq; pręter declarationes, quas tradidimus
in d.concluſ.creditor agens,eam declara, vt vera ſit,
11 † quando creditor agens alleget in ſuo libello , & in
poſitionibus dominiũ debitoris:nam tunc verum eſt
abſq; alia probatione, emergere præſumptiuam pro-
bationem dominij & ſic ſatis eſt tunc probare poſſeſ-
ſionem,ſecus eſſet, ſi nõ poneretur de dominio debi-
toris.quoniam tunc non obſtante,quod creditor agẽs
probaſſet poſſeſſionem,ſuccũberet in cauſa : ita not.
Bar.d.l.rem alienam,col.2.num.6.ff.de pign. act. vbi
admonet Aduocatos,vt in poſitionibus ponant cre-
ditorem fuiſſe dominum. quem ſequitur Ang. Aret.
in d §.item Seruiana,col.3.Inſtit.de act.quorum ſen-
tentiæ ſe ſubſcripſit Neguſant. in tract. de pignor. 3.
memb.8.par.prin.nu.6. vbi etiam ea confirmat ratio-
12 ne. Nam quando debitor,†qui obligauit, conueni-
tur à creditore hypothecaria, non põt refricare quæ-
ſtionem dominij, vel excipere, & negare ſe non eſſe
dominum. quia ita excipiẽdo repelleretur per repli-
cationem doli:vt eſt contex.& ibi not.doct.in l.ſi in-
ter,§.1. ff. de pign. & ideo ſatis eſt probare poſſeſſio-
nem,& allegare dominium debitoris,cũ pro eo præ-
13 ſumatur;præſumptio namq; †non requirit probatio-
nem, ſed ſufficit eam allegare;vt ait Bar.in l. ſi adul-
terium cum inceſtu,§.idem Pollioni,ff. de adulter.

Secundo loco tibi limitandum eſt illud idẽ quar-

tum re-

14 tum requiſitum, & declarandum, † vt tunc demum
probandum ſit debitorem tẽpore obligationis poſſe-
diſſe bona, quæ prætenduntur obligata, quãdo hypo-
theca fuit ſpecialis de re quapiã certa: quod ſi hypo-
theca fuerit generalis omniũ bonorũ, ſatis erit pro-
bare poſt contractam obligationẽ aliquando poſſe-
diſſe, ita probat contex. in d. l. & quæ nondum. §. 1. ff.
de pign. & iſto caſu non eſt neceſſe probare de domi
nio, vel quaſi debitoris, ſed vt diximus ſufficit proba-
re illius poſſeſſionem. iſtud ꝙ tradidimus probatur
ex Bar. in d. l. non alienã. col. 1. poſt nu. 5. verſ. & præ-
dicta ſunt vera. ff. de pign. actio. idem ſenſit Bal. in d.
l. cũ res, col. 1. ibi hoc verum, vbi eſt hypotheca ſpeci
ficata re. C. ſi aliena. res, &c. qui ambo permouentur
per l. vlt. C. quæ res pign. oblig. poſſ. idem voluit Ne-
guſan. vbi ſupra nu. 6. verſ. prima igitur concluſio ſit.
idem videtur innuere Spec. in tit. de pig. §. 1. num. 12.
ver. ſed quæritur an agens, & in d. tit. de oblig. & ſol.
§. 1. nu. 26. verſ. item quod res erat.

15 Quid vero ſi debitor obligauit rem illius, † qui po-
ſtea fuit hæres debitoris, obligauit tñ illam, vt pro-
priam, non vt alienam, an ſi creditor agat cõtra illũ
qui eſt dñs rei modo effectum heredem debitoris hy
pothecaria hæres poterit dominii quæſtionem refri-
care? Et non poſſe deciſum fuit à Neguſan. in eodem
ſupra relato loco nu. 7. verſ. ſecunda cõcluſio eſt. ſicut
non poſſet ipſe debitor defunctus quia hoc pacto de
regereur mendaciũ defuncti. Hinc igitur eſt, vt iſto
caſu, & in ſuperioribus à nobis explicatis, ſatis ſit pro
bare poſſeſſionem defuncti tpe contractæ obligatio-
nis, & de præſenti Poſſeſſionem hæredis deducendo,
& allegando etiam eius dominium, vt ſupra nu. 11.
verſ. prior ſententia dicebamus in principali debito-
re vt de hoc eſt contex. in d. l. rem alienam, in fin. &
ibi tradunt ſcriben. ff. de pig. act.

Idem pariter dicendum eſſet, ſi defunctus feciſſet
dictam obligationem, & contractum noĩe hæredis,
& promiſiſſet de rato pro eo: tũc enim teneretũ heres
habere ratum dictum contractũ, & ſufficeret eadem
probatio, de qua modo diximus iuxt. ſentẽtiam Pau.
Caſtr. in l. ſolutum. §. ſolutã in prin. & in d. l. rem alie
nam. col. 1. nu. 4 verſ. ex ſecunda parte. ff. de pign. act.
quem ſequitur Neguſan. vbi ſupra.

16 An † ſi extra iſtos duos caſus defunctus obligaſſet
rẽ, quæ nõ erat ſua, ſed erat illius, qui poſtea fuit ſuus
hæres, an tunc prædicta habeant locũ: adeundus erit
Neguſ. in d. tract. de pign. co. 3 membr. 5. par. nu. 7. in
fi. & nu. 13. verſ. quinta concluſ. eſt. vbi id vberrime
diſcutit, & ibidem alios quamplures caſus, in quibus,
ſiue de dominio, aut de poſſeſſione probandum eſt
egregiè refert, & explicat. tu illum conſulito.

17 Quintum requiſitum, † ꝙ ab eo probandũ eſt, qui
agit hypothecaria contra debitorem illud eſt, vt pro-
betur illum maiorem fuiſſe viginti quinq; annis, qui
rem illam obligauit. minoris enim res taciiè nõ obli
gantur, ꝙ ea ratione probatur res tutorum tacitè ob-
ligantur, vt l. pro officio. C. de admin. tuto. ſed minor
tutor eſſe non põt; quia hi demũ tutores eſſe poſſunt
quorum res obligari poſſunt, ita ſanxit Impe. Iuſtini.
in l. vlt. C. de legit. tutel. ſed res minorũ non poſſunt
obligari: vt reſpondit Vlpia. in l. 1. §. ſi minor 25. ann.
ff. de reb. eo. qui ſub tute. vel cur. ſunt. vt ſtatuit Imp.
Conſtan. in l. lex. C. de admin. tut. ſi ergo expreſsè nõ
obligantũ, vt ex dictis legib. probauimus, ergo nec ta-
18 citè: quia non debet † plus poſſe tacita, q̃ expreſſa. vt
l. quicquid. ff. de verb. obli. & l. Celſus. ff. de arbit.

19 Sexto probãdum eſt, † vt ſi generaliter fuerint obli
gatę, quod res illa ſit huiuſmodi, quã ſpecialiter quis
eſſet obligaturus: vt cautũ eſt ab Vlp. in l. obligatio-
ne generali. ff. de pign. & arg. l. qui liberam. ff. de pec.
et tradidit Spec. in d. tit. de obli. et ſolutio. §. 1. nu. 26.
verſ. ſed quid debet creditor.

20 Septimum eſt, † quod debitum ſit de iure debitũ: ſi
enim factum eſt pactũ de nõ petendo tollitur hypo-
thecaria aliquando ipſo iure, aliquãdo per exceptio
nem: vt l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pactis.

21 Octauum requiſitum: † quando probatione indi-
get, vt probetur iſtiuſmodi fuiſſe perſonam, quæ poſ-
ſet obligari, non ergo furioſus, nec is, cui bonis inter-
dictum eſt, vt l. is cui. ff. de verb. oblig. & arg. l. nec in
furioſum, ff. commo. item nec filiusfamilias in mu-
tuo propter Macedonianũ. S. C. vt l. ſed, & Iulianus.
ff. ad Macedon. niſi in illis caſibus, vt in vlt. & penul.
§. illius legis, ſed & Iulianus.

22 Nonum eſt, † reũ poſſidere rem, quam hypothe-
catam aduocat: vt de hoc requiſito, & ſuperiorib.
not. Roffred. in par. 1. ordin. iudi. rubr. de actio. ſer-
uia. & rub. de actio. hypoth. per tot.

Diximus ſupra inter cætera, quæ probanda ſunt à
creditore agente hypothecaria debere probare poſ-
ſeſſionem: quo pacto probabitur hæc poſſeſſio? an
23 ſufficiet probatio † per teſtes ad obtinendũ in hypo-
thecaria, qui deponant ſe vidiſſe debitorẽ poſſediſſe
rem hypothecatam tanq̃ ſuam? Et quidem iuxta ſen
ten. Io. Fabr. in d. §. item ſeruiana. inſtit. de actio. non
ſatis eſſet, ẽt ſi deponerent de triginta annis quem ſe
quitur Guid. Pap. in tract. præſump. nu. 19. verſ. præſu-
mitur dominium.

Contrarium tñ de ſtylo curiarum Delphinatus ſer
uari ſolere teſtatur idem Guid. Pap. in d. deci. 432. ſu-
per queſtione. nu. 5. verſ. pone creditor: nam probato,
quod debitor poſſidebat rem hypothecatam, vt ſuã
tanquam dominus tempore obligationis, iudice cõ-
ſueuerunt decernere hypothecariã creditori compe
tere contra tertios poſſeſſores: vt tradit gl. in d. l. rem
alienam, ſuper verb. pignoratiria. & ibi plenè Doct.
ff. de pign. act. ſicque ſecundum hũc ſtilum ſe vidiſſe
iudicari in parlamento, & in cæteris curiis Delphina
tus & in curia officialatus ciuitatis Grationopol. aſſe
rit ipſemet Guid. Pap. in q. 432. ſub nu. 5.

Quod intelligit ibid. Gui. Pap. prius facta diſcuſſio
ne bonorum principalis, vt ait idem in prin. eiuſdẽ.
q. 432. per gl. in l. quidam in ſuo. in prin. ſuper verb. ad
moneri. ff. de condi. inſti. vbi dicit, quod ſi quis vtatur
re, vt dominus præſumatur dominus.

Verum antequam huic cõcluſioni finem imponã
24 Cyni diſtinctionẽ † in d. l. cum res poſt nu. 2. verſ. pro
pter ea prædicata. C. ſi alien. res pign. dat. ſit. quam bo
na pars ſcribentium in omnibus ferè eius membris
ſequitur, quæque toti materiæ non parum luminis
afferet, in medium proferre decreui.

Sic itaq; diſtinguit ipſe Cyn. Nam aut agitur dire-
cta hypothecaria, aut vtili. ſi directa agitur, tũc pro-
culdubio dominiũ eſt probãdum ſicq; intelligendũ
eſt, quod not. in l. 1. C. de precar. ex Salu. interdi. & in
d. §. item ſeruiana. Inſtit. de act. Hinc etiam eſt, ꝙ qui
agit directa non eſt bene conſultus propter difficulta
tem probationis, ſi verò agitur vtili; tũc refert an aga
tur contra ipſum debitorem, vel eius hæredem, aut
contra tertium, ſi contra debitorem tunc ſatis eſt pro
bare debitorem ſolũ bona fide poſſediſſe: quia nõ li-
cet debitori obliganti referre quæſtionem, argu. l. ſi
inter colonum. §. 1. ff. de pign. & ita procedit glo. in d.
l. cum res. in verb. pignoratitię. C. ſi alien. res. & c. ꝙ ſi
agatur contra tertium poſſeſſorem, & tunc aut ſingu
laris ſucceſſor habet cauſam lucratiuam, aut non. Si
lucratiuam habeat idem dicendum eſt, quod in prin
cipali debitore dictum eſt, tunc, ſcilicet ſatis eſſe pro
bare poſſeſſionem. Si autem oneroſam, aut agit credi
tor ad rem, aut ad poſſeſſionem: ſi agat ad rem opus
eſt probare rem fuiſſe in bonis debitoris, id eſt debito
rem poſſediſſe bona fide cum titulo, ſicq; accipienda
eſt gl. in d. l. rem alienam. in verb. pignoratitia. in fi.
* ff. de pign. act. idque * communiter omnes tenere re-
centiores ait Cyn. in d. l. cum res. col. 2. poſt prin.

Si verò agat ad poſſeſſionẽ, tunc ſi erat talis credi-
tor, cui

tor, cui omnia bona debitoris obligata fuiſſent ſicut hodie fit in inſtr̄is, in quibus obligātur omnia bona, & futura, & preſentia, & c. refert an debitor poſſit aduocare, ſecundum quod dr̄ in l.1. ff. de condi. indeb. cum alijs relatis à Cy. tūc quia in generali obligatione bonorum videntur eſſe obligata iura, & actiones l. meorum. ff. de verb. ſigni. cum ſim. item quia eſt ius quoddam inſiſtēdi rei, vt tradidit Cyn. in l. licet. ff. de acq. poſſ. & iura, & actiones in generali obligatione veniunt, l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & ſic illud ius, ꝙ appellatur poſſeſſio in obligatione cedit & actio competens ad recuperationem: tūc inquam creditor probando ſolū de poſſeſſione debitoris poterit agere ſicut contra debitorem debitoris ſui ex generali obligatione: dummodo creditor ſuus ſit creditor poſſidentis, vt l. creditores. ff. de verb. ſign. & petet poſſeſſionē actione illa vtili, quæ debitori directa cō petit, vel actione vtili hypothecaria, vt l. grege. §.2. de pig. Aut debitor non poterat aduocare, & tunc creditor non poteſt agere, quia de poſſeſſione debitoris non agit, cum ſit extincta. arg. l. Pōponius. §. vlt. ff. de acq. poſſ. & l. cū hæres in prin. ff. eo. & per conſequēs obligatio. ſiue pignus. vt l. ſicut in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. de poſſeſſione verò poſſidētis agere non poteſt, quia non eſt obligatā ſecundū Iacob. de Aret. quem refert. & ſeq. Cyn. in d. l. cū res. circa fi. C. ſi alien. res pig. dat ſit. hęc ex Cyno tradidiſſe ſit ſatis, vt totam hanc materiā illuſtraremus, quamq̄ huius diſtinctio quoad illud, dū diſtinguit, inter cauſam lucratiuā, & oneroſam, reprobat à Bar. in d. l. rem alienam. col. 2. poſt nu. 6. verſ. et ſic dico. ff. de pig. act. vbi
25 intrepidè ſenſit, † ꝙ ſiue tertius poſſeſſor habeat cauſam à debitore, ſiue lucratiuam, ſiue oneroſam, ſemper creditorē de dominio directo, vel vtili, vel quaſi dominio debere probare. cuius Cyn. diſtinctionem, vt diximus alias ſequutus erat in d. l. cum res. col. 1. in fi. Bart. vero ſn̄iam in d. l. rem alienam probauit Neguſ. de pign. in d. 3. memb. d. par. prin. nu. 8. verſ. tertia concluſ. cum plurib. ſeqq. vbi latè eum tuetur, et tum auctoritatibus, tum etiam rationibus eiuſdem opi-
** nionem corroborat. ibique de magis ** communi ſcribentium ſententia teſtatur.

I

CONCLVSIO DCCCLXXI.

ARGVMENTVM.

Iactatio faciat necne indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Iactatio non probat, nec facit indicium ad torturam contra iactantem. Contrarium nu. 3.*
2 *Sæpè minus faciunt homines, qui magna minantur.*
4 *Iactatio facit indicium ad torturam, ſi iactans conſueuerit minata exequi,*
5 *Dicta & facta penſantur ex perſonis.*
6 *Iactatio non facit indicium ad torturam, ſi iactans ſit homo vilis, impotens, nec ſolitus talia exequi.*
7 *Lingua lubricum facile trahi non debet ad pœnam.*

1 IActationem non probare † minaſque facere indicium ad torturam contra iactantem ſanxerunt Impp. Diocletia. & Maxi. in l. metū. C. de his quæ vi mēt. cau. & ibi notarunt Cyn. Bar. Bal. & Caſtr. idem Cyn. voluit in l. vnica. C. ſi quis Imper. maledix. cui adhæret Bal. in l. vlt. poſt nu. 4. verſ. inducitur hæc lex ad quæſtionē talem. ff. de hær. inſtit. ad idē reſpondit ipſemet Bal. in conſ. 77. ad euidentiam. ſub nu. 1. in fi. vol. 3. cui accedit Hipp. in pract. crim. in §. diligenter nu. 86. verſ. ſcias etiam in hac materia, quod etiam ſenſit Iacob. Nouel. in tracta. ad defenſam. tit. an indicia pro reo danda ſint. n. 76. verſ. iactatio hoc idē probauit Mar. Ant. Blanc. in tract. de indic. nu. 186.

Ratio huius rei illa vr̄: quia ſæpe minus faciūt ho-
2 mines, † qui magna minantur, vt dicit Bald. in l. vlt. verſ. inducitur hæc lex. ff. de hęre. inſtitu. vt ēt inquit Hippol. in d. §. diligenter. nu. 36. verſ. ſcias etiā in hac materia. & in d. conſ. 27. in prin. col. 3. vt etiā inquiūt Blanc. in d. tract. de indic. nu. 183. verſ. minę aūt in caſu. Iacob. Nouell. in d. tract. ad defenſam. nu. 53. ibi, nam ſæpe minus. ex Marſ. conſ. 72. in præſenti conſultatione. poſt nu. 6. ibi, propter verba non ſequuntur verbera; per l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infam.

3 Contrarium † ꝙ imo iactantia faciat indicium ad torturam, tenuit Spec. in §. ſpecies. poſt nu. 7. verſ. ſed pone P. minatus in fi. tit. de præſumpt. vbi dicit, ꝙ poteſt tormentis ſubijci. & Io. And. ibi, nu. 3. in verſ. violenta aūt præſumptio. ſuper verb. lex vnica. in litera D. de mente Dyni in l. diuus Adria. verſ. diuus Pius. ff. de cuſto. reor. & per l. 3. §. de his autem. ff. ad Sylla. idem ſenſit Hipp. in d. §. diligenter nu. 85. verſ. quæro nunc de alio quotidiano dubio, dicēs itidem indiciū facere ad torturam, idem reſpondit Marſ. conſ. 3. ſæpe, ac ſæpius. nu. 13. verſ. quod minæ faciūt indicium ad torturam, ſequitur Felyn. in c. afferte, col. vlt. poſt nu. 12. verſ. & hāc partem. de præſump. dicens in iſto caſu nihil operari diſtinctionē, an ſit ſolitus exequi minas necne, ſed in ſolito minas exequi augere indicium ad torturam, ſed bene operari ad excuſandum aliquem ratione metus: vt etiam per Iaſ. remiſſiue in l. rogaſti. §. ſi tibi. n. 9. verſ. ſi ergo dico alicui. ff. ſi cer. pet. idem voluit Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. iud. in rub. de indicijs. nu. 39. verſ. item ſi ſe iactauit. quem refert & ſequitur Blanc. d. tract. de indic. nu. 185. ver. & iactationem facere indicium ad torturam.

Limitabis priorem concluſionis ſententiam locū
4 ſibi non vendicare, † qn̄ qualitas perſonæ aliud indicaret, vel fuerit cōſuetus minas exequi, vel ſi potēs, & ꝙ minata poſſet inferre, vt dicit gl. in d. l. metū. ſuper verb. iactationibus. C. quod met. cau. quē ſequun
* tur * omnes præcitati Doct. in ſupradicta concluſione, quod etiam confirmauit Specu. in d. §. ſpecies. d. verſ. ſed pone P. minatus. poſt nu. 7. verſ. ſolutio, dicūt quidam ex præmiſſis. d. tit. de præſump. Bal. idem voluit in d. conſ. 77. ſub nu. 1. eiuſdem fuit ſententiæ Cœpol. cōſ. 29. viſo proceſſu facto ſuper homicidio. col.
5 6. verſ. 8. ſubeſt etiam. ex perſonis enim † dicta penſamus, vt d. l. vnica. C. ſi quis Impe. maledix. & tūc iſta iactatio: ſeu minæ ſequuto effectu faciūt indiciū ad torturam. ita dixit Blanc. d. tract. d. nu 183. verſ. minę
* autē aſſerens ibi ſic * communiter dici, & diſtingui per Doct. vt etiam ante eū eſt atteſtatus Imo. in l. vlt.
6 col. pen. verſ. vltimo inducit, de hære. inſtit. ſecus † ſi eſſet homo vilis, impotēs, nec ſolitus talia exequi. vt tradit Iacob. de Beluiſ. in d. eius pract. d. nu. 39. debet enim qualitas criminis, & perſonæ conſiderari per d. l. metū. ff. quod met. cau. & l. 3. in prin. ff. ex quib. cau. maio. & melius. in l. famoſi ibi, an qui fecerit. ff. ad l. Iul. maieſt. quia ex dictis facta penſamus, vt l. fi. C. de offi. magiſtri militum. & l. habes. ff. de ſuppel. legat.
7 & lubricum linguæ † facile trahi non debet ad pœnā. d. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt.

Et ita intelligendū eſt procedere ſupradictā contrariam opinionem Spec. & aliorum ſupra citatorū in d. contraria opinione, ꝙ iactatio faciat indiciū ad torturam, attenta qualitate perſonæ, vt ſi eſt potens, diues, homo malæ vitę, conditionis, & famæ ſolitus ſuas minas exeq. vt ait Hipp. d. §. diligēter nu. 85. verſ. quæro nunc de alio quotidiano: idē inquit Thomas

Piperata

Piperata in tract. de fama, nu. 49. ver. Idē ſi ſe iactaſſet. ſic ēt tradit Nouel. d. tract. ad defenſam loco nup allato in d. verb. citatio. nu. 77. & itidem ſimiliter diſtinguit Boſſ. in ſuo tract. crim. tit. de indic. & cōſideratione ante tortur. nu. 44. vbi teſtatur hāc eſſe * commun. opin. Doct. in d. l. metum, per glo. ibi. C. quod met. cauſ. & in d. l. vlt. ff. de hered. inſt. & Iaſ. in l. ſi ſuper. C. de tranſa. & dicit eſſe fundamentum ſuper d. l. vnica. C. ſi quis Imp. maledix. ibi, ex pſonis hominū dicta penſemus. & Menoc. de arbitr. iudic. lib. 2. cētu. 4. caſ. 361. poſt nu. 39. verſ. aut is minans eſt homo vilis. & Blan. d. tract. de ind. nu. 187.

Tamen ſupradictam contrariam opin. q̄ iactatio faciat indiciū, dicit Io. And. in addit. ad Spec. d. §. ſpecies, in d. verſ. violenta. ſuper d. verb. lex vnica, in d. litera D. in fi. ſeruari de cōſuetudine, & obſeruātia, vt ibi, ver. quicquid tñ ſit de iure contrariū ſeruat; quia ex vnico indicio torquetur, d. tit. de præſump.

Alia ad concluſionem ſpectantia tradentur infra in concluſione minæ.

CONCLVSIO DCCCLXXII.

ARGVMENTVM.

Iactare ſuum neminem præſumi quo pacto accipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
2 *Auarus quilibet præſumitur.*
3 *Quilibet potius tendit ad conſeruandū, q̄ ad perdendum.*
4 *Donatio in dubio non præſumitur.*
5 *Penſionem ſoluens pro alio multis annis, quam veriſimiliter ſine mandato non ſolueret, tunc mandatum habere præſumitur.*
6 *Paterfamilias diligens & ſtudioſus ſuum iactare non præſumitur.*
7 *Donare, atque adeò ſuum iactare præſumitur, cum res eſt parua, & tradens ſit diues, & recipiens pauper vel talis in quem cadat affectio.*
8 *Iactare ſuum is præſumitur, qui dat vt aliquid faciat in ſuo, etiam ſi eſſet magna quantitas, quod alias non eſſet facturus.*
9 *Iactare ſuum is præſumitur, qui aliquid dat ex aliqua falſa cauſa, quam ſcio falſam de præterito.*

1 Iactare ſuum † nemo præſumitur: ita conſultus reſpondit Pau. in l. cum de indebito. §. qui enim ſoluit. vbi ſcribentes, ff. de prob. ſic ēt colligit ex Imp. Iuſtiniani. reſcripto in l. vlt. ibi neq; eni ſic homo ſimplex. C. arbitriū tutelę, & videre eſt ex eod. Pau. in l. Campan. ff. de oper. libe. in eandē deſcēdit ſnīam gl. in l. ſi hæres la 1. §. vlt. ſuper verb. per errorē. ff. ad Treb. vt, & cenſuit gl. in c. q̄a veriſimile ſup verb. conceſſerit de præſumpt. per c. ſuper hoc. §. ſic nũæ experientiæ de renunc. & c. ſolicite. §. quia nō eſt veriſimile de teſti. ſpol. ſic aſſeruit, & Specu. §. 1. poſt nu. 33. verſ. quid ſi ego peto. tit. de pet. & poſſ. idē decidendo ſenſit Affl. dec. 13. vertitur dubium nu. 21. ver. q̄ partis agnitio arguit, ut & conſulendo dixit Pariſ. conſ. 39. an regula decernens nu. 5. verſ. non ſit credibile. uol. 4. eiuſdem fuit ſnīæ Bal. l. ſi domus. n. 2. ff. de ſer. urb. pręd. q̄ etiam probauit Caſt. in l. cū quid nu. 12. verſic. extra iſtos caſus. ff. ſi cert. pet. ubi glo. ſuper uerb. pro cauto. circa med. quod nec latuit Io. Neuiz. in conſ. 68. nu. 9. & Fulg. in l. quod nerua. nu. 19. ff. depoſ. & Franc. Aret. conſ. 14. nu. 18.

2 Concl. noſtræ ratio eſt; quia quilibet † auarus præſumitur, teſte glo. in l. quæ dotis ſuper uerb. tenebitur. ff. ſol. mat. ac quia quilibet potius † tendit ad conſeruandum, quam ad perdendum, ut teſtatur Pariſ. in d. conſ. 39. nu. 6. d. uol. 4. per tex. in d. c. ſuper hoc de renun. & d. l. cum de indeb. de probat.

4 Hinc illud conſequitur, † ut in dubio donatio nō præſumatur: ut docuit gl. in l. utrū. ff. de don. int. uir. & uxo. cui accedit Biſignet. in dec. 1. Petr. exiſtens. nu. 6. tit. de don. int. uir. & uxor. etiam tradit Iaſ. in d. l. rogaſti. d. §. ſi ubi nu. 5. verſ. item dum glo. ff. ſi cer. pet. ad idē ſcripſit Fulg. in l. ſi paterno. nu. 2. C. de neg. geſt. & in l. ſi procurator. § idem Papin. il 2. nu. 1. ff. mand. ut etiā confirmauit Cum. in l. ſi aliquam nu. 9. ff. de acq. poſſ. ad idem reſpondit Mar. Man. in conſ. 221. num. 54. vol. 2. de quo latiſſimè diximus ſupra in cōcl. 554. Donatio regulariter non præſumitur.

5 Ex concl. ēt noſtra fit, vt quis ſoluēs † penſionem pro alio multis annis, quā veriſimiliter ſine mādato minimè ſolueret, tunc mandatum habere præſumitur per ſupra traditam concl. q̄ nemo velit iactare ſuū: vt auctor eſt Tiraq. in tract. de pręſump. ſ. 1. gl. 4. poſt verſ. 31. verſ. tamen ſi poſteriorem ſequi.

6 Intellige conclu. ſupradictam procedere † in hoīe diligēti, & ſtudioſo p̄refamilias: vt d. l. cū d̄ indeb. ibi, & maximè ſi is. & ibi gl. ſup verb. diligens. ff. de pba.

Limitabis concl. & illationem non habere locū, 7 qñ † res data ſit parua, & tradens ſit diues, & recipiēs pauper, vel talis in quem cadat affectio, vt dixit glo. ſuper d. verb. pro cauto circa med. in d. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & gl. in l. ſi filii tui ſuper verb. probet. C. de dona. inter vir. & vxo. & d. l. vtrum. ff. eo. tit. vt & placuit Caſt. in d. l. cum quid nu. 11. ff. ſi cer. pet. cui accedit Fulg. in d. l. ſi paterno. C. de neg. geſt.

8 Secundo limita, niſi datem, † vt aliquid faceres in tuo ēt ſi eſſet magna quantitas q̄ alias non eſſes facturus. ex l. ſed & ſi mors. §. cū q̄s. ff. de don. inter vir. & vxo. & aſſeruit Caſ. in d. l. cū quid n. 11. ff. ſi cer. pet.

9 Tertio limita, ſi ex aliqua cā falſa † aliquid darē, quam falſam ſcirem de præterito, & tibi tradidiſſem, vt l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & idem Caſtr. ait d. l. cum quid. d. nu. 11. ff. ſi cer. pet.

CONCLVSIO DCCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

An illud, quod idem olim fuit, hodie eſſe pręſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Idem quod olim fuit, hodie eſſe præſumitur.*
2 *Excommunicatus olim, & hodie præſumitur excommunicatus, niſi contrarium probetur.*
3 *Poſſidens olim, & hodie poſſidere præſumitur, ſi alleget.*
4 *Idem quod olim fuit in eſſentia etiam hodie præſumit eſſe.*
5 *Rei amiſſionem allegans illam debet probare.*
6 *Quātitas verū, quæ fuit in depoſito, vel in legato, vel in alia obligatione, hodie eſſe præſumitur niſi contrariū probet.*
7 *Qui olim fuit pater, patronus, dominus, filius, libertus, ſeruus, & hodie præſumitur.*
8 *Qualis olim fuit, talis etiam hodie præſumitur.*
9 *Calūniatus in accuſat. 1. & in ſecūda calūniari præſumit.*
10 *Tutor, qui olim male ſe geſſerit in adminiſtranda tutela, & hodie perperam ſe gerere præſumendum eſt.*
11 *Rem immobilem ſitam fuiſſe intra illos terminos ſi conſtet præſumitur ibidē, & hodie eſſe, niſi probetur contrariū.*
12 *Res immobiles non mutantur de loco ad locum.*
13 *Res immobiles poſſunt mutari mutatis terminis.*
14 *Mutationem rei immobilis allegans illam debet probare.*
15 *Res immobiles interitu perimuntur.*
16 *Qui olim paſſus eſt, & hodie pati præſumitur, ut qui olim fuit iratus, inimicus, vel amicus etiam hodie talis præſumatur niſi contrarium probetur.*
17 *Paſſiones intrinſecæ, non intrinſecæ durare præſumūtur. Ratio eſt. nu. 18.*
19 *Qui fuit in aliquo loco, vt in aliqua ciuitate, & hodie eſſe præſumitur.*
Fallit vt nu. 21.

20 Qui

Digitized by Google

20 *Qui dicit aliquem eſſe alibi id probare debet.*
22 *Qui olim habuit,& hodie præſumitur habere.*
23 *Conſumptionem rei allegans illam probare debet.*
24 *Qui litigauit,geſſit,vel procurauit non præſumitur hodie id facere, quantum ad ipſum agere, licet ſecus ſit in voluntate.*
25 *Qui olim fuit infans,hodie non præſumitur infans. Ratio eſt nu.26.*
27 *In probatione temporis ſemper principium tēporis eſt probandum,& cur.*
28 *Idem quod olim fuit, quod pertinet ad prædicamentum quando, hodie non præſumitur eſſe, etiam ſi neceſſitas hoc non ſuaderet, ſed veriſimilitudo naturalis.*
29 *Senes,qui in ſenectute græcas literas didicerunt.*
30 *Et ſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere, Sapientis cuiuſdam ſententia.*

1 Identitas durare præſumitur,vel,vt aliter, & apertius dicamus: idē † quòd
olim fuit,hodie eſſe præſumiť: ſic docet Bal.in l.ex ꝑ
ſona col.1.ſub nu.2. C.de proba.hoc idem colligitur
ex eo,quod tradidit Innoc.in c.propoſuit. de cler.ex-
2 com.de poſ.min. vt † ſi quis olim excommunicatum
fuiſſe probetur,ſemper tanquā excommunicatum re
pelli, niſi de abſolutione doceat. quod etiam probať
* ex eo,ꝙ tradidere ſcribētes * cōmuniter in l. ſiue poſ
ſideris,C.de prob.& in l.nō ignorabit, C. ad exhib.vt
refert Alex.in cōſ.133. viſo proceſſu cauſæ inter Mar
cum Gualchinum.col.3.num.5.poſt verſ. nec obſt.ſi
diceretur,ꝙ iſte teſtis,lib.1.ꝙ ſcilicet, qui olim poſſe
3 dit † præſumatur & hodie poſſidere,ſi alleget,ſic etiā
notauit Arch.in c.Pontifices,7.q.1.idem tradit Spec.
in tit.de peti. & poſ.§.1.verſ.vlt. ſic tradidit Bal. in d.
l.non ignorabit, nu.1.C.ad exhib. vbi etiam Cyn. &
Sal.in l.indicia.C.de rei vend.idem Bal.in l.ſi mino-
rem,nu.6.C. de in integ. reſt.min. ſic etiā ſenſit Alb.
in c.olim.il 1.col.5.ſub nu.14.de reſtit. ſpol.cum ſex-
centis alijs relatis à Tiraq.in tract. de præſcr.in verb.
continuè, &c. gl. 5.

Concl.hanc Bal. ampliat. in octo prædicamentis,
in d.l.ex perſona.ſub d.nu.2.verſ.in his octo. ſingulo
rum exempla afferens.

Primùm itaque concluſio ampliatur in prædica-
4 mento ſubſtantię † vt ꝙ olim fuit in eſſentia etiā ho
die præſumatur eſſe,arg.l.teſtium,in fi. C.de teſtib.&
l.ſi quis ex argentarijs, §.vlt. ff.de eden. Hinc iure,ac
5 meritò infert Bal.vt qui alleget rei amiſſionem † illā
debeat probare,d.l.teſtiū,in fi.quod tamen cum diſt.
Bar.admittendum putem. in d.l. ſi quis ex argētarijs,
§.an verò nec hæredi.ff.de eden.

6 Secundo loco ampliatur in quantitate, † quātitas.
enim rerū,quæ fuit in depoſito,vel in legato,vel alia
obligatione, hodie eſſe ꝑſumiť, ꝑ l. Lucio. ff.de act.
& obl.& l.Sēpro.ff.de leg. 2.niſi facta diminutio,v l
augmentū per iuris viam probeť directè,vel per obli
quū,ex l.iuriſgentiū,§.adeò.ff.de pact.l.3. §.cōditio.
ff.de adim.leg.l.quinquaginta.ff.de ꝓb. & l.1.C. ꝓb.

7 Tertiò ampliāda eſt in ꝑdicamento relationis,†vt
qui olim pater, patronus, dñs, filius, libertus, ſeruus,
fuit,& hodie præſumatur,l.matrem. C.de prob.

8 Quartò amplia in prædicamento qualitatis:† nam
qualis olim fuit,talis ēt hodie præſumiť,c.ſemel ma-
lus,vbi gl.& Dyn.& Ancha.de reg.iur.in 6. ꝙ ēt pro-
nunciatum elicitur ex Arriani I.C.rñſo.in l.non oēs.
§.à Barbaris,ff.de re milita.vbi rñdit I.C.quod ſi mi-
les male ſe habeat in militia, non ſit ei amplius fidē-
dū, ꝙ non ſit veriſimile ꝙ in futurū bene ſe habeat.
Hinc ꝓpterea dicebat Vlpi.in l. ſi cui crimen.§. iiſdē,ff.
de accuſ.ꝙ qui calūniatus fuit in accuſatione prima
9 † calūniari præſumať & in ſecunda,idem ēt dicebat,
10 ꝙ ſi quis tutor † in adminiſtratione malè olim ſe geſ
ſerit, & hodie perperam ſe gerere præſumendū ſit, in
l.3.§.ſi autem,& in §.ſi curator,ff.de ſuſpect. tutor.in
quam ſuiam plura alia Iuriſconſultorū reſponſa per
ſimilitudinē poſſent adduci,vt l.alij,ff.eo.de accuſat.
l.produci.ff.de teſtib. & l. locatio.§. reliquatores ve-
ctigalium,ff.de public.vt obſeruauit Accur. in d. l.ſi
cui.§.iiſdem,in verb. admittendum eum.ff.de accuſ.

11 Quintò ampliare poteris, vt & in ſitu † ꝓcedat, nā
ſi conſtat rem immobilē ſitam fuiſſe intra illos ter-
minos,præſumiť ibidem & hodie eſſe, c.ex literis, de
prob.niſi deſiiſſe in loco probetur directo,vel per ob-
liquū. Hoc aūt eſſe non poteſt per mutationē ipſius
12 rei.quia res immobiles † non mutanť de loco ad lo-
cū:vt l.2.C.quand.& quib.quart.pars debe.ſed pōt eſ-
13 ſe permutationē terminorū, † vt quia fundus augea-
tur,vel minuatur,l.ſi quis duas, ff.commun.præd.vel
à flumine,vel ab homine: vnde quod olim fuit iuxta
viam,nunc eſt iuxta flumen,vt l.ſi locus, ff.quemad.
ſeruit.amit.& ſic de alijs ſimilib. qui verò talē muta-
14 tionē allegat,† debet eam probare: vt in l.1.& l.2.C.
fin.regund. & l.in finalib. & l.eos,ff.eo tit.fi.regund.
15 Item poteſt eſſe perempta per rei interitum † de qua
quæritur, & deſtructa,l.domum. ff.de contrah.empt.
vel fundus ruit in profundum,ꝙ appellatur chaſma.
& ſic deſijt eſſe in loco, in quo prius erat, quia deſijt
eſſe in ſubſtantia.ſic Bal.in d.l.ex perſona. col.2.poſt
nu.3.verſ.item dico in ſitu eſſe.C. de proba.

16 Sextò ampliabis in prædicamento Pati.† nam qui
olim paſſus eſt,hodie ēt pati præſumitur,vt qui olim
fuit iratus alij vel inimicus,vel amicus, ēt hodie talis
præſumatur, niſi directè vel per obliquum aliud pro-
betur,vt in l.ipſius. C.famil.erciſc.& l.3. §.vlt.cum l.
ſeqq.ff.de adimen. legat.

Quā ampliationē intelliges,vt procedat in paſſio-
17 nibus intrinſecis † & mentalib.nā iſtæ præſumunť cō
tinuæ: ſecus ſi paſſiones proueniant ab actu extrinſe-
co,& corporales ſint: hæ namq; non præſumunť cōti
nuæ id ergo non haberet locū, vbi quis patitur iniu-
riā per verba & motus extrinſecos, non enim ſequiť
quē eſſe percuſſum, ꝙ ſemper percutiatur, nec febri
laboraſſe,ergo ſemꝑ febricitaſſe,vt l.maritus, ff.loca.

18 Huius rei ratio eſt,† nā huiuſmodi non iudicantur
ſecundum naturam paſſionis, ſed ſecundū naturam
actus,ſiue agere, ꝙ non eſt continuum: nam hæ paſ-
ſiones ſumpſerunt nomen ab agere,non à pati; quia
illud hoc dignius eſt,ideo agere conſideramus: iuxta
not.à gl.in l.1. & 2.ff. de ſeru.vrb.præd.

19 Septimò amplia in prędicamento vbi:† nam & in
quo loco quis fuit,vt in aliqua ciuitate,nō in angulo
ēt hodie præſumiť eſſe: d.l.ſi quis ex argētarijs,§.pen.
ff.de eden. nam in rebus quæ mouentur, eſſet falſum
20 naturaliter.Ergo qui dicit alibi eſſe, † hoc ꝓbare de-
bet directo,vel per obliquum,vt ait Bal.vbi ſup.

21 Id verò locum non haberet in fugitiuo † vel erro
ne,ſiue in naui, quæ eſt in mari, nam conſuetudo fu-
gitiui, vel erronis,& nauis eſt,vt nunquam in eodem
loco permaneat,l.quis ſit fugitiuus,ff.de ædilit.edic.
& l.Cæſar.ff. de publ.

Octauò velim amplies in prædicamento habere,
22 † etenim qui olim habuit,& hodie habere præſumi-
tur,l.ſiue poſſideris, C.de proba. & qui ſemel habuit
ciuilitatem,& hodie habere præſumitur: vnde infer-
tur, ꝙ quando probatur aliquid ad aliquem perue-
23 niſſe,† ſi dicat conſumptum, hoc debeat probare,te-
ſte gl.in l.creditor. §.ſi inter.in verbo negeť. ff.mand.
cum alijs adductis à Bal. in eod.nuper relato loco,vt
& nos id ſupra notauimus.

Nunc verò concl.limitabis, vt locum ſibi nō ven-
24 dicet in prædicamento agere;† quia qui litigauit,geſ
ſit vel procurauit; non præſumitur hodie id facere,
quantum ad ipſum agere,ſiue facere: licet ſecus ſit in
voluntate,ſiue ipſo uelle,vt l.3.ff.de prob. & l.de æta
te,ff.eo.vt declarat Bal. vbi ſupra.

Secundo loco limitanda eſt, ut non procedat in
25 prædicamēto qñ, & ſic in ætate, † nam qui olim fuit
infans,

infans, hodie non præſumitur infans. l. cum te. & ibi not. C. de prob. alioqui naturæ neceſſitas repugnaret.
26 Cuius rei ratio eſt, † nam ſolo tractu tpis mutatur ætas & in his, quæ ſolo tractu tpis mutantur, non poteſt eſſe præſumptio vniformis. Item quia principiũ ætatis eſt incertum, neſcimus enim qñ talis ſit natus; ergo ex cõſequenti ſerie proceſſus ætatis eſt incertus. Hinc arrepta occaſione Iacob. de Aret. dicebat, ꝙ in
27 probatione tpis † ſemper ſit probandum principiũ tpis: quia ignorato principio, neceſſe eſt ignorare, ꝙ ex eo ſequit: ita dixit Iac. de Aret. in l. teſtiũ. C. de teſtam. quem refert & ſequitur Bal. in d. l. ſi minorem, col. 2. nu. 4. verſ. quæro hic. C. de in integr. reſt. minor.
Quam poſteriorem limitationem extendas, et ſi
28 neceſſitas hoc non ſuaderet, † ſed veriſimilitudo naturalis, non enim ſequit, iſte in pueritia neſciuit literas, ergo adultus neſcit. l. Stichus. ff. de leg. 3. nã & ſe-
29 nes plures † literas et græcas didiſſe memoriæ eſt ꝓditũ, & de M. Portio Catone teſtat Plutarch. in eius vita, & de P. Terentio Varrone tradidere Euſeb. & Volater. lib. 20. Anthrop. & de Laurentio Valla ſcripſit Pontanus lib. de Principe, & de multis alijs apud hiſtoricos videre eſt. Hinc ille apud Pomponiũ in l. apud Iulian. ff. de fideicom. lib. ait [illegible] idest.
30 Et ſi alterum pedem in tumulo haberem, † non pigeret aliquid addiſcere. Et ad hanc noſtram confirmandam limitationem ea pertinent, quæ fuere notata in c. ſi ex tempore, de reſcrip. lib. 6.

CONCLVSIO DCCCLXXIIII.

ARGVMENTVM.

Identitas rerum quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas rerum, vt domus, fundi, vel ſimilium probatur per confinia, & alias demonſtrationes.*
2 *Identitas rei dr̃ probata, etiam ſi duo tm̃ ſint confines, & aliæ demonſtrationes non conueniant rei demonſtratæ.*
3 *Rei demonſtratæ demonſtratio non exigitur.*
4 *Identitas rei non dicitur probata, ſi expreſſæ ſint quatuor aut plures demonſtrationes, & duæ tantum conueniãt.*
5 *Identitas rei probandæ cauſa oĩa confinia ſunt probanda, quando contra aliquem ageretur, vt incideret in pœnã.*
6 *Identitas rei etiam per coniecturas poteſt probari.*
7 *Identitas rei facile præſumitur, vt excludatur præſumptio pluralitatis.*
8 *Identitas delicti probatur ex identitate loci, & temporis.*
9 *Identitas rei per famam publicam, & opinionem vulgi, & gentium poteſt probari.*
10 *Identitas rei in antiquis etiam per ſemiplenam probationẽ poteſt probari.*
11 *Identitatem rei allegans, eam debet probare.*
12 *Identitas rei non præſumitur, niſi probetur.*
13 *Pluralitas rerũ non præſumitur, ſi non fuerit à parte deducta, quãdo vtraq; pars de vna re ſolum articulatur.*

1 Identitatem alicuius rei, † veluti domus, fundi, vel ſimiliũ ꝓbari per confinia, & alias demonſtrationes, affirmauit Aym. Crau. conſ. 112. nu. 3. & conſ. 198. nu. 2. ante eũ dixit Bar. in trac. de teſtib. n. 28. 29. & ſeq. verſ. hãc eandem rem. Rui. et in conſ. 115. poſt nu. 2. verſ. & ex alio videtur conſtare, vſq; ad nu. 5. vol. 5. Dec. quoq; conſ. 109. pro tenui; poſt nu. 1. verſ. & hoc præmiſſo, teſtem laudat Alex. in cõſ. 54. ponderatis verbis, vol. 3. idem cauit Pariſ. in cõſ. 67. nu. 10. vol. 1. vt etiam tenet Bar. Soc. in cõſ. 89. nu. 1. vol. 1. ad quod etiam extat gl. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. ſuper verb. nominauerit. & magiſtraliter tradit Bar. in l. demonſtratio. in 7. q. nu. 14. verſ. 7. q̃ro. ff. de cõd. & dem. & ibi coĩter omnes ſequuntur eum, vt idem teſtat Pariſ. vbi ſup. quib. accedit Nat. in conſ. 275. nu. 5.
2 Amplia, vt concluſio locũ ſibi vendicet, † etiam ſi duo tm̃ ſint confines, & aliæ demonſtrationes non conuenirent rei demonſtratæ; quia & tunc probata dr̃ identitas: vt proditum eſt à Bar. Soc. in d. conſ. 89. nu. 1. vol. 1. & notat in l. forma. ff. de cenſi. & ibi gl. ſuper ver. vicinos ibi, ſic ſufficiat dici duos confines l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. ſufficit enim ꝙ aliqua qualitas, quæ concordet, probetur: q̃a reliquæ demõſtrationes fruſtratoriç ſunt, & nõ debent vitiare, ſi
3 omittũt: cũ rei demõſtratç demõſtratio † nõ exigat. l. 1. ff. de dot. præleg. l. vnica. C. rei vxor. act. & doctè cõcludit Bar. quẽ ſequitur Pau. de Caſtr. in d. l. demonſtratio falſa. ff. de cõd. & demon. quẽ ſequitur Fel. in c. cũ cauſam. col. vlt. poſt nu. 12. verſ. quinto ſcias. de proba. idem tenet Rui. in conſ. 115. poſt nu. 3. vſq; ad nu. 5. vol. 5. quod, & probauit Crau. in conſ. 198. nu. 2. cum plurib. ſequen. vbi id probat auctoritate Alex. in conſ. 133. col. 3. ad fin. nu. 5. lib. 1. idem voluit Cor. in conſ. 206. circa fi. lib. 4. nu. 9. ibi concurrentib. pluribus circunſtantijs probatur identitas ſic reſpondit etiam Burſ. in conſ. 106. nu. 23. vol. 1.
Limita hanc ampliationem, vt procedere poſſit,
4 † quando eſſent expreſſæ tres demonſtrationes tantum & duæ conuenirent: quia eo in caſu ſatis erit ad probandum identitatem duos confines uerificari; ſecus uerò ſi quatuor aut plures exprimerentur, quarũ duæ tm̃ conuenirent: quia tunc res dubia uideretur, & identitas non probaretur: ut ſcripſit Alex. in conſ. 73. uol. 3. quem referendo ſequitur Dom. meus ampliſs. Card. Alb. in ſuis lucubr. ad Bart. in d. l. demonſtratio. nu. 2. ff. de cond. & demonſt.
Secundò limita eandem ampliationẽ, ut uera non
5 ſit, qñ † contra aliquem ageretur, vt incideret in pœnam; quia & tunc neceſſe erit confinia oĩa verificare, vt cautum eſt ab Alpheno Varo. I. C in l. in teſtõ. ff. de condi. & demonſt. & ita tradit Alex. in conſ. 35. vol. 5. relatus ab eo Card. Alb. loco proximè citato.
6 Secundo amplia, vt etiam per coniecturas † probari poſſit identitas: ita colligitur ex Bar. in l. demonſtratio. ff. de condi. & demon. & Ang. in l. ſi certis annis. C. de pactis. quib. accedit Affl. in deciſ. 23. nu. 3. & ante eũ Bal. in conſ. 267. vol. 2. & huc pertinẽt, q̃ retulit Dec. in cõſ. 109. pro tenui. col. 1. ſub nu. 2. nec alio eſt referenda gl. in d. l. forma. ſuper d. verb. vicinos. verſ. itẽ ſi erret. ff. de cenſi. & in c. ſi Papa. ſuper d. verb. probata ibi, ſed illud habet locũ de priuil. in 6. & gl. in c. cũ cauſa. de proba. ſuper verb. adminicula. ad idem ꝛñdit Barb. in conſ. 6. quaſi per totũ. & in col. 7. verſ. ſtat ergo vera, & firma concluſ. vol. 2. ad ꝙ extat riſum Laur. Silua. in conſ. 57. nu. 5. 6. 7. & plur. alijs ſeq. nec alio reſpexit Aym. Crau. in conſ. 198. n. 1. & ſeq. vbi, ex quo non præſumitur pluralitas, eſt p̃ſumenda
7 identitas. de facili enim † præſumit identitas corporis ſecundũ Pet. de Ancha. in conſ. 144. in cã, & quæſtione Ioannis circa fi. & hoc vt excludatur præſum-
8 ptio pluralitatis, ex quo fit, ꝙ identitas delicti † probatur ex identitate loci, & tẽporis, vt traditum eſt ab Alex. in conſ. 30. col. 2. ad fi. lib. 7. quem ſequit Cra. d. conſ. 198. ſub nu. 2. verſ. & alibi tradit Alex. ampliationis et noſtræ ſententiã probat Rimi. in conſ. 164. nu. 47. & in conſ. 254. nu. 11. & ſeq. vol. 2. idem voluit Cæphal. in conſ. 170. nu. 25. vol. 2. quos ſequitur Bar. in conſ. 80. Do. Ludouicus. nu. 1. vol. 1.
Tertio amplia, vt vera ſit concluſio, vt etiã per fa-
9 mam publicã, † & opinionem vulgi & gentium probari poſſit identitas, vt ſcripſit Bal. in conſ. 265. verba laudi ſic dicunt, et in conſ. 267. in prin. vol. 2. cui adhæret Rui. in conſ. 50. nu. 16. vol. 1. in eandẽ deſcẽdit ſententiam Barb. in d. conſ. 6. nu. 16. volu. 2. huc item reſpexit Pariſ. cõſ. 27. nu. 19. et 25. vol. 1. quod intellige verum, qñ cohærentiæ ſunt mutatæ; vt vltra iam

allata

allata conſuluit Nat.in conſ.235.nu.15.& ſeq.vol.2. & Lauren.Silua.in conſ. 57.nu.2.verſ.1. ex diuerſitate cohærentiarum, & nu.5.vſque ad nu.10.

10 Quartò velim amplius identitatem et probari † in antiquis per ſemiplenam probationem: vt dixit Bar. Soc.in d.conſ.89.nu.3. per c.cū cauſam, de prob.vol. 1.idem ſenſit Dec.d.conſ.109. pro tenui.poſt num.2. verſ. & licet iſte videatur, à qua ſententia non receſſit Card.in clem.1.de proba.& voluit Laur. Silua. in d.conſ.57. poſt.nu.6.in fi. idem confirmauit Pariſ.in conſ.107.nu.7.lib.1. atque per verba enunciatiua poſita in inſtrumento antiquo, vt cōſultus docuit Barb. in conſ.6.nu.3.lib.2.per gl.in c.ſeries,ſuper ver.inſtrumentum,de teſtib.c.cum cauſam.de prob. glo.in c.ſi Papa.ſuper verb.probata. de priuileg. in.6.ac reſpondit Soc.iun. conſ.65.nu.7.vol.1. vbi communē * ſcribentium ſententiam eſſe teſtatus eſt, & cauit Silua. in conſ.57.poſt nu.7.in fi.& nu.8.& 22.

11 Intellige tñ concluſionem, † vt hæc identitas probari debeat ab eo, qui eandem allegat, & qui in ea ſuæ intentionis fundamentum conſtituit: vt protulit Aym.Crau.in conſ.198.nu.4.ver.pro quo facit: vt & aſſeruit Card.Zabarel.in conſ.118. monaſteriū S. Iuliani.col.1.in fin.verſ.ſimiliter priuilegium Adriani.
12 ea ratione,quia non præſumitur,† niſi probetur: vt p Rui.in conſ.141.nu.4.& in conſ.65.nu.3.& 10.vol.5. & Silua.d.conſ.57.nu.3.quod maximè verum eſt, ſi de re capitali agatur:vt dixit Crau. conſ.254.nu.2. & ſeq.de veritate tamen huius rei inferius ſuo loco dicemus in concluſione pluralitas.

Limita hanc proximam intelligentiam ſibi locū
13 non vendicare, † qñ vtraq; pars de vna re ſolum articulatur: quia tunc pluralitas non præſumitur, ſi non præſumitur,ſi non fuerit à parte deducta:vt dicit Afflict.in d.deciſ.23.nu.2. referendo Bart.in l.2.nu.2.C. de error.aduocat.vbi loquitur de ſententia continēte vnam ſummam, & libello aliā, & docet fieri poſitionem, q tantum lata fuerit vna ſentētia. & ibi Bal. vbi loquitur de proban.negatiua. quia ibi ex diuerſitate ſummæ,diuerſæ ſententiæ præſumuntur.

CONCLVSIO DCCCLXXV.

ARGVMENTVM.

Identitas perſonarum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 Identitas perſonarum debet probari per nomen, & cognomen illius perſonæ,de qua agitur.
2 Identitatem perſonarum non ſufficit probare per nomē, & cognomen, quando eſſent alij eiuſdem nominis: ſed debet articulari, & probari illos eoſdem eſſe, qui deſcripti reperiuntur in inſtrumento.
3 Poſſeſſionis probandæ modus, cum res tempore mutatur.

1 Identitatem perſonarū debere probari per nomen, † & cognomen illius perſonæ, de qua agitur, habetur cautū, in l.demonſtratio falſa.ff.de cond.& demonſtr. ad hoc conſuluit Crau. conſ.169. nu.4. verſ. ſecundo rñdeo. & in conſ.198.poſt nu.2.verſ. alibi ſcribit Bal. & tradit Mattheſil.in l. 1.nu.3. C.ſi vnus ex plurib.

2 Intellige cōcluſionem non procedere, † qñ eſſent alij eiuſdem nominis:quia tunc non ſufficit conſtare de nomine, & cognomine, ſed dēt articulari, & pbari illos eſſe eoſdē, qui deſcripti reperiuntur, vel ut in inſtr̃o, vel alia ſcriptura: vt tradit Dec. in conſ.76.pro tenui.ſub nu.4.verſ. nec obſtat. vbi in ſimili adducit, q inſigniter conſuluit Card.& ſequutus eſt Abb.in c. cum Ioan. de fid.inſtrum. col.vlt.verſ.ſed extra glo. quarto vbi voluerunt, quod ſi duo ſunt in inſtrumēto deſcripti pro teſtibus, vt A. & B. eorum cognomine expreſſo, & poſtea inſtrumentum de falſitatis crimine redarguatur, ac duo teſtes eiſdem nominibus producantur, negantes ſe interueniſſe confectioni, hoc non ſatis eſſe ad reprobationem inſtr̃i: quia dici non poteſt probatum illos eoſdē eſſe, qui deſcripti ſūt in inſtrumento reperiuntur, poſſunt enim alij eſſe, qui eiſdem nominibus vocarentur, & ita probatio nō concludit.idem Dec.tenuit in conſ.101.col.2.verſ.vnde, vt excludatur talis præſumptio. & ſequitur in conſil. 210.col.4.nu.9.verſ.ad hoc facit.& tenet Cor.in cōſ. 146.col.2.poſt med.ver. nec probatur identitas,lib.3. vbi ex ſola nominatione proprij nominis, nō probari identitatem perſonæ clarè oſtendit. Ideo articulādum & probādum erit illammet fore perſonam, quæ deſcripta fuit in inſtrumento.

3 Prout etiam debet articulari,& probari, † qñ res tempore mutatur, vel variatur; vid. q poſſeſſio, quę hodiè eſt poſita inter tales fines, & poſſeſſio, quæ olim erat poſita inter tales fines eſt vna, & eadē, vt tradit Dec. in d.conſ.109.nu.2.verſ.vbi inquit, q qñ ex curſu tēporis, & in conſ. 91.diligenter pro tenui. col.3. poſt nu.3.verſ.hoc autem tali ratione, & in conſ.129.col. 1.in fi.poſt num.2.verſ.præterea, & ſecundo per no.à Bar.in d.l.demonſtratio falſa.ff.de condi. & demon. de qua re meminit etiā Mattheſ. in l. poſt nu. 3. verſ. item & poſſeſſionis, C.ſi un.ex plurib.appel.

CONCLVSIO DCCCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Identitas ſcripturæ, & contractuum vt probetur.

SVMMARIVM.

1 Identitas ſcripturę probatur per comparationem literarū. Quod declara, vt nu. 2.
3 Identitas contractuum probatur, quando fiunt eodem loco, eodem tempore, & coram iiſdem teſtibus.

1 Identitas ſcripturæ probatur † per cōparationem literarum, ut aſſeruit Pariſ.in conſ.19.nu.32.uerſ.nec dicatur, quod identitas cedulæ, col.3.fretus authoritate Bar. in l.quem hæredem, ff.de reb.dub.& in l.ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtr.ubi Imo.& Socin.uerſ.ſed ſi ius, col.2.& hanc eandem ſenten. cōfirmat Soc. ſen. in conſ.142. col.4.ſub nu.9.uol.1. Alex.conſ.164.ſub nu.5. uerſic. idem talis ſchedula.uol. 3.

2 Declara, ut concluſio procedat † iux. formam legis.comparationes, cum duabus ſequen.C.de fide inſtru.ut declarat Pariſ.in d.conſ.16.nu.33. ubi uſq; ad nu.43. docet, quæ ad legitimam comparationem requiruntur, de quibus nos ſuprà in concluſione, comparatio literarum, diximus.

Nec ab re hic eſt ſubiungendum identitatem con
3 tractuum probari, † quando fiunt eodem locō, eodē tempore, & coram iiſdem teſtibus: ut ſcripſit Alex. in conſ.105.colum.2.cir.med.lib. 2. & ſequitur Crau. conſ.197.num.2. in quo loco uerſ. nec obſtat. extendit iſtud etiam habere locum, ſi exprimitur eadem cauſa, licet ſumma, ſeu quantitas ſit diuerſa, ex auctoritate Alex.in conſ.84.col.ult.lib.7.

CON.

CONCLVSIO DCCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Idoneus quo modo quis probetur, & quæ requirantur ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus per teſtes probatur.*
2 *Idoneitatis probandæ cauſa citatio partis non requiritur. Contrarium nu. 3. Reconciliatio nu. 5.*
4 *Citatio debet fieri, vbi pars extat, de cuius præiudicio agitur.*
6 *Citatio partis requiritur, quando in commiſſione eſſet dictum, citatis citandis.*
7 *Citatio partis requiritur, ſi adeſſet in commiſſione clauſula, ſi tibi conſtiterit.*
8 *Idoneitas probatur per teſtes, cum agitur de probanda idoneitate circa mores, vitam, & huiuſmodi, ſecus ſi agatur de probatione literaturæ, & ſcientiæ: nam tunc per examinationem perſonæ fieri debet.*
9 *Literarum peritiam per teſtes in illa ſcientia peritos poſſe probari, & cur.*
10 *Doctor eſt optimus teſtis ſuper peritia ſui diſcipuli.*
11 *Literarum peritia an per teſtes probetur explicatur, & contraria inter ſe ſcribentium ſententiæ conciliantur.*

Idoneum ad aliquod ſubeũdum munus aliquem eſſe optimè probari
1 poterit per teſtes deponentes † de habilitate impetrãtium ante confectionem literarum: vt dixerunt DD. Rotæ atteſtãtes etiam de ſtilo curiæ, & Cancellariæ, dec. 8. aliàs 270. ſi mandet auditori. tit. de pb. in nou. & probat tex. in clem. ne Romani. de iureiu. & ſentit ead. Rot. in dec. 6. aliàs 2. p eadem motiua. de teſtib. in nou. dicẽs poſſe recipi teſtes in abſentia pro inſtructione Iudicis de habilitate impetrantis.
2 Amplia concluſionẽ, † vt nec in ipſa (vt appellãt) idoneitate probanda citatio requiratur, teſte Bald. in l. neq; natales. nu. 8. verſ. nunquid, C. de prob. & in l. nõ dubium, poſt nu. 13. verſ. iuxta hoc quæro. C. de legib. & in l. quinquaginta, ff. de excuſ. tut. Fel. in c. dudum, col. 10. poſt nu. 33. verſ. adde etiam prædictis, & col. 32. verſ. ſecundo quæro vtrum in examinatione, de præſump. q relatu dignum cenſuit Rom. in ſing. 369. fuit vnus ex vobis, nu. 1. verſ. quarto fallit. idẽ ſtatuit Inno. in c. in cauſis, de elect. vt ẽt fuit deciſum à Dominis Rot. in deciſ. 497. aliàs 9. purificatio gratiæ, de conceſſ. præben. in nou. ſic quoque aſſeruit Card. in clem. vlt. q. 15. de reſcript. & in clem. 1. q. 3. de conceſ. præb. idem repetit Inno. in c. licet, in fi. de tranſla. prælat. vt etiam dirimere Domini Rot. in deciſ. 134. aliàs 7. de præben. ibi, ſunt tres, ſic ſentit & Lap. allegat. 66. verſ. nec obſtat præmiſſis, & hoc idem tradit Mil. in verb. citatio non requiritur, qñ executor. & in verb. gratia. ſi quis impetrauerit in communi forma. & in verb. procurator ſine mandato, q etiam tenet Phil. Franc. in c. ſi tibi abſenti. col. 4. in prin. verſ. ſecundo quæritur, de præben. in 6. vt & placuit Bonif. Vitel. in cle. vnica de offi. deleg. nu. 33. cum ſeq. quod quoque copioſè examinat Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, col. 9. fall. 14. de offi. procon. & leg. aſſerens iſta verba, ſi eſt idoneus, nullam requirere citationem, quia ſatis eſt hoc conſtare illi, qui de illius habilitate vult doceri, ſecundum Bal. in d. l. non dubiũ, C. de legi. & Lap. alleg. 6. viſis literis: nam iſta verba non faciunt conditionem, cum tacitè inſint, vt per Nicel. Placen. in concordan. gloſſarum, concord. 94. 35. fallen. huc ſpectauit Io. And. in c. ex par. de accuſ. cui placuit q vbi de habilitate perſonæ quæſtio eſt, vt, an Monachus admittatur ad accuſandum Abbatem, fiat talis diſcuſſio etiam non vocato Abbate, quod ſequitur Soc. in tract. de cita. art. 7. in fallen. iſtis adhæret Alex. in l. de vnoquoque, colum. 2. poſt num. 10. verſ. item fallit. vbi etiam Marſil. num. 62. verſ. quarto fallit. ff. de re iudic.
3 Contra hoc obſtare vr̃ † hoc eſt requiri in examinatione citationẽ, deciſ. Rotæ 88. aliàs 4. vbi executor. de re iudic. in antiquis, vbi decidunt DD. declarationem factam per executorem in præiudicium alterius non nocere, niſi fuerit citatus ipſe tertius, & poſſit appellari, cui aſſentitur Rom. in l. certum, C. vnde cogna. & ſequitur Alex. conſ. 218. viſis verbis domini Grnoldi. col. 1. poſt nu. 3. vol. 2. in quo cauit, quod
4 vbi extaret pars, † de cuius præiudicio agitur, debeat fieri citatio. & tenet Cur. in l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur. idem cauit Ancha. in conſ. 371. in Chriſti. idem ſenſit Card. Zabarell. in conſ. 132. incip. Archipresbyter, qui conſuluit, q ad hoc, vt per actum extraiudicialem præiudicetur, debeat fieri citatio omnium, quorum intereſt, alioquin quicquid erit actũ, quod ipſis detrimentum afferre poſſit irritum erit. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. prædi. quod quidem memoria dignum exiſtimauit Fel. in d. cap. vltim. de præſumpt.
5 Conciliari poterunt † hæ inter ſe opiniones hoc pacto, vt prior opinio ſibi locũ vendicet, cum recepti teſtes eſſent extra iudiciũ, vt inſtrueretur iudex, tunc enim ẽt ſine partis vocatione ſufficerent, atque probarent, quod ſi cauſa in iudicio ordinario agat̃, tunc non ſatis erunt, nec vllam fidẽ facient teſtes ſine citatione partis recepti, ſecundum diſtinctionem Bella.
* dec. 630. licet dñs vicecancellarius. & iuxta * communem ſcriben. ſententiam, præſertim verò Abb. in c. in nomine domini, num. 7. ver. ſecundus caſus. Fel. ibidem. nu. 8. verſ. ſecundo limita. & Dec. nu. 45. verſ. ſed breuiter, de teſtib.

Cogitandũ tamen nobis hæc reliquit conciliatio, non enim propterea quieuit animus. Idcirco fortaſſe tutius eſſet ad diſtinctionem Alex. confugere d. cõſ. 218. viſis verbis domini Giroldi, col. 2. vol. 2. vbi volens has inter ſe conciliare opiniones, ſcriptum reliquit, q vbi adijcitur in commiſſione clauſula, quæ ſonet in monitionem, vt ſi eſt idoneus & dignus, quæ clauſula non facit conditionem, cle. 1. de off. deleg. tunc ſecundum eum nulla requiritur citatio, ſecus vbi adijcitur aliquid, quod conditionem faciat, quia eo caſu citatio neceſſaria eſt.
6 Limita priorem opinionẽ huius ampliationis, † vt non procedat, quando eſſet dictum in commiſſione citatis citandis: quia tunc in examinatione perſonæ pars debet citari, ſecundũ Card. in cle. 1. not. 3. de off. dele. & ſequitur Fel. in d. c. vlt. col. pen. de præſumpt. licet quis hoc agat, vt de tota re doceatur.
Secundo reſtringas, hanc opinionẽ locũ ſibi non
7 vendicare, † ſi adeſſet clauſula, ſi tibi conſtiterit: quia requiritur citatio par. vt no. in cle. iudex, de offi. dele. & tradit Lap. in d. alleg. 60. viſis literis. nu. 3.
8 Intelligenda concluſio eſt, vt tunc vera ſit, † qñ agitur de probanda idoneitate circa mores, vitam, famæ legalitatem, habilitatem, & huiuſmodi. Secus ſi agitur de probatione literaturæ & ſcientiæ, quia tunc non per teſtes, ſed per examinationem perſonæ habenda eſt, ex c. ſi fortè, de elect. in 6. vbi fuit deciſum à Rot. in d. dec. 8. aliàs 270. de proba. in nou. & in deciſ. 443. aliàs 27. fuit dubitatũ, vtrũ executor datus. de cõceſ. præb. in nou. in prin. col. 3. inquirens literaturã & ſcientiam nõ probari per teſtes, ſed per præſentiam hominis per d. c. ſi fortè, licet de vita, & moribus, & legalitate poſſit fieri examinatio in abſentia. d. cle. ne Romani, de iureiur. & cum hoc tranſit ſimpliciter Do. in d. c. ſi fortè, col. vlt. de elect. in 6.
9 Aliam ſequutus eſt ſñiam, † literarũ peritiam per teſtes in illa ſcientia peritos poſſe probari: Mil. in reper. in verb. probari non poteſt literatura. ſuæ ſententiæ patronũ adducit Hoſtien. in Summa. §. inutilem eſſe.

Digitized by Google

eſſe, de inſtit. quod etiam placuit Philip. Franc. in d.c.ſi fortè, in fin. de elect. in 6. vbi admitti teſtes de peritia alicuius affirmat: vt ēt not. in l.1. ff. de ven. inſp. nam cùm peritia & ſcientia ea dat ſub ſēſum teſtis, poteſt fieri per teſtes examinatio in abſentia. Et hinc vide-
10 mus, doctorem optimum & idoneū eſſe teſtem † ſuper peritia ſui diſcipuli, l. nemini licere. C. de aduoc. diuer. iudi. ad quod conſulas gl. ſingularem in c. omnis ætas, 12. q. 2. quæ dicit Magiſtrum poſſe reddere teſtimonium de ſcientia & probitate vitæ diſcipuli ſui: & iſta opinio vr̄ in iure verior: cui nō obſtat tex. in d.c.ſi fortè, de elect. in 6. quia licet ibi ponat vnum modum probandi ſcientiam per examinationē perſonæ; non tñ excludit alium modū per examinationem peritorū in illa ſcientia. Hinc fit, quod vigilantiſſimus dñs meus Antiſtes Cardinalis Borromeus in ſua prouinciali Mediolanenſi Synodo quinta ſcitum reliquerit, Epis licere, vt clericorū ordinandorum examen, quod pp itineris longinquitatem minus cōmodè pōt exerceri, ſpeciatim epiſcopo delegetur, in cuius diœceſi illi commorant. tit. de initiandis ordinis ſacramēto. par. 3. ver. clericos vero, fol. 246. licet aliàs venirent perſonaliter examinandi, prout cautū colligit ex ſacroſan. concil. Triden. c.3. & c.7. & 8. ſeſſ. 23.
11 Conciliandæ ſunt hæ inter ſe opiniones, † vt prior vera ſit, qū perſona, quæ cū alio cōcurrit nullos hēt dignitatis gradus, ſicq; non doctor, & alter cōcurrēs in aliquo dignitatis gradu eſt conſtitutus, & doctor eſt; qa tunc poterit probari per teſtes vel inſtrā illius hominis habilitas, etiam ſi agatur in contradictorio iudicio: quia ex quo producitur priuilegium de gradu, ille præferendus eſt, ſecus, vbi ambo eſſent in aliquo dignitatis gradu collocati: quia tunc ad probandum, quis ſit magis idoneus, & habilis requiritur examinatio perſonæ, vt diremit Rot. in d. deciſ. 8. aliàs 270. in nou. de prob. circa fi. & authoritate ſua corroborauit Mil. in d. ver. probari non poteſt literatura: vt etiam tenet Bellam. dec. 113. Magiſtratus.

CONCLVSIO DCCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Idoneus an quis in dubio præſumatur, latè explicatum.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus qs in dubio p̄ſumit̄, niſi contrariū probet̄, & cur.*
2 *Clauſula, prouides tali de beneficio, ſi idoneum eum reperis, potius innuit admonitionem, quàm conditionem.*
3 *Idoneus quis in dubio præſumitur, etiam in his, quæ in crimen facilè poſſunt conuerti.*
4 *Idoneitas intrinſeca præſumitur, non verò extrinſeca.*
5 *Idoneus quis in dubio non præſumitur, cum agitur de præiudicio tertij.*
6 *Idoneus quis in dubio non præſumitur, cum idoneitatis qualitas requireretur à lege in ſupremo gradu: ſecus ſi in gradu poſitiuo; contra Corneum.*
7 *Idoneitas non præſumitur, quando eſſet in præiudicium illius, pro quo præſumeretur.*
8 *Inducta vt proſint, nō debent ita operari, vt debeāt obeſſe.*
9 *Idoneus quis in dubio non eſt præſumendus, cum agitur de vtilitate animæ, & cur.*
10 *Hæreticum innocentem tutius eſt condemnare, quàm nocentem abſoluere, quoad pœnitentiam ſalutarem, nō quoad pœnam.*
11 *Idoneus quis in dubio non præſumitur, cum contra præſumptionem idoneitatis per præcedentia acta oritur præſumptio doli.*
12 *Præſentās non dēt præſumere præſentandū idoneū, et cur.*
13 *Patronus debet potius præſumere præſentandum indignum, quàm idoneum.*
14 *Inſtituere debens, non debet potius præſumere præſentandum idoneum.*
15 *Idoneus quis dicatur.*
16 *Idoneus quis dicatur quoad magiſtratum.*
17 *Idoneus quis dicatur quoad beneficia.*
18 *Idoneitas in præſentando & eligendo debet conſiderari & inſpici tpe, quo præſētatio & electio facta fuerit, nec illi, quæ ſuperuenerit, eſt ſtandum, neq; prodeſt præſentato.*

1 Idoneus † quis in dubio præſumitur, niſi contrarium probetur, ſic colligit ex c. dudum, quod eſt c. vlt. & ibi Fel. poſt nu. 1. ver. in textu. ibi, præſumit̄. & nu. 33. col. 9. verſ. tertio aduertē, de p̄ſum. idē habemus à I.C. in l. cū quidam, ff. de leg. 2. ſic traditū eſt à Bal. in l. 2. nu. 7. C. quan. prouoc. non eſt nec. in hanc quoq; deciſum eſt ſnīam à Dō. Rot. in dec. Biſignet. 6. Papa confert Titio, num. 8. de præb. ita ēt tradit Spec. tit. de proba. §. 1. ver. reſtat. & tit. de actore, verſ. ſed quàliter. hoc itidem probauit Ang. in auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, col. 1. nam idoneitas intrinſeca naturæ eſt comes ſimul cū ipſa natura, & præſumitur, ſicut dicit Bal. in l. neq; naturales, poſt nu. 7. ver. & idem dico, C. de prob. Bar. ēt in l. muto, §. ſub conditione, in fi. ff. de tutel. aſſerit quod ſi in literis apoſtolicis apponatur clauſula; prouideas
2 tali de beneficio, † ſi idoneum eum repereris, quod talia verba potius innuunt admonitionē, quàm conditionē, & eo caſu prouiſum non teneri probare eſſe idoneum, cùm idoneus præſumatur, d.c. vlt. de præſum. id prætérea tenet Boer. dec. 171. nu. 10. quod ēt confirmauit Bal. in rub. C. qui accu. non poſſ. idem Bal. in l. nō dubium, ver. extra quæro, nu. 6. C. de legi. ab hac ſtetit ſnīa & Lap. in alleg. 60. viſis literis Apoſtolicis, poſt nu. 3. ver. item pro hac parte. quod nec latuit Oldr. conſ. 41. breuiter uidetur, nu. 1. uer. & ideo prima uerba latè proſequitur Alcia. in tract. de præſump. reg. 3. præſum. 3. iſtis accedit Lamber. de iure patron. arti. 2. 10. q. princ. 1. par. 2. lib. nu. 1. & ſeq. ubi multa quę huc cōueniunt, congerit, uolens hoc præcipuè habere locū in præſentato à patrono probo, tunc namq; idoneus pręſumitur, per ea quæ dicit Spec. in tit. de diſpen. §. nunc de epiſcoporum, nu. 83.
3 Amplia, ut concluſio procedat etiam in his, † quæ in crimen facillimè poſſent conuerti, ut ſi probarēt clericum eſſe uenatorem, ex hoc enim optima debet fieri interpretatio, id eſt, ut id agat animi gratia, & ſic iure permittente: & ita uoluit Feli. in d.c. dudum. col. 4. in prin. de præſum. teſtem ad id laudat Innoc. in c. dudum, il 2. col. pen. de elec. & adducit ibi Fel. & alia quæ perperam poſſent accipi, ex quibus bona poteſt elici interpretatio, reijciendo ſe ad notata ab eo in c. ſuper his, uerſ. quarta concluſio, de appella. ſequitur eund. Fel. Lambert. in d. tract. de iure patron. art. 2. 10. q. prin. 1. par. 2. lib. nu. 6.
4 Limita primò concluſionē, ut procedat, † quoad mores & idoneitatem (ut aiunt) intrinſecam, vt eſt caſtitas, ſobrietas, & huiuſmodi, illæ enim præſumuntur, ut autor eſt gl. in l. ſi uerò, §. qui pro rei, ſuper uer. dubiteſ. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. per l. cū quidā, de leg. 2. & ibi Doct. cui accedit Alci. in d. tract. præſumpt. reg. 3. præſump. 3. poſt nu. 2. uerſ. niſi reſpondens. & num. 5. uerſ. intellige iſtam regulā. & eſt tex. apertus in d. c. dudum, de præſumpt. & ibi declarat Fel. col. 3. nu. 11. latè Lambert. de iure patron. d. art. 2. 10. q. prin. 1. par. 2. lib. nu. 2. & ſeq. in eandem deſcendere ſnīam DD. Rot. dec. 8. aliàs 270. in nouis. & ibi Apoſtil. de prob. Secus uerò eſt in idoneitate extrinſeca, ut ſcientia, doctrina, & ſimilibus, quæ non præſumuntur, ut me docuit gl. in c. ſi fortè, de elect. in 6. in uer. euidenter. & gl. in d. l. ſi uerò, §. qui pro rei, ſuper d. uerſ. dubitetur, ff. qui ſatiſd. cog. & tradidere Dom. Rot. in d. dec. 8. in fi. & d. addit. ad eam. uerſ. ſed quis. eandem glo. ſequitur Niconis. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 288.

ubi

vbi quamplura ad hoc congeſſit, & huic opinioni aſſentientes in medium profert. Abb. in c. cum in iure, poſt num. 2. verſ. ſed hoc; de elect. verſ ſed hæc ratio. idem etiam ſenſit Lambert. in d. tract. de iure patro. loco proximè citato, num. 4. vbi * communem dicit. declarando text. in d. cap. dudum, ex mente omnium Doct. & Felin. ibi num. 2. atque Alciat. d. reg. 3. præſumpt. 3. in fin.

5 Secundo limita eandem concluſionem, † niſi agatur de præiudicio tertij ex iſta præſumptione idoneitatis: vt aſſeuerauit Abb. in d. cap. cum in iure, de offic. deleg. not. 1. poſt num. 2. ver. item cum agitur de præiudicio. vbi dicit, non ſufficere præſumptionem, ſed debere fieri plenam probationem, idem teſtatur Fel. in d. c. dudum, nu. 12. col. 3. verſ. fallit primo. & ſequitur Lamb. de iure patr. loco ſup. citato, ver. poſtea dictum Fel. in 1. ampliat.

6 Tertiò limita, vt vera non ſit concluſio, † quando qualitas idoneitatis requireretur à lege in ſupremo gradu; etenim tunc nedum idoneitas huiuſmodi nõ præſumeretur, ſed imò illa eſſet articulanda, & probãda in ſpecie, etiam ſi talis, de cuius habilitate agitur, re vera eſſet omni exceptione maior, & nihil contra eum opponeretur: vt traditum eſt à Bar. in l. 1. §. ſi qs neget, ff. quẽadm. teſt. aper. vbi id apertè Ang. & * cõmuniter Doct. ſequuntur, vt de * communi eſt teſtatus Hiero Grat. cõſ. 2. nu. 35. lib. 1. idem tenuit Alex. in conſ. 44. viſis, col. 4. nu. 2. vol. 4. & illum referendo ſequitur Iaſ. in conſ. 153. col. 7. num. 5. verſ. 17. contra iſtos teſtes, vol. 2. vbi pro notabili & ſingulari putat hoc dictum, quod ẽt Deci. placuit in conſ. 3. col. 4. Pariſ. conſ. 24 nu. 17. vol. 3. Rol. à Val. conſ. 30. num. 56. vol. 1. & latius per Aym. Crau. in tract. de antiq. tẽpo. par. 1. §. quæritur, à nu. 38. vſque ad nu. 41. & Corn. in conſi. 232. circa fi. lib. 1. verùm ſi lex vel alia diſpoſitio contenta eſſet qualitate idoneitatis in gradu poſitiuo, fortaſſe præſumeretur idoneitas, & non eſſet articulanda, iuxta diſtinctionem traditam ab Imo. in d. l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadm. teſtam. aper. expreſſè comprobatam à Barthol. Soc. ad id plura adducẽte in conſ. 274. in cauſa dominæ Eliſæ. col. 12. verſ. poſtremo dico, vol. 2. quem ſequitur Pariſ. d. cõſ. 24. nu. 7. lib. 3. licet contrariũ in hoc expreſsè tenuerit Corn. in conſ. 76. col. 4. poſt med. ver. omitto ꝙ tex. li. 3. vbi voluit debere articulari qualitatem idoneitatis, etiã quòd deſideraretur in gradu poſitiuo.

Quartò limitabis concluſionem non procedere,
7 † qñ præſumendo idoneitatem, eſſet in præiudicium illius, pro quo præſumeretur: iuxta ſentẽtiam Accur. in l. qui iuraſſe, §. ſi patron. ſuper verſ. acquiſiſti, in fi. de iureiur. & ibi Bar. nu. 4. quod & confirmauit Fel. in d. cap. dudum, nu. 13. verſ. fallit ſecundo. eidem opinioni ſe ſubſcripſit Lambert. vbi ſup. verſic. qui ſecundo
8 loco. & eſt ratio; quia inducta vt proſint, † non debent ita operari, vt debeant obeſſe, l. legata inutiliter, ff. de lega. 1. vt ait Fely. d. num. 13. per d. glo. in l. qui iuraſſe.

9 Quintò limita ſupradictam concluſ. † locum ſibi non vendicare, ſi agatur de vtilitate animæ; vt innuere videtur gl. vlt. in c. conſulti ſumus, de reg. c. illud, §. licet autem in hoc, de cler. excom. miniſtr. teſte ẽt Fel. d. c. dudum, nu. 14. ver. fallit tertio, de præſumpt. quia in his etiam in caſu dubio melius eſt, vt præſumatur delictum, quàm non delictum, ut tradidit Ancha. in conſ. 179. prima facie uidetur, quem refert & ſequitur Fel. in d. c. dudum, d. nu. 14. & Lambert. loco ſupra allato, uerſ. qui etiam. vnde fit, ut in crimine he
10 reſis † tutius ſit condemnare innocentem, quàm nocentem abſoluere, ut ex alleg. per Epiſcopũ Balneoregien. in ſuo opere indic. inquiſitorum, uer. hæreticus. num. 33. in fi. quod tamen intellige, ut non procedat quoad pœnam, ſed quoad pœnitentiam ſalutarem: ut declarat Squillac. de fid. cathol. c. 34. de quo nos infra ſuo loco dicemus.

11 Sextò limitare poteris concluſionem, † niſi cõtra iſtam præſumptionem idoneitatis per præcedentia acta oriretur præſumptio doli, ut ad id teſtis eſt mihi locupletiſſimus Bal. in l. 1. ante fi. poſt nu. 9. uerſ. ultimo quæritur, C. ſi quis om. cau. teſt. cui adhæret Feli. d. c. dudum, num. 15. uerſ. fallit quarto & ult. de præſumpt. quorum mentem probat Lambert. ubi ſupra uerſ. ponit etiam.

12 Septimò limita, ut concluſio non procedat † in præſentando à patrono ad beneficium: quia præſentans non debet præſumere ipſum præſentandum idoneum, ſed debet diligenter inueſtigare & inquirere, quoad fieri poteſt, de idoneitate ipſius præſentandi. Nam cùm in eo caſu agatur de ſpirituali matrimonio contrahendo inter eccleſiam, & præſentandum: ut tradunt Doct. in c. 2. de tranſla. epiſc. vbi Abb. & Butr. in 2. notab. dẽt perquirere de idoneitate ſponſi, ſaltem quoad expreſſa in cap. cum in cunctis, & cap. licet canon, de electio. in 6. non ſecus, ac ſi genitam filiam alicui dare nuptui animum induxiſſet, prout concludit Lambert. in d. tract. de iure patron. ſupra loco adducto. art. 2. 10. quæſt. prin. par. 1. 2. lib. nu. 7. & 8. ex allatis ibi per eum.

13 Amplia primò hanc ſeptimam limitationẽ, † ut adeò uera ſit, ut potius patronus debeat præſumere præſentandum indignum, quàm idoneum, ne ſi demum ipſe reperiretur præſentandus inhabilis, tunc tẽporis ius præſentationis amitteret; per ea quæ tradit Bal. per alia iura in Margar. ſua in uer. electione, ver. 14. ubi authorem laudat Ioan. in c. cum tua. de elect. quod etiam placuit Lamb. ubi ſup. nu. 9.

14 Secundò amplia eandem limitationem, † ut quod eſt dictum de patrono, idem intelligẽdum ſit de debente inſtituere: cùm is itidem ſit pater eccleſiæ, ut per inſtitutionem tribuat titulum, ca. ex frequentib. de inſtitut. & propterea non debere præſumere præſentãdum idoneũ: ſed accuratè indagare, perinde, ac ſi pater, qui eſt in rerum natura, coniugio ſtabili natam alicui uellet iungere: ut liquet ex deduct. à Lambert. ubi ſup. nu. 9.

15 Verùm quis ſit idoneus, † adeundus erit Tiraq. qui id explicat in tract. de poen. tempe. cau. 51. nu. 42. ubi dicit nu. 42. illum eſſe idoneum, quem uirtus probat, ex Bal. in l. precib. col. 5. C. de impub. & ali. ſubſt.

16 Ac etiam dicitur idoneus is, † quem ſum. Pont. elegit, ut author eſt Card. in cle. 1. de conceſ. præb.

17 Quis autem dicatur idoneus † ad beneficia conſulas glo. & Card. in d. cle. 1. in prin. de conceſ. præben, Rebuf. in ſua praxi benefic. in forma uicariatus Archiepiſcopi, nu. 87. quibus in locis aiunt, illum eſſe, q rectè legere, qui ex contextu mentem auctoris elicere, quique rectè canere nouerit. ad quod etiam uelim adeas Dec. in c. cum adeò, num. 14. de reſcr. Et etiam, qui propter beneficium præſentari uelit, quæ neceſſaria ſint explicat Lamb. in d. tract. de iure patr. art. 28. 10. prin. q. 1. par. 2. lib. uer. uidimus, nu. 2.

Animaduertendum tamen eſt, habilitatem in pre
18 ſentando, † & in eligendo debere conſiderari & inſpici tempore quo præſentatio & electio facta fuerit, nec illi quæ ſuperuenerit eſt ſtandum, neque prodeſt præſentato: ut dicit Brixien. in ſuis quæſt. q. 2. num. 3. Abb. per illum tex. in c. dudum, il 1. in antep. not. de elect. Dec. in cap. poſtquam, nu. 23. eod tit. & Lambert. de iure patro. art. 1. 10. q. prin. par. 1. lib. 2. nu. 3.

Digitized by Google

CONCLVSIO DCCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Ignorantiam præſumi, niſi ſciētia probetur latè diſcuſſum, quo pacto accipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia ſemper præſumitur, niſi ſcientia probetur. Ratio eſt, num. 2.*
3 *Poſſidens rem alienam bona fide præſumitur ignorare rē poſſeſſam ad alium ſpectare.*
4 *Ignorantia litis præſumitur in ſubrogato, ob ſubrogationem in lite motu proprio factam.*
5 *Ignorantia præſumitur in capitulo ex epiſcopi iuramēto vna cum maioribus capituli.*
6 *Ignorantia allegãda eſt, vt præſumatur.*
7 *Ignorantia non præſumitur eorum, quæ quis inueſtigare tenetur.*
8 *Factum alienum ſcire præſumitur is, qui ratione officij tenetur illud inueſtigare.*
9 *Paſtor non excuſatur, ſi lupus oues vorет, ob curam illarū ſibi commiſſam.*
10 *Epiſcopus non præſumitur ignorare beneficij vacationem in ſua diœceſi, & cur.*
11 *Ignorantia non præſumitur aliquo probato, ex quo ſcientia præſumitur.*
12 *Scientia ex quibus præſumatur.*
13 *Deuolutionem beneficij ordinarium ſcire præſumi., quo pacto probetur.*
14 *Conſanguineum facta conſanguinei præſumi ſcire, quo pacto ſit intelligendum.*
15 *Vicinus præſumitur ſcire ſucceſſiuos actus vicini, non momentaneos & occultos.*
16 *Ignorantia publici facti non præſumitur. Ratio eſt, n. 17.*
18 *Ignorantiā craſſam allegans, dolum præſumptum allegat.*
19 *Ignorare præſumit id, quod ſit publice abſens, infirmus, & forenſis.*
20 *Homo teneræ ætatis ignorare præſumitur publicè geſta.*
21 *Ignorantia facti alieni ſæpius cum eo diſcuſſi, qui ignorātiam allegat, non præſumitur.*
22 *Ignorantia publicorum decretorum non præſumitur, nec edicti ordinarij publicati, vt nu. 23.*
24 *Ignorantia non præſumitur, ſed ſcientia ſtatutorum quo ad homines illius loci.*
25 *Forenſis ſcire præſumitur ſtatuta poſt aliquam moram in loco contractam.*
26 *Ignorantiæ ſtatutorum probatio admittitur, cum non ſit præſumptio iuris, & de iure.*
27 *Princeps & iudex ignorare præſumuntur ſtatuta.*
28 *Ignorantiæ allegatio non admittitur in factis nobilium perſonarum, quæ præſumuntur nota alijs.*
29 *Ignorātia non præſumit, ſed ſcientia facti illicitι, & alieni.*
30 *Iniiciens manus violentas in clericum, quem probabiliter credebat non eſſe clericum, excuſatur.*
31 *Ignorantia affectata non præſumitur, cum illa ſcientiæ æquiparetur.*
32 *Ignorantiam citationis affectans, pro citato habetur.*
33 *Ignorantia affectata quæ dicatur.*
34 *Ignorantia facti alieni non præſumitur, quod tendit ad commodum eius qui allegat.*
35 *Ignorantia non præſumi. ur eius, quod ſibi ad domum denunciatum eſt.*
36 *Ignorantia in herede defuncti nō præſumitur, in quo præſumitur ſcientia eiuſdem continuari.*
37 *Ignorantia non præſumitur in herede, qñ is pp ignorantiam vellet captare lucrum, ſecus ſi de damno vitando.*
38 *Ignorantia non præſumitur in factis, in quibus quis præſens fuit, licet de facto alieno fuerit tractatum.*
39 *Ignorantiam debet is probare, quando eā allegat pro fundamento intentionis ſuæ.*
40 *Ignorantia non præſumitur in facto proprio.*
41 *Ignorantia facti proprij præſumitur, quando illud eſt de longinquo, vel de antiquo.*
42 *Ignorantia atque obliuio facti proprij nō præſumitur ex longinquitate temporis in ijs, quæ quotidie videntur.*
43 *Ignorantia etiam ex longinquitate temporis non præſumitur in facto proprio, cum illud eſt alteri obligatorium.*
44 *Ignorantia in facto proprio ex longinquitate tēporis non præſumitur, quando in ipſo interueniſſet iuramentum.*
45 *Ignorantia facti proprij præſumitur, quando illud eſt intricatum & implicitum.*
46 *Ignorantia in facto proprio præſumitur, cum agitur de damno vitando, ſecus de lucro captando.*
47 *Ignorantia facti proprij notabilis & grauis non præſumitur.*
48 *Dominus præſumitur ſcire factum notabile & graue, & præmonitus à ſuo procuratore.*
49 *Dominus præſumitur certior factus de facto notabili & graui à procuratore ſpeciali.*
50 *Dominus præſumitur ignorare ea, quæ fiunt ruri.*
51 *Ignorantia præſumitur in actibus morientium etiam in facto proprio.*
Ratio eſt, nu. 52.
53 *Ignorantia præſumitur in facto proprio ex multiplicitate negociorum.*
54 *Ignorare præſumitur factum proprium, inductus ex perſuaſione, vel deceptus ex facto alterius.*

1 Ignorantia ſemper præſumit̃, † niſi ſciētia probet̃, vt decreuit ſum. Pontif. Bonif. VIII. in cap. præſumitur de reg. iur. hoc idē colligitur ex l. C. reſponſo in l. verius. in prin. vbi glo. ſuper verb. obligatam. ff. de probat. quod etiam probatur. ex §. non ſolum. verſ. x verius. & ibi gl. ſuper d. verb. verius. Inſtitu. de leg. hoc idem tradit Neratius l. C. in l. vlt. in fi. ff. pro ſuo gl. in l. ſi tutor. ſuper verb. oſtendens. verſ. vel dic. C. de peric. tutor. ſic quoque habemus à ſumm. Pont. in c. præſumitur. de reg. iur. in 6. & in cap. propoſuiſti §. abſtinere. verſ. nam ſi ad aliquos. & ibi glo. ſuper verb. non probatur, circa med. 82. diſtinct. idem ſenſit glo. in l. ſi legibus. ſuper verb. probatū. C. de Epiſcop. audi. & in l. ſuper iciuis. in verb. oſtendere. C. qui milit. poſſ. vel non. lib. 12. & glo. vlt. in l. 1. C. ad Macedon. glo. in l. 1. in fi. C. de receptator. & in §. qui autē excuſare. ſuper verb. cognouerunt. verſ. ſed contra. Inſtit. de excuſa. tuto. hoc idē probauit Spe. in §. vnic. ver. & ſunt aliæ. nu. 6. in fi. de conſtit. & in §. 1. verſ. ſed nūquid præſumit̃ ſcire poſt num. 7. tit. de compet. iudic. ad. tio. ſic ēt docuit Bar. in l. is poteſt. num. 15. ff. de acq. hæred. & in q. 5. incip. Adunantia. nu. 4. in fi. & in tract. præſumpt. nu. 2. hoc etiam confirmauit Io. And. in reg. ꝙ quis mandato, col. 7. nu. 6. de reg. iur. in 6. eiuſdem fuit ſententiæ Bal. in d. l. 1. poſt nu. 2. ver. oppono, ꝙ non ſit neceſſe. C. ad Macedo. & in conſ. 228. per ſanctiſſimū ad fi. vol. 4. ad idem reſpōdit Rom. in conſ. 54. viſis. col. 2. poſt nu. 3. prope fi. verſ. contrariū puto verius. & in conſil. 59. ad diſcutiendum. col. 2. poſt num. 5. verſ. primo ex regula. & in cōſ. 403. pro deciſione. col. 4. nu. 16. verſ. ga pro hoc ſtat. & in conſ. 431. præſentis dubitationis articulus. nu. 3. Thom. Gram. dec. 36. Solon ex ſeptē nu. 16. Dec. in l. ſi per errorē. nu. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Pariſ. conſ. 65. paternum feudū in fi. vol. 3. Iodo. Damhouder. in ſua pract. ciui. c. 178 nu. 16. Alex. cōſ. 172. num. 9 lib. 2. Rot. dec. 263. alias 6. ſi propter tit. de iur. patro. in nou. cir. prin. Bella. dec. 562. conclu. pro clementina gratiæ. nu. 1. tit. de præbēdis. Iaſ. in l. ſi res obligata. col. 6. nu. 38. ver. ſecunda principalis concluſio. ff. de leg. 1. And. Gail. in tract. pract. obſeruat. obſer. 78. in verb. ignorantia. nu. 14. verſ. regulariter autem. col. 4. lib. 2. Io. Crot. cōſ. 307. in cauſa magnifici, & generoſi equitis domini Hieronymi. nu. 8. verſ. primæ igitur obiectioni, vol. 3. Guid. Pap. in cōſ. 137. cōſilium

Digitized by Google

ſilium pro nobili, nu. 3. verſ. ad tertium dubium, & in conſ. 194. dñs noſter, in fi. Hippol. Rim. conſ. 153. pe-ter magnificus dominus Io. Baptiſta, nu. 34. verſ. nec aſſignatio. & in cõſ. 204. & primo ſuper allegato, nu. 108. verſ. præterea quod prædicti. & nu. 53. conſ. 171. nu. 116. & 117. & in conſ. 196. nu. 85. & ſeq. lib. 2. Capra in com. concl. reg. 79. in rub. ignorantia in facto proprio, nu. 10. verſ. quod autem dicendum. Sebaſt. Medices in tract. de fortuit. caſib. q. 3. par. 1. num. 1. & 16. ver. 14. nota. Calcan. conſ. 74. quod dictis filiabus, col. 14. verſ. & non omitto illam regulam. Menoc. de arb. iud. q. 72. nu. 3. ver. primum illud, lib. 1. & in quarto artic. cauſ. Finarien. reſpon. 2. num. 61. verſ. cum in dubio præſumatur ignorantia. & in tract. de recuper. poſt memb. 15. nu. 27. & ſeq. verſ. quæro quinto an ſingulari hic poſſeſſor. Alou. de Alber. ſingu. 272. in alieno tamen facto admittitur ignorantia. Henric. Boer. ſingulari in ver. præſumptio & fictio, nu. 40. verſ. præſumitur ignorantia. Matheſi. ſing. 12. nu. 24. in addit. ver. quòd licet in dubio.

2 Cõcluſionis noſtræ ratio eſt, † quod ſcilicet potius præſumatur ignorantia, quàm ſcientia: nam ignorantia eſt actus priuatiuus, habens negatiuam annexam, quæ negatiua eſt de iure improbabilis, l. actor, C. de probationibus, ſed ſcientia ponit & affirmat, meritò probari debet, l. ei qui dicit, ff. de probationib. & ita docuit Rober. Maran. in repet. l. is poteſt. nu. 226. ver. & poteſt eſſe, ff. de acq. hæred.

3 Concluſionem ampliabis, † vt & habeat locum in poſſidente rem alienam cũ iuſto titulo & bona fide. Nam præſumitur ignorare rem poſſeſſam ad alium ſpectare: ita docet Accur. in prin. tit. Inſtit. de vſuc. ſuper ver. qui bona fide. & gl. in c. ſi diligenti, in ver. bona fides, de præſcrip. vbi etiam Innoc. in prin. eiuſdẽ fuit ſentẽtiæ Bar. in l. Celſus, col. 3. in fi. nu. 17. ver. ſed contra hoc vr, ff. de vſucap. & in l. vlt. col. vlt. poſt nu. 15. in fi. C. vnde vi. hoc idem tradit Cyn. in l. ſuper lõgi, in prin. C. de præſcr. long. temp. vbi Bald. col. 3. nu. 10. ver. illud autem. & idem Bal. in l. vlt. col. 8. nu. 35. ver. attende ſcias in prædictis, C. de edict. diui Adria. tol. cum nõnullis adductis à Gabr. in commu. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. conclu. 5. nu. 3.

4 Secũdo loco ampliabis, † vt ſubrogatio in lite motu ꝓprio facta non arguat ſcientiã litis in ſubrogato: ſic per reg. d. l. verius, ff. de ꝓba. decidit Caſſad. dec. 2. ſurrogatus fuerat, nu. 2. ver. ſed quia, tit. vt lite pen.

5 Tertio amplianda eſt concluſio, † vt præſumatur ignorantia in capitulo eo ipſo, quòd Epiſcopus vnà cum maioribus de capitulo iurent ſe id ignorare, vt teſtatur glo. in c. propoſuiſti, verſ. non probatur, in fi. 82. diſtinct.

Hãc verò concluſionẽ limitabis, ꝙ ad hoc vt igno-
6 rantia præſumatur, † ea debeat allegari, arg. l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollioni. ff. de adult. ſic tradit Bal. in l. quicunque, nu. 2. C. de ſer. fug. idẽ voluit Alex. in l. qui bona, §. de illo, n. 3. ff. de dam. infe. quem ſequitur Dec. in conſ. 267. nõ excedit è memoria, col. vlt. poſt nu. 5. ibi, vnde ignorantia, vt & ſenſit Iaſ. in l. cum quid, col. 5. nu. 25. ff. ſi cer. pet. iſtis accedit Tiraq. de præſcr. §. 1. in ver. à bonne foy. glo. 2. ver. ta aſt vltra ea. ibi, & hinc fit, quod licet præſumatur ignorantia. hoc etiam confirmauit Gabr. Saray. in addit. ad ſing. 12. Matheſi. ver. facit quod dixit Bald. quem refert ad hoc And. Gail. lib. 2. pract. obſeru. obſer. 48. nu. 14. ita quoq; aſſeruit Rober. Maran. in d. l. is poteſt, nu. 225. ver. adde tamen, ff. de acq. hæred.

7 Secundo loco concluſio limitanda eſt, † vt præcipuè præſumatur ignorantia de his, quæ quis tenetẽ inueſtigare: ſic docet gl. in c. innotuit, ſuper ver. ignorãtiam, de elect. & in c. dura, ſuper ver. euadere, & gl. 1. & 2. in c. ad falſariorum, de falſis, vt etiam aſſerunt Io. And. in regul. quod quis mandato, poſt num. 3. verſ. item cum ignorãtia, col. 3. de reg. iur. lib. 6. ſic reſpondit & Rom. d. conſ. 481. nu. 8. verſ. ſuccedit igitur concluſio. in d. l. 1. C. ad Macedon. poſt nu. 2. verſ. primo caſu ignorantia præſumitur. idẽ præterea voluit Iaſ. in l. error, col. 6. num. 22. in 1. limit. C. de iur. & fact. ignoran. & in d. l. ſi res obligata, poſt num. 40. verſ. ſecundo notabiliter limita. & num. 41. ff. de lega. 1. vbi
8 ait, quòd cùm quis tenetur † ratione officij indagare factum alienum, tunc præſumatur illud ſcire, nec toleratur ignorãtia: ex d. c. innotuit, circa fi. ibi, nec probare cogimus ignorantiam: iuncta ibi gl. de elect. & ibi Abb. col. 3. nu. 9. ver. nota ibi nec probare. vbi dicit nunquam obliuiſcendum: & id colligimus ex c. quamuis. de reg. iur. vbi dicit tex. paſtorem non excu-
9 ſari, ſi lupus † oues voret. & ibi glo. & ad hoc ibi not. Abb. num. 1. qui tenetur inquirere & habere curam ouium ſuarum. & eſt glo. in cap. eos qui clericos, ſuper verſ. ſcienter, de tempor. ordin. in 6. & tradit Abb. in cap. vlt. colum. vlt. poſt num. 23. ver. aut volo reuocare errorem, de confeſſis. huc quoque reſpexit decidendo Bellam. in dec. 570. cõcluſio, quòd etiam poſt annum. ver. igitur cum hoc potuerit præuidere, tit. de iudic. quod placuit & Mil. in repert. in verb. ignorantia præſumitur in his. in eandem deſcendit ſententiam Socin. in reg. 220. in verb. ignorantia circa factum alienum. prima fallent. per l. quod te. ff. ſi certũ pet. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 18. ſi tutor iſte, col. 2. num. 4. verſ. ſecundo modo. ad idem reſpondit Grat. in conſ. 12. & ſi ſubtiliter fuit dubitatum, col. 4. nu. 39. verſ. & primo non obſtat de ignorantia, vol. 2. quorum ſententiã probant And. Gail. d. tract. pract. obſeru. d. obſerua. 48. in d. verſ. ignorantia, col. 5. poſt nu. 21. ver. fallit in facto notorio. & Gabr. in commu. conclu. d. concl. 5. nu. 11. lib. 6. de reg. iur.

10 Vnde fit, vt epiſcopus † teneatur quolibet anno ꝑ ſe, vel alium viſitare diœceſim: vt c. ſi epiſcopus, de offi. ord. in 6. c. epiſcopum, & quaſi per totũ, de cenſi. & fuerit ipſe Epiſcopus præſens in diœceſi, in qua tenetur reſidere: vt Innoc. ait in c. vlt. de eo, qui mitt. in poſſ. vel propè, quod potuerit ſcire vacationem beneficij: tunc enim ſciuiſſe præſumitur, nec admittitur allegando ignorantiam; & hoc idem in Archiepiſcopo, qui tenetur concilium prouinciale quolibet anno celebrare, c. cum in tua, §. alioquin, qui mat. accu. poſſ. vbi exiſtens in diœceſi præſumitur ſcire, ex gl. in d. l. ſi tutor, ſuper ver. oſtenderis, C. de pericu. tutor. & ex c. qui & humanis. 12. q. 2.

Tertiò limitanda eſt concluſio, vt non procedat,
11 † ſi probaretur aliquid, per quod ſcientia præſumeretur, vt quia erat conſanguineus vel vicinus, vel ciuis, & erat fama in vicinia vel ciuitate: vt docet Bar. in d. l. is poteſt, nu. 18. ff. de acq. hæred. quod idem vr innuere Bal. in d. l. 1. poſt nu. 11. in fi. ver. præſumitur,
12 C. de cad. tollen. vbi dicit ſcientiam præſumi † ex aſſidua conuerſatione, amicitia intenſa, & ex publica voce & fama, & in conſ. 295. Petrus Lombard. nu. 2. uol. 3. cap. quoſdam, de præſumpt. ubi Fel. per totum, idem repetijt Bart. in l. ſi cui, §. iiſdem, nu. 3. de accu. ſic tradit Andr. Gail. in d. tract. pract. obſeru. d. obſer. 48. col. 4. num. 17. uerſ. item ex uicinitate, lib. 2. ut & reſpondit conſultus Nicol. Bellonus in conſ. 46. uide reuerende domine, nu. 16. & 17. ſic etiam cenſuit Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 156. num. 1. lib. 2. centur. 2. ad idem decidit Bellam. dec. 659. aliàs 660. probata uidetur deuolutio, de ſupplend. negligen. prælat. ubi dicit eo ipſo deuolutionem beneficij probatã uideri
13 probato † ordinarium uidiſſe literas acceptationis & prouiſionis primi impetrantis & quòd publica fama erat ibi, quòd impetrans in conſpectu pluriũ contraxit matrimoniũ, per d. gl. ord. in d. l. 1. ff. de recepta tor. in fi. quam Alex. in d. l. ſi tutor, C. de peric. tutor. ad hoc ſingularem putat ad tollẽdam ignorantiã, in ſuis additio ad Bart. in uerb. & uide glo. & ibi Barto. in uerſicul. nota ergo. & glo. in d. uerbo, oſtenderis,

Digitized by Google

quod & colligitur ex l.ſed & ſi pupillus.§. de quo palam.ff. de inſtit.act.& ex l.ſi filium tuum. C. de liber. cau. vbi aiunt Imp. tàm proxima neceſſitudine coniunctos conditionis ignorantiam ſimulare nō poſſe.

14 Intellige hāc limitationem in his,† quę communiter conſanguineus,& veriſimiliter ſcire ſolet, vt circa conſanguinitatem,& factum naturæ: ſecus in alijs:vt ſentiunt Bal.& Alex.in l. quoniā ſororem. C. de iure del.& Alex.in conſ.71.col.3.vol.1.& in l.Titius,§.4. ff.de liber.& poſthum.atq; Robert.Maran. in l. is poteſt,de acq.hær.poſt nu.232.verſ. quod tamen reſtringe,& ver.quod tamē limita.Menoch.de recupe. poſſ. 15. remed. nu. 42. cum multis alijs adductis ad hoc à nobis in concluſ.407.coniunctum.nu. 4. & in cōcluſ. 413. conſanguineum. nu. 3.

Illud itidem,quod diximus de vicino, velim limi-
15 tes procedere † in illis actibus, qui veriſimiliter ſciri ſolent per vicinos, vt quādo ſumus in actibus ſucceſſiuis;ſecus autem in momentaneis quia eos non præſumitur ſcire vicinus,vt ſi in domo vicini ſit celebratus aliquis contractus,vel aliquis actus, qui momēto expeditur,vt docet Alex.in l.1.col.5.ſub num,17.ff.ſi cert.pet.eodem modo quando ſumus in actibus, qui veriſimiliter ſolent committi in occulto,illum enim non præſumitur ſcire vicinus: vt obſeruauit Bal.in l. 1.nu.3.in fi. C. de collu.deteg. vt ſi committatur aliquod ſtuprum, vel adulterium:ad idem rādit Alexā. in conſ.71.videretur prima conſideratione dicendū, col.3.nu.6.verſ.& ſimiliter dicit Bal.lib.1.& in conſ. 50.in cauſa,& lite inter Ioannam de Laude. colu.5. nu.17.verſ.item interrogatus,lib.5.& in l.Titius. §. 1. nu.5.ff.de lib.& poſthum.quorum ſententiæ ſe etiam ſubſcribit Marant.in d.l.is poteſt.nu. 233. ſub 6. limitatione,verſ.quod tamen limita.ff.de acq.hæred.

16 Quartò limita cōcluſionem locū non habere † qn̄ eſſet quid publicè factum.c.cū in tua,qui matri.accu. poſ.& c. paratus.33.q.1.vt teſtatur Iaſ.in d.l.error.col. 6.num.22.d.verſ.limita tribus modis.C.de iur.& fact. ign.eiuſdé fuit ſententię gl.in d.l.ſi tutor,ſuper d.verb. oſtenderis,in prin.C.de pericul.tutor. quam dicit eſſe *cōmuniter approbatam Gram.in deci 36.nu.16.hoc & habemus à gl. in c. 1.§.verū, ſuper verb.publicè,de poſtul.prēlat.& in c.cum in tua,ſuper verb.publicè,q matrim.accuſ.poſſ.quod etiam extat reſpōſum Paul. I.C.in l.regula,§.quid enim.ff.de iur.& fact.ignor.ſic reſpondit Rom.in cōſ.340.circa primum,poſt nu.11. in fi.cui accedit Hipp.Marſ.in l.qui ignorans. nu. 24. ff.ad leg.Corn.de ſi.& in l.qui falſam.nu. 94. eo. tit. idem voluit Dyn.in d.reg.ignorantia.nu.4. verſi. ſed dicendum eſt,quod aut erat publicè:quia preſumitur ſcire quę publicè fiunt.de reg.iur.in 6.quorum ſententiæ ſe ſubſcribit Soc.d.reg.220.ſuper d.ver.ignorātia, uerſ.ſecundo fallit.atque Alouiſ.in ſupra d.ſing.272. in alieno tamen facto,uerſ. & hoc niſi publicè ſit notorium. idem uoluit Cacher. in deciſ. Pedemon. 71. num.71.vbi ſulius de ignorantia.

17 Huius rei ratio eſt,† quia tunc eſſet ignorantia craſſa nimis,& ſupina,vt liquet ex ſupradictis iuribus, & l.nec ſupina.ff.de iur.& fact.ign. quod ſequitur And. Gail.in d.obſer.48.nu.15.d.lib.2. ſic reſpondit Rom. in conſ.127.poſito nu.2.vbi ſupina ignorantia nō releuat,& tradit Marſ.in d.l.qui ignorans.nu.23.& ſeq. ff. de ſicar. vbi inquit, quòd allegans talem craſſam
18 ignorantiam,† allegat dolum pręſumptum:ſic etiam docet Bar.in d.l.ſi cui,§.iiſdem.nu.2.ff.de accuſ.

Primò ſublimita eandem limitationem,id eſt,non licere publicè factum ignorare,locum non habere in
19 abſente,& infirmo,& in forenſi:† vt videre eſt ex d.l. is poteſt,de acq.hęr.& l.vlt,ff.de decre.ab ord.facien. Bart.in q.1.Adunantem.nu.4.verſ.primo ſic ad hoc.d. l.vlt.ff.de decr,ab ord.facien.& ibi gl. cum adductis, facit c.1.& 2.de conſtitut.& ex c.cum in tua, qui matrim. accuſ. non poſſ.

20 Secūdò ſublimitabis,† in homine teneræ ætatis, qui tunc temporis non poterat geſta comprehendere: vt habemus ex d.c.cum in tua.ita tradit Capra in regul. 79. num. 13.

Quintò limita prædictam concluſ. nō eſſe veram,
21 † qn̄ factum alienū fuiſſet cum eo,qui ignorantiā allegat,ſæpiùs diſcuſſum, teſte Iaſ.in d.l.error.d.6.colu. poſt ver.limita tribus modis,C.de iur.& fact.ign.huc etiam alluſit Bal.in l.cum rem alienam.col.3.nu.12. ver.dubitatur vtrum teſtator.C.de legat.permotus ex l.Procula,ff.de prob.& l.ſi patronus.ff.de cōfirm.tut. quem ſequitur Iaſ.in d.l.ſi res obligata.nu.40.verſi.limitat niſi factum alienum,ff.de leg.1.cuius ſententiā confirmant And.Gail.in d.obſeru.48.poſt nu.21.ver. fallit in facto notorio.lib.2.atque Socin.d.reg.220.d. verb.ignorantia, verſ.decimo fallit.

22 Sextò cōcluſionē limitabis,† vt nulli patrocinetur ignorantia in factis publicis: vtpotè in decretis publicatis:vt colligitur ex eo,ꝙ decreuit Gelaſ. Pont.Max. in c.qui,& humanis,in fi.ibi,cū non potuerit ignorare ſententiam proprij ſacerdotis. & ibi gl. ſuper verb. ignorare.12.q.2.idem voluit gl.in l.municipali, quæ eſt lex vlt.ibi,quippè publicè poſitum.ff.de decret.ab ord.faciend.huc item reſpexit gl.in c. propoſuiſti,in verb. non probatur.82.diſtinct.in hanc quoq; ſententiam decidit Thom.Gram.in dec.36.Solon ex ſeptē, poſt nu.14.ver.quoad quartum dubium, & nu.ſeq.vt etiam animaduertit Inn.c.2.in fin.de conſtit. de quo meminit Abb. in conſ. 35.poſt nu. 1. verſ.tertio facit ad idem,vol.1.& in c.paſtoralis.col.2.poſt nu.1. verſ. ſi autem eſt publicè nota.de fid.inſt.Dec.in c.ad hęc. col.3.nu.33.ver.decimoſeptimo nota.de poſtul. prælat.& col.4.nu.47.ver.in gl.in ver.allegans.Guid. Pap. in tract.de præſump.col.vltim.poſt nu. 127. verſ. quis præſumitur.ita ſentit,& Gabr.in d.conclu.5.nu.9.prima limitat.lib.6.de reg.iur.

23 Quæ limitatio procedit † etiam in edicto ordinarij publicato:vt reſpondit Corn.in conſ.33. ſic illum referens Gabr.in d.concluſ.5.nu.10.

24 Septimò limita cōcluſionem non habere locū † in ſtatutis,quorum ſcientia pręſumitur,quoad homines loci illius authore Bald. in l. leges ſacratiſſimæ, poſt nu.2.ver.aut eſt ius municipale.C. de legib.idem docet Bar.in l.quod Nerua.col.5.poſt nu.19.verſ.ſecundo caſu,quando quæritur.de error.iur.municip. ff.de po.& in l.omnes populi,circa fi.nu.67.ver.circa ſecūdum,de iuſti.& iur. ſic conſuluit Rom. in conſ.251. clariſſimè dicitur,col.1.poſt nu.2. verſ. nec eſt dicendum.& in conſ.228.pro plena.nu.8.verſ.quarto quia. idem reſpondit Curt.ſen.in conſ 27. Magnificus vir, num.18.iſtis accedit Pariſ.in conſ.49.contractus iſte, nu.37.verſ.conſiderandum eſt inſuper,vol.1.huc etiā reſpexit Guid.Pap.in d.tract.de preſump.col.vlt.poſt nu.127.verſ. quis præſumitur.Gabr.d. concluſ. 5.in d. verſ.ignorātia.nu.12.verſ.ſecundo limita.idem tradit And.Gail.in d.obſer.48.ſub nu.29.lib.2.

Amplia ſupradictam ſeptimam limitationē etiam
25 procedere † in forenſe poſt aliquam morā in loco cōtractam,vt ſentit Bal.in d.l.cunctos populos,quæ eſt lex prima.col.13.nu.22.verſ.circa maleficium,C.de ſum.trin.& fid.cath.vbi Cyn.nu.3.in fin.ſicq; videtur ibi Cat.ſentire in 4.col.poſt nu.20.verſ.ſecūdo quero idem reſpondit Rom.in conſ.228.pro plena.nu.8. in fi.idem voluit Henric.Botta.tract.de ſinod.Epiſ. in 2. art.nu.18. verſ. præſumantur autem forenſes ſciuiſſe.
26 Tamen admittitur probatio † ignorantiæ prædictorū ſtatutorum,cum non ſit præſumptio iuris, & de iure; ut per Zabarel.in c.vlt.qui matrimo.accuſ. poſſ.

Sublimita hanc eandē limitationē non habere lo-
27 cum † in principe,& iudice,qui præſumuntur ignorare conſuetudines,& ſtatuta:ex c.1.de conſt.in 6.ut ſētit Bart.in d.l.omnes populi,poſt num.67.Ratio, quia illud poteſt. dum allegat l. præſcriptione. C. ſi contra

ius, vel

ius, vel vtil. public. vbi gl. ſuper verb. iuris ſcripti, vbi dicit, quaſi allegat Principi cõſuetudinem ſuæ terræ. & ibi Bar. nu. 11. ver. not. ex hac gl.

Octauò limita concluſionem ſibi locum non ven
28 dicare † in factis nobiliũ perſonarũ, quæ præſumuntur nota alijs, nec ideo allegatio ignorantiæ admittitur. c. tuam. & ibi Abb. in 1. notab. de ordin. cogni. Iaſ. in d. l. ſi res obligata. nu. 42. ver. tertio limita. ff. de leg. 1. quos ſequitur Tiraq. in tract. de nobil. c. 37. nu. 110. ver. nobilium facta dictaque.

29 Nonò limita concluſionem non procedere, † qñ factum eſſet illicitum: quia tunc præſumitũ ſcientia, etiam in facto alieno, veluti quando quis inieciſſet manus violẽtas in clericum, quia præſumitur ſciuiſſe eum clericum, vt videre eſt ex c. ſi vero aliquis il 2. de ſent. excomm. vbi Abb. in 4. notab. refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi res obligata, nu. 43. verſ. quarto limita. ff. de legat. 1.

30 Quod tamen ſublimitatur, † niſi credidiſſet probabiliter illũ non eſſe clericũ, quia incedebat in habitu non clericali, licet deferret tonſuram more laicorũ tempore æſtiuo. iux. ſent. Nicol. in cap. ſi vero. il 2. de ſent. excom. quem ſequitur Capra in reg. 79. nu. 24.

Duodecimò limita concluſionem ipſam locum
31 ſibi non vendicare in ignorantia affectata † quia illa cõparatur ſcientiæ, authore gl. in c. eos. in verb. affectata. de tempor. ord. in 6. & in clc. 1. in verb. ſcienter. de conſang. & affi. vt & teſtatur Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. nu. 7. verſ. quarto. ff. de leg. 1. idem tradit Fel. in c. à nobis. nu. 1. de excep. & in c. vlt. nu. 5. de teſtib. id quoq; habetur in clem. 1. §. non rigorem.
32 de iud. vbi affectans citationis † ignorantiam habẽt pro citato, vt refert Andr. Gail. d. obſer. 48. col. 4. nu. 18. ver. ſecundo non procedit, lib. 2. idem ſcripſit Pet. Duen. in reg. vtriuſq; iur. in reg. 129. limita. 3. quod & voluit Menoc. de arbitr. iudic. caſ. 316. nu. 56. ibi, niſi ignorantia ſit craſſa, & affectata lib. 2. cent. 4. & huc reſpexit Iac. Rebuff. in l. vnica. C. de colon. illiric. lib. 11. poſt nu. 3. verſ. no. quod eras.

33 Ignorantia enim affectata dicitur † qñ quis per ſimulationem aliquid ignorat, videlicet, qñ ſcire potuit, ſed noluit, qui diſſimulat, vt tradit gl. in c. eos ſuper verb. affectata, ver. & dicitur affectata. de tempo. ordin. in 6. & in c. vlt. §. tu autem. in verb. ſcienter de off. deleg. in 6. cui accedit Marſ. in d. l. qui ignorans, nu. 19. ff. de ſicar. & in rubr. ff. de fideiuſſo. nu. 177. ꝙ & placuit Fel. in c. 2. nu. 17. de conſtit. & in c. vlt. de teſtib. idẽ ſenſit Rom. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. 36. fall. quos ſequitur Andr. Gail. in d. obſer. 48. col. 4. poſt nu. 18. verſ. dicitur autem ignorantia.

Vndecimò concluſio limitanda eſt, vt non proce-
34 dat † quando alienum factum tendit ad commodũ alicuius: nam ille ad cuius commodum tendit, præſumitur illud ſcire, etiam ſi ſit abſens. textus eſt & ibi Card. clem. 1. §. vlt. de conceſſ. præb. vt cum ſequitur Rob. Maran. in l. is poteſt. nu. 229. ver. ſecundo principaliter. ff. de acq. hæredit.

35 Duodecimò limitabis, † niſi eſſet facta denũciatio ad domum eius, qui ignorantiam prætendit, q a ſcire præſumitur, quilibet enim præſumitur ſcire id quod eſt ſibi denũciatum in domo ſua, vt aſſerit Accur. in d. l. ſi tutor petitus, in verb. oſtenderis. quem ſequitur ibid. Bal. ſub nu. 1. verſ. ſecundo fallit. C. de peric. tut. quibus accedit Maran. in d. l. is poteſt. nu. 230. ver. tertio principaliter. ff. de acq. hær.

36 Decimotertio velim limites in hærede, † in quo pſumitur continuari ſcientia defuncti, cum eius perſonam repræſentet. l. cum hæres. ff. de diu. & tempor. præſcrip. & l. ſi ergo, §. pactus. ff. de pub. in rem act.

37 Quod procedit † qñ hæres propter ignorantiam intenderet captare lucrum: ſecus ſi de damno vitando, nam tunc non præſumitur ſcientiã cõtinuari, vt dixit Dyn. in reg. præſumitur. nu. 6. in fi. quem ibidẽ ſequutus eſt Ioan. And. ſub num. 1. de reg. iur. quam limitationem nos etiam nonnullis in locis pluribus examinauimus, vt in concluſio. fideicommiſſi ſcientiam, & in concluſio. hæres ſuus cum concluſio. ſequ. ad eas lector te reijcio.

38 Decimoquartò limita in factis, † in quibus quis pſens fuit tunc enim licet de facto alieno tractetur ex quo præſens quis fuit, non eſt probabilis cauſa ignorantiæ: vt atteſtatur gl in d. l. ſi tutor. in verb. oſtenderis. C. de peric. tutor.

39 Decimoquintò fallit, † quando quis allegat ignorantiam pro fundamento intentionis ſuæ: nam tunc debet ipſe eam probare, vt probat Fel. in c. vigilanti. col. 2. de præſcr. vt etiam cautum eſt à Dec. in conſil. 236. non parua difficultas, col. 6. nu. 13. verſ. capio igitur ſeptimum dubium, quos ſequitur Alb. in conſ. 18. ſi tutor. nu. 5. verſ. tertio modo.

40 Decimoſextò fallit, vt ignorantia † in facto ꝓprio non præſumatur, ſic colligimus ex Papin. I. C. reſponſo in l. quanquam. ff. ad Vellcian. & Vlpiani in l. item fullo. vbi gl. in verb. ignarus. ff. locat. & l. ſed addes. §. 1. ff. eo. Loc. & Aphricani in l. cum falſum. vbi ẽt glo. in verb. debet. ff. de acq. hær. atque ex reſcripto. Imp. Grat. Valent. & Theod. in l. quiſquis maior. C. de reſcind. vend. & Pomponij. I. C. in l. plurimũ. ff. de iur. & fact. ignor. idem voluit gl. vlt in l. error. circa med. C. de iur. & fact. igno. ſic docet Bar. in d. l. vlt. nu. 2. ff. pro ſuo. cui accedit Bal. in l. cum rem alienam 3. col. nu. 12. ver. dubitatur vtrum teſtator. C. de legatis. eiuſdem fuit ſententiæ Iaſ. in d. l. ſi res obligata. col. 6. nu. 35. ver. in eadem gl. ad fi. ff. de leg. 1. idem ſenſit Inn. in c. ſi proponente. de reſcript.

Primò limitationẽ hanc velim ſublimites, vt locũ
41 non habeat, † qñ factum proprium eſt de lõginquo, vel de antiquo: nam tunc in eo præſumitur ignorantia, vt eloquutus eſt Alex. in l. peregrè. poſt nu. 2. verſ. tñ fallit, de acqui. poſſ. idem tradit Bar. in l. non fatetur, nu. 7. col. 7. verſ. item ſi eſt factũ proprium, & poſt nu. 10. verſ. item longinquitas temporis. ff. de confeſſis, cui accedit Iaſ. in l. error. col. 6. num. 21. verſ. in vlt. par. gl. ibi, ſalua gl. C. de iur. & fact. ign. Alex. conſ. ꝑ videtur prima fronte. num. 9. vol. 4. ſic etiam cenſuit Iaſ. in l. ſi res obligata; col. 6. verſ. ſecundo fallit ſecundum Bar. nu. 36. ff. de legat. 1. huc item reſpexit Guid. Pap. deciſ. 127. in Camera Parlamenti. verſ. & in hãc opinionem. nu. 3. & ſeq. & in tract. de præſumpt. col. 8. nu. 60. verſ. præſumitur ignorantia ex facto de longinquo. hos ſequutus eſt Capra in reg. 79. nu. 3. verſ. ſecundo fallit in facto antiquo quod ſingulare relatũ putauit Alui. de Alber. in dicto ſingul. 271 in facto proprio. verſ. niſi ſit factum à longinquo. quod & ꝓbauit Maran. in d. l. is poteſt n. 227. ver. tertio limito. ff. de acqui. hæred.

42 Quam ſublimitationẽ primo velim intelligas, † vt per tempus longinquum nõ inducatur obliuio in ijs, quæ quotidie videntur, quo in caſu non loquuntur notata in d. l. peregrè. ff. de acq. poſſ. ita aſſerit Grat. in d. conſ. 12. in fi. nu. 42. verſ. præterea longum tẽpus. vol. 2. huc videtur reſpexiſſe Guid. Pap. in conſ. 191. poſſet dici. nu. 2. cum ſeq.

Secundo loco eandem primam ſublimitationem
43 ſublimitabis, vt non procedat, † qñ factum propriũ eſſet alteri obligatorium: quia tunc non ex longinquitate temporis præſumitur neque toleratur ignorantia: ita ſcriptum reliquit Alex. in d. l. peregrè. ff. de acq. poſſ. & ita dicit Bald. limitare d. l. peregrè in l. 1. C. de confeſſis. allegans gl. in d. l. magnã. C. de contrah. & committ. ſtipul. vt etiam teſtatur Iaſ. in d. l. ſi res obligata. col. 6. poſt num. 36. verſ. quarto intellige. ff. de leg. 1. vt & aſſeuerauit Gabr. in ſuis concluſ. concl. 5. nu. 8. d. lib. 6. de reg. iur. ſic etiã protulit Dyn. in d. reg. ignorantia. nu. 7. verſ. ſed dic, quod ubi allego ignorantiam. de reg. iur. in 6.

Tertiò preterea ipſamet ſublimitatio ad limitatio
44 nem decimamſextam ſublimitanda eſt, † qñ in ipſo
facto ꝓprio longinquo interueniſſet iurm: quia tunc
non eſt ignorantia in eo tolerabilis, authore Bald. in
c. 1. in princ. ibi, nota ꝙ non licet obliuiſci. in titu. de
forma fidelitatis. in vſib. feud. vt dicit Iaſ. in d. l. res
obligata. poſt d. nu. 36. verſ. tertio intellige. ff. de leg.
1. vt & teſtatᷣ Marc. Ant. Bauer. in tract. de virtute iu-
ramenti. nu. 26. verſ. 14. per dictum Baldi, vbi ſupra, &
in l. ſi quis maior. nu. 12. C. de tranſact. eundem ſequi
tur Gabr. in d. concl. 5. nu. 7. lib. 6. de reg. iur.
Secundo loco eãdem decimamſextã limitationẽ
45 intelliges ſibi locum non vendicare, † qñ factum eſ-
ſet multum implicitum, vel intricatũ: vt docet Bart.
in d. l. non fatetur. d. nu. 7. & nu. 10. in fi. ff. de confeſſ.
& in l. ſi qs in fi. ff. de nouat. Iaſ. in d. l. error. col. 6. poſt
nu. 21. verſ. ſalua gl. in caſib. in quib. C. de iur. & fact.
ign. & in d. l. ſi res obligata. col. 6. nu. 37. verſ. 3. princi-
paliter fallit. ff. de leg. 1. vt eſt calculus rationũ, vt ait
ibid. Iaſ. & colligitur ex l. empto. §. Lucius. ff de pact.
& ex l. fideicõmiſſum, ibi, cõputatio difficilior eſſet.
ff. de confeſ. vt & ſcripſit Aluis. in d. ſing. 271. verſ. itẽ
niſi eſſet intricatũ, atq; decidit Guid. Pap. in d. deciſ.
127. poſt nu. 4. verſ. ſed etiam qñ factum, & in d. tract.
de præſump. col. 8. nu. 60. verſ. præſumitᷣ ignorantia,
ꝙ nec latuit Andr. Gail. in d. obſer. 48. col. 5. poſt nu.
20. verſ. idem ſi factum propriũ ſit antiquum, vel val
de intricatum, atq; voluit Rob. Maran. in d. l. is põt.
nu. 227. verſ. quarto limita. ff. de acq. hæred. ad idem
reſpexit Abb. in c. literæ tuæ, num. 13. tit. de dilatio. ꝙ
etiam aſſeruit Soc. in reg. 219. in verb. ignorãtia. verſ.
4. fallit. cui accedit Cap. d. reg. 79. nu. 2.
Tertiò intelligas, & ſublimites eandẽ limitationẽ,
46 vt locũ ſibi non vendicet, † qñ agitur de lucro captã
do, quia & eo caſu licet antiquitas interuenerit, tamẽ
non præſumitur ignorantia, in facto proprio tractan
te de lucro captando. l. qui fundum. §. ſeruus in verb.
ſcire debet. ff. pro emptore, & ibi Bar. ſecus ſi agatᷣ de
damno euitando: quia tunc ẽt in facto proprio præ-
ſumitur, & toleratur ignorantia, vt poſſit ſolutũ repe-
tere: vt Alex. tradit in d. l. peregrè. ff. de acq. poſſ. idem
voluit Iaſ. in d. l. ſi res obligata. col. 6. poſt nu. 35. verſ.
iſta regula fallit. & nu. 36. verſ. ſecundo fallit. ibi, in-
tellige verum: per l. ſed & ſi me præſente. in prin. vbi
gl. & Doct. & gl. in l. cum is. in prin. ff. de cond. indeb.
& in l. ſi qs delegauerit. ff. de nouat. & contex. ibi, ſed
ſi per ignorantiam. vt ẽt comprobauit Bar. in l. cũ de
indebito. ff. de probat. nu. . & in d. l. non fatetur. poſt
nu. 7. verſ. ſed ſi extra. ff. de confeſſ. quorum ſentẽtiæ
ſe ſubſcripſit And. Gail. d. obſer. 48. col. 6. nu. 20. verſ.
* ſi tñ de damno. d. lib. 2. quo in loco communẽ ſcri-
bentium ſententiam eſſe teſtatur. idem confirmauit
Pet. Duen. in reg. vtr. iur. regul. 129. incip. conſtit. in 3.
limit. vbi ſtatutum non ligat ignorantem in damno
euitando. ſic ſenſit et Dyn. in d. reg. ignorantia. nu. 6.
verſ. quidã dicunt. de reg. iur. in 6. neq; latuit Io. And.
in d. reg. præſumitᷣ. poſt nu. 1. de reg. iur. in 6. eiuſdem
fuit ſñiæ Iac. Rebuf. in l. profeſſio. nu. 5. verſ. circa iſtã
gl. C. de muner. patrimonial. lib. 10. Capra etiam in
d. concl. 79. nu. 8. verſ. quarto fallit.
Quartò intelligas licet eandem decimamſextã li-
47 mitationem, † qñ factum eſſet notabile, et graue, in
quo itidem non præſumitur ignorantia: vt habemus
ex c. cum illorum. de ſent. excom. vt author eſt Alex.
in d. l. peregrè. de acq. poſſ. et per illum contex. ſic li-
mitare dicit Ant. de Butr. d. l. in d. c. ab excõmunica-
to, eandem ſequitur ſententiam Iaſ. in d. l. ſi res obli-
gata. poſt nu. 36. col. 6. verſ. ſecũdo intellige niſi eſſet
factum proprium, de legat. 1. ad idẽ reſpondit Pariſ.
in conſ. 57. ſtante priori matrimonio. num. 24. verſ. &
quia in contractibus perpetuis. vol. 4.
48 Vnde dñs præſumitur † informatus, & ſcire de fa-
cto notabili & graui, & pręmonitus à ſuo procurato-
re. teſte Rom. d. conſ. 481. col. 2. num. 7. verſ. ſecundo
quia præſumendum. & Abb. conſ. 18. primo ꝙ com-
munitas Auximi. col. 4. verſ. tertio dixi, ꝙ ex ratihabi
tione. loquens in ſindico communitatis. lib. 2. Crau.
conſ. 40. proponitur quod nobilis Guido. col. 2. nu. 3.
verſ. facit quod in pulchro caſu.
49 Limita tamẽ, & intellige procédere † Dominum
certioratum de facto notabili, loqui de procuratore
ſpeciali, vt loquitur Rom. d. conſ. 481. in prin.
50 Ignorare tñ † præſumitur, quæ fiunt ruri. l. Titius. §.
Lucius. de lib. & poſthu. vbi Bal. dicit, qui eſt in ciui-
tate, præſumitur ignorare, quæ fiunt in comitatu &
ècontrario. Ang. Imo. & recentiores ibi notant.
51 Quinto limitabis, vt non procedat † in actibus mo
rientium, in quibus præſumitur ignorãtia ẽt in facto
proprio: ita notat Bar. in auth. ſed cum teſtator. C. ad
leg. falc. cui accedit Ang. in §. illud quoque. in auth.
de trien. & ſemiſ. & ita intelligitur cõtex. in §. in frau
dem. Inſtit. quib. ex cauſ. manum. non licet. ibi, ſæpè
enim. & quæ ſequuntur.
52 Huius ſublimitationis ratio eſt: † nam humana fra
gilitas mortis cogitatione turbata, nõ præſumitᷣ eam
ſcientiam habere. l. hac conſultiſſima. §. at cum hu-
mana. C. qui teſtam. fac. poſſ. vt elegãter protulit Ma
ran. in d. l. is poteſt. poſt nu. 227. verſ. ſecundo limita.
ff. de acq. hæred.
53 Sextò fallit, † niſi quis eſſet multis negotijs inuolu
tus, etenim ꝑ multiplicitatem factorũ, & negotiorũ
pręſumitᷣ ignorantia in facto proprio, auctore Bar. in
in l. ꝙ iuſſit. in fi. ff. de re iud. hinc eſt, ꝙ ſi diues mul-
ta exerceat negocia & habeat multa bona. & nego-
cia varijs in locis & regionib. præſumatᷣ ignorare fa-
ctũ propriũ: vt obſeruauit Bar. in d. auth. ſed cũ teſta-
tor. C. ad leg. falc. & Bal. in l. 2. in 6. q. n. 9. C. de reſcin.
vend. vt eos refert, & ſequitur Maran. in d. l. is poteſt.
poſt. d. nu. 227. verſ. 5. limita. ff. de acq. hæred.
54 Septimò fallit, vt † ignorãtia in facto proprio ad-
mittatur, qñ quis inductus fuiſſet perſuaſione, vel de-
ceptus facto alterius, vt habemus ex c. in lectũ. 24. q.
4. vt animaduertunt Ant. & Imo. in c. ab excõicato,
de reſcript. & huc ſpectat l. 1. in fi. ff. de eo, per quem
fac. eſt. & hoc ea adiuuant, quæ notata ſunt in l. error.
C. de iur. & fact. ignor. tunc enim errans dr̃ in leui, &
non in lata culpa. l. 1. & 2. in fi. ff. eo. quand. act. de pe-
cul. eſt annal. vt & docet Bar. in d. l. nõ fatetur. col. 2.
poſt nu. 6. verſ. dico, quòd iſta gl. ff. de confeſſ. cui ac-
cedit Capr. in d. reg. 79. num. 7. verſ. 3. fallit.

CONCLVSIO DCCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Ignorantia ex quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probatur per coniecturas.*
2 *Ignorantia probatur probata abſentia, vel alia cauſa, quę ſoleat iuſtam cauſam præſtare ignorantia.*
3 *Ignorantia probatur eo ipſo, quod non probatur ſcientia.*

1 Ignorantiam probari per cõiecturas, † licet non ſit plena pro
batio, colligere eſt ex c. ſi quis ſimoniacis. 1. q. 1. & ex
c. ſi cui. de accuſ. vt docuit Bald. in l. 1. nu. 10. ff. de le-
gib. quod etiam conſtare poteſt ex eis, quæ deduxit
Alba. in conſ. 9. ex his. nu. 44.
Ex his coniecturis illa vna eſt, vt ignorãtia probe-
2 tur † probata abſentia, vel alia cauſa, quæ ſoleat iuſtã
cauſam præſtare ignorantiæ: vt ſcripſit gl. in c. præſu-
mitur. verſ. 3. qñ probatur, de reg. iur. in 6. in eandem
deſcendere

deſcendere ſn͞iam Bal. & Abb. nu. 10. in c. cognoſcentes. de conſt. vbi Fel. nu. 19. & Dec. in fin. Bero. nu. 54. idem Dec. in conſ. 460. viſo puncto & dubijs. col. 5. nu. 27. verſ. quia pp abſentiam. ex l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſthu. & l. planè. ff. de excuſat. tut. prout eſt etiam ſi probetur ętas minor: vt habemus ab eadē gl. in d. c. præſumitur. verſ. 2. quando probatur. de reg. iur. vt etiam confirmat Menoch. de arb. iud. cauſ. caſ. 286. nu. 16. verſ. ſecundus modus. lib. 2. cent. 2.

3 Præterea ignorantia probatur eo ipſo, † ꝙ nō probat̃ ſcientia: ita docet gl. in l. 1. in verb. edocere potes. C. ad Mace. & in l. ſi tutor petitus. ſup verb. oſtēderis. C. de peric. tutor. eiuſdē fuit ſn͞ię Bart. in d. l. ſi cui. §. iiſdem. nu. 2. ff. de accuſ. & ibi gl. ſuper verb. doceatq; vt id ēt apertè ſanxit Imp. in l. ſuper ſeruis. vbi glo. in verb. oſtēdere. & Bar. nu. 6. C. qui militar. poſſ. vel nō. lib. 2. idē voluit And. Gail. lib. 2. pract. obſeru. obſeru. 48. poſt nu. 22. col. 6. verſ. probatur autem ignorantia.

CONCLVSIO DCCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Ignorantiam iuramento probari, quibus in caſibus verum ſit, & quæ vtilitates ex iuramenti probatione dimanent.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuramento eam allegantis probatur, & cur.*
2 *Iuramento probantur quæ in animo ſita ſunt.*
3 *Ignorantia forenſis ignorantis aliquod extare vectigal ſoluendum, iuramento probatur.*
4 *Ignorantia hæredis ignorantis rem hæreditariam emphyteuticariam fuiſſe iuramento probatur.*
5 *Emphyteuta cadens à iure ſuo ob non ſolutum canonem debet in integrum reſtitui, ſi neſciebat rem eſſe emphyteuticam.*
6 *Ignorantia Dn͞i ignorantis emphyteutam cecidiſſe à iure ſuo probatur iuramento, nec videtur remittere caducitatem, ſi receperit canonem ab emphyteuta ignoranter.*
7 *Vaſallus allegans feudi vacantis ignorantiam, & offerens iurare, debet admitti.*
8 *Ignorantia procuratoris eius iuramento probatur, quod intellige, vt ibidem.*
9 *Ignorantia probatur iuramento, etiam ſi præſumptio ſit contra iurantem.*
10 *Ignorantia petentis reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, eius iuramento non probatur.*
11 *Ignorantia eius, quod eſt publicè notum iuramento non probatur.*
12 *Ignorantia non probatur iuramento, quando agitur de tertij præiudicio, niſi iuramentum alia præſumptione iuuaretur. vt nu. 13.*
14 *Ignorantia probatur iuramento, cum tertij præiudicium eſt leue.*
15 *Ignoratia non probatur iuramento, quādo agitur de probanda ignorantia iniuſta. Ratio eſt, nu. 16.*
17 *Ignorantia non probatur eius iuramento, qui tenetur aliquid inueſtigare.*
18 *Ignorantia non veriſimilis iuramento non probatur.*
19 *Ignorantia iuramento non probatur, cum eius rei cuius ignorantiam quis prætendit partem notam habet.*
20 *Ignorantia à ſtatuto allegari prohibita iuramento nō probatur.*
21 *Statutum valet, quod prohibet ignorantiam allegari.*
22 *Statutum non valet quod prohibet iuſtam ignorantiam allegari; ſecus ſi iniuſtam.*
23 *Ignorantia tunc probatur iuramento, quando alio modo non poteſt probari.*
24 *Ignorantiam non ſufficit per iuramentum probare, cum lex eam præſumit, & determinat ſuper ea.*
25 *Ignorantia probatio per iuramentum facta eliditur, ſi aduerſarius probet contrarium per legitimas probationes.*
26 *Ignorantia iuramēto non probatur, cum eſt præſumptio in contrarium.*
27 *Ignorantia iuramento probanda non debet iuramentum ipſum à iudice deferri.*

1 Alius etiam extat modus ignorantiā probandi: † is eſt per iuſm eam allegantis: ita ſanxit Innoc. IIII. in c. vt iura. ibi, ſuper huiuſmodi autem iuramento. & in c. nulli. in fi. de elect. in 6. idem probatur ex c. in lectum. 24. q. 2. & in c. ſi verò. il 2. de ſent. excōm. in c. cū in tua. ibi, niſi proprio firmauerit iuſo. vbi gl. qui matrim. accuſ. poſſ. & in c. paſtoralis. de except. & in c. præſentium. de teſtib. ſic etiā ſenſit gl. in c. præſumitur. in verb præſumiī. verſ. vno modo de reg. iur. & in d. c. qui & humaniæ. in fi. glo. vlt. 12. q. 2. & in c. propoſuiſti. in verb. non probaī. verſ. ſed qualiter ꝓba. 82. diſt. & in c. innotuit. in verb. ignorantiā. prope fi. vbi Abb. ante fi. verſ. 2. not. de elect. cui accedit Bar. in d. l. ſi cui. §. iiſdē. n. 2. in fi. vbi ēt gl. in verb. accuſari, ff. de accuſa. & in l. Celſus. nu. 6. ff de vſucap. quē ſequitur Rom. in conſ. 54. viſis circa id, poſt nu. 3. verſ. contrariū puto, & in conſ. 102. ſuper eo. poſt. nu. 2. ver. 1. per id, ꝙ nota. glo. & in conſ. 273. clarum, eſt. nu. 2. & in conſ. 398. vt clarior. nu. 5. & in l. qui bona fide. §. qui damni. nu. 2. ff. de dam. infec. quod etiā quamplurimi alij tradidere, vt Oldr. in conſ. 286. in electionis negocio in 4. dubio num. 4. Luc de Pen. l. pen. in gl. 1. C. qui miliī. poſſ. lib. 12. Anch. in cōſ. 159. rationes, q̄ ſuperius. nu. 4. & in conſ. 174. D. Lazarius, col. 2. verſ. iuſtiſſima eſt ergo ignorantia. Card. in cle. 1. q. 8. de conſang. & affin. Guid. Pap. in cōſ. 136. ſi nobilis Io. in fi. & in conſ. 137. & in conſ. 199. dominus noſter. ibi, modo quæritur conſilium pro nobili Io. nu. 3. & in conſ. 253. fuit lata ſn͞ia. poſt num. 3. verſ. ſic etiam ignorantia, & in ſing. 447. nu. 2. §. innocentia, vel ignorantia. DD. Rot. in deciſ. 19. aliàs 444. extra Rot. petebatur. col. 2. nu. 2. verſ. in quo vltimo dubio, de dol. & contu. in nouiſſ. Abb. in conſ. 35. vſ primo. col. 2. poſt nu. 2. verſ. ſed nulli pōt venire in dubiū. li. 1. & in c. vidua. in 2. notab. de reg. Alex. in conſ. 76. in cauſa & lite inter moniales Sancti Gulielmi. nu. 3. li. 7. & in conſ. 89. omiſſis non neceſſarijs. nu. 2. eod. lib. 7. Barba. in conſ. 42. illud in medium afferam. col. 6. verſ. & alias cum iſta quæſt. vol. 1. & in conſ. 10. illud in medium referam. col. 2. vol. 3. Corn. in conſ. 168. in hac conſultatione. nu. 13. lib. 3. Iaſ. in §. ſed iſtæ. num. 90. inſtit. de act. & in l. 3. §. iurari. num. 6. ff. de iureiur. Fely. in c. quoſdam. in gl. 1. de præſump. Iac. de Sācto Geor. in l. verius, nu. 4. & in l. cū de indebito. in prin. nu. 17. ff. de prob. Mar. Ant. Bauer. in tract. de virtu. iuramen. in 53. effectu verſ. octauo principaliter. Ruin. in conſ. 1. reuocatur in dubium. nu. 4. lib. 5. Bertran. in conſ. 361. viſo conſultationis. nu. 5. lib. in antiq. Rip. in l. admonendi. num. 55. ff. de iureiur. Marſi. in l. qui ignorans. nu. 27. ff. ad leg. Corn. de falſ. & in rub. C. de probat. nu. 124. & in rub. ff. de fideiuſſ. num. 41. atque Pariſ. in conſ. 23. plena. nu. 230. & in conſ. 95. ſtatutū Bononienſe. nu. 46. lib. 1. quos refert, & ſequitur Hor. Mandoſ. in addi. ad Roman. conſ. 398. vt clarior. ſub nu. 5. in verb. probari ſub litera E. Alban conſ. 9. num. 36. Ioan. Crot. in conſ. 307. in cauſa magnifici, & generoſi Equitis. nu. 8. in fi. vbi dicit, ita * communiter concludi à Doct. poſt Abb. in c. 2. de conſtit. Menoc. de arbit. cauſ. caſ. 316. nu. 3. verſ. primus eſt modus lib. 2. cent. 3. & Andr. Gail. lib. 2. pract. obſer. obſer. 48. nu. 23. cum ſequen.

Nec ratione caret concluſio noſtra. nā ob id factū eſt, vt iuſo probetur ignorantia, eo quod ſit ex earum rerum genere, quæ in animo conſiſtunt, ea vero

Digitized by Google

2 quæ†in animo ſunt ſita, iuramento probari, Roman.
Pont. mihi teſtis eſt, in d.c. cum in tua. §. vlt. qui ma-
trim. accuſ. poſſ. & in c. paſtoralis. in fi. de excep. & I.
C. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. gl. ord. in
d.c. præſumitur. de reg. iur. in 7. glo. ſing. & cõiter ap-
probata in c. ſignificaſti. il 1. in verb. ſi ita eſt. de hom.
idem docuit Accurſ. in l. 1. in verb. non occidendi. C.
de ſicar. & Bar. in l. inter omnes. §. rectè. n. 2. ff. de furt.
vt & reſpondit Rom. in d. conſ. 398. nu. 5. & in conſ.
76. in cauſa nobilis. nu. 2. & in conſ. 320. hac iſtorum.
nu. 3. vt & aſſeruit Io. de Anan. in cõſ. 44. in q. Stabio-
li. verſ. 2. eiuſdem fuit ſnīæ Alex. conſ. 19. viſo proceſ-
ſu cauſæ vertentis inter procuratorē cameræ. poſt nu.
2. ſub verſ. ſubſequenter probatum eſt. lib. 1. ad idem
conſuluit Corn. in conſ. 230. viſo ſtatuto. num. 7. & in
conſ. 272. in hac conſultatione. nu. 19. & in conſ. 337.
dictos actores, nu. 13. lib. 1. & in conſ. 91. licet in hac
conſultatione, nu. 15. lib. 3. idē comprobauit Iaſ. poſt
cæteros in §. ſed iſte, nu. 86. cū ſeq. & ibi quoq; Gom.
in fi. Inſt. de act. Rui. in cõſ. 13. quod nec latuit Marſ.
in d. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 40. & in rub. C. de prob. nu.
122. & in prax. crim. §. diligenter. nu. 44. neq; id prete-
rijt Grām. in conſ. ciuil. 168. quia intentio. nu. 67. eo-
rundem ſententiæ ſe ſubſcripſit Marc. Ant. Bauer. in
tract. de vir. & vir. iura. in 53. effect. verſ. 13. & multos
alios refert Iaſ. in cõſ. 84. omiſſa lōga. col. 7. in 3. dub.
poſt num. 7. verſ. bene facit regula; vol. 1. idem voluit
And. Gail. lib. 2. prac. obſer. obſer. 48. nu. 24. atq; egre-
gius Menoch. de arb. iud. cauſ. caſ. 186. num. 4. ab his
etiam ſtetit Mantua, in ſing. 4. vnuſquiſque ſcit. num.
10. verſ. & in dependentibus ab animo.

Neq; velim quiſpiam putet nullius eſſe vtilitatis,
q ignorantia probet iuramēto. ex hoc enim in mul-
tis non paruum redundat emolumentum. Nam ſi fo-
3 rēſis†per aliquem locū iter faciens vectigal non ſol-
uerit rerum, vel merciū ſuarum, propter quod incide-
rint in cōmiſſum, iuuatur, ſi iuret ſe neſciuiſſe ibi ex-
tare vectigal aliquod ſoluēdum, huiuſmodi uerò iu-
ramentum plenè probabit ignorantiam ſuam. & hoc
pacto res illius non incidēt in commiſſum: ita graui-
ter, & doctè reſpondit Abb. in d. conſ. 35. uidetur pri-
mo dictos pannifices. lib. 1. cuius dictū notatione di-
gnum eſſe, & lucroſum tradit Hipp. Marſ. in d. rub. C.
de prob. nu. 137. uerſ. & ideo dixit multū notan. Abb.

Nec illa parui eſt pendēda utilitas, cuius meminit
Anch. dum de iure reſpondebat, in d. cōſ. 174. D. La-
4 zarius. nu. 5. quod ſi hæres† alicuius non ſoluerit cano-
nem per biennium, non cadat à iure ſuo, ſi ignorauerit
hmōi rem hæreditariam eſſe emphyteuticariam, &
in hoc caſu ignorantiam illius probari per iuramen-
tū, pſiuſmet hæredis, ut docuit Accurſ. in l. 2. in gl. ult.
uerſ. ſed quid ſi ille, q ſoluere debuit. C. de iur. emphy.
quòd etiā comprobat Spec. in tit. de loca. ſiue de em-
phyt. §. nunc aliqua num. 29. uerſ. 18. quæritur, quid ſi
mortuus ſit emphyteuta. ut et illud authoritate ſua
corroborat Bar. in l. cū filiusfa. §. in hac ſtipulatione.
nu. 4. uer. quæro, hæres ſuccedens. ff. de uerb. obl. eiuſ-
dem fuit ſententiæ Bald. in l. 2. nu. 3. C. ſi aduer. uend.
pig. ut & placuit Dyn. in c. cum quis. nu. 5. de reg. iur.
in 6. ad idē reſpondit Rom. in conſ. 166. Viſa diligen-
ter in fi. ubi ſuperiores authores citando cōcludit em-
5 phyteutam† qui cecidit à iure ſuo pp canonem non
ſolutum quia neſciebat rem eſſe emphyteuticam de-
bere in integrum reſtitui, ut & ipſemet Ro. decidit in
l. ſi uero. §. de uiro. col. 49. in 50. fall. poſt nu. 33. uerſic.
33. probat. ſi. iok. mat. quē refert, & ſequit̄ Gran. in cōſ.
151. in cā huius incarcerati. col. 2. nu. 14. lib. 2. cum his
quoq; ſenſit Alex. in cōſ. 169. uiſo themate ſupraſcri-
pto, col. 4. nu. 10. uerſ. ita ēr fuerunt de mente. gl. lib. 2.
& in conſ. 45. in cauſa, et lite uertente inter Franciſcū
quōdam Andreæ. col. 3. nu. 4. lib. 5. q nec latuit Dec.
in conſ. 58. pro tenui in fi. et in conſ. 138. diligenter p
tenui facultate. col. 4. poſt nu. 7. uerſ. 2. principaliter.

horum ſnīam commendat & utilem dicit Marſ. in d.
rub. C. de prob. nu. 137. uerſ. et dixit multū egregiè. et
in l. qui ignorans, nu. 16. uer. item ultra præmiſſa. et in
l. qui falſam. num. 30. uerſ. item facit etiam. ff. ad leg.
Cor. de falſ. et in conſ. 18. protector in re ſperantium
poſt nu. 16. uerſ. et facit etiam ſecūdum Pet. de Anch.

Maxima quoq; eſt illa utilitas, quæ emergit ex iſta
6 probatione per iurm. Nam ſi dominus receperit † ab
emphyteuta canonem poſtquam cecidit à iure ſuo
uī ſibi remittere caducitatem, et eū redintegrare, iux-
ta ſententiam ſcribentium in l. 2. C. de iur. emph. hoc
tn̄ eſt uerum ſi ſciuerit emphyteutam, à quo recepit
canonem cecidiſſe à iure ſuo, ſecus autē ſi hoc igno-
raſſet, quia tunc recipiendo canonem ignorans illius
caducitatem ſibi nō præiudicat; ut egregiè tradit Cy.
in l. 2. col. 3. nu. 5. in 4. q. C. de iur. emphy. quem refert,
et ſequitur Io. de Imo. in l. Mæuius. §. duob. ff. de leg. 2.
quæ ſua ignorantia probabitur p ſuum iurm. Nā cum
ut modo tradidimus ignorantia probetur per iurm
aſſerētis, ergo et in hoc caſu iurm erit magni effectus,
ut ex ſe patet, ita ſcripſit Marſ. in d. rub. C. de prob. nu.
138. verſ. & addè, quod iſta probatio ignorantiæ.

7 Hinc etiam vaſallus† allegans feudi vacantis igno-
rantiā offerens iurare debet admitti, & quatenus non
admittatur per pares curiæ tanquam grauatus appel-
lat, vt c. 1. de controu. int. do. & empt. vbi Affl. nu. 10.
in vſib. feud. et d. c. paſtoralis, de exce. gl. quoq; in l. at-
qui natura. §. cum me abſente in verb. committat. ff.
de neg. geſt. Alex. conſ. 71. nu. 5. vol. 1. Iaſ. d. §. ſed iſte.
d. nu. 85. inſt. de a cquos ad idem refert Andr. Gail. in
d. obſer. 48. nu. 25. verſ. quare vaſallus.

8 Prout, & procuratoris† ignorantia eius etiam iura-
mento probatur teſte Affl. in conſt. Neap. lib. 2. de p-
ceſſ. iud. rub. 23. nu. 26. quod tamen intellige non ad-
mitti, quādo ipſe procurator à domino habet ſpecia-
le mandatum, cum tunc allegans ignorātiam debeat
probare, vt ait Affl. ubi ſupr. nu. 26.

9 Amplia concluſ. procedere,† etiā ſi præſumptio ſit
contra iurantē, dūmodo talis preſumptio nō ſit oīno
concludens, nam tūc etiam probatur per iuramentū,
vt author eſt Abb. d. cōſ. 9. nu. 43. vbi loquit̄ de igno-
rantia inſtrumenti. ex ſententia Abb. in c. 2. num. 9. de
conſtit. & in c. vlt. nu. 9. qui matri. accuſ. poſſ.

Nunc primum limitanda eſt concluſio, vt nō pro-
10 cedat† qn̄ quis petit reſtitutionem in integrum aduer
ſus præſcriptionē longiſſimi temporis, quia tūc igno-
rantia non probatur per eius iuramentum, ſed requi-
ritur fortior probatio ignorantiæ, vt liquet ex allega-
tis per Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. par. in
verb. materia iſta. num. 62.

Secundo limita ſupradictam concluſionē non ha-
11 bere locum† quādo aliquid eſt publicè notum, quia
tunc non probatur iuramento ignorantia; vt notatur
reg. ignorantia, & reg. præſumitur. de reg. iur. in 6. & in
d. deciſ. Rot. 19. alias 444. col. 2. verſ. nam quando ali-
quid eſt publicè notum. de dolo, & contumac. in no-
uiſ. cū ibi allegatis, & colligitur ex d. c. qui. & huma-
nis. 12. q. 2. ibi, nō potuit ignorare ſententiam proprij
ſacerdotis. gl. in d. c. poſuiſti. ſuper verb. nō probatur.
d. 82. diſt. idem tradit Fel. in c. quoſdam. col. 2. num. 6.
uerſ. tertio eſt aduertendum de præſump.

Tertiò limitatur concluſio non procedere, nec iu-
12 ramentum† ipſum admitti ad probandam ignoran-
tiam quando agitur de tertij præiudicio teſte Fely. in
d. c. cognoſcentes nu. 14. de conſtit. vbi Dec. propè fi.
verſ. ſimiliter ſi agatur, ex c. ex inſinuatione. de proc. vt
refert Menoch. in d. caſu. 186. nu. 9. lib. 2. centur. 2. idē
Fel. in c. quoſdam. poſt nu. 6. verſ. quarto eſt aduerten-
dum. ibi, item dicunt.

13 Sublimita limitationē hanc,† niſi iuramentū alia
præſumptione iuuaretur, vt ait Abb. in d. c. quoſdam,
in fi. de præſump. & tradit Menoch. d. caſ. 156. d. nu. 9.
atque Bero. in d. c. cognoſcentes, in fi.

Digitized by Google

Sublimita ſecundò d. limitationem non procede-
14 re, † ſi præiudicium ſit leue: vt aiunt Abb. proximè citato loco, & Menoch. & Bero. vbi ſupra.

15 Quartò limitabis, † niſi agatur nedum de probãda ignorantia, ſed de probanda iuſta ignorantia: ad hoc etenim probandum non ſufficit iuramẽtum, vt teſtis eſt locupletiſſimus Bal. in l. 1. poſt nu. 2. verſ. item apparet. C. ad Maced. quem ſequitur Fel. in d. c. 2. nu. 16. in 5. limitat. de conſtit. & in d. c. quoſdam. poſt nu. 5. verſ. ſed tamen in hoc eſt aduertendum. de præſump. nam ſi allegem ignorãtiam ex cauſa abſentiæ, debeo ipſam abſentiam probare legitimis probationibus, non autem ſolo iuramento, quod omnium prius annotauit Cyn. in d. l. 1. C. ad Maced.

Quòd præſuppoſitum ea inſuper ratione confirma-
16 tur: † nam actus iſti ignorantiã iuſtificantes nõ conſiſtunt in animo allegantis ignorãtiam: ita poſt Card. in conſ. 4. & in conſ. 36. ſenſit Fel. & in d. c. 2. num. 19. quos etiam refert dom. Menoch. in d. caſ. 186. nu. 15.

17 Quintò limita etiam procedere in eo, † qui ex officio ſuo tenetur aliquid inueſtigare, quia de ignorãtia tunc non admittitur probatio per iuramentũ, ſed immo præſumitur: vt Abb. in d. c. quoſdam propè fi. de præſump. & ibi Fel. num. 7.

Sextò limita concluſionem, nec etiam ignorantiã
18 probari poſſe per iuramentum, † quando non eſt veriſimilis: vt reſpondit Alex. conſ. 71. videretur. vol. 1. & Abb. in c. innotuit. col. vlt. de elect. quos refert, & ſequitur Alb. in d. conſ. 18. num. 5. verſ. tertio modo. idem voluit Fel. in d. c. quoſdam. nu. 6. verſ. tertio eſt aduertendum, de præſump.

19 Septimò limita, † nec minus dictum iuramentum admitti ad ignorantiam probandam, quando quis habet notitiam alicuius partis ipſius rei, de qua ignorãtia prætenditur, arg. l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. & cautum eſt ab Alba in d. conſ. 18. nu. 3.

Octauò limita concluſionẽ non ſibi locum vendi-
20 care, † vbi ex ſtatuto prohiberetur ignorantiã allegari: eo enim caſu non admitteretur probatio per iura-
21 mẽtum, cum valeat ſtatutum † huiuſmodi: vt tradidit Fel. in c. quoſdam. poſt nu. 7. verſ. 7. & vltimo eſt aduertendum. de præſump. fictus auctoritate Bart. in l. diuus. in prin. ff. de falſ. & Bal. in l. 1. ff. de leg. nu. 6. & contex. in §. vt autem omnes noſtri ſubiecti. in auth. in medio litis non fieri ſacras iuſſiones. ibi, nullus hãc ſacram noſtram circumueniat legem, neq; ignorantiam in ea proponat. & in l. 1. in fi. C. de præſcript. 30. annor. adnotatur, et in §. ſancimus. in auth. vt factæ nouæ conſtitutiones. ſcripſit Abb. in c. ad falſariorũ. nu. 2. de crim. falſ. & ar etiam ſentit Iaſ. in l. conſtitutiones. nu. 2. C. de iur. et fact. ign. de quibus meminit Tiraq. de vtroq; retract. tit. de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. in verb. ignorans. num. 25. verſ. ſed priorem ſententiam.

Sublimita prędictam octauã limitationem; quod eſt dictum ſtatutum prohibere ignorantiam allega-
22 re, † vt intelligatur de ignorantia iniuſta, quæ procedit à culpa; ſecus ſi eſſet ignorantia iuſta: ita limitat Iaſ. in d. l. conſtitutiones. poſt num. 2. C. de iur. & fact. ignor. ſecũdum Sali. in l. Senatus. C. de his qui ſibi adſcripſerunt, & in l. ita nobis pudor. C. de adult. qui dicit hoc ſequi Rom. in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Syllan. & in l. 1. § nunciatio. ff. de nou. oper. nunc. & Fel. in d. c. quoſdam. d. verſ. 7. & vlt.

23 Nonò limita concluſionẽ, † vt huiuſmodi ignorãtia tunc probetur iuramento, quando alio modo probari non poteſt: ſic colligimus ex c. præſentium. de teſtib. & ex c. literis. de præſũp. vt cenſuit Card. in clem. 1. in 8. q. de conſang. & affin. vt refert Fel. in d. c. quoſdam. poſt d. nu. 5. verſ. 2. eſt aduertendum. & in d. c. 2. nu. 12. verſ. fallit primò. de conſtit.

24 Decimò fallit, † vt non admittatur probatio ignorãtiæ per iuſm, quando lex præſumit ignorantiã, & determinat ſuper ea, non ſufficere ſolum iuramentũ: vt Fel. in d. c. quoſdam. poſt nu. 6. verſ. 4. eſt aduertendũ.

25 Vndecimò limitanda eſt, † niſi aduerſarius probaret contrariũ per legitimas probationes, quia tũc eliditur probatio ignorantiæ facta per iuramentum: authore Bar. in d. l. ſi cui. §. iiſdem. nu. 3. vbi id exemplis demonſtrat. ff. de accuſat. cum nonnullis alijs ad hoc adductis ab eod. Fel. in d. c. 2. nu. 20. in 7. fallent. de cõſtit. ad idem extat gl. ordin. in c. eos. in verb. affectate, de temp. ordin. in 6. vt & cõſulẽdo reſpondit Rom. in d. conſ. 481. nu. 10. idem tradit Iaſ. in l. 1. §. 1. nu. 5. vbi etiã duobus modis id limitat nu. 6. & 7. ff. ſi ex noxa. cauſ. quem ſequitur Marſ. in d. rub. C. de prob. nu. 136. in fi. idem voluit Tiraq. de vtroque retract. de retract. lignager. §. 4. glo. 1. in verb. il ſera tei in à le prouuer. nu. 4. ver. hinc etiam prodijt, quod eximium relatu cẽſuit Io. Ant. Trigona in ſing. 55. num. 2. verſic. adde etiam, quod licet lex dicat.

26 Duodecimò limitabis, † vt ignorantia iuramento tunc non probetur, cum eſt præſumptio in contrariũ, vt docet Bart. in d. l. inter omnes. §. rectè. nu. 3. in fi. ff. de furtis. vbi ita limitat glo. in §. aliæ. inſt. de act. in q̃ ſententiam nonnulla alia adducit Alex. in d. cõſ. 71. videretur prima conſiderat. nu. 2. ver. & ideo lib. 1.

27 Quæ omnia intellige, † quòd ad hoc, vt ignorantia iuramento probetur, iuramentum ipſum deferatur à iudice alioqui nihil eſt valiturum, ut ex c. vlt. de iureiur. dicit Fel. in d. c. quoſdam. poſt nu. 6. ver. item quia iuramentum non valet, & in d. c. 2. poſt nu. 17. verſic. item iuramentum non valet.

CONCLVSIO DCCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Illegitimus quando quis præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus quis præſumitur, niſi contrarium probetur.*
Rationem habes num. 2. Contrarium nu. 3.
4 *Illegitimum quis in dubio debet probare.*
5 *Præſumptio illa capienda eſt, quæ ſit excluſiua delicti.*
Quomodo hæc regula intelligatur, habes nu. 6.
7 *Illegitimationis infamia iniuſtus, illegitimus præſumitur, niſi contrarium probetur.*
8 *Illegitimitatis nulla infamia notatus, ſed legitimus habitus, hodie etiam legitimus præſumendus eſt.*
9 *Legitimus debet præſumi admiſſus ad actũ, in quo requiritur, quod quis ſit legitimus.*
10 *Legitimus non præſumitur admittendus ad actum, in quo requiritur, quod quis ſit legitimus, ſi de illegitimitate ſit infamia notatus, ſecus ſi non ſit infamatus.*
11 *Doctorandus non eſt grauandus ad iurandum ſuper natalibus, ſi de illegitimitate non ſit infamatus.*
12 *Intellectus Bart. ad conſ. 42. num. 2. lib. 1.*

1 Illegitimum † quem eſſe præſumi niſi contrarium probetur, habemus à Bart. in conſ. 42. viſa inquiſitione. nu. 2. verſ. hoc ẽt patet. li. 1. quem ſequitur Dec. in l. ſi emancipati. col. 3. num. 3. in fin. ibi, & quòd non præſumatur natus: C. de collat.

2 Nam cum matrimonium non præſumatur, † niſi probetur, fit, vt nullus ex iuſto matrimonio præſumatur, proindè illegitimus cenſeatur: ita per hanc rationem concludit Bart. in d. conſ. 42. nu. 2. cuius ſententiam comprobat Corn. in conſil. 68. placet mihi. col. vlt. in prin. vol. 1. vt refert idem Dec. in d. l. ſi emancipati. ſua eodem num. 3.

3 Ab aduerſa ſtat parte Cæpol. in trac. cautel. cautel. 118. quis in dubio præſumitur filiusfam. nũ. 2. verſ. itẽ non præſumitur emancipatio, quo in loco tradit nullũ præſumi naturalẽ filiũ: cui vẽ ſe ipſe ſubſcribere

Lancel.

Lancel.Galiaul.in rub.ff.de verb.oblig.num.159.vbi
4 proptereà ait,illegitimum † aliquem eſſe, ſi quis dixe-
rit,hunc debere probare,ex reſponſo Vlp.in l.liberis.
in fi.ff.de liber.cauſ.

Sanè nec leui ratione permouentur.Nam ſi quis il-
legitimus præſumať,iſtud proculdubio ſapit delictū.
vt not.in l.in cōcubinatu.ff.de concubi. verùm ſemp
5 eſt capienda † pſumptio illa,quæ (vt inquiunt noſtri)
ſit excluſiua delicti.l.merito.ff.pro ſocio, ergo quis il
legitimus non eſt præſumendus,ſed potius legitimus.

Ad hęc tamen facilis patebit reſponſio, ex ijs quæ
mox breuiter ſubijciam. Nā quod pertinet ad rationē
Cæpollæ reſpōdeò, illam regulam,debere ſcilicet ca
6 pi præſumptionem † delicti excluſiuam,debere intel-
ligi,& procedere,quando quis hoc dicit ſe defenden-
do,ne ex delicto puniatur: quia tunc non attenditur;
ſecus ſi hoc dicat agendo,& ad conſequendū condē-
nationē:ita docet Bart.poſt gl.in l.qui iuraſſe.§.ſi pa-
ter.ff.de iureiur.vt refert Dec.in d.l.ſi emācipati,poſt
nu.3. ver.nō obſtat alia ratio.C.de collat.idē placuit
Lancel.Galiaul.in d.rub.ff.de verb.obl.nu.160.in fi.

7 Primùm itaq; concluſionem intellige , † q ſi quis
publicè ſit infamia notatus, illum ſcilicet illegitimū
eſſe, & nihil aliud probetur,hunc illegitimum pręſu-
mi,& proptereà hic debet ſe purgare, & probare legi
timum, vt eſt caſus in c.accedens de purg. canon. vbi
Abb.nu.4. reprobata glo. docet quo pacto id fiat . vt
tradit Io. And.in c.veniens.de presbyt.non baptiz.

8 Secundò intellige,† quòd ſi is nulla illegitimitatis
infamia fuerit inuſtus,ſed legitimus ſit habitus,hunc
etiam in præſētia legitimum præſumi,& debere iudi-
cari,ni aliud oſtendatur,vt videre eſt ex eo,q decre-
uit Pont.Max.in c.transmiſſa,& in c.peruenit.qui fil.
ſint legit.in foro vero conſcientię ſuæ debet relinqui
conſcientiæ : vt patet ex c.mulieri. de iureiur.& ex c.
inquiſitioni.de ſent.excommun. & hanc doctrinam
comprobat Card. Alex.in rub. qui fil. ſint legit.

9 Tertiò intelligas , † vt ſi quis ſit iam admiſſus ad
actum,in quo requiritur,quòd ſit legitimus,veluti ad
prælaturā,vel aliam dignitatē,nec de ſuis natalib. vl-
la laboret infamia, tunc in dubio legitimus pſumať,
niſi contrarium probetur.arg.c.innotuit,de electio.

10 Quòd ſi admittēdus ſit,† & de illegitimitate ſit in-
famia notatus,tunc non præſumitur legitimus, ſed ſe
purgare debet vt decretū eſt in d.c.accedens.de purg.
cano.& iux. Abb.declarationem.ibidem, ſi ergo diſ-
famatus non ſit,præſumitur legitimus, & admitti de-
bet ſine alia purgatione,etiam ſine iuramento,ita do
cet Lancel.Galiaul.in d.rub.ff.de verb. obl.nu.161.

11 Ex hoc poſtremò poteſt elici,† vt doctorandus,vel
licentiandus non ſit grauandus ad iurādum ſuper na-
talibus,& eo minus ad probandum ſi nō ſit diffama-
tus, vt colligit ibidem Galiaula .

12 Nec me mouet Bart.doct.in d.conſ.42.† Nā illa po
teſt procedere, quātum ad hoc, an debeat præſumi in
poteſtate necne:ſed quantū ad hoc an ſit admittēdus
tanquam in dubio præſumatur legitimus , videtur q
in dubio debeat præſumi legitimus,vt reſpondet Ga-
liaul.in d.rub.ff.de verb.oblig.nu.161. in fi.

Et hæc quidē procedunt quantū ad hoc,an qs pręſ-
ſumatur legitimus abſolutè: ſed an præſumatur qs fi-
lius legitimus alicuius , veluti Titij, alia eſt materia,
de qua nos abundè diſſeruimus in concluſ. filiation.

CONCLVSIO. DCCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Quibus modis illegitimatio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimatio probatur per inſtrumentum legitimitatis. Contrarium nu.6.*
2 *Emancipationis inſtrō probatur filium emancipatū eſſe.*
3 *Priuatio præſupponit habitum .*
4 *Diſpenſatio præſupponit veritatem eſſe in contrarium.*
5 *Pœnitentiam agens præſupponit fateri delictum .*
7 *Inſtrumentum legitimationis probat merita , ex quibus comes Palatinus aſſerit in inſtrumento ſe fuiſſe permotum ad legitimandum filium .*
8 *Illegitimatio per coniecturas,indicia , & famam probatur.*
9 *Illegitima filiatio probatur ex nutritione, tractatione , & nominatione vti filij .*
10 *Illegitimatio probatur per famam , & confeſſionem parentum .*
11 *Illegitimitatis probatio in contrarium admittitur .*
12 *Filius is præſumitur,qui vti filius habitus eſt, etiamſi poſteà parentes eum non filium dicant .*
13 *Illegitimus quis probatur ex cōtinua adulteri cōuerſatione,& odio mariti, licet in domo mariti filius eſſet natus.*
14 *Illegitimus iudicatur ex vxore,& adultero , licet in domo mariti .*
15 *Præſumptio tollit aliam minus efficacem , & plures præſumptiones vincunt vnam.*
16 *Illegitimus quis non probatur ex ſola cōfeſſione parentis.*
17 *Illegitimus quis præſumitur ex ſola affectione;non tamen ex illa plene probatur .*
18 *Illegitimus quis probatur ijs modis,quibus & legitimus.*
19 *Idem operatur propoſitum in propoſito,quod oppoſitum in oppoſito .*
20 *Filiatio legitima quibus modis probetur remiſſiuè .*

Vidimus quibus in caſibus illegitimatio
pręſumatur.verum qm aliquā-
do illa probanda eſt,nonnullos nunc in mediū profe-
remus modos huius illegitimationis probandæ . Ille-
1 gitimationem itaq; probari † per inſtrumentum legi-
timitatis,profitendo ſcripſit Bal. in l.2.nu.1.C.de iur.
aur.annul.quem ſequitur Caſtr. in l.decem ſub nu.5.
verſ.item an ille,atq; ibi Alex.nu.34.verſ.ſimiliter fa
cit hæc lex.ff.de verb.obl.eundem Bal.refert Fely. in
c.literas.nu.19.de præſumpt.idem voluit Bal. in l.fi-
lium.in 2.lect. in prin.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iur.& in lect.3.nu.3.ver.item not. quòd ille idem re-
ſpondit Alex.in conſ.88.omiſſis tribus primis. col.4.
poſt nu.11.verſ.concurrit etiam alia cōiectura. lib.7.

Concluſionem quoque noſtram egregiè cōfirmat
id,quod tradidit Bal.in l.non poteſt.nu.2.verſ.ſed an
per inſtrumentum. ff.de adopt. vbi inquit , per inſtru-
2 mentum emancipationis † probari emancipatū fuiſ-
ſe filium emancipantis , quia apparet, quòd eum tra-
ctauerit vti filium. l. quidam cum filium. ff. de verb.
oblig. hoc idem notat Bart.in l.1.§.quod Senatuſcon
ſulto,poſt nu.3.verſ. vnum ego addo.ff. de lib. agnoſ.
idem obſeruauit Anchar.in clem. ſi ſummus.de ſent.
excommun.quibus accedit Alex.in d.conſ.88.nu.12.
verſ.pro hoc benè facit.lib.7.

3 Cuius concluſionis ratio eſt,† quia priuatio pręſup-
ponit habitum,vulgata.l.decem.ff.de verb.obl. cum
vulgaribus , quia ſi legitimetur hodie , conſtat antea
4 fuiſſe illegitimum : quoniam diſpenſatio † præſuppo
nit veritatem eſſe in contrarium ; quemadmodum
5 ille, † qui agit pœnitentiam præſumitur confiteri de-
lictum ſecundum Bald. in d. cap. literas . in glo. par-
ua.in verb. confeſſus . de præſumpt. vt ibidem refert
Felyn.num.18.per contex.in l.locum. §. ſi quis dolo.
ff.de tabul.exhib.

6 Contrariam † tamen ſententiā eſt ſequutus Rom.
in l.decem.numer.7.verſic.quarta eſt. cuius Bald. di-
ctum dicit eſſe falſum ; quamuis non audeat ibidem
reprobare,propter eius magnam auctoritatem.& Iaſ.
eiuſdem dictum videtur dubium in l.1.in princ. poſt
num.4.verſ.pro iſta redditur dubium.ff.de oper. nou.
nunc.quamuis admittat aliquam pręſumptionem il-
legitimitatis ex ipſo inſtrumento ſurgere.

7 Hanc eandem concluſ.ampliabis,† vt nedū ex ipſo
instru-

inſtrumento legitimitatis probetur illegitimitas, ve-
rum etiam merita, ex quib. comes Palatinus aſſerit in
inſtrumento ſe fuiſſe permotũ ad legitimandum fi-
lium, licet ſecus ſit in aſſertione meritorum facta in-
ter priuatos, quia illa non probat, vt decidẽdo ſenſe-
rũt DD. Rot. in vna Rauennaten. legitimationis co-
ram domino Rancllenſi. 10. Martij. 1544. vt apparet
ex recollectis Putei dec. 114. dictum fuit, lib. 2. quo in
loco permouetur Iaſ. auctoritato in conſ. 227. col. 9.
verſ. 2. vol. 2. & in conſ. 101. col. 4. in fi. vol. 4.
8 Amplius legitimationem per cõiecturas, † indicia,
& famam probari tradit Bal. in l. vulgo, in princ. ff. de
ſtat. homi. per c. Michael. de fil. presb. ita ſenſit, & in l.
humanitatis. col. 10. in princ. poſt nu. 44. verſ. ex hoc
ſequitur, C. de impub. & alijs ſubſt. vbi ait illegitimã
filiationem per cauſas extrinſecas, non intrinſecas
probari, quem ſequitur Nat. in conſ. 473. quędam no-
mine Sylvia. nu. 19. verſic. nam ſpurietas. Quæ autem
ſint iſtæ præſumptiones, vel extrinſecæ cauſæ modo
ſubiungam.
Primum itaq; ſi conſtiterit ſacerdotem peccaſſe cũ
muliere, & poſt filium, qui ex ea natus eſt, ab ea nutri-
9 tum, † vel nominaſſe filium, ſiue vt filiũ tractaſſe, ve-
rè præſumetur eum illegitimum eſſe filium, vt ſcripſit
Innoc. in d. c. Michael. nu. 2. vbi etiam Abb. nu. 1. de
fil. presb. per c. 2. de præſump. & l. nõ nudis. C. de prob.
& l. neq; profeſſio. C. de teſt. atq; l. ſi inſtitutus. §. 1. ff.
de inoff. teſt. vt & voluit Bal. in l. ſi vicinis, in prin. C.
de nup. & in l. eos etiam. C. de app. & ex his vicinitæ et
10 fama † accedente, & cõfeſſione parentum illegitimi-
tatem probari reſpondit Burſ. in cõſ. 88. nobilis eques.
num. 14. ver. tertio probatur. vol. 1. vbi nonnullos ad-
ducit idem ſentientes.
11 Iſtud velim intelligas, † vt probatio in contrarium
admittatur, vt idem inquit Inno. in d. c. Michael. nu.
2. vbi Abb. nu. 1. verſ. nõ obſtat; per l. ſi ſeruus ſeruum.
§. 1. ff. de leg. 1. quod etiam comprobauit Bal. in l. 3. in
prin. ff. de liber. & poſth.
12 Eandem præſumptionẽ ampliabis, † vt ſi aliquãdo
cum vt filium habuerint, & poſtea eum nõ filium di-
cant, vſq; eo filius præſumatur, vt contrahere prohi-
beatur cũ conſanguineis patris, vt colligimus ex c. per
tuas de prob. teſte Inno. in d. c. Michael. eod. nu. 2.
Præterea ampliabis, vt illis concurrentibus, vna cũ
13 adulteri continua cõuerſatione, † mariti q; odio pro-
betur quis illegitimus, licet in domo mariti filius eſſet
natus, contra præſumptionem. l. miles. §. defuncto. ff.
de adult. vt in hac hypotheſi reſpondit Corn. in conſ.
245. nu. 19. vol. 1. & in conſ. 1. nu. 22. vol. 3. atq; Neuiz.
in conſ. 34. nu. 10. ad hoc etiã multa adducit Cæphal.
in cõſ. 81. nu. 10. cum ſeq. vol. 1. natus enim ex vxore,
14 & adulterio † licet in domo mariti ſpurius, & illegiti-
mus prorſus iudicatur, teſte Bero. in conſ. 151. vol. 2.
ad idem reſpondit Alex. in conſ. 88. nu. 9. lib. 7. ſic etiã
cõſuluit Caſt. in conſ. 115. ſuper primo in vlt. dub. nu.
8. verſ. breuiter in hoc paſſu. vol. 1. vt etiam DD. Rot.
deciſum reliquere in vna Placent. legati coram Re-
uerẽd. Sarnenſe de menſe Martij 1538. ut ex recollec.
Mohed. in deciſ. 19. & in deciſ. 115. incip. ad declara-
tionem l. miles ut refert idem Burſ. in d. conſ. 88 nu.
15. uolum. 1. ſic etiam Iaſ. ſenſit in conſil. 125. põdus
præſentis controuerſiæ. col. 2. verſ. ſed præmiſſis non
obſtantibus. uol. 4. ubi declarat d. §. defuncto. idem
facit Marſ. in l. 1. §. ad quæſt. nu. 34. cũ ſeq. ff. de quæſt.
ut & cautum eſt à Goz. in conſ. 12. in hac cauſa ex ci-
uitate Florentię. nu. 23. & 25. ſic etiam cenſuit Alc. de
præſump. reg. 3. præſump. 37. nu. 5. quos ſequitur egre-
gius Iac. Menoch. de arbit. iud. cauſ. caſ. 89. nu. 61. &
ſeq. lib. 2. cent. 1.
Huius ampliationis ratio eſt, nam una præſumptio
15 tollit † aliam minus efficacem, & plures præſumptio-
nes uincunt unam. l. diuus. ff. de prob. l. 3. §. 1. in uerb.
numerus. ff. de teſtib. c. in noſtra, cũ ibi not. de teſti. &
c. illud de præſump. ſic Alex. in d. conſ. 88. nu. 9. lib. 7.
& in conſ. 54. in caſu de quo quæritur. col. 3. num. 11.
uerſ. 9. eod. lib. 7. & in conſ. 18. conſideratis his, col. 1.
nu. 3. lib. 3. Caſtr. in conſ. 26. uiſis, & ponderatis omni-
bus col. 3. nu. 6. uol. 2. Iaſ. in l. 1. col. 6. nu. 31. in fi. & in
l. ſi mater. §. 1. col. 2. num. 5. in fi. ff. de uulg. & pup. per
Bal. in l. ſiue poſſideris, circa fin. C. de prob. & Dec. in
conſ. 470. duo dubia. col. 3. num. 10. & in conſ. 479. in
controuerſia. col. 2. nu. 6. quod etiam pluribus exami-
nat Iacob. Menoch. in d. caſ. 89. nu. 66. cum ſeq.
16 Non tamen ex ſola confeſſione † parentum proba-
tur quis filius illegitimus ut decreuit Alex. III. ſum.
Pont. in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legit. & ita cenſuit
Bal. in d. l. filium. in 1. le. nu. 11. uer. ſed pone, quod pa-
ter ff. de his. qui ſunt ſui, uel alien. iur. ubi ait eis non
credi, niſi cum ratione loquantur. Nam negatiua de-
bet probari per cauſas. l. ult. ff. de prob.
17 Verum, et quod maius eſt, ex ſola affectione † præ-
ſumi quem eſſe filium illegitimũ, colligis ex c. afferte
de præſump. Inn. in d. c. Michael. hanc tamen non
eſſe ſufficientem probationem idem dicit ibid. in fin.
ubi etiam Abb. ſub nu. 1. uerſ. item quandoque.
Sed ut uno uerbo, totam hanc materiam filiationis
illegitimæ probandæ expediam, dico, quibus modis
18 oſtẽditur, † aliquem filium eſſe legitimum, per coli-
contrarios modos probari poſſe non eſſe legitimum,
19 quia idem operatur propoſitum † in propoſito, quod
oppoſitũ in oppoſito. l. & ſi contra, ubi Bar. ff. de uulg.
& pupil. ut docet & Natt. in d. conſ. 473. num 44. uerſ.
nam quibus modis. uerum quo pacto filiatio legiti-
20 ma † probetur uberrimè ſupra docuimus in cõcluſio-
ne filiatio: unde ergo qua ratione illegitimitatẽ pro-
bare poſſis elicere poteris.

CONCLVSIO DCCCLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Immunitas quo pacto præſumatur, & quo
modo probanda ſit ab eo, qui ex præſcri-
ptione immunitatis velit ſe iuuare: atque
quantum temporis ſatis ſit ad immunita-
tem præſcribendam.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas ex temporis diuturnitate præſumitur ſolemni-
ter conceſſa.*
2 *Immunitatem prætendenti, & ex præſcriptione ſe iuuare
volenti quatuor eſſe probanda.*
3 *Præſcriptionem non poteſt alligare volẽs ſe tueri ab oneri-
bus collectarũ ex immunitate facta à ciuitate expreſſè,
vel tacitè ſecus eſſet in eo, q habebat conceſſionẽ à Principe.*
4 *Immunitas à Sereniſſimo Genuẽſium Senatu toti Maſcar-
dorum familiæ conceſſa, & confirmata.*
5 *Franciſci Maſcardi patris huius operis authoris laudes.*
6 *Immunitatem à muneribus publicis quadraginta annis
præſcribi.*
7 *Immunitatem à muneribus publicis etiam viginti annis
præſcribi.*

1 Immunitas † ex temporis diuturnitate
præſumitur ſolemniter cõ-
ceſſa, ut tradit Rom. in cõſ. 2. pro deciſione. poſt nu.
3. uerſ. quoad tertium. quem ſeq. Iaſ. in l. ſciẽdum. col.
6. poſt num. 17. uerſ. 4. facit. ff. de uerb. oblig. ut etiam
eum refert Ruin. conſ. 41. nu 4. uerſ. ſecundo poteſtas.
uolum. 2. hoc idem ſenſit Fed. de Sen. in conſ. 4. 305. fa-
ctum tale, quædam domus: poſt nu. 2. uerſ. ſi uero præ-
ſuponimus. eidẽ Rom. accedit Lamb. in tract. de iur.
patr. nu. 7. art. 2. quæſt. princip. 1. par. 1. lib. colu. 2. poſt
nu. 4.

Digitized by Google

nu.4. verſ. quarto adduco Rom. vt & eiuſd. ſententiam eſt ſequutus Caſſan. in conſ. 11. le caſ. col. 27. nu. 84. poſt verſ. ad ſecundum vero dubium. ſic quoq; comprobauit Barb. in conſ. 26. col. 4. nu. 4. cum plur. ſeq. vol. 2. idem voluit Brun. in tract. de forma in rub. de probat. & præſump. formæ. col. 11. verſ. quarto facit; quia ſi eſt conceſſa immunitas:

2 Quid vero ſi iſte,† qui immunitatem prætendit, ex præſcriptione velit ſe iuuare, quid inquam debet probare? Huic quatuor eſſe probanda reſpondit Alex. in conſ. 130. in cauſa, & lite vertente, nu. 19. & 20. lib. 2. ex his primum illud eſt, vt probet ſe fuiſſe requiſitum vt ſolueret, deindè ſe cōtradixiſſe requiſitioni, tertio debet probare bonam adeſſe fidem in præſcribente, quarto probanda eſt ſcientia, & patientia communitatis, contra quam allegatur præſcriptio iſta: vt liquet ex latè deductis ab eodem Alex. co. in loco. quē referendo ſequitur Cur. iun. in conſ. 61. caſus in facto, nu. 17. verſ. procedit etiam, vol. 1. eiuſdem fuit ſententiæ Ripa. in reſpōſ. 14. plura requiſita. nu. 24. verſ. præmiſſis non obſtantibus. de legib. & long. conſuetud. lib. 1. quæ requiſita probanda recenſet etiam Franc. Balb. in tract. præſcrip. in 1. par. 5. par. prin. in 7. q. nu. 4.

3 Iſtud poſtremū tibi limitandum eſt,† vt non ſatis ſit, hæc quatuor probare, qn̄ quis vult ſe tueri ab oneribus collectarum ex immunitate facta à ciuitate expreſſe vel tacitè: nā tunc non poteſt aliquam præſcriptionem allegare: vt reſcripſit Imp. Conſtan. in l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. vt & ſenſit Bar. in d. l. allegā- do, in l. licitatio. §. earum. nu. 4. verſ. quæro, quid ſi quidam priuatus, ff. de public. verū ſecus eſſet in eo, qui haberet conceſſionem à principe, etiam ſi in conceſſione eſſet aliquis defectus, veluti quia in priuilegio non eſſet appoſita clauſula nō obſtante; tunc. n. cum is pręſcriptione poſſet ſe tueri à ſolutione cenſus, poſſet ēt, & valeret illa quatuor probare, vt colligitur ex gl. in l. vlt. in verb. adepto canone, C. de fund. patrim. lib. 11. per quam gl. cum context. ita notāt Bal. & Sal. in l. cōperit. C. de præſcript. trigin. ann. vt in hanc ſententiā conſuluit Alex. in conſ. 30. ponderatis narratis in themate. col. 4. n. 12. & 13. in 5. dub. lib. 5. quem ſequitur, & plurib. hoc idē cōfirmat Curt. iun. in d. cōſ. 60. nu. 16. verſ. ad iſtud. n. fundamētum eūd. Alex. refert Balb. in d. tract. de præſcr. in 2. p. 5. par. prin. in 7. q. n. 2.

4 Et in hac facti ſpecie† nuperrimè relata memini nō multis ab hinc annis ita fuiſſe ſtatutū ab excelſo Genuenſium Senatu in cā immunitatis toti noſtrę Maſcardorum familiæ conceſſę, cuius ſeriē non grauabor hic adſcribere. Guliel. itaq; è nobili, & antiquiſſima Maſcardorum gente oriundus, ſub cuius erāt ditione Trebianum oppidum, ijſque pagi omnes, quib. nūc eſt inditum nomē Lerices, quorum ſitus in Liguriæ ora diœceſis Lunæ Sarzanēſis ſunt poſiti, idem caſtrum, & villas Sereniſſimo Genuenſiū ſenatui pluribus pactis conditionibus vendidit. Interim perſonæ ſibi reſeruauit immunitatē, vt ipſe ſcilicet ſuiq; minores nobiles eſſe Genuēſes, & terra mariq; ab omnibus vectigalib. & portorijs nō ſecus ac cæteri nobiles Genuenſes intelligerent immunes, atq; bona gauderent eadē prærogatiua tàm à vectigalibus ſolitis imponi, quàm præter morē iniunctis. Procedēte deindè tpe Trebiani incolæ coram eod. Senatu Maſcardorum familiæ,

5 præcipuè vero patri meo Franſciſco Maſcardo† I. V. D. & Nicolai in eodem dignitatis gradu conſtituti filio, de cuius laudibus in præſentia plura mihi eſſent dicenda, ni eius modeſtiæ conſulerem, & ni filij fides in laude parētum apud noſtros eſſet ſuſpecta, cui quidem tantum, vt debeo, ob ingenitam mihi à natura erga eum charitatem tribuo, vt non ſecus ac Iſaacus filius Abrahamo patri me ipſum eidem oblata ſe mihi occaſione, immolandum præbere non dubitarem, litem intendunt: vt tàm ſolita, quàm inſueta bonorū, quæ in agro Genuenſi ſita poſſidet, tributa ſoluat: hic pactum ad ſe tuendum aduerſarijs obijciebat. illi cōtra vectigalium exactorum libros publicos opponebant, ex iiſq; oſtēdebant nōnullos ex noſtra Maſcardorum gēte bonorū tributa perſoluiſſe: inſuper eiuſdem Franciſci patris mei bona maiorumq; ſuorum in ijſd. vectigaliū libris cenſa fuiſſe, non tamen quicquam fuiſſe ſolutum indicabant. Rurſus aduerſarijs pater meus exprobrabat plenam libris illis nō eſſe fidem habēdam, & eo magis cum ab infimo, ſordidiſſimoq; hominum genere aſſeruari, & ſcripti fuerint. demum tota hæc controuerſia iuſſu ſenatus grauiſſimorum tunc reipublicæ conſultorum Bartholomæo Coſta, & Petro Frāciſco Rapo ſubiecta fuit. quorum æquitas in rectè iudicando, vt anteà ſępè, ſic & in hac controuerſia clariùs patefacta eſt, ij enim poſt lōgam in vtramq; partem cauſæ diſputationem iudicare libros illos contra id, quod anteà inter eos publicè cōuenerat, pactumq; erat, non probare, illiſq; ob cauſæ magnitudinem nullam eſſe adhibēdam fidem. quorum ſententia æquiſſimumq; iudicium ab vniuerſo ſenatorum cœtu concordibus calculis fuit comprobatum: & eidem Franciſco patri meo atq; ſuis poſteris, tàm rerum, quàm perſonarum ab omnibus vectigalibus immunitas eſt confirmata atq; ſtabilita: quaquidem, & hodierna tempeſtate pacificè, & tranquillè perfruuntur: atq; faxit Deus, vt in omne æuum potiantur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Sed in hac re poſſet quis à nobis ſciſcitari, quātum tpis ſatis ſit ad hanc immunitatem præſcribendā. Re-

6 ſpondeo ego† immunitatē à muneribus publicis præſcribi quadraginta annis, vt ſtatuit Imp. Anaſta. in d. l. vlt. verſ. hoc ēt adijciendo. C. de fund. patrim. lib. 11. ſic obſeruauere Bar. Ang. Caſtr. & alij. in d. l. licitatio, §. earum. ff. de publ. & vectig. ita etiam reſpondit Bal. in conſ. 257. quæſt. vertens. in fi. vol. 2. quibus accedit Alex. in d. conſ. 30. nu. 12. lib. 5. vbi cautum reliquit, q̄ cum quadraginta ſunt elapſi anni, per quos quis fuit immunis ab impoſitionibus collectarum generaliter factis, amplius nō poſſit collectari, ſed iſtiuſmodi ſit tutus. per context. in l. oēs. C. de pręſcrip. trig. annor. eiuſdem fuit ſententiæ Iaſ. in cōſ. 25. quæſtio vertitur inter D. Vgonem. col. 2. poſt nu. 2. verſ. cōcludit ergo, vol. 3. vbi etiam ita ſentientem Bar. refert in conſ. 59. commune Spoleti. n. 7. verſ. præterea hoc certum eſt. lib. 1. cui accedit Corn. in cōſ. 22. nu. 23. vol. 3. Guliel. de Cun. in l. vectig. col. 8. C. nou. vecti. inſtit. non poſſ. atq; Balb. de præſcr. in 2. par. 5. par. prin. in 7. q. num. 1. idem affirmat Pariſ. in conſ. 59. nu. 7. vol. 1. vbi aſſerit huiuſmodi præſcriptam immunitatē non poſſe tolli: ita teſtante Bart. in l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. facien. & Bertach. in tract. de Gabel. q. 11. 1. par.

7 Quinetiam† voluit Barba. inter conſ. Alex. in cōſ. vlt. ſub nu. 12. lib. 4. quod etiam in præſcribenda immunitate tempus 20. annor. ſufficiat, per iura ab ipſo allegata, quem refert Iaſ. in d. cōſ. 25. col. 2. poſt nu. 2. verſ. immo adhuc fortius, vol. 3. eoſdem quoq; retulit Petr. Io. Anch. Regien. q. 5. ſub nu. 1.

CONCLVSIO DCCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Impedimentum iuramento probari quouſque verum ſit, & ibidem quo pacto poſſit aliter idem impedimentum probari.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum iuramento probatur. Contra. nu. 2.*

3 *Iuramento non ſatis eſt id probare, in quo legitima, & euidentes probationes requiruntur.*

4 *Impedimentum euidentiſſimis probationibus eſt probandum,*

dum, cum per teſtes poteſt veriſimiliter probari, ſecus ſi non veriſimiliter.

5 *Impedimentum niſi ſemel in eodem facto iuramento poteſt probari.*

6 *Impedimentum à periuro per iuramētum nequit probari.*

7 *Impedimentum iuramento non eſt probandum, cū de magno agitur præiudicio, ſecus ſi de leui.*

8 *Impedimentum ad conſequendam exceptionem iuramento probatur: ſecus ad actionem potiundam.*

9 *Impedimentum probaturus per iuramentum debet etiam probare ſe omnem adhibuiſſe diligentiam expediendi actum.*

10 *Impedimentum ſatis eſt probare abſq; eo quod diligentia probetur, cum notorium eſſet, fruſtratoriam fuiſſe omnem diligentiam.*

11 *Impedimentum cum iuramento probatur, poteſt etiam ab aduerſario contrarium probari.*

12 *Impedimentum tunc iuramento probatur, vbi adeſt veriſimilis præſumptio pro iurante.*

13 *Ignorantia iuramento probatur, vbi veriſimilis eſt.*

14 *Confeſſio non veriſimilis confitenti non nocet.*

15 *Teſti deponenti non veriſimilia non eſt credendum.*

16 *Impedimento ſemiplenè probato non eſt deferendum iuramentum in probationis ſupplementum, vbi agitur de impedimento primi anni, & ponitur ſecundus annus ad proſequendam appellationem.*

17 *Impedimentum an iuramento ſatis ſit probare iudicis arbitrio relinquitur.*

18 *Impedimentum quo pacto ſit probandum iudicis arbitrio non relinquitur, cum in iure eſt expreſſum quo pacto ſit impedimentum probandum.*

19 *Impedimentum cum iuramento eſt probandum, illud a iudice deferendum eſt.*

20 *Impedimentum iuramento non probatur in illis caſibus, in quibus ex contractu quis obligatus eſt.*

21 *Impedimentum teſtibus, & inſtrumentis poteſt probari. Quod limita, vt num. 22.*

23 *Impedimentum proteſtatione probatur.*

24 *Proteſtatio, an ſit neceſſaria in probatione impedimenti, remiſſiuè.*

Controuerſa inter noſtros eſt ſententia, quo pacto impedimentum ſit probandum. alij alia ſentere. Nos verò, qui volētes id muneris nobis impoſuimus, vt clarius explicemus, qua rōne quidq;, de quo in iudicio quæſtio eſſe poſſit, queat probari, clariori methodo pro-
1 gredientes dicimus, aliquando impedimentum † probari iuramento impediri. ita decreuit Sum. Pont. in c. quia propter. §. illud autem, de elect. & in c. 1. 22. q. 1. ſic tradidit Spec. in §. nunc breuiter. col. 2. nu. 6. verſ. quid ergo, tit. de appel. vbi etiam Bal. ſuper verb. pronunciari, quem refert, & ſequitur Oldr. in conſ. 60. eſt tēpus. col. 2. nu. 4. vēr. qualiter probatur. Et Guid. Pap. in deciſ. 64. incip. ſi altera pars, per l. ſcite oportet, §. ſufficit ibi, naturali iuſtitia, ff. de excuſ. tutor. quæ verba, per iuramentum, exponit Rom. in l. 2. §. quod diximus nu. 5. verſ. ſecunda fuit opinio. ff. ſi quis cautio. quem contex. ad hoc putat ſingularem Amanell. de clar. Aquis in ſing. 23. incip. not. quòd ſi ſum citatus. & in hanc deciſum fuit ſententiam à DD. Rot. deciſ. 3. aliàs 303. nota quod vbi aliquis de iureiur. in antiq. idem ſenſere multi alij relati à Iaſ. in l. 2. §. quod diximus. nu. 1. ff. ſi quis cautio. & ab Ant. de Petru. in l. admonendi. nu. 384. verſ. item & quartò, & à Cat. Sach. ibid. nu. 34. verſ. item per iuramentum, ff. de iureiur.
2 Huic tamen † ſententiæ, apertè repugnat contex. in l. vlt. §. illud, ibi, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationib. C. de temp. & reparatio. appellatio. vbi ſanxit Imp. Iuſti. impedimentum euidentiſſimis probationibus debere probari: verum cum requiritur legiti-
3 ma, † & euidens probatio, iuramentum non ſufficit; vt colligere eſt ex glo. in l. vlt. in verb. præſumptioni. ff. de eo, quod met. cau. & à glo. ord. in l. cum de indebito, in verb. legitimis. ff. de probat. quam ſingularem ad hoc putat Alex. in conſ. 119. quæritur ergo. col. 3. nu. 9. verſ. & notādum legitimè. lib. 2. & Rom. in rubr. ff. de recept. arbit. col. 3. nu. 19. verſ. ſed pone. 14. idem tradit Iaſ. in l. ſi quando. col. 1. in fi. nu. 8. verſ. ſecūdo nota. C. vnde vi. & Marſ. in rubr. C. de probatio. num. 130. ver. ſed in contrarium, quod immo iuramentum vbi plura ad hoc adducit. hanc ſententiam latè quoque comprobat Hier. Gig. in additio. ad Dec. in c. ex ratione, ſub nu. 53. in verb. perſonæ, de appellatio.

Ad tollendam huiuſmodi dubitationem, concluſionem ipſam pluribus declaro, & limito modis, &
4 primò, vt non procedat, † quando impedimentum per teſtes poteſt veriſimiliter probari: nam tunc impedimenti probatio per iuramentum non ſufficit, ſed requiruntur euidentes probationes: ita ſenſit Bal. in d. l. 2. in §. quod diximus. verſ. extra quæro, & ibid. Rom. nu. 5. atq; Ang. ad quod etiam videtur reſpexiſſe Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò nec hæred. ſub nu. 1. cum ſeq. ff. de eden. quod ſi impedimentum ſit huiuſmodi, quod per teſtes veriſimiliter nequeat probari, tunc per iuramentum poterit vtiq; probari, ſi de magno non agatur præiudicio, & perſonę qualitas concurrat: vt innuit Pomp. in l. theſaurus. ff. ad exhibē. & Imp. Iuſt. in l. vlt. C. de fid. inſtr. vt aſſerit Caſtr. in d. l. 2. §. quod diximus. num. 2. circa fi. ff. ſi quis caut. quem ſeq. Iaſ. ibid. nu. 2. vbi ita intelligit Bart. & Doctor. doctrinam in d. §. quod diximus.
5 Secundo loco velim limites, & intelligas, † vt impedimentum per iuramentum poſſit probari, niſi ſemel in eodem facto ſic concludunt ſcribentes per inſigne Vlp. reſponſum in l. vlt. ad fi. ff. de bon. author. iud. poſſid. & ita tradit Bal. per d. l. vlt. in d. §. quod diximus in 2. lect. ver. quæro nunquid, & ad hoc probādum illum tex. ſingularem eſſe dixit Roma. in d. rub. ff. de recept. arbitr. col. 11. poſt nu. 45. verſ. tertio illud, quod dicitur. quem ſequitur alios referēdo Alex. ibi. nu. 1. ubi etiam Iaſ. poſt nu. 2. verſ. tertiò limita, alios ad idem adducendo. hoc etiam comprobat Petr. Rebuff. in l. vnica. nu. 66. verſ. decimo amplia, ff. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt profer. atq; Ant. de Petruc. in d. l. admonendi. num. 350. ver. vnum tamen ſubdatis. ff. de iureiur. vt & voluit Menoch. de arbitr. iud. cauſ. caſ. 118. num. 5. lib. 2. centur. 2. tunc enim per teſtes probandū eſt impedimentum, vt ait Rebuff. pręter relatos ſcribētes in tract. de exequut. nu. 65. quod & probauit Reuerendiſs. Cæſar. Cōtard. in l. diffamari. nu. 122. C. de ingen. & manumiſſ.
6 Tertio limita, ut nō procedat in eo, † qui ſemel fuit periurus; is enim amiſit omnem facultatem probādi per iuramentum, ut ſancitum eſt in c. paruuli. 22. q. 5. ita decidit per hunc text. Rom. in l. admonendi. colu. 14. nu. 8. uerſ. decimaoctaua ubi Iaſ. in lect. col. 11. nu. 60. uerſ. 12. ff. de iureiur. & in l. ſi duo patroni. §. ult. col. 2. nu. 2. uer. ſecunda eſt. ff. eod. & in d. §. quod diximus. nu. 3. ubi de hoc nonnulla alia. & ibid. Alex. col. 2. nu. 4. uerſ. perdit etiā ad quod multa adducit Marſ. in l. marius. nu. 37. cum plur. ſeq. ff. de quæſt.
7 Quartò limitabis, † ut impedimentum per iuramētum nō probetur, cum agitur de maximo præiudicio, ſecus ſi de leui: arg. c. ſtatutū. de reſcript. lib. 6. ſic apertè docet Bal. in l. qui accuſare col. 2. poſt nu. 3. uerſic. idem dico in tabellione circa fin. C. de eden. ut & uo-
* luere Io. And. & * communiter Doct. in c. 1. de dolo. & contum. lib. 6. et refert gl. in c. quicunq; in verb. proteſtari. col. 3. uer. item uidetur per hunc tex. ti. de pacifi. poſſeſſ. quam ſequitur Ant. Petrut. in d. l. admonendi. num. 348. uer. item, & quarto. ff. de iureiur. idem ſenſit Dec. in d. c. ex ratione. nu. 54. uerſ. ſic etiam ageretur de appat. & cēſuit And. Gail. lib. 1. pract. obſer. obſer. 143. poſt nu. 4. uerſ. quod intellige.
8 Quintò limitanda eſt, & intelligenda cōcluſio, † vt tunc

tunc ſatis ſit probare impedimentum per iuramentū
quoad conſequendam exceptionem: ſecus quantum
ad actionem potiſſdam:ita tradit Bal.in d.l.2.§.quod
diximus,poſt num.1. verſ.tu dic,&ibid. Rom. & Iaſ.
poſt num.2.ver.ſecundo intellige.ff.ſi quis cautio. per
context.in l.penul.§.docere.ff.ne quis eum,qui in ius
vocat.eſt vi exim.

9 Sextò fallit,†vt hæc impedimenti probatio ſit irri-
ta,niſi etiam probetur, quod remoto illo impedimē-
to non fuerit in mora,ꝙ ſe nimium non arctarit, ſed
debitā adhibuerit diligentiam:alioqui probatio non
concluderet,& propterea nullius eſſet momenti, per
c.in preſentia,de prob.& in l.qui commeatus,ff.de re
milit.vbi Bar.ſic aſſeruit Fran.in c.ex ratione, nu.57.
de appell.vt & decreuit Inn.in c. ex tranſmiſſa. col.1.
poſt nu.1.ibi,neceſſe tñ eſt.& ibid.Fel. in prin. vbi ait
* illum omnes ſequi.de preſcrip.quo in loco tradunt p
illum tex.Docto.non ſufficere allegare,& ēt probare
impedimentum,niſi ſimul doceatur,allegantem om
nem adhibuiſſe diligentiam expediendi actū, ſed ob
impedimentū illud ſuperueniens remoratū fuiſſe,per
context.in d.l.2.§. quod diximus.§.ſi quis cautio. vbi
rñdit I.C.non ſufficere probationem tempeſtatis, vel
vim fluminis, niſi pariter probetur talem tempeſtatē,
vel fluminis inundationem impedimēto fuiſſe itine-
ri,vel nauigationi,vt ſi pons ſolutus ſit,vel nauigium
ſteterit:ad idem eſt context. in l.quibus diebus. ff. de
cond.& demonſt.ibi, nec per te ſtetit, quominus agē-
do.idem voluit gl.in c.cupiētes,in verb.propoſita, de
elect.lib.6.hoc etiam confirmauere Abb. in c. ſciſci-
tatus.nu.5.verſ.& faciunt hæc,de reſcrip. in c.plerun-
que.nu.6.verſ.dic tamen,eod.tit.& in d. c. ex trāſmiſ-
ſa.nu.6.verſ.ex quo tene menti.de præſcript. Alex. in
conſ.49.inſpectis,& ponderatis.col.2.nu.5.verſ.acce-
dit.lib.2.& in d.§.quod diximus. nu. 6.vbi etiam Bar.
nu.2.& ibi Caſtr.nu.3. verſ. not.etiam atq; Rom.n.5.
& Iaſ.nu.4.verſi.2.& idē Iaſ.in l.q in aliena.§.vlt. col.
4.nu.27.ver.addo facere illud.ff.de acq.her.quod nec
latuit Dec.in d.c.ex ratione,poſt nu. 58. verſ. & licet
iſta videatur communis opinio:vt & placuit Natt.in
conſ.258.preſens conſultatio.col.2.nu.4.verſ.reſpon-
deo,atque Crot.in conſ.281.in iſta dubitatione,in fi.
nu.20.lib.3.Afflic.etiam in deciſ.29.quidam exterus,
* poſt nu.1.idq; *cōiter ab omnibus eſſe receptum teſta
tur Illuſtr.Card.Alb.in lucubratio.ad Bart.ad d l.qui-
bus.nu.2.ff.de condit.& demonſtr. iſtis adhæſit And.
Gail.in d.obſer.143.nu.2.cum ſeq.atq; Menoch.in d.
caſ.118.nu.7.vbi alios idem ſentientes refert,& Con-
tard.nunc Reuerēdiſſ.Epiſ.Sagonenſis, in l.diffama-
ri.nu.117.C.de ingen.& manumiſſ.Rebuf.in tract.de
exequut.nu.48.cum ſeq.Ripa etiam in tract.de peſte.
tit.de priuil.iudi.cauſ.peſt.ſub nu.25.Ceph. in conſil.
* 304.nu.123.qui *communem dicit.

10 Iſtud poſtremum egregiè tibi limitandū eſt, †vt lo
cum non habeat quando notorium eſſet fruſtratoriū
fuiſſe omnem diligentiam, tunc nempè ſatis eſt pro-
bare impedimentum abſq; eo, quod diligētia probe-
tur,vt grauiter, & doctè conſulendo reſpondit Caſtr.
in conſ.13.aliàs eſt conſ.286. viſis his: quæ ſuperius
narrantur.col.5.nu.50.cum ſeq.verſ.nec obſtat,quòd
debuerant proteſtari.vol.3.ita limitat Fel.in d.cap.ex
tranſmiſſa.nu.2.verſ.quæ omnia, & nu. 6.verſ.limita
tamen,de præſcrip.ex ſenten.eiuſd.Paul.Caſtr.eundē
Caſtr.ad hoc adducit Rip.in tract.de peſte.tit. de pri-
uile.iudic. cauſ. peſtis.incipiente,condeſcēdo ad ter-
tiam partem.col.4.poſt nu.26. verſ. & hæc concluſio
maximè vera eſt,ſic etiam eūdem ſequitur Afflict.in
deciſ.60.Iudices magnæ curiæ.nu. 5. verſ. ſed vbi im-
pedimentum, qui omnes Caſtrenſem corruptè alle-
gant, cuius authoritati tota hæc limitatio innititur,
ejd.Fely.accedit idem And.Gail.in d.obſer.143.poſt
nu.4.verſ. fallit generaliter.

11 Septimò concluſio, intelligas, quòd†licet impedi-
mentum poſſit per iuramentum probari tamen con-
trarium poteſt probari,eum ſcilicet,qui allegat,& ꝓ-
bat ſe impeditum fuiſſe, iuſto impedimento non
fuiſſe retētum: ita voluit Inn.in d.c.quia propter.col.
6.nu.12.verſ.item videtur,de elect.& ibid.Ioā.Andr.
Imol.atq: Ant.de Butr.& Imol.in l.quod iuſſit.col.2.
ff.de re iudic.eundem Innocen.ſequitur Tiraquel.de
retract.lignagier.§.4.gloſſ. 1, num.7. verſic.huc item
pertinent,quem ad hoc refert Menoch.in d. caſ. 118.
num. 2. in fin.

12 Octauò concluſ.intelligas, † vt tunc iuramēto im-
pediti fides habeatur,vbi adeſt cā veriſimilis, & præ-
ſumptio pro iurante:ſic ſenſere decidendo DD.Rot.
in d.dec.3.aliàs 303.nota quòd vbi aliquis.de iureiur.
in antiq. hanc eandem deciſio. ad hoc citat Marſ. in
rubr.C.de prob.col.74.allegans pro hac intelligentia
id,quod notat Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.
& quod obſeruauit Fely.in c.2.col.7.nu.18.verſi.pro
hac opinione,de conſtit.allegās Bal. ita conſuluiſſe,
13 quod iura,quæ dicunt ignorantiā† probari iuramen-
to,loquuntur, vbi ignorantia eſt veriſimilis, aliàs ſe-
14 cus.ad idem ſimile refert de confeſſione,† quę ſi non
ſit veriſimilis non nocet confitenti,teſte Bal.in l.ſi qs
in hoc.col.1.nu.3.C. de epiſc. & cler. & itidem dictū
15 teſtis deponentis ſuper eo,† quod non eſt veriſimile,
eſt ſuſpectum,& tali deponenti non veriſimilia . non
eſt credendum,vt ait Fel.in c.licet cauſam, in 10. no-
tab.de probat.& Bal.in c.1.§.ſacramentum. col.2. de
cōſuet.rect.feud. cum multis ſimilib. & hoc idem te-
net ipſemet Marſ.cū multis alijs ſimil.in l.1.in princ.
col.15.ff.de quæſtio.idem voluit Ferdin.Loazes.in §.
vlt.col.12.Inſt.de inſtit.& iur.vbi de hac re multa. eā-
dem deciſ.DD.Rot.referendo ſequitur Tiraq.in præ-
fatione l.ſi vnquam.nu.39.verſ.huic autem,quod di-
ctum eſt.C.de renoc.donatio.vbi d.nu. 39. cum plur.
ſeq.plurima ad idem in medium profert.

16 Nonò velim limites,& intelligas cōcluſionem,†vt
cum agitur de impedimēto primi anni, & ponitur ſe-
cundus annus ad proſequendam appellationem pro-
bato impedimento ſemiplenè, non queat impedimē
tū iſtud per iuramētum probari,nec ſe impeditum al-
leganti debet deferri: ſic eximiè tradit Rom. in ſing.
211.tu ſcis, quòd datur annus. per d. l. vlt. in §. illud,
ibi,euidentiſſimis probationibus.C.de temp.et repar.
appell.quod etiam probauit Iaſ.in reper.l.admonen-
di.col.93.nu.285.verſ.ſecundo infertur. ff. de iureiur.
ſic ſenſit,& Soc.in reg.252.in verb.iuramentū in pro-
bationis defectum defertur.in 1.fallen.quibus adhæ-
ſit Rebuff.in tract.de execut.nu.61. ad idem reſpōdit
Pariſ.in conſ.108.pro ſolut.col.2.nu. 11. vol.4.

Decimò limitabis, & intelliges eandem cōcluſio-
17 nem,vt id totū†an iuramento ſcilicet impediti, ſatis
ſit impedimentum probari, relinquēdum ſit arbitrio
iudicis,qui inſpecta grauitate, vel paruitate præiudi-
cij, vel conſiderato loco, vt ſi impedimentum fuerit
in loco longinquo,vel ſolitario,ſiue impeditæ perſo-
næ qualitate animaduerſa, ſit necnè bonæ conditio-
nis,& famę arbitrabitur,an iuramētum ſit necnè ſuf-
ficiens probatio ita cenſuit Io.And.in c.1. vbi etiam
Arch.Hoſt.Gemin.Philip. Fran. & Benedict. Capra.
de dol.& cōtum.lib.6. quam ſnīam ſequitur Rom.in
d.l.2.§.quod diximus.col.2.poſt nu.5. verſ. tertia fuit
Gulielm.vt & placuit Bald.in d.l.ſcire oportet.§.ſuf-
ficit.ff.de excuſ.tutor.vbi poſt Iac.de Aret.inquit im-
pedimentum debere aliter,quam per iuramentū pro-
bari, & hoc totum relinqui iudicis arbitrio cōſidera-
ta qualitate rei,& perſonę:hoc quoq; authoritate ſua
corroborauere Anchar. & Domin. in d.c.cupientes,
** §.inſuper,de elect.in 6.& de** magis communi ſen-
tentia teſtatur Alex.in d.§.quod diximus. nu.2. idem
decidit Guid.Pap.in deciſ.64.ſi altera pars, poſt nu. 1.
verſic.tamen ipſe Io.Andr.quod nec latuit Dec. poſt
Abb.& alios in d.capitul. ex ratione. colum. 11. in 4.

quæſt,

Digitized by Google

quæſt.nu.53.de appellat. quod & probauit Menoch.
in d.caſ.118.nu.3.verſ.tertia opinio, vbi nonnullos
concordes refert.

18 Iſtud ſublimitabis,† vt hæc impedimenti probatio
iudicis arbitrio tunc non relinquatur,cum eſt expreſ-
ſum in iure,quo pacto ſit impedimentum probandũ:
author eſt Alex.in l.2.§.quod diximus.nu.2.ff.ſi quis
cautio.

19 Vndecimò intelliges, † vt cum ex arbitrio iudicis
erit probandum impedimentum per iuramentũ,hoc
ſit ab ipſo iudice deferẽdum, alioquin talis probatio
nihil valitura eſt:ad hoc ita citatur Batt.in cõſ.incip.
ex facto proponitur,per l.videamus.§.deferre. ff. de
in lit.iur. quod eſt notandum. idem voluit Iaſ.referẽ-
do eund.Bar.in l.vlt.col.9.num.48.verſ.circa tertium
qualiter probetur impedimentum.in fi.ff. de feriis. &
& in l.ait prætor.col.2.nu.5.verſ.2.adde.ff.de iureiur.

20 Duodecimò velim limites,& intelligas,†vt hęc p-
batio impedimenti per iuramentum non admittatur
in caſibus, in quibus ex contractu quis obligatus eſt.
Nam tunc per teſtes, non autem aliter probatio fieri
debet;vt voluit Imol.in l.quæſitũ,ſub nu.8.& 9.verſi.
& ſecundum prædicta.ff.de re iudic.idq; per glo.in l.
vlt.in verb.ſacramentum.C. de fid.inſtr.

Nec ſolo iuramento poterit impedimentum pro-
21 bari,verum etiam teſtibus,†& inſtrumẽtis, vt ad hoc
aliquos recenſet Io.And.in d.c.1.de dol. & contum.
lib.6.& Corn.in conſ.56.col.1.lib.1.atq; Pariſ. in cõſ.
67.nu.90.lib.3.ex c.præſentium.7.q.1.& ex c. ex lite-
ris.§.vlt.de reſtit. in integr. quos refert Menoch. in d.
caſ.118. num.1.

22 Hoc poſtremum tibi limitãdum eſt, † vt verum ſit
in ijs tantum caſibus, in quibus hæ probationes præ-
ſtari poſſunt:cum ex loci,temporis, & facti qualitate
adeſſe potuerũt:ſic docuit Iaſ.poſt Bal. Ang.et Rom.
in d.l.2.§.diximus.nu.2.verſ.pro concordia. ff.ſi quis
cautio.ita ſenſit,& Menoch.loco ſupra allato.

23 Impedimentum quoq; proteſtatione†poſſe proba-
ri tradidere Abb.in c.plerunq; nu.6.de reſcrip.cui ac-
cedit Rip.in tract.de peſte.tit.de priuil.iudi.cauſ.peſt.
in 3.par.2.par.prin.nu.24.verſ. & ſubdit Alex.

24 An tñ in impedimenti probatione † proteſtatio ſit
neceſſaria,ſcribẽtes varia ſenſere:quorum opiniones
latè examinat Rip.in d.tract.de peſt.tit.de priui.iud.
cauſ.peſt,nu.21.cum plurib.ſeq. ad quod etiã cõſulas
Alex.in conſ.16.viſo proceſſu.lib.1.& Fely.in d. c.ex
tranſmiſſa,de præſcrip.atq; Bar.in l.de pupillo.§.ſi qs
ipſi,de no.oper.nunc.& in d.l.2.§.quod diximus. ff.ſi
quis cautio.& in l 2.§.dies.ff.quand.appel.ſit. Philip.
Fran.in d.c.ex ratione,& in c.vlt.de appell.vbi Imol.
& Card. Alex.de appel.Iaſ.et in l.properandum.§.ſin
autẽ vtraq; C.de iudic.quibus in locis colligi poſſunt
ampliationes,& limitationes ad hanc quæſtionem.

CONCLVSIO DCCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint probanda ab impetrante benefi-cium.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium ſecundum narrando ſe tenere aliud beneficium a ſe creatum,et dotatum non cogitur probare dotationem, vel fundationem.*

2 *Qualitatem beneficij obtenti non opus eſt probare , ſecus obtinendi.*

3 *Hominis falſitas non vitiat beneficij acceptationem.*

4 *Beneficium ſecundum impetrans de primo quas qualitates habeat, debet facere mentionem.*

5 *Non eſt in conſideratione id, quod opponitur , ſi non erat neceſſe opponi.*

6 *Beneficij valoris expreſſio ,ſi non ſit neceſſaria, ſi tamen ſit facta,& reperiatur maioris valoris,vitiatur gratia.*

7 *Locutio imperfecta plus nocet,quam ſilentium.*

8 *In gratijs apoſtolicis ſemper intelligitur clauſula, ſi ita eſt.*

9 *Cauſa adiecta in vim cõditionis, ſi eſt falſa omnino vitiat.*

10 *Beneficium impetrans, ſi qualitatem deductam non neget non debet probare, ſecus ſi neget.*

11 *Beneficij dotatio iuramento probatur , per vnum teſtem , vel per famam.*

12 *Intellectus deci.Bellamer.683.ſi impetrans.*

13 *Beneficij impetratio valet, ſi impetrans narret plures modos vacationis,& vnum probet.*

14 *Beneficium impetrans,narrãsq; plures modos vacationis , & vltimum probet,non valet impetratio ſecus ſi primũ, Ratio eſt nu. 15.& 16.*

17 *Felinum male intellexiſſe deciſio.Rot.53.alias 14.ſi Impetrans de reſcript. in nou. & eiuſdem deciſionis declaratio.ibidem.*

1 Impetrans beneficium ſecundũ,† narrã-
do,ꝙ tenet aliud beneficiũ à
ſe creatum,& dotatum, nõ eſt aſtrictus probare dota-
tionem,& fundationem,quia ſatis eſt, quod facta ſit
expreſſio de corpore beneficij , & iſtæ qualitates fue-
runt ex ſuper abundanti expreſſæ:ideo , & ſi non pro-
bentur , non debent nocere impetranti ; ita deciſum
reliquere DD.Rot.deciſ.84.aliàs 10. ſi quis narrat.de
reſcrip.in nou.& idem firmauit Bellam.deciſ.416.ſi
obtinens capellam.hoc idem cenſuit Fely.in c.2.col.
10.nu.23.ver.& adde,quod ſi impetrans.ad hoc citat
Butr.in c.literæ.col.1.de dilat. idem Fel.repetijt hoc
in c.ad aures col.2.nu.3.verſ.dixit tamen Rot. co.tit.
de reſcrip. & Mil. obſeruauit in ſuo repert. in verb.
gratiam beneficij impetrans ad quod adducit Rot.
deciſ.112. Dicebant domini,in qua habetur non eſſe
2 opus † in beneficiis iam obtentis exprimere eorum
qualitatem, licet ſecus ſit in obtinendis, vtique enim
eorum qualitates ſunt exprimendæ iuxta diſtinctio-
nem traditam à Io. Andr.in clem.1. in verb. manda-
mus.de præben.ideo ſi ex abundanti eſt facta expreſ-
ſio qualitatis , non habet nocere: ad quod benè facit
Rot.deciſ.219.aliàs 7.licet impetrans.de conceſ præ-
ben.in nou.vbi eſt cautum,quòd ſi quis acceptet cer-
tum beneficium vacans per obitum A. & reperiatur
vacare per mortem N.quod valet acceptatio, ex quo
conſtat de corpore certo ipſius beneficij,non obſtan-
3 te falſitate nominis,† quæ in hoc non vitiat accepta-
tionem,& cum ea conuenit alia deciſ.407.aliàs 22.ſi
expectans de præben. in nou. quibus haud dubiè re-
ſpondit,quod tradit Fel.in c.ad aures.col.2.circ.prin.
poſt nu.2.de reſcrip.quo in loco de tribus qualitatib.
4 obtenti debere fieri mentionem cenſuit,† dignitatis
ſcilicet,cõtinuæ reſidentiæ,& curæ animarum:vt an-
te cum dixerat Mil.in reper.in verb.gratia beneficij,
qui ad hoc citat Butr.in cap.in noſtra de reſcrip.huic
etiã patrocinatur tex.in l.quæ extrinſecus. ff. de verb.
oblig.per quem tex.dicit Spec. in tit. de primo decre.
§.ſequitur in 2.col.in verſ.quid ſi opponatur,quod li-
cet in primo decreto non debet dici cauſa rei ſeruan-
dæ,tamen ſi dicatur ex ſuperabundanti, iſtud non eſt
in conſideratione,& facit context.in l. ampliores. §.
in refutatorijs. C.de appell.ex quo tex.Sal.in l.per di-
5 uerſas.q.15.C.mand.concludit,ꝙ illud,quod non eſt
neceſſe opponi,ſi opponatur, tanquam ſuperfluum ,
non eſt in conſideratione. de veritate tamẽ iſtius po-
ſtremi adeas Fel.in c.cum ordinem.nu.2.cumulantẽ
materiam,& tradẽtẽ,quæ ab vtraq; parte adduci poſ-
ſint,& conſulas eund.in c.qualiter,& qñ,il 1. col.2.&
3.de accuſat.ſic ad rem noſtrã deueniendo,ex quo nõ
erat de iure neceſſaria expreſſio harum qualitatũ do-
tationis,& fundationis,ſi fit ex ſuperabũdãti , iſta ex-
preſſio non debet eſſe in conſideratione,nec quis dẽt
aſtringi ad probandum qualitates prædictas,vt in cõ-
cluſio-

cluſione, etiam d. deciſ. 84. ſi quis narrat. aliàs 10. de reſcript. in nou. & ſenſit Bellam. deciſ. 4. falſis expreſſis, dum ibi tradit, quòd etiam ſi expreſſum eſſet ex ſuperabundanti falſum, non tamen vitiatur gratia, per contex. in l. teſtam. C. de teſta. cum alijs ibi allegatis.

Huic tamen opinioni refragari videtur Rot. deciſ. 292. aliàs 19. licet impetrans. de præbend. in nou. in qua habetur determinatū, quòd licet neceſſaria non
6 ſit expreſſio† valoris beneficij, tamē ſi eſt facta, & reperiatur maioris valoris vitiatur gratia, quaſi videat impetrantem ſe ad hoc aſtrinxiſſe. c. 1. de reſtit. ſpol. idem tradit Fel. in c. ad aures col. 3. poſt num. 4. verſ. tertia concl. ibi, ſimiliter dicit Rot. de reſcrip. & deci. 277. vbi plures aliàs 42. vbi Pap. de reſcript. in antiqu. volens, quòd vbi Papa confert beneficium exprimēdo falſum valorem ſecundum communem æſtimationem, quòd non valeat gratia. & idem tenet Rot. deciſ. 336. aliàs 47. nota ſecundum opinionem antiquorum. de reſcrip. in antiq. & ſequitur Bella. in trac. de ſubſid. charit. q. 84. cuius rei ratio illa videtur: quia
7 plus nocet imperfecta locutio,† quàm ſilentium: vt dicit gl. in clem. conſtitutionem, in verb. de nouo. de elect. & hoc tenet Card. in cōſ. 34. incip. 1382. die 10.
8 menſis Iulij. tit. de præbend. In gratijs † enim apoſtolicis ſemper ſubintelligitur clauſula, ſi ita eſt. c. 2. de
9 reſcript. ideò cauſa adiecta † in vim conditionis, ſi eſt falſa in totum, vitiat. arg. l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de cond. & demonſtr. hoc etiam voluit Io. de Silū. in tract. de benef. in 12. q. 3. par. col. 3. & tenet Aufrer. ad Capel. Tholoſ. q. 435. Et de hac ſententiarū repugnātia facit verbum Mil. in reper. in verb. gratiam beneficij impetrans, licet de omnibus.

Ad concordiam poterunt hac ratione adduci ſcri-
10 bentes, vt hæc poſterior opinio procedat,† quādo valor beneficij negatur: quia tunc eſt probandus, ſi verò non negetur, valet gratia, & ſi non probetur valor: ita ſentire videtur Mil. in reper. d. verb. gratiam beneficij impetrans licet de omnibus: ſentiens cōcluſionē noſtram ferè limitandam, vt procedat vbi qualitas deducta non negatur, aliàs ſecus, vnde ſi aduerſarius negaret, quòd beneficium foret ab impetrante dotatum, tunc impetrans teneretur probare dotationem, quod eſt menti tenendum, vt etiā obſeruauit Philip. Fran. in c. ſi motu proprio. col. fi. de præb. in 6. & ſeq. Barb. in rubr. de reſcript. col. 14. in clem. & not. Abb. in c. fi. nu. 5. & ſeq. per diſcurſum illius tex. de præſcr.
11 Veruntamen credimus † probationem huiuſmodi ſufficere per iuramentum, vel aliud leue indicium, vt per vnum teſtem, ſiue famam, ſecundum quòd deciſum reliquit Bellam. deciſ. 683. ſi impetrans. & idem dixit in d. deciſ. 416. ſi obtinens capellam.

Hic verò te uelim monitum uerā quidem eſſe Bel-
12 lameræ † deciſionem, ſi iuxta terminos eius quod ibi decidit, intelligatur, ut in ea materia, quæ de iure præſumitur, ut in probatio. ualoris expreſſi in gratia, quæ de iure præſumitur, niſi probetur contrarium, aliàs ſecus eſſet ut ſi ageretur de probādo aliquid circa principalia conſtitutoria iuris, & tituli impetrantis, vt intellexerunt recentiores DD. Rotę in una parochiali montis Curatij inter Auguſtinum Ieucinum, & alterū impetrātem die 16. Iunij 1359. corā tunc R. P. Epiſcopo Rauellan. ut in recollectis Mohed. in dec. 148. Auguſt. cir. fi. & ſenſit ipſemet Bellam. in d. deci. 683.

Concluſioni noſtræ illud etiam finitimū eſt, quod
13 ſi impetrans † narret plures modos uacationis, & unū probet, ualet impetratio: ut diremere domini Rot. in deciſ. 68. aliàs 7. licet capitula. de reſcr. in nou. & clarius in deciſ. 83. aliàs 14. ſi impetrans. eo. tit. in nou. & facit Bellam. deciſ. 444. ſi ab admiſſione. quibus etiā fauent, quæ nos latius diximus in conclu. commiſſio, ad quem locum te reijcio.
14 Illud tamen eſt intelligendum, ut uerum ſit, † ubi ſunt expreſſi plures modi uacationis, ueluti per extrauagantem execrabilis. de pręb. & digni. per c. de multa. de præb. & quod non fuerat promotus intra annū: iuxta c. licet canon. de elect. in 6. & probetur primus modus uacationis, ut per d. cōſtitutionem execrabilis, eo quippè caſu ualet impetratio: Secùs uerò eſt, ubi impetrans probabit ultimum modum, ſcilicet, ut non fuerit promotus intra annum: nam tunc impe-
15 tratio non tenet: quia ex quo † unum modum diſpoſitiuè expreſſit, ſcilicet per conſtitutionem execrabilis, alium modum excluſit, ſcilicet per c. licet canon. de elect. vt eſt text. in c. 2. de præſumpt. nam vno ex duobus modis repugnantibus, purè, & diſpoſitiuè, & legitimè aſſerto, aliud repugnans eo ipſo tacitè videtur eſſe negatum, ideò qui dicit rem eſſe meam, dicit ad alium non pertinere: vt l. Pomponius, §. ſed & ſi. ff. de prouocator. modo concurſus plurium modorum ſuperponitur impoſſibilis, & repugnans, quia qui ſemel vno modo vacuit, huiuſmodi vacatio per nouā prouiſionem non ſublata, amplius alio modo vacare non poteſt, quia actus vacādi eſt actus priuatiuus, qui non priuat, niſi reperiat habitum, quem priuat. l. Titius vſusfructus. ff. de condit. & demonſt. Ergò non poſſunt ſimul copulatiuè ſtare. l. vbi repugnantia. l. ius noſtrum non petitur. ff. de reg. iur. ergò vno modo purè, & diſpoſitiuè aſſerto, omnes alij modi cenſentur eſſe negati: modo impetrās hic purè, & diſpoſitiuè aſſeruit modum vacandi per decretalem execrabilis, ergo negauit modum vacandi per decret. licet canon.
16 Præterea non ſequitur, † iſte tenuit beneficiū per annum non promotus, ergò vacauit per decretalem licet canon. quia potuit contingere, quòd tenuerit non canonicè, quo caſu non vacat, cum decretalis licet canon procedit, & intelligitur videlicet, quando canonicè poſſedit beneficium vltra annum, & non ſe promouerit in futurum, alias ſecus. Et ſi obijciatur ad quem effectum fit de non promotione expreſſio, cum modum vacandi non notet, reſpondetur, quod fit ad aggrauandum perſonam poſſeſſoris, & ex conſequenti ad inducendum Papam ad facilius contra eum procedēdum, & gratiam concedendum: ita deciſum reliquit Bellam. deciſ. 735. ſi impetrans certum beneficium, vbi hęc omnia obſeruata ſunt, cuius ſententiam ſequutus eſt Fel. in c. ex parte, il 1. col. 10. poſt nu. 23. ſubdit tamen ſubtiliter Rot. de reſcript. in quo loco impugnat Ant. de Butr. in c. exhibita, prope fi. de iudi. qui ſenſit, quod poſſit impetrans, etiam omiſſo primo modo vacationis aſſerto, incipere ab alia vacatione deducta: hoc idem Felyn. tradit in cap. in noſtra, colum. 26. num. 38. verſ. ſcies etiam, eod. tit. de reſcript.
17 Veruntamen eſt hic accuratè † cauendum, quòd Rot. d. deciſ. 83. aliàs 14. ſi impetrans. de reſcript. in nou. aliter loquuta fuit, & à Fel. tota eſt diuerſa, decidit ibi enim maiorem partem dominorum fuiſſe cōtra Egidium, quòd ſcilicet, etiam ſi probetur vltimus modus, quod debet impetrans obtinere: ideò ſalua pace Fely. malè intelligit. d. deciſ. 83. in d. c. ex parte, num. 23. de reſcript. dum aſſerit deciſio. prædictam approbare opinionem Bellam. Nam hoc eſt falſum: quia quinimò ibi habetur, quòd maior pars fuit contra Egidium, hinc eſt, quòd ipſemet Egid. d. deci. 735. in fin. fatetur, quod aliqui ex dominis dubitarunt, licet ipſe non dubitauit, per c. ſuſceptum, de reſcrip. in 6. qui text. (vt verum fatear) parum, aut nihil fauet eius opinioni. Nam ibi loquitur tantū, quando vnus modus vacationis eſſet expreſſus ſed vbi plures eſſēt expreſſi, tūc ſecus eſt: quia ſufficit vnum ex modis expreſſis probare: ideò tenere opinionem Rot. eſt maioris partis contra Egidium, quam etiam tenet Butr. in d. c. exhibita, in fin. de iud.

CON-

CONCLVSIO DCCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Quouſque verum ſit impetrantem beneficium debere probare illud non valere plus quam expreſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium, illudq́; non valere, plus, quàm expreſſerit, id probare debet. Contr. nu. 6.*
2 *Summa in gratia expreſſa pars eſt gratiæ.*
3 *Redditus eſſe diminutos in reſcripto narrans id probare debet.*
4 *Impetrans beneficium debet probare illud eſſe intra taxam in literis comprehenſam.*
5 *Beneficium ſibi adiudicari petens ex mala valoris ab alio facta expreſſione, tenetur hoc probare.*
7 *Intellectus l. cum de lege falcidia ff. de probatio.*
8 *In beneficijs præſumitur redditus pro vita duorum.*
9 *Quiſque debet probare quod aſſeruit.*
10 *Valoris beneficij nulla requiritur probatio, cum nullus de falſitate valoris opponit.*
11 *Valor beneficij verus non eſt probandus in gratijs conceſſis in forma pauperum, ſecus in gratia conceſſa in forma ſpeciali. & cur.*
12 *Bellameræ ratio reprehenſa in deciſ. 132.*
13 *Fama ſola contra impetrantem præſumptionem inducit, vt debeat probare beneficium eſſe intra taxam, etiam ſi alias non teneretur id probare.*

1 Impetrans beneficium, †illudq́; non valere plus, quàm expreſſerit, id
probare debet: vt author eſt Card. in c. vlt. de præſūp.
dicens ſe ita conſuluiſſe pp doctrinam Io. And. in c.
1. de lit. cōteſt. lib 6. & in reg. inſanib. de reg. iur. in 6.
idem voluit Abb. in c. ad aures. col. 2. poſt nu. 4. verſi.
de quantitate valoris. & ibi Fel. col. 3. poſt nu. 4. verſi.
tertia concluſio, de reſcrip. idem tradit Abb. in c. vlt.
col. 3. nu. 9. verſ. ſed quid autem, de præſump. ad idem
extat DD. Rot. deciſ. 20. aliàs 292. licet impetrans de
preb. in nou. ſic etiam rñdit Rom. in conſ. 362. quoad
primum articulū. col. 2. nu. 3. verſ. quoad tertium, quē
referēdo ſequitur Mil. in reper. in verb. gratiam beneficij
impetrans. ita placuit, & Fel. in c. in noſtra. col. 9.
nu. 14. in 4. Corol. de reſcript. idem etiā plura ad hoc
allegat in c. conſtitutus, in prin. eo. tit. quo in loco tenet,
regulariter impetrantem teneri probare id, quod
aſſeruit, & cauſam ſuæ intentionis. Nam cū illa ſum-
2 ma †in gratia expreſſa ſit pars gratiæ, ideò impetrans
eā dēt ꝓbare: vt ait Mil. in eod. nuper allato loco. Ad
concluſionis ēt noſtræ confirmationē pertinet id, ꝙ
voluit Ang. dum de iure reſpondit in conſ. 270. Boni-
3 facius Eps. col. vlt. vbi ait narranti in reſcripto †redditus
eſſe diminutos onus probandi incumbere, per cō-
tex. in §. qa verò, de æqual. dot. vt & ſenſit Cal. in cōſ.
10. de prob. hinc dicebant DD. Rot. in deciſ. 10. aliàs
348. voluerunt, & ordinauerūt. de prob. in nou. ꝙ im-
4 petrans † à collatore, vel nuntio habente poteſtatem
conferendi beneficia certi valoris, teneatur probare,
ꝙ illud ſit intra taxā in literis collatoris comprehen-
ſam. vnde ēt Bellam. decidebat in deciſ. 471. teſtis cū
5 fama, quod perēs adiudicari† ſibi beneficium ex ma-
la expreſſione valoris ab alio facta, debeat hoc pro-
bare ſecùs ſi petat ſe abſolui tātum, vt quia poſſideat.
nam tunc actor debet plenè probare.
6 Huic concluſioni obſtare † videtur l. cum de lege
Falcidia. ff. de prob. vbi cautum eſt, quod ſi dicam pa-
trimonium, non valere, niſi tātum eo, ipſo dicor pro-
baſſe, poſtquam contrarium non probatur.
7 Ad hoc tamen reſpondet† Fel. in d. c. ad aures, col.
3. poſt nu. 4. in 3. cōcluſ. illud propterea. in d. l. cum de
lege Falcidia. procedere propter præſumptionem iu-
ris. qua nihil ſoluendo præſumitur, vt reſponſum eſt
in l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. quæ præſū-
8 ptio ceſſat in beneficijs, †in quibus præſumitur reddi-
tus pro vita duorum. vt colligitur ex c. vt quiſq; de vi-
ta, & honeſt. cler. ergo ſublata illa præſumptione, quæ
dicitur præſumi non ſoluendo, remanet regula, quod
9 quis probet, †quod aſſeruit, iuxta ſententiam Card. in
d. c. vlt. vbi Abb. de præſump. & eiuſdem Card. in cōſ.
71. vacante. ad finem, hoc idem ſequitur Io. de Silu.
in tract. de beneſ. q. 12. par. 3. nu. 8.
Concluſionē primo loco limitabis, vt non habeat
10 locum, †cum nullus opponit de falſitate ualoris: nā
tūc nulla eius probatio requiritur, nec eius proceſſus
ex hoc eſſet iniuſtus, dummodo de alijs plenè cōſtet:
ſic deciderūt DD. Rot. in d. deciſ. 20. aliàs 292. licet im-
petrans, de præbend. in nou. & in deciſ. 64. aliàs 800.
ſciendum, quod ſi aliquis, de conceſſ. preben. in antiq.
idem voluit Mil. in repert. in verb. gratiam beneficij
impetrans, il 5. vt tradit Felyn. in d. cap. ad aures, loco
ſuperius allato.
11 Secundò limitanda eſt concluſio †in gratijs cōceſ-
ſis in forma pauperum; quia ibi datur gratia genera-
lis de omni beneficio competenti, poſteà dicitur, no-
ſtræ intentionis exiſtit, vt prouideatur de beneficio,
cuius redditus talem ſummam non excedant, ideò
cum omne beneficium contineatur ſub regula, qua-
lecunq́ beneficium acceptatum putant competens,
& debet præſumi competens, niſi aduerſarius, qui
ſe prouiſioni pauperis opponit, probet illud cadere
ſub expectatiua, & ſic excedere ſummam, & taxam,
cum pauper habeat regulam pro ſe, & aduerſario in-
cumbit probatio, l. ab ea parte. ff. de probatio, & ſic
intelligitur id, quod fuit deciſum à DD. Rot. in de-
ciſ. 12. aliàs deciſio. 298. nota, quòd ubi impetran-
ti. de prob. in antiq. hoc idem ſenſit Bellam. in deciſ.
601. in cauſa mea Rotomagenſi. ſecus eſſet in gratia
in forma ſpeciali, quia tunc, cum ſumma expreſſa ſit
pars gratiæ, debet illa sūma probari, ut decidunt DD.
Rot. in d. deciſ. 10. aliàs 348. de prob. in nou. ibi enim
illa ſumma eſt pars ſuæ gratiæ, ſic egregiè decidendo
diſtinxit Biſigner. in deciſ. 6. Papa confert Titio. nu. 4.
cum ſeq. de præb. eādem diſtinctionem ſequitur Bel-
lam. in deciſ. 132. præſumitur beneficium, dicens, præ-
ſumi beneficium eſſe intra taxam, quando aliquis
expectat in genere beneficium ſub certa taxa: ſecus ſi
impetraret beneficium certum cum expreſſione cer-
tæ taxæ: & hoc idem diſtinguendo tradidit Bellam.
in deciſ. 302. ubi impetratur certum aſſerēs, quod ubi
impetratur certum beneficium cum expreſſione ta-
xæ, taxa ſit probanda, ſi negetur; ſecus ubi habet ge-
neralem gratiam ad beneficia: quia illa taxa ſibi ne-
12 gāta præſumitur. Et licet Bellam. † in d. deciſ. 132. ra-
tionem huius diſcriminis conetur afferre, quia ſcili-
cet plus obſunt expreſſa quàm tacita, per l. non nun-
quam. ff. de condit. & demonſtr. tamen illa ratio, ni
fallor, nihil cōcludit. melior ergo ratio eſt quam ad-
ducit Biſigner. in d. deciſ. 6. de præben. & ita Fel. in d.
c. ad aures. col. 3. in 3. concluſ. de reſcrip. ſequendo Bi-
ſignet. declarat. licet Bellameram idem tenentem in
duabus relatis deciſionibus non alleget.
Illud uerò quod diximus, impetrantem nō debere
13 probare beneficium, †de quo agitur, cadere ſub gra-
tia, & taxa, ubi impetranti eſt facta gratia genera-
lis, cum certa taxa. ſed opponenti onus probandi in-
cumbere, ſublimitabis, ut non procedat, ubi contra
impetrantem eſſet fama. Nam ſola fama contra im-
petrantem præſumptionem inducit, quod etiam ca-
ſu, quo aliàs non haberet probare, quod intra taxam
eſſet beneficium acceptatum, tamen hoc caſu debet
probare: ita deciſum fuit à Bellam. in d. deciſ. 471. te-
ſtis cum fama. nu. 1.

Digitized by Google

CONCLVSIO DCCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An propter non expreſſionem veri valoris gratia ſurreptitia probetur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium debet in gratia verum valorem exprimere alioqui gratia probatur ſurreptitia.*
Ratio eſt nu.2. Contrarium num.3.
Ratio contrariæ ſententiæ eſt.nu.4.
5 *Decij confutatio in c.ad aures de reſcript.*
6 *Gratia non vitiatur, vbi non eſt neceſſaria aliqua expreſſio, ſi exprimatur ineptè, & ſuperabundanter.*
7 *Valor non eſt exprimendus in gratia de iure communi, ſecus de ſtylo curiæ. Contrar.nu.9.& cur.*
8 *Valoris expreſſione gratia non vitiatur, ſi valor expreſſus ab aduerſario non negetur, ſecus ſi negatur.*
10 *Baſilienſis concilij probibitio de annatis non ſoluendis nõ valuit.*
Et quæ huius rei ſit ratio. ibid.
11 *Papa licitè exigit annatas, & cur.*
12 *Valoris veri mentio in confirmationibus eſt facienda.*
13 *Ius nouum vbi acquiritur, vel confirmatur, qualitatum debet fieri mentio.*
14 *Valoris beneficiorum ſicut eſt facienda mentio in vnionibus, ita & in confirmationibus vnionum.*
15 *In confirmatione non eſt facienda mentio eorum, quæ in prima gratia ſemel Papa concedit.*
16 *Valoris veri mentio facienda eſt in penſionibus.*
17 *Penſio, & præſtimonium veniunt appellatione beneficij.*
18 *Valor verus in regreſſu exprimendus eſt.*
Quod fallit. vt ibid.
19 *Valoris veri mentio facienda eſt in gratijs expectatiuis.*
20 *Valor verus eſt exprimendus in impetratione vnionis beneficij vniendi, & eius, cui petitur fieri vnio.*
21 *Beneficij valor, ſi non exprimatur in gratia motu proprio facta gratia non vitiatur. Contr.nu.22.*
23 *Motus proprius nõ firmat gratiã contra mentẽ cõcedẽtis.*
24 *Valor verus hodie in impetratione ẽt in motu proprio exprimendus eſt, ex reg.cãcel.apoſt. Gregorij Papę XIII.*
25 *Gratia non probatur ſurreptitia, ſi quis non expreſſerit verum ualorẽ beneficij obtenti, quod ſe dimiſſurũ offert. Contrar.nu.27.& ibid. ratio contrarij.*
26 *Beneficium curatum impetrans, ualet impetratio, licet nõ exprimat beneficium curatum, quod obtinebat, & cur.*
28 *Quiſq; debet manere in ea vocatione, qua uocatus eſt.*
29 *Gratia non probatur ſubreptitia, quando impetrans habebat beneficium, quod offerebat ſe per aſſecutionem ſecundi dimiſſurum tempore datæ, & tempore aſſecutionis ſecundi, ſecus ſi poſtea uellet dimittere illa, quæ impetrauit, vel alia, quæ obtinebit.*
30 *Valoris mẽtio nõ eſt neceſſaria in impetratione hoſpitalis.*
31 *Gratia non uitiatur ob non expreſſionem ueri ualoris, quando ex narratis conſtaret, quod etiam ſi beneficium eſſet maioris ualoris Papa conceſſiſſet. ex Aneh. conſil. 296. Contra num. 32.*
Prior tamen ſententia uerior eſt, ut nu.33.
34 *Cardinales non tenentur beneficij ualorem exprimere. Contrar. num. 38.*
35 *Extrauagans execrabilis.§.quia uero, de præb.& dignit. non ligat Cardinales.*
36 *Extrauagans Bonifacij VIII. quæ incipit, iniunctæ, non ligat Cardinales.*
37 *Cardinales non comprehenduntur in odioſis.*
39 *Regulæ cancellariæ non ligant Cardinales.*
40 *Gratia non uitiatur ob non expreſſionem ueri ualoris, quando eſſent poſita in ſupplicatione uerba exprimentia ualorem per tertiam perſonam, dicendo, ut aſſeritur, ſecus ſi diceretur, ut aſſeris.*
De qua re plura ibid. habentur, ut num. 41. 42. & 43.

Quamplurimi reperiuntur modi, ex quibus impetrãtium beneficia à ſummis Pontificibus gratiæ nullius eſſe ponderis, & momenti probari, & facilè ſubuerti poſſunt. Inter cętera probationum genera, quæ plurima nunc recenſere poſſem, more doctiſſimi Iacobi Menochij de arbit.iud.cauſ.caſ.201.per tot.lib.2.cen
tur.3. quibus gratia vitiata probatur, illud potiſſimũ
1 eſt, cum probatur beneficij valorem † in impetratio-
ne non fuiſſe expreſſum: ſic vnanimes deciſum reliquere DD. Rot. in deci.292.aliàs 19. licet impetrans, tit. de preb. in nou. qui valorem probandum eſſe cenſuerunt: vt ijdem decreuere in dec.336.aliàs 48.nota ſecũdum opinionem aliquorum, de reſcrip. in antiq. vbi ad id allegant Innoc. in c. dudũ. il 2. de elect. hoc idem ab alijs dominis fuit ſtatutum in Capel. Thol. deci.435. item fuit quæſitum, ſi quis in impetratione, ad quod pertinet gl. in clem. conſtitut. in verb. de nouo. de elect. vt uoluit Abb. in c. ad aures col.3.nu.4.in fi. de reſcrip. idem ſenſit Rom. in conſ.362. quoad primum col.2.num.3.in 3. dub. quod & placuit Card. in conſ.31.incip.1382.die 10. menſis Iulij. col.3. verſ. & cum hoc coniungo. eiuſdem fuit ſententiæ Barbat. in rubr. de reſcript. in clem. col.14. ad idem quoq; extat reg. cancel. apoſt. 61. item voluit, quod in gratijs, prout dicit Philip. in d.c. ad aures. col.4. in 4. concl. & ibi Dec. col.4. in 2. concl. nu.28. de reſcri. huc itidem ſpectat reg. cancel. apoſt. 31. item voluit, quòd petens: quæ vult, quòd in vnione beneficij ſit facienda mẽtio valoris de beneficio, quod vnitur, & cui fit vnio.
2 Concluſionis noſtræ ratio eſt: † quia per valorem
poteſt ſumm. Põtif. ægrè vni beneficium concedere, quod alteri concederet: idcirco ſi nõ ſit facta expreſſio veri valoris gratia probatur ſurreptitia: iuxta c. poſtulaſti. de reſcri. ita tradidit Abb. in d.c. ad aures. col. 3. nu.4. in fi. vbi etiam Dec. col.4. in 2. concl. nu.28. de reſcrip. de qua ratione meminit etiam Card. in d. cõſ. 31. col. 3. & Capell. Tholoſ. in d. deciſ.435. eandem probat rationem Menoch. in d. caſ.201. nũ. 77. verſi. quinto in impetratione. ibi, eſt ratio.
3 Contrariam ſententiam, † quod imo propter non
expreſſionem valoris gratia nõ probetur ſurreptitia, multi ſenſere, ex his eſt gl. in clem. 1. in verb. vel alteri, de præb. quam ibi ſequuntur Franc. Imol. Cal. Ant. Imol. & Do. idem voluit Philip. Fran. in c. non poteſt in fi. prin. de præb. in 6. & Fely. in c. dudum, poſt Abb. ibi. col.2. num.4. de præſumpt. & in d.c. ad aures. col. 3. in 1. concluſio. de reſcrip. allegat Card. & Imol. in d. clem. 1. & Calder. Butr. Imol. & Dom. in cap. in noſtra: de præſcript. in eandem deſcendit ſententiam Abb. in d.c. ad aures. col. 3. poſt num. 4. & vt ita ſen-
4 tiat ea perſuadetur ratione: † nam beneficium debet
principaliter conferri propter ſpiritualia, iſtud autem de valore eſt, quid temporale, & acceſſorium, quod non debet eſſe in cõſideratione; iuxta notata per Fel. in c. in noſtra. in 33. Coroll. de reſcript. & licet Dec.
5 † in d.c. ad aures. col.4. in 1. concluſ. poſt num. 27. re-
prehendat iſtam rationem, dicẽs, quod de acceſſorijs non ſit facienda mentio: ſecus de acceſſorijs neceſſarijs, hoc verum non eſt: quia acceſſoria etiam neceſſaria veniunt in conſequentiam, & de illis non eſt habenda conſideratio, cum acceſſorium ſequitur naturam principalis, l. ſi quis nec cãm, cum ſua materia. ff. ſi cer. pet. & ibi ſequitur iſtam concluſ. eandẽ opinionem ſunt ſequuti Commẽ. ad d. reg. cancel. 61. Io. de Sel. in tract. de benef. q. 12. nu. 3. cum ſeq. & Caſſad. ſuper reg. cancel. in dec. 18. quæſitum eſt, cũ igitur hæc valoris expreſſio non ſit neceſſaria, ſequitur quod ẽt ſi exprimatur, & falſo gratia non vitietur, vt deciſum fuit à DD. Rot. in dec. 84. alias 10. ſi quis narrat. de re-
6 ſcrip. in nou. quo in loco voluere, † ꝙ vbi non eſt ne-
ceſſaria aliqua expreſſio, ſi exprimatẽ ineptè, & ſuperabũdãter, gratia nõ vitiatẽ: vt habemus etiam ex glo. in l.

in l.minũ.ff.ſi cer.pet.latè pſequitur Fely.in c.exami-
nata.col.7.& 8.nu.12.cũ ſeq.poſt Inn.de iudic.

Verùm ad tollendã hanc ſententiarũ repugnan-
tiam rñdere poſſumus, priorem ſententiam intelligẽ-
7 dam eſſe, vt procedat† de iure cõi, iuxtà cuius diſpoſi-
tionem non eſt facienda mẽtio de valore: vt ſenſere
gl.in d.clem.1.in verb.vel alteri.de præb.& cæteri ſu-
perius in cõcluſione relati. Poſterior verò opinio lo-
cum hẽt de ſtylo curiæ, ſecundum quem valor eſt ex-
primẽdus: atq; ita ſua regula cancel. ſtatuiſſe Vrbanũ
V. tradit Rot.in deciſ.20.aliàs 292.licet imperrãs, de
præben.in nou. de qua meminit cũ nonnullis Dec.in
d.c.ad aures.col.4.in 2.concl.num.28.& alios plures
Põtifices obſeruaſſe ſcriptũ reliquit Gomeſ.in præfat.
ad reg.cancel.61.item voluit, quod in gratijs, de ex-
prim.valor.& in reg.21.incip.itẽ voluit, ꝙ petens, vbi
& ſic declarat.hoc idẽ ſenſit Rom.in d.cõſ.362.nu.3.
dicens, gratiam vitiari pp non expreſſionẽ veri valo-
ris, vel aliarum qualitatũ de ſtylo exprimendarum, ꝙ
& placuit Mil.in verb.gratiam beneficij impetrãs, at-
que Philip.Fran.in c.non poteſt.in fi. de præben. in 6.

Ad id autem, quod in poſteriori opinione diceba-
8 mus in fine, reſpondemus, †quòd ſi ab aduerſario va-
lor expreſſus non negetur, nõ vitietur gratia: nec im-
petrãs tenetur probare: ſecus autem ſi negetur, vt de-
ciſum eſt in d.deciſ.20.aliàs 292.de præben.in nou.vt
in ſuperiori concluſione dicebamus in prima limita-
* tione. Et cum iſtis* omnes tranſeunt.

9 Solus tamen† Io.Selu.in d.tract.de benef.q.12.col.
2.nu.6.Cornicum, vt aiunt, oculos voluit configere,
& veterũ traditionem nouo mucro obſcurare cona-
tus eſt. In ea enim eſt ſententia, ꝙ licet non exprima-
tur uerus ualor beneficij, tñ non obſtante ſtylo curiæ
debet ualere impetratio in partibus, ubi cõſtitutiones
cõcilij Baſilienſis ſeruantur. Inquit enim iſte primus
ſtylus de expreſſione ueri ualoris fuit factus propter
annatam, quæ ſoluitur de beneficijs cameræ apoſto-
licę, vt inquit Fel.in d.c.ad aures, in fi.de reſcrip.(licet
ipſe Io.Selu.de ipſo nõ meminerit) ſed ex cõſtitutio-
ne concilij Baſilienſis fuit prohibitum, quòd pro ex-
peditione bullarũ aliquid non exigatur, nec ſoluatur
annata, vt eſt text.in c.1.de annat.in pragm. cum igi-
tur ſit de iure prohibitum permittitur impetrantibus
fraudare, & decipere camerã apoſtolicam. Poſtquã
ergo camera non vult expedire, niſi ſoluta annata, &
expeditione bullarum, permittitur impetrantibus ſe-
dem apoſtolicam, & cameram decipere, arg. not.per
Abb.in c.innouamus.col.2.nu.5.de cenſib. vbi vult,
quòd ſi gabella iniuſtè imponatur à Principe, per-
mittitur ſubditis fraudare illam gabellã, vt idem di-
cit Fel.in c.1.col.10.nu.41. de conſtit.

Ab his tñ Seluę oppugnationib. cõem opinionem
tuendo, reſpondeo ad id, quod ipſe dicebat, quod ẽt ſi
10 in concilio† Baſilieñ fuerit facta prohibitio de anna-
tis non ſoluendis, tamen illa prohibitio non valuit.
Concilium namq; ſuper ſum. Pont. non hẽt authori-
tatem, niſi in his, quæ ad fidem attinent. Et poſito, ꝙ
Pontifex dediſſet authoritatem concilio Baſilienſi,
non tamen intelligitur cõceſſiſſe, vt legẽ poſſit reuo-
care. vt tradit gl.magna, in §.leges 4.diſt.dum allegat
l.nõ ambigit, vbi eſt caſus.ff.de legib. ad idẽ eſt l. for-
mã.C.de offi. præfect. prætor.& quia conſtitutio illa
non valuit ſine authoritate Põt.Max.licet fuerit edi-
ta in concilio Baſilienſi per c.bene quidem.96.diſtin.

11 Licitè ergo annata† p ſummum Pont.exigit, quia
eſt dñs oĩum beneficiorũ.clc.1.in fi.vt lit.pẽden.ideò
põt exigere, qñ ſibi videtur, cum ſit dominus omniũ.
c.2.de præben.in 6.& tradit Hoſt.in ſum.de cenſib.§.
ex quib.cauſis, p c.nunc verò, & c.cuncta per mundũ.
11.q.3.vt refert Bellenci.in tract.de charit.ſubſid.q.1.
nu.2. Ex his itaq; dicendum eſt, quòd non liceat frau-
dare camerã apoſtolicã ſolutione annatarũ: ppterea
* vera, & ſtabilis permanet* cõis opinio, vt de ſtylo cõ-
tra iuris diſpoſitionem mentio fiat valoris beneficij.

Quibus ita ſummatim declaratis concluſionẽ am-
plio primo loco, vt ẽt locum habeat in confirmatio-
12 nibus, †in quib.ſi verus valor expreſſus non probatur,
ſurreptitiæ cẽſentur, vt decidunt DD.Rot.in d.deciſ.
292.aliàs 20.in fi.de præben. in nou. quos ſequit Cõ-
ment.ad reg.cãcel.61.item voluit, quòd in gratijs, vbi
pro hoc ipſe allegat gl.in c.ſi apoſtolicæ, in verb.præ-
ferri. de præben.in 6. quã putat ibid. ſingularẽ Dom.
13 quo in loco dicit gl.quod vbi nouum ius† acquiritur,
vel confirmatur, debeat fieri mentio qualitatum, cũ
ſit noua gratia, de qua gl. meminit etiã Rot. in deciſ.
274.aliàs 17.licet in ſurrogatione, in fi.de præbend.in
nou.huc itidem pertinet deciſ.238.aliàs 24.impetrãs
gratiam, de reſcrip.in nou.hæc quadam ampliatio cõ-
firmatur ex reg.cancel.apoſt.27.item voluit, quòd per
14 tentes, quo in loco ſancitum eſt, †quòd ſicut in vnio-
ne facienda eſt mentio valoris beneficiorum, ita &
hoc idem eſt faciendum in cõfirmationibus vnionũ
factarum, & ibi ſequitur comment.allegando glo.in
d.c.ſi apoſtolicę, & deciſ.Rot.230.Papa confirmãdo,
quæ tamen deciſio loquitur de confirmationibus, per
quas validatur gratia, quoad defectus ſolemnitatis;
non autem quoad ſubſtantialitatem actus. hoc idem
tenuit Fel.in d.cap.ad aures.col.4.in 4.concluſ.de re-
ſcript.atque Io.de Selu.in d.tract.de benef.quæſt.12.
in 3.par.col.3. quanquam huic rei contrarium videa-
tur, quod deciſum fuit à Bellam.in deciſ.635.ſuppoſi-
15 ta ordinatione, vbi aſſeritur† quod in confirmatione
non ſit facienda mentio eorum, quæ in prima gratia
ſemel Papa concedit.

16 Secundò amplianda eſt, vt procedat† in penſionib.
nam cum hodie perpetuò donec impetrans ſuperui-
xerit concedi conſueuerint, ſuccedunt loco beneficij,
ideò impetrans ſicut tenetur mentionẽ facere, de va-
lore beneficij impetrati, ita cenſendum eſt faciẽdam
eſſe mentionem de valore ipſius penſionis. ita cõclu-
dit Comment.reg.cãcel.d.reg.61. in fi. & iſtud quoq;
licet ambiguè, aſſeuerat Felyn.in c.poſtulaſti.col.10.
verſ.6. & vltima declaratio. de reſcript. quod apertè,
declarauit Io.Bapt.Caccialup.in ſuo tract. de penſio.
q.26.ponderando verba d.reg.cancel.61.ibi, illorum,
& aliorum quorumcunq; beneficiorum, per quæ ver-
17 ba generatim concepta appellatione† beneficij venit
penſio, atq; etiam præſtimonium, licet non habeãtur
in titulum, ex glo.in clem.2.in verb.quicunq; de vit.
& honeſt.cler.quam gl.ſequitur Fel.in d.c.poſtulaſti.
col.10.verſ.quarta declaratio, de reſcrip.

Tertiò velim cõcluſionem amplies, vt locum ſibi
18 vendicet etiam in regreſſu: †quia & in eo valor eſt
exprimendus, & probandus, alioqui nullius eſt mo-
menti, quod tamen fallit, quando in prima gratia ve-
rus valor fuit expreſſus; quia tunc ad illam priorem
gratiam habetur recurſus, teſte Caſſad.ſuper reg.can-
cellã.deciſ.18.quæſitum eſt, vbi ait ita ſemper fuiſſe
iudicatum.

Quartò ampliabis, vt vera ſit in gratijs expectati-
19 uis, †in quibus, vel ad quę beneficia ius competit im-
petranti: nam & in his mentio ueri ualoris eſt facien-
da: ut cautum eſt in d.reg. cancell. 61. cuius meminit
Fel.& ſequitur in d.c.ad aures.col.4.nu.5.uerſ.quarta
concluſio. quibus accedit Io.Selu.in d.q.12.col.3.

20 Quintò amplia, †ut etiam facienda ſit mentio, de
uero ualore in impetratione unionis beneficij uniẽn-
di, & eius, cui petitur fieri unio, alioqui non ualebit
unio, per d.reg.cancel.61.quam probat Fel.in d.c.ad
aures.col.ult.nu.16.uerſ. quintadecima concluſio. &
ad id citat Card.in conſ.98. Papa uniuit.

Eandẽ concl.ita ampliatã, uelim limites primũ, ut
21 locum non hẽat, † ſi gratia eſſet facta motu proprio:
tunc enim nõ uitiatur gratia, licet ualor beneficij im-
petrati, & obtentorũ non exprimat, nec ex eo ſurre-
ptitia probabitur: ut uoluere domini in d.deciſ.292.

aliàs 20.in fi.de præb. in nou. allegantes conſtitutio-
nem Vrbani VI.quod idem ſancitum eſt in d.reg.cã-
cel.apoſt.61.item voluit,quod in gratijs, eiuſdẽ fuit
ſnĩæ comment.reg.cancel.apoſt.21.itẽ voluit, quòd
petentes beneficia,in fin.vbi limitat illã regulã volẽ-
tem in vnionibus faciendã eſſe mentionẽ valoris be-
neficiorum vnitorũ,vt non procedat, quando gratia
fuiſſet facta motu proprio: per illam reg. dum dicit,
itẽ voluit,quòd petentes:quaſi ſecus eſſe innuat,quã-
do fieret gratia motu proprio ſine petitione, ibiq; ꝓ-
bat per l.C.de petit.bon ſubl.lib. 10.ad idẽ extat dec.
DD.Rot.202.aliàs 37.nota,ꝙ quia nõ tenetur . de re-
ſcript. in antiq. quo in loco in eã deſcendere ſnĩam ,
non eſſe mentionẽ habẽdam de beneficij qualitatib.
vbi gratia fit motu proprio:id præterea placuit Phil.
Fran.in c.ſi motu proprio.in fi.de præb.in 6. vt etiam
ſenſit Fel.in d.c.ad aures.col.4.in 5.concl. teſtem ad
id laudat Pet.Anch.in cõſ.296.pro clariori. & in cõſ.
137.de natura,vbi refert reg.Io. 22. concordẽ regulæ
hodiernæ:nã cum hoc nõ reſpiciat tertij præiudiciũ,
valet gratia,clem.ſi Rom.de præb.in ver.qualiacũq;
idem tradit Fel.in c.cauſam,il 2.col.vlt.verſ.4.gene-
raliter aduerte,de teſtib.& in c.vlt.col.2.de præſ. hoc
idem probat Dec.in d.c.ad aures. col.4.in 3.concluſ.
22 Contrariam ſnĩam † ſequutus eſt Abb.in d.c.ad au-
res.col.3.poſt nu.5.verſ.ſi verò motu ꝓprio. de reſcri.
23 ea ratione permotus, quia motus proprius † non fir-
mat gratiam cõtra mentẽ concedẽtis,ex Rot.in dec.
6.aliàs 111.cum deci.ſeq.de præb.in nou.quo in loco
refert ita ſentientem Io. Andr.in d.c.ſi motu proprio.
de præb.in 6.& pro Abb.opinione eſt etiam alia Bel-
lam.dec.475.præmiſſæ tres concl.quod etiam cõfir-
mat Fel.in c.in noſtra.in 10.corol.de reſcrip.& tenet
Dom.poſt alios in c.cũ in illis.§.vlt. in fi. de ꝑb.in 6.
Verior tamen eſt prior ſnĩa,quæ pro ſe habet con-
tex.dilucidum,in d.clem.ſi Roma.de præb. vbi vitiũ
taciturnitatis alterius beneficij per clauſulã motu ꝓ-
prio,& non eſt contra intentionem concedẽtis, quia
non pręſumitur,ꝙ Pontifex voluerit prouidere aliàs
beneficiato,c. cum adeò. de reſcrip. quam ſnĩam cõ-
probauit Aufrer.in addit.ad Capel.Tholo.435.verſ.
& præmiſſa intellige,atq; Sel.in d.q.12.par.3. col. 4.
Quæ opinio quanquam propius ad veritatem ac-
24 cedat, tamen hodierna † die aliter a Sanctiſs. D. N.
Greg.Pont.Max.XIII.conſultum eſt in ſua reg. can-
cell.apoſt.53.incip.item voluit,quod in gratijs,quod
etiam in motu proprio verus valor in impetratione
exprimatur , vt etiam aliàs huius tenoris extabat alia
reg.cancel.de qua mentionem facit Fel. in c. vlt. nu.
5.verſ.ſed vltra omnes,de pręſumpt.eamq; latè com-
mentatur Petr.Anch.in d.conſ.296.pro clariori.
Secundo limitare poteris eandem concluſ. vt non
25 procedat † in beneficio obtento , quod quis ſe offert
dimiſſurum:nam etiam ſi verũ valorẽ non exprimat:
gratia non probatur ſurreptitia:ita deciduut D. Rot.
in d.deciſ.192.aliàs 20.de præb. in nou. quod etiã de-
cretum eſt in ſæpe citata reg.61.ſic ſentit, & Fel.in d.
c.ad aures.col.6.in 6.concl.nu.10.de reſcrip.cui acce
dit Io.Sel.in d.tract.de benef.q.12.par.3.col.5.nu.28.
verſ.item circa expreſſionem valoris.Hinc propterea
inferebat Comment.in d.reg.cancell.apoſt.61.quòd
26 ſi quis impetraret † beneficium curatum, quòd vale-
ret impetratio, licet non faceret mentionem alterius
beneficij curati, quod impetrãs obtinebat: nam cum
per adeptionem ſecũdi incompatibilis vacet primũ,
cap. de multa.de præb. ideò non vitiatur impetratio,
ex quo illud dimittere tenetur , per illam regulam,
quam ſequitur Rot.in d.dec.192.aliàs 19. de præben.
27 Contraria tñ opinio † magis Abbati placuit in d.c.
ad aures.col.2.n.4.verſ.item debet fieri mentio.de re-
ſcript.quòd ſ. etiam in beneficio obtento , quod quis
ſe offert dimiſſurum, ſit exprimendus, & probandus
verus valor,eã ratione ꝑmotus, quia fortè tale poſſet
eſſe beneficiũ,quod ſe offert dimiſſurum, à quo Pon-
28 tifex nõ vellet eum remouere,cum quis debeat † ma-
nere in ea vocatione,qua vocatus eſt.clem. 1. de reg.
& quia fortè iſte magis aptus eſt ad regendum illud
beneficium,quod obtinet dimiſſurum,quam illud ꝙ
recens impetrat, & ideò de iuris diſpoſitione eſſet di-
cendum contrarium,iuxta ſentent.Fel in d. c. ad au-
res.col.2.poſt nu. 3. ſub verſ.non obſtat dictum Bart.
Limitationem verò noſtram ſublimitabis, vt pro-
29 cedat,† quãdo impetrans habebat beneficium,quod
offerebat ſe per aſſecutionem ſecundi dimiſſurũ tẽ-
pore datæ,& tempore impetrationis ſecundi: ſecus ſi
poſteà vellet dimittere illa,quæ impetrauit,vel alia,
quæ obtinebit : quia tunc nõ poteſt id facere propter
d.reg.61.in qua cautũ eſt,beneficia,quę tũc obtinue-
runt.ſ. tempore datæ:cum verbum tunc ſignificet ex-
tremitatem tẽporis:vt teſtatur gl. in clem. 2. in verb.
ex nũc.de hær.& ita declarat commentator.ad d.reg.
cancel.61.verſ. item in quantum hic dicitur.
30 Tertiò limitanda eſt concluſio,vt vera non ſit † in
impetratione hoſpitalis, in tali namq; impetratione
non eſt neceſſaria mentio valoris , niſi excedat ſum-
mam centum ducatorum : nam ab illa ſumma infra
non ſoluitur annata: ſic aſſeruit Fel . in d. c. ad aures,
in fi.de reſcr.vbi ait ſe ita audiuiſſe Romæ dici.
31 Quartò limitabis,† vt concl.locum ſibi non vendi-
cet,quando ex narratis cõſtaret , quod etiam ſi bene-
ficium eſſet maioris valoris Pontifex conceſſiſſet: nã
tunc expreſſio minoris valoris beneficij non vitiat
gratiam: vt reſponſum eſt à Petr.Anch.in d. cõſ.296.
pro clariori.col.vlt.veluti ſi Pontifex narraſſet, quod
ad remunerandos magnos labores ꝓ ſede apoſtolica
toleratos,bñficium contulerit, vt eũ refert , & ſequit
Fel.in c.vlt.col 3.in 4.limit.n.8.de præſump. ꝙ putat
ſingulare Aufre.in add.ad d.q.Capel.Thol.435.in fi.
Eiuſdẽ Anch.aureum d.dicit Fel. in d. c.ad aures,
32 col.7.in 9.concl.nu.12.de quo tamen ibi dubitat,† ea
rõne,quia vbi data eſt forma alicui conceſſioni,ſem-
per illa forma eſt neceſſaria , nec ſufficit ꝙ ſimus in
caſu,in quo Princeps aliquid conceſſiſſet forma non
ſeruata.d.c.ſi motu ꝓprio.ver.quantumcunq; modi-
cũ . de ꝑb. in 6. vbi taciturnitas bñficij modici vitiat
grãm, licet eius expꝛſſio nõ alteraſſet aĩum cõcedẽtis.
33 Ego tñ Anchatani † ſnĩam veriorẽ cẽſeo , & ut ita
ſẽtiã Bellam.auctoritate ꝑmoueor in d.dec.602.in cã
mea Rotomag.ubi aſſeuerauit grãtiã nõ eſſe ſurrepti-
tiam pp non expreſſionẽ ueri ualoris , qñ ex hoc põt
ꝑſumi uoluntatẽ grãm cõcẽdentis non irritari,ꝙ idẽ
eſt , ꝙ in caſu nr̃o in quæſtionẽ uertit. Nec Fel. ratio,
ꝙ ſcilicet nõ ſit facta expreſſio formalis, ne latũ qdẽ
(ut ferũ) culmũ Anch. eĩatũ à ueritatis ſede dimoue-
re poteſt:nam cum ex narratis cõſtet, ꝙ ita taciturni-
tas non monuiſſet Principem, Iccirco nõ conſiderat
ſecundum Inn.in c.cum noſtris de conceſ. præben.&
conſiderat Bellam.in loco ſuperius adducto.
Quintò uelim limites cõcl.ut nõ hẽat locũ in Car
34 dinalib.impetrãtib.beneficia:† quia reg. cancellariæ
tanq̃ odioſa nõ ligat,nec cõprehẽdit Cardinales ſm
Petr.Anch.in d.cõſ.296. ꝓ clariori euidẽtia. ꝙ idem
cõfirmauit Bellenc.in trac.de charit.ſubſid.q.66. nu.
35 24.quo in loco tradit,extrauagantem † execrabilis.§.
qui uero.de præben.& dignit.q̃ imponit pęnã retinẽ-
tib.bñficia ſine diſpenſatione non ligare Cardinales,
idẽ uoluit Io.And.in addit.ad Spec.in tit. de legat.§.
ſequit.in fi.et ibidẽ nu.26.refert Bellen.aliàs in Rota
36 determinatũ.extrauag.Bonif.VIII.incip.iniunctę † q̃
punit ꝓuiſos in curia ꝑ Papã de eccleſia Cathedrali,
ſi adminiſtrent, anteq̃ redemerint bullas de camera
apoſt.non ligare Cardinales,ut ẽt.id ſequit Dec.in d.
c.ad aures.col.ult.nu.34.de reſcrip. ꝙ idẽ ꝓbauit Fel.
in d.c.ult.col.3.in 3.limit.num.7.de præſump.& ꝙ in
37 odioſis non cõprehẽdantur † Cardinales plurib. corro-
borat Barb.in tract.de præſtan.Cardin.in 7. q. 1.par.
Contra-

38 Contrariũ † in hac re ſibi diſſimilis Fel. ſenſit in d. c. ad aures. col. 6. in 8. concl. verſ. 3. conſidera, per ea, quæ obſeruata ſunt à Frã. Paui. in cõmen. ad extraua. ad onus, vbi ait tempore ſuo fuiſſe iudicatum in Rota, regulas cancellariæ, & aliàs diſpoſitiones ligare Cardinales, quos refert, & ſeq. Io. Sel. in d. tract. de benef. q. 12. col. 5. nu. 29. verſ. itẽ ſi Cardinalis, cuius ſententiæ teſtem laudat Dec. in c. 1. in 2. lect. col. 1. in 2. notab. nu. 6. verſ. tertio adde. de conſtit.

39 Veruntamen † quicquid ſenſerint iſti authores, video in regulis cancellariæ Leonis X. incip. cum S. N. & Cardinales, eſſe regulam, quòd Cardinales in quibuſcunq; regulis cancellariæ non comprehendãtur, niſi illæ regulæ ſint in fauorem Cardinalium, uel ipſæ regulæ fuerint editæ in cõſilio Cardinaliũ. ideo de hoc non eſt diſputandum.

40 Sextò limitabis, vt non ꝓcedat, † qñ eſſent poſita in ſupplicatione verba exprimentia valorẽ per tertiam perſonã, dicẽdo, vt aſſeritur, & ita imperſonaliter: qa falſitas valoris nõ vitiat gratiam: ſecus ſi diceretur, vt aſſeris, vel, prout aſſerit. ſic fuit deciſum à DD. Rot. in deci. 74. aliàs 60. vbi alicui fit gratia. tit. de reſcr. in antiq. & in deciſ. 727. ſi ponat̃ in ſupplicatione, aliàs 77. eo. tit. in antiq. qa illa verba, vt aſſeris, vident̃ cõditionalia, ſi ita eſt, iuxta ſñiam Cald. cõſ. 8. tit. de reſcrip. et Card. in cõſ. 69. vacãte quadã parrochiali. col. 3. verſ. ipſi ergo in caſu noſtro. & Fely. in d. c. ad aures. col. 6.
41 poſt nu. 10. in 7. concl. declarando † iſtud procedere ſm̃ Abbat. in c. vlt. col. 2. nu. 9. de præſumpt. qñ verba literarum ſunt concepta in perſonam impetrantis, vt qa dicebatur pro parte talis nobis fuit inſinuatum, ꝙ tale bñficium vacauit tanto tpe, & c cuius redditus, vt aſſeritur, valorẽ cẽtum florenorum non excedit, quia tunc non dẽt intelligi, quòd per impetrantẽ illud fuerit ſimpliciter aſſertum, ſed quod impetrãs dixit illud ab alijs aſſeri, & eo caſu ſufficiat impetranti probare, ꝙ ita aſſereretur; ſecus qñ omnia verba eſſent vniformia quia licet diceretur vt aſſeritur, vt intelligeretur tñ ſcilicet ab impetrante, & ita procedit deciſ. Biſign. tit. de præben. deciſ. 6. vbi tenet contrarium, hoc idem quoq. confirmat Card. in d. c. vlt. de præſumpt. vbi ẽt Fel. col. 3. n. 6. ver. 2. limita. & Barba. in rub. de reſcrip. in clem. col. 14. & ibi intelligit dictum Abb. procedere, qñ illa aſſertio eſſet cauſata à perſonis dignis, & ſciẽtibus beneficium: ſecus ſi fuiſſet procurata ab iſto impetrante, quia tunc nõ valeret, ex quo anſa præberetur excogitãdi fraudes. l. miles. §. mulier. ff. de adult.

42 Sed hic lector † velim aduertas iſtam cõciliationẽ apertè aduerſari deciſioni Biſigneti, in d. deciſ. 6. quo in loco voluit, ꝙ quomodocunq; verba proferantur; nõ ſit veriſimile, ꝙ Pontifex aliquid poſuiſſet, niſi ad inſtigationẽ ſupplicantis, ideò imperſonalitas nõ hẽt vitiare. Præterea, vt id, quod ſentio, manifeſtè aperiã, Biſign. in d. dec. 6. non tenet cõtrariũ, vt nonnulli sũt arbitrati, immò ſummariũ illius deciſionis apertè dicit, ꝙ verbũ, vt aſſerit̃ imperſonale nõ inducat ſurreptionẽ, & ibi Biſign. refert varias opiniones auditorũ: ſed ſm̃ ſummarium ibi poſitum vr̃ conuenire cum d. deciſ. 74. quæ diſcrimen conſtituit inter verbũ aſſeris, & aſſeritur. q̃ deciſio. approbat Pauinus in cõmen. extrauag. Io. 22. in 2. extrauag. illamq; differentiã ſequit̃ Fel. & ibi latè Dec. in c. iurauit. in princ. de prob. & idem Dec. in c. ad hæc. il 4. de appellatio.

43 Ad hæc tibi eſt animaduertendum † Ioã. Selu. in d. tract. de benef. in q. 12. par. 3. col. 2. poſt nu. 3. huic cõtrariam tenere ſñiam, quod ſcilicet verbum, vt aſſeritur, vitiet impetrationem. Poſtremò conſiderabis, ꝙ contex. in auth. ſi quando. C. de conſt. pecun. cui innititur Rot. in d. deci. 74. non multum probat illam differentiam; quia ille tex. procedit in pacto, non autem in ſtipulatione, vt oſtendit Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. col. 2. ff. de verb. oblig. & ſequitur Alc. in l. 1. §. ſi quis ita. in primo nota. ff. de verb. oblig.

CONCLVSIO DCCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur impotentia coeundi, & quibus cognoſcatur ſignis.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeũdi probatur ex confeſſione viri, & vxoris.*
2 *Iudicium uerũ in impotentia coeundi probanda quõ fiat.*
3 *Triennium non eſſe expectandum in impotentia coeundi.*
4 *Impotentia coeundi ſi appareat per inſpectionem, non eſt expectandum triennium ad diſſoluendum matrimonium, ſecus ſi non clarè conſtet de impotentia.*
5 *Hodie conſtat, hodie agatur.*
6 *Coniecturis non eſt opus in certis.*
7 *Impotentes puberes ſi ſe confiteantur, poteſt matrimonium declarari nullum, ſi permãſerint vnà per menſem coeũdo; ac adhibito uiri iuramento ſe eſſe impotentem.*
8 *Triennium non eſt expectandum ad diſſoluendum matrimonium propter impotẽtiam coeundi, quando uir eger eſt, uel alioqui impeditus.*
9 *Continuum uerbum quo pacto ſit intelligendum.*
10 *Impotẽtia coeundi quo pacto probetur latè per diſtinctiones examinatum, & nu. 11. & 12.*

Impotentia coeundi quo pacto probet̃ nonnulla attigimus in cõcluſione coitus impotẽtia. verùm præterea, quæ à nobis ibi fuere tradita, & in prẽſẽtia aliqua de hmõi materia in medium proferemus, quò facilior lectori pateat aditus ad cuiuſcunq rei locos, q ad probationẽ
1 ſpectant inueniendos. Impotentia itaq; coeũdi † probatur ex confeſſione viri, & vxoris, poſtquã vna per duos menſes permãſerint, dando operã carnali copulæ, & tñ non potuit vir eã carnaliter cognoſcere: ita
* ex cõi intellectu, quẽ noſtri ſumunt ex c. 1. de frig. & malef. probat̃, vbi ẽt Imol. in 1. col. in vlt. intellectu, quem videtur firmare, & cum eo reſidere, iuxta notata p gl. in l. cũ filiũ. §. Sabinus. ff. ad Treb. Bal. in auth. ex teſtamẽto. col. 2. ver. quo vltimo. C. de collat. & id firmat Hoſt. in d. c. 1. col. 1. ver. tu vero dicas, dũ ibi indiſtinctè affirmat ſtandũ eſſe cõfeſſioni partiũ. & idẽ tenet in sũma de frig. & malef. ſub nu. 10. verſ. & ſiquidem, & hoc idẽ ſequitur Io. And. in 1. col. verſ. ſi aũt muliere agente, & ex allegatis ab Henric. Boic. in d. c. 1. ver. aut per confeſſionem ambarũ partium apparet
* hanc eſſe cõem ſententiã, ſequendo vltimum intel-
* lectum Inn. & Hoſt. prout de cõmuni teſtatur Abb. in c. laudabilem. nu. 5. de frig. & malef. & Io. Brunel. in tract. de ſponſ. & matri. concl 28. in 1. limit. nu. 16.

Et iſtud eo vſq; eſt verũ, vt cũ interuenit confeſſio
2 vtriuſq; ſufficiat verũ iudicium † ẽt nõ expectato triẽnio, ꝙ iudicium fit p teſtes, hoc eſt, per iurm̃, vna cũ ſeptima manu; ſiue per aſpectũ ẽt virginitatis, vt præter relatos doctores aſſeruit Card. in d. c. 1. de frig. & malef. quo in loco adducit gl. in c. laudabilem. eo. tit. & probatur ex cõtextu in c. propoſuiſti. de prob. quã gl. ibi citat. hanc can. opin. apertè ſequutus eſt Inn. in d. c. laudabilẽ, in prin. & Hoſt. col. vlt. Io. And. col. 2. uerſ. aliter ſecundum eum. Anch. ibid. nu. 4. & 7. latè diſtinguit, idq; doctores vbiq; declarãt uerba uerum iudicium poſita in c. 1. & verba iuſtum iudiciũ in d. c. laudabilem, & uerba rectũ iudiciũ in c. vlt. ſm̃ expoſitionem glo. in d. c. 1. in uerb. per uerum iudiciũ, & in d. c. laudabilem, in verb. iuſtum iudicium, hoc eſt, uel per iuramentum cum ſeptima manu, uel per aſpectũ uirginitatis, iuxta c. propoſuiſti. de probat. quod citat gl. in d. c. laudabilem, de frig. & malef.

3 Ab iſtorũ † ſñia diſceſſit Abb. in d. c. laudabilẽ. col. 2. nu. 5. uerſ. oppono contra text. & Io. Brun. in d. trac. de ſponſ. & matrim. concl. 28. limit. 1. qui ſñiam hãc,

quam communiter ſcribentes comprobãt, damnãt, & reijciunt, voluntq; trienniũ eſſe expectandum nõ obſtante confeſſione coniugũ, ex eo, quòd tẽpus triẽnij datur ad experientiam copulæ cõiugalis: nam ſæpè dubitatur, an frigiditas ſit naturalis, & perpetua, an accidentalis, & temporalis, & ideo ex quo verè probati non poſſit, voluit tex. in d. cap. laudabilem, quòd debeat dari triẽnium, vt ex illo curſu temporis appareat ſit ne temporalis, an perpetua.

4 Conciliati poteruntꝰ hi inter ſe diſſidentes authores hoc pacto, ſi dixerimus, ꝙ aut conſtat de impotẽtia coeundi per inſpectionẽ, vt quia vir habeat membrum ſiccum, & aridũ, vel mulier ſit arcta, & tũc matrimonium dẽt incontinenti declarari nullũ abſque iurõ ſeptimę manus, & abſq; ẽt eo, ꝙ triẽniũ expecte-

5 tur, qa hodie cõſtat, ꝰ hodie agatur, l. is à quo. ff. vt in

6 poſſeſſ. legar. & quia in certis ꝰ non eſt opus cõiecturis. l. cõtinuus §. cũ ita. ff. de verb. obl. & ita concludunt Inn. Io. And. Henr. Boic. & alij in d. c. 1. & in d. c. laudabilẽ, de frig. & malef. atq; Spec. in eod. tit. nu. 3. aut nõ clare cõſtat de impotẽtia, & tũc ſi alter neget requirit tpſ triennij, & iurm ſeptimę manus, iuxta diſpoſitionẽ d. c. laudabilẽ, in prin. ſi verò ambo cõfiteãtur,

7 ꝰ & exiſtãt in pleniſſima pubertate, & vna ꝑ mẽſẽ permãſerint, ac vir iuret nunꝗ potuiſſe, cũ ipſa neq; cum alia coire, poterit dari licẽtia cũ alio cõtrahẽdi; et matrimoniũ nullũ declarari, iuxta ſuperius adducta: Et ſi epiſcopo videbiť, poterit ẽt adhibere iurm ſeptimę manus propinquorum, ſiue vicinorũ ſcilicet, vt coniuges iurent de veritate, cõſanguinei vero, vel vicini de credulitate, id eſt, quod credãt illos verum iurare, vt ſtatutũ eſt in d. c. laudabilẽ. §. fin aũt. de frig. & malef. & hoc ſi haberi poſſunt, alioquin ſufficiũť duo: vt per Arch. in d. c. requiſiſti. 23. q. 1. Ant. in c. vlt. nu. 9. & Abb. nu. 12. de frigid. & malef. cum hæc materia plurimum ſita ſit in arbitrio iudicantis, cõſiderata qualitate perſonarum alijſq; circunſtantijs.

Vel aliter dici poterit, vt tunc expectandũ ſit trien-

8 niũ ꝰ qñ vir eſſet in: rimus, vel aliàs impeditus, adeò vt experiẽtia minoris tpis nõ eſſet certa, vt poſt Goffre. tradit Ioa. Andr. in d. c. laudabilẽ. col. 2. circ. fin. & ibi Anch. nu. 2. atq; Præpoſ. col. 2. verſ. Hoſt. vero dicit. & col. 4. ver. quæro an intelligatur. Vt plurimũ. n. cohabitatio, q̃ ꝓbationẽ impotẽtiæ inducit, dẽt eſſe continua, adeo vt, ſi, vt dicimus, aduerſa valetudine, peregrinatione vel quouis alio caſu præpediaẽ, tpſ ſit reſtituẽdũ, vt cõſtat ex d. c. vlt. de frig. et malef. arg. l. 1. §. 3. & §. ꝙ ſi ꝑ inundationẽ. ff. de itin. act. priu. & ita idem Brunel. loco ſuperius adducto poſt multas, & inter ſe diſcrepãtes doctorũ opiniones relatas, cõcludit. Verumtñ rectè accipiendum eſt illud verbum cõtinua,

9 ꝰ vt id ſit intelligendũ cõgruis horis, locis, & temporibus, verba enim ſunt ciuiliter intelligenda. l. ſi cui. ff. de ſeruit. & arg. eorũ, quæ ſcripſere doctores, dum opinionem Accurſij tueri conantur in auth. interdicimus, de epiſc. & cler. ſentientis, ludum ſcacchorum clericis eſſe permiſſũ: inquiunt enim, quod veluti cũ dicitur, pſalterium nunquam excidat de manu clerici, de conſecrat. diſt. 5. illud nunquam eſſe intelligendum ciuiliter, id eſt, congruis horis, & temporibus.

Et quoniam ſupra mẽtionem fecimus de ſignis, ex quibus impotentia cognoſcitur, ſummatim oĩa colligendo, diſtinctè modos, quibus quælibet impotẽtia probari poſſit, colligemus. Quiſpiam igitur probatur

10 impotẽs, ꝰ aut ex impotentia naturali, aut accidentali: ruſus aut ex impotentia naturali temporali, aut ex impotẽtia naturali perpetua. Tẽporalis naturalis impotentia eſt, quæ contingit naturaliter ꝑpter ętatis deficientiam, quæ quidem quandiù durat, id eſt, vſque ad pubertatẽ, nedum impedit matrimoniũ contrahi, ſed dirimit iã cõtractũ: ita ꝓbaẽ in c. 1. & 2. & in c. literas, & in c. acceſſit. de ſpõſ. impub. & certè, vt plurimũ impuberes nõ ſũt idonei ad coeũdũ: hęc etenim vis ex ꝑſumptione iuris accedit poſt pubertatẽ, vt ſancitũ eſt in relatis iurib. & in l. ſi vxor. ff. de adult. & in c. 1. de delic. puer. nec nos ocioſè diximus, vſq; ad pubertatẽ: nãq; poſt pubertatem in 19. anno, vt in l. Mella. ff. de alim. leg. nã cõtingere poſſet puberẽ adhuc poſt pubertatẽ nõ eſſe idoneũ ad coeũdũ, huic verò nihil ei impedimẽto eſt, quominus contrahere matrimoniũ poſſit; ꝙ ſi cõtrahat, nõ ſtatim dirimiť, ita cõiter tradidere ſcribẽtes in ſup. citatis capitulis; & huc itidẽ ſpectat, ꝙ ſãxit Imp. in §. per occaſionem, de nupt. col. 4.

Verùm etſi impuberes ad coeundum impotentes ſemper præſumantur, duo tamen ſunt caſus, in quib. ritè matrimoniũ contrahere poſſunt: ex his prior eſt, cum probata eſt coeundi; vt noſtri loquũtur, de facto potentia, quòd ſe mutuo cognouerint: nam tunc matrimonium inter huiuſmodi contractum tenet: ita mihi probat contex. in c. puberes, de ſpon. impub. nã licet minor annis non ſit idoneus ad procreandum liberos, vel coitionem, tamen ſi contrarium conſtet, tunc, vt noſtri dicunt, præſumptio cedit veritati, & ad matrimonium contrahendum pubertas non ex annorum numero, ſed ex vi à natura corpori indita metiatur, vt notat gl. in d. c. puberes, & huc etiã pertinet contex. in c. de illis, & in c. vlt. eod. tit.

Poſterior caſus eſt, qñ aliàs appareret impuberem cũ alijs coiſſe, vtpotè, ſi minor quatuordecim annis contrahẽs matrimoniũ cognouerit alias: nam tunc hmõi matrimonium firmum manet: ita obſeruauere Inn. & vterq; Abb. in d. c. de illis, vbi ẽt Io. And. & idem eſſet, ſi ex alijs ſignis de hoc cõſtare poſſet, vt ſi ab aſpectu corporis, diſpoſitione membrorum, et ſagacitate ad coeundum poſſet idoneus probari: vt tradidere, atq; ſenſere ijdem met à nobis relati doctores, in d. c. de illis et d. in d. c. puberes, de ſponſ. impub.

11 Naturalis impotentia perpetua probatur ꝰ, aut ex frigiditate, aut nimia pinguedine, aut ſi virilibus careat, vel ſi ea habeat, ſint tñ ſicca, et arida: ſic docet Io. And. in d. c. laudabilẽ. vbi ẽt Inn. in verb. prius, et in ver. alij dicũt. de frig. et malef. quę omnia ab aſpectu corporis ꝓbanť, vt patet ex c. fraternitatis. eo. tit. de frig. et malef. hęc eadẽ ſecũdo loco poterit ꝓbari, ſi ꝑ trienniũ coniuges vna habitauerint, iuxta normã præſcriptam, in d. c. laudabilẽ et inter ſe coire nequiuerint, ꝙ in primis ex eo cõſtare poterit, ſi mulier incorrupta, et virgo reperiaẽ, vt author eſt Ant. de Butr. in d. c. vlt. loco ſuperius relato. in verſ. ſeq. et ibi poſt eũ Card. Alex. nam inter ſigna quæ ad impotentiam viri probandã cõnumerari ſolent, illud præcipuũ eſt, qñ vir voluit ſe miſcere, cũ vxore, et ſe non ſubtraxit, et tñ mulier virgo reperiť: ita habemus ex cõtext. d. c. ꝓpoſuiſti. de prob. vt et tradit Anch. in d. c. 1. n. 12. de frig. et malef. ac voluit Abb. in d. c. laudabilẽ, circa fi. eo. tit. Poſtremò hęc impotẽtia probaẽ iurõ ipſius viri aſſerentis, ſe naturaliter frigidũ eſſe, nec carnis qdẽ venereũ ſentire motũ, et hoc idẽ mulier affirmet: ſeptemq; vtriuſq; parentes ſi adſunt, vel ſi abſunt, vicini ipſorum, qui bene audiant, ſe credere maritũ vera iuraſſe, et mulierẽ vera dixiſſe, iureiurando affirmabũt; vt uidere eſt ex cõtex. d. c. laudabilẽ, ꝙ et docuit Hoſtien. in ſum. tit. de ſponſ. et matri. §. qualiter, uer. qd ſi maritus, et in uerſ. quid ſi potentia. ubi ẽt proſequitur praxim, quæ in hmõi caſu obſeruari ſolet; et cum ampliando, et limitando declarat Io. Brunel. in d. trac. de ſponſ. et matri. cõcl. 28. à nu. 14. uſq; ad 29. cõcl. princ.

12 Impotentia modo accidentalis ꝰ itidẽ eſt duplex, et duobus modis probaẽ, aut ſcilicet ex manifeſta, aut occulta impotentia, manifeſta ꝓbaẽ, ſi ei uirilia fuerint amputata: ita notãt Hoſt. et Goffr. in sũ. de frig. et malef. et poſt eos tradidit Aſtẽſis. lib. 8. tit. 28. et idem Brun. in d. trac. et cõcl. n. 2. in fi. ut sũt ſpadones, eunuchi, et hmõi, de quib. in l. ſi ſerua. §. ult. ff. de iur. dot. et habemus ab Accur. in §. ſed illud. Inſtit. de adopt. in uerb. ſpadones, et in l. ſed eſt q̃ſitũ. §. 1. de lib. et poſth.

& ab

& ab eodem Accur. in l. 2. qui. ff. de ſicar. & in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis puerum. ff. ad leg. Aquil.

Impotentia occulta accidentalis eſt, quæ oritur ex maleficijs, quę à noſtris dicuntur ſortilegia, vel facturæ, de quorũ natura, & qualitate plenè tradidit Aſteſ. lib. 4. tit. 29. & in 4. diſt. 39. art. 1. & Hoſt. in d. ſumm. de frig. §. quæ impotẽtia. verſ. occulta. Petrus de Palude, in 4. diſt. 34. art. 4. Arnal. de villa noua, in tract. de remed. & experimen. cõtr. malef. atq; idem Hoſt. & Io. And. in d. c. vlt. de frig. & malef. quõ autẽ, & quõ tales impotentiæ probent cauſã matrimonij dirimendi, & diuortij, hæc latè docentẽ conſulas eũdẽ Io. Brunel. in d. tract. de ſponſ. & matri. vbi ex profeſſo hæc examinat ampliãdo, & limitãdo, ac qñ idẽ locũ habeat in muliere declarãda, alleſq; adiũgit cauſas, cur hæc ſeparatio, & matrimonij ſolutio fieri poſſit, & debeat.

CONCLVSIO DCCCXC.

ARGVMENTVM.

Imperatoris aſſertioni an ſit ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Imperatori aſſerenti illum eſſe citatum, contra quem tulit ſententiam, præſumitur eum eſſe citatum.*
2 *Imperatoris ſoli verbo creditur.*
3 *Imperatori creditur in facto proprio & ſine die, & conſule.*

Imperatoris aſſertioni an ſtandum ſit, ſicut aſſertioni Papę vidẽdus erit Franc. Zabar. in clem. paſtoralis, in princ. de re
1 iud. quo in loco aſſeuerauit, quòd ſi Imperator† aſſerit illum, contra quem fecit ſententiam, eſſe citatũ, prę-ſumitur eſſe citatum, vt id quoq; obſeruauit Bald. in l. 1. de offi. præſ. & ſequitur Mil. in reper. in verb. Im-
2 peratoris, ſolo enim verbo † Imperatoris creditur, vt in c. nobiliſſimus. 97. diſtinct.
3 Ampliare iſtud poteris, vt Imperatori credatur† in facto proprio etiã ſine die, & conſule, ſic ſcripſit Bal. in l. ex his. vlt. col. C. de teſtam. milit. & colligitur ex content. in l. quæro. in fi. de ædil. edict. ad quod cõſulẽdus eſt etiam Card. in clem. 2. q. 2. de re iud. reliqua videnda erunt in concluſ. Princeps, & in concl. Papa.

CONCLVSIO DCCCXCI.

ARGVMENTVM.

Implementum allegans debet probare, & quo pacto id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Implementum allegans illud debet probare.*
2 *Promiſſio qualibet habet in ſe conditionem, ſi ſibi obſeruetur fides.*
3 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
4 *Non faciens id ad, quod tenetur, conſequi non poteſt id, quod ipſi dari oportet.*
5 *Exceptio implementi non ſequuti ſemper poteſt opponi, etiam ſi ſtatutũ prohiberet opponere omnes exceptiones.*
6 *Implẽdum habetur pro impleto, cũ non ſtetit per eũ, qui debeat implere, quin impleretur id, quod eſſet implendum.*

1 Implementum cõditionis, † vel alterius cauſę, ad quã quis tenebatur, allegans probare tenetur, alias nõ obtinebit: vt ſancitum eſt ab Vlp. in l. Iulianus. §. offerri, & ibi obſeruauit Bar. nu. 2. ff. de act. empt. ſic, & rñdit Crau. in conſ. 151. neminem exiſtimare. nu. 8. verſ. 3. ſi volebant. & Ceph. in conſ. 97. nu. 37. lib. 1. & conſ. 407. nu. 18. lib. 3. idem ſenſit Soc. iun. in conſ. 77. licet in præſenti. nu. 142. & ſequent. lib. 2. & tradit Pariſ. in conſ. 53. exarato. nu. 57. verſ. decima oppoſitio. lib. 1. idq; voluit Corn. in conſ. 106. num. 5. lib. 1. & in conſ. 208. nu. 35. lib. 2. & in conſ. 12. nu. 1. lib. 3. iſtis accedit doctiſſimè Menoch. in cõſ. 1. nu. 364. lib. 1. & Simon de Pre. conſ. 97. nu. 47. atq; D. Franc. Burſat. in conſ. 45. num. 6. lib. 1. quibus poſtremò ſe ſubſcripſit Tiber. Dec. in cõſ. 103. nu. 9. & 17. lib. 3. & ante eos iſtud cognouit But. in conſ. 79. nu. 35. & conſ. 47. nu. 6. & 7.

2 Cauſa, et ratio illa aſſignari poterit, † quia quælibet promiſſio in ſe continet cõditionẽ, ſcilicet ſi ſibi obſeruetur fides, vnde ſi conditionẽ appoſitã impletam fuiſſe non probatur per actorẽ, nec ei tanquã fidẽ frã-
3 genti, † eſt ſeruanda fides, et ſi de obſeruando ſit interpoſitũ iuram. iux. reg. l. cũ proponas, la 2. & ibi tradunt Curt. & alij. C. de pact. & habetur in c. ... il 2. de iureiur. vt & docuerunt Doct. poſt gl. ibi in l. qui fidem. ff. de tranſact. & cautũ eſt in d. l. Iulianus. d. §. offerri. ff. de act. emp. & animaduertit Crot. in cõſ. 71. in cauſa ver-
4 tente. nu. 12. nam non faciens id † ad quod tenetur, cõſequi non põt id, quod ipſi dari oportet. l. quęro. §. inter locatorẽ. ff. locat. & per Bal. in c. 1. tit. qual. dom. prop. feud. priu. in vſib. feud; & idem Crot. in conſ. 86. in præſenti cauſa. nu. 9 ſic etiam teſtatur Bero. in cõſ. 144. nu. 11. lib. 1. & Burſat. in cõſ. 101. nu. 15. lib. 1. qui alios citat. quibus adhęſit D. Ioſephus Lud. in ſuis deciſ. Peruſ. deciſ. 30. num. 20. par. 1.

5 Ampliat primo loco hæc concl. † vt illa exceptio, quòd quis nõ impleuerit id, ad quod tenebatur, ſẽper obijci queat, & ſi lege municipali eſſet cautum, vt oẽs exceptiones reijcerentur, authore Bar. in l. 1. §. & parui. ff. q. vi aut clam. cui accedit Bal. in l. ex his prædijs. nu. 1. C. de euict. & Rom. in conſ. 244. pro euidentia dicendorum. col. 2. poſt nu. 1. verſ. ſupereſt, cũ alijs relatis ad hoc à Crau. in d. conſ. 151. nu. 4. eandẽ ſequutus eſt ſñiam Ceph. in conſ. 407. nu. 9. lib. 3. nec latuit Rol. à Val. in conſ. 53. nu. 32. lib. 1. & in cõſ. 69. nu. 13. li. 4. idẽ ſenſit Crau. in conſ. 127. nu. 14. & in conſ. 248. col. pen. ver. non obſtat, cum nonnullis alijs ad idem adductis ab eo. D. Ioſeph. Lud. in cõcl. 14. in 94. illat. in 1. ampliat. quo in loco 23. alias ampliationes ad noſtram concluſionem affert, quem videre poteris, egregiè enim, vt aſſolet materiam hanc explicat.

6 Limitabis eandem concl. vt non habeat locũ, † qñ non ſtetit per eũ, qui debebat implere, quin impleretur id, quod eſſet implendũ, quia tunc habetur pro impleto: vt reſpondit Sim. de Pret. in conſ. 28. nu. 7. & in conſ. 159. nu. 2. per reg. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſtr. & l. qui operas. ff. locat. cum ſimil.

Aliam limitationem adducit idẽ D. Ioſeph. Lud. loco ſuperius adducto, quem videre poteris.

CONCLVSIO DCCCXCII.

ARGVMENTVM.

Importunitas ex quibus præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Importunitas præſumitur cum conceditur quid à principe, quod non eſt concedendum.*
2 *Princeps per importunitatem conceſſiſſe præſumitur, quãdo curiali præſenti, magno viro conceſſit.*
3 *Princeps aliquid mulieri, vel principi, ſeu magno viro cõcedens, præſumitur ob importunitatem conceſſum.*
4 *Importunitatis vitio præſumitur quidpiam à principe cõceſſum, ſi concedat rem alienam.*
5 *Importunitatis vitio præſumitur quidpiam à principe cõceſſum, ſi concedat in principio adeptæ dignitatis.*
6 *Cardinales ſi promittant inter ſe aliqua cũ iuro, quæ ſint in præiudicium dignitatis, ſi contingat aliquẽ promoueri ad papatũ, non tenetur promotus illa adimplere, nec ſeruare.*
7 *Quid dicatur factum initio adeptæ dignitatis.*
8 *Importunitatis vitio præſumitur facta donatio facta ad poſtulationem alicuius.*
9 *Per importunitatẽ à principe cõceſſa non valet remiſſio.*

Digitized by Google

Importunitatis vitium, quã ſit deteſtabile ex eo ap-
1 paret, quod multa † per importunitatem concedãtur, quæ aliàs non concederentur: ita reſcripſere Imp. in l. 1. C. de petit. bon. ſubl. dũ dixere, ſed quoniam plerunque ita in nonnullis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, & quę ſequuntur. multi namq; ſunt moleſti nobis ſemper, preceſq; crebræ, & flentes petitores, vt inquit Imp. in §. conſideremus, in authen. de trien. & ſem. col. 3. Ne igitur importunitatem patiamur de his, per ſingulos dies formas ſcribere cogimur, vt idẽ dixit in §. ne igitur, in auth. vt fact. nou. cõſt. collatio. 5. ſic etiam ſum. Pont. ait in c. omnibus. 2. q. 5. propter multas, & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos diuerſis partibus venerunt.

Hic itaq; primus eſt modus ad detegendam, & præſumendam importunitatem, quãdo ſcilicet princeps alicui non concedenda concedit.

2 Preterea ꝑ importunitatẽ † conceſſiſſe præſumitur princeps, quando curiali pręſenti magno viro cõceſſit: ſic Bal. & Barb. in c. cum adeo, de reſcr. cum quidã ſoleant eſſe ad extorquendum pecunias; & officia importuni.

3 Inſuper princeps aliquid mulieri, † vel principi ſeu magno viro concedens, præſumitur per importunitatem conceſſum, quia non pręſumitur libertas animi, & hoc quando conceſſit aliquid contra ius, authore Bal. in l. 2. col. 6. C. de ſeru. & aqua.

4 Amplius princeps † concedens rem alienam, vel in præiudicium tertij preſumitur ob importunitatẽ conceſſiſſe, vt traditum eſt ab Vlp. in l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. & ita fuit reſponſum à Fulg. in conſ. 20. pro plentori. col. 3. verſ. ſupereſt.

5 His accedit, quòd omnes † conceſſiones immenſæ, & promiſſiones factæ à principio adeptæ dignitatis, vel regni, nullius ſint momenti, cum factæ per importunitatẽ præſumantur, per ea, quæ not. in c. ſicut, il 2. & in c. intellecto de iureiur. idem voluit Cald. in conſ. 3. eod. tit. de iureiur. quem ſequitur Fely. in c. 1. col. 4. nu. 7. ver. 7. declar. de prob. vbi dicit ſe conſuluiſſe ad annullandũ promiſſiones factas per principes, vt eas obſeruare non teneãtur. idem comprobauit Io. Lup. in repe. c. per veſtras. §. 80. in præfat. de dona. inter vir. & vxor. Huc optimè quadrat, quod ſcriptum reliquit Abb. in d. c. ſicut, il 2. ſub nu. 1. not. 3. de iureiur. quo in
6 loco tradit, quod ſi Cardinales † promittant inter ſe aliqua cum iuramento, quæ ſint in præiudicium dignitatis, ſi contingat aliquem promoueri ad papatũ, non teneatur promotus illa adimplere, nec ſeruare.

7 In initio autem factæ cenſentur, † quando intra annum, quia adhuc nouus dicitur, argu. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. vel aliàs arbitrio iudicis relinquitur. l. 1. C. de iure delib. de quo multa Pet. Rebuf. in l. ſylua. §. nouialis. ff. de verb. ſignif.

8 Ad hæc donatio facta † ad poſtulationem alicuius præſumitur facta per importunitatẽ, vt colligitur ex d. l. 1. C. de pe. bon. ſub. lib. 10. vt ẽt ſenſere ſcrib. in l. 3. ff. quod quiſq; iur. ad idem reſpondit Rom. in conſil. 436. quod indultũ. col. 5. in fi. n. 19. verſ. & ſi dicatur. & in l. ſi verò §. de viro. col. 20. fal. 24. nu. 47. verſ. & ſi dicatur. ff. ſol. mat. idem innuit Ang. Aret. in tract. teſt. gl. 55. item reliquit T. vnum ex ſuis equis, in fi. hoc ẽt alij plurimi ſenſere, vt Curr. ſen. in conſ. 65. ſuper præmiſſa, poſt nu. 9. Soc. ſen. cõſ. 164. viſa bulla. col. 4. nu. 11. verſ. amplius & ſecundo. lib. 2. inter conſ. Cur. ſen. conſ. 20. ſępenumero. col. 4. verſ. 3. videtur. Iaſ. in l. ſi teſtamentum. col. 2. poſt nu. 5. verſ. vltimo limita. C. de teſtam. Dec. in conſ. 341. viſo puncto. nu. 6. & in l. ſi qs iniquum, in princ. nu. 5. ff. quod quiſq; iur. & in c. quæ in eccleſiarum. poſt nu. 29. de conſt. Rui. in cõſ. 41. de duob. nu. 23. & in conſ. 175. viſa donatione. nu. 12. lib. 1. Alc. in tract. præſump. reg. 3. præſũp. 11. nu. 10. Hip. Marſ. in ſing. 6. in principe ſẽper præſumitur iuſtitia. Goſ. in conſ. 41. quæritur. nu. 13. & in conſ. 51. in hac cauſa. nu. 41. Thom. Gram. in deciſ. 65. excellens. nu. 31. Curt. iun. in conſil. 170. habita diligenti. num. 25. Grat. in reſponſ. 1. ſpecies facti. nu. 36. lib. 2. atq; Sig. in tract. de penſio. q. 6. num. 12.

9 Multa alia per importunitatem † à principibus cõceſſa non valẽt, quæ longa ſerie recenſet Pet. Rebuff. in tract. de reſcrip. art. 2. gl. 3. incip. multa per importunitatem, & in tract. vt benef. antè vac. art. 1. gloſ. 4. ad eum te reijcio.

CONCLVSIO DCCCXCIIII.

ARGVMENTVM.

Incendium culpa inhabitantium præſumi factum, quo pacto intelligatur, & in quibus caſibus illi teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium.*
2 *Dictio plerunque regulam deſignat.*
3 *Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium, etiã ſi plures ſint habitatores.*
4 *Incendium inhabitantis culpa factum tenetur inhabitans non ſolum de domo, vbi habitabat, ſed etiam pro vicinis ædibus combuſtis. Quod intellige, vt ibidem.*
5 *Culpa etiam in re propria caſum præcedens in re aliena obligare conſueuit.*
6 *Factum vnius alium in periculum non debet trahere.*
7 *Incendij facti paterfamilias pro ſua familia culpam ſuſtinet, & eis, quorum opera domi vtitur.*
8 *Incendium non præſumitur, niſi leuiſſima culpa interueniſſe, niſi contrarium probetur.*
9 *Incendium non præſumitur, niſi leuiſſima culpa interueniſſe, quoad culpam leuiſſimam, in omittendo non in committendo.*
10 *Incẽdij cauſa non tenetur dominus, ſi factum ſit incendiũ alicuius cauſa, cuius opera non vtatur paterfamilias.*
11 *Incendij cauſa non tenetur paterfamilias, ſi ortum ſit incendium alicuius ex familiaribus cauſa, qui extra officium ſuum deliquerit: ſecus ſi in officio.*
12 *Incendij cauſa non tenetur conductor, cum non teneatur de leuiſſima culpa.*
13 *Incendij cauſa tenetur conductor, ſi in eum leuiſſima culpa poſſit conferri.*
14 *Incendium culpa patrisfamilias non pręſumitur factum, ſi res in quibus incendium ortum eſt repoſitę erant in loco tuto, non periculoſo.*
15 *Incendij cauſa non tenetur habitatores, ſi fuerit illud cõmiſſum ab hoſtibus publicis, vel latronibus.*
Secus ſi ab hoſtibus conductoris, vt nu. 16.
17 *Incendij ad emendationem agẽs debet hominis certi factũ probare, cuius cauſa incendium fuerit exortum, & cur.*
18 *Incendij principium ſi non probatur non tenentur inquilini, & debent abſolui.*
19 *Incendiũ culpa inhabitãtiũ nõ pręſumit factũ ſi illi cõſueuerunt eſſe vigiles, & diligẽtes, niſi contrariũ probetur.*
20 *Incendium non præſumitur culpa inhabitantium ortum ſi illud ibidem raro contigerit.*
21 *Inſolitus caſus culpæ non annumeratur.*
22 *Incẽdij immiſſi cauſa ab inimicis locatoris tenetur ipſe locator ad damna, & intereſſe conductoris.*
23 *Incẽdij immiſſi cauſa ab inimicis locatoris, tenetur locator ad damna conductoris, etiam ſi abſq; locatoris culpa incendium fuerit factum: ſed tamen ad iniuriam ſuam ſit immiſſum, quod n. in ullis ſimilibus oſtenditur.*
24 *Damnũ illatũ proueniſſe ab inimicis locatoris, in eius præiudiciũ ad fauorẽ cõductoris in dubio præſumendũ eſt.*

1 Incendium † præſumi factum culpa inhabitantium, niſi cõtrariũ probetur

* probetur reſpondit Pau.in l.3.§.1.vbi* communiter
ſcribentes.ff.de offi.præfect. vigil.ita cautũ eſt ab Al-
pheno in l.ſi vendita.ff.de peric.& commod.rei vẽd.
hic enim.I.C.generatim culpã habitantib.tribuit.il-
2 le verò dictione plerunque vtitur.† quæ regulam de
ſignanteſſe Bar.in l.1.ff.de tutel.& ratio.diſtrahen.&
nuncupatim Alex.in conſ.50.nu.1.lib.1.vt ẽt ad hoc
alios refert clariſſimus Iac.Meno.de arb.iud.caſ.390
nu.3.verſ.ſecundus eſt caſus lib.2.centu.quarta.
Conclu.verò noſtram ingens iuris interpetũ cater
ua confirmat,ſed in præſentia paucis erimus cõtenti:
in primis itaq; id tradit Bar.in l.1.in prin.ff.eo.de off.
præfect. vigil. & in l. ſi quis ex argentarijs, §. an verò
nec heredi.n.4.ff.de eden.vt & ſcripſit Bal. varijs lo
cis.cũ conſulendo,tum profitendo: vt in conſ 148. fa
ctum quæſtionis verſ.his non obſtantib.cum ſeq.vol.
2.& in l.ſi creditor poſt nu. 1. verſ.ſi aũt pbetur, & in
l.quæ fortuitis.nu.4.C.de pig.actio.& in conſ.441.qui
dam magiſter.col.1.ibi,item in incendio.vol.1. & in
conſ.442.quidam nomine Reſtonus,num.3.vol.3.q
repetitum eſt in conſ.491.vol.4.ad idem rñdit Rom.
in cõſ.401.eo præſuppoſito.in prin.vbi Horat. Mãd.
in addit.ad eund.qui plures citat; horum ſententiam
probauit Hier.Gabr.in conſ.158.cogor.nu.1.vbi quã
plura neceſſaria habentur in hac incendij materia at
que Calc.in conſ.39. in caſu Tadæi.nu.2, vbi perutj-
lia ad id ſcribit, & ſexcenti alij auctores id tradidere,
quos omnes ſi recenſere vellem,

Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

His igitũ iuriſconſultorum reſponſis munita cõclu
ſio noſtra primo loco ampliatur, vt procedat, etiã ſi
3 plures ſint habitatores eiuſdem loci,† vt idẽ cęnacu-
lum incolentes: omnes enim præſumuntur in culpa;
vt apertè cautũ eſt ab Vlpi. in l.ſi vero plures.§. ſed ſi
quis.ff.de his; qui deiecer. vel effuder.authore etiam
Sali.in l.quæ fortuitis.nu.10. C.de pig.actio.

4 Secundo amplianda eſt, † vt non ſolum teneaẽ de
incendio pro domo, vbi habitabat, ſed et pro vicinis
ædibus combuſtis, iux. ſententiam Petri de Vbal. in
trac.ſocie.in 8.par.q.13. & hoc verũ eſt,ſi de incẽdio
tenetur,& eſt in leui culpa, vt ait Saly.in d.l. quæ for-
tuitis.nu.10.& in d.l.ſi vendita in fi.ff.de peric. & cõ
mod.rei vend.ſic reſponſum eſt à Bal. in d.conſ.442.
ſub nu.1.vol.3.quod nec latuit Mat. in l.1.nu.101.ff.
ad leg.Cor.de ſicar.& tradit Menoc.in d.caſ.390.nu.
13.verſ.accedit.

5 Huius rei illa ratio eſt: nam culpa † etiã in re pro-
pria caſum præcedens in re aliena obligare cõſueuit.
l.occidit.§.in hac.ff.ad leg. Aq. & l.ſi ſeruus ſeruũ.§.
ſi quis inſulam.ff.eo.ad l. Aquil.cum ẽt vnius factum
6 † alium in periculũ trahere non debeat, d.l. ſi ſeruus
ſeruũ.§.ſi fornacarius.ff.ad l. Aq.ita ſcripſit Bal. in d.
conſ.442.num.1.vol.2.alioqui non eſt obligatus pro
ædibus vicini,ſicut nec tenet cũ magiſtratus imperio
ędes ſunt depoſitæ vel iuſto metu interciderit eas,ne
ignis ad ſe perueniret, vtroq; enim caſu actione legis
A qui.non tenebiẽ,vt conſuluit Vlp.in l.ſi alius,§.eſt
& alia. ff. quod vi. aut clam. & in l. ſi quis fumo.§.q
dẽ.ff.ad l.Aq.vt tradit Sal.in d.l. ſi vendita in fi. ſicq;
limitat Fel.in c.tua nos.in fi.de ſent.excom.q, & pla
cuit And.Gail.li.2.prac.obſer.obſe.22.n.3.ver,porro

7 Tertiò ampliabis, † vt ẽt in culpa videatur paterfa
milias pro ſua familia,& eis,quorum opera domi vti
tur quia delinquũt in officio, vt ſi familiaris coquina
riæ arti prępoſitus ſiue vir,ſiue fęmina minus diligẽ-
ter officiũ exerceat, vel famulus, cui aulæ, & ſtabuli
cura ſit cõmiſſa: ſi credimus ita aſſerenti Accur. in l.
ne quid in verb.à poſſeſſorib. ff.de incen.rui. nauſra.
* cuius doctrinam ſic * cõiter intelligi teſtatur Saly. in
d.l.ſi vendita.verſic.ſed Doctores cõiter.Ideo actor
habet intentionem fundatam ex iuris præſumptio-
ne:& qui vult illum excludere,debet caſum probare:
ut ſcribunt Sal. in d.l.ſi creditor.in fi. C.de pig.actio.

Imol.in l.domos.ff.de leg.1.canon.in cap.2.depoſ.&
Ang.in conſ.97.incip.incendium.

8 Eandem ampliatã concl.primum limitabis; † ete-
nim incendium non præſumitur,niſi leuiſſima culpa
interueniſſe, niſi contrariũ probetur: ideo non teneẽ
quis ſemper de leuiſſima culpa, vt admonuit Accur.
nõ minus egregie,quã doctè in §. præterea.in verbo.
debet,qui etiã idem dicit in furto.& ibi Ang.inſtitu.
quib.mod.re contrahi.oblig.quem Accur.ſequitur
Alex.in d.l.ſi quis ex argentarijs §. prætor ait.nu.7.&
ibi Iaſ.nu.30.cum ſeq.ff.de eden. & idẽ Alex.in cõſi.
50.viſis,& opportunè cõſideratis.col 4.nu.9.verſ.cõ-
firmo prædicta.lib.1. & in conſ. 74. viſo titulo qõnis.
col.2,nu.3.verſ.ſed præmiſſis non obſt.lib. 6. Cęp.in
conſ.70.circa primum dubium.col.mihi 2.verſ. ſed
qñ ortum eſt incendium Iaſ.in cõſ.116. cauſa mota.
nu.1,vol.1.& in l. ſed,& ſi quis §.quæſitũ.col.7.num.
41.verſ.not.ẽt diligenter.ff.ſi quis cautio.& illam gl.
** eſſe magis ** communiter approbatam dixit idẽ Iaſ.
* in l.domos.nu.6.vbi ẽt Alex.nu.4. ff.de leg. 1. * com-
munem quoq; aſſeruit Goz. in conſ.63. nu.16. & 18.
idẽ ẽt decidit Affl.in dec,57.nu.7.ſic aſſeruit,& Ioan.
Crot.in §.Cato.l.4.nu.73.in 2.concl. ff.de verb.obli.
& Bertr.in conſ.140.et ſi probaretur.nu.3,lib.3, cum
his quoq; ſenſit Couar.in 5. decret.lib.epitom. part.
2.c.6.§.8.nu.14.vt etiam id corroborat auth.ſua Soc.
in regu.222. in verb.incendiũ.in 1. fallent.in,fi.vt &
animaduertit.Sal.in d.l.quæ fortuitis, & Ana. in cõſ.
71.uiſis & diligenter nu.4. ad idem reſpondit Cęph.
in conſ.67.nu.29.uol.1.atque Pariſ.in conſ.87. Inhæ-
* rendo ueritati.nu.10 uni 4.de * communi etiam atte
ſtatur Burſ.in conſ.59.uiſo proceſſu formato.num.6.
uol.1.quicquid dixerit Gram.in deciſ.3.in fi. cui hoc
* * communiter reprobatur teſte Franc.Marc.in deciſ.
Delphina.q.60.per tot. & Menoc. de arb.iud.cauſ.d.
caſ.390.nu.9.& 10.lib.2.cent.4.

9 Veruntamen hæc limitatio eſt intelligẽda,† quo-
ad culpam leuiſſimam in committendo, non quoad
leuiſſimam in cõmittendo contingentem, unde niſi
ex natura contractus ueniat leuiſſima culpa ex incen
dio,non tenebiẽ quis actione legis Aquilię ex illa le
uiſſima culpa à lege præſumpta: ſic docet Bar. in re-
pe.l.q Nerua.col.7.in 7.prin. q.nu.29.uerſ. itẽ quęro
utrum culpa leuiſſima.ff.depoſit.quẽ refert,& ſequiẽ
Alex.in d.l.domos. col.2.nu.5.uerſ. quia reſpondeo.
ff.de leg.1.& in d.§. prætor ait col.2.n.8. uerſ.ad illud
argumentum.& idem Bar.in l.qui bona.§.cum inter
nu.1.ff.de dam.infect.& in l.& elegãter.§. ſi quadru-
pes.in 3.oppoſ.ff.de dolo malo,ut & rñdit Bald.in d.
cõſ.441.ſub nu.1.uol.1.ſic ſenſit Bertr. in d.conſ.140.
nu.4.uerſ.cui non obſtat.uol.3.eiuſdẽ fuit ſẽiæ Alex.
in d.conſ.50.num.9.& 12.lib.1. q, & placuit Affl.in
ead.deciſ.75.nu.8.ita ẽt cenſuit Pariſ. in d.conſ.87.n.
11.uol.4.atque Thom. Ferat.in trac. cautel.cau.36.in
cip.paſſus eſt diffuſus nu.2. quibus ſe ſubſcripſit Me-
noc.in eo.caſ.390.nu.10.& Couar.in d.§.nu.14.

10 Secundo loco limitanda eſt concl.† ut dñs incẽdij
cã non teneaẽ, ſi in hoſpitio aduenarũ,uel hoſpitum
cã incendium ſit factum, uel alterius cuiuſpiã , cuius
opera paterfamilias non utatur: quia eius culpa alte-
ri non debet eſſe noxia,neq; damnũ afferre.ſed ſibi,l.
ſi hęreditaria.ff.de neg.geſt.l.q quis.ff.de regu.iur.&
ita loquunẽ Iuriſconſulti in d.l.ſi ſeruus ſeruũ. §.ſi qs
inſulã,& in §.ſi fornacarius,& in d.l.qui occidit.§.in
hac.ff.ad l.Aqu.ut teſtatur Sal.in d.l.ſi uendita.nu. 3.
quia hac ratione incendium fortuitum eſſe dẽ, cũ co
tum operam non elegerit, ut idem ibi.inquit.nu.5.&
in d.l.quæ fortuitis.nu.7.uerſ.ſin autem familiaris.

11 Tertiò limita non teneri dñm; † ſi familiaris Co-
quinæ,uel alij officio cõſtitutus,ſe diligẽter circa ſuũ
munus habuerit,ueluti ignẽ regẽdo,uel extinguẽdo,
ut debuit,& poſtea alius familiaris ad hęc nõ deſtina
tus ad coquinã acceſſit, ignẽ accendit, & minus dili-

genter

Digitized by Google

gēter illū aſſeruauit,vnde res locatę,vel pignori datę ſunt cōbuſtæ: paterfamilias propter illius factum nō tenetur;quia extra officium ſuum deliquit:vt probatur ex d.§. ſi fornacarius,& ex l.ſi extraneus.ff. loc. & ex d.l.ſi vendita.2.reſp.vt refert Sal.in d.l.quæ fortuitis.num.7.verſ. ſinautem familiaris.

Quartò limitatur, vt non procedat in conductore,
12 † qui non tenetur de leuiſſima culpa: vt reſponſum fuit à Cæpo.in conſ.d.70.nu.4. verſ.ſed qñ eſt ortum incendiū. Vndè ſi conductor domus in eo noctis tēpore ſolùm duas puellas dimiſit 12. annos natas, & iuuenem 20.ſaltem annor. non dicitur in aliqua culpa ſaltem lata,vel leui, adeò vt de incēdio teneatur, quamuis dictæ puellæ minus diligēter igneni cuſtodierint,quia patresfamilias diligenter conſueuerunt, habere familiam tam minorum, quàm maiorū, ergò cōis conſuetudo culpam excludit.l. pignus.C. de pig.act.ſicq; de facto in ſimili caſu ſe obtinuiſſe Cremonæ refert Iaſ.in d.l.ſi quis ex argent. §. prætor ait, n.32.ff.de edē.ita rñdit Petr.Anch.in cōſ.348.p deci.
13 Illud ſublimitabis,vt locum habeat,†niſi culpa leuiſſima poſſit in conductorem conferri,quia fœnum aſſeruauerit contra locatoris voluntatem in loco periculoſo,quod poſteà fuit incendij cauſa.l.videamus §.vlt.ff.loc.ita Sal.in d.l.quæ fortuitis.nu.9.in fi. & l. in iudicio.num.9.C. loc.
14 Quintò velim limites,†quod facto incendio domi nus culpa vacat,ſi res, in quibus incēdium ortum eſt, repoſitæ erant in loco cōgruo, & tuto, non periculoſo loci:namq; ſecuritas culpam excludit,iuxta ſententiam Sal.in d.l.ſi vendita,& in d.l.quæ fortuitis: ſicq; cautum eſt à Petr.Anch.in d.conſ.348. nu. 3.
15 Sextò limitatur, † ſi incendium fuerit ab hoſtibus publicis vel latronibus immiſſum: Incendiarij enim ſolùm tenentur,non habitatores, cum culpa vacent, vt reſcripſit Imp.Philippus in l.data opera, C. de his, qui accuſ. non poſſ. vbi Salic.
16 Hoc idem ſublimitandum eſt,vt non procedat,† ſi ab hoſtibus conductoris id factum fuiſſet,qui poſt cōductionem inimicitias captaſſet,vt ita tradit Caius I. C.in l.ſi merces.§.culpæ.ff. locat. vbi dixit damnum quod quis patitur ab inimicis proprijs ſui culpa pati intelligi.ſic Sal.in d.l.quæ fortuitis.nu.9.in fi.
17 Septimò limitanda concluſio, † quòd acturus ad incendij emendationem, debeat factum certi hominis probare,& edocere,hoſpitis culpa,vel certi ſui familiaris, cuius opera in hoſpitio vtitur, incendium exortum fuiſſe, etenim ſi hoc non probaret in cauſa ſuccumberet: nam hoſpes propter omnes non tenetur. l. licet. §. vlt. ff. nau.cau.ſta.§.curare,inſt.de act. Vbi ergò id non deducitur, incertitudo remanet, & & probatio deficit.arg.l.duo ſunt Titij.ff. de teſt. tut. vt inquit & Sal.in d.l.quæ fortuitis. nu. 10. verſ. quid facier. Et quia ſine culpa certi hominis non punitur incendium,ideò certi hominis culpam probare oportet, authore Iaſ.in d.§. prætor ait,num. 13.verſ.illam glo.& Annan.in d.conſ.71.num.3.in fi.ſic reſpondit & Bald.in d.conſ.431.ſub num.1. verſ. ſi autem certi hominis.vol.4.atq; Rom. in d.conſ.401.nu.2.Gram. etiam in d.deciſ.3.num.3.& Affict.in d.deciſ.57.nu.
18 4.& 5. vbi dicit, quando non conſtat † clarè de principio ignis, vnde originem habuerit, debere ferri ſententiam abſolutoriam,per cōtex.in l.ſi vero, §. quod ſi ex meridiano.ff.de his,qui deie. vel effu.vt & ſenſit Bald.in l.ſi creditor.nu.2.C.de pig.act. & Rom. in d. conſ.401.ſub nu.2.Alex.in d.conſ.50.ſub nu.5. verſ. & iuxta hoc.lib.1.Bal.etiam in d.conſ.491.poſt nu.2. inquit,quòd ſi non conſtet de origine ignis,& inquilinos cōſueuiſſe vigiles eſſe,& diligentes,in dubio nō teneri de incendio.quibus accedit Fran.Marc.in d.q. 61.per tot.vt & cenſuit Gramma.in conſ.22.in cauſa ſtrenui militis.nu.3.& ita * communiter concludere Doct.ait And.Gail.lib.2.pract.obſer.obſer. 21. nu. 5. in fi.idem voluit Pariſ.in conſ.87. Inhærendo veritati.nu.5.verſ.tamen aduertendum eſt,& num.8.& 12. volum.4.& Calca.in conſ. 67. præclarè ſcripſit Apoſtolus.col.6.num. 12.

Octauò limitatur,vt concluſionis noſtræ præſum-
19 ptio non habeat locum; † quando habitatores conſueuerunt eſſe vigiles,atq; diligentes, quia tales ſemper eſſe præſumuntur, & proptereà in eos nulla eſt cōferenda culpa, niſi negligentiæ indicia oſtendantur: vt reſponſum eſt à Bald.in d.conſ.491.poſt nu.2.vol. 4.quem ſequitur Alex.in d.l. domos nu.6.verſ.& inter cætera.ff.de leg. 1.& ibid.Iaſ.ſub num.18.verſ.vnde alibi.& idem Alex.in d.l.ſi quis ex argentarijs,§.prętor ait,col.3.nu.9.verſ.non omitto,ff.de eden.& in d. conſ.50.in fi.lib.1. quod etiam inſigne relatu putauit Marſ.ſing.393.reg.& conſ.77.in cauſa aſſertæ falſitatis.nu.13.& Cæp.in d.conſ.70.ver.& ideò ad hoc,per d.l.ſi vendita.ff.de peric.& comm.rei ven. idem inqt Io.Crot.in §.Cato,l.4.nu.76.verſ.notare etiam, ff.de verb.obl.atq; Franc.Niconit.in rub.C.de eden.num. 48.verſ.vnde videmus.eidem accedit ſententia. Calc. in d.conſ.66.nu. 12.in fin.
20 Nonò limitabis, † vt locum ſibi non vēdicet,ſi in-
21 cendium raro contingit:quia inſolitus caſus † culpæ nō annumeratur.l.cum duobus,§.damna.ff. pro ſoc. & arg.l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de cōtrah.empt. vt tradit Bal.in l.1.propè fin. C. depo.

Decimò limitabis,vt non procedat, ſi incendium
22 † fuerit immiſſum ab inimicis locatoris, quia tūc nedum conductor erit in culpa,nec ad penſionem præſtandam ipſi locatori tenebitur, verum locator ipſe ad intereſſe,& damna conductoris obligatus erit, cū incendium,& damnu inde ſequutum dicatur datū culpa locatoris, vel ſaltem dicatur factum ad iniuriā ipſius,per d.l.ſi merces.§.culpæ, & ibi Bart.ff. loc. & idem Bart.in l.cotem.§.qui maximos,ff.de publ.
23 Quòd & locum habebit, † tum ſi inimicitia orta ſit culpa ipſius locatoris, tum etiam ſi abſq; eius culpa:iux.ſententiam glo.Bart. Sal. & Caſtr. in d.§.culpæ.idem voluere Aret.in conſ.139.incip.quia cōſultatio. num. 1. vbi tradit paria eſſe, vel quod inimicitia pceſſerit culpa locatoris, vel quod illatū ſit damnum ad iniuriam ſuam hoc etiam apertè voluit Rui. in conſ. 147. viſis his, quæ proponuntur,nu.1.& ſeq. vol.1.& Corn.conſ.12.licet diffusè.col.pen. lib.4. ad idem ſpectat,quod reſpondit Alex. in conſ. 84. ponderatis his.col.2.n.4. verſ.ad idem adduco,lib.6.dum animaduertit,quòd quando culpa locatoris, vel vēditoris proceſſerit guerra,vt propter inimicitias quas habebat communitas iuſtè, vel iniuſtè, communitas ipſa teneatur ad intereſſe. idem videtur ſentire Spec. tit.de iniur.& dam.dat.§.2.nu. 16. verſ. ſed pone inimicus tuus. huc itidem pertinet, quod cautū reliquit Abb.in conſ.21.in q.nu.2.li.2.vbi conſuluit, quòd ſi quis captus fuerit propter repreſalias in odium alicuius factas,illic teneatur capto ad damnum, ꝙ paſſus eſt,& latius proſequitur Gozad.in conſ. 27. in cauſa cōductorū,col.5.nu.20.& ſeq.& ibi.col.pe.cir. med. * atteſtatur ita ſe habere* communem ſcribentiū ſententiam, quòd ſcilicet locator teneatur ad damnum datū ab eius inimicis, ſiue inimicitia deſcenderit ex
24 culpa ſua,ſiue non. Et in dubio† præſumendū erit dānū illatū prouenſſe ab inimicis locatoris in eius præiudiciū,& ad fauorem conductoris: vt conſultus rñdit Rom.in conſ.7.viſis neceſſarijs,col.1.nu.1.& ſeq.

CONCLVSIO DCCCXCIV.

ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur inceſtus.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus multæ probationes, remiſſiuè.*
2 *Inceſtus probatur ex duobus teſtib. qui conſanguinitatem tantum*

tantum,& per duos alios,qui coitum ſolum probent.
3 *Licitum eſt arguere ex coniunctione duarum legum, vel duorum capitulorum.*
4 *Inceſtus probatur ex conqueſtione uxoris per famam, & teſtes conſanguineos.*
5 *Capitorum forma, & exceptionum defenſionum, quo pacto ſit concipienda in crimine inceſtus, remiſſiue.*

1 Multa probationũ genera†alias,à nobis ſunt tradita, quæ facilè ad inceſtus pbatione,iuxta facti qualitatem pertinere poſſunt, vt in cõcluſione. Adulteriũ. in cõcluſione coitus. in cõcl. copula, in concluſione Fornicatio. Nos in præſentia idcirco illis è medio derelictis pauca attingemus, quæ ad inceſtus probationem ſpeciatim ſpectant.

Inceſtum itaque probare volēs id facilè poterit cõ
2 ſequi, ſi p duos teſtes,†qui cõſanguinitatē tñ probēt, non autem nefandam corporis inter ſe coniunctionem, & per duos alios, teſtes, qui coitũ probent, non affinitatem demonſtrabit, vt egregiè dicebat Bald. in l.Gallus.§.ille caſus per illũ tex. col.2.ſub nu. 1.in 3. not.& ibidem Imo. col.2.verſ. item not. quod licitũ
3 eſt.ff.de libe. & poſthu.vbi probatur, †quod licitum eſt arguere ex coniunctione duarum legum, vel duorum capitulorum, ergo, & teſtiũ eoſd: refert & ſequitur Iaſ.in repe.l.admonendi.col.84. nu.261.verſ.ſecũdo faciunt. ff.de iureiur.

4 Inceſtus etiam probatur † ex cõqueſtione vxoris, quod ſuus coniunx cum affine rem habuit, probatur quoque per famã,& per teſtes conſanguineos, de quibus omnibus meminit Ang.de Caſtro in conſ.94. viſa inquiſitione nu. 1 inter conſilia criminalia diuerſorum, quem videas.

5 Quo verò pacto ſit concipienda † capitulorũ forma in hoc crimine inceſtus; & quomodo in eod. facinore exceptiones defenſionũ, quæ probandæ offeruntur ſint formandæ, adeundus erit Petr. Foller. in pract.crim.in 6.part.prin.tit.de forma c.in crim. inceſtus. vbi id egregiè docet.

CONCLVSIO DCCCXCV.

ARGVMENTVM.

Vt probetur indicium explicatum.

SVMMARIVM.

1 *Indicium quodlibet regulariter probatur per duos teſtes.*
2 *Indicium ēt leue, & minimum duobus teſtibus probari.*
3 *Teſtes in probando indicio debent eſſe omni exceptione maiores.*
4 *Indicium remotum duobus teſtibus probari.*
5 *Indicium propinquum vnico teſte probari. Ampliaĩ nu. 7. Contrarium, nu.9. Conciliatio, remiſſiuè. nu. 10.*
6 *Teſtis vnicus ad probãdum indicium propinquum debet eſſe omni exceptionε maior.*
8 *Indicium propinquum vnico teſte probatur, dummodo alia circunſtantiæ non reſiſtant.*
11 *Indicia multa teſtibus ſingularibus probata efficere poſſunt vt quis torqueatur. Contr. nu. 12.*
13 *Indicium cùm pluribus teſtibus probatur, non debent eſſe teſtes omni exceptione maiores.*
14 *Teſtes non debent eſſe omni exceptione maiores ad inueſtigandum, & torquendum, non autem ad puniendum. Quod declara, vt nu. 15.*
16 *Indicium probatur per probationem veriſimilem.*
17 *Indicium probatur per teſtes deponentes de fama.*
18 *Indicium ex fuga ortum iuramento fugientis tolli.*

1 Indicium quodlibet, vt plurimum † probari debere per duos teſtes auctor eſt Accur.in l.vlt.in verb.vel indicijs. C.fami.erciſc. cuius doctrinam cõi ſcribentium calculo eſſe receptam eamq; ſingularem eſſe Docto; tradunt, eundem Accur. ſequitur Bar.in l.vlt.col.2.nu.7.verſ.quæro qualiter.ff.de quæſtio.vbi etiam Sal. & idem Bart. in l.admonendi col.7.poſt nu.39.ff.de iureiur.ex ſententia Inno.in c.ſicut.il 1.extra de ſimo. idem voluit Ang. Are.in tract.malef.in verb fama publica, col.3. verſ.qro qualiter probeť indicium ad idē rñdit Alex. in conſ.18. viſo proceſſu. col.4.poſt nu.6.verſ. ſecundo,& fortius. lib. 1. & in conſ.180.in cã Angelorum col.2.nu.2.& 6.lib.2.& in conſ. 1.viſo proceſſu.col.3. nu.5.verſ.indicium autem lib.7. & in conſ.11.ſentio. nu.6.lib.4.& in conſ.138. viſa copiã denunciationis. col.2.nu.4.verſ.2.reſp ondeo.lib.6.& in cõſ.216.ponderatis his col.2.num.8.verſ. prætereà poteſt dici,eo. lib.6.& in conſ.2.viſo proceſſu.col.5.nu.15.verſ.non obſtat etiam ſi diceretur lib. 7. & in conſ.29. clariſſimè Doct.col.8.nu.21.verſ. quinimo vnaquęque coniectura. eod.lib.7. ſic ſenſit, & Cœpol. in conſ.crim. 32.num.10. quod probauit, & Ruin. in conſ. 7.nu.5. & in conſ.137. num.14.vol. quinto eiuſdem fuit ſententiæ Rimin.ſen.in conſ.316.nu.13.vol.2.in conſil. 11.num.26.& in conſ.93.num.28.vol.1.eandem ſententiam plurimi alij confirmauere, vt Giam.in conſ. ciuil.59.nu.26.& in voto 22.num.8.Corn.conſ.260. in litera F.volu.3.in conſ.107.in litera K. & in conſi. 191.in litera H.vol.4. Alex.de Neuo.in conſ. 64.nu. 4.vbi atteſtatur de cõi. Conrad.in ſua praxi crim.li. 1.§.3.de off.prer.in cau.crim.nu.26.Iodoc.Damhouder.in ſua praxi crim.c.36.nu.14. Nouel.in ſua prax crim.in prin.nu.16 Bertr.in conſ.164. nu.5. vol.7. in conſ.42.nu.5.& in conſ.309.nu.5. vol.6. in conſ.415. nu.6.vol.4.in conſ.37.nu.6. vol.2.in cõſ.122. nu.2.& in conſ.137.nu. 16.vol.1. Alba.in cõſ.56.n.28. Crau. in cõſ.6.n.12.& ſeq.Franc.Brun.in ſuo tract. de indi. & tort.2.q.prin. Clar.in ſua praxi crim. §.fin. q.22.in prin.vbi dicit hãc eſſe cõem cõcluſ.nec habere contradictorē, cuius ſñiæ teſtem laudat Ang.de Caſt.inter conſ.crim.diuer.in conſ.94.num. 26.lib.1.& Soc. pariter atteſtantē de cõmuni in conſ.54. nu.2.vol.4. Eandem concluſ. pluribus munitam authoritatibus
2 velim amplies, vt procedat etiam ſi † indicium ſit leue, minimum,& debile, prout Ioã.de Amic.in conſi. 7.num.24.in conſ.85.nu.12.conſ.86.nu.12.& in cõſi. 127.nu.10.vbi plures alios allegat idem ſentientes.& Clar.in d.q.22.in prin.

3 Secundo amplia, vt hi duo teſtes † debeant eſſe habiles, omni exceptione maiores,& conteſtes; vt rñdit Bal.in conſ.515.quidam fuit interfectus, nu.2.vol.5. ſic etiam aſſeruit Grat.in conſ. 45.nu. 11.vol.2. ita ēt cautum eſt à Pariſ.in conſ.163.nu.11.vol.1.hoc comprobauit & Gephal.in conſ.204.nu.17. vol.2. vt cenſuit & Mantic.in conſ.213.nu. 26.& in conſ.248. nu. 9.vol.1. in eandem deſcendit ſententiam Alba. in d. conſ.56.num.25.& Bertr.in ſupra relatis conſilijs, de qua re pluribus in locis meminit Marſ.vt in conſ.22. nu.10.vbi plures concordes refert,& in conſ.59.nu.6. & conſ.79.nu.10.& conſ.88.nu.15.

Nunc verò primùm limitabis eandē concluſionē
4 locum habere,† qñ ageretur de probãdo vno indicio remoto,& mediato ipſi maleficio: nã tunc requirunĕ duo teſtes: vt tradidit idem met Accurſ. in d.l.vlt.vbi Bar.& alij.C.fam.erciſ.quibus accedit Cyn. in l.3.C. ad leg.Iul.maieſt.Bal.in l.2. col.1.poſt nu.3.C.quorũ app.non recip.& in conſ.97.incip. An mandatarius, ante fi.vol.5.& in l.ſi quis ex argētarijs, §. ꝙ ſi plures, ff.de edendo. ꝙ nec prætērijt Ang. in l.fi. ff.ꝙ metus cã.& in authen.de teſta.imperfect.in prin.col.2.ver. & not.diligenter, neq; latuit Sal.in l.vlt. C.de queſt. ad ꝙ idem conſultum eſt ab Alexan.in conſ.5.col.2. nu.4.lib.1.ſic aſſeueraũit Marſ.in cõſilijs nuper à nobis adductis, vbi idem ſentiētes authores recenſet, & in l.1.§.idē Cornelio. nu.2. ver. ſecus autem eſt. & in d.l.1.§.prætereà, nu.57.verſ. prætereà cõtra dictã doctrinam.

ctrinam. ff. de quæſtio.& in l.de minore. §. plurimũ,
nu.103.verſ.quod aũt indicium.ff.eodẽ,& in l. vnius
facinoris.§.teſtes torquendi.col.1. num. 2. ff. eod. vt
ẽt cautum eſt ab Alc.in cõſ.455.nu.1.& à Io. de Ami
cis in cõſilijs de quibus ſupra meminimus, & à Cęph.
in conſ.133.nu.10.& in cõſ.206.nu.19.vol.7. à Ruin.
quoque in d.conſ.7.nu.5.& in d.conſ.137.nu.14.vol.
5. atque à Deci.in c.licet cauſam,nu.17.extr.de prob.
vtque voluere Oſaſch.in dec. Pedemon.19. nu.16.&
Clar.in d.q.22.circa med. & Burſ in conſ.20. Gaſpar
* Landinellus col.7.nu.23.vbi de * communi,vol.1.
5 Secus vero eſſet, † qñ tractaretur de probando in-
dicio propinquo,ſeu immediato ipſi maleficio: nam
tunc vnicus teſtis facit indicium ad torturã, vt docue
re Doct.ſupra citati, & præſertim Alc.in d.conſ. 455.
nu. 1. vbi inquit hanc opinionem eſſe canonizatam
* tàm in ſcholis,quàm in iudicijs,quàm * oẽs tenent in
d.l.admonendi.& Marſ. in ſupradictis conſilijs: eid.
ſententiæ accedit Pariſ.in conſ.151.nu.2.vol.4. Soci.
ſen.in d.conſ.54.nu.1.vol.3. Abb.in conſ.72. nu 1.&
Clar.in d. q. 22. in princ. vbi allegat alio in loco Ac-
cur.in l.ſi quis,in ver.conuictus,C.ad leg. Iul.maieſt.
* cuius traditionem dicit eſſe * communiter approba-
tam,ſecundum Boer.dec.163.nu.3. Gul.de Bened.in
1.par.rep.c.Raynutius,nu.34. de teſta. & Rol.à Val.
* in cõſ.7. nu.3.vol.1.& ita * communiter ſeruari dicit
Cępol. in conſ.40.in 4.dub. in crim. & Paris.de Put.
de ſindicat.c.12.in prin.
Poſteriorem limitationis noſtræ partem velim de-
6 clares,† vt is vnicus teſtis debeat eſſe omni exceptio-
ne maior,inuulnerabilis,indubitatus,& cui nulla cõ-
iectura reſiſtat, aliter non probatet: vt loquutus eſt
Crau.in cõſ.99. nu.4. Bal. authoritate permotus in l.
milites,§.oportet,C.de quæſt.& conſ.259. incip.ver-
ba inquiſitionis,col.1.ad fi. vol.1.& in cõſ. 41.incip.
ꝑſuppoſito ſtatuto,in fi.vol.5. vt ẽt cenſuit Ang.in l.
vlt.C.de quæſt.atq; Alex.in cõſ.124.col. 2.n.10.verſ.
in propoſito ẽt vol.6.idẽ cõſuluit Crau.in cõſ.6.n.12.
& Alba.cõſ.72.n.8. & hoc idẽ Clar.in prax.cri § vlt.
q.22.ver.vnũ tñ ſcias.& Cepha.ſenſere in d. cõſ.133.
nu.22.vol.3.ſic voluit & Marſ.in prac.cri.§.diligẽter
nu.71.& 72.verſ.ꝑterea cõtra dictũ Spe.& ĩ ſing.342.
& Conrad.in ſua prax. crim. lib.1.§.3.de offi. præt.in
cauſis crim.nu.25.in c.incip. qñ reus interrogatus.
7 Vbi ampliat,† ẽt ſi talis vnicus teſtis deponeret ſu
per facto noctis tempore ſequuto,dummodo conſta
ret eum eſſe talis naturæ ex medicorum iudicio, ꝙ
noctu videret, etiam ſine aliquo ſplendore, vel quia
luna luceret,vel adeſſet aliud lumen, vel quia fuiſſet
valdè propinquus, vel quia cognouiſſet voces, quas
notas habebat, allegãdo Plot.in rep.l. ſi quando, nu.
842.vſque ad nu.845.C.vnde vi.
8 Secundò declarabis † dummodo aliæ circunſtãtię
non reſiſtant.prout dicit Iodoc. in ſua praxi crim.ca.
36.nu.15.Affl.in conſtit. reg.lib.1. rub.27. de homic.
clan.nu.42.vbi alios allegat.
9 Attamen † contra eandem limitationis partem vr̃
ſentire Boſſ.in pract.crim.in tit. de indic. ante tortu.
nu. 18. & ſeq. dicens id etiam in indicio propinquo
habere locum,vt per duos teſtes probetur omni exce
* ptione maiores. idem refert ex * communi Alex. de
* Neuo.in conſ.97.nu.14.vol.1. à quo dicto vti * com-
muniter obſeruato & vero neminem diſcrepare re-
ſpondit Burſ.in conſ.35.multa ſubtiliter,nu.2.vbi re-
fert Bolog.& Clar.ita ſentientes.
10 Cuius cõtrouerſię reconciliationẽ † petere poteris
ab eo.Clar.in pract.crim.§.vlt.q.22.incip. viſum eſt.
11 Tertio loco limitanda eſt cõcluſio, † ꝙ licet vnũ
quodq; indiciũ per duos teſtes probari debeat, tñ qñ
ſunt multa indicia, ſi probarenẽ per teſtes ſingulares
fieret,vt ex talibus indicijs ſic probatis orirenẽ plures
præſumptiones, quæ facerent indicium ad torturã,
ſi credimus ſic atteſtãti Fulg.Raph.in d.l.vlt.C.fam.
erciſ. quẽ refert & ſequitur Soc.ſen.in d.cõſ.54.nu.2.
vol.3.hocq; ſequitur Fran.Brun.in d.tract.de indi.&
tort.col.2.nu.5. vt etiam decidit Gram.deci.34.n.30.
& 35.in conſ.crim.32.nu.10.& Alba. in d.cõſ.72.nu.
15.vbi rationẽ adducit, qa tunc vnũ dictũ coadiuuat
aliud. & oĩa tendũt ad eund.finẽ. qui ꝑmouenẽ Alc.
authoritate in cõſ.77.in cã accuſationis, ĩ fi.li.1. atq;
idẽ Alex.in cõſ.6c.habita ſuper cõtentis, nu.10.li.1.
12 Contra tamen † hanc limitationem ſtare videtur
Alex.in d. cõſ.180. nu. 6.lib.2. quem etiam plurimis
alijs in locis ita ſentientem refert Gramm. in conſ.31.
in cauſa Regij fiſci,nu.18.atque Cæpol.in d.conſ.32.
nu. 16. vna cum alijs ab eod. Gramm. ibid. allegatis,
& in hac ſententia reſidet.
13 Quartò declaranda tibi erit concluſio, † vt qñ in-
dicium probatur per plures teſtes,non requiratur tũc
quod ſint omni exceptione maiores: prout dicit Soc.
ſen in d.conſ.54.col.2. poſt nu.6.ver. pręterea & ſecũ
do,vol.3.vt & innuit Bal.in conſ.427.incip.quædam
mulier, col.2.num 6. verſ.item ad probanda indicia,
vol.5.quibus accedit Corrad.in ſua prax. crim.lib.1.
§.3.de offi.prætor.in cauſ. crim.nu.25.vbi alleg. Cra.
in conſ.35.nu.19.
14 Id tñ eſt intelligendum, vt verum non ſit † quoad
puniendum,ſed quoad inueſtigandum,& ẽt torquen
dum: quia tunc ſufficiunt, licet non ſint omni exce-
ptione maiores, dummodo veroſimilia deponant,
prout dicit Rom. in conſ.451.quædam mulier, nu.8.
verſ.item ad probandum.permotus ex d. l.milites,§.
oportet, C.de quæſtio. cuius ſñiæ innititur Gram. in
conſ.crim.1.excellens dñe,nu.5.ver. nam ad hoc rñ-
detur, qui loquitur de tortura, & ad hoc citat Bal. in
l.cunctos populos, col.6. C. de ſumma Trinitate, &
fide cathol.idem Grammat.decidit in dec.34.in prę
ſenti deciſione,nu.51.& in conſ.70.in cauſa Cæſarel
li.num.10.quo in loco tamen iſtud declarat procede
15 re, † quando huiuſmodi teſtes infames, ſeu aliter à
teſtimonio dicendo reiecti depoſuiſſent contra ali-
quem cum tortura, quia aliàs abſque tormentis non
ſunt admittendi,& admiſſi non probant,per contex.
in c.ſi teſtes,ver.ſi autem ea rei conditio,4.q.3.& in l.
ob carmen.§.ſi ea rei conditio. ff.de teſti. cũ alijs ibi-
dem ab eod. citatis. idem confirmauit Gram. in vot.
25.in cauſa nobilis Donati,nu.1.ver. & cir.1.
Verùm præter teſtium probationem indiciũ quo-
16 que poterit probari per probationẽ † veroſimilẽ: iux
ta ſñiam Fel.in c.in præſentia,col.7.nu.16.ver.2.limi
ta,de prob.vbi alleg.Bal.in l.non hoc,C.vnde cogn.
17 huc reſpexit & Alc. in conſ.452.nu.1.cũ inquit, † ꝙ
indicium probatur per teſtes deponentes de fama,
quæ fama quoties eſt veroſimilis & facit indicium
ad torturam,& etiam ſemiplenam probationem,ſal
tem in foro Canonico,in quo ad facti veritatem ma
gis attenditur,ſecundum Docto.in c.veniens,1.extra
de teſtibus.& voluit Gand.in tract.de quæſt.& Guid.
de Suz.in ſimili tract.in rub. qualiter reus ſubijciat ſe
torturæ. & ita etiam dicit Riminal.ſen.in conſ.6.nu.
24.volum.1.vbi ideo inquit,quòd indicia debent eſ-
ſe veriſimilia.
18 Poſtremo indicium, † quod ex fuga inducitur, tol-
litur per probationem factam ab ipſo fugiente inter
poſito eius iuramento, prout ſingulariter & egregiè
dixit Cyn. in l. vlt. C.de requi. reis, quod dictum pro
inſigni refert & ſequitur Franc. Brun.in ſuo tract.de
indic.& tortur.q.3.1.par. col.6.nu.12. in fi. verſ.item
voluit Cyn. quẽ recenſet Hipp.Marſ.in rub.C.de pro
bat.num.133.verſ.iſtam tñ concluſionem.& in ſing.
185. incip. fuga non facit indicium, inquit ad vnum
aduertendum eſſe, & arrigendum aures, quòd caſu
quo fuga inducat aliquam præſumptionem contra
aliquem,ſeu indicium, talis præſumptio taliter indu-
cta per fugam tollatur per iuramentum ipſius fugien
tis, quod dictum dicit nunquã eſſe obliuioni traden-
dum,

dum, imò tenendũ menti ad adiuuandũ amicũ, contra quẽ ſit indiciũ fugę. hoc idem voluit Caſal. in ſuo tract. ſindic. verſ. 542. incip. quoniam ſæpe ante fin.

CONCLVSIO DCCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Infamia quo pacto probetur, & quomodo teſtes debeant deponere ſuper eiuſdem probatione.

SVMMARIVM.

1 *Infamia teſtibus probatur.*
2 *Infamia duobus teſtibus tantum poteſt probari.*
3 *Infamia teſtibus ſingularibus probatur.*
4 *Teſtes debent eſſe conteſtes in ipſa infamia irrogata.*
5 *Infamia vt concludenter per teſtes probetur, requiritur vt illi dilucidè factum ex quo infamia orta ſit, probent.*
6 *Teſtes ſuper infamia deponentes debent deponere illũ eſſe infamatũ de graui crimine apud bonos & honeſtos viros.*
7 *Teſtes ſuper infamia deponentes debent dicere aliquas præſumptiones, ex quibus infamia orta eſt.*
8 *Infamia non probatur ſimpliciter ex voce populi.*
9 *Teſtes ſuper infamia deponentes debent reddere cauſam probabilem ſui dicti.*
10 *Teſtis ſuper infamia deponens, illamq; rationem afferens, ſcio, quia ſum vicinus, non probat.*
11 *Teſtis ſuper infamia deponẽs, & de eo, quod deponit, apud populum infamiam extare, dicens non probat.*
12 *Teſtis ſuper infamia deponens, quid debeat deponere, vt illam concludenter probet.*
13 *Infamia probatur ex confeſſione infamati, verum eã, quæ ſit iudicialis, vt nu. 14.*
15 *Infamia probatur ex confeſſione ficta.*
16 *Infamia probatur per inſtrumentum ſententiæ.*
17 *Infamis an poſſit eſſe teſtis, remiſſiuè.*

1 **Infamiam** † alicuius hominis ꝓbari per teſtes ſcriptũ reliquit nõnullis in locis Innoc. vt in primis in c. cum oporteat. poſt col. 1. nu. 1. verſ. ſed ſi hæc infamia. & poſt nu. 3. verſ. nobis vr̃. & col. 3. nu. 6. in verb. noueritis. & in c. inquiſitionis. n. 5. in verb. ſed infamato. de accuſ. cũ hoc ẽt ſenſit Bonicont. in tract. de accuſa. poſt verſ. cũ aũt
2 inquirit. nu. 41. vbi ẽt duos † ſatis eſſe ad ipſam infamiam probandã dicit. vt & inquit Spec. in §. viſo igitur. nu. 8. verſ. ſuper probatione autem infamiæ.
3 Id aũt ampliandum eſt, vt etiã procedat, † ſi teſtes ſint ſingulares: quia & ex his probari dixit Alex. in conſ. 141. ponderatis matureq; perſpectis. nu. 2. col. 2. verſ. præterea teſtes diſcordes & ſingulares, volu. 1. & in cõſ. 147. viſo themate & dubijs. col. vlt. poſt nu. 20. verſ. præterea teſtes ſingulares. vol. 7. ac ante eũ n animaduertit Spec. in §. 1. nu. 17. verſ. ꝙ ſi vnus teſtis ſuper infamia probanda. & in §. viſo igitur. poſt nu. 9. verſ. item non eſt neceſſe. tit. de inquiſit. poſt Inno. in c. qualiter & qñ. il 2. poſt n. 1. verſ. nec eſt ꝙ neceſſe oẽs teſtes ab eiſd. & per tot. nu. 4. tit. de accuſat. quibus adhæret Bar. in d. l. de minore. §. plurimũ. nu. 24. verſ. ſed quid ſi teſtes diuerſi. ff. de quæſt. & hoc etiam dilucidè explicauit in l. 1. col. 5. verſ. item quod infamia. poſt nu. 14. C. de teſta. quod ſequitur Marſ. in d. §. plurimum. d. l. de minore. nu. 51. verſ. aliam etiam dubitationem format hic Bar. ff. de quæſt.
4 Intellige, vt conteſtes † tamen ſint in ipſa infamia irrogata; vt dixit Bal. in d. l. 1. d. 5. col. verſ. item quòd infamia probatur.
Verùm probaturus infamiã per teſtes, vt hi conclu
5 denter ipſam probent, † requiritur, vt dilucidè factũ, ex quo infamia orta ſit, probent: ita ſancitum eſt in c. præſen. tum. §. teſtes. de teſtib. in 6. & in c. vt circa. de elec. in 6. ꝙ etiam comprobat Bal. in l. 1. num. 5. verſ. poſſet hic dubitari. ff. de his qui not. infam. & in l. Caſſius Longinus. nu. 7. verſ. ſed nunquid infamia hominis. ff. de ſenat. quem refert & ſequitur Bert. in conſ. 37. viſo proceſſu cauſæ captæ. nu. 9. verſ. adijcio, ꝙ ad probandum. vol. 2. idem cenſuit Io. Cror. in tract. de teſtib. par. 1. nu. 7. verſ. contrarium tenuit Bal.
6 Præterea iidẽ teſtes ſuper infamia deponentes, † debent deponere illum eſſe infamatũ de graui crimine apud bonos & honeſtos viros, vt tradit Inno. in c. cũ oporteat. in 1. col. poſt nu. 1. verſ. item debẽt adijcere in teſtimonio. & col. 2. poſt n. 3. verſ. nobis vr̃. & col. 3. nu. 6. in verb. noueritis. de accuſ. cui adhæret Spe. in §. viſo igit. aliàs incipit nũc tractemus. poſt nu. 3. ver. ſi igit aliquo. & nu. 8. verſ. ſuper probatione. in tit. de inquiſit. idem tradit Fel. in c. inquiſitionis §. q̃ſiuiſti. col. 3. verſ. 2. not. ex tex. de accuſ. & placuit Butr. in d. c. cũ oporteat. nu. 18. vbi Anch. n. 10. & Zabarel. in c. qualiter. § ſunt tñ. col. 3. de accuſ. idẽ voluit Gemi. in c. ſi is cui. nu. 8. & 9. eo. tit. de accuſ. eiuſdem fuit iniæ Cra. in cõſ. 41. venerabilis D. Iacob. n. 1. ver. 1. qa. ꝙ & cõprobauit Nicol. Mil. in reper. in verb. teſtis ſi dicat
7 quẽ infamatũ. idemq; teſtes † debẽt dicere aliquas ꝑſumptiones & cõiecturas, ex qb. dicta infamia originẽ traxit: vt retulit gl. in pragm. ſanctio. in c. quicunq; §. quod ſi hu. in verb. diffamatos. de concubinarijs.
8 Alioqui aũt ſi probatur † infamia ſimpliciter ex voce populi, de qua non eſt curandũ: vt l. decurionũ. C. de pœ. & c. Oſius. de elect. & colligit ex Bar. in l. de minore. §. plurimũ. nu. 18. verſ. iſta enim fama eſt illa, quæ dr̃ vana vox populi. & poſt nu. 30. verſ. dico, ꝙ iſta non probat, ſed dicitur magis vana vox. & in fi. verſ. reſpondeo, intelligam. ibi, aliàs nõ eſſet fama, ſed magis vana vox populi. ff. de quæſtio. & videntur hoc idem voluiſſe Inno & Spe. in ſuperioribus adductis locis: vt aſſeruit glo. in prag. ſanct. in d. verb. diffamatos. verſ. aliàs ſi probatur infamia ſimpliciter.
9 Ad hæc teſtes † ſuper infamia deponentes, debent reddere cãm ſui dicti, vt docet Innoc. in d. c. cũ oporteat col. 2. poſt num. 3. verſ. & debet ſubijcere cãm. & col. 3. verſ. ſi aũt teſtes. & nu. 4. verſ. item ſufficiens cã eſt. & in d. c. qualiter & qñ. il 2. nu. 1. in verb. & famã. idem ſenſit Spec. in d. §. viſo igitur. poſt nu. 8. & verſ. ſuper probatione. de inquiſ. hos ſequutus eſt Abb. ꝑin c. veniens. il 1. nu. 9. verſ. & faciunt pro hoc, de teſtib. & in d. c. cum oporteat. nu. 11. verſ. & puto. vbi Fell. col. 7. in fi. poſt nu. 6. hoc etiam aſſeruit gl. in pragm. ſanct. in d. c. quicunq; §. ꝙ ſi bi. ſuper verb. diffamatos. ibi, quòd teſtes deponentes de concubin.
Nec velim quiſquã arbitretur illam rationẽ, ſcio,
10 † qa ſum vicinus, quæ in plurib. alijs recipitur, in præſentia validam eſſe futurã. Ad probandã namq; infamiam hanc nihil valere, author eſt Fran. Purpu. in l. 1. col. 12. n. 100. verſ. ex qua ampliatione. ff. ſi cer. pet.
11 Prout nec illã ſatis eſſe, ſi teſtis dicat, † de hoc apud populũ infamiã extare, docet Inno. in d. c. cum oporteat. col. 3. poſt nu. 4. verſ. illud aũt non vr̃ ſufficere. & idem vr̃ ſentire in d. cap. qualiter & quando. il 2. poſt nu. 1. verſ. ſed non ſufficit huic. & idem dixit Bart. in d. §. plurimum. d. l. de minore. nu. 21. verſ. ſed quid ſi teſtis dicat. ff. de quæſt. & hunc ſequitur Abb. in d. c. veniens. col. 5. poſt nu. 11. ver. non enim ſufficit, ꝙ populus habeat illũ ſuſpectũ. tit. de teſtib. vt ẽt tradit d. gl. pragm. ſanct. in d. verb. diffamatos. verſ. non enim ſufficit dicere. idem Fel. in d. c. inquiſitionis. §. quæſiuiſti. col. 3. verſ. tertio not. de accuſ. in hanc quoq; ſententiam reſpondit Crau. in d. conſ. 41. nu. 5. verſ. præterea non probant. ubi plures allegat ad hoc.
12 Proinde teſtis deponẽdo † ſuper infamia, debet teſtificari, ꝙ eſt infamia inter maiorem partem hominũ, uel uiciniæ illius loci, in quo erat fama, & à ma-
iori

Digitized by Google

iori parte audiuerit. vt tradit gl. in d. c. inquiſitionis. §. quæſiuit in gl. vlt. q̃ ſequuntur ibid. Fely. in col. 4. in prin. verſ. an gloſ. fin. ibi, maior pars. de accuſa. & tenet Bar. in l. 5. §. eiuſdē quoq; nu. 2. verſ. q̃ro qualiter. ibid. Bald. in 1. & 2. lect. ff. de teſtib. & in d. l. de minore. §. plurimũ. nu. 14. verſ. ſed ſufficit, ꝙ dicat & nu. 19. ver. quæro qualiter. & nu. 20. verſ. quid. ff. de quæſt. vt etiã innuere vr̃ Innoc. in d. c. cum oporteat. col. 2. poſt nu. 3. verſ. nobis vr̃. & nu. 4. verſ. item ſufficiens cauſa eſt. & in d. c. qualiter. poſt nu. 1. verſ. ſcilicet, ꝙ ille cõtra quem agit, inquit & ipſemet Bal. in c. præterea. nu. 9. verſ. & adde ꝙ not. de teſtib. adhæc verò conferunt ea, q̃ tradita ſunt à nobis ſupra in conclu. Fama, plura aũt de probatione infamiæ differẽtem, & quo pacto teſtes deponere debeant, conſulas Innoc. in d. c. cum oporteat. & in d. c. inquiſitionis. & in d. ca. qualiter & quando. il 2. vbi etiam ſcriben. de accuſ.

13 Inſuper probatur infamia † ex ipſa confeſſione infamati: vt colligitur ex eo, ꝙ tradit gl. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. vlt. in verb. probatum eſſet. ff. de iureiur. quã ſequitur Bal. in l. 1. num. 4. verſ. nota ẽt hic. de his qui not. infam. idem ſenſit in l. quin. in 2. lect. col. 3. nu. 6. verſ. quarto quæro. ff. eod. & in l. Caſſius Longinus. nu. 12. verſ. adde quod nulla. ff. de ſenat. ꝙ & videtur probaſſe Bar. in l. infamem. ſub nu. 10. ff. de public. iudic. & in l. ictus fuſtium. nu. 3. verſ. quærit gl. ff. de his qui not. infa. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 152. viſo proceſſu cauſæ matrimonialis. col. 4. num. 8. in fin. verſ. item de iure canonico. lib. 5.

14 Iſtud intelligas, vt procedat † in confeſſione iudiciali, non verò extra iudicium: nã illa cùm infamet, probat etiam contra infamatum: vt docet Accur. in l. ſi tutor. in verb. confeſſum. C. de interdict. matrim. ſic quoque ſenſit Bald. in d. l. quoniam. in 2. lect. poſt nu. 6. verſ. intelligo. ff. de his qui not. infam.

15 Illud idem ampliabis, † vt ẽt ex ficta confeſſione infamia probetur, veluti ſuper infamia tranſigendo, vt innuere viſus eſt Bar. in d. l. infamem. nu. 10. verſi. aduerte. ff. de public. iudi. vt etiam proſequitur Bald. in d. l. quoniam. nu. 3. & nu. 5. ff. de his, qui not. infam.

16 Nec leuis eſt illa probatio infamiæ, † quæ fit per inſtr̃m ſententiæ; per illud namq; infamiam probari tradit Inno. in c. qualiter & quãdo. col. 5. poſt nu. 10. verſ. non obſtat. ſupra de accuſ. ibi, ſicut & per eãdẽ ſententiam. de accuſ. vt hoc etiam videtur innuere. Bal. in d. l. 1. nu. 3. ff. de his, qui not. infam. dum ibi dicit, per ſententiam latam iuris infamiam irrogari, vt & inquiunt cæteri ſuperius à nobis relati.

17 An aũt infamis † poſſit eſſe teſtis, egregiè examinat Cãpeg. in tract. de teſtib. reg. 29. 30. & 31. & Crot. in d. tract. de teſtib. in 3. par. nu. 20. cum plur. ſeq. & in 4. par. nu. 63. cum plur. ſeq. ad quos te reijcio.

CONCLVSIO DCCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Infirmitas cũ præſumat̃, quomodo probet̃.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus ſemel, ſemper præſumitur infirmus, niſi contrarium probetur.*
2 *Infirmitas in dubio præſumitur longum impedimentum.*
3 *Infirmitatis probandæ onus ei incumbit, qui ſe ſanum dixerit. Et qua ratione.*
4 *Quæ nõ mutantur ſolo temporis curſu, non præſumuntur mutata.*
5 *Dominus vel poſſeſſor qui ſemel fuit, ſemper præſumitur dominus & poſſeſſor.*
6 *Infirmitas ſingulare priuilegium.*
7 *Infirmitatis aliud priuilegium.*
8 *Infirmitatis multa priuilegia, remiſſiuè.*
9 *Infirmitas probatur per iuramentum infirmi.*
10 *Iuramento decidũtur cauſæ ſummariæ.*
11 *Infirmi iuramento non eſt habenda fides, cùm perſona ſuſpecta eſt.*
12 *Infirmitas medicorum teſtificatione probatur.*
13 *Infirmitas probatur per aſpectum corporis.*
14 *Teſtis ſuper infirmitate deponens, probat, ſi reddendo rationem dixerit, ſcio, quia vidi.*
15 *Infirmitas probatur per teſtes domeſticos.*
16 *Infirmitatem non probari ex illis verbis notarij in inſtrumento prolatis, ſanus mente, licet corpore languens.*

1 Infirmum † ſemel, ſemper præſumi infirmũ, niſi contrariũ probetur, teſtat̃ Card. in c. cũ inter canonicos. de elect. per c. cõiter. 33. diſt. quẽ ſequitur Alc. in l. furioſum. col. 2. in prin. poſt nu. 3. C. qui teſta. fac. poſſ. idq; cõiter eſſe receptum ait Gom. in comment. ad reg. cancel. l. reg. de infir. reſignan. q. 9. nu. 5. in fi. per ea, quæ ſcribit Abb. in d. c. cum inter canonicos. col. 3. nu. 7. verſ. in glo. in verb. recuſatus. de elect. eidem accedit Petr. de Biaxio in tract. de elect. in c. 5. & in 2. part. nu. 5.

2 Infirmitas enim † in dubio præſumit̃ longum impedimentum, ex l. ſi longius. in prin. ff. de iudic. ut aſſeruit Dec. in c. prudentiam. col. 4. poſt nu. 45. verſ. & ad hoc etiam facit tex. de offi. deleg. cui adhæret Purpur. in l. quæcunque. nu. 539. uerſ. & addite. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.

3 Onus aũt probandi † ei incũbit, qui ſe ſanũ dixerit, ut ijdẽ authores tradidere, id aũt fit ratione præſumptionis, quæ transfert onus probandi, c. ult. de iureiu.

4 nam ea quæ non mutantur † ſolo tpis curſu, non præſumuntur mutata. Vnde in illis ſufficit, ꝙ aliquando

5 extiterint, ſicut dicimus in eo, † qui ſemel fuit dñs uel poſſeſſor, ſemper præſumitur dominus & poſſeſſor, ut not. in l. ſiue poſſidetis. ubi Bal. C. de probat.

6 Ex hac præſumptione † ſingulare infirmitatis priuilegium põt elici, ꝙ licet ſecundum medicos infirmitates peracutæ extinguãt hominẽ in decimoquarto die, per ea quæ refert Gomeſ. in d. q. 9. nu. 5. hoc tñ de iure non procedit, quia præſumitur infirmitas longius durare, & dicenti hominem fuiſſe mortuum ex tali morbo peracuto, intra illum terminum incũbit onus probandi, quia ut dixi, ſemel infirmus, ſemper præſumitur ægrotari, niſi probetur contrarium, teſte eod. Gomeſ. in eo loco, nu. 6.

7 Ex eadem quoque fit, † ut propter infirmitatem longinquam patris, tollatur præſumptio, quòd filius natus in domo, & uicinis ſciẽtibus præſumatur filius illius ægroti, ita reſpondit Vlpia. in l. filium eum definimus. ff. de ijs, qui ſunt ſui uel alie. iur. ſic cenſuit &

8 Gomeſ. in d. q. 9. uer. tertium ſpeciale, † ubi nonaginta infirmitatis priuilegia refert.

Videamus nunc, quo pacto probet̃ infirmitas. hęc itaq; nonnullis poteſt probari modis, & præcipuè ꝓ-

9 batur † per iur̃m infirmi, ut ſcripſit Spec. in tit. de appell. §. nunc breuiter. nu. 6. uerſ. quid ergo ſi appellat. per contex. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tut. ut etiam aſſeruit Roma. in l. 2. §. quod diximus. col. 3. in prin. poſt nu. 5. uerſ. ſecundus modus. ff. ſi qs cautio cui adhæſit Hipp. de Marſ. in rub. C. de proba. nu. 244. uerſ. item infirmitas. & uoluit Card. Alex. in c. placuit. 18. diſt. uerſ. 3. probatur. quẽ ſequitur Henri. Botteus in tract. de Syno. Epiſ. par. 2. nu. 59. uerſ. qualiter autem. & id etiam ante eum dixit Bar. in l. quæſi-

10 tum. nu. 6. ff. de re iud. Nã in cauſis ſummarijs † quæſtio decidenda eſt iuramento: ita concludunt ſcribẽtes per l. theſaurus. ff. ad exhibend.

11 Iſtud intelliges, ut procedat, † niſi aliàs perſona ſit ſuſpecta, cui deferendum eſt iuramentum, ſecundũ Bal. in l. cũ qui. nu. 7. in ult. no. C. de procur. etenim ſi ſuſpecta eſſet eius iur̃o nõ eſt adhibenda fides, arg. l. nõ oẽs. §. à barbaris. ff. de re mili. ita tradit Rip. in tra.

de peſte

Digitized by Google

de peſte. titu.de remed. ad curan.peſtem.col.26.poſt verſ.tertio caſu.ibi, & bene facit.

12 Amplius infirmitas † probatur per medicorum teſtificationem: vt notat Bar.in l.quæſitum. nu.6.verſi. ſed qualiter.ff.de re iudic.& in l.contumacia.§.pęnā. ff.eod.tit.per contex.in l.ſemel. C.de re milit. lib.12. quem ſequitur Abb. in c. tenor. ſub nu.2.in 2.not.de ſenten.& re iudic. idem voluit Aff.in conſtit. Neap. incip.de lit.citat.nu.27.lib.1.rub.96.

13 Probatur præterea infirmitas † per aſpectū corporis,iuxta ſnīam Bar.in l.1.nu.5.C.de mendic.valid.li. 11.& in d.l.quæſitū.in fi.ff.de re iudi. cuius authoritati innititur Abb.in d.c.tenor.eo.nu.2.de ſent.& re iudic.veluti qa facies eius extenuata ſit,quaſi hominis ſurgentis ab infirmitate: vt ait ibid. Bar.in d.l. quæſitum.arg.l.minor 25.annor.ex aſpectu.ff.de minor.

14 Hinc ſequitur, vt teſtis depones † ſuper infirmitate dicat in cauſa ſcientię,ſcio,quia vidi,optimè probat, vt colligere eſt ex Bart.in d.l.1.nu.5.verſ. rectè ergo. C.de mendican.vali.lib.12.

15 Poſtremò poterit infirmitas † probari per teſtes, & domeſticos. argu.l.conſenſu.C. de repud.& l.de ſubmerſis. C.de naufrag. lib.11. vt docet idem met Bart. in d.l.quæſitum.in fi.ff.de re iudic.vt cum refert & ſequitur Gabr.in ſuarum commun.concl.lib.1.de teſti. concl.10.nu.36.verſ. tertio infertur. his etiam modis infirmitatem poſſe probari ſenſit Card. Alexan.in c. placuit.18.diſtin.vt eum refert & ſequitur Henr.Botteus in tract.de Syno.epiſcop.par.2.nu.59.verſ.qualiter autem probetur infirmitas.

16 Verū poterit ne infirmitas probari, † ſi notarius in inſtr̃o teſtamenti,vt moris eſt,dixerit, ſanus mente,licet corpore languens? R̃ndit Bal.in l.1. col.8.nu.19. verſ.modo ſequitur alia quæſt.C.de confeſſ. non probari.quem refert & ſequitur Ang.in tract. de teſta.in gl.3.incip.ſanus per Dei gratiam. nu.10.in fi.

CONCLVSIO DCCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probanda ſit ingratitudo.

SVMMARIVM.

1 *Ingratitudo probanda eſt ab eo, qui eam allegat, cum non præſumatur, niſi probetur.*
2 *Qui dicit probare debet.*
3 *Fallentiam probari debet, qui in ea ſe fundat.*
4 *L.liberi.C.de inoff.teſta.corrigi per l.omnimodo.C.eod.tit. & nu.5.& 6 vbi plura de hoc.*
5 *Intellectus l.liberi.C.de inoff.teſta.ſecundum Fulgo. Contrarium ſecundum Paul.Caſtr.nu.6.*
7 *Ingratitudinis cauſam hæres hodie tenetur probare.*
8 *Ingratitudinem non probari per ſimplicem patris aſſertionem.contr.vt credatur patris aſſertioni.nu.9.*
10 *Ingratitudinem non ſolum debet hæres probare,ſed etiam locum & tempus commiſſæ ingratitudinis, quamuis id non teneatur teſtator exprimere.*
11 *Ingratitudine probata per hæredem filius non poteſt teſtamentum impugnare,nec legitimam petere.*
12 *Ingratitudinem allegans, donator non debet eam probare,dicendo eum non adimpleuiſſe conuenta.*
13 *Debitor tenetur probare ſe ſoluiſſe debitum canonem,alioquin cadit a iure ſuo.*
14 *Obligatus ad dandū aliquid vel faciendū , tenet̃ probare ſe dediſſe vel feciſſe id,ad q̃ tenebatur,& qua ratione.*
15 *Negatiua non coarctata loco & tempore, no p̃ōt probari.*
16 *Ingratitudo in iudicio, & ipſi iudici probanda eſt.*
17 *Ingratitudinis probatio quando dicatur facta iudicialiter.*
18 *Ingratitudo plenè probāda eſt ab eo, qui debet eā probare.*
19 *Ingratitudinem probandi cauſa non eſt deferendū iuramentum in ſupplementum probationis.*
20 *Iuramentum non admittitur in probationis ſupplementum,vbicunque plena requiritur probatio.*
21 *Probatio plena illa dicitur,quæ fit per duos teſtes.*
22 *Iuramentum neceſſarium in probationis defectum non defertur,vbi lex indubitatam & ſufficientem probationem requirit.*
23 *Ingratitudo plenè non probatur per vnum teſtem iuncta fama,& cur.*
24 *Ingratitudo non probatur per teſtes infames.*
25 *Ingratitudo probatur per teſtem infamem,qui habeat cōteſtem multum notæ & ſpectatæ fidei.*
26 *Ingratitudinem non probari per teſtem̃ deponentem de facto,ex quo oritur ingratitudo; & alium de confeſſione ingratitudinis facta per donatarium.*
27 *Ingratitudo donatarij duobus probatur teſtibus.*
28 *Ingratitudo feudatarij,quinque teſtibus probatur.*
29 *Ingratitudo in cauſa ciuili an probetur per probationes factas in cauſa criminali remiſſiue.*

1 Ingratitudo non præſumitur, † niſi probetur; ideo eā allegans debet probare: ita cautum eſt in contex.l. omnimodo. C.de inoffi.teſta.& in §.cauſas.in auth.vt cum.de appell.cognoſ. & in l.vlt. C.de ſecun. nupt. & in auth. hæres.C.eod.tit.idē colligit̃ ex l.1.C.ſi ſeruus extero. & ex l.merito. ff pro ſocio. hoc & cōprobat̃ ex eo,

2 qa qui dicit † probare dēt, l.ei qui. ff.de prob.l.actor. C.eo.tum ēt,qa ingratitudo eſt cauſa,cui cōtra regulas iuris liceat reuocare donationē perfectam, ergo

3 actor, qui ſe fundat in fallentia, † debet ipſe eā probare & iuſtificare fallentiam, iuxta ſnīam Bal. in l.ſi tutor.in fi.C.de ſeru.pigno.dat.manumiſſ.& in c.1.ſub nu.2.de alien.iud.mut.cauſ.fact.& Dec.in conſ.284. viſo puncto. in prin. ita tradit Ripa in l. vlt.q.55.nu. 185.C.de reuoc.donat.& per d.l.omnimodo. Iaſ.ibi.

4 nu.1.inquit corrigi.l.liberi. † C.eo. tit. de inoff.teſta. ex qua lege colligebatur liberos à patre exhæredatos præſumi ingratos, niſi probauerint ſe gratos: q̃ vt diximus hodie,ſecus eſt.p d.l.omnimodo. vbi ſancitum eſt, hæredem ſcriptum teneri probare ingratitudinem filij exhæredati : vt idem Iaſ. tenuit in d.l. omnimodo.nu.7.ſic quoque docent Bar. & Bal.in d. l.liberi.& in d.l.omnimodo.nu.2.

Quanquam, ut id quaſi præteriens attingam, q̃ p-

5 tinet ad illud, q̃ diximus, d.l. liberi. † corrigi per d.l. omnimodo. Fulgo.in d.l.omnimodo.nu.1.verſ.ſi qs tñ dicit poſſe ſubtiliter teneri, q̃ illa lex loquatur,qñ agitur ad ſupplementum, & ſic qñ eſt relictum ipſis filijs,per quod præſumitur eos eſſe gratos. tunc enim ſecundum ipſum onus probandi ingratitudinem incumbet hæredi ſcripto,ſed ſi pater exhæredat filium, & nihil ipſi relinquat, tunc cenſet idem Fulg. d.l.liberi.non eſſe correctam,per d.l.omnimodo.& ſic hęredem patris non habere probare ingratitudinē , ſed filio ſpectare onus probandi ſe fuiſſe gratum.

6 Hanc verò Fulg. ſubtilem † conſiderationē Paul. Caſt.ibid.poſt nu.4. verſ.idē. reijcit. cui ſe ſubſcripſit Iaſ.ibi ſub nu.1.traditq; Caſt.d.l.liberi.remanere penitus correctam, quantum ad probationē ingratitudinis, ſcilicet vt hæres ſcriptus teneatur adhuc probare filios fuiſſe ingratos,licet fateatur,quod quantum ad modum rumpendi teſtamentum,ſi nihil relictum ſit,iura vetera ſint incorrecta,& detur querela,& cōtra tabulas,& ius dicendi nullum.

Verùm quicqd dixerint hi iuris interpretes, oīno

7 iura vetera hodie ſunt correcta , vt hæres teneat̃ † p-bare cauſam ingratitudinis inſertam in ipſo teſtō: ita ſancitū eſt à Iuſtin.in l.ſi quis filium.ibi,& ſi non hæres apertiſſimis probationibus oſtenderit ingratū. C. de inoffi.teſta.& in §.aliud quoq; capitulum. ibi,niſi forſan probabunt ingrati,& in §.hinc igitur.ibi,monſtrauerint.in auth.vt cū de appel.cognoſ.& in hac p-manet ſnīa Caſtr. loco ſuperius allato. & Iaſ. in d.l. omnimodo.num.1.in fi.C. eod.de inoffic.teſta.& in d.l.vlt.

Digitized by Google

d.l.vlt.in prin.ibi,& reuera,hoc fuerit reuelatum, vt ibid.exponit gl.in fi.C.de ſecun.nup.& in cõſ.23.teſtator habens.col.2.ſub nu.2.vol.1. vt & aſſeruit Bal. in conſ.2 3.filiafamilias.in prin.volum. 2. nec latuit Alex.in auth.non licet nu.1.C.de lib.pręter.vt etiam cautum eſt à Pariſ.in conſ.1.viſa facti narratione.nu. 136.verſ.non obſtant ea.vol. 1.

Nõ enim filij ingratitudo,vt ad ingratitudines ve-
8 niamus,probatur†ex ſimplici patris aſſertione,ſed vt diximus,,ab hřde probãda eſt,vt fuit reſponsũ à Bal. in conſ.89.proponitur,ꝙ Cuciarellus.nu.5. & ad idẽ conſuluit Iaſ.in d.conſ.23.col.2.nu.2.ver. an ſi aliter. vol.1.eõd.ſequitur Duran.in tract. de arte teſtan. tit. 3.de lib.inſti.vel exhæred.caut. 11.nu. 2.quo in loco patri cõſulit quoad hoc,vt ſuæ aſſertioni fides habeaẽ
9 †ad filij ingrati vitium animi probandum, vt viuens pater examinandos curet teſtes ſuper cauſis ingratitudinis ad futuram rei memoriam filio citato,ꝙ fieri poteſt per doctrinam Bart. in l. lege Aquil. ff. ad leg. Aquil.& in auth.ſi quis.C.de teſtib.ita rñdit Alex.in conſ.203.ſuper themate,& dubijs.col.2.nu.7.lib.2.
10 Iſtud ampliabis,vt licet teſtator†exhæredans filios non teneatur exprimere locum,& tempus commiſſæ in gratitudinis,vel delicti per filium, cum iſtud nullo iure cautum reperiatur:tamen hæres debet nedũ probare ingratitudinem,verum etiam locum, & tempus patratæ ingratitudinis : alioquin filius obtinebit in querela inofficioſi teſtamenti, quã proponere debet intra quinquennium poſt aditam hæreditatẽ: ſic ſenſit idẽ Bal.in d.conſ.89.in fi.vol.5. ad quod nonnulla adducit Alex.in d.conſ.203.nu.9. lib. 2. vt & placuit Soc.ſen.in conſ. 105. viſo proceſſu in cauſa querelæ. in fi.vol.3.quod & probauit Iaſ.in auth.nõ licet. col. 4.nu.12.verſ.adde etiam.C.de liber.prçter.quam ſententiam multis quoq; confirmat Rip.in l.vlt.q. 60.nu. 200.C.de reuoc. donat.
11 Quæ ingratitudo ſi per hæredem † fuerit probata, filius non poteſt teſtamentum impugnare, nec ẽt legitimã petere,vt voluit Bal.in d.cõſ. 353.verſi.cõcludo ergo.vol.2.cui accedit Duran.in d.caut. 11.in fin.
12 Concluſionẽ ipſam limitabis†dum dicebamus ingratitudinem ipſam ab eo debere probari,qui eã allegat,vt non procedat in donante, q donatarij ingratitudinem allegat,dicendo eum non adimpleuiſſe cõtenta. nã tunc ingratitudinem ꝑpſam non dẽt probare,ita reſpondit Corn.in cõſ.101.viſis act.lib. 3.quem ſequitur idemmet Rip.in d.l.vlt.q.55.nu.187. verſ.in contrariũ facit.C.de reuoc.don.hoc idẽ optimẽ confirmat Accurſ.in l.2.in verb.repellere.ver.itẽ quis ꝑbabit.C.de iure emphyt. quo in loco aſſeruit debito-
13 rem teneri†probare ſe diſſoluiſſe debitũ canonẽ,alioquin cadit à iure ſuo vbi ẽt Cyn.col.4.q.5.nu.6 no.ꝙ
14 obligatus ad dandum aliquid,† vel faciendũ tenetur probare ſe dediſſe,vel feciſſe id, ad ꝙ tenebatur. quia aduerſarius hẽt intentionem fundatam, eo quod ipſum debitorem habet obligatum.idem probat Bar.in l.in illa.la 1.col.1.nu.4.ver.& hæc lex. vbi cæteri ſcribentes.ff.de verb.obl.nam cũ negatiua illa, nõ adim-
15 pleuiſſe,non ſit arctata loco,†vel tpe,videtur,quod ꝑ naturam nequeat probari.l.actor.C.de prob.c.bonæ. de poſtul.prælato.c cũ eccleſia ſutrina.de cauſa poſſ. & propr.cum multis alijs deductis ad hoc ab eo.Rip. loco ſuperius allato.vbi latè contraria refutat.
16 Eandẽ concluſionem intelliges,vt ei, † cuius erunt partes ingratitudinem ꝑbandi, ſit ipſa probãda in iudicio,& ipſi iudici:ita ꝑbat cõtex.in d.l.vlt. in verbo. in iudiciũ.vbi Bal.nu.2.C. de reuoc.don.& in l.quingenta.ff.de prob.& in l.1.C.de cõd.ob turp. cau. cum alijs ad hoc adductis à Rip.vbi ſup.in q.56.num. 188.
17 Tunc verò probatio hæc†ipſi iudici facta dicetur, ſiue fiat ipſo pręſente,vel abſente,dũmodo fiat notario actorũ mãdato iudicis:vt tradit Inn.in c. quſi.contra.nu.1.ver.itẽ receptio teſtium.vbi Abb.col. 18.nu. 31.verſ.2.not.ꝙ receptio teſtiũ.& ibid.alij de probat.
18 Præterea eadẽ tibi intelligẽda eſt,vt debens†ingratitudinẽ probare,illam plenè, & dilucidis argumẽtis debeat probare:ſic ſtatuit Imp.in d.l.vlt.ibi, dilucidis argumentis,vbi ẽt Bal.nu.2.& Rip.q.57.nu.189.C.de reuoc.don.& in d.l.vlt.ibi. liqdis,& indubitatis ꝑbationib.de ingratitudine cõuicti fuerint.C.de ſec.nup.
19 Hinc præterea fit,† vt ad illã probandã non ſit deferendum iuramentum in ſupplementum probationis,vt voluit Bal.in l.vlt. per illum text.C.de ſecund. nup.quem ſequũtur Fran.Cur.& Iac.Pet.Ptolomeus. in l.admonendi.ille nu.210.verſ. decimoſexto fallit. hic nu.35.verſ.nono fallit.ff.de iureiur.
20 Huius pronunciati ratio eſt,†nam vbi requiriẽ plena probatio, ibi non admittitur iuramentum in probationis ſupplementum,authore gl. in clem. cõſtitutionem.in verb.fides.de elec. & in c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti.in verb.fidei.cod.tit.lib. 6. ad quod plura adducit Fel.in rubr.de prob.col.2.nu.4. cum ſeq. illa
21 namq; dř plena†probatio,quæ fit per duos teſtes, teſte Bal.in l.per hanc.poſt nu.1.circa fi.C. de temp. & repar.appel.Nec etiã vbi lex requirit indubitatã probationem,defertur iuramentum neceſſarium in probationis defectũ:vt voluit Bald.in l.vnica. col.2.in 3. oppoſ.nu.6.C.de ijs quæ pœnæ nomi.& in l. vlt.nu. 1. per illum tex.ibi,luce clarior.C.ſi minor ſe maior.dixer.atq; Barb.in c.prudentiam.§.ſexta.col.3. de offic.
22 deleg.vbi idem dicit, † vbi lex requirit ſufficientẽ ꝑbationem. hoc idẽ multis medijs ipſemet Rip. comprobat in d.l.vlt.q.57.nu. 189. verſ. & ego iſtud comprobo.cum multis ſeq.C.de reuoc.donat.
23 Præterea,ex eadẽ intelligentia conſequitur,†vt per vnum teſtem iuncta fama publica,non dicatur plenè probata ingratitudo.probatio etenim famę cum vno teſte nõ facit apertiſſimam probationem: vt teſtatur gl.in l.non eſt veriſimile.in verb.præſumptioni.ff. de eo,quòd met.cauſ.ſic ſenſit,& Spec.in §.fama.col. 2. nu.4.uerſ.quid ſi agenti.de notor.crim.ita cenſuit, & Arch.in c.ſi teſtes.§.itẽ ſæpè.4.q.3. quod etiam cõfirmauit Abb.in c.cum dilectus.col.15. nu. 42. uerſ.aduerte.primo ſenſit dom.Ant.de ord. cognit. eiuſdem fuit ſententiæ Imol.in c.2.col.9. de conſtit. Neq; deceſſit ab iſtorum ſentẽtia Fel. in d.rub.de prob. col.3. poſt nu.5.uerſ.an autem.Nec ſufficit probatio per famam,ubi requiritur certa probatio,teſte Abb.in c.in præſentia.ſub nu.5.de ſponſal.
24 Quinetiam ex eadẽ intelligẽtia efficitur,† ut teſtes infames infamia facti, q aliàs in cauſis ciuilibus ipſo iure non repellunẽ à teſtimonio:ſm glo.& ibi latè recentiores in l.cũctos populos.C. de ſumma Trinit. & fid.cath. & in c. teſtimonium, de teſtib.in probanda ingratitudine ſint ipſo iure repellẽdi, cùm non dicaẽ apertiſſima probatio,quæ fit per tales teſtes, ut habemus ex c.1.in uerb.integræ opinionis. quot teſtes ſint neceſ.ad probãd.ingrat.in uſib.feud.& ibi notat.Bal. ubi ẽt Affl.nu.4.cum ſeq.quem contex.ad hoc ſingulãrẽ putat Rom. in ſing. 469. dubitatio eſt magna. & Soc.in reg.513.teſtis infamis infamia facti.in 3. fallẽ. atq; Iaſ.in d.l.cunctos populos.in utraq; lectura. in 1. col. 14.poſt.n.67.ſub uerſ.ſecũdus caſus eſt de infame ibi,fallit,quoad ꝑbandã ngratitudinẽ.in 2.lect. col. 11.poſt nu.51.uerſ.item,ꝙ dictũ eſt infames.C.de ſũma Trin.& fid.cath.& repet.l.admonẽdi.col. 93. nu. 287.uer.cõfirmo.nã licet teſtes infames. ff.de iureiur. Crot.quoq; in tract. de teſt. in 4.par.prin.q. 12.nu.65. uerſ. ſecundo fallit. Quanquã id dubitabile uideatur Ripæ in d.l.ult.q.58.poſt.n.197.in fi.C.de reuoc.don.
25 Iſtud tñ limitandũ eſt, vt nõ procedat, † ſi teſtis infamis infamia facti haberet conteſtẽ, qui eſſet multũ notæ,& ſpectatæ fidei,& famæ,eo enim in caſu in nihilo eius fidei detrahitur: nam integritas conteſtis ſupplet eius defectum:vt ait Crot.in d.tract.de teſtib. 4.par.quæſt.12.nu.68.vbi citat Bal. & Ang.in l.ſi quis

ex ar-

ex argentarijs.§.cogentur.ff.de eden.per illum tex.&
Bal.in l.1.col.1.C.de teſta.atq; Sal.in l.in bonę fidei.
C.de reb.cred.ad idem reſpondit Rom. in conſ.290.
in caſu propoſitæ cõſultationis.col.3. poſt nu.7.verſ.
nec refragatur. & in conſ.451. quædam mulier. nu.5.
& in conſ.481. in caſu propoſitæ conſultationis.in fi.
vbi Mandoſ. in addit.ad eund.qui plurimos ad idem
allegat.

26 Amplius fit, ꝙ ſi vnus teſtis † deponeret de facto,
ex quo orit̃ ingratitudo, alius de cõfeſſione ingratitu
dinis facta per donatariũ, non diceretur probatũ in-
grati animi vitiũ, cùm talis nõ ſit plena & aperta ꝓ-
batio: ſi credimus ſic atteſtãti Bal. in l.ſi ex cautione.
in fi.C.de non num.pecu. vt & reſpondit Cot.in cõſ.
58.in hac.col.3.li.3. ſicq; traddidit Abb. in c.cũ cau-
ſam.col.3.poſt nu.2.verſ. in ſecundo caſu.de probat.

27 Sed opportunè dubitari contingit, † quot teſtes re-
quirantur in probanda ingratitudine. Et quidem ꝙ
pertinet ad ingratitudinem donatarij probandã, duo
ſatis eſſe videntur: cùm in ore duorum vel trium ſtet
omne verbum.c.nouit.de iud.l.ubi numerus.ff.de te-
ſtib.& c.in omni negocio. eo.tit. quod latius exami-
nat idem Ripa vbi ſupra in q.58.nu.197.

28 Ad ingratitudinem verò feudatarii † probandam
requiruntur quinque: vt ſancitũ eſt in c.1. & ibi Affli.
nu.1.& 4.quot teſtes ſint neceſſ.ad proban. feu.ingra
tit.in vſib.feud.quę conſtitutio * communiter habet̃
pro lege: vt ad idem reſpondit Bert.in conſ.53.ſcio,
quod quicquid. col.2.nu.7. verſ. quo verò ad præten-
ſam ingratitudinem. vol.1.idem voluit Zaſ. in tract.
de feud.part.10.de feud.amiſſ. col.vlt.nu.123.verſ.2.
quòd ad probandam ingratitudinem.

29 Nec extra rem hic ſolet quæri, † an probationes fa
ctæ contra ingratum in cauſa criminali probent in-
gratitudinem in cauſa ciuili. Ad hãc dubitationem,
ne pluribus te morer, tibi videndus erit Bart. egregiè
id examinans, in l.is apud quem. col.2.num.12. 20.&
21.C de edend.& in l.2.§.hoc edicto.col.3.nu.5.verſ.
quæro, vtrum probationes.ff.vi bonor.rapto.

CONCLVSIO DCCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis quis inimicus probetur & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Inimicitia in facto conſiſtit.*
3 *Inimicitia eſt contra ius naturale.*
4 *Inimicitia per coniecturas probatur.*
5 *Animus niſi per coniecturas probatur.*
6 *Inimicus præſumitur, qui mouet quæſtionẽ alicui ſtatus.*
7 *Inimicus præſumitur, qui mouet alicui quæſtionem de omnibus bonis, aut de maiori parte bonorum.*
8 *Bona temporalia hominis vita dicuntur.*
9 *Inimicus præſumitur, qui mouet alicui quæſtionem de magna pecuniarum quantitate.*
10 *Cauſa magna ciuilis comparatur criminali.*
11 *Inimicus præſumitur ex ſpoliatione vnius magnæ rei.*
12 *Inimicus præſumitur, occidens conſanguineum meum.*
13 *Inimicus præſumit̃, parans inſidias vitæ alicuius, & cur.*
14 *Inimicitia præſumitur ex ſolis minis de occidendo, præſertim cùm is, qui minatur, potens eſt ad exequendum minas, et nu.15.*
16 *Inimicus præſumitur ex eo, quod quis aliquem accuſauit de crimine capitali.*
17 *Inimicus præſumitur, qui deponit contra aliquem in crimine capitali.*
18 *Inimicus præſumit̃ lædens aliquem in perſona uel in rebus.*
19 *Inimicus præſumitur ex vulnere alicui illato in facie.*
20 *Inimicus præſumitur, detinens alterius vxorem marito inuito, vel etiam terram.*
21 *Inimicus præſumitur, detinens ſorores vel fœminas nobis coniunctas, nobis inuitis.*
22 *Inimicus præſumitur, detinens aliũ in carcere, vel in vinculis iniuſte.*
23 *Inimicitia durare præſumitur, niſi contrarium probetur.*
24 *Inimicitia præſumitur ex verbis iniurioſis.*
25 *Inimicitia an præſumatur ex verbis iniurioſis, iudicis arbitrio relinquitur.*
26 *Inimicus præſumitur ex lite.*
27 *Lis debet eſſe criminalis, vt repellat teſtem à teſtificando.*
28 *Inimicus præſumitur ex frequenti abitione cum inimico. Quod intellige, vt nu.29. & 30.*
31 *Inimicus præſumitur ex familiaritate vel affinitate inimici mei.*
32 *Inimicus præſumitur, qui noceret ſi poſſet.*
33 *Inimicus præſumitur, qui mihi non loquitur, cum ſolitus eſſet, vt nu.34.*
35 *Inimicus præſumitur ex parentela & confœderatione inimici mei.*
36 *Inimicus non præſumitur, qui coactè coniunxit ſe cum inimico meo.*
37 *Quæ fiunt contra voluntatem facientis, ipſi facienti non imputantur.*
38 *Inimicus præſumitur, qui è domo fuit expulſus.*
39 *Inimicus præſumitur, qui inimicus eſt fratris mei, vel ſocij, aut affinis.*
40 *Inimicus pręſumitur quis, ſi dixerit non diligo talem.*
41 *Inimicus pręſumitur, qui de eo malam famam ſeminat.*
42 *Inimicus pręſumitur ex denegatione actus humanitatis ſolitos exercere cum æqualibus.*
43 *Inimicus pręſumitur, qui Prælato ſuo non paret.*
44 *Iudicis arbitrio relinquitur, quę cã inimicitię ſatis ſit ad qui repellendum a teſtimonio dicendo contra aliquem.*

1 Inimicum non pręſumi, † niſi probetur,
colligere eſt ex eo, ꝙ ſtatuit
Imper. Iuſtin. in auth. de teſtib. §. ſi quis verò dicat
odioſum.colla.7. dum inquit, ſi quis verò dicat odio
ſum præſentem ad teſtimonium ſibi conſtitutum, &
approbauerit ſtatim, quõ criminalis inter eos lis mo-
uetur: & quæ ſequuntur. ad idem con tex. eſt inſignis
in l.in ratione.§.cum quidam.ff.ad l.Falc. Nam cùm
2 inimicitia † in facto conſiſtat, non pręſumit̃, niſi pro-
betur: l.vnica. C.de mand. Princip.c.cum in iure. de
offic. deleg.& ca. Raynutius.de teſtam. ita reſpondit
3 Crau.in conſ. 8.nu.8. tum etiam † quia omnis inimi-
citia eſt cõtra ius naturale, l.vt vim.ff. de iuſti. & iur.
ita docet Bal.in c. conſtitutus.in fin.de reſcrip.
Cùm igitur conſtet inimicũ non pręſumi, niſi ꝓbe
tur, doceamus qua ratione is, cuius erũt partes id oſtẽ
4 dendi probare poſſit. Is verò per coniecturas † poterit
probare: vt ait Bald.in conſ.41.præmittendum eſt ad
euidẽtiam ꝙ conditionũ.nu.4.vol.5. nam cùm ami-
citia & inimicitia orian̄t ex affectione animi, & ani-
5 mus † niſi per coniecturas poſſit probari, vt in c. 2.de
renunc.lib.6.& l.dolũ.C.de dolo.conſequitur, vt ini-
micitia niſi ex coniecturis queat demonſtrari: ita do-
cet Abb.in c.repellantur. nu.2.in 1.not.de accuſa.
Ad hanc ergo probandã plures à noſtris tradũtur
cõiecturæ & pręſumptiones. Ex his illa eſt, ſi qs alte-
6 ri moueat † qõnem ſtatus, aſſerens eum eſſe libertũ,
non ingenuum natum, aut eſſe ſeruum, iuxta cõtext.
in §.item is.Inſti.de excuſ.tut.iuncta ibid. gl.in verb.
pupillorum.ex hoc enim pęrſumitur, quem inimicũ
eſſe alicui, ita docuit Accur.in §. inimicitiæ. in verb.
ſi capitales.Inſtit.de excuſ.tut. arg.tex in c.frequens.
de reſt.ſpol. eandem traditionem idem met cõfirma
uit Accur. in d. §.ſi qs vero in verb. qõnes in auth.de
teſt.& gl.in c.cũ oporteat.in uerb.inimicos de accuſ.

cui ſententiæ accedit Bal.in l. athletæ.§. dant remiſſionem.in 4.not.ff.eo.de exc.tut. ita tradit & Abb.in c.1.col.3.nu.3.ver.quid enim.de iudic.vt voluit Ale. in conſ.99.in cauſa inquiſitionis. col.1.ſub nu.1.verſ. conſtat autem.lib.1.& Marſ.in conſ.3.nu.11.

7 Probatur item capitalis inimicitia ex eo, ꝙ quis mouit quæſtionem alicui de omnibus bonis aut de maiori bonorum parte:ita tradidere ſupra relati ſcribentes.ſic placuit Bar.in l.3.§.vlt.nu.4.ff.de adimen. leg.& Bal.in l.parentes.col.2. poſt nu.1.verſ.itẽ vaſalli.ibi, aut cauſa ciuilis & ardua. C. de teſtib. idẽ cenſuit Fel.in c.quoties. col.2.nu.5.verſ. & conſidera.de teſtib.ꝙ multo magis procedit, quando quis, aut oĩa bona alicuius,aut maiorem partem retinet: ita Fely. loco ſuperius adducto,& Gram.in deciſ.86.nu.11.

Cuius cauſæ ratio nõ eſt difficilis: nam ex ablatione vel retẽtione,aut omnium, aut maioris partis bonorum,vita non mediocriter læditur, quam ſine alimentis tranſigere non poſſumus: bona enim tempo-
8 ralia,† vita hominis dicuntur, l. aduocati. iuncta ibi gl.C.de aduoc.diuer.iud,idem dicit Bald. in l.in tuis. C.de oper.liberto.& in l.2.col.1.nu.4.C. de conſtitu. pecu.idem tradit Marſ.in d.l.1.§.prętetea.num.42.in fi.ff.de quæſt. vbi de hac re multa.

9 Idem ſentiendum eſt, † cùm quæſtio de magna pecuniarum quantitate:vt voluit Bart.in l.3.nu. 2.verſ. item intellige. ff. de teſtib. huc pertinet quod ſcripſit Bal.in d.l.parẽtes loco.nuper adducto.C.eo.de teſtib.
10 vbi cauſam ciuilem † magnam æquiparat cauſæ criminali,quos ſequitur Marſ. in l.1.§. præterea. nu.54. ff.de quæſtio.

11 Quod idem dicendum eſt de ſpoliatione † aut perditione vnius magnæ rei tantum:hinc enim naſcitur & probari poteſt inimicitia capitalis,c.item cũ quis. de reſtit.ſpolia.facit.c.accedens.vt lit.non conteſt.vt id nominatim tenet Io.Anan.in c.cum oporteat.nu. 6.de accuſatio.

12 Præterea, probatur † etiam capitalis inimicitia ex eo, quòd quis occiderit conſanguineum meum: ſic docuit Bar.in d.l. 3.§.vlt. nu.3. ff.de adimen. leg.quẽ ſequitur Marſ.in d.l. 1. §.præterea. poſt nu.54.verſ.& dicit etiam.per l.lex Cornelia.ff.de iniur.

13 Is quoque præſumitur inimicus capitalis,† qui vitæ eius inſidias parauit ,contra quem is , qui parauit, vult teſtificari:vt author eſt gl.in §.inimicitię.in ver. ſi capitales. Inſtit.de excuſ.tut. nam quemadmodum ei voluit auferre vitam , ſic etiam contra eum teſtificãdo,vellet ei auferre famam, proprerea tales inimici merito à teſtimonio dicendo repelluntur.

14 Oritur inſuper capitalis inimicitia † ex ſolis minis de occidendo,ut placuit Accur.in l.licet.in verb.capitales.ff. de recept. arbit. ad idem reſpondit Ang.in conſ.261.incip.ponderandum.eundem Accur.ſequitur Alex. in conſ. 14. ponderatis narratis. col.2.nu.4. verſ.& apparet.lib.3.quo in loco refert Bal.ita ſentiẽtem in l.metum.C.de eo,quod met.cau. quorum ſententię ſe ſubſcripſit Abb.in c.repellantur.nu.4.de accuſa.ſic ſenſit & Card.in c.cũ oporteat. eo.tit. de accuſ.iſtis accedit Marſ. in d.l. 1.§.præterea. poſt nu.54. verſ. & ſubdit.ff.de quæſt. quod nec latuit Albam in conſ.72.nu.12.

15 Quod præſertim tunc procedit , † qñ is qui minatur,aut potens eſt ad id faciẽdum, quod minatur, aut eſt ſolitus minas ſuas executioni mãdare,iux.ea,quę notata ſunt à ſcribentib.in ſimili.in l. 1. C.vnde vi.& in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.vt declarat Io.Anan.in d. c.cum oporteat.nu.7.de accuſa.ex ſententia Bal.in d. l.metum.C.de eo,quod met. cauſ.

16 Præſumitur & inimicus † capitalis ex eo,ꝙ quis accuſauit aliquem de cã capitali, veluti de homicidio, crimine læſæ maieſtatis,rapina,crimine nefando veneris ꝑpoſteræ , adulterio , ſiue quolibet alio delicto ex quo naſcit infamia, ꝙ ſi fuiſſet probatũ , impoſita fuiſſet pœna mortis, abſciſſionis mẽbri, aut publicationis omniũ,vel maioris partis bonorum, aut exilij: ita mihi probant Accurſ. in d.l. licet.in verb. capitales.ff.de recep.arbit.& in d.§.inimicitiæ.in verb.ſi capitales.Inſtit.de excuſ.tut.Bar.in d.l.3.§. vlt.n.4.ff.de adim.leg.& in l.1. ff.de his quib. vt indig. & in l.3.in prin.ff.de teſtib. Abb.in d.c.accedẽs. vt lit. nõ cõteſt. Gram.in cõſ.46.nu.3.& ſeq.Marſ.in d.l.1.§.præterea. poſt d. nu.54. verſ.itẽ inimicus capitalis. ff.de quæſt. & * communiter Doct.in l.liberi.C.de inoffi.teſtam.

17 Iſtud amplia,vt verum ſit, † ẽt ſi non accuſauit,de poſuerit tñ contra eum in crimine capitali:vt docuit Bart.in auth.ſi dicat. aliàs incipit. ſi teſtis productus. nu.10.C.de teſtib. & in d.l.3.nu.2. & ibid.gl. in verb. inimicus.ff.eo.tit. vt ẽt ſenſit Spec.in eo. tit.de teſtib. §.1.in prin. eandem ſequutus eſt ſententiam Abb. in c.cum P. in fi.& ibid. Io.Anan. de accuſat.ab eadem ſtetit ſententia Marſ.in conſ.31.bonorum omnium. col.6.nu.17.verſ.item alia ratione. quem ſequitur referendo Gramm.in d. conſ.46.nu.4. & ſeq.vt placuit & Crau.in conſ.36.num.3.

18 Potiſſima quoq; erit illa probatio † inimicitiæ capitalis,ſi probabitur quem læſiſſe aliũ in perſona,uel in rebus: de rebus ſupra à nobis dictũ eſt. de perſona id aſſerit Bal.in l.in his. §.nam is in licinnia. ibi,quia ſtatim ꝙ quis. ff.ſolu.matr. quem referendo ſequitur Marſ. in d.§. præterea. poſt nu.54. verſ. item oritur.il 2.Quæ pręſumptio tunc in primis habet locum,cùm inhoneſto modo aliquis corporalem iniuriam pertulit,ut ſi cui pugnus, vel alapa ſit inflicta, aut fuſtibus pulſatus , aut canna,quod genus magnam opinione hominum affert infamiam,& dedecus, per context. ſing.in §.2.Inſtit.de iniur.ibi, cùm quis pugno pulſatus,aut fuſtibus cæſus, vel etiã verberatus erit, & quæ ſequũtur.vt etiam docet copioſè Ant. Gomez. tom. 3.var.reſolut.c.6.nu.1.& ſeq.

19 Idem ſentiaſ† quoties alterum quis in facie vulnerauit , præſertim ſi turpis in vultu remaneat cicatrix: teſte Alex.in d.conſ.99.nu.1.lib.1.cui adhęret idemmet Marſ.in d.§. præterea.nu.55.verſ item inimicus.

Amplius magna capietur inimicitiæ capitalis prę
20 ſumptio, † ſi quis alterius vxorẽ detineat marito inuito reclamante , ac penitus repugnante : vt ſenſere Ant.de But.& Bal.in d.c.accedens.il 2.col. 2.nu. 1.vt lit.non cõteſt. quorum ſententiã probat idem Marſ. in d. §. præterea.ſub nu.54. verſ. in quo dicas. quibus in locis iidem addunt,idem intelligendum eſt de eo, qui terram alterius occupat ; quod intellige etiã per vim,vt villas,agros, prata, domos,& ſimilia,ex quorum fructibus commodum capiat.

21 Quod autem de vxore dictum eſt,† idem ẽt velim cenſeas de ſororibus ,'& aliis fœminis nobis coniunctis, quarum honor vel infamia nos plurimũ poteſt afficere , quarum pudicitia ſi ſolum fuerit attentata, nobis infertur iniuria,per context.in d.§. 2.Inſtitu.de iniur. ſiue quis matrẽfamilias, inquit Imperator, aut prætextatum , prætextatamùe fuerit affectatus , ſiue cuius pudicitia attentata eſſe dicetur: hæc ibi.conuenit cum hoc l. C. reſponſum in l. item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.ff.eod.tit. quoniã ex his factis inhoneſtis & impudicis infamia generatur , & iniuria infertur,'& inde inimicitia inter viros honeſtos & probos naſcitur, l.1.cum ibi notatis.ff.de his, quib.vt indig.ut idem uoluit Accur. in l.ſororem.in verb.indignam.C.eo.tit.eiuſdem fuit ſententiæ Io. Anan.in d.c.cum oporteat.nu.6.de accuſ.

22 Vehemens quoque erit † capitalis inimicitiæ coniectura, ſi quis ex cã iniuſta eũ,qui modo cõtra ſe teſtificatur, detinuit aliquãdo in carceribus incluſum, uel in uinculis:ut ſcripſit Fel. in cap.repellantur.col. 1.num.3.uerſic.adde, quod ſi tenui, de accuſatio. cui accedit Gram.in d.conſ.46.nu.1.& 2.hæc autẽ inimi
23 citia durare præſumitur, † niſi contrariũ probetur teſte Bal.

ſte Bal.in l.non,ignorabit.nu.5.C.ad exhib.& in cõſ. 176.Cecilia receſſit.nu.3.vol.1. & Ancha. conſ.246. nu.4. quæ inimicitia tunc creſceret vehementius cõtra carcerantem, ſi in dicta carceratione fuiſſet carceratus torturæ ſuppoſitus,vt iidem admonent.

24 Quin etiã ex verbis iniurioſis † poterit præſumi capitalis inimicitia:iuxta ſenten. Bal.in c.veniens.in fi. per illum contex.de iureiu. ꝙ notatu eſſe dignum,cũ quilibet diceret contrariũ ,tradit Iaſ. in l. procuratorib.in fi.C.de procur. eandem Bal. doctrinam ſingularẽ vocat Marſ.in d.l.1.§.præterea. poſt nu.54.verſi. itẽ oritur.il 1.ff.de quæſt.vbi ita quandoque iudicatũ fuiſſe teſtatur.& in conſ.3.nu.12. eiuſdem fuit ſententiæ Gram. in conſ. 57.in cauſa mihi tranſmiſſa.nu.7. quod his exemplis planũ fit, vt ſi quis appellet virũ coniugatũ cornutum, ſiue vxorem eius meretricem: itẽ ſi quis virum honeſtum dixerit ebrium:monachũ apoſtatã à ſua religione nominauerit: presbyterum, ſimoniacũ nuncupauerit:aduocatũ,appellauerit impoſtorem:procuratorem,cauillatorẽ: iudicem acceptatorẽ perſonarum:tabellionem,falſariũ, mercatorẽ,monetariũ, ſeu pecunias tundentẽ, & his ſimilia. atque,vt vno verbo, dicam, verbũ iniurioſum dr,cũ ſiue in genere, ſiue in ſpecie delictum aliquod commiſſum,licet commiſſum non ſit, alicui obijcitur, vt obſeruauere Bar. Bal. & * communiter cæteri Doct. in l.3.ff.de libe. & poſthu.atque Faber. Aret.Ioan.de Plat.& alij,in d.§.2.Inſti.de iniurijs.

25 Verùm in hac re plurimum iudicantis † arbitriũ verſabitur,qui diligenter perſonas, inter quas conuitia ſunt prolata,perpendere debebit,pſonæ enim viles,& infames,quemadmodum nihil ferè de honore laborant: ita etiam ad perferendas iniurias facilè ſunt procliues, earumque facilimè obliuiſcuntur, & mox in gratiam redeunt:quod vilibus fœminis ſolet ſæpiſſimè contingere. Nobiles autem, & ingenui nõ ſunt ita iudicandi, ac inter eos verè dixeris, ob conuitia oriri capitales inimicitias: ita cenſuit Fran.Peg.in ſchol.in director.inquiſ 3.par. ſchol. 123.in q.57.col. 4. verſ. ſed in hoc.

Quo in loco & illud ſubiungit, plurimum etiam eſſe conſiderandum prouinciarum,& ciuitatum cõſuetudinem. ſunt enim quædam iniuriæ in vna ciuitate, vel prouincia, quæ in alia pro conuitijs non ſoleant accipi.

Veruntamen hæ coniecturæ locum habent in inimico capitali. ad probandum autem quem inimicũ non capitalem,multæ aliæ nobis ſuppetunt præſum-

26 ptiones,quarum prima eſt,quæ colligitur † ex lite:ita voluere Abb.& Ant.de Butr.in c.propoſuiſti,de for. compet.Fel.in c.cum ſuper, col.1.nu.3.de offi.deleg. Alex.in d.conſ.99.nu.1.lib.1.atque Crau.in conſ.75. nu.11. quod & comprobauit Marſ.in d. §. præterea, nu.49.verſ.item inimici dicuntur.

27 Sed hæc præſumptio inimicitiæ † nõ ſufficit ad repellendũ talem teſtẽ, niſi lis eſſet criminalis: ita ſenſit Spec.in tit.de teſt.§.1.verſ.ſi vero odioſus, quẽ referendo ſequitur Fel.in d.c.cũ ſuper,nu.3. verſ.ſed caue,& ad hoc eſt cõtex.in c.item cũ qu s,de reſti.ſpol.

28 Is quoque præſumitur inimicus. † qui frequenter cum inimico meo habitet,vt ſcripſere Abb.& Fel.in d.c.repellantur,ambo,nu.2.de recuſat.

29 Iſtud intelligas † de cohabitatione cõtinuata per longum tempus,non autem per duos menſes. vt in l. licet.§.in factis,ff.nau.caup.ſtab. nam domus habitationis ea dicitur, quæ domus eſt manſionis, non peregrinationis: vt ait Bal.in l.ea quę.in fi.C.quomod. & quand.iud.ita Felyn.in d.cap.repellantur,num.2. de accuſ.atque Marſ.in d.§.præterea,nu.9.verſ.quod intellige.

30 Illud idem declarabis, † vt locum habeat in eo, ꝙ nunc habitat,non in eo,qui olim habitauit: vt in l.1. §.item Nummio, ff.de quæſt.vbi Bar. qui loquitur in famulo.quod etiam cõfirmauit Bal. in l.2.nu.3. verſ. ſed quarto,C.de teſtib. quorum ſententiam confirmat Fel.in d.cap.repellantur,ſub num.2. verſ.& ex prædictis,de accuſat.

31 Inimicitiæ quoque † præſumptio eſt contra eum, qui inimici mei familiaritate vtitur, eiq; amicus eſt, vel affinis: ſecundum Bal in l.liberi,nu.3.C.de inoff. teſtam. ſubdens, quòd ex hoc ſolo dominus poterit priuare vaſallum feudo. Idem ſequitur Fel.in d.c.repellantur, poſt d.num.2.verſ.vltimo not.de accuſ.ad quod nonnulla adducit Marſ. in d. §. præterea,num. 41.verſic.modo redeundo, & num.52. vbi nonnulla de hoc.

32 Nec inimicitiæ ſuſpicione is vacat,†qui noceret ſi poſſet,non ſolum ille,qui nocet.iux.ſenten. Barba.in d.c.repellantur, qui ad hoc allegat Bald.in d.auth.ſi dicatur, C.de teſtib. ſed clarius id tradit Bald. in l.1, poſt numerum 8.verſ.ex hac lege, C.ſi quacunq præ di. poteſt. vbi citat glo. quam auream appellat. in l. athletæ,§.dat remiſſionem,ff. de excuſ.tut.& referũt Fel.in d.c.repellantur, poſt nu.2.verſ.vide Bal. de accuſat.& Ioan. Anan.in c.cum oporteat, col.2. co.tit. & Marſ.in d.§.præterea, nu.10.

33 Poſt hæc mecum inimicitias gerere † is præſumit, qui mihi non loquitur,neque ſalutat,cum ſolitus eſſet,ita inquit Glo. in c. cum Adrianus, in verb. & ad ſalutandum. 63.diſt. quam ſingularem ad hoc putat Barba.in d.c.repellãtur,de accuſa.idem voluit Abb. in c.olim,nu.6.de iniur.& in d.c.repellantur,num.2. in fi.de accuſ. & in c.ad hæc, il 1.de appel. & ſcriben. in d.c.cum ſuper, de offi.deleg.

34 Quod tamen limita † ſecundum eũ ibi poſt alios, quando ſolitus erat me alloqui: ſecus autem in illo, qui non conſueuerat mecum ſermonẽ habere: quod placuit & Marſ. vbi ſup. ſub nu.8.

35 Amplius inimicitiæ ſuſpicione laborat is,† qui fecit parentelam, vel cõfœderationem cum inimico: ita loquutus eſt Barbat.in d.c.repellantur.vbi ad hoc citat d.l.liberi,C.de inoff. teſtam. vbi hoc vult Bald. & habetur in l.1.§.cum patronus, ff.de offic. præfect. vrb.vbi gl.in verb.cum inimicis,& gl. in c.1.in verb. porrò,quæ fuit pri.cauſ.feu.amitt. per tex.in ca.1.per quot teſt.probe.ingra. vaſal. hoc idem tradit gl.in c. ſi inimicus,in verb.nolite,il 2.93.diſt. hinc propterea dicebat Bald.in l.1.col.3.in 41. quæſt.nu.33.ff.de rer. diuiſio.quod ſi vaſallus fecerit parentelam, vel confœderationem cum inimico domini, dicatur proditor, quem ſequitur Marſ. loco ſuperius adducto. nu. 10.in fin.

36 Hoc autem tibi limitandum eſt, † niſi vaſallus cõiunxerit ſe cum inimico domini coacte,& non ſponte, vel voluntate: quia tunc non diceretur inimicus, nec proditor domini, nec perderet feudum, iux. ſententiam Bal.in c.1.poſt nu.22.verſ.no.gl.quæ fundat ſe.quib.mod.feud.amitt.

37 Nam ea,† quæ fiunt contra voluntatem facientis, ipſi facienti non imputantur:vt in c.1.2.& 3. & in c. ita ne,32.q.5. & in c.presbyteros, 50.diſtin. & c.1.15. q.6. quod optimè probat contex. in l. cura, in verb. nec ſi per vim,ff.de muner.& honor.quod quamplurimis ſimilitudinib. corroborat idemmet Marſ. in d. §.præterea,à nu.12.vſque ad nu.41.

38 Is quoque inimicus præſumitur,† qui è domo fuit expulſus, adeo vt contra eum,qui expulit teſtificari nequeat: ita ſenſit Bal.in l. Lucius Titius teſtamẽto, la 2,§.Lucius Titius Damam.per illum tex.ff.de leg. 2,cui accedit Marſ.in d.l.1. §.præterea, nu.50.verſic. item inimicus Titij,ff.de quæſt.

39 Nec minus inter inimicos † meos is eſt connumerandus,qui inimicus eſt fratris mei, vel ſocij, ſiue affinis mei: vt docet Bar.in l.tutor,§.ſi tuto.ff. de ſuſpect. tuto.idẽ voluit Alc.apud eund. Alc.in d.cõſ.99.n.4. li.1.de quo plura apud eũd. Alc.i l. ſi ita ſtipulatus,§.

Chriſogonus.col.pen.nu.11. ff.de verb. obli.& apud Marſ.in d.§.præterea,nu.51.

40 Inimicus etiam quis præſumitur, † ſi dixerit non diligo talem: Authore Alberi.in l.ſi inimicitiæ.nu.2. ff.de his,quib.vt indig.

41 Sicque inimicus præſumitur,† qui de eo malam famam ſeminat,d.l.ſi inimicitiæ, ff.de ijs, quib.vt indi. vt teſtatur Petr. Rauenn. in ſuo Alphabeto, in verb. inimitia,pag.70.col.2.

Quemadmodum, & ille inimicus eſt cenſendus,
42 † qui mihi denegat actũ humanitatis, qui ſolet exerceri cum meis æqualibus,vt denegatio oſculi:vt ſcribit Fel.in d.c.cum ſuper,nu.4.verſ.ſecunda cauſa, de offi.deleg. vbi id nonnullis confirmat.

43 Inimicorum quoq; numero † & is eſt aſcribẽdus, qui prælato ſuo non paret, vt cautum eſt in c. ſi quis diaconus.50.diſtin.idem ſenſit Luc.de Pen. in l.quẽadmodum,verſ.73.C.de agric.& cenſ.lib.11.

44 Quæ autem ex his,† vel his ſimilibus ſatis ſit ad repellendum quem à teſtimonio dicendo contra aliquẽ Iudex arbitrabitur:vt placuit gl. in c.3.in verb.heſternũ,3.q.5.& in d.c.cũ oporteat, in verb. inimicos, de accuſ.ſic placuit & Alex.in conſ.188.viſo proceſſu, col.3.nu.8.lib. 7.ad idem cõfirmandũ nonnullos adducit Marſ.in d.§.præterea,nu.53.& Menoc.de arbitr.iud.cauſ.caſ.110.n.2. lib.2.cent.2. & in hoc * oẽs reſidere dicit Fel.in d.c.repellanẽ,nu.2.in fi.de accuſ.

CONCLVSIO DCCCC.

ARGVMENTVM.

Inimicum teſtem à teſtimonio repelli quouſque verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus à teſtimonio dicendo contra inimicum penitus reijcitur.*

2 *Inimicus repellitur à teſtimonio dicendo contra inimicum etiam in criminibus atrocibus exceptis.*

3 *Inimicus præſumptus prohibetũ teſtificari contra inimicũ.*

4 *Inimico teſti non creditur etiam in mortis articulo. Et qua ratione, vt nu.7.*

5 *Confeſſio in mortis articulo facta valet, cum non ſit præſumendum, quòd tunc mentiatur.*

6 *Confitens in mortis articulo ſe habuiſſe & recepiſſe non poteſt poſtea opponere exceptionem no numeratæ pecuniæ.*

8 *Memoria & ſcientia in teſte requiruntur.*

9 *Inimicus reconciliatus non poteſt teſtificari contra olim inimicum.*

10 *Inimicus non poteſt teſtificari contra inimicum etiam in ciuili, cum aliqua afflictio infertur ex accuſatione intentata.*

11 *Inimicitia etiam minus probabilis repellit teſtem inimicum.*

12 *Inimicus an poſſit eſſe teſtis contra inimicum, vide remiſſiue. & nu.13.*

Excipit hanc ſupra relata cõclnſio. Etenim ſi vno ex ijs, quos tradidimus, modis inimicus quiſpiã capitalis fuerit probatus, fiet vt
1 à teſtimonio dicendo † cõtra inimicũ penitus ſit reijciendus.ita iubent pontificũ decreta,vt in c.repellantur.in c.cũ P.Monconella. in c. cũ oporteat,& in ca. meminimus,de accuſ.in c.accuſatores,cum ſeq.& in cap.3.3.q.5.vt etiam videntur præcipere Imp. in l.liberi,C.de inoffi.teſta.& in auth.ſi vero dicatur.C.de teſtib.& in §.ſi vero dicatur, in auth.de teſtib.ſicque reſponderunt I. C. vt Caliſtrat.in l.teſtium,ff.eod.de teſtib.vbi Bal.& cæteri interpretes.Alex.conſ.99.nu. 1.lib.1. Alber.de Maler. in tract. de teſtib c.ad nu.4. vſque ad nu.21. & Crot.in d.tract. par.3.nu.193.in 9. prin. quæſt. & ſexcenti alij, quos referre magis eſſet laborioſum,quam vtile.

2 Hæc concluſio adeo vera eſt,vt eam ampliem † quod etiã procedat in criminibus atrocibus. ſingulari quadã prærogatiua aliàs exceptis,vt in crimine læſæ maieſtatis,hæreſis,ſimoniæ,& id genus alijs, in his enim inimicus nullo pacto põt teſtificari, per contex. ſingularẽ ſecundum aliquos in c. per tuas, de ſimon. & contex.in d.c.cum P.quem ibi ponderat Abb.de accuſat.& hoc voluit Bar. in l.in quæſtionib. ff.ad leg. Iul.maieſt. idẽ ſenſit Ang. in l.qui accuſare. ff.de accuſa.vbi ad hoc allegat Spec. in tit.de accuſa. §.1. in fi.ſic aſſeruit & Roma. in l. ſi verò, §.de viro,col.14. nu.33.in 15.fallen.ff.ſol.matr.atque Bal.in l.in his,§. 1.in fi.ff.eo.ſol. matr. ad quod plures allegat Meno. de arbitr.iud.cauſ.q.28.nu.1.cum ſeq.lib.1.

Secundo loco amplianda eſt conclu.vt locum ha-
3 beat non modo in inimico vero,† ſed etiã in præſumpto, & ille, contrà quem producitur, ignoraret cauſam inimicitiæ: vt grauiſſimus author eſt Inno. in c. cum I. & A. in fi.de re iud. quo in loco cenſet, quòd ille,apud quem eſt cauſa inimicitiæ contra illum,aduerſus quem producitur, licet ipſe contra quem producitũ, uel rurſus, neſciat cauſam velnti ſi teſtis paſſus eſſet iniuriam alias ab accuſato, ſed ipſe hoc ignorabat, tñ non obſtante tali ignorantia, nequeat contra eum eſſe teſtis,quia ſubeſt cauſa inimicitiæ: vt doctè ſcripſit Bar.in l.1 in fi ff.de his, quib. vt indig. eundẽ Innoc.ſequitur Bal.in l.præſcriptione, col.pen.num. 36.in fi. verſ. tertium exemplum. C.ſi contra ius, vel vtil.publ.& Roma.in l.1.§. ſi quis in villa, nu.3 ff.ad Syl.& in rub.de recept. arbi.col.6. poſt num.28.verſ. ſcias tamen, vt etiam tradit Marſ. in l.1.§. præterea, num.3.verſ. amplia etiam hanc reg. ff.de quæſt.& in ſing.178.inimicus repellitur,vbi etiã addidit,quòd licet teſtis interrogatus reſpondeat nullam habere inimicitiam,vel odium aliquod cum illo,contra quem teſtificatur, tamẽ ſi extet cauſa generalis & occulta, repellatur, & ei non credatur, quod apertè voluit Alex. in d.conſ.99.nu.2. & 5.lib.1. & Fel.in d. c.repellãtur, nu.6.de accuſat.atque Iaſ.in l.ſororem,col.2.num.6. C.de his,quibus vt indig.

4 Tertiò amplia,vt concluſio locũ ſibi vendicet,† et ſi inimicus deponeret in mortis articulo:nam ei non creditur:vt teſtatur Bal.in c.1.§. vaſalli noſtri, col.4. nu.6.verſ.extra quæro,tit.de pace conſtan. quod eſſe notatione dignum dicit Marſ.in d.§.præterea, nu.6. verſ.amplia etiã hunc tex. licet ipſemet Bal.in conſ. 162.caſus ſuper quo,col.2.nu.4.in fi.vol.2.dicat con-
5 feſſionem in articulo mortis factam valere,† cũ non ſit præſumendum, quòd in illo actu adeo tremendo, in quo agitur de periculo animæ,& damno irreparabili, ipſe mentiatur. Vnde dicebat egregiè Accur. in
6 l.1.in glo.vlt.cir.med. C.de fal.cau.adiec.leg.† quod confitens in mortis articulo habuiſſe & recepiſſe, non poſſit poſtea opponere exceptionem non nume-
7 ratæ pecuniæ. Verum reſpondere poſſumus,† quod ideo inimico in mortis articulo non creditur imò, minus ei,quàm alteri, quia tunc memoria,intelligentiaque langueſcit, vt de hoc eſt contex. in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana, C. qui teſtam. fac. poſſ.tum etiam quia agens animam, ſæpe numero mutus efficitur,iſque neque viuus,neque mortuus dicitur: teſte glo.in c.1.in verb.feudum,in tit.Epiſcop. vel Abbat. in vſib.feud. & in l.qui duos. ff.de manumiſ. teſtam.
8 in teſte autem † debet eſſe memoria,& ſcientia.l.qui tabularum, ff. de furt. nimirum igitur,ſi minus ei credatur.

Quartò eandem conclu.extendes,vt procedat etiã
9 ſi inimicus eſſet reconciliatus † cum inimico: nã & tunc contrà olim inimicũ non poterit teſtimonium dicere.

dicere. de hoc eſt contex. inſignis in d.c.accuſatores, ll 1.3.q.5. quem vnicum dicit Rom.in ſing.319. Inn. in c. cum I. & A. quo in loco refert Inno. & Bald.ita ſentientes, & multos alios concordes recenſet Nic. Pig.in addit. ad eundem. & eund. contex. notatu dignum dixit Alex. in d.conſ.99. col.1.num.3. lib.1.ad idem adducit multos Menoch.in d.q.28.nu.8.

20 Id tñ limitabis & intelliges, vt habeat locum, † qñ reconciliatio facta eſſet recenter: ſecus cum fuerit antiqua, & ſigna concordiæ ac reconciliationis appareant. tunc enim admittendus erit inimicus reconciliatus: vt voluit Bald.in margarit.in verb.teſtis, verſi. teſtis inimicus, qñ admittatur. vbi Innoc. ita ſentientem refert in c.cum oporteat, de accuſ. Licet ſi prædicta reconciliatio fuiſſet ſequuta poſt depoſitionem ipſius teſtis, non debet admitti, quia nõ reconualidat dictum ſuum niſi præceſſerit: vt inquit Ant.de But.in d.c.cum oporteat, de accuſ. & Ioan. And.in addit.ad Spec.tit.de teſte, §. porrò, in prin. attenditur enim tẽpus depoſitionis ipſius teſtis, non autem reconciliationis poſtea ſequutæ: vt tradit Butr.in d.c. cum oporteat, & refert Alber.de Malet. in ſuo tract. de teſti.in 2.par.nu.9. tamen iudex poterit inquirere quales præceſſerint inimicitiæ, & qualis fuerit reconciliatio: nã ſecundum qualitatem inimicitiarum, & actum reconciliationis admittet teſtem, vel repellet: vt inquit Campeg.in eod. tract.de teſti. reg. 26. in fine omniũ limitationum.

Quintò tibi amplianda eſt concluſio, vt vera ſit,
21 etiam ſi agatur † de crimine ciuiliter contra aliquẽ, dummodo inferatur aliqua perſonæ afflictio ex illa accuſatione intentata, veluti infamia, quia talis cauſa efficit, quod inimicus, ſeu odioſus repellatur à teſtificando: ita not. Sal.in d.auth.ſi dicatur, col.3. & hoc vſque eo eſt verum, vt etiã ſi talis inimicus, ſiue alius fuerit productus teſtis parte abſente, & contumace, poſſit tamen ex poſt facto opponere de inimicitia: vt author eſt idem Sal.in l.ſi quis teſtis, col.5. & in d. authen.ſi dicatur, C.de teſtib. ſubiungit tamen ibid. Sal. quòd ſi parti cauſæ veteris inimicitiæ notæ fuiſſent, & non oppoſuiſſet, vel ſciuerit inimicum teſtem produci, nec ſeſe obiecerit, non ſit repellendus, cum per illam taciturnitatem & patiẽtiam cenſeatur probaſſe perſonam ipſius teſtis: vt ibi per eum, quem omnino videas.

22 Sextò velim amplies, vt procedat, † etiam ſi ex cauſa minus probabili ipſa inimicitia proueniat: nam & hæc teſtem repellit inimicum, vt videtur eſſe de hoc contex. & ibi Anto. de But.in c.veniens, il 2.de ſponſal. ita ſenſit & Alex.in d.conſ.99.num.3.lib.1.vbi ex multis citat glo.in l.Athletæ, §.dant remiſſionem, in verb.facta, & ibi Bal.ff.de excuſa.tuto. ad idem nonnullos alios refert idem ſentientes Menoc. de arbitr.
23 iudi.cauſ.d.q.28.nu.9.lib. Multa alia, † quæ ad hanc pertinent concluſ. quæ ſciens, & prudens prætereó, videre poteris apud Campeg. in tract. de teſtib.reg.23. cum alijs tribus ſequen.& Crot.eod.tract.par.3.num. 103.in 9.prin.quæſt.& ſupra in concluſ.incip. Hæreticum per teſtes probari.nu.54.

CONCLVSIO DCCCCI.

ARGVMENTVM.

Inimicitia inter legatarium & teſtatorem quot teſtibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitijs inter legatarium & teſtatorem ortis præſumi legata, & fideicommiſſa fuiſſe adempta.*
2 *Inimicitias inter legatarium & teſtatorem ortas quinque vel ſeptem teſtibus probari: ex Dyno.*
3 *Inimicitias inter legatarium & teſtatorem duobus teſtib. probari: ex Bal.*
4 *Legatorum expreſſam ademptionem quinque teſtibus probari, contra Salicetum.*
5 *Septem teſtes requiruntur in reuocanda inſtitutione hæredis propter inimicitias, quemadmodum quinq; in codicillis ad reuocanda legata in illis relicta.*
6 *Solemnitas eadem requiritur in adimendo, quæ fuit adhibita in conferendo.*
7 *Inimicitia probanda eſt in ſpecie à teſtibus, non in genere.*
8 *Teſtes ſuper inimicitia deponentes debent dicti ſui probabilem rationem reddere.*
9 *Ratio illa eſt, quæ ratum vel irritum reddit dictum teſtis.*
10 *Teſtis ſine ratione deponens dicitur vt pecus, non vt homo deponere.*
11 *Teſtes in criminalibus debent etiam non interrogati, reddere rationem dicti ſui, alioquin non probant.*

Nonnunquam vſu venire ſolet, vt inter legatariũ & teſtatorem graues oriantur inimicitiæ: quæ cũ inter-
1 ceſſerint, veriſimile eſt † teſtatorem noluiſſe legatũ ei præſtari. l.ſi inimicitiæ, ff.de ijs, quib.vt indign.& l. 3.§.vlt.ff.de adimen.legat. Ideoque legata & fideicõmiſſa tacitè adempta intelliguntur, per l. 3. §. vlt.ff. de adimen.legat. Hinc propterea dicebat Bal.in l.his conſequenter, in 2.lect.in fi.ff.fami.erciſcun. quod ſi legatarius occiderit teſtatorem, ex tacita coniectura voluntatis propter inimicitias intelligatur ademptum legatum: quam coniecturam plurimis tum ampliationibus, tum etiam limitationibus declarat eruditiſſimus Fran. Mant.de coniectu. vlt.volun.lib. 12.titu.5.

Verum à noſtris non immerito ſolet quæri, quot teſtes ſint neceſſarij ad probandũ inimicitias ad hoc, vt legata, & fideicommiſſa tacitè intelligãtur adem-
2 pta. Et profectò ſi à Dyn. ſentẽtia † eſſe voluerimus, quam refert & ſequitur Bart.in l. hæredes palam, §.ſi quid poſt factum teſtamentum, nu.3.ff.de teſtam. requirentur quinque teſtes, vel ſeptem.

3 Baldum tamen meliorem † amplexum fuiſſe ſententiam nonnullis viſum eſt. cenſet enim in l.errore. nu.3.C.de teſta. ad probandas inimicitias duos ſufficere teſtes: cuius authoritati innititur Rom. in l.neq; profeſſio, nu.15.C.eo.tit.de teſta. dicens eam eſſe veriorem, per tritum illud axioma legis vbi numerus. ff.de teſtib. & c. in omni negocio eod.tit.& c.nouit, de iudi. cui quidem pronunciato nuſquã fuiſſe derogatum, reperitur in probatione inimicitiarum. niſi in caſu valde præcipuo, quando ſcilicet vaſallus feudo debet priuari. vt in c.1.quot teſt. ſint neceſſ.ad ꝓban. feu. ingrat. quæ conſtitutio ad alios caſus non debet extẽdi, ſi Rõ. pæ credimus in l. vlt.nu.197. C.de reuoc. donat. quam quidẽ opinionem, ꝙ tacita ademptio legatorũ, quæ inducitur ꝓp inimicitias, duobus tm̃ te-
* ſtibus poſſit probari, ſequitur, & * communem dicit Didac.Couar.in rub.de teſta.par.2.poſt nu.21.verſic. oportet tamen, idem ſenſit Pau. Caſtr. in l. iuriſgentium, §.quod fere, ſub nu.8.verſ.ſecundo allegatur, ff. de pact. & Ancha.in conſ.137.nu.2. ad fi. generaliter etiam dicit, ꝙ illa, quæ veniunt extrinſecus, nec reſpiciunt teſtamenti factionem, ſiue ipſum actum teſtandi, poſſint per duos teſtes probari, vt regulariter eſt cõſtitutum, quod intelligit etiam, ſi per illam externam probationem redderetur nullum teſtamentũ, & hoc pluribus ſubiectis exemplis declarat.

4 Quo fit, vt à vero aberrauerit † Sal.in l.fideicõmiſſum, C.de fideicomm. dum ſcriptum reliquit, expreſſam ademptionem legatorum duobus tantũ teſtibus poſſe probari, falſo hoc tribuens Azoni.in ſumm.tit. C.de teſt. nã huic opinioni Sal. Bart. Pau. Caſtr. Aret.

* & * communis omnium interpretum mens refragatur: vt reſtatur Didac. Couar. in d. rub. de teſtam. par. 2. poſt nu. 21. verſ. cuius contrarium. cũ profectò proprius ad veritatem accedat, expreſſam ademptionẽ legatorum quinq; teſtib. debere probari, ex authoritate Accur. in d. l. fideicommiſſum, in verb. probata, C. de fideicomm. quinimò ſi ageretur de reuocanda
5 † inſtitutione hæredis propter inimicitias, ſeptem teſtes deſiderarẽtur ad probationem ipſius inimicitiæ; quia totidem ſunt neceſſarii in teſtamentis, in quib. hæreditates relinquuntur. l. hac cõſultiſſima, C. de teſtam. & ita aſſeruit Fran. Mant. d. tit. 5. nu. 13. verſ. ſed quæret aliquis, ſicut in codicillis, in quib. etiã legata & fideicom. relinqui poſſunt, quinq; teſtes ſufficiunt.
6 l. vlt. C. de codicil. quia eadem ſolemnitas † requiri videtur in adimendo, quæ fuit adhibita in conferendo. arg. auth. qui fil. ſint legit. C. de diuor. & per regu. Iuris: nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

7 Ij vero teſtes ſuper inimicitia deponentes † debẽt ad hoc, vt inimicitia probata dicat̃, probare qualitatem ipſius inimicitiæ in ſpecie, nec ſufficit in genere, nulla adiecta qualitate, nec cauſa inimicitiæ: ita dixit ſatis inſigniter Inno. in ca. Raynutius. de teſta. idẽ voluit Bal. in l. ſi quis teſtib. nu. 8. in fi. C. de teſtib. ꝙ pluribus ſimilibus corroborat. Iaſ. in l. 1. col. 4. nu. 6. C. de teſta. & in legẽ ſororem, col. 4. num. 6. C. de his, quib. vt indig. & in l. Titię textores, col. 3. nu. 13. verſ. ſeptimo adde, ff. de leg. 1. quibus accedit Gramm. in conſ. 12. in cauſa iſtorum fratrum, nu. 10. & in cõſ. 44. in cauſa Martini, nu. 7. & in dec. 34. in præſenti deciſione, nu. 21. cum ſeq. & in dec. 86. nobilis Io. de Fundis, nu. 5. & in voto 34. in cauſa nobilis mulieris Sabbæ, nu. 4. verſ. & quoad primum.

8 Quinetiã teſtes ſuper inimicitia † deponentes debent dicti ſui probabilẽ rationem reddere, alioquin nihil probabũt: vt voluit Bal. in l. ſolã, col. 1. poſt nu. 1. verſ. idem ſi teſtis producitur, C. de teſtib, quẽ ſequitur Gramm. in d. deciſ. 34. nu. 25. Ratio enim illa eſt,
9 † quæ ratum vel irritum facit dictum teſtis: vt inquit Bal. in l. conuenticulã, C. de Epiſc. & cler. hinc ab eo. Bal. deducebatur in l. edita, in repet. Patauina, C. de
10 eden. ꝙ teſtis † ſine ratione deponens, dr̃, vt pecus. &, non vt homo deponere, & præſertim in criminalib.
11 † in quibus debent teſtes ẽt non interrogati reddere rationem dicti ſui, alioqui eos nõ probare author eſt Sal. in l. vlti. C. de probat. atque Ant. de Butr. in c. vlt. de iureiur. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 45. col. 5. nu. 6. lib. 1. quos referendo ſequitur Gramm. in conſi. 12. nu. 12. cum ſeq.

CONCLVSIO DCCCCII.

ARGVMENTVM.

Inimicitia an faciat indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitiam indicium facere ad torturam, quod exemplo declaratur.*
2 *Inimicitia indicium facit mandati ad occidendum.*
3 *Inimicitia capitalis non leuis indicium facit ad torturã.*
4 *Inimicus inimicitia leui non præſumitur inimicum lædere, nec ita facile mentiri.*
5 *Inimico leui teſti producto credendum eſt, licet de eius fide aliquid diminuatur.*
6 *Inimicitia indicium facit ad torturam, quando cũ ea concurrant alia adminicula: ſecus ſi ſola ſit, etiam capitalis.*
7 *Hermolai Barbari interitus.*
8 *Carnificis cuiuſdam apud Saxones memorabile, & impiũ facinus.*
9 *Damnatio cuiuſdam iniuſta apud Baſilienſes.*

PRO Coronide huius materiæ inimicitiarũ illud nobis quærendum eſt, quodnam indicium emergat ex inimicitiis. Et quidem nonnullis placuit,
1 inimicitiam † vehemens & probabile indicium eſſe ad ſubiiciendum quem quæſtionibus: huius ſententiæ author eſt Spe. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. verſ. ſed pone P. nominatus eſt T. nu. 7. & 8. quo in loco illud eo exemplo declarat: ꝙ ſi quiſpiam fuerit repertus exanimatus, nec colligi poſſit à quo fuerit interfectus, ſitque probatum Titium cum illo inimicitias gerere, eo quod ab occiſo iniuria ſibi illata eſſet, ex ijs inimicitiis in quæſtionem illũ poſſe dari ſine aliis indicijs. eiuſdem dictũ plures referunt, vt Fran. Brun. in tract. de indic. & tortu. in 3. q. 1. par. num. 29. verſic. aliud erit indicium, eundem Spec. retulit Marſ. in praxi crim. §. diligenter. nu. 69. verſ. quæro vlterius, vbi latè idem repetijt, in l. 1. §. præterea, nu. 56. Blan. in l. vlt. nu. 175. vbi etiam copioſe. ff. eod. tit. poſt Ang. Aret. in tract. malef. §. fama publica, nu. 29. Carrer. in praxi crim. in §. obſeruare curabis, num. 118. verſ. quartum indicium, Gramm. in conſil. 3. num. 5. & 46. & in vot. 34. num. 1. cum ſeq. idem Marſ. in conſ. 3. num. 8. & in conſ. 72. in prin.

Eadem concluſio tibi amplianda eſt, vt etiam fa-
2 ciat indicium † mandatum ad occidendum, ſi inimicus ille ſecreto ſit alloquutus aliquem, qui ferè illico homicidium patrauit: de quo videas Marſ. in d. conſ. 3. num. 8. cum ſeq. & latè in d. l. 1. §. præterea, nu. 58. ff. de quæſt. vbi plures concordes citat. & in noſtra concluſ. homicidium.

Ipſam vero met cõcluſionem ſic accipias velim,
3 vt procedat, † ſi intelligamus de inimicitia graui, & capitali, ſecus verò de inimicitia leui, vt ferè omnes ſupra relati ſcribentes intelligunt. & Rom. ſpeciatim illud Spec. dictum declarando, dicit illud habere locum in inimico capitali, ſecus verò in alio inimico leui, hoc idem ſequitur Marſ. in d. §. diligẽter, nu. 69. verſ. primo caſu, & in d. l. j. §. præterea, nu. 56. ver. modo iſ, ff. de quæſt. vbi apertè firmat inimicitiam leuẽ non facere indicium ad torturam, cum ex inimicitia
4 leui † quis non præſumatur aliquem lædere, neque ita facilè mentiri; arg. eorum, quæ ſunt tradita ab Inno. in c. cum oporteat, de accuſ. & ibi cæteri ſcribentes, qui dixere non eſſe credendum inimico capitali pro
5 ducto ipſo pro teſte: † licet ſecus ſit in inimico nõ capitali; quia talis teſtis admittitur, licet de eius fide diminuatur: ſic etiam aſſeruit Carre. in d. §. obſeruare, nu. 118. vbi plures refert. idem ſenſit Fran. Marc. in deciſ. Delphin. 423. nu. 26. 1. par.

6 Secundò velim intelligas, vt concl. vera ſit, qñ † cũ inimicitia cõcurrant alia adminicula, vt fama, & ſi-
* milia: ſecus ſi ſola ſit inimicitia ẽt capitalis, ꝙ * communiter ab omnibus eſſe receptum teſtatur Carrer. loco ſuperius adducto, vbi refert ſic ſentientẽ Gram. in voto 30. Illuſtriſs. Prorex. nu. 20. & idem Gram. in
** vot. 34. nu. 7. vbi ** magis cõem dicit, atq; tradit Iul.
* Clar. in praxi crim. §. vlt. q. 21. verſ. inimicitia, de * cõi
** etiam, & ** magis cõi, aſſeruit Burſ. in cõſ. 20. Gaſpar Landinellus. nu. 18. verſ. qa r̃ndeo, vol. 1. idem innuit Marſ. locis nuper adductis, vbi nominatim multis rationib. Speculatoris dictũ tanq̃ periculoſum refellit.

Et rectè quidem mea ſñia neceſſe eſt, vt cũ inimicitiæ præſumptione, aliæ concurrant coniecturæ, vt quis poſſit torqueri. nam ſi ex ſolo inimicitiarum indicio quis tormentis ſubiiciatur non ſemel euenit, vt iudices in grauiſſimos errores prolabantur, dum damnatis in ſontibus ſontes impunè abeunt. Hoc plurib. poſſem exemplis demonſtrare, ſed paucis, iiſque memoria dignis erimus contenti. Venetijs igitur interfectus fuerat ex decem viris vnus, Hermolaus Barba-
7 rus, † authoritatis ſummę vir, dũ domũ rediret noctu ex ſenatu profectus. Qui cum ſeruum tantũ à manu, qui lumen præferret, comitem ſecum duceret, mox

extincto

extincto lumine non procul ab ædibus ſuis interfectus eſt. Huius author tanti facinoris ex plebe fuerat, qui ob adoleſcentem amatũ à ſe, in carcereq; diu habitum tormentiſq; grauiter affectũ ipſius Hermolai ſniam decem viralis præfecti iniquo animo tulerat. Cæterum cum lateret facinoris tam ſceleſti author, cumq; in Ciuitate tam pacis, & quietis cupida moleſtum nimis eſſet: tandem viſum eſt nõnullis etiam deſerẽtibus, Iacobum Foſcarũ, Franciſci ducis filiũ, authorem fuiſſe patrati criminis, quũ vniuerſæ Ciuitati cognitũ, perſpectumq; erat acerbas inimicitias, & per graues inter ipſum Iacobum, & Hermolaũ ad eam diem extitiſſe. Ductus igitur in carcerem, grauiſſimeq; tortus, etiam aliquando ſentiente patre, qui publicis negocijs præerat, nunquam adduci potuit, vt ne crimen quidem vnquam cogitatũ à ſe fateretur. Ille verò publico tandem iudicio in Cretam inſulã relegatus eſt. Quo denique mortuo, patrati ſceleris author moriendo cõfeſſus eſt à ſe ſolum tam audax facinus eſſe patratum, odij acerbitate in Hermolaũ accenſo. ſic hiſtorici monumentis proditum reliquere, vt Egnat. lib. 8. c. 4. & Fulg. lib. 8. c. 4.

Nec minus eſt memorabile quod ſequitur. Apud
8 Saxones † anno M. D. mercator peregre profectus, reliquit domi vxorem cum filia, & ancilla. Carnifex eius loci, viri abſentia animaduerſa, clam per cellam vinariam ingreſſus, noctu ancillam, quę vinũ pro cęna allatura eo deſcenderat, trucidauit. Illius moram ægrè ferens filia, ipſa quoq; deſcendit, & à Carnifice obtruncatur, tandem & mater. Trina cadauera in cella vinaria ſepelit, totamq; domum compilat. Mercatore reuerſo, cum de latrone non conſtaret, Carnifex ipſum mercatorem propter inteſtinas cũ vxore rixas facinoris tam atrocis authorem aſſerit. Mercator in vincula coniectus, tormentorum crudelitate victus, falſo latrocinium ſe commiſiſſe fatetur, rotaq; plectitur innocens. Non multo poſt Carnifex argentea pocula mercatoris Symbolo notata vendit, & ſe ipſum incautus prodit. Comprehenſus ignitis forcipibus à toto populo in foro dilaniatur.

Atrox quoq; fuit ſnia iudicis, dum ſuper ſola inimicitiarum præſumptione nititur, contra illum, quẽ
9 nunc referam. Apud Baſilienſes † quidam captus, & in carcerem coniectus, cum confiteretur ſe vxorem ſuam, quæ poſt varinanũ inter ipſos coortum odiũ, nuſpiam videbatur, interfeciſſe, rotæ adiudicatus, & damnatus eſt. At poſt aliquot ſeptimanas vxor, quæ adhuc in viuis erat, rurſus in vrbem inuecta, ſua præſentia oſtendit maritum inſiuſtè (non tamen ſine propria ſceleris commiſſi confeſſione) damnatum eſſe.

Caueant itaque iudices, ne ſola inimicitiarum præſumptione freti, quem tormentis atrocibus ſubijciendo in huiuſmodi errata incidant, ſed maturo iudicio prius diligenter inueſtigẽt, an aliud ſubſit indicium, quàm ad tormenta deſcendant.

CONCLVSIO DCCCCIII.

ARGVMENTVM.

Iniuria quo pacto probetur, & quid probandum ſit ab iniuriante, & iniuriato circa iniuriæ probationem: & vt probetur iniuria remiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria teſtibus probatur.*
2 *Iniuria probatur inſtrumento.*
3 *Iniuria probatur inſtrumento, quando ciuiliter agitur.*
4 *Iniuriatus debet probare iniuriantem animo iniuriã inferendi cauſa in ſe quidpiã contumelioſi feciſſe, vel dixiſſe.*
5 *Iniuriarum actio non habet locum, ubi per iocum iniuria alicui illata eſt.*
6 *Iniurioſum omne verbum animo iniuriandi prolatũ præſumitur, niſi contrarium probetur. Ratio eſt. nu. 7.*
8 *Iniuriam animo iniuriandi fuiſſe illatam probatur ex ipſius facti, & perſonarum qualitate.*
9 *Iniuriam intuliſſe per iocum dicens id debet probare.*
10 *Iniuriam illatam fuiſſe per iocũ probatur per coniecturas.*
11 *Iniuria illata à Conſanguineo non præſumitur illata animo iniuriandi.*
12 *Iniurioſum & non iniurioſum quid poteſt eſſe ex facti, & perſonarum qualitate.*
13 *Iniuriandi animus inter coniunctos vſque ad ſeptimum gradum non præſumitur.*
14 *Iniuriandi animus inter coniunctos in delictis atrociſſimis præſumitur.*
15 *Iniuriam ſolent pati non facere impuberes doli mali non capaces, & furioſi.*
16 *Iniuriarum actio vt cõpetat, quæ requirantur, remiſſiue.*
17 *Iniuriarum remiſſio coniecturis probatur.*
18 *Iniuriã remiſiſſe præſumitur is, qui ſatisfactionẽ recepit.*
19 *Iniuria remiſſa probatur ex ſalutatione facta inter iniuriantes.*
20 *Iniuria remiſſa probatur ex reconciliatione cum iniuriante bibendo, comedendo, & ridendo.*
21 *Iniuria remiſſa præſumitur per oſculum pacis.*
22 *Oſculum pacis conſenſum indicat.*
23 *Iniuria remiſſa præſumitur per tactum manus.*
24 *Manum ſtringere dilectionem ſignificat.*
25 *Iniuria per ſalutationem, pacis oſculum, & manus tactũ non præſumitur remiſſa, quoad ſatisfactionem, cũ iniuriatus à principio iniuriam ſibi illatã ad animũ reuocauerit, & partem fecerit citari, ſecus quoad rancorem.*
26 *Iniuria remiſſa per ſalutationem, & cæteros modos præſumitur remiſſa, quoad iniuriæ æſtimationem conſequendã, non ad repellendum iniuriatum ab accuſatione.*
27 *Iniuria præſumitur remiſſa ob beneficia in iniuriantem collata.*
28 *Iniuria non præſumitur remiſſa ex verbis generalibus.*
29 *Iniuriam remittens iniuriæ damna & intereſſe non præſumitur remittere.*
30 *Iniuriam remittens etiam per pœnitentiam ſpiritualem iniuriæ damna, & intereſſe non præſumitur remittere.*
31 *Iniuriæ damna & intereſſe præſumitur is remiſiſſe, qui plenariam fecit iniuriarum remiſſionem.*

1 Iniuriam † alicui illatã fuiſſe teſtibus probari, reſponſum eſt à Soc. ſen. in conſ. 146. Proceſſu agitato inter Georgium Franciſc. poſt nu. 7. col. 3. verſ. tertium, vol. 1.

2 Eadem quoque probatur † inſtrumento: vt cautũ eſt à Cur. iun. in conſ. 148. circa controuerſiam col. 2. poſt nu. 2. ibi, vt conſtat ex inſtrumento an. 2. par.

Illud poſtremũ limitare poteris, quòd diximus inſtro
3 iniuriam probari † locum ſibi vendicare, quũ ciuiliter ageretur, vt declarauit Cur. iun. in d. conſ. 148. nu. 3. poſt Bal. in l. contra negantem. ad fi. C. ad l. Aqui. ad quod ea conferunt, quæ tradidimus in conclu. 499. delictum an per inſtrumentum probetur.

Cæterùm vt probabiliter concludat hæc probatio
4 † iniuriam paſſus probare debet, iniuriantem animo ſibi iniuriam inferendi cauſa, in ſe quidpiam contumelioſi feciſſe, vel dixiſſe; vt colligitur ex reſponſo Vlpia. in l. illud, §. ſanè autem. ibi, cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat &c. & in l. iniuriarum. in prin. verſ. ſi quis quod decreto, & in §. idem Labeo ſcribit. ibi, idem ergo erit probandum. ff. de iniurijs. iuncta l. ſi quis graui, §. 1, ff. ad Sylla. idem tradit Iac. de Beluiſ. in ſua praxi iudic. tit. de iureiur. ſuper verb. quod dictus reus malitioſe. ibi, & ſic patet. num. 2. & nu. ſeq. verſ. & ideo iniuriatus.

5 Etenim ſi per iocum † dictũ quid, vel factũ fuerit, non habet actio iniuriarũ locum; vt reſpondere iuris

prudētes varijs in locis, vt in d.l.illud, ff. ſanè ſunt qui
dam, in fi. ibi, quare ſi per iocum, & in l. ſi ex plagis. §.
vlt. iuncta ibi gl. ff. ad l. Aquil. & l. obligationū ſubſtā
tia, in fi. ibi, nec enim ff. de act. & obli. & §. planè, de
teſta. verſ. cæterum. Inſti. de teſta. milit. vt aſſeruit Ia-
cob. de Beluiſ. in d. praxi iudic. in verb. quod dictus
reus malitioſè, nu. 1. ibi, non aliàs, ſi per ludum.
Nec erit ſatis firma excuſatio hęc, ꝙ per iocum q̄d
dictum, factumùe ſit. Nā ioco non præſumitur illata
iniuria, qn̄ aliquid iniurioſum in aliquem fuerit fa-
6 ctum, vel dictū. Nā omne verbum † iniurioſum, ani-
mo iniuriandi prolatū præſumitur, niſi contrarium
probet: per tex. in d. l. ſi non conuicij, vbi glo. in verb.
probare, & Bal. nu. 1. C. de iniur. & c. 1. de præſump. vt
ēt voluit gl. in c. ſicut nobis, in verb. exprimanī, in fi.
* de ſenten. & re iudi. vt de * communi ſcribentiū ſnīa
teſtatur Soc. ſen. in d. conſ. 146. col. 3. ſub num. 7. verſ.
* circa tertiam, vol. 1. * communem ēt eſſe ſcribentiū
ſententiam tradit Pariſ. in conſ. 149. in præſenti cauſa
vertente, nu. 19. uerſ. illud enim certum eſt, volu. 4. de
* * communi quoque dixit Soc. ſen. in conſ. 146. col. 3.
* poſt nu. 7. vol. 1. de * communi etiam tradit Iul. Clar.
lib. 5. ſenten. ff. iniuriam, verſ. quarto nunc, vt etiam
aſſeruit Boſſ. in tit. de iniur. num. 22. quos ſequitur, &
* de * communi etiam ſcribit Andr. Gail. lib. 2. pract.
obſeruat. obſeruat. 106. ſub nu. 1.
7 Cuius poſterioris axiomatis ratio eſt. † Nam face-
re, uel committere iniuriam omni iure eſt prohibitū
etiam naturali, & ideo nullus excuſatur eam com-
mittendo, ſiue ſit ruſticus, ſiue maſculus, ſiue fœmi-
na: vt ad hæc nonnulla adducit Pariſ. in d. conſi. 146.
num. 20. vol. 4.
8 Iniuriatus verò, qui probare debebit † animo iniu
riandi ſibi fuiſſe illatam iniuriā, ex ipſius facti & per
ſonarū qualitate, commodè ꝓbare poterit, iuxta ea,
quæ notata ſunt in d. l. ſi non conuicij, C. de iniurijs,
& in l. 1. ff. diuus, ff. de ſicar. & l. vitum, ff. de dona. int.
vir. & vxor. ut hæc omnia ad propoſitum citat Iaco.
de Belu. in d. pract. iudic. in d. verb. ꝙ dictus reus, poſt
nu. 2. ibi, ꝙ probatur ex facti. & nu. 3. ibi, quia ſi facti,
vt etiam liquet ex ijs, quæ reſpondit in hanc ſenten-
tiam Guid. Pap. in conſil. 74. ſequuntur rationes: poſt
nu. 5. verſ. nec obſtat quod dictus.
9 Quemadmodum ēt rurſus, † qui iniuriā intulerit,
ſeque per iocū feciſſe dixerit, id debere probare, au-
thor Accur. in d. l. ſi non conuicii, ſuper verb. ꝓbare
potes. C. de iniur. per ea, quæ ibidem ad hoc allegat.
cui aſſenſit Iac. de Beluiſ. in d. prac. iud. d. nu. 3. verſ. &
ſi iniurians dicat, vtque ēt his ſenſit Petr. de Bellapet.
in d. l. ſi non conuicij, ſub nu. 3. verſ. opponitur duo-
bus medijs. hos ſequitur & Soc. in d. conſ. 146. col. 3.
poſt nu. 7. ibi, quod quidem non ſuerat, vol. 1.
10 Is aūt illud probabit per coniecturas † cum aliter
probare nequeat, vt uoluit Bellapert. in d. l. ſi non con
uicij, nu. 3. in fi. nam quæ liquidò probari nō poſſunt
per coniecturas probantur. arg. l. 1. ff. ad leg. Corn. de
Sica. & l. non omnes, § à barbaris, ff. de re mil.
Neq; verò illud ꝓpterea obſeruari ſolere te velim
admonitum, iniuriam ſ. animo iniuriandi præſumi
11 ſemper factā, etenim ſi iniuria à cōſanguineo † illa-
ta fuiſſet tunc certè animo iniuriandi non præſume-
12 ret facta, qm̄ ex facti, & perſonarum qualitate † pōt
quid iniurioſum, & non iniurioſum eſſe: vt ex ipſo
Vlpiani patet in l. veſtem ſordidā, & ibi gl. in uerb. te
ſtimoniū, ff. de iniur. & ex l. item quærit, §. item Iulia
nus, ff. locati. cum nonnullis alijs ad hoc adductis à
Belu. in d. prac. iudi. nu. 5. ibi, quia ratio ſanguinis, ut
ēt obſeruauit And. Gail. in d. obſer. 106. nu. 6. idē tra-
dit Bonifa. de Vitelli. in tract. maleſ. col. 3. uerſ. ſed ta-
men falli in perſonis coniunctis. tit. de iniuriis.
13 Non enim iniuriandi animus † inter coniunctos
uſque ad ſeptimum gradū præſumitur: ut uoluit Bar.
in l. ut uim, poſt nu. 4. uerſ. ad quod etiam facit, ff. de
iuſt. & iur. per gloſſas, quas ibid. allegat.
14 Quod poſtremum limitabis, † ut locum nō habeat
in delictis atrociſſimis, in eis enim ceſſat hæc præſum
ptio, ut patet ex toto titu. ff. & C. de parricid. ubi ſunt
perſonæ ita coniunctæ, ut pater & filius, & tamen ibi
non ceſſat pœna illius tit. imo atrociori pœna puniū
tur: ita docuit Bar. in d. l. ut uim, nu. 4. in fi. ff. de iuſti.
& iur.
Præterea ſuperiora tibi ſunt limitanda, ut locū ſibi
15 non uendicent † in impuberib. doli mali incapacib.
& furioſis iniuriantib. hi namq; pati iniuriā ſolent,
non facere: ut ait I. C. in d. l. illud. §. ſanè, in prin. ff. de
iniurijs, & arg. l. 1. §. impuberes. C. de falſ. mone. & l. 1.
ibi, ſi ex inſania, C. ſi qs Imperatori maledixerit: ut ꝑ-
ſequutus eſt Iac. de Belu. in d. pract. iud. ubi ſup. num.
12. uerſ. 2. requiritur, ita etiam aſſeruit Bellapert. in d.
l. ſi non conuicij. nu. 10. uerſ. quę perſonæ, C. de iniur.
idem ſenſit Azo. in ſumm. C. de iniur. nu. 2.
16 Multa alia requiſita, † ut iniuriarū actio cōpetat,
doctè ſcribit Iac. de Beluiſ. in d. praxi iudic. ſup uerb.
quod dictus. per tot. quæ per te uidere poteris.
Iniuriam uerò fuiſſe remiſſam, ſi quis probare uo-
17 luerit, † huic ad coniecturas erit confugiendum, ut
author eſt Bal. in l. in ipſius. poſt nu. 1. uerſ. in textu. ra
tionib. C. famil. ercii.
Iniuriam itaque alicui fuiſſe ab aliquo remiſſam,
pluribus, quis probare poterit modis, & coniecturis.
Ex oībus illa præſumptio ſibi primas uendicat, ut
18 iniuriā remiſiſſe is præſumatur; † qui ſatisfactionem
recepit: ut his cōceptis uerbis reſponſum eſt ab Vlpi.
in l. ſed ſi unius. in §. ante iudicē. ff. de iniurijs. Qui
enim inquit I. C. accepit ſatisfactionē, iniuriam ſuam
remiſit. & in hanc ſententiam uidet fuiſſe reſpōſum
à Paulo in l. ſi pupillus alterū. ff. de adminiſt. tut. hoc
idē ſenſit Hiero Burigel. in l. lecta. nu. 42. ff. ſi cer. pet.
cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Hipp. Rim. in l. ſi unus. § pa
ctus ne peteret, nu. 43. uerſ. hinc ff. de pact.
Alter ēt eſt modus iniuriam fuiſſe remiſſam pro-
19 bandi: iſtud namque poterit † per ſalutationē factā
inter iniuriantes: ut dixit Bal. in l. filio, quē pater. uerſ.
& de iſta reconciliatione. ff. de libe. & poſthu. per ea,
quæ ibi allegat. & in l. in ipſius. n. 2. C. famil. erciſc. quē
ſequitur Fel. in c. repellantur. poſt nu. 7. uerſ. item ad-
de tit. de accuſ. & in procem. Gregor. num. 19. uerſ. in
tex. ibi ſalutem, quod etiam placuit Abb. in c. olim.
poſt nu. 6. uerſ. in gl. fi. de iniur. ut & comprobat Au-
fren. ad Capel. Tholoſ. & deciſ. 233. ut etiam tradit
Manſuer. in ſua pract. nu. 9. tit. de iniur.
20 Tertio loco iniuria remiſſa probatur † per reconci
liationem cū iniuriante bibendo, comedendo, & ri-
dendo: ut dixit gl. in §. ult. ſuper uerb. diſſimulatione.
Inſtit. de iniuriis. ꝗ ſequitur Iac. de Beluiſ. in pract. iu-
dic. tit. de iniur. num. 75. uerſ. quintodecimo, & com-
probauit Aufr. in addit. ad Capel. Tholoſ. dec. 233. &
Bonif. de Vitelli. in d. tract. de maleficiis, uerſ. item
tollitur ſimiliter actio. d. tit. de iniuriis.
21 Inſuper quarto præſumitur † iniuria remiſſa, ſi per oſ-
culum pacis: vt dixit gl. iuncto tex. in c. pacē. in uerb.
præbuiſſe. de conſecr. diſtin. 2. quam ſequitur Fel. in d. c.
repellantur. poſt nu. 7. uerſ. item per oſculum. in titu.
de iniurijs. ad idē reſpexit Abb. in d. c. olim nu. 6. uer.
in gl. fi. d. tit. de iniuriis. ſic etiā aſſeruit Aufrer. in ad-
22 dit. ad d. dec. 233. hoc enim oſculum † indicat cōſen
ſum, ut dixit Fel. in c. cum ſuper. poſt hunc.
23 Ad hæc iniuria ēt remiſſa præſumitur † per tactū
manus: ut tenet Ang. in l. 1. ff. de pact. & refert Fel. in
d. c. repellātur. circa fi. uerſ. per tactum manuum. poſt
gl. in cap. fundamenta. Sicut es Petrus. ſuper uerb. dex-
24 teras de elect. in 6. cum manum ſtringere † dilectio-
nem ſignificet: ut not. gl. ultim. in c. 1. in tit. de ſponſ.
duorum.
25 Superiora limitabis, ut locum non habeant, † ſi is
cui facta fuit iniuria à principio iniuriā ſibi factā ad
animum

Digitized by Google

animum reuocauerit, & partem citari fecerit. Nam tunc, nec per ſalutationem, nec oſculi admiſſionem, nec manus tactum, iniuria remiſſa cenſetur quoad illius ſatisfactionẽ, ſed tantummodo quoad rancore: ve ita loquuntur Abb. in d.c. olim. poſt d. nu. 6. verſic. tandem concludit Hoſt. de iniurijs. Fely. in d.c. repellantur, poſt nu. 7. verſ. item adde. ibi, limita ſecũdum D. Antonium, de accuſ. & in d. procem. Gregor. poſt nu. 19. verſ. quod intellige, niſi lis. & ſenſit Guid. Pap. in conſ. 223. fuit lata ſententia, poſt nu. 1. verſ. & ille annus. Iacob. Beluiſ. in d. pract. poſt nu. 77. verſ. item ſecus ſi ad animum, Capel. Tholoſ. in d. deciſ. 233. & ibi Aufrer. & Mil. d. ver. vbi ſupra in verb. iniuriarum actio tollitur anno.

26 Secundo loco eadẽ limitare poteris, procedere † quoad ipſius iniuriæ æſtimationem conſequendam, non aũt quoad repellendum iniuriatum ab accuſatione: vt voluit Felin. in d.c. repellantur, in fi. d. tit. de accuſ.

27 Præterea † ſi quis beneficia conferat in eũ à quo iniuria fuerat affectus, illa merita efficiunt, vt præſumatur præteritam iniuriam fuiſſe remiſſam, arg. context. in d.l. in ipſius, vbi Bal. & alij, C. famil. ercisc. quod & comprobauit Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus. num. 51. verſ. 31. quia in præcedenti, C. de reuoc. don. vt & placuit Lancellot. Corrad. in trac. de decur. lib. 1. c. 9. §. 3. in fin. verſ. decimoquinto ceſſare faciunt iniuriam ſeruitia. in tit. de iniuriantibus.

28 Verum, & ſi hæc efficiant, † vt iniuria alicui illata remiſſa præſumatur, tamen ex his verbis generalibus remiſſa præſumitur, exempli gratia, dixit teſtator cuilibet ſeruo meo lego decem, non videtur offendentibus iniuriam remiſiſſe, quia verba generalia reſtringuntur, vt odioſi non computentur: per l. Lucius Dama. ff. de leg. 2. ita tradit Bal. in d.l. in ipſius. num. 4. ex mente Gulielm. ibid. C. famil. ercisc.

Quod verum credit Bald. niſi omnes offendiſſent: quia tunc neceſſario refertur ad offendẽtes, vt diſpoſitio aliquid operetur, arg. l. fundus, qui locatus. ff. de fund. inſtruct. & l. 3. in fi. ff. de adimen. legat.

29 Is igitur ijs, † quibus docuimus modis, iniuriam remittens, iniuriæ & damna, & intereſſe remittere non præſumitur: vt docuit Spec. in §. 1. poſt nu. 8. verſ. quid ſi vulneratus, tit. de accuſatore, idem ſentit Bal. in l. ſi tibi. §. quædam nu. 2. ff. de pact. & in c. 1. §. iniuria punitur. nu. 7. verſ. quarto vtrum iniuria remiſſa. de pace iuram. firman. & in l. ſi pro furc. in prin. ff. de condict. furt. vt & placuit Rom. in l. diuus Marcus, ſub nu. 8. ff. ad Sylla. quibus accedit Alex. in d.l. ſi tibi. §. quędam. nu. 2. & ibi Iaſ. nu. 3. & ibid. Fulg. in fi. ita etiam inquit Abb. in d.c. 1. num. 7. ver. vlt. ſuper tex. de iniur. quod & probauit Fel. in c. de his nu. 14. verſ. vltimo limita. de accuſ. vt & tradit Petr. Rebuff. in l. vnica. nu. 40. verſ. notandum eſt etiam, C. de ſent. pro eo, quod intereſt, ſic quoq; deciſum eſt à Boer. in deciſ. 52. nu. 6. per l. is, qui in puteum, §. ſi poſtea. ff. quod vi, aut clam. & de * communi ſententia teſtatur Io. de Amicis in conſ. 88. caſus talis eſt, Ioan. de Nido. col. mihi. 8. verſ. & in * remiſſione ſimplici. de * cõmuni quoq; dicit Didac. Conar. lib. 2. var. reſol. c. 10. poſt nu. 6. ver. quarto eod. * communiter etiam id ſcribẽtes ſequi tradit Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. quæſt. 88. verſ. quarto modo, ſi facta ſit ſimpliciter pax: vt & confirmauit Menoch. de recuper. poſſ. in 1. remed. nu. 307.

Hoc aũt poſtremò loco à nobis traditum ampliare poteris, vt etiam procedat, † ſi fuiſſet remiſſa iniu-
30 ria per pœnitentiam ſpiritualẽ: vt docuit Io. And. in addit. ad Spec. in §. nunc vero aliqua, poſt num. 14. in verb. ſed quis. ſub litera N. tit. de inſtrum. edit. quẽ refert, & loquitur gl. in prag. ſanct. in c. 1. §. cui rei, ſuper verb. rancores. in fi. in tit. de collatio. quam ſententiã confirmauit gl. in c. quia præſulatus, in verb. canonice. 12. q. 4. & in c. & qui. in gl. 1. 45. diſtinct. & in c. 1. in verbis temeritate, de maledic. quod nec latuit Bar. in l. non ſolum. in §. iniuriarum actio. ff. de iniurijs, ſic ſenſit, & Bal. in d.c. 1. §. iniuria punitur. d. nu. 7. in d. tit. de pac. iuram. firman. quibus aſſentitur Paul. Caſt. in d.l. ſi tibi. §. quædam nu. 4. ff. de pact. & ibi d. Alex. nu. * 1. verſ. extra gl. quæritur hic vbi dicit * omnes cõmuni calculo cum Bar. ibi, tranſire, & ibi Iaſ. nu. 2. ver. extra gl. quærit Bar. eiuſdem fuit ſententiæ Abb. in d. cap. 1. poſt nu. 7. verſ. idẽ ſi percuſſus. de iniur. de qua re meminit etiã Feli. in c. inter quatuor. nu. 7. verſ. quod licet remiſſio iniuriarũ. de maior. & obed. in d.c. de his. nu. 14. de accuſ. vt & aſſerit Manſuer. in ſua pract. tit. de iniur. nu. 8. verſ. item ſi infirmus, & nu. 14. ver. item nec ſimiliter, quod etiam animaduerſum eſt à Iul. Clar. in d. §. fi. q. 58. verſ. ſed in propoſito quæro. lib. 5.

Hæc quæ proximè à nobis dicta ſunt, limitabis, vt
31 locũ non habeant, † ſi plenaria remiſſio facta fuiſſet; vel in dubio diſtinguas inter perſonam, & perſonam; quia perfecti euãgeliũ ſeruare velle intelligũtur, quo cauetur, ꝙ debeamus dimittere debita debitorib. noſtris, vt dixit Bal. in d.c. 1. in §. iniuria. poſt nu. 7. verſ. vel diſtinguẽ inter perſonam tit. de pact. iuram. firm. cui accedit Fel. in d.c. inter quatuor. poſt nu. 7. uer. tamen fallit. in d. tit. de maior. & obed. ubi alia ſimilia adducit. & in d.c. de his. ſub nu. 15. ibi, quorum dictũ procedit de accu. ut & cõprobauit Io. Dilec. in tract. de arte teſtan. caut. 34. in uerb. iniuriarũ. tit. 6. de leg. atq; Lancel. Corrad. in tract. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. §. 3. in tit. de iniurian. poſt nu. 34. uerſ. limitat etiam.

CONCLVSIO DCCCCIV.

ARGVMENTVM.

Iniuriæ æſtimatione probata, quomodo ſit facienda æſtimatio.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ æſtimatio cum certitudinariè non poteſt probari, iudex eam ſuo arbitrio debet taxare.*
2 *Iniuriæ æſtimatio ſi probata ſit per teſtes, iudex illam probationem ſequendo debet taxare.*
3 *Iudex debet ſecundum allegata & probata iudicare.*
4 *Iniuriæ taxatio per iudicem eſt facienda, vbi agitur actione iniuriarum lege ciuili, ſecus ſi lege Cornelia.*
Contrarium. nu. 5.
6 *Iniuriarum taxationem à iudice factam poteſt pars trãſgredi, vbi velit augere æſtimationẽ probãdo alias qualitates, ex quibus æſtimatio poteſt accipere incrementum.*
7. *Iniuriæ æſtimationem per teſtes poteſt pars probare.*
8 *Iniurię æſtimatio eſt difficillima.*
9 *In iniuriarũ actione, an debeat primo fieri taxatio à iudice, & poſtea iuramento partis declarari æſtimatio prędicta late explicatum; & reconciliata in hoc diuerſæ doctorum ſententiæ, & nu. 10. vſq; ad finem concluſionis.*

1 Iniuriæ æſtimatio † ſi certitudinariè per ueras probationes haberi nõ poſſit, iudex conſideratis omnibus qualitatibus, & circunſtãtijs, quæ poſſunt augere, uel minuere æſtimationem huiuſmodi arbitrio ſuo iudiciali taxabit certã ſummam non; ut in illa, condemnet, ſed ut infra illam, & in illa, & non ultra pars per ſuum iuramentum huiuſmodi æſtimationẽ declaret, & iuxta illud poſteà iudex profert condemnationẽ; ſic habemus à Fel. in c. cum tenu. 16. uerſ. adde etiam. de ſent. & re iudic. ad quod citat Rot. deciſ. 1. aliàs 152. ad æſtimationem iniurię. tit. de iniur. & damn. dat. in nou. idque confirmat eadem Rot. deciſ. 4. aliàs 486. ad æſtimationem. eodem tit. in nou. ut tradit, & Bellam. deciſ. 722. ad æſtimationem iniur. ſentit etiam Thom. Faſtol. dub. Rot. 14. incip. eo mẽſe, die ueneris, & obſeruauit Aufrer. ad deciſ. Capel. Tholoſ. 145. an actio iniuriarum. num. 2.

num. 2. quo in loco, hanc* communem eſſe ſcriben-
tium ſententiam affirmat: idem cenſuit Mil. in repert.
in verb. probatio æſtimationis iniuriæ, & Firma. in re-
per. in verb. iniuria volens, vbi iniuriam debere taxa-
ri ſecundum iuramentum iniuriati, qui iurabit quòd
maluiſſet taxatam ſummam perdidiſſe, quàm dictã
iniuriam ſibi irrogatam fuiſſe: iuxta ſentent. glo. in c.
ſi canonici. in verb. dãnis, de offi. ord. lib. 6. & Spec. tit.
de iniur. §. 1. verſ. in hac autem glo. à quibus non diſ-
ſenſit Grau. conſ. 119. quæritur an nobilis. nu. 1. & ſeq.
vt & cenſuit Pariſ. conſ. 149. nu. 17. lib. 4. Bertr. in cõſ.
316. confeſſio Antonij. num. 9. verſ. & ſi videatur pri-
mus iudex. vol. 3. quod & placuit Andr. Gail. in prac.
obſer. obſeru. 102. nu. 9. & ſeq. & obſer. 103. nu. 4. lib. 2.
hoc quoq; ſcriptum reliquit Bellaper. in l. ſi non con
uicij. nu. 18. & ſeq. C. de iniur. & Abb. in d. c. cum re.
poſt nu. 23. ver. ego dico. de ſententia, & re iud. tradit
etiam Maran. in ſuo Spec. iud. par. 4. nu. 6. verſ. & hoc
fuit inductum Lancel. etiam Corrad. in ſuo libello
de prætore. lib. 1. c. 9. §. 3. de offic. Prætor. in cauſis cri-
min. tit. de iniur. nu. 19. & 20.

Intelligenda tamen erit concluſio, ne procedat,
quando æſtimatio iniuriæ certitudinariè probari nõ
poſſit, neq. ſit facta aliqua probatio: tunc enim iudex
habet taxare arbitrio ſuo, quando videt petitionem
penitus eſſe illegitimam, ſecundum Cyn. in d. l. ſi nõ
conuicij. q. 15. nu. 17. C. de iniurijs, quem ſequẽdo re-
fert Soc. ſen. conſ. 146. viſo proceſſu agitato. col. pen.
poſt num. 15. verſ. circa quartam, lib. 1. atq; Boſſ. in
practicrim. tit. de iniur. poſt num. 2. & an fieri debeat
2 hæc æſtimatio, ſecus eſt ſi ſit facta † probatio per te-
ſtes: quia tunc iudex non habet taxare arbitrio ſuo:
ſed tenetur ſequi illam probationẽ: ita declarat Soc.
d. conſ. 146. col. vlt. num. 17. verſ. 2. difficultas, lib. 1. &
Boſſ. loco proximè allato. Nam licet probatio poſſit
fieri mediante iuramento partis, tamen non per hoc
prohibetur pars quominus poſſit probare per teſtes:
vt animaduertit Rayn. de Forliu. in repet. l. 1. nu. 60.
C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, vbi rectè cauit,
poſt probatum intereſſe iudicem debere condemna-
re ſecundum formam probationum, ex ratione con-
tex. l. illicitas, §. veritas, de offi. præſid. in quo ſtatutum
3 eſt iudicem † debere ſecundum allegata, & probata
iudicare, & idem habetur in l. properandum, §. & ſi
quidem, & §. ſin autem, & geſtis, de iudici.

4 Secundò intelligas id, quod dicebamus † taxatio-
nem fieri per iudicem, verum eſſe vbi agatur iniuria-
rum l. ciuili, ſecus ſi l. Cornel. in illis caſibus, de qui-
bus in l. lex Cornel. ff. de iniur. habetur: nam hoc caſu
taxatio fit iuramento partis, & non iudicis arbitrio,
ſecundum glo. in d. l. lex Cornelia.

5 Verùm Bart. † in l. iniuriarum actione, la 2. num. 2.
de iniur. id non admittit, quin immò apertè hanc do-
ctrinam glo. damnat, & veriſſimum eſt arbitratus, ſi-
ue agatur. l. Cornelia, ſiue actione prætoria fieri debe-
re æſtimationem iuramento partis taxand. per iudi-
cem: hanc eandem ſententiam ſequendò Bart. tenuit
Rot. deciſ. 4. aliàs 486. ad æſtimationem. tit. de iniur.
minor. & Bellam. d. deciſ. 722. ad æſtimationem iniu-
riarum, cui conſentire videtur Soc. ſen. d. conſil. 146.
num. 16. lib. 1. & fuit primaria opinio Iacob. de Raui.
& Petr. Pur. refert Cyn. in d. l. ſi non conuincij. C. de
iniur. quam ibi etiam ſequitur Sal. qui dicit ita in pra
ctica ſeruari. C. de iniur. atq; Cor. in conſ. 80. col. vlt.
conſuluit D. Bartholomæus. vol. 3.

6 Tertiò illud etiam eſt obſeruandum, † quod dum
à nobis ſit dictum, partem debere declarare æſtima-
tionem infra illam ſummam taxatam à iudice, locũ
ſibi non vendicare, vbi pars ipſa velit augere æſtima-
tionem probando alias qualitates, ex quibus æſtima-
tio poteſt recipere incrementum, eo enim caſu per-
miſſum eſt parti tranſgredi iſtam taxationem: vt cau
tum eſt in d. dec. 486. Rot. & fuit animaduerſum per

7 Bellam. d. deciſ. 722. Quæ æſtimatio † (vt & iſtud ad-
moueam) fieri poteſt per teſtes æſtimantes, & proban-
tes, quòd homines eiuſdem conditionis æſtimarent
tantùm illam iniuriam. l. cõtinuus. §. cuncta. in verſ.
plerunq; eiuſdẽ conditionis. ff. de verb. oblig. vbi not.
Bart. de probando intereſſe: quia æſtimatio iniuriæ,
8 † quæ pendet ex qualitate animi, & ex affectione al-
terius, eſt valdè difficilis vt monuit Soc. in d. cõſ. 148.
col. 5. nu. 3. & ſequitur Corn. d. conſ. 80.

Ad id verò quòd dicebamus in actione huiuſmo-
9 di iniuriarum † deberi primò fieri taxationem à Iudi-
ce, & poſteà iuramento partis declarari æſtimationẽ
prædictam, iuxta quam Iudex exindè tantùm condẽ-
net partem, eſt animaduertẽdum, quòd huic refraga-
tur reſponſum Vlp. in l. videamus. §. pen. ff. de in lit.
iur. vbi primò iuratur per partem, poſteà fit taxatio
per Iudicem, cuius authoritate Pet. Io. Faber. in §. ſed
& lex. Inſt. de iniur. eandem ſequutus eſt ſententiam,
partem ſcilicet prius debere iurare, & deindè Iudicẽ
declarare: de qua re facit verbum Bart. in l. iniuriarũ,
ff. de iniur. hanc eandem opinionem firmant Iac. de
Aret. & Cyn. in d. l. ſi non conuicij. nu. 17. C. de iniur.
quos ſequitur ibi Salic. idem cenſuit Soc. d. conſ. 146.
col. vlt. num. 18. vol. 1. & Corn. d. conſ. 80. conſuluit
Dom. Bartholomæus. col. vlt. vol. 3. volens quòd Iu-
dex tanquam bonus vir taxabit, non attento iuramẽ-
to partis, ſed ſecundum qualitates.

Hæc repugnantia ſententiarum videtur à paucis
10 conſiderata, † & à nemine diſcuſſa: ideò dices ad
reconciliandas has inter ſe opiniones diſſidentes, vt
prior opinio vera ſit, quando iuramentum eſt de veri
tate: tunc enim debet procedere taxatio à Iudice: quia
poſtquam eſt iuratum, non poteſt fieri taxatio, ne re-
darguatur iurans de periurio. l. ſed poſt iuſiurandum,
C. de iud. & l. ſi quãdo. C. vnde vi. Poſterior verò ha-
bet locum, quando iuramentum fit per affectionem,
& tunc non fit primò taxatio: ſed præcedet iuramen-
tum, & ſequitur taxatio; quia iudex poteſt inordina-
tam affectionem partis moderare abſque quod redar-
guatur de periurio propter illius affectionem, quæ
ipſum in hoc excuſat: iuxta terminos d. l. videamus,
de in lit. iur. ita grauiter, & doctè prodidit Abb. in c.
vlt. num. 3. verſ. tertio nota, de his, quæ vi met. cauſa
fiunt, vbi admonet in taxatione huiuſmodi iudicem
debere ante condemnationem ad æſtimationem re-
rum amiſſarum prius taxare ſecundum iudicium ſuũ
valorem illarum rerum, & poſtmodum referre iura-
mentum parti, vt iuret, an valeat tanti quanti ipſe
taxauerit, nec debet prius recipere iuramentum, &
poſteà taxare; quia cum illud ſit iuramentum de ve-
ritate; ſi taxaret poſteà in minori quantitate, redar-
gueret iurantem de periurio, quod eſſe non debet: vt
in auth. ſed poſt iuſiurandum, C. de iud. & in corpore
vnde ſumitur, eodem tit. in §. oportet, ſecus autem in
iuramento affectionis; quia tunc iudicis taxatio po-
teſt præcedere, & ſequitur in d. l. videamus, §. iurare,
ff. de in lit. iuran. Nam hoc caſu non redarguitur iu-
rans de periurio, ſed de inordinata affectione, quam
habebat in rem ſuam, vt notant gl. & Bart. in d. auth.
ſed poſt iuſiurandum, & d. l. videamus; hoc idem aſſe-
uerauit Imo. & Ang. poſt glo. in d. §. oportet, in auth.
de iud. & Petr. de Anal. in repe. cap. finem litibus, in
vlt. colum. verſic. ſubſequenter iuxta prædicta, &
verſi. ſequen. de dol. & contu. atque ſequutus eſt Bel-
len. in tract. de ſubſid. charit. quæſt. 80. incip. dicitur
ſecundum clem. vt refert Iaſ. in d. l. videamus §. de for
re, num. 12. verſ. ex qua habes, in quo tamen loco ali-
ter opinatus eſt impugnando hanc* communem ſo-
lutionem, dum arbitratus eſt illã procedere, ſi iudex
ſolùm haberet moderare, vel taxare iuramẽtum affe-
ctionis, ſed cum poſſit omninò abſoluere partẽ: per
text. in d. l. videamus, ſequitur quòd ſpernendo in to-
tum iuramentum detegitur periurium.

Cui

Digitized by Google

Cui tamen impugnationi non acquieſco nã vt dicit Abb. in d. c. vlt. de his, quæ vi metuve cau. fiũt affectio immoderata eſt illa, quæ facit, vt pars nõ dicatur periurare, & iſta ratio habet locum etiam ſi pars in totum abſoluatur, quia præſumitur, quod ex immoderata affectione petierit illam æſtimationem.

CONCLVSIO DCCCCV.

ARGVMENTVM.

Innocentiam teſtibus probari, & quouſque id verum ſit, vbi etiam nonnulli alij modi ad eandem probandam adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Innocẽtiam teſtibus conſanguineis, & domeſticis probari.*
2 *Teſtes domeſtici, & coniuncti, qui dicantur remiſſiuè.*
3 *Innocentiam teſtibus fallitis, & pauperibus probari.*
4 *Innocentia teſtibus fœminis probatur.*
5 *Innocentię probandæ cauſa frater pro fratre admittitur. Contrarium, nu. 6.*
7 *Frater etiam cum fratre habitans admittitur ad probandam innocentiam.*
8 *Frater nedum poteſt deponere ad innocentiam fratris, ſed etiam contra querelantem.*
9 *Innocentiam probari per teſtes deponentes de credulitate.*
10 *Innocentiam vnius teſtis dicto probari.*
11 *Teſtes domeſtici, & familiares non admittuntur ad reprobationem teſtium deponentium de innocentia, & cur.*
12 *Innocentia teſtibus conſanguineis in cauſa criminali non probatur.*
13 *Innocentia teſtibus domeſticis tunc probatur, cum tractatur de mera defenſa, ſecus ſi ad querelam, ſeu accuſationem partis.*
14 *Innocentia teſtibus inhabilibus bonæ vocis, & famæ probatur, alias ſecus.*
15 *Innocentia probatur teſtibus conſanguineis tranſuerſalibus, non aſcendentibus, vel deſcendentibus.*
16 *Innocentia per præſumptiones probatur.*
17 *Innocentiam per abſentiam probari.*
18 *Innocentiam iuramento probari.*
19 *Innocentia iuramento tunc non probatur, cũ præſumptio iuris eſt contra allegantem innocentiam.*
20 *Innocentiam iuramento eius, qui alias peierauit non probari.*
21 *Innocentia rei quomodo per cauſas probetur.*
22 *Innocentem præſumi, qui ſponte ſe conſtituat in carceribus, & cur.*

1 Innocentia inquiſiti accuſati, aut denũciati probatur per teſtes cõſanguineos, affines, cõiũctos, domeſticos, familiares, cubicularios, & alias inhabiles, & nõ idoneos: vt colligit ex c. tã literis, & c. veniens, de teſti. & l. 1. §. ad queſtionẽ, vbi Marſ. nu. 26. ver. 1. nũc limita & in §. ſi quis vltrò nu. 4. in fi. verſ. pro quibus facit. ff. de quæſt. & in l. vnius, §. cogniturũ. nu. 61. cum ſeq. verſ. itẽ nedum. ff. eo. & in ſing. 59. innocẽtibus iura fauent. circ. med. idẽ tradidere canoniſtæ in c. literas, de præſũpt. ſic ſenſit gl. inſignis in l. ſciendũ. ff. de vſur. & ibi Floria. nu. 3. & in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. eiuſdem fuit ſniæ Arch. in c. manifeſtè, & in c. ſequ. 12. q. 1. idẽ voluit Spec. in tit. de inquiſit. §. 1. nu. 22. verſ. ſed nũquid eas, hocq; vr innuere Bal. in l. parentes, ſub nu. 1. C. de teſti. iſtis accedit Iaſ. in l. ſed, & ſi quis. in prin. nu. 4. in 2. limit. ff. ſi quis caut. & in l. vt vim. col. 2. nu. 5. vbi ẽt Dec. col. 6. poſt num. 17. verſ. & ideo fauore rei. ff. de iuſt. & iur. & idem Iaſ. in rubr. ff. de iureiur. col. 3. poſt nu. 7. ſub nu. 5. limit. verſ. ſicut in ſimili. quod & comprobauit Io. de Anan. in cõſ. 59. incip. viſa inquiſitione, in prin. hoc ideo à plerisq; ſcribentib. confirmatũ video: vt ab Alex. in conſ. 5. nu. 6. lib. 1. in cõſ. 45. col. pen. nu. 39. lib. 2. & in conſ. 119. ſub nu. 7. lib. 7. Dec. in l. & ſi nihil. ſub nu. 3. ff. de reg. iur. & in l. ſi is qui. col. 3. nu. 24. C. qui teſta. fac. poſſ. & in conſ. 459. col. 2. nu. 7. & in conſ. 369. col. 2. nu. 7. Cæpol. in conſ. 46. nu. 8. & in conſ. 75. nu. 1. & 2. in crim. Caſtren. in conſ. 273. viſa relatione facta, in fi. vol. 1. Crau. in conſ. 2. nu. 10. & in conſ. 119. nu. 9. Cephal. in conſ. 75. nu. 39. volum. 1. Gram. in conſ. 12. nu. 19. & in conſ. 32. nu. 12. in crim. Soc. iun. in conſ. 61. nu. 15. vol. 2. Paul. Gril. in tract. de hær. lib. 5. tit. de relax. carcer. in 3. ſpecie relax. quæ eſt de abſolutione innocẽtis. q. 3. per tot. quẽ refert Boer. in deciſ. 165. nu. 7. Paul. Gril. de abſolut. innoc. lib. 5. q. 3. nu. 8. & in q. 6. num. 6. Bernad. Diaz. in vol. reg. vtr. iur. fol. 906. reg. 746. limit. 8. Berta. in tract. de epiſ. lib. 4. 5. par. q. 47. poſt nu. 91. limit. 8. & in pract. crim. in §. opportunè. nu. 15. & 16. Foller. in pract. crim. in 2. par. 2. partis, ſuper rub. item quod ſororem venenauit. nu. 17. Iacob. Nouel. in pract. & theorica accuſ. crim. ſiue trac. ad defenſam. tit. de teſti. in materia criminal. nu. 44. verſ. teſtes domeſtici. Paris de Put. in tract. de ſindic. in c. incip. teſtis, an familia. Tacquis in prac. crim. par. 14. nu. 25. Conrad. in pract. crim. lib. 1. c. 9. §. 11. de offic. prætor. in cauſis ciuil. num. 32. limit. 15. verſ. domeſtici. Petrus Caleph. in cõſ. 162. Adſit Deus. nu. 19. & 20. & in conſ. 103. verſ. Reuerendi patres. nu. 14. & 15. verſ. prætérea, & fratres. in 1. vol. conſ. crim.

2 Qui aũt dicantur teſtes domeſtici, familiares, & coniuncti not. Bar. in l. preſenti. §. ſanè. de his, q. ad eccleſ. cõfug. Fel. in c. cũ oporteat, de accuſ. ver. nec obſtat, quod habetur. nu. 2. Blan. in repe. l. fi. nu. 363. ff. de quæſt. Foller. in pract. crim. par. 2. ſuper rubr. capiat informationem. nu. 49. verſ. domeſtici dicũtur, & Conrad. in d. verſ. domeſtici, & latè declarat Gabr. in ſuis concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 16. nu. 2.

3 Hinc fit, vt ẽt ſi teſtes eſſent falliti, vel pauperes admittuntur tamen ad probandam innocentiam, & factũ, ex quo reſultat innocentia, vt reſpondit Soc. iun. in d. conſ. 61. nu. 15. vol. 2. quod ante eum ſenſit Crot. in tract. de teſtib. par. 3. nu. 11. verſ. quarto fallit.

Præterea ex concluſione noſtra conſequitur, vt 4 etiam ſi tales teſtes eſſent fœminæ, tamen ad probãdam innocentiam admittuntur: vt cenſuit Caſt. in d. conſ. 273. viſa relatione facta. in fi. vol. 1. & Crau. in d. conſ. 119. num. 9.

5 Quinetiã efficitur, vt ẽt frater admittatur pro fratre in cã criminali ad probandam eius innocentiam: ita probat Spec. in d. tit. de inquiſ. §. 1. nu. 22. verſ. ſed nunquid eas. Io. de Anan. in c. cũ oporteat. col. 2. ver. aut pro fratre, de accuſ. Bal. in d. l. parentes, per tex. in d. c. literas, de præſump. & Crau. in d. conſ. 2. nu. 10. Alex. in conſ. 4. viſo proceſſu inquiſitionis. nu. 10. lib. 6. per id quod habetur in c. literas, de preſump. vbi fratris teſtimonium purgat fratrem in cã hęreſis, idem Alex. in conſ. 119. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra Hieronymum nu. 6. verſ. nec obſtat. lib. 7. Dec. in conſ. 469. viſa inquiſitione formata. nu. 7. & Fely. in c. cum oporteat. col. 4. poſt nu. 3. in 5. limit. de accuſ. ad idem quamplurimos alios more ſuo citat Gabr. in ſuis cõmun. concl. lib. 7. tit. de crim. conclu. 22. nu. 1. vbi id à ** ſcribentibus magis ** cõiter eſſe receptum, idemque
6 tenendum teſtatur. Non obſtante, quod Bart. in l. qui teſtamẽto, §. quæcunq;. ff. de teſta. & in l. lex Cornelia, ff. de iniur. renuerit contrarium, prout cõtrarium etiã ſenſit, & Aret. in c. in literis, col. 6. verſ. ſed quæritur pro cõplemento materiæ, de teſtib. vbi firmat fratrem nõ eſſe admittendũ in criminibus ẽt ad probandã innocẽtiam fratris: vt idem ẽt aſſeuerauit Bal. in l. vlt. col. 1. in fi. verſ. item in qualitate teſtium approbatiua. C. de prob. & Abb. in c. literas. col. 2. in fi. de præſump. & nõnulli alij relati ab eo. Gabr. loco ſuperius adducto.

Priorem

Priorem tamẽ ſententiam ampliabis, vt procedat
7 † etiam ſi frater cum fratre cohabitaret, vt aſſeuera-
uit Alex. in d. conſ. 119. nu. 6. in fi. ex mente Sali. in d.
l. parentes. C. de teſtib.
8 Secundò amplianda eſt, † nedum frater poſſit depo
nere ad defenſionem, & innocentiam fratris, verum
etiam contra querelantem, per ea, quæ adducit Fely.
in d. c. literas. col. 4. num. 15. verſ. quintus caſus eſt, de
præſump. idem ſenſit Alex. in conſ. 4. nu. 10. lib. 6.
Amplianda eſt primo loco concluſio, vt locũ ha-
9 beat † etiam ſi teſtes deponerent de credulitate, & iu-
dicio ſuo, quia nihilominus probarent innocentiam;
vt author eſt Ale. in conſ. 76. incip. viſa inquiſitione,
nu. 5. lib. 1. & in conſ. 109. viſis, & vt oportet conſide-
ratis. col. 5. nu. 7. verſ. vnde dato. lib. 1. quem ſequitur
Dec. in d. conſ. 459. nu. 8. & in d. conſ. 469. nu. 8. quod
& probauit Iac. de Sanct. Georg. in l. teſtes eos. col. 1.
ff. de teſtib. quem referendo ſequitur Gram. in conſil.
56. in cauſa inquiſitionis. nu. 21. vt & placuit Rimin.
Sen. in conſ. 44. nu. 7. vol. 1. quod inſignè relatu cen-
ſuit Marſ. in ſing. 19. incip. tu ſcis clarum eſſe in iure.
verſ. teneas tamen perpetuò mẽti, & in conſ. 4. incip.
de vultu tuo. nu. 12. verſ. nam licet teſtes. lib. 1.
Amplia ſecundo loco, vt etiam ſufficiat dictum
10 vnius teſtis † pro probãda innocentia: ſic Gab. in ſuis
concl. lib. 1. tit. de teſti. concl. 1. nu. 37. verſ. 15. limita.
quod ante eum ſenſit Corn. in conſ. 194 in fi. vol. 2.
Primo loco nunc limitanda eſt concluſio, vt tunc
11 vera ſit † cum huiuſmodi teſtes inhabiles deponũt ad
probandam innocentiam: ſecus verò quando depo-
nunt ad reprobationem teſtium deponentium de in-
nocentia: quia tunc conſanguinei, & aliàs inhabiles
non admittuntur iuxt. ſentent. Bal. & Sal. in d. l. paren
tes. Carrer. in d. pract. crim. in prin. nu. 165. in fi. verſ.
item limita ad defenſam, & voluit Gram. in d. conſ.
32. nu. 19. & in conſ. 34. nu. 14. vbi adducit rationem:
quia cum materia ſit odioſa, ideo à iure repelluntur
conſanguinei, & affines, & non probant, allegando
Bart. in l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſta. & idẽ Grãm.
in d. conſ. 32. nu. 12. idem tradidere Canon. in d. cap.
cum oporteat. de accuſa. & Ale. in conſ. 5. col. 3. poſt
num. 8. verſ. vnde dato. lib. 1.
12 Secundò velim limites, † quando teſtes conſangui-
nei deponerent in cauſa criminali pro cõſanguineo,
qui ſi condemnaretur, fieret iniuria toti cõſanguini-
tati: nam eo caſu nõ probant, cum videantur in pro-
pria cauſa teſtificari, eo quia iniuria ſit cõmunis teſte
Bart. in l. lex Corn. ff. de iniur. & Bal. in l. 1. C. de rapt.
virg. & in l. vnic. C. ſi quacunq; prædit. pot. vt etiã ſen
ſit Dec. in conſ. 133. col. 3. nu. 4. de quo plenè Iaſ. in l.
ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. col. pen. nu. 52. & ſeq.
ff. de verb. oblig. & Gram. in d. conſ. 32. nu. 11.
13 Tertiò limita ſupradictam cõcluſ. procedere, † vbi
ageretur per iudicem ex officio, & tractaretur de me-
ra defenſa: nam per hoc non diceretur nocere fiſco,
qui tractat de pœnali, & odioſo lucro cum alterius ia-
ctura, ſecus vero ſi ageretur ad querelam, ſeu accuſa-
tionem partis, & ita vbi adeſſet accuſator, quoniam
tunc nedum ageretur de præiudicio fiſci, ſed etiã par-
tis, quod eſt maximum præiudicium, & conſequẽter
huiuſmodi teſtes non probarent, prout dicit Fel. in d.
c. literas. verſ. quintus caſus, de præſump. & eius dictũ
eſſe aureum teſtatur Gram. in d. conſ. 32. nu. 13.
Quartò limitabis eandem concluſionem procede-
14 re, † dummodo dicti teſtes inhabiles ſint bonę vocis,
& famæ, neq; eis aliquid illud obſtet, vel opponatur,
aliàs ſecus. iuxt. ſentent. Salic. in d. l. parentes. Alba. in
conſ. 56. nu. 11. idem tradit Taetius pract. crim. par. 14.
nu. 25. ad idem reſpondit Petr. Calephat. in d. conſil.
103. nu. 12. & 15. & Conrad. in d. verſ. domeſtici.
15 Quintò limitã, & intellige, † quod dicitur de teſti-
bus conſanguineis, & attinentibus, vt procedat in gra
du non aſcendentium, vel deſcendentium, ſed tranſ-
uerſalium: vt egregiè tradit Marſ. ſing. 133. incip. affi-
nitas, nu. 3. permotus authoritate Innoc. & Io. Andr.
in c. nonnulli. de reſcript. & Ang. in conſ. 154. incip.
viſis proceſſibus. col. 2. quorum ſententiæ ſe ſubſcri-
pſit Iaſ. in repet. l. admonendi. col. 64. poſt num. 180.
verſ. limita ſing. ſecundum Ang. ff. de iureiur. vt etiã
cenſuit Alex. in conſ. 161. viſo ac diligenter conſide-
rato. col. 2. nu. 5. verſ. nec obſtat, quòd aliqui. lib. 6.
16 Et præter teſtium probationem innocentia † pro-
batur etiam per præſumptiones: vt docuit gl. in l. 1. in
verb. nõ occidendi. C. de ſicar. Bart. in l. vlt. §. vlt. nu.
2. ff. de bon. eor. qui ſib. mor. conſc. quem refert, & ſe-
quitur Cæpol. in conſ. crim. 1. col. 3. verſ. ad hæc re-
ſponderi poteſt, & in conſ. 60. nu. 6. in ciuil. idem vo-
luit Marſ. in conſ. 51. num. 47. verſ. pro qua facit, vol.
1. & in pract. crim. §. vlt. quæſt. num. 15. Crauet. in d.
conſ. 119. num. 9.
17 Innocentiam quoque probari † per abſentiam vi-
dere eſt apud Bald. conſ. 515. num. 3. lib. 5. vbi exem-
plo id aperit.
18 Amplius innocentia † probatur iuramento, vt ha-
bemus à I. C. & Accur. ibid. l. furti. §. qui iuſſu. ſuper
verb. innocentia. ff. de his, qui not. infam. & à I. C. in
l. non damnatos, §. vlt. C. eod. tit. & in l. ſi duo. §. idem
Iulianus, ff. de iureiur. idem tradit And. Gail. in tract.
de obſer. obſer. 48. in verb. innocentia. col. 7. num. 30.
verſ. ſed innocentia.
Limitabis id, quod modo diximus, non procedere,
19 † ſi præſumptio iuris ſit contra allegantem innocen-
tiam, & eam probare volentem iuramento, vel aliàs
ſit malæ vitę: nam tunc innocentiam iuramento non
probari colligitur ex eo, quod tradit glo. in §. ſed iſte,
Inſtit. de actio. vt etiam refert Marſ. in l. qui ignorãs,
nu. 35. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & Fel. in c. ſignifica-
ſti, el 1. nu. 3. de homic. quibus in locis ij authores tra-
dunt, quòd tunc iuramento aſſerentis aliquid creden
dum ſit, niſi contra allegantem ſit præſumptio iuris.
20 Limita ſecundo nõ procedere in eo, † qui aliàs pe-
ierauerit: nã eius iuramento non ſtabitur in conſiſtẽ-
tib. in eius animo, vt ſenſit idem Marſ. in pract. crim.
in §. diligenter. nu. 111. verſ. quod limitat Ludo.
21 Nec omittam innocentiam rei † quandoq; per cau
ſas probari, & cognoſci: nam interrogatus ſuper cau-
ſis delicti, de quo in culpa poſitus eſt, ſiue inquiſitus, ſi
veroſimiles non ſint, reus non poterit damnari, ſi cre
dimus Iaſ. in l. magiſtratib. col. 2. nu. 7. in 3. limit. ff. de
iuriſd. omn. iud. & Fran. Caſſon. qui exempla adducit
in pract. crim. in tit. de tormentis. c. 20. nu. 3.
22 Adijciam poſtremò innocentẽ præſumi, † qui ſpõ-
tè conſtituit ſe in carceribus: vt reſpondit Alb. in cõſ.
94. nu. 7. vbi dicit, huiuſmodi præſumptionem multũ
poſſe, & habere ſecum naturalem rationẽ, atq; quoti
dianam experientiam: idem ſenſit Alc. in conſ. 453.
nu. 5. verſ. 4. vbi inquit, quòd ſicuti lex contra fugien-
tes præſumit. arg. l. leg. Cornel. §. præterea, ff. ad Sylla.
ita pro innocentia remanentium, ſiue ſpontè ſe con-
ſtituentium prçſumẽdum eſt. arg. l. quis ſit fugitiuus,
§. 1. vbi Bart. ff. de ędil. edi. quod pluribus proſequitur
Marſ. in pract. crim. §. diligenter. nu. 204. vſq; ad nu.
209. & Petr. Calephatus, in d. conſ. 103. nu. 15. in fine.

CONCLVSIO DCCCCVI.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an ſemper verum prçſuma-
tur, & ſolemne.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum præſumitur verum, & ſolemne.*
2 *Inſtrumentum ſolemne præſumitur, modo probetur, quod
qui ſcripſit illud, fuerit notarius.*

3 *Inſtru-*

3 *Inſtrumentum antiquum verum, & ſolemne præſumitur.*
4 *Inſtrumentum præſumitur verum, & ſolemne, ſi ſolemnitates à iure requiſitas habeat.*
5 *Inſtrumentum in dubio verum præſumitur.*
6 *Inſtrum. præſumitur verum niſi contrarium probetur.*
7 *Inſtrument. præſumptio cum non ſit iuris, & de iure, proptereà contra eam probatio in contrarium admittitur.*

1 **Inſtrumentum** † præſumitur verũ, validum, & ſolemne. arg. cũ precib. vbi Bal. C. de probat. idem inquit Bal. in illud; clr. ſi. de præſump. cui accedit Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionẽ. in prin. C. de iur. & fact. ign. vt & cẽſuit Soc. iũ. in conſ. 95. num. 2. vol. 2. ſic pluribus in locis reſpõſũ eſt à Grat. vt in conſ. 11. nu. 3. vol. 2. in conſ. 126. n. 2. & in cõſ. 140. nu. 52. vol. 1. atq; à Dec. in cõſ. 101. n. 1. verſ. ſed tñ his non obſtantib. Pariſ. in conſ. 60. n. 6. vol. 1. & Mando. in conſ. 120. nu. 10. vol. 1.

2 Intelligenda eſt hęc concluſio, vt procedat † ſi probetur, quòd qui ſcripſit inſtrumentum notarius fuerit ſecundum Alex. in conſ. 166. viſo pũcto. col. 2. nu. 4. lib. 2. & Afflict. ſuper cõſtit. regni. de fid. & authori. iſtrum. lib. 1. rub. 79. nu. 20.

3 Concluſionem amplia maximè procedere † in inſtrumento antiquo, teſte Dec. in conſ. 36. nu. 6.

Ampliabis ſecundo eò magis concluſionem locũ
4 habere, † ſi ſolemnitates à iure requiſitas habeat, quo caſu dicitur probatio probata nulla alia indigens diſceptatione iudicij, prout dicit Bal. in l. Imperator. ff. de ſtat. homi. idem tradit Bar. Alex. Iaſ. & recentiores in l. 1. de oper. nou. nunc. idem voluit Grat. vbi ſupra nu. 4. & Cephal. in conſ. 109. nu. 6. vol. 1.

5 Limitabis primò † eandem concluſionem veram eſſe in dubio, iuxta ſent. Ceph. in conſ. 261. nu. 5. vol. 2.

6 Limita ſecundo procedere † niſi probetur contrarium: vt de iure reſpondit Io. de Amic. in conſ. 13. nu. 1. ſic ſenſere Bar. & * communiter omnes in d. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. et fact. ign. quod apertè declarauit Soc. iun. in cõſ. 189. nu. 62. vol. 2. vbi etiam inquit, quòd licet aliàs in dubio pro inſtrumento publico præſumatur, non tamen procedit, quandò contra illud oſtenditur manifeſta veritas, veluti ſi teſtes contrarium deponant. eidẽ ſententiæ ſe ſubſcripſit Albar. in conſ. 99. num. 1.

7 Limita tertiò, † quod licet inſtrũ habeat præſumptionem, illa tamen præſumptio nõ eſt iuris, & de iure, ſed contra eam admittitur probatio in cõtrarium teſtatur Rim. ſen. in conſ. 407. nu. 2. vol. 3. vbi ideo dicit ſecũdum ** magis communem opinionem, quòd inſtrumentum poteſt per duos teſtes etiam non deſcriptos in inſtrumento reprobari.

CONCLVSIO DCCCCVII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto illud intelligatur, inſtrumentum dici probationem probatam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
2 *Inſtrumentum dici probationem probatam niſi contrariũ probetur.*
3 *Inſtrumẽtum dici probationem probatam, ſi aduerſarius acquieſcat, & nihil obijciat, alias ſecus.*

1 **Inſtrumentum** † dicitur probatio probata; prout inquit Alc. in trac. præſump. reg. 3. præſump. 13. nu. 8. ſic Soc. ſen. in conſ. 2. nu. 2. vol. 3. vt ẽt decidunt Oſaſch. in deciſ. 72. nu. 4. & in deciſ. 17. nu. 1. & Gram. in deciſ. 103. nu. 1. Soc. iun. in cõſ. 1. nu. 49. vol. 4. hoc idẽ plurimos alios conſulentes non latuit, vt Io. de Amic. in conſ. 13. nu. 4. & in conſ. 120. nu. 5. Nat. in cõſ. 145. nu. 1. & in conſ. 177. nu. 1. vol. 1. Neuiz. in conſ. 82. nu. 2. vol. 1. Rol. à Vall. in conſ. 40. nu. 8. & in conſ. 58. nu. 6. vol. 2. & in conſ. 76. nu. 8. & in conſ. 79. num. 47. & in conſ. 85. nu. 38. vol. 1. Cephal. in conſ. 247. nu. 1. vol. 2. & in conſ. 4. nu. 22. vol. 1. Cur. iun. in conſ. 64. num. 4. Dec. in conſ. 682. nu. 2. & in conſ. 423. n. 10. Iaſ. in cõſ. 124. vol. 1. & in conſ. 138. vol. 1. Pariſ. in conſ. 54. nu. 3. & in conſ. 104. nu. 63. vol. 1. & Iac. Nouel. in reg. 120. & ad hoc propoſitum infinita propè congeſſit, vt ſui moris eſt, Tiraq. in tract. de vtroque retrac. de retract. lignagier. §. 2. gl. 1. nu. 20. 21. & 22. verſ. verum his nõ obſtantibus.

2 Concluſ. primo limitabis † niſi probetur contrariũ, prout dicit Io. de Amic. in conſ. 13. nu. 18. ver. ad allegata in contrariũ, vbi inquit * ita omnes intelligere in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ign. & in l. cum precibus. C. de probatio. & in conſ. 87. nu. 6.

3 Limita ſecundo † ſi aduerſarius acquieſcat, & nihil obijciat, aliàs ſecus, ſecũdum Butr. in c. cum cõtingat ex. de reſcript. & in c. cũ dilecti. de don. ita rñdit Soc. ſen. in cõſ. 97. in fi. vol. 1. ſic voluit Dec. in cõſ. 474. nu. 3. & placuit Cephal. in conſ. 218. nu. 7. vol. 2.

CONCLVSIO DCCCCVIII.

ARGVMENTVM.

Aſſerenti inſtrumentum non eſſe abolitum incumbere onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſi quis dicat non eſſe abolitum, neq; cancellatum tenetur id probare.*
2 *Inſtrumenti veritatem non probãs falſarius præſumitur.*

1 **Inſtrumentum** ſi quis dicat † non eſſe abolitum neque cancellatum hoc probare tenetur, vt exindè locum habeat: q̃ hoc extat cõtex. in l. vlt. C. de edi. diu. Adria. toll. ſecũdum Herc. in tract. ſuo de probanda negatiua nu. 86. verſ. 30. inſertur.

2 Iſtud amplia, vt vſq; eo procedat, † vt producẽs tale inſtrumentum, nec probans eius veritatẽ, præſumatur falſarius, & puniatur: arg. l. iubemus. C. de prob. cũ alijs adductis per Nat. in conſ. 132. nu. 1. vol. 1.

CONCLVSIO DCCCCIX.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti amiſſi tenor quo pacto probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti deperditi tenorem teſtibus probari, modo tria prius probentur, de quibus ibi.*
2 *Inſtrumenti deperditi tenorem duobus tantum teſtibus poſſe probari.*
3 *Inſtrumenti deperditi tenorem plenè probari teſtibus notarijs.*
4 *Teſtamenti deperditi tenorem duobus in teſtamento deſcriptis teſtibus probari.*
5 *Inſtrumenti guarentigiati, quod amiſſum eſt tenor duobus teſtibus probatur.*
6 *Inſtrumenti deperditi tenor teſtibus viris bonis idoneis, & valdè peritis probandus eſt.*
7 *Inſtrumenti deperditi tenor teſtibus non ita peritis probatur, cum illi deponunt de eo, quod continetur in inſtrumento.*

8 *Teſtibus*

8 *Teſtibus ſatis eſt ad inſtrumenti tenorem probandũ, quòd ſciant legere, & ſcripturam legere.*
9 *Teſtes ſolũ deponentes de perditione inſtrumenti nihil probant, tum inſtrumenti deperditi tenorẽ volunt probare.*
10 *Dies, & locus ſunt de ſubſtantia inſtrumenti.*
11 *Inſtrumenti deperditi tenorem teſtes probantes debent deponere ſcripturam eiuſdem non eſſe vitioſam.*
12 *Teſtes de credulitate deponentes non probant inſtrumenti deperditi tenorem.*

1 Quæri ſolet † à noſtris, quo pacto qui probare poſſit tenorem inſtrumenti, quod quis amiſerit, & certè per teſtes hunc tenorem poſſe probari hac lege ab iiſdem cõcluſum eſt, vt tria prius probẽtur, videlicet actum fuiſſe celebratum, ſcripturam indè confectã, & ꝙ amiſſum fuerit inſtrumentũ, vt voluere Bart. & Caſtr. in l. teſtium, ille num. 15. hic nu. 14. C. de teſtib. quib. accedit Fel. in c. ſicut. num. 2. verſ. vbi ſit. & ſeq. de re iud. atq; decidit Ozaſc. in dec. 69. nu. 1. hoc idem tradit Hippol. Marſ. in repet. rubr. C. de probat. nu. 54. verſ. tertio limitat Fel. & 355. verſ. circa ſecundum, cum plur. ſeq. eiuſdem fuere ſententiæ Guid. Pap. in conſ. 75. poſt nu. 2. verſ. ideò in illa quæſt. Alb. in conſ. 101. nu. 7. Ceph. in conſ. 171. num. 47. & in conſ. 287. nu. 46. vol. 2. & Rui. in conſ. 178. nu. 5. vol. 1. vt & cenſuit Lãfr. de Oria. in tract. de fid. inſt. poſt n. 47. verſ. quęro vlterius. qui ad hoc citat gl. ſing. in l. ſicut. C. de fid. inſtr. in qua habetur, quod ſi per teſtes probetur amiſſio inſtrumenti, quòd iſtud ſufficiat ad hoc, vt poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis.

2 Amplianda eſt primo concl. † vt etiã per duos tantum
* teſtes poſſit probari tenor inſtri: iuxta * communem ſcribentium traditionẽ in auth. ſi quis in aliquo documẽto. C. de eden. huc reſpexit Bar. in l. ſicut iniquũ. C. de fid. inſtr. idem Bart. & Ang. in l. 2. §. diuus, ad fi. ff. de iur. fiſc. & in l. 1. n. 27. ff. ſi cer. pet. quod nec latuit iuris Pontificij profeſſores, in c. cũ olim. il 1. per illum tex. ext. de priuileg. de quo etiam meminit Iaſ. in cõſ. 42. nu. 1. & poſt nu. 2. verſ. nã licet dubitatio ſit, vol. 1. & Gozad. in conſ. 11. verſ. quib. nõ obſtãtib. n. 6.

3 Amplia ſecundò eo magis concluſ. procedere, † ſi dicti teſtes ſunt notarij, prout dicit Iaſ. in d. cõſ. 42. nu. 1. vbi inquit, quod ſi inſtrm originale ſit deperditum, & teſtes, qui deponunt, ſint notarij, qui defectũ inſtrumentorũ cognoſcant, & ſcribendi characteres noſcãt illius notarij, & deponant de contentis in ipſo inſtro, tales vtique teſtes plenè probare veritatem eius, ꝙ in inſtro amiſſo continebatur: & ibidem ſubdit, ab hac
* doctrina* communi in iudicãdo nefas eſſe recedere.

4 Tertiò ampliabis eandem concl. † nõ ſolùm habere locum in ſimplicibus inſtrumentis, ſed etiam in teſtamentis caſu deperditis: nam tunc pariter ſufficit, ꝙ duo teſtes ex illis, qui interfuerunt tempore confecti teſtamenti deponant teſtamentum fuiſſe factum: vt grauiter, & doctè tradidit Bal. in l. teſtium. col. 2. poſt nu. 3. ver. vlt. C. de teſti. quod etiam iterum confirmauit idem Bal. in c. 1. §. ſi enim domino. col. 1. nu. 1. tit. quid ſit inueſtit. & in c. 1. §. ſacramentum. col. 3. n. 15. verſ. ſed tunc ego quæro, de conſuet. rect. feud. ad quæ conferunt ea, quæ ſcripſit reliquit Bart. in d. auth. ſi qs in aliquo. atq; Alex in conſ. 47. in prin. col. 2. lib. 2. & plures alij, quos refert Hippol. in d. n. 356. verſ. & iſtud non ſolùm habet locum, & Abb. in d. conſ. 101. nu. 7.

5 Quarto loco velim amplies, vt conclu. vera ſit, † et ſi inſtrumentum eſſet guarentigiatum: nam ſi eſt perditum, poterit probari per duos teſtes, ſed tamen non habebit executionem paratam, ſicuti ſi perditum nõ eſſet. iux. ſentẽt. Bart. in l. 1. ff. de his, quæ in teſt. delen. quod latè proſequitur Fel. in d. c. ſicut. nu. 3. de re iudi. vbi inquit, quòd quamuis ita proſit productio teſtiũ probantium tenorem inſtrumenti deperditi, ſicut inſtrumentum, tamen in vno differũt: quoniam vbi cõſtat de inſtrumento ſolùm ex dictis teſtium, tunc nõ cõcurreret beneficium ſummariæ cognitionis, & celeris expeditionis datum inſtrumento à lege, vel à ſtatuto, nec haberet executionem ita paratam, ſicut haberet ipſum inſtrumentum, & Hippol. qui alios refert in d. rub. nu. 363. & ſeq. verſ. & inter cæteras.

6 Limitare poteris primo concluſ. † vt teſtes probantes tenorẽ inſtrumenti deperditi debeant eſſe viri boni, idonei, valdè periti, inſtrumenti defectus, & literas notarij cognoſcentes, alioquin non probant ita ſenſere Bart. in d. l. ſicut iniquũ. nu. 2. C. de fid. iſtr. & in l. 2. §. 1. nu. 4. ff. de iur. fiſc. & in d. l. 1. n. 27. ff. ſi cer. pet. & in d. auth. ſi quis in aliquo, poſt nu. 19. C. de eden. per c. cum olim. de priuil. & l. teſtium, in fi. C. de teſti. Abb. in c. Alberic. col. 2. nu. 4. verſ. in ſecũdo caſu. de teſtib. Franc. Purp. in d. l. 2. nu. 181. ff. de iur. fiſc. Fel. in c. ſicut. in prin. de re iud. Dec. in d. c. quoniam contra. in fi. de probat. & in conſ. 215. in cauſa vertente. nu. 1. & in conſil. 82. viſo proceſſu agitato. num. 3. Alex. in conſ 196. viſo teſtamento dicti Frãciſci. col. 3. nu. 9. verſ. nõ obſtat, quòd nonnulli. lib. 2. Curt. iun. in cõſil. 17. licet ꝑ celeberrimos. nu. 4. Afflic. dec. 274. quęſitum fuit. nu. 3. & deciſ. 302. aliud dubium. nu. 5. Rui. in d. conſ. 179. nu. 5. vol. 1. Ceph. in d. conſ. 287. nu. 4. vol. 2. & Lanfr. de Oria. in ſua praxi. c. 9. de inſtr. produ. nu. 47. & quãplurimi alij relati à Tiraq. in tract. de vtroq; retract. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. ferons preſerez. nu. 55. & ſeq. verſ. nec tamen omiſerim.

7 Sublimitabis tamẽ limitationem, † niſi teſtes probarent de eo, quod continetur in inſtrumento; quia tunc ſufficeret, ſi nõ eſſent ita periti, ſi credimus Rui. in d. conſ. 179. num. 5. vol. 1.

8 Secundò ſublimita, † quòd immo ſufficiat, quòd ſciant legere, & ſcripturam intelligere: ſecundũ Bart. in l. 2. §. 1. in fi. ff. de iur. fiſc. & in l. 1. n. 27. ff. ſi cer. pet. & in d. auth ſi quis in aliquo documento. Et Celſum Vgonem in addit. ad praxim D. Lanfr. vbi ſupra.

9 Secundò quoque limitanda eſt conclu. † quòd vbi
teſtes ſolùm deponerent de perditione inſtrumenti,
& nõ aliud, nihil facerent: vt voluit Bart. in d. l. ſicut.
nu. 1. & 3. vbi ait opus eſſe ipſos deponere, quòd in tali
inſtro, quod eſt perditum, cõtinebatur quemadmodum
Titius mutuauit decẽ Seio, & ꝙ ipſi ita legerũt
in d. inſtrumẽto: ꝙ etiam ſequutus eſt Lanfr. vbi ſup.
d. nu. 47. & Hippol. loco ſuperius adducto. nu. 358. cũ
ſeq. vbi nu. 365. ait cautum debere eſſe illum, qui vult
per teſtes probare ſcripturam, ſiue tenorem inſtrumẽ
10 ti amiſſi. † vt in c. ponat diem, & locum inſtrumenti,
qm̃ illi ſunt de ſubſtãtia inſtrumẽti arg. d. c. qm̃ cõtra.
ext. de prob. c. Abbate ſanè. de re iud. in 6. & auth. vt
præponatur nomẽ imperator. in rub. vt egregiè inqt
Io. And. in d. c. cum olim. de priuil. & ibi Butr. poſt
eum, quos refert, & ſeq. Alex. in d. conſ. 196. viſo teſtõ
col. 3. nu. 11. lib. 2. vbi ſubdit hoc caſu etiam neceſſe
11 eſſe, vt teſtes probent † in ſcriptura priuilegij, ſiue in-
ſtrumenti, nullum extare vitium. Nec hoc caſu ſuffi-
12 cit, quòd teſtes dicant ſe credere † inſtrumentũ amiſ-
ſum eſſe, ſed debẽt affirmatiuè loqui ſecundũ Card.
in conſ. 25. incip. in cauſa, & quæſtione excellentiſſimi.
col. 2. verſ. item redditur alia ratio. quem refert, &
ſequitur Fel. in d. c. ſicut. col. 7. nu. 9. in fi. & Doct. in l.
emancipatione. C. de fid. inſtr. Flori. in l. leg. Aquilia.
ff. ad leg. Aquil. & Cæphal. in conſ. 170. nu. 3. vol. 2.

CONCLVSIO DCCCCX.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum amiſſum eſſe quo pacto iuramento probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti amiſſio iuramento probatur.*

2 *Inſtru-*

2. *Inſtrumenti ſubtractio, vel laceratio iuramento probatur.*
3 *Inſtrumento lacerato aduerſarij iuramento ſtatur de contentis in eo.*
4 *Inſtrumentum lacerans qua pœna puniatur.*
5 *Inſtrumenti iactura iuramento probatur, cum ſcriptura eſt de ſubſtantia rei, vel vt ibi.*
6 *Inſtrumenti amiſſio probatur iuramento, modo de iactura concurrant coniectura.*
7 *Inſtrumenti amiſſio tunc iuramēto probatur, cum agitur de modico præiudicio, ſecus ſi de magno.*
8 *Inſtrumenti amiſſio tunc iuramento probatur, cum quis ad exhibendum inſtrumentum tenetur officio iudicis, ſecus in alijs caſibus.*
9 *Inſtrumenti amiſſio aliter quam per iuramentum probanda eſt, cum notarius aſſerit ſe fuiſſe ſtipulatum contractum, ſed rogitum, vel inſtrumentum rogitus ſe amiſiſſe dicit, & cur.*
10 *Inſtrumenti amiſſio iuramento non probatur, cum pars vult illud de falſo redarguere, & inſtrumentum fuit productum penes acta, & illius copia dimiſſa, & originale producenti fuit reſtitutum.*
11 *Inſtrumenti amiſſio iure pontificio iuramento probatur, de iure ciuili per teſtes.*
12 *Inſtrumenti amiſſio, quo pacto poſſit aliter, quam per iuramentum probari.*
13 *Inſtrumenti amiſſio per allegantem probanda eſt.*
14 *Inſtrumentum nunc recens fuiſſe repertum, iuramento reperientis probatur.*
15 *Inſtrumenti publicatio iuramento notarij probatur, ſi a partibus negatur.*

1 **Inſtrumenti** iactura† deficiēte quacūque alia probatione probatur iuramento eius, qui illud amiſit: arg. l. vlt. C. de fid. inſtr. ita docuit Bar. in l. emancipatione, & in l. cū quidam. nu. 4. & 8. C. de fid. inſtru. ſic etiam deciſum reliquit Guid. Pap. deciſ. 244. quipiam in cauſa ſua, vt & refert Marſ. in repe. rub. C. de prob. nu. 127. aliàs 140. ver. item iuramento. vbi plures alios citat Bar. in l. teſtium. C. de teſt. Abb. & Feli. in c. 2. de prob. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. nu. 39. verſ. cum ſimilimi eſt. C. de reuoc. donat. Ciau. in conſ. 157. nu. 17.

2 Concluſ. ampliabis, † vt non ſolùm amiſſio ipſius inſtrumenti, ſed ēt ſubtractio, vel laceratio iuramento alterius partis poſſit ꝓbari: ſic egregiè inquit Hippol. Marſ. in d. rub. C. de prob. nu. 135. aliàs 147. verſi. & idē dicas: vbi plures allegat, vt Fel. in d. c. ſicut. col. 5. nu. 7. ver. quarta declaratio, de re iud. & in cap. cum cauſam. col. 8. nu. 16. ver. in glo. in verb. compellas, de teſtib. Flor. in l. in lege, Aquilia, col. 4. ff. ad leg. Aquil. Io. de Anan. in c. vlt. col. vlt. de crim. falſ. Barb. in cōſ. 53. incip. à Ioue principium. col. 2. in fin. verſ. decidit, quòd ſtabitur iuramento, vol. 3. Rom. ſing. 381. incip. dum contra aliquem, vbi Nicol. Pignol. in addit. ad eundem plurimos etiam citat. & Spec. in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter. ad fi.

3 Nam tunc probato furto, † præſumitur etiam probatus inſtrumenti tenor, qui plenè probat contra furem iuncto iuramento in ſupplementum probationum: ſecundum Bal. in l. ſi de poſſeſſione. C. de prob.

Et quòd inſtrō lacerato de contētis in eo aduerſarij iuramento ſtetur, notant Bal. in l. 1. nu. 1. C. de fide inſtr. verſ. ſed hic dubitatur, vbi refert quæſtionem de
4 facto, † quod cum fuerit productum inſtrm coram iudice, aduerſarius illud lacerauit, vnde fuit dubitatū, qua pœna puniendus veniret ille lacerans, & decidit ibi, ꝙ ſi per ſuperbiam, & ex indignitate animi illud lacerauit non ex propoſito, quod debeat puniri extra ordinem, per ſingulare dictum Ioā. Andr. in c. accepimus, de fide inſtr. ſed quoad vires ipſius inſtrumenti, ſtabitur iuramento ipſius aduerſarij de eo, quod in ipſo continebatur, ad quod citat tex. in l. ſi de poſſeſſione, C. de probat. idem in l. qui accuſare, verſ. item dico, C. de eden. ſequitur Abb. in c. accepimus, de fide inſtr. & Deci. in conſ. 521. num. 18.

5 Intelligas prædictam concluſionē procedere, † qñ ſcriptura eſt de ſubſtantia, ſiue quando inſtrumentū eſt de natura debiti, vel rei probandæ, quod eſt in tribus caſibus, ſcilicet quando contrahentes ſic inter ſe conuenerunt, vel quando ſtatutum, ſiue conſuetudo eſt vt inſtrumentum fiat: iuxta ſententiam Bal. in l. 1. nu. 1. C. de fid. inſtr. nam tunc eſt neceſſe probare perditionem inſtrumenti, aliàs ſufficit probare de veritate rei, prout dicūt Sal. in l. emancipatione, col. 1. nu. 7. C. de fid. inſtr. nu. 7. Cyn. & Bal. in d. l. teſtium, C. de teſt. Bar. in l. vlt. C. de eden. Card. in conſ. 25. quem refert Fel. in c. ſicut, nu. 9. & 10. de re iud. Afflict. deciſ. 274. nu. 6. & Ceph. conſ. 170. nu. 1. & 2. vol. 2.

6 Limita primò, † concluſionem non habere locum, niſi concurrant coniecturæ, nempè quia volens iurare, habeat præſumptionem pro ſe de amiſſione, aliàs ſecus: iuxta not. per Innoc. in c. cum olim, il 1. in fi. de priuil. & ibi Io. Andr. & Abb. & Afflict. in deciſ. 330. num. 2. vbi dicit, quòd ideo iudex in caſu ſupradicto adhibebit cauſæ cognitionem.

Sublimita hanc limitationem procedere, quando amiſſio allegaretur à notario, qui tenebatur diligēter cuſtodire, ſecus ſi ab alio, prout dicit Alba. in conſil. 101. nu. 8. in fi. & infra latius explicabitur in 4. limit.

7 Limitabis ſecūdo dictam concl. † ſi agatur de magno præiudicio, ſecus ſi de modico: vt placuit Bart. & Alex. in l. huiuſmodi, §. ſi ita, il 1. nu. 1. & hic nu. 4. ff. de leg. 1. Fel. in d. c. ſicut, nu. 9. in 1. limit. 6. declarat. de re iud. Bal. in d. l. vlt. C. de eden. & Marſ. in d. rub. C. de prob. nu. 141. verſ. hanc tamen concluſionem.

8 Tertio loco limitanda eſt concluſio, † vt tūc amiſſio inſtrumēti probetur per iuramentum, quando qs ad exhibendum inſtrumentum tenetur officio iudicis: vt docet Alex. in d. l. huiuſmodi, §. ſi ita, ſub nu. 4. vbi dicit, quod ita loquatur. l. vlt. C. de fide inſtrum. & hoc etiam voluit ibi expreſſè Cyn. in 2. oppo. nu. 5. in alijs autem caſibus debet probari amiſſio inſtrumentorum per legitimas probationes, ſicut amiſſio cuiuſlibet alterius rei, prout dicit Alex. in d. §. ſi ita, num. 4. vbi allegat text. l. ſi quis ex argentarijs, §. penul. & fin. & ibi Bar. ff. de edend. idem ſenſit Marſ. in d. rub. C. de prob. num. 141. verſ. item alio caſu.

Quarto loco velim limites eandem cōcluſionem
9 in notario, † qui confeſſus eſt ſe fuiſſe ſtipulatū contractum, ſed dicit ſe perdidiſſe rogitum, ſeu inſtrumētum rogitus: nā hoc caſu, nec ſibi, nec ſuo ſacramento credit, ita dicit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtr. edic. in §. inſtr. col. 1. in add. incip. & dicebat Odofre. in fi. ad idem reſpōdit Fed. de ſen. in conſ. 113. Titius conſtituit. n. 2. verſ. dico inſuper. quē refert, & ſeq. Fel. in d. c. ſicut. nu. 9. in fi. vlt. declaratio. de re iud. qđ placuit, & Alex. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. nu. 14. ff. de eden. vbi reddit rationem, quoniā ad notarium cuſtodia ſpectat, ideò tunc amiſſio debet probari aliter quam per iuramentū, quod & placuit Ang. in l. 2. in prin. C. de teſti. idem ſenſere Soc. ſen. in conſ. 159. in præſenti conſultatione. col. 2. nu. 5. vol. 2. Grat. in conſ. 13. in cā illuſtrium. nu. 19. verſ. nec obſtat. vol. 1. Ceph. in cōſ. 170. nu. 6. & 7. vol. 2. & Marſ. in d. rub. nu. 130. aliàs 142. verſ. limita etiā. C. de ꝓba.

10 Limita quintò, † quando inſtrumētum fuit productum penes acta, & illius copia dimiſſa, deindè reſtitutum fuit originale producenti, tunc ex quo ſemel productum fuit in actis, eiq; fides impoſita fuit ꝑ copiam collationatam, tunc ſi pars, quæ habuit copiam vult illud redarguere de falſo, tenetur iterum originale producere, & ſi iurabit, quòd non habet, nec alij dedit, nec apud alium eſt eius volūtate, nec dolo malo fecit, quominus exhiberi poſſet, ei non creditur, ſecundum Affl. d. deciſ. 330. nu. 2.

Sexto loco limitabis, vt præcipuè locū habeat cōcluſio,

Digitized by Google

11 cluſio,†de iure canonico, qa illo iure probãs iuſtam
amiſſionem inſtrumenti per ſacramentum eius,q di-
cit ſe amiſiſſe,& probans inſtrumenti tenorem, & q
nullũ falſitatis vitium,ſcilicet releuatur probatione,
& talis de intentione ſua docet; vt de hoc habemus
cõtex.in c.cũ olim eſſemus apud Peruſium,de priuil.
& exceſſi.prælat.& obſeruauit Proſdo.de Comitib.in
ſuo tract.de differ.vtr.iur.poſt nu.142.verſ.de iure ca-
nonico aliter videtur.ſecus eſt de iure ciuili:quia pro-
banda erit amiſſio per teſtes,vt in præcedenti concl.
& per eund.de Comitib.loco nuper allato.num.141.
verſ.de iure ciuili,ſecundum Azo.& Tancr.eo.loco.
Quando verò amiſſio inſtrumenti aliter probanda
12 eſt,†quam per iuramentum, tũc ſatis erit ſi probabi-
tur nõ reperiri imbreuiaturã inter alias eiuſdẽ notarij,
prout dicit Alba in cõſ.101.nu.8.vel ſi iudicis autho-
ritate diligentia facta non reperiatur,ſecundum Bar.
& alios in d.l.ſi qs ex argẽtarijs.§.an vero.ff.de eden.
Aret.in c.vlt.verſ. 3.not.ext.de probat.vbi ẽt Fel.nu.
3.& in d.c.ſicut.nu.8.ver.quinta declaratio. de re iud.
& Ceph.in conſ.171.nu.47.vol.2.vel ſi ſimpliciter p-
betur depopulatio oppidi. prout dicit Alba in conſ.
24.nu.12.vbi allegat Affl.deciſ.13.col.3.Ang.et alios
in d.l.ſi quis ex argẽtarijs.§.prætor ait.Caſtr.in l.ſicut
iniquum.C.de fide inſtr.& Bal.in l.teſtium. col.7. C.
13 de teſt.etiam dicentes,quòd inſtrumenti amiſſio†de-
bet probari per allegantem,ſiue incẽdio, ſiue præda-
tione ciuitatis contigerit.
Nec ſolum inſtrumenti iactura,ſubtractio,& lace-
ratio iuramento probabitur, ſed etiam eiuſdẽ inuen-
14 tio: † namq; inſtrumentum nunc recens fuiſſe reper-
tũ probatur iuramento reperientis,vt decidendo ſen-
ſit Guid.Pap.in d.deciſ.244.nu.2.cuius ſentẽtiæ acce-
dit Alba in conſ.9.nu.35.p tex.in c.vt circa, de elect.
in 6.& in c.paſtoralis,de except.per Bart.& alios in l.
admonendi.ff.de iureiur.& Matheſ.ſing.57.nota mi-
rabilem doctrinam.
15 Quinetiam inſtrumenti publicatio, † ſi à partibus
negetur probatur per iuramentum ipſius notarij: ſe-
cundum Alc.in tract.præſump.reg.3.præſump.13.nu.
12.& Sal.in l.ſi quis decurio. C.de fal.

CONCLVSIO DCCCCXI.

ARGVMENTVM.

An ſit neceſſe recognoſci de notariatu eius, qui ſcripſit inſtrumentum, ad hoc, vt inſtrumentum probet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ad hoc,vt probet,debet recognoſci,& probari de notariatu, ſaltem per exhibitionem aliorum inſtrumentorum eiuſdem notarij.*
2 *Inſtrumentum,vt probet, debet recognoſci de notariatu, ſi negetur illum eſſe notarium,qui confecit inſtrumentum, alioqui non probabit ſecus ſi non negetur.*
3 *Inſtrumenta antiqua,vt probent, non eſt neceſſe recognoſci de notariatu,ſi non ſit fama de notariatu illius.*
4 *Præſumitur pro matricula.*
5 *Inſtrumenta,vt probent, nõ eſt neceſſe recognoſci de notariatu,accedente temporis diuturnitate,& ſcriptura authentica, alioquin ſola antiquitas non adhibet plenam fidem ſcripturæ.*
6 *Inſtrumentum producenti incumbit onus probãdi, ſi quis dixerit inſtrumentum confectum fuiſſe a non notario, & alius dicat a notario.*

1 Inſtrumentum ad hoc† vt probet,
debet recognoſci,
& probari de notariatu ſaltem per exhibitionẽ alio-
rum inſtrumentorum eiuſdem notarij, vt interroga-
tus reſpõdit Corn.in cõſ.14.col.5.vol. 4. quod & pla-
cuit Crau.de antiq.tempor.part.3.§.vidimus in gene-
re,nu.3.hoc idem deciſum reliquit Put.deciſ.9.& 13.
de fide inſtrum.
2 Limitabis concluſionem hanc procedere, † ſi ne-
getur notarium dicti inſtrumenti confecti eſſe nota-
rium:quia tunc niſi probetur de notariatu, inſtrumẽ-
tum non probabit:ſecundum Bella.deciſ.193. incip.
ſi notarius inſtrumenti,de fide inſtr. ſecus verò ſi non
negetur,vt idem decidit in deciſ.540.ſi pars.eo.tit. nã
tunc ei ſtandum eſt.
3 Limita ſecundo locũ habere † in inſtrumẽtis adeò
antiquis,vt non ſit fama de notariatu illius:quia tũc
ſufficit quòd reperiantur eius inſtrumẽta in locis au-
thẽticis,veluti in archiuio publico,prout dicit Corn.
in conſ.24.in litera H.per tex.in auth.ad hæc.C.de fi-
4 de inſtr.vbi etiam dicit, quòd ſufficiat matricula † ex
quo pro ea præſumatur.
Et in inſtrumentis antiquiſſimis, ita etiam notant
Bal.in auth.quas actiones.nu.17.verſ.ego dico.C. de
ſacroſ.eccleſ. quem ſequitur Auſr. in addit. ad deciſ.
Cap.Tholoſ.330.item ſi aliquis,in fi.Dec.in conſ.36.
inci.pro tenui.col.2.nu.3.verſ.ſecundo non obſtat.&
in conſ.42.pro facultate. col.2. nu. 2. verſ.& pro fun-
damento.& in conſ.638.nu.6.& in c.1.num.49.verſi.
quidquid tamen ſit,de fide inſtrum. ad idem reſpon-
dit Alex.in conſ.101.inpei primo dubio.col.3.nu.10.
ver.non obſtat,quòd non apparet.lib.7.& Ant.Rub.
conſ.10.doleo,in fi.quod & placuit Io.Bapt.Ferret.in
conſ.195.nu.1.& Affl deciſ.251. num.6.
Hanc limit. ſublimitabis, vt tunc locum habeat,
5 †cùm ſcriptura erat authentica, quippè quæ habebat
teſtes,ſubſcriptionem notarij cũ ſigno, & alia requi-
ſita:vnde ratione difficilis probationis,ſola coniectu-
ra orta ex confeſſione ſolennis inſtrumenti iuncta cũ
antiquitate temporis inducit efficacem præſumptio-
nem pro notario:idcirco voluit Bal.in l. comparatio-
nes.nu.14.verſ.ſed iſta cautela,C.de fid.inſtr.quod in
inſtrumẽtis de longinquo loco non expediat proba-
re notarium fuiſſe notarium ratione difficillis proba-
tionis iuncta præſumptione prædicta.& fuit iſtud pri-
matium dictum Spec.in tit.de inſtrum.edit. §. reſtat,
nu.6.hinc etiam dicebat Bald.in l. ſi qua per calum-
niam,in fi.C.de epiſ.& cler. poſt Cyn. quòd ſi Titius
ferat è longinquis oris inſtrumẽtum procurationis in
perſonam ſuam, & negetur ipſum eſſe illum, de quo
fit mentio in inſtrumento, quòd præſumatur pro eo.
Hinc ergo fit, vt ſola antiquitas per ſe nũquam adhi-
beat ſcripturæ,vel alteri documento plenam fidem:
hoc apertè decidit Io poſt alios in c.cum cauſam, de
probat. ſed bene adminiculatur: vt teſtatur Alex. in
cõſ.150.in cauſa appellationis.col.2.nu.9.verſ. ſexto
non iuuat,lib.6. quod etiam confirmauit Corn. in d.
conſ.24.col.5.vol.4.in litera H. hoc itaq; caſu debe-
bunt induci teſtes,qui dicant,& atteſtentur, quòd ip-
ſe tanquam notarius longo tempore officium ſuum
exercuit,vel confecit tot inſtrumẽta publica, quæ re-
cepta fuerunt, & quibus adhibita fuit fides tanquam
publicis inſtrumentis:ſecundum Inn.in c.veniens,de
verb.ſign.Imol.Bal.Butr.& Abb.in c. 1. de fide inſtr.
& Spec in tit.de prob.§.1.verſ.illud autem.
6 Quòd ſi quis in hac controuerſia dixerit†inſtrumẽ-
tum confectum fuiſſe à non notario, & alius dicat à
notario,ei incumbit onus probandi,qui inſtrumentũ
produxit:ſecundum Alex.in conſ. 166.viſo puncto,
col.2.poſt nu.3.verſ.& quod erant tabelliones, lib. 2.
cui accedit Rol.à Val.in conſ.32.nu.7.vol.2.idẽ ſen-
ſit decidendo Boer.deci. 36.num.10.vbi atteſtatur de
* *communi.ad idem reſpondit Anch.in conſ. 290 in-
cip.pro iſta parte.vt etiam Alc.in tract. de præſumpt.
reg.3.præſumpt.13.num.14.

CONCLVSIO DCCCCXII.

ARGVMENTVM.

Quot inſtrumenta requiruntur ad probandam famam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta duo nō ſatis eſſe ad probandam famam, ſed plura requiri.*
2 *Inſtrumenta duo non ſatis eſſe ad probandam famam, ſed plura requiri, etiam in antiquis.*
3 *Inſtrumenta plura famæ efficaciam non habent, cùm originem habent ab eiſdem perſonis, ſecus ſi a diuerſis.*

1 Inſtrumenta duo † non ſufficiunt ad probandam famam, ſed plura requiruntur, prout dicit Alex. in conſ. 90. in cā, & hic inter illos de Barbellis, col. 1. ſub nu. 1. lib. 6. idē voluit Soc. ſen. in cōſ. 86. in cauſa communitatis caſtri montis nigri, col. 1. poſt num. 2. vol. 1. & in conſ. 194 ſubtiliter, & eleganter, poſt nu. 9. verſ. quinimo, nec duo, vol. 2. idem voluit Crau. in tractat. de antiq. par. 1. §. ampliatur nunc, nu. 14.

2 Ampliabis hanc concluſionem † vt procedat etiā in antiquis: vt colligere eſt ex adductis p cund. Crau. d. num. 14.

3 Limita verò concluſionem locum habere, † quando iſta plura inſtrumenta haberēt originem à diuerſis perſonis, ſecus ſi ab eiſdem: nam tunc videretur vnicum, & idem teſtimonium, & ob id famæ efficaciam habere non poſſent: ſecundum Aret. in c. cum cauſam, de prob. & Soc. ſen. in d. conſ. 194. col. vlt. nu. 9. vol. 2. quibus accedit Crau. eod. in loco, nu. 17. verſ. intellige modo.

CONCLVSIO DCCCCXIII.

ARGVMENTVM.

An ſola probatio per ſcripturam admittatur contra inſtrumentum in ſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio non admittitur niſi per ſcripturam contra inſtrumentum in ſcriptis.*
2 *Inſtrumentum poteſt reprobari per teſtes inſtrumentarios, deponentes rem aliter ſe habere.*
3 *Inſtrumenti factum non poteſt redargui, niſi per aliud inſtrumentum: ſecus qualitas facti, quæ per teſtes poteſt reprobari.*
4 *Probatio contra inſtrumētum in ſcriptis licet non admittatur niſi per ſcripturam: tamen contra præſumptionē reſultantem ex inſtrumento, poterit fieri probatio per teſtes.*
5 *Probatio ſola per ſcripturam an admittatur contra inſtrumentum, vide remiſſiue.*

1 Contra inſtrumentū † in ſcriptis non admitti probationem, niſi per ſcripturam, vbertimè tradit Hipp. Marſ. in repet. rub. C. de prob. nu. 42. cum plur. ſeq.

2 Contrarium, quòd immo † inſtrumentum poſſit reprobari per teſtes, præſertim inſtrumētarios, & neceſſarios deponentes, rem aliter fuiſſe geſtā: videtur ſentire Fel. in c. cum Ioannes, num. 35. vſq; ad fi. de fide inſtr. & Pariſ. in conſ. 162. nu. 5. vol. 4.

Hos inter ſe diſſentientes ſcribentes cōciliare poteris hoc pacto, vt ſcilicet factum inſtrumenti non

3 poſſit redargui, † niſi per aliud inſtrumentū, ſecus verò qualitas facti nam illa per teſtes reprobari poteſt, ſecundum Butr. in c. audiris, col. 2. verſ. 6. extra de in integr. reſt. & Rot. in ſuis deciſ. 332. aliàs 27. licet Romana curia, de reſcrip. in nou. & exemplum affert in terminis ſtatuti, quo cauetur, quòd contra inſtrumētum non admittatur aliqua probatio in contrarium, niſi per aliud inſtrumentum, tunc ſi producatur apocha ſolutionis manu creditoris facta, & ſit negata, admittitur probatio p teſtes ſuper hoc, an fuerit ſcripta manu negantis, cùm iſta probatio teſtium nō veniat principaliter, ſed acceſſoriè ſuper hac qualitate.

4 Et ideò in ſimili † dicit concludere Bar. multum egregiè in l. quicunq; nu. 2. C. de apoch. pub. lib. 10. quod ſi contra inſtrumenta in ſcriptis non admittitur probatio, niſi per ſcripturas, tamen contra præſumptionē reſultantem ex inſtrumento poterit fieri probatio p teſtes ita cōciliat Marſ. in d. rub. C. de prob. alia afferens exempla. nu. 70. quo in loco † à nu. 42. vſq ad nu. 5

77. egregiè materiam hāc examinat, plurimas adducens limit. idem facit Fel. in c. cum Ioan. nu. 35. cum plur. ſeq. de fide inſtr. quos per te videre poteris.

CONCLVSIO DCCCCXIV.

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum non veriſimile continens, probet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens non veriſimile, non probat.*
2 *Inſtrumentum continens nō veriſimile, præſumitur falsū.*
3 *Inſtrumentum continens non veriſimile, licet contineat poſſibile, non probat.*
4 *Inſtrumentum continens non veriſimile, dicitur ſuſpectū, nec probat, licet teſtes contra ipſum non deponant.*

1 Inſtrumentum continens † non veriſimile, non probat, ſecundum Bal. in l. ſcripturæ, nu. 6. C. de fide inſtr. quem referendo ſequitur Fel. in c. audiris, col. 12. nu. 23. in fi. de præſcrip. Abb. in conſ. 99. in fi. verſ. ſecundū ergo, lib. 1. Crau. in cōſ. 134. ver. octaua ſuſpicio & in tract. de antiq. temp. 1. part. ſect. Quarto limitatur. nu. 41. verſ. immo fortius. idem voluit Cephal. in cōſ. 287. nu. 25. vol. 2. Soc. iun. in cōſ. 41. nu. 7. verſ. ex quibus omnibus, cum nu. ſeq. vol. 1. Cur. iun. in conſ. 17. col. 2. nu. 6. & in conſ. 178. col. 1. nu. 10.

2 Concluſionem amplia, vt nedum non probet, † ſed præſumatur falſum: iuxta doctrinam Bald. *cōmuniter approbatam in d. l. ſcripturę, col. 2. circa med. & in c. quoniam veriſimile, de præſump. cui accedit Dec. in conſ. 11. col. 5. poſt nu. 5. verſ. nam non quod poſſibile, & in conſ. 94. col. 2. nu. 2. in fi. & in conſ. 189. col. 4. poſt num. 6. verſ. ſecundo ad hoc facit. idem voluit Curt. iun. in d. conſ. 17. col. 2. nu. 6. & in d. cōſ. 178. nu. 10. atq; Crau. in conſ. 134. nu. 36. & Silua. in conſ. 68. nu. 1. vol. 2.

3 Secundo loco velim amplies, vt nec probaret, † licet contineret poſſibile: iuxta ſenten. Neuiz. in conſ. 46. nu. 14. vbi inquit, quòd ſi iudex videat inſtrumentum continere non veriſimile, licet cōtineat poſſibile, non debet ei credere: vt ibidem allegat Fel. in d. c. auditis, & Cur. iun. in ſupradictis conſil.

4 Tertiò ampliabis, vt dicatur † ſuſpectum, nec probet, licet teſtes contra ipſum non deponant: ſecundū Bal. in d. l. ſcripturæ. Abb. in d. conſ. 99. Cur. iun. in ſupradictis conſilijs, & Crau. in conſ. 75. nu. 20.

CONCLVSIO DCCCCXV.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti productio apud acta quæ, & quomodo probet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti productio apud acta probat contenta in inſtrumento.*
2 *Sententiæ inſerta in literis executorialibus creditur, ex quo inſerta eſt in actis iudicialibus.*
3 *Inſtrumenti productio apud acta probat contenta in inſtrumento adeo vt non ſit opus amplius producere originale, niſi quis velit originale redarguere falſi, vt nu. 5.*
4 *Scriptura priuata in actis regiſtrata probat.*
6 *Inſtrumenti productio apud acta probat, quando fuit totum inſtrumentum prout iacet reſigratum: ſecus ſi pars inſtrumenti regiſtrata eſt.*
7 *Inſtrumenti productio non probat, quando eſt facta regiſtratio de principio, & fine, de clauſulis ſubſtātialibus, adeo vt ex principio, & fine non reſultet vera concluſio inſtrumenti: ſecus quando ex principio, & fine reſultaret vera concluſio.*
8 *Inſtrumenti productio apud acta probat, cum inſertio in actis facta fuit authoritate iudicis.*
9 *Inſtrumenti productio apud acta probat contenta in inſtrumento, cum regiſtratio facta fuit in actis parte aduerſa præſente, uel ea citata.*
10 *Inſtrumenti aſſertio, & narratio probat in actis iudicialibus, ſecus in extraiudicialibus, quod nonnullis exemplis oſtenditur.*

1 Inſtrumenti productionē † apud acta probare cōtenta in dicto inſtrumento, nos monuit Bar. in l. chirographis. ff. de admi. tut. & in l. eos, §. ſuper his, nu. 2. C. de appell. ꝑ etiam tradidit Bal. in l. alia, in prin. C. de his, quib. vt ind. idem innuit Inn. in c. cum olim, nu. 5. in fi. de cēſib. & in c. quoniam contra, nu. 4. de prob. quē ſequūtur Dom. Rot. deciſ. 2. aliàs 93. nota, quòd in actis, de fid. inſtr. in antiq. quo in loco decidunt inſtrumenta inſerta in alijs nō probare per inſertionem, niſi inſerta ſint in actis iudicialibus, ad idem reſpondit Gem. in conſ. 78. pro clariori deciſione. col. 2. nu. 2. vt cenſuit, & Goz. in conſ. 42. in caſu propoſito. col. 2. nu. 9. atq; Ruin. conſ. 64 nu. 4. vol. 4 & Io de Amic. in cōſ. 21. nu. 1. idem decidit Oſaſch. in deciſ. 7. nu. 51. Hinc
2 videmus, quòd ſententiæ inſertæ † in literis executorialibus creditur, ex quo inſerta eſt in actis iudicialibus: vt iidem decidunt in deciſ. 57. aliàs 732. nota, quod executoria, de reſcr. in antiq. concluſionem noſtram confirmat quoq. Fel. in c. cum in iure, col. 3. nu. 8. ver. gl. in ver. mandato, de offic. deleg. concludēdo, quòd
3 regiſtratio inſtrumēti, † vel delegationis facta in actis probet, quantum originale, adeò vt non ſit amplius neceſſe producere originale. & hic eſt caſus, in quo copia probat, quando eſt in actis regiſtrata, ſecūdum Petr. de Anch. conſ. 36. prima facie. Bald. & Ang. in auth. ſi quis in aliquo. & ibi Alex. & Dec. col. 7. in 8. fal. C. de eden. idem voluit Fel. in d. c. quoniam contra, col. 5. nu. 50. in 6. q. de prob. dicēs, quòd vbi eſt facta productio inſtrumenti apud acta, illa productio probet contenta in inſtrumento, adeò vt nō opus ſit producere originale: ſecundum Inn. ibi. hoc inſuper tenet Guid. Pap. deciſ. 471, incip. inſtrumentum eſt in proceſſu productum in princ. vbi allegat Bart. in d. l. chirographis. & ait illud obſeruari in curia parlamēti, prout ſæpiùs vidit.
4 Concluſionem ampliabis, † vt nō ſolùm in inſtrumentis, ſed etiā in ſcriptura procedat, quæ ſi fuerit in actis regiſtrata, pbat: teſte Bal. in l. ne in arbitris, col. 1. nu. 2. not. 3. C. de arbit. & in auth. offeratur, col. vlt. nu. 16. verſ. venio ad verbum ex libelli, C. de lit. conteſt. idem voluit Ant. in c. 2. col. 3. verſ. octauus caſus, de fid. inſtru. quos ſequitur Dec. in d. c. quoniam cōtra, col. pen. nu. 221. ver. & adde, quod ampliatur, de prob. quod & placuit ibidem Conſentino, col. 56. & ibi dicit, quod omnia, quæ poſſunt opponi cōtra originale, poſſint opponi contra iſtud inſtrumentum in actis regiſtratum: ſecūdum Bart. & Doct. in l. in teſtament. la 1. ff. de cond. & demonſtr.

5 Secundò ampliare poteris, † vt eo vſq; concluſio vera ſit, vt nō ſit amplius neceſſe producere originale, vt ſupra in concluſione cōfirmauimus, & id decidit Oſaſch. deciſ. 16. nu. 1. vbi limitat id locū ſibi non vēdicare, ſi quis velit originale redarguere falſi: quia tunc tenebitur iterum illud producere.

6 Limitanda eſt primo loco concluſio, † vt locū habeat, quando fuit totum inſtrumentum reſtigratum, prout iacet, ſecus ſi aliqua pars inſtrumēti eſſet regiſtrata: quia tunc non probat: iuxta ſent. Inn. in c. cum in iure, de offic. deleg. & ibid. Fely. col. 3. nu. 9. verſ. ſecundo limita, poſt Bar. in d. l. chirographis, ff. de adm. tut. idem cenſuit Fel. in d. c. quoniam contra, col. 25.
7 nu. 51. de prob. dicens idem eſſe, quando eſt facta † regiſtratio de principio, & fine cum clauſulis ſubſtantialibus: ita tamen, quod ex principio, & fine non reſultet vera concluſio inſtrumenti, ſecus quando ex principio, & fine reſultaret vera concluſio, quia tunc probaret, ſecundum Conſen in d. c. quoniam contra, col. 57. de prob. hoc quoq; placuit ibidem Dec. num. 223. quod videntur etiam comprobare Domini in d. deciſ. 57. aliàs 742. de reſcript. in antiq. dum dicunt, quòd ſententiæ, vel earum partes inſertæ in literis executorialibus, probent.

8 Secundò limitabis eandem concluſionem, † vt vera ſit, dummodo iſta exemplatio, & inſertio actis fuerit facta authoritate iudicis; quia non interueniente iudicis authoritate, licet inſtrumentum eſſet in actis inſertum, nihil probaret, ſi credimus Bart. in d. l. eos, §. ſuper his, C. de app. cum multis alijs citatis ad hoc à Fel. in d. c. cum in iure, col. 3. poſt nu. 8. verſ. limita primo, de offic. deleg. vbi inquit hanc limitationem eſſe menti tenendam. & in d. c. quoniam contra, nu. 52. verſ. ſecundo limita. & ibidem Dec. nu. 226. ver. 4. & Conſen. colum. 56.

9 Tertiò velim limites, & intelligas, † vt tūc demum inſtrumenti productio apud acta probet contenta in inſtrō, cùm regiſtratio ipſa fuit facta in actis parte aduerſa præſente, vel ea citata: iuxta ſent. Io. Andr. & aliorum, quos allegat Fel. in d. c. cū in iure, col. 3. poſt nu. 9. verſ. tertio limita, & in d. c. quoniam contra, nu. 52. verſ. ſecundo limita, & ibid. Dec. nu. 222. de prob.

Superiora, quæ à nobis fuere tradita, locum habēt
10 in actis iudicialibus, † ſed in extraiudicialib. talis inſertio, & narratio alterius inſtrumenti non probat, vt decidunt Dom. Rot. in d. deciſ. 93. aliàs 2. not. quod in actis, de fid. inſt. in antiq. nam ſi Inſtrm facit mentionem de alio, quia dicatur ſententiam latam, ſicut tali inſtrumento vidimus contineri, non probatur ſententia lata, ſecundum Inno. in c. vlt. de fid. inſt. cū quo conuenit, quod fuit cōcluſum à DD. Rot. deciſ. 272. aliàs 9. nota qualiter nō creditur, de fid. inſtr. quo in loco tradunt, non credi verbis narratiuis notarij poſitis in inſtrumento, in quibus dicit, talis oriundus de tali prouincia promiſit centum: quia non probatur ex hoc, quòd talis ſit de tali prouincia. iuxta ſent. Inn. in c. cum in iure, de offic. deleg. cum limitatione quoq; noſtra tenet Fel. in d. c. nonnulli, §. ſunt, & alij, col. 5. poſt nu. 41. verſ. conſidera bene, de reſcrip. & c. vlt. col. 3. poſt nu. 13. verſ. ſecundo limita, de fid. inſtr. hoc idem ſequitur Corn. in conſ. 189. viſo d. puncto. col. pen.

Digitized by Google

col.pen.vol.3. dicẽs, quòd ſi in inſtrumento dicatur, quod congregatio fuerit facta de licentia poteſtatis Treuiſ,illa verba enunciatiua actus alio tempore geſti non probant.ſecundum Innoc.in d.c.quoniã contra,de probat.ead.ſequitur Iaſ.in l.ex his.col.3. num. 3.verſ.item in materia aduerte.C. de teſt.mil.

CONCLVSIO DCCCCXVI.

ARGVMENTVM.

An producens inſtrumentum, prǽſumatur fateri omnia in eo contenta.

SVMMARIVM.

1 *Inſtr͞m producens videtur fateri omnia in eo contenta.*
2 *Inſtrumentum producens etiam ipſum inſtr͞m approbare in omnibus,& per omnia videtur,adeo vt poſteà reuocare, neq; allegare poſſit errorem, ſed in illum culpa eſt conferenda,ſi rectè non conſiderauerit.*
3 *Inſtr͞m producens, non ſolùm videtur fateri in eo contenta, ſed etiam perſonam notarij de eo rogati approbare.*
4 *Inſtrumentum productum poteſt reuocari, vbi pars aduerſa impugnaret ipſam productionem.*
5 *Inſtrumentum producens, & re integra renuncians productioni, non poteſt amplius reuocare.*
6 *Inſtrumentum per me productum, quando poſſim poſteà impugnare,& rurſus per me impugnatum poſſim poſteà allegare ad intentionem meam.*
7 *Inſtrumentum producens,videtur omnia fateri in eo contenta quatenus inſtrumentum probat.*
8 *Inſtrumentum producens non videtur fateri omnia in eo contenta,quando agitur ex delicto dolo interueniente.*
9 *Inſtrumentum producens,videtur fateri omnia in eo contenta diſpoſita per verba diſpoſitiua,ſecus per enunciatiua.Contrar.num.11.*
10 *Teſtamentum producens non videtur fateri debitum in teſtamento factum per verba enunciatiua.*
12 *Inſtr͞o ſcienter vtens,incidit in falſum,etiam ſi non erat falſum in eo capitulo,in quo vis quæſtionis erat ſed in alio.*
13 *Inſtr͞m qui fecit, & in eo aliquid enunciatiuè affirmans,illud enunciatiuè prolatum fidem facit contra illum.*
14 *Enunciatiua verba probãt ad effectum validitatis actus, ſecus ſi principaliter dubitetur de illo enunciato.*
15 *Inſtrumentum producens,& proteſtans,quod illud produxit in parte,& partibus pro ſe facientibus,& non aliter, non videtur fateri,ſi qua in eo ſint,quæ faciant contra ſe.Ratio eſt.num.16.*
Contrarium,quod in hoc caſu non iuuet proteſtatio.17.& ſeq.Ratio contrariæ ſententiæ.nu. 18.
19 *Inſtrumentum proprium producens, & proteſtans nihil facit,ſecus ſi ad petitionem alterius confectum.*
20 *Proteſtatio non iuuat in capitulis connexis.*
21 *Proteſtatio non iuuat,quando producũtur iura,quę quis tenetur edere.*
22 *Proteſtatio non iuuat in actis iudicij.*
23 *Proteſtatio iuuat proteſtantem, niſi aduerſarius èĉontra proteſtetur.*
24 *Proteſtatio non iuuat proteſtantem, quando inſtrumenta iam ſunt producta.*

1 Inſtrumentum producens † apud acta videtur fateri omnia contenta in eo.arg.l.ſi aduerſarius. C. de fide inſtr.& l.cum precum.C. de lib. cau. hoc idem tradidere Innoc.& cæteri Doct. in c. cum venerabilis, de except.& in c.cum olim,& ibi Abb.nu.11.de cenſ.& idem Abb.in c.bonæ,il 2.de poſt.prel.& in c.cum ſuper.nu.7.de off.deleg.& in c.præſentium.nu.9. de teſti.& in c.2.de fid.inſtr.ut & voluit Dec. in l.a.n.6.C. de inſt.& ſubit.ad idem reſpondere Soc.ſen. in conſ. 97.nu.19.vol.4.& in conſ.11.nu.1.vol.3.Silua. in cõſ. 91.nũ.27.vol.2.Bert.in cõſ.64.egregiè.poſt nu. 2. lib. 3.& conſ.120.producens ſcripturam.nu.1.lib.2.Rui-nain in cõſ.162.viſo proceſſu.nu.4.vol.5. & Dec.in conſ.558.in cauſa,poſt nu.7.idq; aſſerit Soc.reg.186. inſtr͞m ſi per aliquem,& Card.in conſ.56.caſus ſuper quo poſt nu. 23. verſ. & contra iſtud,& ab iis non receſſit Oldr. in conſ. 198.cir.1.punctum.nu.7.& Bald. conſ.omnis aſſerens nu.2.lib.2. & in conſ.307.proponit,in prin.lib.5.Lap.in alleg.79.quatro in fi.& Nat. in conſ.365.nu.3.vol.2.vbi etiam dicit nõ eſſe diſtinguendum,an capitulum ſit connexum, vel ſeparatũ.

Concluſionem hanc ſic ampliabis,vt nedũ videa-
2 tur † fateri omnia contenta in eo,ſed etiam ipſum inſtru.approbare in omnibus, & per omnia,adeò vt poſtea reuocare,neq; allegare poſſit errorem,ſed in illũ culpa ſit conferenda ſi rectè non conſiderauerit.arg. d.l.cum precum,C.de lib.cau.& d.c.cum venerabilis de except.& no.Bart.in l.poſt legatum.nu.2.ff.de his, qui.vt ind.cum aliis adductis per Abb.in conſ.59.nu. 41.& quamplurimos alios ad idem citat Hora. Mãd. in add.ad Rom.in conſ.13.incip.neſcio quid dubitationis,in litera B.ſuper verbo, reproductus.

Subamplia ampliationem hanc, vt nedum cẽſea-
3 tur approbare inſtrumentum,† ſed etiam perſonã notarij de eo rogati,vſq; eo, vt poſteà alia inſt. eiuſdem notarij contra eum producta reprobare non poſſit ratione eius perſonæ,ſecundum Bal.in l.ſi quis teſtibus, col.1.ſub n.1.C.de teſt.iuxta illud, quod approbo nõ reprobo:idem decidunt Guid.Pap.q.503.in princ. & Boer. in deciſ. 252. num.4. ſicq; conſultus reſpondit Pariſ.in cõſ.125.nu.20.vol.1.& in conſ.79. nu. 3. vol. 3.& Ceph.conſ.236.nu. 1. vol. 2.

4 Limitabis eandem ampliationem, † vbi pars aduerſa impugnaret ipſam productionem: quia tunc poterit reuocare inſtrum.productum : ſecundum Innoc.in cap.mulier, de iureiurand.vbi etiam Fely. & Boer. vbi ſupra.

5 Limita ſecundò,† niſi ſtatim producens re integrà enunciaſſet productioni: argum.d.l.ſi aduerſarius,C. de fide inſtrum.& l.quæ famil.vbi Flor.ff.famil.erciſcund.vt ex Roman.in conſ.433. in vltim.dub. colligit Boer.in d.deciſ.252.nu.4.

6 Limita tertiò,vt inſtrumentum † per me productũ poſſim poſteà impugnare,& rurſus per me impugnatum poſſim poſteà allegare ad intentionem meam, quando cauſa impugnationis, vel cauſa validitatis non pendet à poteſtate mea : ſecundum Bart. in d.l. poſt legatum.col.1.& 2.in fin.ff.de his, qui. vt ind. & Dec. in conſ. 317.in fin.nam ſi penderet à voluntate mea,tunc variatio non admitteretur,niſi probato errore:vt per Bart.vbi ſupra, & per eundem in l.1.col.2. C.de fur.& Alb.in d.conſ.9.nu. 40.

7 Limites primò,† vt quis producens inſtrumentum, non videatur omnia ſimpliciter fateri, ſed eatenus tantum, quatenus inſtrumentum probat, ſecundum Ozaſ.deciſ.39.num.10. & Bart.in d. l. poſt legatum, col.1.poſt num.2.verſ.item contra hoc opponitur, ff. de his,qui. vt ind.

Secundò loco concluſio limitanda eſt, vt non
8 procedat, † quando agitur ex delicto, dolo interueniente, ſecundum Innoc.& omnes in d. cap. cum venerabilis.

9 Limita tertiò dictam concluſionem procedere † in uerbis diſpoſitiuis, ſecus in enunciatiuis.l. Aurelius, §.ult.ff.de lib.leg.prout dicit Fel.poſt Bal.in d.c.cum uenerabilis.num.23.de except.ut etiam cautum reliquere Rim.ſen.in conſ.104.nu.24.uolum.1.& Ceph. in conſ.236.num. 18. uolum. 2. unde inferebat Bald. ubi ſupr.ut loco ſuperius adducto refert Felyn. quòd
10 producens teſtamentum † non uideatur fateri debitum in teſtamento factum per verba enunciatiua, hoc idem cõprobat Dec.in d. cap. cum venerabilis, col.13.nu.95.ver.prædicta cõcluſio. idẽ voluit Alex.

in conſ. 16.in cauſa, & lite vertẽte inter magnificam
cõmunitatem Regii,col.3.in fi.poſt nu.12.verſi.præ-
tereà etiam ſcriptura,lib.5.

11 Quanquam huic limitationi † apertè videatur re-
pugnare Iaſ.in l.ſi cui ſerui,§.ſi à filio,n. 16.ff.de leg.
1.quo in loco tenet,quod producẽs inſtrũm in iudicio
videatur fateri contenta in inſtrũo eſſe vera, non ſolũ
quoad ea,quæ ibi principaliter diſponitur, ſed etiam
quoad dicta incidenter,& enunciatiuè, & ſuper illis
verbis incidẽter,enunciatis poſſit pars aduerſa ſe fun-
dare:per tex.quem ad hoc dicit apertum in d. c. cum
olim, de cenſ. haneq; Iaſonis ſententiam adiuuat id,
quod traditum eſt à Io.And.in add.ad Spec.tit.de in-
ſtrum.edit.§.poſtremò,ſub nu. 11.in ver.ad audiẽtiã,
12 litera E.in fi.vbi inquit,quod ſi inſtrũm.† nõ erat falsũ
in eo capitulo,in quo vis quæſtionis erat,ſed in alio,
quod nihilominus ſcienter vtens tali inſtrumento in
illa cauſa incidat in falſum: arg.l.ſi quis legatum, in
prin.ff.ad leg.Corn.de fal.& l.cum pœna.ff.de recep.
arb.quod dictum pro inſigni pronunciato refert, &
ſequitur Alex.in l.ſi vnus ex ſeptem, in fi.C.de teſta.
ergo videtur,quod producens fateatur omnia cõten-
ta in inſtrumento, etiam enunciatiuè prolata.

13 Sublimita,dictam limitationẽ † procedere in pro-
ducente ſcripturam, ſed vbi contrahens facit ſcriptu-
rã,& affirmat aliquid enunciatiuè,veluti promittendo
alicui,quẽ eſſe hæredẽ, tunc benè dicta verba faciunt
fidem contra eũ,per l.optimam,C.de contrah.ſtip.&
l.quidem.de prob.et not Bar.in l.ex hac ſcriptura,nu.
16.verſ.quæro,quid in cõtractibus.ff.de don.& Fel.d.
c.cum venerabilis.d.num.23.verſ.iſta habent locum,
quanquam Dec.ibid.hoc impugnet,nu.98.vter verò
horum melius ſenſerit,alij viderint.

Secundò ſublimita eandem limitationem,vt pro-
14 cedat quoad effectum contractus, † de quo agitur,vt
ſi promiſi centum ſticho ſeruo Titij ad effectum va-
liditatis ſtipulationis,probant verba enunciatiua:ita
loquitur l.optimã,C.de contrah.& cõmit. ſtip. ſecus
ſi principaliter dubitaretur, an ille eſſet ſeruus Titij,
quia dicta verba nõ probãt:vt egregiè tradit Mathes.
ſing.79. not. quòd quotieſcunq; in inſtrumento.hoc
idem ſequitur Bal.in l.ad probationem,in fi. C.loca-
ti.vbi concludit, quod ſi inſtrumentum dicat, quòd
à te conduxi talem rem tuam, per talem confeſſionẽ
non probetur dominium: quia ſunt verba narratiua,
quæ non operantur,niſi ratione actus principalis, de
quo agitur,ſic ẽt tñdit Alex.in conſ.136.viſo & exa-
minato proceſſu,col.6.in fi.n.11 verſ.vel põt tñderi,
lib.1.& in cõſ 21.viſo proceſſu ſatis longo,col.2.n.4.
verſ.pro hoc ẽt benè facit.cod. lib. 1. & in conſ. 202.
ſuper cã,& lite,col.2.n.3.ver. poſſet ẽt tñderi. lib.2.&
in cõſ.132.perlectis,& ponderatis his,col.7. num. 23.
ver.prætercà fortius dico,lib.5.& Abb.in cõſ.33.quia
quinq; dubia,col.vlt.poſt nu.7.ver.nec habet obſtare
ſi dicat̃,vol.2.& in c.cũ in iure,poſt.n.9.verſ.nec obſt.
l.optimã,de offic.del,atq; Dec.in d.c.cũ venerabilis,
poſt nu.98.ver.vndè aliter rñdetur,de excep.& in c.p
tuas,col.5.nu.38.ver.& vlterius ad omnia,de prob.&
in auth.ſi qs in aliquo,col.7.nu.37. verſ. quarto limi-
tatur,C.de eden.& in c.cũ cauſam,col.3.n.26.ver.ſed
aduertendũ eſt,de prob.& in conſ.310. viſis diligẽter
atteſtationib.col.3.poſt num.4.verſ.nec obſtat,quod
poſt interrogationem. Quam ſublimitationem mul-
tum in ſe continere dubitationis tradit Conſen.in d.
c.cum venerabilis,col.30,quia ſemper verba enũcia-
tiua probarent,quia eſſent neceſſaria in illo actu.

Limita quartò eandem concluſionem,& eius am-
15 pliationẽ,niſi producens † dixerit,produco quatenus
contra me non facit:ſecũdum Bal.in c.cum dilectus.
col.vlti.num.15.cum ſeq.de conſuetu.vt etiam ſentit
Butr.poſt Inn.in d.c.cum olim.col. vlt. de cenſ.idem
affirmauit Spec.in tit.de inſtru.edit. §. videndum re-
ſtat.nu.3.verſ.quod ſi velis. & comprobauit Salic. in
l.ſi falſos.col.7.de falſ.Bat.in l.diuus la 2.ff.eo. & Ca-
noniſt.in c.cum M.de conſtit.cui optimè quadrat,ꝙ
decidit Rot.deciſ.282. aliàs 2.licet quis producat de
fid.inſt.in nou.vbi habetur,ꝙ ſi quis producat appel-
lationem partis aduerſæ,cum proteſtatione quod eã
producit in parte,& partibus pro ſe facientibus,& non
aliter,nec alio modo,nõ vr̃ confiteri,ſi quę in eo sũt,
quæ faciũt contra eundẽ tradit Mil.in reper. in verb.
producens inſtrumẽtum, & id approbat Alex. in l.1.
col pen.C.vt quæ deſunt aduo.vbi concludit,quod ſi
produco ſcripturam ante confectam, quę pro te fidẽ
non faciebat,tamen poſſum ego producens accepta-
re in parte, & pro parte repudiare, & iuuat proteſta-
tio.l.publ.§.6.& ibi Bar.& Paul.de Caſt.C. depoſ.per
illum tex.quia vbi plures res ſunt ſcriptæ in ſcriptura
poſſum pro parte approbare, & pro parte non,ſecun-
dum Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſiit.nu.1. ff.de lib.
16 leg.& ratio eſt † q2 ſit iſta proteſtatio ſuper eo, ꝙ de-
pendet à voluntate proteſtantis, ideo proteſtatio iu-
uat.& l.ſi quis.§. pleriq; ff.de relig.& cũ Alex.tranſit
Iaſ.in l.nõ ſolũ.§.morte.col.18.nu.26.ff.de nou.oper.
nunc.& ab hoc non receſſit Imol.& Fel.in c.cũ vene-
rabilis.col.6.num.23.verſ.primus eſt.de excep idque
cognouit 2.Præpoſ.in c.ſolicitudinẽ.col.30. verſi.&
ideò habetis inferre.de appe.vbi alios citat, & tennit
Rom.in l.cum mulier viri.col.5.num.25.ff.ſol.matr.
quibus acceſſit Vital.de camb in trac.clauſ.clauſ.66.
col.a.& reſpondit Grat.in conſ 101. viſis elegantiſſi-
mis.nu.6.lib. 1. vbi nu.7. dicit hanc partem numero,
& pondere Doctorum eſſe magis fulcitam.

17 Contra tamẽ limitationem noſtrã tenuere † Ang.
Aret.in l.appellanti.de appel.Bald.in l.1.verſ.vltimo
oppono. C. vt quæ deſunt aduo.Roman.in conſ.433.
quoad primum,quod ſufficit ad ti.nu.10.verſ.quoad
ultimum.Rot.in deciſ.3.in nou.ſub tit.de fid.inſtr.in
prin.Rim.ſen.in conſ.219.nu.12.& 13.uol.2. Natt.in
conſ.365.nu.4.uol.2.et Alba.in conſ.59.nu.11.& hãc
opinionem eſſe ueriorem dicit D. Orat.Mand. ad d.
conſ. Rom. 433. litera H. ueriorem etiam atteſtatur
18 Dec.in l.ſi.nu.6.C.de eden.& ratio eſt:† quia non eſt
in poteſtate partis reſtringere uim probatiuam inſtri
producti coram iudice, & ideo illa proteſtatio nõ ui-
detur impedire quominus iudex poſſit adhibere fidẽ
inſtrumento etiam contra producentem, non obſtã-
te eius proteſtatione,ut proſequit̃ Dec.loco ſuperri-
mè allato,ubi concordes citat. quod uero non poſſit
quis partem inſtrumenti pro ſe recipere, & partẽ ap-
probare docet Inno.in d.c.cum uenerabilis.de exce-
ptio.idem tenet Rot.in dec. 264. alias 2. licet ſecun-
dum de fide inſtrum. in nou. quæ uult, quod inſtru-
menta,quæ fuerunt exacta in partibus, in uim cõpul-
ſoriæ parte non uocata, ſi pars uocetur in curia, nec
contradicat ſed producat pro ſe, teneatur etiam ap-
probare contra ſe per dictum Innoc. in d. c. cum ue-
nerabilis.& in d.c.cum olim. de cenſib. hanc eãdem
opinionem comprobauit Rom.in l.cũ mulier.colu.
5.nu.25.uer.ad hoc eſt doctr.ff.ſol.mat. nã ex produ-
ctione in iudicio acquiritur ius parti,quod nõ poteſt
auferri.idem uoluit Bal.in l.unica.col.2.nu.5.uerſic.
ex hoc pono.C.ut quæ deſunt aduoca.ad idẽ reſpon-
dit Caſtr.in conſ.331.in cauſa Syluester.colum.1.ſub
num.2.uolum.1.proteſtatio enim hæc eſt contra ius,
& non releuat proteſtantem.l.alimenta C. de negot.
geſt.ut dicit Bal. in c.præſentium.col.1.nu.3. uerſ.ſed
quid ſi producens.de teſtib.eidem ſententiæ plurimi
alij ſe ſubſcripſere,ut Præpoſ.in c.ſolicitudinem. col.
30.uerſ.& ideo habetis.de appell.per not.per Bart.in
d.l.poſt legatum.in fi.ff.de his quib.ut indig.Vital.de
Camb.in tract. clauſ. 66. quid autem ſi errore aduo-
cati col.2.Iaſ.in l.non ſolum.§. morte.col. 12. num.
26.uerſ. ſecundo ad iſtam regulam adde. ff. de oper.
nou.nunc.Dec.in l.ultima in fi.C. de edend. & Con-
ſen.in d.c.cum uenerabilis.col. 20. de exceptio.

Hos

Hos ſcribentes ſic inter ſe conciliare poteris varijs
modis,vt variè tradidere noſtri interpretes,& primũ,
19 †quando producitur inſtrumentum proprium, tunc
dicta proteſtatio non iuuet,ſecus verò,quãdo produ-
citur inſtrumẽtum ad petitionem alterius confectũ:
vt voluère Butr.et Inn.in d.c. cũ venerabilis not.3.et
ſenſere Domini in d.decіſ.3.aliàs 282. verſ. ſecus ve-
ro,de fide inſtr.in nou.& Rimin. vbi ſupra.

Prętereà eaſdem Doctorum lites hoc pacto tolles,
20 ꝙ non iuuet in capitulis connexis, † tunc enim ope-
rari non poteſt, quòd in illis inſtrumentum non no-
ceat,ſicut prodeſt in eiſdem:prout dicit Bal.in d.c.cũ
dilectus,& clarius in l.1.col.vlt.nu.11.ver.vlt quæro,
C.de eden.& Caſtr.in l.Publia, §. Titius Sempronio,
nu.7.ver.vltimo quæritur.ff.depoſiti.& ibidem Bart.
in fi.& adeò iſtud eſt verum, vt aduerſarius nõ poſſit
petere copiã capitulorum ſeparatorum approbato-
rum,ſm̃ Inn.in c.cũ ſup.perpetuus,de fid.inſtr.quini-
mo ſi facta iſta proteſtatione,aduerſarius diceret, &
ego reproduco eandem ſcripturã quantũ pro me fa-
cit,non prodeſt iſta proteſtatio:ſecundũ Butr. in d.c.
cũ olim,de cẽſi.& iſta eſt* communis reſolutio, teſte
Philip.Fran.in c.imputari, circa fi.de fide inſtr.

21 Tertiò concilia,quòd non iuuet,†quando produ-
cuntur iura,quæ quis tenetur edere: ſecundum Butr.
in d.c.cum olim,quem ſequitur Alex. in d.l. 1.col 3.
nu.10.C. vt quæ deſunt aduoc.

22 Prætereà reſpondere poſſumus,†quòd nõ iuuet in
in actis iudicij,quibus volens vti non poteſt proteſta-
ri modo prædicto,per l.2.C. de eden.

Alij verò dixere proteſtationem iuuare proteſtan-
23 tem,†niſi aduerſarius ècontra proteſtetur,vt ſenſere
Iaſ.poſt Alber.in l.1.§.editiones,col.vlt.ff.de edẽdo.
& Alex.in d.l.vnic.col.pen.C.vt quæ deſũt aduocat.
atq; Dec.in d.c.cum venerabilis,nu.78.de except.ꝙ
tamen impugnat idem met Iaſ.in d.§. morte, nu. 20.
& Dec.in d.l.vlt.in fin.C.de edendo. & Conſen.in d.
24 c.cum venerabilis,col.20.de except.Fel. etiam †in d.
c.cum venerabilis,col.7.ſub nu.23.ver.quintus,& vl-
timus,inquit proteſtationem non iuuare proteſtan-
tem,quando inſtrumenta iã ſunt producta:quia tunc
ſunt effecta communia.l.1.§. edenda. ff. de eden. ſed
quando proteſtatio fit in ipſa productione inſtrumẽ-
ti,tunc proteſtatio iuuet.

CONCLVSIO DCCCCXVII.

ARGVMENTVM.

Productio inſtrumenti,quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti productio teſtibus probatur.*
2 *Inſtrumenti productio per acta notarij probatur.*

1 Inſtrumenti productio † probatur per
teſtes:vt author eſt Bal.in
l.vlt.col.3.nu.14.verſ.ſed an productio.C.de re iud.

2 Item per acta†notarij poterit probari: vt tradidere
Inn.& Abb.in c.cum in iure.de offic.deleg.il le col.3.
poſt nu.5.verſ.alij tamen dicunt.hic col.2. poſt nu.6.
ſub verſ. quoad primum dic.

CONCLVSIO DCCCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum defectiuum an probet in eo contenta.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum defectiuum plenè probat contenta in eo, ſi curſus diuturni temporis interuenerit.*
2 *Præſumitur in antiquis pro ſolemnibus abbreuiatura, licet de eis non appareat.*
3 *Inſtrumentum defectiuum mortuo notario productum ſemiplenè probat.*
4 *Inſtrumẽtum defectiuum mortuo notario productum in antiquis plenè probat.*

1 Inſtrumentum †defectiuum plenè
probare cõtenta in
eo,ſi curſus temporis diuturni interuenerit, facta eo-
rũ obſeruatione,quæ in eo continentur,colligit Bar.
inter conſ.Bal.conſ.400. ſuper primo puncto. col. 2.
nu.5.verſ.nec obſtat prædictis vol.4. & l.q in aliena.
ff.de acq.hær.& l.ſi filiusfamilias. C. de petit. hær.cũ
alijs legibus adductis per Tiraq.in tract.de præſump.
§.1.gloſ.4.verſ.24.idem firmat Fel.in c. ſicut. col. 17.
poſt nu.33.verſ.ſeptimo,& vltimo declara.de re iud.
idẽ voluere Crau.de antiq.temp.par.1.ſection.8. datᷣ
limitatio.n.17.verſ.ex præmiſſis.& par.3.ſectio. vidi-
mus in genere.nu 39.verſ.prætereà inſtrumentum.de
antiq.temp.& Menoch.in conſ.48. per totum.

2 Et ratio eſt,†quia in antiquis præſumitur pro ſolẽ-
nibus abbreuiaturæ,licet de eis non appareat, ſecun-
dum Crau.in d.par.3.ſect.vidimus in genere.nu.39.

3 Concluſionem hanc velim limites,† ſi tale inſtrm̃
minus ſolemne,& defectiuũ producatur mortuo no-
tario:nam tunc ſolum vr̃ ſemiplenè probare: vt ſen-
ſit Grauet.vbi ſupra.nu.39.& in 1.part.nu.17.

4 Sublimita dictã limitationem procedere†in facto
de recenti ſecus in antiquis. nam tunc ẽt mortuo no-
tario plenè probat,dũmodò habeat teſtes, ſignũ, &
ſubſcriptionem notarij, licet careat aliqua alia ſolẽ-
nitate,veluti,indictione,loco,aut die,quãdo quęſtio
non eſſet in tempore aut loco,iuxta ſent.Crau.in d.1.
par.eo.nu.17.verſ. quod ipſum vtique concederem.

CONCLVSIO DCCCCXIX.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an probet, cuius originale non inuenitur,ſed inſertum reperitur in priuilegio Principis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum inſertum in priuilegio principis non probat,niſi fuerit inſertum de conſenſu partis,aut ea legitimè citata.*
2 *Inſtrumenti tenor regiſtratus in alio inſtrumento non probat,niſi fuerit reſigratus authoritate Iudicis parte citata,& non opponente.*
3 *Enunciatiua verba principis probant in antiquis.*

1 Inſtrumentum † cuius originale
non reperitur, ſed
inuenitur inſertum in priuilegio principis, non pro-
bare,niſi fuerit inſertum de cõſenſu partis, aut ea le-
gitimè citata:author eſt Crau.de antiq.temp. part.1.
ſectio.8.datur.nu.19.verſ.quid in inſtrumẽto, vbi al-
legat recẽtiores in c. venerabilis, ubi etiam Dec.col.
vlt.nu.15.de confir.vtil.vel inutil.

2 Iſtud amplia in tenore inſtrumenti † qui reperitur
regiſtratus in alio inſtrumento.nam itidem non pro-
bat, niſi regiſtratus fuerit authoritate iudicis, parte
vocata,& non opponente;vt dicit Io. And. in addit.
ad Spec.§.1.ſub nu.5.in verb. eſſemus.in litera E. tit.
de reſcript.præſent.verſ.ſed obijcitur. & ſequunᷣ Bar.
in l.chirographis.ff.de admin.tut. Imol.in c.cũ in iu-
re.de offic.deleg.col.pen.Alex.in conſ.6.incip. Pon-
deratis his.col.2.nu.8.verſ. quinimmo plus dixit. lib.
4.& Natt.in conſ.143.vertitur lis.nu.3. vol.1.

3 Limita tñ in antiquis:†nã ceſſantibus ſupradictis,
adhuc verba enunciatiua principis probant,rationi-
bus adductis per Crau.vbi ſupra par. 1.nu.19. in fi.

CONCLVSIO DCCCCXX.

ARGVMENTVM.

Quæ probanda ſint à teſtibus inſtrumentum reprobantibus,& quales hi debeant eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum teſtes reprobantes debent probare eos non fuiſſe præſentes,quos inſtrumentum dicit interfuiſſe.*
2 *Inſtrumentum teſtes reprobãtes debent probare aliter fuiſſe actum,quam ſcriptum.*
3 *Inſtrumentum teſtes reprobantes debent deponere de toto tenore inſtrumenti,& ſubſtantiam negocij probare.*
4 *Inſtrumẽtum teſtes reprobantes non debent limitate loqui ratione temporis.*
5 *Inſtrumentum teſtes reprobantes debẽt eſſe omni exceptione maiores.*
6 *Inſtrumentũ teſtes reprobantes leuiſſima exceptio remouet.*
7 *Inſtrumentum teſtes reprobantes non debent eſſe inferioris conditionis, quam ſit ipſe notarius.*
8 *Inſtrumentũ teſtes reprobantes debent eſſe bonæ opinionis.*
9 *Quot teſtes requirantur in reprobatione inſtrumenti; limita,vt num. 11.*
10 *Inſtrumento ne,an teſtibus illud reprobantibus ſit magis credendum iudicis arbitrio relinquitur.*
12 *Inſtrumentum ſe vidiſſe teſtis dicens non abolitũ,neq; ſuſpectum, cõtinens Titiũ mihi promiſiſſe centũ,non probat,niſi etiam deponeret,quod fuerũt præſentes negocio.*
13 *Teſtis,vt fidem imponat inſtrumento, quod legi non poteſt,deponẽs ipſum ita continere;quia alias vidit,& audiuit ita legi,probat.*

INſtrumentum vt à teſtibus poſſit ſubuerti, multa ab iiſdem ſunt probanda. Teſtes itaq; inſtrumentum re-
1 probantes†deponere, & probare debent illos, quos inſtrumentum dicit fuiſſe præſentes,non interfuiſſe, iuxt.l.optimam.C. de contrah. ſtip. & §.Item Verborum.Inſt.de inutil.ſtip.

2 Vel deponere hẽnt†contra tenorem inſtrumenti, nempè,quòd aliter actum fuerit,quã ſcriptum:iuxta l.1.§.ſi qs neget.vbi Bar.& alij.ff.quemad. teſta. ape. & notatur per Inn.& alios in c. cum Ioannes. & in c. cũ P.tabellio.de fid.inſtr.idem obſeruauit Sal.in l. in exercendis.col.3.C.eod.tit. & in l. ſi quis decurio. C. de falſ.vt etiã tradidit Bal.in l.pen.ſub nu.4.ver.quid ſi teſtes.C.de ſent.quę ſine cert.quãt.quod & placuit Spec.in tit.de teſte.§.1.nu.48. verſ. ſed pone ecce Iudex.& in tit.de inſt.edi.§.reſtat.nu.12. ver.ſed quid ſi vnus ex teſtib.vt quoq; cenſuit Butr. in c.ad audientiam.de præſcrip.nec latuit Abb.in c. cum cauſam. il 3.de teſtib.ad idem etiam reſpondit Dec. in cõſ. 101. nu.1.& Iaſ.qui alios refert in conſ.153. nu.5.vol.2.

3 Prætereà huiuſmodi teſtes reprobantes† debẽt deponere de toto tenore inſtrumenti, & ſubſtantiã negotij probare;vt rogatus dixit Bal.in conſ. 21.pũctus quæſtionis vertentis.col.2.num.3.vol.4.& in c.1.§.ſi enim.nu.1.tit.quid ſi inueſt.arg.l. ſi quis iniquum.C. de eden.cuius ſententiæ accedit Alex.in conſ.33.põderatis verbis vltimi teſtamenti. col.6. poſt num.21. verſ.& tertius teſtis.lib.3.& in conſ. 94. viſo proceſſu inter fratrem Nicolaum.nu.1.lib.6.per tex. cum glo. in l.Lucius.ff.de infa. quam gl. ſequuntur etiam Iaſ. in l.eleganter.col.1.nu. 2. ff. de cond. indeb.& Crau. in conſ.75.accuſatur de falſo.nu. 28.

4 Nec dẽnt†limitate loqui ratione tpis, cũ potuerit res geri alio tpe,prout dicit Crau.in cõſ.56.Ant.Cur. nu.6.vbi id comprobat authoritate Bar.in l.1. §.ſi qs neget.col.vlt.nu.13.ff.quemad.teſt. aper. & Alex. in cõſ.93.in cã.& lite inter Hierony.Menghũ.col.3.nu. 7.verſ.nam licet dicat.lib.5 atq; Dec.in cõſ. 101.pro tenui.col.2.poſt nu.1. verſ. prædicta comprobantur.

Qualitas verò iſtorũ teſtium inſtr̃m reprobãtium
5 ſummo ſemper opere attendenda eſt.Hi enim† dẽnt eſſe omni exceptione maiores:arg.d.l.optimã. C. de contrah.ſtip.iuxta ſnĩam Bar.in d.l.1.§.ſi quis neget. poſt nu.12.ſub verſ.quæro quot teſtes.de prob. Io. de Ana.in conſ.97.incip.in cã iſta quęritur.Crau.in cõſ. 75.nu.54.& in d.cõſ.56.n.3. Alex.in cõſ.43. nu. 24.& 37.lib.4.& Fel.latè in d.c.cũ Io.nu.35.cũ ſeq.atq; Iaſ. ĩ d.cõſ.153.col.6.poſt.n.5.ver.vndecimo facit, vol.2.

6 Et iſtud adeò†eſt verum, vt etiam leuiſſima exceptio repellat tales teſtes,vt cẽſuit Bal.in d. l. optimã. & in d.c.cum Ioannes.col.vlt.de fid.inſtr.quẽ referẽdo ſequitur idemmet Alex.in d.conſ.43.nu. 24.lib.4.

7 Nec debent†eſſe inferioris cõditionis, quam ſit ipſe Notarius:per tex.in d.l.optimam, vt aſſeruit Abb. in d.c.tertio loco.ſub nu.13.& facit etiam, quod not. Bal.in l.2.C.de falſ.cui adhæret Iaſ.in d.cõſ.153. col. 7.poſt nu.5.verſ.12.facit.vol.2.

8 Inſuper neceſſe eſt,vt capituletur, & ꝓbetur†ꝙ tales teſtes reprobantes inſtr̃m ſint bonæ opinionis, alioquin nõ poſſet quis obtinere.ꝑ tex.in d.l optimã. vt doctè ſcripſit Ang.in d.l.1.§. ſi quis neget. quẽ refert,& ſequit Alex.in conſ.43.incip.viſis,& conſideratis his,quæ cõtinent in ꝓceſſu.nu.2.ver.quinimmo ſim Ang.lib.4.& Iaſ.loco ſuperius adducto. verſ.13.

Verùm magna eſt inter Doctores altercatio, quot
9 teſtes†ſatis ſint in reprobatione inſtrumenti:varij varia ſenſere.ſeptem de hac re recenſet opiniones Abb. in d.c.cum Ioannes.ſub nu.13.de fid. inſtr. ſed magis à ſcribentibus ea recepta eſt ſnĩa,vt duo tantum ſufficiant:ſic reſpondit Soc.ſen.in conſ.94.pręſtantiſſimi, * & iuſtiſſimi Iudices.col.2.n.2.in prin.vol.1.& de*cõi ſcribentium ſententia dicit Abb.in c.cũ à nobis.col. * 5.in princ.ſub nu.3. verſ. ſed vt dixi.de teſti.& de*cõmuni dicit Lancel.de offic.prætor.tit.de inſtr. nu.18. vbi id pluribus modis declarat.nec referre,quòd ſint, vel non ex deſcriptis in inſtrumento,reſpondit idem Soc.ſen.in conſ.143.diù profecto.nu.12.eo.vol.1.vbi * nonnullos ad idem refert,& de*communi contra gl. teſtantur ſcribentes in c. tertio loco. de probat..& in d.c.cum Ioannes.de fid. inſtrum.

10 Hæc tñ opin.ſic intelligẽda,† vt id iudicis arbitrio ſit relinquendũ, qui cautè,& diligenter inſpicere debebit perſonã Notarij,quæ ſi ſuſpecta ſit, vel ſcriptura aliquo vitio laboret,teſtibus erit magis credendũ: quòd ſi omnis ceſſet ſuſpicio,tunc magis inſtr̃o, quã teſtibus credi debebit.d.l.optimam.C. de contrah.& commit.ſtipul.in hanc ſententiã deſcendit Nicol.de Matthar.& Iac.de Arena quos retulit,& ſequutus eſt Bart.in d.l.1.§. ſi quis neger.col.3.nu.12. ff. quemad. teſtam.aper.& Abb.in d.c.cum Io.col.3.poſt nu. 14. ver.ego concordando has opiniones. vbi etiam Fel. latiſſimè de hac materia diſſerens.nu.35. cũ plur.ſeq. de fid.inſtr.idẽ cẽſuit Menoch.de arbit.iud.cauſ. caſ. 105.nu.42.verſ.tertia itaq; fuit opinio.lib.2.centur.2.

11 Limitabis ſuperiorem communẽ opinionem ſecundum Spec.in tit.de inſtr.edi.§.reſtat videre.num. 13.verſ.ſed ſi alij in inſtrumento non adminiculato viua voce teſtium,aliàs tres,vel plures coadiuuantes illud requiruntur: prout dicit Abb. ſingulariter in d. c.cum Ioãnes.ſub d.nu.13.& in c.cum à nobis. de teſtib.per Hoſtien.& ibi, & cautum eſt à Io. de Amicis in conſ.13.nu.9.

12 Si verò†teſtis diceret vidiſſe inſtr̃m nõ abolitum, neq; ſuſpectum, continens Titiũ mihi promiſiſſe cẽtum,vel quid aliud continens,non probaret, niſi etiã deponeret, ꝙ fuerunt præſentes negotio: vt ſenſit Ang.in l.teſtiũ.nu.2. C.de teſtib. vel niſi oſtenderet publicum inſtr̃m:arg.auth.ſi quis in aliquo documẽto.C.de eden.vel tale quid, quod perindè habeatur, ac ſi publicum inſtrumentum oſtenderetur: vt quia probaretur inſtrumentum perditum, & eius tenor per viros bonos, idoneos, & peritos, prout pluribus

ſirmat

firmat Cur.Iun.in conſ.17.nu.4.& Bertr.in conſ. 307. num.7. par.1.

13 Quòd ſi teſtis, vt fidem imponat inſtrumẽto,†quod legi nõ poteſt, deponat ipſum ita continere, q̃a aliàs vidit, & audiuit ita legi, probat, prout dicit Ang. in §. hinc nobis.nu.33.& ſeq.auth.de hær. & fal. quem refert, & ſequitur Nell.in ſuo tract.de teſtib. nu. 190.

CONCLVSIO DCCCCXXI.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an probet, ſi in eo non fuerit notarij ſigillum appoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non ſignatum ſolito ſigillo Notarij tanquam ſuſpectum non probat. Contr. nu.2.*

3 *Inſtrumentum non probat ſi non apponatur ſigillũ Notarij, vbi ſignum eſt de ſolemnitate inſtrumenti, & requiritur ad eius eſſentiam, & validitatem.*

4 *Inſtrumentum non redditur ſuſpectum ob non appoſitionem ſigilli notarij, vbicunq; eſſet conſuetudo notariorũ contraria: ſecus ſi illud conſuetudo requireret.*

1 Inſtrumentum †non ſignatum ſolito notarij ſigillo tanquam ſuſpectum non probat: ita tradunt Bart. & Bal.in procem.ff.& in l.fideicom.§.quoties.ff.de leg. 3.& in l.Lucius.ff.de teſta.mil.& in l.contractus.col. 2.verſ.ſed quæro.C.de fid.inſtr.& Caſtr.ibi col.2.ver. breuiter diſtinguendum.quod ẽt comprobauit Inno. in c.1.& 2.de fide inſtru.& in c.cauſam.de prob. & in hanc reſponſum eſt ſententiam ab Anch.in cõſ.432. vt & voluit Dec.in c.ſi ſcripturam.nu.37.de fid.inſtr. ſic etiam ſcriptum reliquere Fel.poſt Abb. in c. cum P.tabellio.col.2.nu.6.ext.eo. & in c.1.nu. 13. eod. tit. Corn.in conſ.226.in litera B.& C.vol.3.& in cõſ.70. in litera B.& in conſ.94.in prin.vol.4.ad idem reſpõdit Pariſ.in conſ.27.nu.6.vol.2.& in conſ. 28. nu. 13. eo.vol.voluitq; hoc idem Iac.Nouell. qui alios plures refert in reg. 111.

2 Contrarium tamen,†vt ſentiam, author eſt mihi Accurſ.in l.generali.in verb.ſeruituti.verſ.item ordo inſtrumentorum.C.de tabul.lib.10. vbi ſigni appoſitionem non enumerat inter ea, quæ ſunt de ordine inſtrumentorum, & quòd per ſigni omiſſionem non vitietur inſtrumentum egregiè cõfirmat Io. And. in addit.ad Spec.in §.breuiter,ſub nu.15.verſ.in fine autem.in verb. col. 6.de inſtr. edit. & hanc ſententiam veriorem eſſe docet Card.in conſ.133. col. 2. verſic. tertio obiicitur. quem referendo ſequitur Pariſ. in d. conſ.28.nu.62. vol. 2.

Sed facilis erit iſtorũ ſcribentium inter ſe cõciliatio ſi dicemus,†quòd vbi ſignum eſt de ſolemnitate

3 inſtrumenti, & requiritur ad eius eſſentiam, & validitatem, tunc ſi non apponatur inſtrumentum nõ probat, tanquam ſuſpectum: iuxt. ſententiam Spec. in d. tit.de inſtru.edi.§.breuiter.nu. 15.ver.in fi. autem.idẽ voluit Cyn.in d.l.contractus.in fi.C.de fid.inſtr.vt et innuere videtur gl.in ver.ſignum.Inſt.de publ.iud.§. itẽ lex Cornelia.il 2. quod latè proſequitur Corn. in conſ.70.& 94.vol.4.& Anch.in conſ. 431. in princ.

4 Si vero eſſet conſuetudo † notariorum contraria, tunc defectus ſigni non redderet ſuſpectum inſtrumentum prout etiam contra redderet, ſi illud cõſuetudo requireret: vt colligitur ex context.in c.cum dilectus.§.1.& ibi Feli.nu.35.de fid.inſtr. vt cautum reliquit Oldr.in conſ.105.videtur dicendum pater ſanctæ Alex.in cõſ.84.vol.5. vt etiam latè decidit Boer. 37.nu. 10. cum aliis adductis per Nouel.in d.reg.111.

CONCLVSIO DCCCCXXII.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum manu Notarij fuiſſe confectum quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum manu Notarij fuiſſe confectum literarũ comparatione probari.*

2 *Inſtrumentum debet eſſe confectum manu Notarij de eo rogati.*

3 *Inſtrumentum literarum comparatione probari etiam ex ſimilibus inſtrumentis redactis in publicam formam ab ipſomet notario, in quibus eadem, ſeu ſimilis forma, & ſtylus continetur.*

4 *Inſtrumentis productis de longinquo fides adhibetur, etiã ſi negentur ſcripta manu illius, cuius ſubſcriptio ibi appoſita eſt.*

1 Inſtrumentum †manu Notarij cõfectum probatur p literarum comparationẽ: vt reſpõſum eſt à Ruin. in conſ.11.nu.4.& 7. vol.3. authoritate Bart. permotus in l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond. & demõſt. idem tradit Placentin.in trac.de inſtr.nu.3.ſic cenſuit, & Alex.in conſ.166.viſo puncto, col.2.ſub nu.3.lib.2.

2 Debet enim inſtrũ†eſſe confectum, ſeu ſcriptum manu Notarij, de eo rogati: vt in auth. de tabellio. §. nos autem.cum ibi not.per gl.& tradit Bal. in rub. C. de fide inſtrum. num. 23. verſ. ſed hic dubitatur. vbi apertè tenet, quòd Notarius debet ſcribere protocollum manu propria, & non per alium, ſecundũ Doct. in c.inter dilectos.de fid.inſtrum.eundem Bal.ſequitur Ruin.in conſ.201.nu.12.vol.2.

Ampliabis hanc concluſionem, vt nedum probe-

3 tur†per comparationem literarum exiſtentiũ in Protocollis dicti Notarij: ſed etiam ex ſimilibus inſtrumentis extenſis, & redactis in publicam formam ab ipſomet notario, in quibus eadem, ſeu ſimilis forma, & ſtylus continetur: iuxta l.comparationes.C.de fid. inſtr.& in auth.ibid.poſit. & in corpore, vnde ſumitur.& latè Bar.& Repet.in l.admonẽdi. ff.de iureiur. & Pariſ.in conſ.104.nu.60. vol.1.

4 Limita, vt non ſit neceſſarium† probare inſtrumẽtum hoc modo confectum in inſtrumẽtis productis de longinquo, vel à loco remoto.nam eis fides adhibetur, etiam ſi negẽtur ſcripta manu illius, cuius ſubſcriptio ibi appoſita eſt: vt conſuluit Rim. ſen. in cõſ. 155.num.22.volum.1.

CONCLVSIO DCCCCXXIII.

ARGVMENTVM.

An inſtrumentum productum ante litis cõteſtationem probet, niſi poſt tempore probatorio iterum producatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum productum ante litis conteſtationem non probat, niſi poſt tempore probatorio iterum producatur. Ratio eſt, num.2.*

3 *Inſtrumenti productio facienda eſt parte præſente, vel citata, vt probet in tempore probatorio. Intellige, vt num. 4.*

5 *Inſtrumentum productum ante litem conteſtatam non eſt in tempore probatorio amplius reproducendum, quãdo illud inſtrumentum eſt impugnatum, et inſinuatus terminus ad impugnandum.*

1 **Inſtrumentum** † productum ante litis conteſtationẽ non probat niſi poſt tempore probatorio iterum producat. vt inſigniter tradidit Marſ. in ſing. 170. incip. animaduertant: vbi id authoritate Fed. de Sen. corroborat in conſ. 160. incip. caſus eſt talis dominus Minus. ita notat But. in c. cum dilectus. §. nos igitur. col. vlt. de ord. cog. & in c. 1. ext. de proba. & in c. cum veniſſent. de reſt. in integ. ſic cenſuit. & Fel. in c. cauſam quæſt. col. 2. poſt nu. 6. de teſti. & in c. 1. col. pe. ſub nu. 28. verſ. 6. & vlt. de prob. vt etiã ſenſit Accur. in l. quæ omnia. in gl. 1. ibi omnia de nouo reiterata. ff. de pc. quod & probauit Bart. in l. mutui. in prin. eo. tit. idem voluit Bal. in l. ait prætor. in prin. verſ. circa ſecundũ. ff. de iureiur. & in addit. ad Spec. in tit. de primo, & ſecundo decreto. verſ. quid iuramentum, vbi dicit ita de facto ſeruari Peruſij in palatio. & Alex. in conſil. 3. incip. in cauſa, & lite vertente inter Abraam. col. 3. poſt. num. 4. lib. 2.

2 Huius concluſ. facilis eſt ratio: † nam eo tempore non poterant fieri probationes, vt habetur in rubro, & nigro ex. vt lit. non conteſta.

3 Concluſ. declarabis, † vt non ſolùm neceſſaria ſit inſtrumenti productio, ſed debeat fieri parte præſente, vel citata. l. iudices. vbi Bal. id eſſe menti tenendũ dicit. nu. 1. in 4. not. C. de fid. inſtr. & dari copia parti cum termino opponendi; teſte Bart. ſuper conſtit. ad reprimendum. in verb. de plano. nu. 3. in fi. quẽ ſequitur Marſ. in ſing. 81. aduertatis ad vnum.

4 Quòd vltimum intelliges † ſi petatur. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. aliàs ſatis erit conditionaliter decernere, ſi copiam habere voluerit. l. Iur. ciuili. ff. de cond. & demonſt. ſic intellexit Fran. Purpu. in rub. C. de eden. nu. 17. in fi.

5 Eandem concluſ. limitabis, † vt nõ procedat, quãdo huiuſmodi inſtrumentũ fuit impugnatum, & inſinuatus terminus ad impugnandum: nam cum hæc facta ſunt, & conuentus accepit copiam, nõ oportet ampliùs reproducere, per id quod notat Bal. in l. eos. §. ſin autem. nu. 6. C. de appellat. vbi inquit, quòd poſt litem conteſtatã non eſt opus reproducere exceptiones peremptorias oppoſitas ante litem conteſtatam, quia ſcriptura ſemel producta, & acceptata ſemper loquitur, maximè quando eſt producta ad finẽ probandi: ſed in caſu Feder. loco ſuperius adducto intelligitur quod fuerit producta ad alium finem, ſcilicet vt detur occaſio deliberandi Reo: ita limitat Fely. in d. c. 1. col. pen. ſub nu. 28. verſ. ſexto. & vlt. de probat.

CONCLVSIO DCCCCXXIV.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum mentionem faciens de alio, an, & quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio regulariter non probat.*

2 *In inſtrumento, ſi dicatur Titius procurator talis: vt conſtat tali inſtrumento, an per hoc probetur, quod ſit procurator, niſi inſtrumentum producatur.*

3 *Inſtrumentum ad aliud ſe referens, & habens in ſe imperfectionem, non probat.*

4 *Inſtrumentum ad aliud ſe referens non probat, etiamſi notarius atteſtetur a ſe confectum fuiſſe.*

5 *Inſtrumentum ad aliud ſe referens probat contra perſonas contrahentes in eodem inſtrumento, & præſentes, & conſentientes, vel non contradicentes.*

6 *Inſtrumẽtum mentionem faciens de alio probat, quãdo cõtinet aliquod certum, & habet orationem perfectam.*

7 *Inſtrumentum mentionem faciens de alio probat in antiquis excedentibus memoriam hominum.*

Quod ſublimita, vt num. 8.

9 *Reſcriptum Principis, priuilegium, vel ſcriptura legis mẽtionem faciẽs de alia probat, etiãſi illa non producatur.*

Ratio eſt, nu. 10.

11 *Scriptura legis ad aliam ſe referens non probat, quando per ſcripturam relatam apparet rem aliter ſe habere.*

12 *Inſtrumentum mentionem faciens de alio probat, ſi notarius dicat vidiſſe, & legiſſe illud ſine aliquo vitio, cancellatione, vel raſura. Contr. nu. 13. Concil. nu. 14.*

15 *Raphaelis Cumani caſus in conſ. 6. relatas, in quo inſtrumentum mentionem faciens de alio probat.*

16 *Inſtrumentum mentionem faciens de alio probat, ſi notarius de voluntate partium inſpexit inſtrumentum, & retulit. Quod intellige, vt nu. 17.*

18 *Exemplum de voluntate partium ſumptum, quando probet.*

19 *Inſtrumentum aliud referens productum à parte an probet, & cur. Quod intellige, vt num. 20.*

1 **Inſtrumentum** faciens mẽtionem † de alio regulariter non probat. per tex. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. vbi Doct. & præſertim Iaſ. Iac. de S. Georg. & Purp. nu. 37. idem ſenſit Bellon. in conſil. 35. nu. 3. ſic decidit in deciſ. 247. num. 3. vt & monuit Lanfr. de Oria. in ſua prax. de inſtrum. product. ca. 9. nu. 34. & ſeq. latè Bero. in conſ. 87. nu. 11. vol. 2. quod & confirmauit Caſſan. in conſ. 63. nu. 19. cum ſeq. & probauit Petr. Follet. in ſua trac. cenſual. in verſ. tenoris continentiæ ſequentis. nu. 12. cum plur. ſeq.

2 Hinc proptereà † inferebat Bal. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 20. C. de edẽ. quod ſi in inſtrumento dicatur, Titius procurator talis, vt conſtat tali inſtrumento, non per hoc probetur quòd ſit procurator, niſi inſtrumẽtum producatur, quamquam in hoc variæ fuerũt Doctorum ſnīæ, vt eas abundè examinat Curt. in d. auth. ſi quis in aliquo. nu. 3. cum plur. ſeq. C. de eden.

3 Intellige d. concluſ. † vbi inſtrumentum ad aliud ſe referens habeat in ſe imperfectionem, veluti quià contineat rem incertam: ita cõſulius reſpondit Grat. in conſ. 123. nu. 14. vol. 2. vbi refert Dec. & * omnes ſcribentes ita ſentientes in auth. ſi quis in aliquo. col. 6. nu. 31. verſ. hactenus expedita. C. de eden.

4 Amplia non probare † etiam ſi notarius atteſtetur à ſe confectum fuiſſe: ſecũdum Ang. in l. ſi donatio. verſ. & ideò ſi Notarius. C. de dona. quem ſequuntur Dec. in conſ. 503. ſuperioribus diebus. col. 3. in princ. nu. 2. in fi. & Grat. in conſ. 122. nu. 18. vol. 2. vbi refert omnes ſcribentes ita velle in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. de qua re nos fuſius infra in 5. limit.

5 Limitanda eſt primo concluſio, vt non probet † cõtra extraneos, qui non fuerunt præſentes, ſed contra perſonas contrahentes in eodem inſtrumento, & præſentes, & conſentientes, vel non contradicẽtes vtiq; probat, ſi illud inſtrumentum ad quod ſit relatio tractet de his, quæ ſunt neceſſaria ad ſubſtantiam actus: vt probatur in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. ſic conſulendo limitabant Cæpol. in conſ. 38. nu. 12. in ciuil. & Soc. ſen. in conſ. 266. nu. 1. vol. 2.

6 Secundo loco velim limites, vt locum nõ habeat concluſio noſtra, † quando inſtrumentũ faciens mẽtionẽ de alio, & ſe ad aliud referẽs continet aliquod certum, & habet orationem perfectam iux. ſententiã Grat. in d. conſ. 122. nu. 19. vol. 2. vel quãdo expreſsè, & ſpecificè id continet, quod in alio inſtrumento cõtinebat. arg. l. 3. C. de falſ. & not. Bal. in l. 1. C. de epiſ. & cler. in l. ſi donatio. C. de dona. & in l. admonẽdi. ff. de iureiur. teſte Soc. ſen. in d. conſ. 766. nu. 1. vol. 2. idẽ voluit Spec. in tit. de inſtr. edi. § reſtat. verſ. pen. quem referendo ſequitur Cæpol. in d. conſ. 38. nu. 12. vt etiã cenſuit Gozad. in conſ. 57. nu. 8. idq; decidit Boer. in deciſ. 281. num. 5. vbi atteſtatur de * cõmuni, & refert

Iacob.

Iacob.de S. Georg. dicentem ſe vidiſſe conſilia valētiſſimorum Doctorum, qui in huiuſmodi quæſtione facti conſuluerunt, ſecundum opinionem Spec.

7 Limita tertiò, † in antiquis excedentibus memoriam hominū, in quibus ſufficit minus plena probatio, authore Innoc. in c. veniens. de verb. ſigni. & Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. in l. conuenticulam. ad fi. C. de epiſ. & cler. in c. cum olim. de cenſib. & notat in c. ſi Papa, de priuil. in 6.

8 Sublimita tū iſtam limitationem procedere, † qn̄ eſſent plura inſtrumenta, in quibus aliquid enunciaretur: quia tunc probarent dictū enunciatum: aliàs ſecus: ſecundum Bal. Sal. & alios in l. cum aliquis. C. de iure delib. & Soc. ſen. vbi ſup. nu. 6. circa fi.

9 Limitabis quartò † in ſcriptura legis, vel priuilegio, & reſcripto Principis faciente mentionē de alio, ꝙ ei creditur, ſicet illud nō producatur, aut in omni alia diſpoſitione. qn̄ diſponentes potuiſſent de nouo tempore vltimi inſtrumenti illud inducere, & diſponere: iuxta gl. in c. ſi Romanorum. 19. diſtin. quā ibi ſequiī Do. & Card. idē tradidere Alex. & Iacob. de S. Georg. in d. auth. ſi quis in aliquo documento. col. 2. verſ. ſecundo fallit: atq; Fel. poſt Inno. in d. c. inter dilectos. verſ. & iuxta. & Boer. in d. deciſ. 247. nu. 3.

10 Huius limitationis ratio eſt † uam habentes poteſtatem legis condendæ, condendo, ſeu referendo effectum alicuius legis, aut probant illā, licet illa nō inueniatur, aut de nouo inducūt eius effectū. nimirum ſi ēt in caſu noſtro, cum habeant poteſtatem inducēdi de nouo inſtrm̄ illud ad ꝙ fit relatio, tale inſtrm̄ probet: ſic mihi probat contex. in l. admonendi. ff. de iureiu. ꝙ nonnullis ſimilib. optimè confirmat Io. de Prato in d. l. admonēdi. nu. 3. & 4. ff. de iureiu. & ibid. Fran. Cur. nu. 53. verſ. gl. in verb. conſtitutionib.

11 Limitationem ipſam intelliges, † qn̄ per ſcripturā relatam non apparet aliter ſe habere: alioqui relatio tanq̄ erronea non attenderetur, ſed potius ꝙ in relato continetur: quia per exhibitionem & lecturā ſcripturarum liquet & apparet de errore. vt teſtatur Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo. ſub nu. 40. verſ. ſecundo reſtringitur. C. de eden. vbi aliam tradit reſtrictionem, quam tn̄ Cagnol. ibid. improbat, & oppugnat, nu. 92. & cum intelligentia hac ſenſit idem Dec. in c. 2. col. 3. nu. 33. de reſcript. & in conſ. 350. viſis allegationib. col. 2. nu. 6. verſ. non obſtat dum dicebatur. & Rip. in d. l. admonendi. nu. 35. in gl. 1. ff. de iureiur.

12 Quintò limitare poteris † ſecundum Spe. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. verſ. pen. vbi aliqui dicunt eū tenere, ꝙ quando inſtrumentum facit mētionem de alio inſtrumento probat, ſi notarius dicat vidiſſe, & legiſſe illud ſine aliquo vitio, cancellatione, vel raſura: iux. l. vlt. C. de edi. diu. Adr. tollen. & ipſum ſequitur Aret. inſtit. de legit. agnat. tut. in fin.

13 Contrarium tenuerunt † Bat. Ang. Alber. Alex. & Iaſ. in d. auth. ſi quis in aliquo & ibi Caſtr. dicit, quòd ſemper fuit miratus de hoc dicto Spec. ex quo ſit cōtra generalitatem illius authen. & Alberi. dicit ſe in quæſtione facti obtinuiſſe contra opinionem Spe. & ꝙ etiam ſi eſſent tres, aut quamot notarij ita atteſtantes non crederetur tali inſtrumento: & ita etiā tenet Socin. in conſ. 79. col. 1. vol. 2. Alex. in conſ. 81. col. 4. in fi. lib. 3. & Boer. in d. dec. 281. nu. 4. vbi allegat Bal. in c. venerabilem. col. 3. in fi. verſ. quid ſi expreſſum. de elect. dicentem, quòd vbi non cantat inſtrumentum, nec ipſe cantabit more Venetorum.

14 Sed Card. † in c. fi. de fide inſtrum. reprehendit Doctos allegantes Spec. ita tenere: vtpote qui hoc non aſſerat, ſed aliter loquatur, ſcilicet, cum quæritur, an faciat fidem inter partes inter quas conficitur ſecundū inſtrm̄, & ſi notarius dicat talis fuit confeſſus ſe debitorem Titij ipſo præſente, & confeſſionem recipiēte ex cauſa venditionis, de qua in tali inſtrumēto à me viſo & lecto, & tunc non expedit producere inſtrumentum venditionis, quoniam etiam ſi cauſa eſſet falſa, teneret obligatio: potuit enim pars ſibi præiudicare in hoc, & plura alia exempla ponit Boer. in d. deciſ. 281. nu. 4. ad quod cōſulas eund. Cur. in d. auth. ſi quis in aliquo. num. 3. cum plur. ſeq. C. de edend. & ibid. Iaſ. nu. 7. & ſeq.

15 Sexto limitāda eſt concl. ex ſn̄ia Raph. Cum. † in conſ. 6. ubi conſuluit, ꝙ licet in inſtr̄o ſolutionis alicui factæ tanq̄ procuratori creditoris narretur recipientem procuratorem eſſe prædicti creditoris conſtante inſtr̄o rogato per talem, id non ſufficiat fideiuſſori, vel alteri ſoluenti pro recuperādo ſolutum à debitore: per contex. in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. facit tn̄ tale inſtrm̄ magnam præſumptionē, ꝙ noluerit ſoluens ſuum iactare. vulgata l. cū de indebito. ff. de probat. & ſimiliter pro tabellione, qui aſſeruit illum procuratorem. l. ſicut, cum ibi not. C. de fid. inſtr. vnde cum incidenter, non aūt principaliter de hoc dubitetur, credendum erit actori aſſerenti cum iur̄o illum eſſe procuratorem, & Reus erit condemnandus, nec ſit graue ſi cauere velit de defenſione, & ſic prædictis concurrentibus hoc caſu referens faciet aliquam fidem, licet non conſtet de relato.

Septimò velim limites, vt non procedat cōcluſio

16 † niſi tabellio de volūtate partium inſpexiſſet inſtrumentum & retuliſſet: quia tunc crederetur referenti, etiam non conſtito de relato: vt author eſt Aquens. in d. auth. ſi quis in aliquo. col. vlt.

17 Quod intelliges, † qn̄ partes dixiſſent, & aſſeruiſſent inſtrm̄ illud verum, præcipiendo notario, ꝙ ita referret de conſenſu ipſarum partium: vt colligimus ex traditis per Bar. in d. auth. ſi quis in aliquo. ſub nu. 5. in 4. q. C. de eden. vbi hæc duo copulatiuè requirit,

18 ad hoc vt exemplum † probet de voluntate partium: ſic Cagnol. in d. auth. ſi quis in aliquo. nu. 97.

19 Octauò limitabis, † niſi inſtrm̄ aliud referens à parte productum fuiſſet: nam cum cenſeatur fateri omnia in eo contenta vera eſſe, contra eam probabit: ſi credimus Soc. ſen. in conſ. 11. col. 1. nu. 1. vol. 3. verūtamen quia eo modo producens inſtrumentum non cenſetur ſimpliciter fateri. ſed prout in ipſo inſtrumēto continentur ſi non conſtet de relato, non dicitur ipſum fateri, per d. auth. ſi quis in aliquo.

20 Si tamen relatum † tale quid eſſet, de quo referēs liberè poſſet diſponere, & relatio certa eſſet, ac explicitè facta: tunc probaret contrà referentem. vt ſenſit Cagn. loco ſuperius adducto. nu. 98. in fin.

CONCLVSIO DCCCCXXV.

ARGVMENTVM.

An duo inſtrumenta, quæ facta ſunt eadem die, & hora, & cum ijſdem teſtibus, & per eundem Notarium, ac eodem loco, præſumantur correſpectiua.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta duo eadem die & hora, & cum ijſdem teſtib. & ab eodem Notario facta, præſumuntur correſpectiua, num. 3.*

2 *Quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe.*

4 *Inſtrumenta duo eadem die, & hora, & cum ijſdem teſtibus, & ab eodem Notario facta præſumuntur correſpectiua, quando ſubiecta materia id patitur.*

Quod ibid. exemplo declaratur.

1 **Inſtrumenta** duo † ſi reperiantur facta eadē die, & hora, & cum ijſdem teſtib. & per eundē notarium, ac eodem loco præſumuntur

Primo loco limitanda eſt concluſio, vt nõ habeat
7 locum,† quando inſtrumenta fuiſſent de nouo reper-
ta poſt ipſam concluſionem, caſus eſt in d.l. admonẽ
di.ff. de iureiur. ſecundum vnam lecturam, quam ſe-
quitur ibi Bar. & ibi etiam Rip. nũ. 48. & Curt. nu. 67.
* atteſtatur de * communi, & plenius in c. paſtoralis.
extr. de cau. & prop. vbi Fely.
8 Et inſtr̃a † fuiſſe de nouo reperta poſt ipſam cõclu-
ſionem probatur iuramento producentis; ſecũdum
* Balb. in deciſ. 23. & Mattheſ. in ſing. 57. idq; * cõmu-
niter à ſcribentibus eſſe receptum, dicit Curt. in d.l.
admonendi. nu. 14. ff. de iureiur. & ibid. Rom. nu. 57.
9 Hoc tamen † in caſu probationem per iuramẽtum
non ſufficere credidit Io. de Prato ibid. nu. 12. vbi id
egregiè explicat, & in hac controuerſia doctè diſtin-
guit Soc. in c. vlt. de iureiur. cuius diſtinctionẽ refert
Caccialup. in d.l. admonendi. nu. 13. vbi per eum.
Contra verò, quod ſupradicta limitatio nõ proce-
10 dat, † niſi petatur reſtitutio in integrum, ſenſit But. in
c. paſtoralis. ext. de excep. per text. in c. auditis. ext. de
in integr. reſtit.
11 Sublimita iſtam limitationem eſſe veram, † quan-
do terminus ad probandum fuerat aſſignatus ab ho-
mine: ſecus autẽ ſi à lege, vel à ſtatuto: quia tunc poſt
concluſ. in cauſa non poteſt amplius produci, etiam
cum iuramento ignorantiæ: prout ſing. voluit Bal. in
l. exceptionem. C. de prob. per tex. not. in l. qui procu
ratorem. ff. de procur. iuncta gl. & dicit ibi Bal. quòd
pluries vidit obtineri, quod lapſo tempore ad probã-
dum ordinato nõ admittitur quis ad producendũ in-
ſtrumenta nouiter reperta cum iuramẽto ignorãtiæ.
Aduerte tamen, quod hoc dictum nõ videtur eſſe
12 verum, primo quia mitius agitur cum lege, † quàm
cum iuramento legis, ſeu cum homine. l. Celſus. ff. de
arbitr. item quia tex. in d.l. qui procuratorem, dicit ex
pœnitentia, ergò patet; quòd ibi ante litem conteſta-
tam omiſit ſciens, quia in ignorante nõ cadit pœni-
tentia. Nec obſtat ibi gl. dum dicit, ſciẽs vel ignorãs,
quia intelligatur per ignorantiam iuris. ſecus ſi p̃ igno
rantiam facti: ſecundum Sal. in l. ita demum. de pro-
bat. & in l. error. de iuris, & fact. ign. per quem repro-
batur Bal. & ita tenet Io. de Prato in repet. d.l. admo-
nendi, vbi dicit, ſe pluries de facto ita obtinuiſſe.
13 Limitabis ſecundo loco eandem concluſ. † quan-
do producuntur inſtrumenta de nouo fabricata poſt
concluſionem in cauſa; quia tunc produci poſſunt;
vt voluit Rom. in d.l. admonendi. nu. 21. allegando
tex. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de oper. nou. nunc.
14 Tertio velim limites concluſ. in caſu, † in quo Iu-
dex procedit ex officio, cum poſſit inſtr̃a producere,
ſi eidem hoc videatur expedire, cum eidem non ſit
præcluſa via, arg. d.c. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propr.
ſic Abb. in c. cũ clamor. ſub nu. 3. de teſti. & in c. cum
dilectus, ſub nu. 3. verſ. ſecundo in his, de fid. inſtr. cui
accedit Butr. in c. auditis, de procur. idem ſenſit Bald.
in l. cir. ſi. C. ſent. reſci. nõ poſſe, & deciſum eſt à Do.
Rot. in deciſ. 2. alias 6. per eadem motiua. de teſti. in
nou. & Spec. in tit. de renũc. & concl. §. 1. ver. & ſcias.
15 Quarto limitatur cõcluſio in cauſis criminalib. † cũ
etiam in eis reus probare poſſit poſt cõcluſionem in
cauſa. arg. l. qui fratres. ff. de pœn. & l. 1. ff. de q. vbi id
apertè explicat. I. C. ſic notant ſcribentes in l. 2. ff. de
vulg. & pupil. vt docuit Bart. in l. 2. ff. vi bo. rapt. hoc
idem cenſuit Abb. in c. cum dilectus, de fid. inſtru. ita
etiam tradidere Bald. in l. 1. verſ. quarto quærit. C. de
cond. indeb. & Rom. in l. 1. ff. de arbitr.
16 Et ratio eſt: † quia in cauſis criminalib. nõ cõcluſio
in cauſa, ſed de innocentia rei poteſt ſemper deduci
vſq; ad ſniam: ſecũdum Bal. in auth. ſubeuntes de iud.
17 Limita quintò, † quando ipſa inſtr̃a producta fue-
runt poſt ipſam concluſionem parte altera præſente,
& non contradicente, adeò quod ſi admittantur nõ
poterit appellari, arg. d.c. cũ dilectus, ext. de fid. inſtr.
& d.c. paſtoralis: nam ex hoc videtur renunciaſſe ipſi
concluſioni, & per huiuſmodi admiſſionem fuiſſe re-
uocata: prout notatur in clem. ſæpe de verb. ſigni. per
Bal. in l. peremptorias. C. ſent. reſcin. non poſſe. & per
Card. in clem. 2. nu. 3. de teſtib.
18 Sextò poteris limitare, † quando concluſio eſſet fa
cta in cauſa principali, & in cauſa appellationis pro-
ducantur inſtrumẽta antequam eſſet concluſum, cũ
non ſolum inſtrumenta, ſed etiam teſtes tunc produ-
ci poſſint authorib. Innoc. & Card. in d. c. cum dile-
ctus, de fid. inſt. & c. 1. extr. de exce. quod & confirma-
uere Abb. & Butr. in c. cum veniſſent, de teſtib.
19 Septimò limitanda eſt † in cauſa publica, pupilli ec
cleſiæ, & miſerabilium perſonarum, ac locorum pio-
rum: vt obſeruauere Doct. in d.l. admonendi, & in c.
inter monaſterium, etiam in cauſa poſſunt producc-
re inſtrumenta de nouo reperta, ergo fortius ante ſen
tentiam, & publicatum proceſſum.
20 Octauò limitatur † in cauſis ſummarijs de quibus
ad inſtantiã vnius partis poſt concluſionem in cauſa
Iudex poterit aliam partem interrogare, & petere ab
ea, quod etiam producat inſtr̃a, vt de hoc extat glo.
ſing. in cle. ſæpè. de verb. ſign. ad idẽ reſpondit Rom.
in conſ. 176. ſicq; deciſum eſt à Doct. Rot. deciſ. 10. in
antiq. & dec. Rot. in forma. n. 30. rationib. ibi adduct.
21 Nono limita, † vbicunq. Iudex ex aliqua iuſta cau
ſa peteret apertè, vt producerentur inſtrumenta, pro-
ut tenet Spec. in tit. de alleg. & cõcluſ. §. 1. & not. Bal.
in l. 1. C. ſent. reſcin. non poſſe.
22 Decimo limitabis, † niſi quis produceret inſtrumẽ
ta poſt concluſionem in cauſa ad declarationem in-
ſtrumentorum productorum ante concluſionem in
cauſa, text. eſt not. in c. auditis, de reſtit. in integr.
23 Vndecimò limites velim, † quando in cauſa verti-
tur periculum animæ: nam tunc poteſt iudex ex offi-
cio recipere probationes ẽt poſt concluſum in cauſa,
quia concluſio in cã non ligat iudicem, iuxt. ſentent.
Card. in conſ. 74. incip. Titius: vt etiam voluere Hoſt.
& Io. And. in c. ad petitionem, de cauſ. poſ. & prop. vt
deciſum eſt à Doct. Rot. in dec. 5. in nou. Bal. quoq;
id probauit in l. cũ propria. in fi. C. ſi qs alteri, vel ſibi.
24 Duodecimò limitanda eſt, † quãdo agitur de pro-
banda excommunicatione, quæ vtiq. probari poteſt
non obſtante concluſione in cauſa. ita placuit Spec.
in tit. de renun. & conclu. §. 1. verſ. & ſcias, & in tit. de
except. & tradidit gl. vlt. cle. vnic. eo. tit. de excep.
25 Et ratio eſt; quia ſemper imminet periculum ani-
mæ, prout ſupradictum fuit in 11. limit.
26 Decimotertio limita, † quando immineret aliqua
euidens cauſa, vel ratio, propter quam admittẽda eſ-
ſent inſtr̃a: quia tunc eorum productioni non obſta-
bit concluſio in cauſa, quando maximè pars ſe offer-
ret iurare, quod de nouo reperit dicta inſtrumẽta, vt
ſup. dictum fuit in priori limitatione; & ita ẽt dicunt
Rom. in d. l. 1. ff. de arb. c. ad noſtram, el 3. de iureiur.
Bal. in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduo. & Butr. in c. dudũ,
el 2. in 4. not. de elect. vbi dicit exceptionẽ notariam
27 † poſt concluſ. in cã ſuperuenientem poſſe opponi.
28 Limita decimoquartò, † in allegationibus iuris, &
conſilijs doctorum, quæ etiam poſt concluſionem in
cauſa produci poſſunt; vt dicit Card. in d. conſ. 74. &
reſponſum eſt a Rom. in d. conſ. 176. & ſcripſit Bal. in
c. vlt. de probat.
29 Qui tñ † in c. paſtoralis, eo. tit. vr̃ tenere cõtrarium.
30 Limita decimoquintò, † quando per beneficium
reſtitutionis in integrum ſubueniretur, vel eccleſiæ,
vel minori; vt probatur in c. auditis, de reſtit. in integ.
ita rogatus reſpondit Card. in conſ. 25. incip. in cauſa
Amareti, vel ſimili ex clauſula (ſi quis mihi ex iuſta
cauſa) vt in c. intimauit. de teſtib.
31 Limita decimoſextò, † quando ex ſtylo fori nõ ali
ter fit concluſio in cã, prout fit in ciuitate Venetiarũ
per curias Palatij, in quibus mãdato illorum iudiciũ
fit præ-

Digitized by Google

ſit præceptum, ꝙ partes debeant deducere & produ-
cere quicquid volunt in termino tridui aliter, &c. qa
lapſo termino, nec in prima inſtantia, nec in appella
tione producere poſſunt, neque ad excellentiſſima
eius ciuitatis conſilia, prout atteſtatur Nouell. in ſu-
pradicta reg. 17. vltima fallentia.

CONCLVSIO DCCCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenta an probent extra territorium conſtituentis notarios.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta condita à notario non probant extra territorium creantis notarios.*
2 *Quæ conſtituant notarium.*
3 *Conſtitutus non habet maiorem auctoritatem conſtituẽte.*
4 *Inſtrumenta condita à notario in territorio conſtituentiũ vbique probant, & in Romana curia.*
5 *Probationis ius ortum à principio nõ tolli mutatione loci.*
6 *Scripturæ reſeruatæ in archiuio publico, & editæ probant ſolum in territorio, non vltra territorium. Contrarium num. 7.*
Conciliatio Felin. ad hoc reiecta, nu. 8. & vera adducta, vt num. 9.
10 *Inſtrumenta probãt extra territorium creantis notarios conſuetudine aliter non dictante.*
11 *Inſtrumenta confecta à iudicibus chartularijs probãt extra territorium.*
12 *Iuriſdictio contentioſa, nec voluntaria, põt extra territorium propagari.*
13 *Inſtrumenta condita à notario extra territorium, ſed tamen inter ſubditos, probant quoad ipſos.*
14 *Inſtrumentum conditum inter duos forenſes contrahẽtes in eodem loco probat extra territorium.*
15 *Inſtrumento condito extra territorium, cõtractus ex hoc in inſtrumento celebratus non ſit irritus.*
16 *Inſtrumentum probationem reſpicit, non ſubſtãtiam contractus.*
17 *Contractus valet licet inſtrumentum conditum ſit à notario non deſcripto in matricula.*
18 *Statutum loquens de contractu nõ habet locum in inſtrumento, nec econtra.*
19 *Inſtrumenta condita à notario creato ab Imperatore, vel ſummo Pontifice vbique probant.*
20 *Quilibet habens merum Imperium, poteſt extra ſuam iuriſdictionem exercere iuriſdictionem voluntariam, nõ contentioſam.*
21 *Tabelliones creare eſt de his, quę ſpectant ad iuriſdictionẽ voluntariam non contentioſam.*
22 *Inſtrumenta condita a notarijs creatis ab habentibus poteſtate a ſummo Pontifice, vel Imperatore vbique probãt.*
23 *Inſtrumenta condita a notario Imperiali, vel Pontificio, qui alias erat notarius creatus ab aliquibus communitatibus vbique probant.*
24 *Auctoritas vtilis non vitiatur ob inutilem.*
25 *Actus ſuſtinetur ex ea poteſtate, quę facit actum valere.*
26 *Inſtrumenta condita a notario Imperiali, vel Pontificio vbique probant, etiam non obſtante obſeruantia in contrarium.*
De quo dubitat author, nu. 27.

1 Perſæpe dubitari ſolet an inſtrumenta con
dita à notario, † creato à Rege, pre
lato vel vniuerſitatibus, quæ ex cõſuetudine poſſunt
creare notarios, ſi confecta ſint extra territoriũ con-
ſtituentiũ probẽt necne, & non probare habemus de
ciſum à DD. Rot. in dec. 5. aliàs 291. Inſtrumenta cõ
fecta. de fid. inſtru. in nou. permoti auctoritate Inno.
& Hoſt. in c. P. tabellio. eiuſd. tit. de fid. inſtrum. hoc
etiã dirimit Bellam. in deciſ. 21. Comes in comitatu,
idq; comprobat Bal. in tract. de tabellio. in 2. q. prin.
& ſequitur Mil. in reper. in verſ. inſtrm factũ per no-
tarium, qui ad hoc citat Bar. in l. 1. ff. de offi. Proconſ.
& leg. & Ant. in c. per venerabilem. 28. col. in verſ. ex
antedictis, qui fil. ſint legi. ad idem reſpõdit ipſemet
Bellam. in conſ. 42. Dominus Vgo de Cambilione.
2 nu. 4. & 6. inquiens ibi, quod duo ſunt, † ſi quæ faciũt
notarium, iuramentum, ſcilicet, quod præſtat in ſui
creatione. c. ad audientiam de præſcrip. ſecundum, au
thoritas conſtituentis eum notarium: vt expreſsè pro
batur. in auth. de tabellione. §. 1. collat. 4.
3 Verum maiorem authoritatem † habere non põt
notarius, quã habeat Dominus ipſum conſtituens. l.
nemo. ff. de reg. iur. & id clarè probari in c. Romana.
de foro compet. aſſerit ibid. Bellam. ad ꝙ etiam alle-
gat contex. in l. 2. §. vlt. ff. de offi. proconſ. & leg. vbi le
gatus proconſulis, qui habet iuriſdictionem à procõ
ſule non põt voluntariam iuriſdictionẽ extra prouin
ciam exercere: vt etiam notat ibi Barto. & ſecundum
Bellam. idem tenet Colletan. in c. cũ Ioannes. in fi. &
in d. c. cũ P. tabellio. de fid. inſtru. & ab hac opinione
neminem deuiare teſtatur ibid. Bellam. d. nu. 6. in fi.
cuius ſententiæ vtique fauet contex. in l. cum vnus.
§. is qui. ff. de bon. auth. iud. poſſ. vbi iuſſus poſſidere
intelligitur in loco, in quo ſe extendit iuriſdictio iu-
bentis, quod & idem confirmat in conſ. 43. factum
ſecundum. nu. 8. verſ. & quo ad primum. & fuit dictũ
Spe. in tit. de inſtr. editio. §. reſtat videre verſ. quid de
his. nu. 25. & ſequitur Io. Andr. ad eũ reuertens. in no
uel. in c. Romana. §. vlt. de foro compet. & in c. Ab-
bate prope fi. de re iud. lib. 6. iſtud etiã tenet Dom. &
Phil. Franc. in d. c. Romana. d. §. vlt. per illum textũ,
& per tex. in d. l. a. §. vlt. ff. de off. Proconſ. & leg. idque
cognouit Præpoſ. in c. per venerabilem. §. videbatur.
col. 10. qui fil. ſint legi. quo in loco poſt Bal. Anto. &
* Abb. teſtatur vna mente * omnes id ſenſiſſe ſcriben-
tes: quibus adhæret poſt Abb. Fel. in d. c. cum P. tabel-
lio. nu. 18. licet ibi in verſ. & per hæc, dicat hanc ſentẽ
tiam eſſe controuerſam.
4 Secus verò dicẽdum eſſet de inſtrũs † ab huiuſmo
di notarijs conditis in territorio conſtituentium, quę
vbique locorum etiam in curia Romana probare do
cet Phil. Fran. in d. c. Romana. §. vlt. de foro cõpet. p
tex. in c. cũ dilectus, de fid. inſtru. vbi inſtr̃a confecta
ſecundum conſuetudinem loci ab eo, qui in eo habe
bat authoritatem probant extra territorium, & etiã
extra ſuam iuriſdictionẽ in foro Eccleſiaſtico, iſtud
ẽt tenet Bar. in l. 1. ff. de offi. Proconſ. & leg. & aſſeue-
rauit Fel. in d. c. cum P. tabellio. col. pen. nu. 16. verſi.
* duodecimo quæritur, de fid. inſtr. quo in loco * om-
nes communiter ſcribentes huic rei aſſentiri teſtañ,
ex quo eorum origo eſt iuridica, & habet authorita-
tem & principium cum omni neceſſaria ſolemnita-
5 te approbata à iure cõi. Vnde ius probationis † ortũ
à principio non tollitur mutatione loci: ſecund. Bar.
& Bal. in l. 1. C. de ſum. trin. & fid. cath. & per Fel. in lo
co proximè allegato: idem ẽt tenet Bellam. d. cõſ. 42.
D. Vgo. nu. 6. allegat. Spec. tit. de inſtru. edit. §. reſtat.
verſ. quid de his, & iſtis accedit Bonifa. de Vitelli. in
clem. dudũ, §. ad honorẽ, col. pen. de ſepul. inquiens
ibi inſtr̃a confecta per notarium creatũ à Rege Fran
ciæ, vel Aragonum infrà eorũ Regna probare vbi-
que; ſecus ſi ſint confecta extra eorum territorium.
6 Diuerſum ab hac re vr̃ † ſentire Bal. in l. exemplo.
col. vlt. C. de probat. dum voluit ſcripturas reſeruatas
in Archiuio publico, ſi edantur, ſolùm probare in ter
ritorio, non aũr vltra territorium: idem cenſuit Dec.
poſt Alex. in auth. ſi quis in aliquo. col. 7. poſt nu. 23.
verſ. & prædicta concluſio. C. de eden.
7 Verum à Bal. diſſentire † vr̃ Aret. in c. cũ cauſam.
il 1. de prob. vbi ſcripſit, ſcripturas hmõi in Archiuio
repertas probare etiam vbicunque, ſicut dicitur de
inſtru-

inſtrumento, confecto à notario, per doctrinā Bar. in
d. l. 1. nu. 36. verſ. credo tñ, C. de ſumm. trinit. & fid ca
thol. & per contex. in l. Celſus, de prob. vbi ꝓbatio, q̄
fit ex talib. libris, vel ſcripturis, eſt potentior teſtib. Eo
magis igitẽ debet vbiq; valere, q̄ probatio teſtium, &
de hac ſcriptorū repugnantia mentionem facit Feli.
in c. ad audientiam, col. 4. nu. 12. verſ. contra iſtā præ-
ſumptionē, de pręſump. q refert Bella. in c. 2. col. 10.
de fid. inſtr. dicentē doctr. Bart. in d. l. 1. recitatam per
Aret. eſſe falſam, & contrariam deciſ. Rot. ſup. allatæ
291. aliàs 5. Inſtrã, de fid. inſtr. in nou. De quo tñ ego
ſum miratus. Nam imò Rot. in d. deciſ. 291. idē dicit
quod Bar. in d. l. 1. nec vlla in re ei repugnat.

8 Verùm tamen † Fel. in d. c. cū P. tabellio. col. pen.
in 12. q. nu. 16. de fid. inſtru. hanc dubitationē præſen-
tiens, licet de ea non meminerit, aſſerit Bal. doctrinā
in d. l. nec exemplo, procedere in ſcriptura priuata,
quæ probat inter ſubditos vigore conſuetudinis, quæ
conſuetudo ad alios non extenditur.

Iſtud tamen nihil eſt, quia eadem ratione idē eſſet
dicendum in conſuetudine dante authoritatem illi
notario, quòd illa conſuetudo non deberet ad aliū
locum extendi.

Quapropter, vt in hac cõtrouerſia quid ſentiam in
9 medium proferam, † has duas opiniones tuendo, ſic
poſſe rñderi arbitror. Bal. in d. l. nec exemplo, & DD.
in d. c. ad audiētiam, loqui in ſcriptura aliàs ſui natu
rà imperfecta, vt in exemplo, quod tñ probat inter
ſubditos, qñ fuit cuſtoditū in Archiuio publico non
aũt extra illum locum, cuius rei ratio eſt. Nam extra
illum locum eſt exemplum, & ſcriptura imperfecta,
quæ non probat; ſecus in caſu, in quo loquuntur DD.
in d. deciſ. 291. & Bart. in d. l. 1. C. de eman. liber. quia
inſtrm confectum per notarium, qui poteſt in loco
inſtrumentum conficere, tali inſtrumento confecto
illud eſt ſolemne, & ideò vbique tanquam ſolemne
probat: vt dicit Bal. in l. 1. C. de ſumm. trinit.

Priorem verò concluſionis noſtrę partē primo lo-
10 co limitabis, † vt vera ſit, vbi conſuetudo aliter dicta
ret; illa enim extante probaret inſtrm confectū ex-
tra territorium, cum conſuetudo ipſa ſeruanda ſit, c.
cum dilectus, de conſuetu. cuius tex. authoritate per-
motus Fel. in d. c. cum P. tabellio. col. fi. poſt num. 18.
verſ. & per hæc paſſus eſt dubius. de fid. inſtr. in eand.
deſcendit ſententiam, & de hac opinione, quæ fuit
aliquorum, facit verbum, Præpoſitus, in c. venerabi-
lem, §. videbant, col. 10. de for. compet.

11 Secundo loco velim limites, † vt procedat conclu
ſio in notarijs ſimplicibus, ſecus in notarijs, qui eſſent
iudices chartularij, qui habent maiorem iuriſdictio-
nem, q̄ ſimplices notarij. Eo enim caſu valent, & pro-
bant inſtrã confecta extra territorium: vt ſcriptū reli
quit Fel. in d. c. cū P. tabellio. poſt d. nu. 18. verſ. item
pōt ſaluari: arg. eorum, quæ ſunt notata à Bar. in l. vlt.
C. vbi & apud quem. De quo tñ ego dubito, quia nec
12 iuriſdictio contentioſa, † nec voluntaria pōt extra
territorium prorogari, Bar. in l. 1. nu. 25. verſ. nã actus,
C. de ſum. trinit. & fid. cath. per tex. in d. l. 1. ff. de offi.
proconſ. & leg. q̃ legem inſtabilem ad hoc appellat:
Ideo non vr̃ quod valeant inſtrumenta: vt not. Ant.
& ſequitur Præpoſ. in præallegato c. per venerabilē,
§. videbatur, col. 10. qui fil. ſint legit.

13 Tertiò limitare poteris, † vt locũ non habeat hæc
concluſio, qñ notarius creatus ab vniuerſitate confi-
ceret inſtrm extra territorium illius, qui illum crea-
uit notarium, ſed tñ inter ſubditos ſui territorij, quia
tunc quoad ipſos ſubditos valet, & probat inſtrm: vt
eleganter monuit Bal. in c. cum dilectus, nu. 1. de fid.
inſtr. & forſan ratione, quia eius iuriſdictio inter ſub-
ditos non eſt limitata territorio: per l. quæro, ff. de ſo-
lut. hoc idem cautum eſt à Fely. in d. c. cum P. tabel-
lio. nu. 18. verſ. 14. de fid. inſtru. ſubdens idem eſſe, qñ
14 notarius creatus ab vniuerſitate † conficeret inſtru-
mentum inter duos forenſes contrahentes in eo. lo-
co: quia ſaltem ratione contractus efficiuntur ſub-
diti. c. vlt. de foro cõpet. ideò valebit contractus quo-
ad illos: hoc idem placuit Præpoſ. in d. c. per venera-
bilē, §. videbatur, qui fil. ſint legit. ad quod citat Bal.
in l. 1. C. de ſumm. trinit. & fid. cathol.

Quarto loco vltra iſtos eſt tibi limitanda conclu-
15 ſio, † ꝙ licet extra territorium non valeat inſtrm, &
ſit nullũ, contractus tñ, & actus celebratus inſtrõ ex
hoc non ſit irritus, quia eſt quid diuerſum, & ſepara-
tum ab ipſo inſtrõ, vt declarat Bar. in l. ſi quis legatũ,
col. vlt. in prin. ff. de falſ. & Alex. in conſ. 170. num. 4.
16 lib. . . Inſtrm † enim reſpicit probationem l. cõtra-
hitur, ff. de pig. & non ſubſtantiam cõtractus, & ideo
qui renunciat inſtrõ non vr̃ renuntiare debito, ſed
tñ probationi ipſius inſtri: vt inſigniter dixit Bald. in
l. Labeo, §. 1. verſ. quid ſi quis, ff. de pact. vnde licet in-
ſtrm extra territorium cõfectum nullum dici poſſet,
validus tamen remanet contractus, qui per teſtes ex-
inde probari poterit, & erit probatio æquiualens in-
ſtrõ c. Ioannes. eo. tit. ita conſulendo reſpondit Dec.
in conſ. 17. Viſo puncto, & diligenter. col. 2. nu. 3. ver.
tertio principaliter, & in conſ. 169. diligēter pro tenui
facultate mea. col. 2. in prin. poſt nu. 2. verſ. ſed tunc
eſſet conſiderandũ, & fuit primarium dictum Ang.
in l. vniuerſos. C. de decurio. lib. 10. vbi monuit, ꝙ li-
17 cet ſtatutum caueat, † quod non poſſit confici inſtrm
niſi per notarium deſcriptum in matricula, ꝙ ſi con-
ficiatur per eum, qui non eſt deſcriptus, valet cõtra-
ctus. Ad hæc patrocinantur trad. per Bal. in l. vlt. C. de
falſ. cauſ. adie. lega. vbi ſtatutũ, quod loquitur de con
18 tractu † non habet locum in inſtrumento, nec ſi lo-
quitur de inſtrumento habet locũ in contractu, quia
vt diximus diuerſa ſunt, & diuerſis non fit illatio. l.
Papinianus exuli. ff. de minorib. cum ſimil.

19 Quintò concluſionem limita, † vt locum ſibi non
vendicet in inſtrumentis notarij creati ab Imperato-
rē, vel ſummo Pontifice, q̄ probant vbique. Idcirco ſi
notarius Imperialis condit inſtrm in terris eccleſiæ
probat, & econtra. vt not. in d. c. cum P. tabellio. de
fid. inſtru. hoc idem tenuere Dom. in d. deciſ. 5. aliàs.
291. de fid. inſtr. in nou. ſicq; decidit Bella. in dec. 21.
comes in comitatu, & in deciſ. 246. inſtrumētum no-
tariorum. eandem cõprobauit ſententiam Bonif. Vi-
tali. in d. cle. dudum §. ad honorē. col. pen. de ſepult.
vt & voluit Mill. in reper. in verb. notarius creatus à
Papa in verb. inſtrm factum per notariũ, quod ēt au-
ctoritate ſua corroborauit Bal. in trac. de tabell. in 7.
q. prin. nu. 32. eã ratione quia quilibet habens merum
20 imperiũ † pōt extra ſuam iuriſdictionem exercere iu-
riſdictionem voluntariã, non autem contentioſam.
l. 2. ff. de offi. proconſ. & leg. & creare tabelliones eſt
21 de his, † quæ ſpectant ad iuriſdictionē voluntariã, nõ
autem contentioſam. vbi ēt allegat. c. per venerabi-
lem. & ibi id tradidit Præpoſ. col. 9. in 4. q. qui fil. ſint
leg. id præterea ſenſit idē Bal. in margar. in verb. nota
rius. verſ. 16. iſtudq; cõfirmauit Abb. poſt Gaſp. Cald.
Petr. de Anch. & Card. in c. ſicut col. 4. ſub nu. 12. ver.
cõtrarium aũt. cum ſeq. ne cler. vel mona. ſecul. neg.
ſe immiſ. horum ſentētiæ ſe ſubſcripſit Fel. in d. c. cũ
P. tabellio. col. pen. in q. 13. nu. 17. & col. vlt. in q. 15.
ſub nu. 18. dicens id eſſe ſpecial. ꝓp prærogatiuã eo-
rũ in notarijs Papalibus, & Imperialibus: allegat Do.
in c. Romana. §. vlt. de foro compe. in 6. & ibidem ēt
firmat Philip. Franc. poſt Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſum.
trinit. in 6. q. id poſtremo pter alios larè ꝓbat Bella.
in d. conſ. 42. Do. Hugo. de Cabilione. col. 1. & 3. nu.
8. & 9. vbi tenet ꝙ notarius Imperialis Pariſijs, & ſic
in Regno Franciæ poſſit inſtrm conficere, nam licet
Rex Franciæ non recognoſcat de facto Imperato-
rem, & olim Imperator eſſet dominus omniũ de fa-
cto, & nunc non ſit tñ attenta vniuerſali iuriſdictio-
ne de iure, ex quo dr̃ dominus valebunt omnia, vbi
ſubdit

ſubdit ita tenuiſſe inueteratã conſuetudinẽ, & eõem
obſeruantiã, & ita eſſe tenendũ. atq; hoc idem iterũ
conſulendo repetijt ipſemet Bella. in cõſ.43. factum
ſecundum eſt tale, col.5.nu.8.verſ.& quoad primũ.
Hanc poſtremam à nobis limitationem traditam
22 poteris primò loco ampliare, † vt & procedat in no-
tarijs creatis ab habẽtibus poteſtatem à ſummo Pon-
tif.vel Imperatore. huiuſmodi enim notarij poterũt
vbiq; inſtrumenta conficere, eaque probabunt: iux.
ſentent. Bar.in l.1.ff.de offic.proconſ. & legat. & in l.
1.& ibi Bal.C.de ſumm.trinit. quorum ſentẽtiam ſe-
quutus eſt Anto.de Butr.in d.c.per venerabilem, qui
fil.ſint legit.atque Philipp. Franc.in d.c. Romana.§.
vlt. de foro compet.in 6.
23 Secundò eandẽ ampliabis, † vt vera ſit in notatio
Imperiali,& Pontificio, qui aliàs eſſet notarius crea-
tus ab aliquibus communitatib.nam cum in iſto no-
tario concurrant duæ poteſtates, vna imperialis, per
quam inſtr̃m vbique valet, alia verò particularis cõ-
munitatis, ſecundum quam inſtrumentum nõ valet,
niſi in territorio,& iuriſdictione cõſtituentis, vt ante
dixi, valebit actus ex vi poteſtatis Imperialis vtilis.l.
1.ff.quod fal.tuto.auth.geſt.erit.idque videtur innue
re Inno.in c.cum ex officij,de præſcript. vbi ait autho
24 ritatem vtilem † non vitiari propter inutilem: arg.c.
vtile.de reg.iur.in 6.& in hac hypotheſi noſtra ſic re-
ſpondit idem Bellam.in d.conſ.42.ſub nu.10. & ſeq.
ſimile eſt quod notat idẽ Bella.in dec.6.mortuo pro-
curatore,in fi.qui allegat nota. per Inno. in c.cum ex
25 officij,dicens, † quod ſuſtineatur actus ex ea poteſta
te,quæ facit actum valere.
Tertiò amplianda eſt, vt eadem limitatio locũ ha
26 beat, † ẽt non obſtante obſeruantia in contrariũ: vt
hanc extare Pariſijs, inquit Bella.in d. cõſ.42.ſub nu.
8.verſ.ſed his non obſtantib.quia nõ valet iſta obſer-
uantia imperfecta, cum vſus & cõis obſeruantia con
trarium obtinuerit. Ideò inſtr̃a Pariſijs confecta per
notarium Imperialem, qui põt vbiq; locorum inſtr̃a
conficere, valebunt, & tenebunt,atq; probabunt,ſic
ſenſit Bella. loco nuper adducto. De cuius tñ opinio
27 ne plurimum ambigo, † cum & vt ſupra, ſi meminiſ-
ſtis, dicebamus in huiuſmodi poteſtatibus, multum
conſideratur conſuetudo. Vnde ſi extet conſuetudo,
ꝙ notarijs alicuius vniuerſitatis credatur extra terri-
torium, valet conſuetudo; vt antea tradidimus, quod
idem dicendum erit in iſto caſu, in his enim plurimũ
conſuetudo valet. hoc tamen tu videris.

CONCLVSIO DCCCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti exemplatio quando probet, vel non probet parte non citata.

SVMMARIVM.

1 *Inſtr̃a extracta in partibus in vim compulſoriæ parte nõ citata non probant. Contrar.nu.2. Concil.nu.3. & ſeq.*
4 *Vna deciſio declaratur per aliam, ſicut lex.*
5 *Partis citatio requiritur in publicatione teſtium, vt & in productione inſtrumentorum.*
6 *Inſtr̃i exemplo extracto ab eodẽ notario, qui fuit rogatus de originali pars non eſt vocanda.& cur. Contr.nu.7.*
7 *Bonorum poſſeſſio non eſt danda ex exemplo teſtamenti ab eodem notario condito, etiamſi notarius dicat illud eſſe exemplum teſtamenti manu ſua conſcripti.*
8 *Inſtrumenti exemplum probat cum exemplum ſumptum eſt ab eo.notario cum ſolemnitatibus requiſitis.*
9 *Intellectus Marc. Anton. Bauer.§.ſi quis in duob.l.1.ff. de bon.poſ.ſecun.tab.*
10 *Intellectus Ale.ad §.ſi qs in duob.l.1.ff.de bon.poſ.ſec.tab.*
11 *Inſtrumenti exemplum probare ẽt ſi idemmet notarius, qui fuit rogatus de originali tantum ſe ſubſcribat, nec partem ad hoc eſſe vocandam.*
12 *Inſtrumenta extracta in partibus in vim cõpulſoriæ probant, quando pars in partibus fuit citata per ipſum compulſorem, & ſibi hoc fuit intimatum.*
13 *Collectanei error in deciſ.4.aliàs 290. de inſtru.in antiq. & in deciſ.1.aliàs 10. eo.tit.in nou.*
14 *Inſtrumenta extracta in partibus in vim compulſoriæ probant, quando exemplatio facta fuit in partibus parte non citata: ſed tamẽ poſt factam exemplationem fuit citata in curia ad dicendum contra productionem.*
15 *Exemplum videtur pars approbare etiam quantũ faciat contra ſe, quãdo eo vtitur poſt terminum, in quo citatus nihil opponit.*
16 *Inſtrumenti exemplo producto, & poſt exemplationẽ pars citetur, & compareat, & nihil opponat, an in eo contenta præſumatur approbare, & nu.17.*
18 *Inſtrumẽti exemplum probat, cum exemplatio facta fuit in partibus parte præſente, & ſciente, nec alia citatio requiritur: ſecus ſi eſſet ſciens & non præſens.*
19 *Inſtrumenti exemplum probat, cum exemplatio ſit de mãdato Pontif. Max. & iudicis per alium notarium, nec pars eſt vocanda.*
20 *Inſtrumenti exemplatio probat, nec eſt vocanda pars quãdo periculum eſſet in mora in expectando partem.*
21 *Examinatio teſtium permittitur non citata parte propter periculum moræ.*
22 *Paria ſunt exemplatio inſtrumenti, & examinatio teſtiũ.*
23 *Inſtrumenti exemplatio facienda eſt citata parte, cum agitur de præiudicio certæ perſonæ.*
24 *Citatio generalis, vt per proclama, ſatis eſt in exemplatione inſtr̃i, ſi illa citatio peruenerit ad notitiam aduerſarij.*
25 *Citatio partis non requiritur in exemplatione Priuilegij, vel inſtrumenti, quando ſit per illum, qui poteſt concedere, & cur.*

1 Inſtrumenta extracta † in partibus in vim compulſoriæ parte non citata fidem non facere, dirimere DD. Rot.dec. 1.aliàs 10. fuit dubitatum. de fid. inſtru. in nou. ꝙ & ijdem voluerunt in dec.2.aliàs 264. licet ſecundũ cõcluſ.eo. tit.in nou. vt & ſtatuerunt in deciſ. 290. aliàs 4.inſtrumenta extracta. de fid. inſtrum. in antiq. licet collector illius deciſ. ſolus contra oẽs DD. ſenſerit. Concluſionem etiã hanc noſtram decidendo approbat Bella.dec.230.publicatione facta in partibus, dicens requiri partis vocationem, reliquit tñ hoc cogitandũ,& cum hac concl.tranſit Mil.in reper.in verb. Inſtr̃m exemplatum.idem cenſuit Abb.in c. Albericus.col.2.nu.4.& 5.de teſtib. quam ſequitur ibi Fely.
* in prin. & alij * communiter ſcribentes, quibus accedere videtur Bellenci.in trac.de ſubſid.charit.q.113. nu.4. & pluribus rationibus id comprobauit Lap. allegat.77.Tabellio publicus,nu.3.
2 Huic opinioni refragãtur † ijdemmet DD. Rot.in dec.620.aliàs 44.ſi compulſoriè.de probat.in antiqu. vbi voluere ſatis eſſe partem fuiſſe vocatam ad recipiendum tranſumpta, & ita dicit ſeruare Rot. DD. Aud. Sacri Palatij, & licet dicatur ibi tutius eſſe, etiã partem citari in partibus; tamen ſentit ibi Rot. hoc non eſſe neceſſarium. idem voluiſſe videntur in dec. 689.aliàs 36.dic quod tranſumptum.eo.tit.de proba. in antiquis dum ibi concludunt, quod ſumptum in vim compulſoriæ facit fidem, nec dicitur ibi aliquid de citatione in partibus.
3 Verior tamen,† & * communis eſt prior ſententia, cui non repugnãt dec.620. & 689. nuper allatæ, nam prior malè loquitur, eò quod neceſſe ſit, vt pars citetur in partibus, alioqui illud tranſumptum nihil probat: vt id pluribus rationibus docuerũt ipſimet DD. d.dec.10.aliàs 1.de fid.inſtr. ĩ nou.& quo ad dec.689. põt dici, quod tranſumptum in vim cõpulſoriæ probet concurrentibus his, quæ ſunt neceſſaria, ſ.ꝙ pars

citata ſit in partibus, vel ꝙ ſit idem Not. vt habetur in
4 d. deciſ. 10. aliàs 1. de fid. inſtru. & ita vna deciſio † declaratur per aliam, ſicut dr in legibus: iuxta glo. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. cui ſententiæ proculdubio conuenit, quod ſimile deciſum eſt ab ijſdem DD. in iam allata dec. 10. vt ſcilicet, ſicut in publicatione te-
5 ſtium † requiritur partis citatio, aliàs non valeat: per c. Albericus, de teſtib. ſic eadem ratione productio in iudicio facta de inſtrō probare non debet, niſi pars citetur, vel niſi fuerit citata ad dicendum contra; cum teſtes, & inſtrumenta pari paſſu ambulent, & æquiparentur. l. in exercēdis, C. de fid. inſtr. & c. Ioannes, eo. tit. & c. peruenit de teſtib. cogen. & hanc ſententiam ſequitur Mil. in repert. in verb. citari debet.

6 Concluſione ſic firmata † priori loco erit tibi limitanda, vt non procedat, qñ exemplum iſtud eſſet extractum per eundemmet notariū, qui fuit rogatus de originali, quia hoc caſu in exemplatione illa partis citatio non eſt neceſſaria, ſecundū Rot. in deciſ. 1. de fid. inſtru. in nou. in princ. ꝙ & voluit Innoc. circa fi. Abb. ſub nu. 5. Fel. nu. 2. in c. Albericus, de teſti. ea ratione quia dr vnicum inſtrm. l. vnum, ff. de teſtam. & idem Fel. poſt Abb. in c. vlt. col. 3. num. 5. verſ. in caſu tertio, de fid. inſtrum. hoc idem decreuit Rot. in dec. 290. aliàs 4. de fid. inſtr. in antiq. & in d. dec. 264. aliàs 2. eo. tit. in nou. idem voluit Bar. in auth. ſi quis in ali
* quo. & ibi Alex. nu. 5. verſ. tertio fallit, qui * communem dicit, atque Dec. col. 4. nu. 15. in tertia fallen. C. de eden. hoc idem ēt decidit Bellam. in dec. 15. licet plures, & in deci. 58. Intimatio appellationis, inquiēs iſto caſu maximam vim habere authoritatem cōpulſoris, & neceſſitatem officij, quæ præſumptionem malæ fidei excludit, alio ipſe alijs caſibus credit contrarium: ab hac ēt ſnīa non fuit alienus Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, ff. de eden. per illum text. idque cognouere Bald. & Imo. in d. l. vnū, ff. de teſta. dum cenſuit, ꝙ ſi notarius dicat, iſtud eſt quoddam exemplū ſumptum de manu mea de meo originali, id probare, licet nō producat aliter originale: vt & ex
* * cōmuni ſcribentiū ſententia teſtatur Curt. iun. in d. auth. ſi quis in aliquo, nu. 12. verſ. circa ſecundum.

Ab hac tñ ſententia diſtare vr Bart. ſibi diſpar in l. 1. §. ſi quis in duob. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabu. vbi pro
7 fitendo ſcripſit, † ꝙ idem notarius, qui exemplificat teſtm̄ per eum ſcriptum, dicēs, hoc eſt exemplum cuiuſdam teſtamenti manu mei notarij, non eſſe dandam ex illo exemplo bonorum poſſeſſionem, per illum tex. & per l. ſi donatio. C. de don. cuius pronūciatum approbat Paul. Caſtr. & illud monuit eſſe perpetuò menti tenendum, in d. auth. ſi quis in aliquo, nu. 5. verſ. ideò ſi notarius, C. de eden. & fuit doctr. Bal. in rub. C. de fid. inſtru. col. 6. q. 2. verſ. adde hoc verū niſi contractus. idque veriſſimum eſt arbitratus Roma. in l. ſciendum, col. antepen. verſ. attende tamen ad intellectum, ff. de verb. oblig. & in conſ. 174. Ampliſſimè Doct. nu. 7. verſ. quoad tertium, vbi ait Bal. in hoc nō habere contradictionem. hoc idem aſſeuerauit Ale. in conſ. 175. Viſis narratis, poſt nu. 4. lib. 7. & Fel. in c. ſicut, col. 4. in 3. declarat. verſ. ad quod exemplum, de re iudic. vt & cenſuit Dec. in c. quoniam contra, col. pen. verſ. tertia concluſio, de proba. & ratio huius rei illa afferri poteſt, quia originale inſtrumentum poteſt eſſe vitioſum, & monſtratur verbis notarij aſſerētis non eſſe vitioſum, cum afferat hoc ſine inſtrumento, etiam ſi interuenerit iudicis authoritas: vt rectè animaduertit Paul. Caſtr. in d. authen. ſi quis in aliquo, d. nu. 5. C. de eden.

Vt tamen hi inter ſe diſſidentes authores conciliari
8 poſſint, arbitror dicendum eſſe, † ꝙ aut nos loquimur de exemplo ſumpto ab eod. notario cum ſolemnitatib. requiſitis, & tunc ſine vlla dubitatione tale exemplū probat, quia reuera originale vr: & ita apertè cōſulendo tenuit Card. in conſ. 72. ſingulatim ad ſingula, in 3. dub. vbi inquit, ꝙ ſi notarius, q rogatus fuit de inſtrō, & dedit ſemel vnā copiam, velit aliam facere ex cauſa, ꝙ poſſit: vt notat in l. vnum, de teſtā. & in tali exemplatione nō erit neceſſaria citatio partis, quia vtrunq; inſtrm originale dr, & ad hoc citat Bar. in d. auth. ſi quis in aliquo, & in l. Sempronius Proculo, ff. de legat. 2. & id ēt intellexit Alex. in d. auth. ſi quis in aliquo, verſ. teneo communem, C. de eden. & eſt idem quod ſcripſit Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, ff. de eden. quod & veriſſimum arbitratus eſt Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo, poſt num. 15. verſ. & in hac limitatione, quo in loco ex mente Cardin. in prææallegato conſ. 72. animaduertit, quod ſi ſecus diceretur, nunquam notarius poſſet tradere parti inſtrm publicum, & authenticum, cum originale debeat apud ſe manere. c. quoniam cōtra, de prob. nec huic refragatur conſideratio Paul. de Caſt. ſuperius allata. Nam ex quo ſumptū eſt manu eiuſ. notarij, non eſt præſumēdum eundemmet notariū erraſſe in aſſumptione exempli ab originali. Ideò dicendū eſt credi ipſi exemplo ſicut originali, per ſupradicta.
9 Quod verò pertinet ad d. §. † ſi qs in duobus, cui opinio contraria inniti vr, rñdet Marc. Ant. Bauer. in §. nihil. col. 9 Inſtit. de teſtam. illum tex. loqui in teſtamentis, in quibus diligenter fit obſeruatio l. Cum antiquitas. C. de teſtam. & in eis attenditur voluntas teſtatoris. l. in conditionibus primum locum. ff. de cōd. & demon. cum lex voluit, ꝙ etiam ſi exemplum fuerit ſcriptum manu eiuſdem teſtatoris, non credatur, niſi producatur originale: & idem eſt dicendū in notario rogato de teſtō, quia ſi exemplum confectum ab eodemmet teſtatore non probat, niſi produceret originale, eò minus credendum erit notario rogato de teſtamento ſi producit exemplum, niſi producat originale: ſecus verò dicendum eſt, ſi notarius fuit rogatus de contractu, vel alio actu, quia tunc creditur exemplo quando eſt manu eiuſd. notarij, licet originale non producatur, vt in caſu noſtro: & ita loquitur d. deciſ. 1. de fid. inſtrum. in nou. & cætera iura ad hoc ſæpius allegata.

Quod ſi hæc reſponſio alicui fortaſſe ſatis non fuerit, ad aliam confugiemus, q̃ attulit Alex. in d. auth. ſi quis in aliquo, poſt nu. 5. verſ. non obſtat, dicens di
10 ſpoſitionem illius §. † ſi quis in duobus, intelligendā eſſe, quando illud exemplum non habebat eandem formam, & eſſentiam, quā habebat originale: vt qa ibi nō erant ſubſcriptiones teſtium manu eorum: vt requiritur in teſtō in ſcriptis: iux. l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. ſed erant ſcriptæ manu alterius, ſcilicet exemplantis. cuius quidem conſideratio plurimum conuenit cum eo, quod prodidit Dec. in ead. auth. ſi quis in aliquo, poſt nu. 15. verſ. aut iſta limitatio, quo in loco diſtinguēdo ſentit, quod ſi nos intelligamus, de exemplo ſimpliciter ſumpto etiam manu eiuſdē notarij abſque ſolēnitatibus, quod tunc non probet, quia non eſt authenticum, & ei fides non eſt adhibēda, ad quod citat Bar. in d. l. 1. d. §. ſi quis in duob. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. & iuxta hunc ſenſum poteris tollere iſtud authorum diſſidium.

Priori itaque ſnīæ adhærendo, vtpotè quæ propius ad veritatem accedat, minusq; dubitationis habeat,
11 illam ampliabis, vt etiam locum habeat, † ſi talis notarius ſe tm̄ ſubſcribat, quia parem habet virtutē ſola ſubſcriptio, & ſcriptura, quæ tota manu alicuius conficitur. l. emptor. §. Lucius. vbi Bar. in ſecun. not. ff. de pact. & ita pluribus rationibus, & authoritatibus hoc firmat Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo. nu. 16. vbi etiā quæ contra obijciuntur, refellit. nā, & ſi reſpectu ſcripturæ, quæ in facto conſiſtit, dici poſſit ſubſcribentē non propriè ſcribere, ſed per fictionem, ponderando tex. in l. ſi ergo. §. dotis. de iur. dot. vbi maritus ſubſcribit, & vxor retinet illam ſcripturam velut chyrographum mariti, & ſic non videtur propriè, eius Chyrographus,

graphus,quia dictio,velut,importat fictionē:vt nota.
Bal.in l.pen.C.de interd.matrim.tamē ſi conſidere-
tur ſcriptura reſpectu conſenſus,& ad habendum cō-
ſenſū,iſto reſpectu ita propriè conſentit ille,qui ſub-
ſcribit,ſicut ille,qui ſcribit:ſic ratiocinatus eſt Dec.in
d.auth.ſi quis in aliquo.nu.18.C.de eden.

Secundo loco primario limitare poteris concluſ.
12 vt locum ſibi nō vendicet,† quando pars in partibus
fuit citata per ipſum Compulſorē, & ſibi hoc fuit in-
timatum:ſic diremit Bellam.dec.15.licèt pluries iſtc,
& ita etiam omnes D.Rot. tenuerunt, vt habetur in
d.deciſ.390.aliàs 4.de fid.inſtr.in antiquis.licet Colle
ctor ibi,& in d.deciſ.1. de fid.inſtr.in nouis.teneat cō
trarium,volens.quòd iſte compulſor ſit merus execu
tor,& conſtitutus per Auditores,vt apparet in forma
compulſoriæ ad requirēdum iura . nec auditor poteſt
dare iuriſdictionem extrà curiā , ſed ſi iſta citatio re-
quiratur ad ordinarium loci confugiendum ſit.

13 Verùm quicquid † ſentiat Collect.ibi opin.Rot.eſt
tenenda,quia vt apparet ex forma compulſoriæ,ipſe
compulſor ad inſtātiam impetrantis cōpulſoriā mo-
net omnes,& ſingulos detinentes,& habētes iura ſub
pœna excommunicationis,vt patet in compulſoria:
ſi igitur excommunicat, quāto magis poterit citare?
nec aduerſatur,Auditorem non habere poteſtatē ex-
tra curiā , quia hāc poteſtatem recipit ex cōmiſſione
Apoſtolica,quæ eſt neceſſaria de ſtylo curiæ in com-
pulſoria.

14 Tertio limitabis concluſionē non procedere,† quā-
do exemplatio fuiſſet facta in partibus parte non ci-
tata,ſed tamen poſt factam exemplationem fuit cita
ta in curia ad dicendum contra productionem , quia
ſi cōpareat,& non contradicat,ſed producat illa acta
in quantum faciant pro ſe, cenſetur approbare:ita ha
bemus deciſum à D.Rot.in deciſ.2.aliàs 264.licèt ſe-
cundum.de fid.inſtru. in nouis.cui fauent notata per
Bar.in d.auth.ſi quis in aliquo.col. 2.nu. 10.verſ.quę-
ro,vtrum exemplum.C.de edē. vbi cautum reliquit ,
quòd pars videtur exemplum approbare , quando eō
vtitur poſt terminum,in quo citatus nihil opponit.id
etiam ſcriptum reliquere Anto.& Imol.atq; Fel.in c.
vlt.col.3.de fid.inſtr.& Mil.in reper.in verſ.inſtrumē
tum exemplatum.

15 Quod & ampliare poteris, † vt etiam cenſeatur eo
caſu pars approbare exemplum etiam quātum faciat
contra ſe ; ſi credimus eiſdem DD. Rot. in d.deciſ.2.
de fid.inſtr.in nouis. per not.ab Innoc.in c.cum vene
rabilis,de except.& videtur ſentire Rot.in deciſ.282.
aliàs 3.licèt quis producat.in fi.eo.tit.de fid. inſtrum.
in nouis.

Verùm iſtud poſtremum nonnihil in ſe dubitatio-
16 nis continere videtur, † quia ſi producatur exemplū
ſcriptum manu alterius notarij , licet pars cōpareat ,
& aliquid non opponat,non per hoc facit fidem , qa
præſumitur,quòd illud ſit falſum.iux.glo.vlt.in l.2.ff.
de fid.inſtr.cum ergo iſta productio faciat quē in pę-
nam falſi incidere , nō debet ex eo producens aliquē
fructum conſequi,licèt pars non opponat ita aſſeue-
rauit Bauer.in d.§.nihil,col.8.in fi.Inſtit.de teſtam.et
hæc fuit ſententia Soc.in auth.ſi quis in aliquo. C.de
eden.qui tenet,quod licèt pars non opponat , nō per
hoc fides adhibeatur exemplo.

17 Ab iſtorum tamen mente † receſſit Fulg. in l.procu
rator.nu.2.C.de eden.cui accedere videtur Dec.in d.
authent. ſi quis in aliquo. nu. 27. verſ. 10.& vlt.fallit.
eo. tit. quo in loco tamen diſtinguit conciliādo opi-
niones,& in eo reſidere videtur,quòd ſi pars non op-
ponat maximè quando fuit citata, & iudex non reie-
cit exemplum , videtur approbaſſe ex tacito conſen-
ſu,quibus alludit illud,quod tradidit Bellam. in deci.
58.intimatio appellationis, in fi.vbi ait , quod ſi non
opponatur per partem, fortè videtur tranſumpto ac-
quieſcere, licèt poſteà relinquat hoc cogitandū.

18 Quarto loco eſt tibi limitanda concluſio, † vt non
procedat:qn̄ exemplatio illa in partibus facta fuiſſet
parte p̄ſente,& ſciente: qa tunc nō requirit̄ alia cita-
tio,& tale tranſumptū probat,ſiū Fel. in c.fi.col.3.de
fid.inſtru.ad quod citat not.per Bart.& alios in l.1.ff.
de in ius voc. vbi concludit , ꝙ licet alias ad ſubſtan-
tiam actus requiratur citatio , fallit tamen , quando
quis eſt præſens,vt etiam obſeruauit Ia.ſ.ibi.plura cu-
mulans.ſecus ſi eſſet ſciens , ſed non foret præſens , &
tunc fidem non facit, & non requiritur citatio.

19 Quintò velim limites , vt concluſ.non procedat,ſi
exēplatio hæc fieret per alium notarium de mādato
Papæ,& Iudicis, quia eo caſu citatio partis nō eſt ne-
ceſſaria,& tale exemplum probabit, ita ſcriptū reliqt
Hoſt.in c.peruenit,de fideiuſ. & ibi ſequitur Imol. &
Barb.in vlt.col.exiſtimantes hoc eſſe ſingulare,quib.
adhæſit Fel.in c.vlt.col.2.nu.9.in 4.lim.de fid.inſtr.&
tradidit Dec. in c. cum dilecta, In fi.nu.41.de confir.
vtil.vel inutil.ad hæc conſulas etiam Abb. in d.c.Al-
beric.col.3.poſt nu.5.ver.ſi verò non eſt idē notarius,
qui videtur diſſentire,diſtinguendo aliquos caſus.

20 Sextò limites,vt vera non ſit concl. † quando eſſet
periculum in mora in expectādo partē ; quia tūc ſine
citatione partis fieri poteſt exemplatio, & probabit
inſtr̄m;vt monuit Fel.in d.c.vlt.col.2.nu.10.in 5.lim.
poſt Inno.ibi.de fid.inſtr.& per Dec.in d.auth.ſi quis
in aliquo.nu.10.cui ſimile eſt , quod de examinatio-
21 ne teſtium dicitur, vt † ſcilicet propter periculū mo-
ræ permittatur examinatio,etiam parte non citata,vt
tradunt Doct.& præcipuè Alex.& Dec.in d. authē.ſi
quis in aliquo,col. 3.nu.11.quo in loco in vniuerſum
cenſuit,quòd in his caſibus, in quibus examinatio te-
ſtiū fieri poteſt parte non citata,(qui plures ſunt,enu-
merantur per Rom.in ſing.361.fuit vnus ex vobis)in
omnibus illis etiam abſq; citatione partis exemplū
inſtrumenti ſumptum authoritate Iudicis fidem fa-
cit.Ratio eſt,quia vt iam ſupra diximus,examinatio
22 teſtium,† & exemplatio inſtrumēti à pari procedūt,
vt Rot.d.deciſ.1.de fid.inſtrum.in nouis.

23 Illud poſtremo te velim admonitū, † quod ſi aga-
tur de præiudicio certæ perſonæ , exemplatio inſtru-
mēti,vel priuilegij dēt fieri parte citata nominatim,
& ſpecialiter,vt probatur in c.cum P.tabellio.de fide
inſtr.nec tunc ſufficeret generalis citatio, etiam pro-
poſito edicto generali,ſecundum Bar.in l.ſi eo tēpo-
re.C.de re pigno. quod , & placuit Dec. in d.auth. ſi
quis in aliquo nu.10.C. de eden. poſt Alex. ibi nu.3.
& ita ante eos dixit Spec.in tit.de inſtru.edit.§.oſten-
ſo.verſ.qualiter.cum duobus verſ.ſeq.& Inno. in d.c.
vlt.& in c.Albericus de teſti.hoc etiam conſultus re-
ſpondit Alex.in conſ.106.viſis,& opportunè ponde-
ratis.nu.14.verſ. immo.ſi ſcriptura , & nu. 17.lib.5.&
Card.in conſ.154.in quæſtio.quæ vertitur.

24 Animaduertas tamen, † quod ſi eſſet facta citatio
generalis veluti per proclama, ſi illa citatio peruene-
rit ad notitiā aduerſarij ſufficit , & ita afficitur ille ſi-
cut ſi facta fuiſſet citatio ſpecialis.ita elegāter voluit
Petr.de Anch.in conſ.318.incip.efficax , & fortis, ꝙ
dictū ſingulare cenſet, & menti tenendum Bauer.in
d.§.nihil.col.12.Inſti.de teſtam. Quod tamen velim
25 intelligas,vt verum ſit,† niſi facta fuerit priuilegij pu
blicatio per eum,qui conceſſit; quia tūc ualet publi-
catio nullo præmiſſo edicto,nec aliqua citatione,ni-
ſi aliàs priuilegium in ſe ſit ſuſpectum ; quia tunc ci-
tatio requireretur,ut dixerunt Abb.& Dec. in c. cum
dilecta ille ſub nu.25.& hic nu. 40. de confirma. util.
uel inutil. quod,& ſentit ipſe Dec.in d.auth.ſi quis in
aliquo. poſt Alex.in fi.C. de eden.& declarat Abb.in
d.c.Albericus.col.3.poſt nu.5.de teſt.inquiens, quod
in exemplatione priuilegij quando fit per illum , qui
poteſt concedere, non requiritur partis citatio nō ſi-
cut ſine alterius vocatione à principio cōcedere po-
teſt,ita poteſt de nouo exemplare, vel triplicare.

CON-

CONCLVSIO DCCCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Ex quibus præſumenda ſit hæredis inſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus hæres nemo præſumitur, niſi ex ipſo teſtamento, in quo quis reperitur ſcriptus, appareat.*
2 *Inſtitutus hæres præſumitur, qui dicit ſe hæredem.*
3 *Inſtitutus hæres præſumitur, qui dicit ſe hæredem, quò ad ſui præiudicium tantum.*
4 *Inſtitutio hæredis præſumitur per aſſertionem illius, qui prius negabat que in eſſe hæredem.*
Quod intellige, vt nu. 5.
6 *Inſtitutionem pro expreſſa habendam eſſe, cùm apparet de voluntate teſtatoris, quamuis non expreſſè.*
Et quando de ea apparere ſit dicendum, nu. 7.
8 *Inſtitutus præſumitur hæredis loco, non hæres, quis quando eſt relictus commiſſarius, ſiue executor in teſtamento ad pias cauſas nullo alio hærede inſtituto.*
9 *Inſtitutio hæredis præſumitur, quando ex lege ita diſponitur præſumendum, ne filius dicatur præteritus, & teſtamentum valeat.*
10 *Inſtitutus hæres quis tacitè ex eo præſumitur, quod illi teſtator ſubſtituit.*
11 *Subſtitutionem vulgarem neceſſario non præſupponere inſtitutionem hæredis, ſecus autem pupillarem.*
Contrarium, nu. 12.
13 *Qui vult conſequens, præſumitur velle etiam antecedens neceſſarium. Et ibidem qui illud procedat.*
14 *Inſtitutionem ex eo præſumi, quod pater reliquit aliquã rem filio nomine legitimæ.*
15 *Inſtitutio facta ex rebus certis, nullo alio hærede inſtituto, per iuris interpretationẽ intelligitur eſſe vniuerſalis.*
16 *Inſtitutus hæres is non præſumitur, cui fuit aliquid legatum etiam nullo alio hærede inſtituto.*

1 Regula eſt. ꝙ nemo præſumitur † hæres inſtitutus, niſi ex ipſo teſtõ, in quo qs reperiť ſcriptus, appareat, l. vni. ff. ſi tab. teſt. extra. l. fi. iunct. gl. in verb. manifeſtũ. C. de reb. cred. l. Titię textores. in prin. ff. de leg. 1. in l. Sempronia ff de fur. Roman. conſ. 391. col. fi. verſ. 1. ex tex. & ratio eſt, qa hęredis palã inſtitutio verbis exprimi dẽr. l. hęredes palam, in prin. ff. de teſta. l. iubemus. C. eo. tit. & hæc eſt ſolẽnitas actus neceſſaria. l. inter cęteta. ff. de liber & poſthu. Imo. in l. ſi quis eũ, § 1. nu. 3. ff. de vulg. & pup.

2 Tollitur tñ huiuſmodi præſumptio † per aſſertionem illius, qui dicit ſe hæredem, tex. eſt in l. de ætate, §. ſi quis. ff. de interrog. act. ſi quis, inquit tex. cùm hæres nõ eſſet, interrogatus rñderit ea parte ſe hęrede n, ſic conuenietur, atque ſi ex ea parte hæres eſſet.

3 Quod intellige, vt procedat † tñ quo ad ſui præiudiciu, quemadmodũ ſubiungit textus in illis verbis; fides enim contra ſe habebiť, ſecus ſi agereť de illius commodo, vt ibidẽ declarat glo. per l. exemplo. C. de prob. & in auth. de iureiur. à mor. §. 1. coll. 5. vel de alterius ꝑiudicio; quo caſu non eſt ſtandũ hmõi aſſertioni, ſed deberet omnino probare ſe eſſe inſtitutum hæredẽ, Dec. conſ. 321. nu. 2. conſ. 376. nu. 10. Soc. iun. conſ. 86. nu. 14 vol. 2. Pariſ. conſ. 12. nu. 240. vol. 2. Menoch. de retinen. poſ. remed. 3. nu. 164. Cęph. conſ. 82. nu. 8. lib. 1. Rolan. à Val. conſ. 10. num. 23. lib. 3. Boer. deciſ. 10. nu. 2. Bat. in l. ſi quis. ff. depoſiti.

4 Secundo ceſſabit illa præſumptio, † quẽ nõ eſſe inſtitutũ hæredem, per aſſertionẽ illius, qui prius negabat quẽ eſſe hæredem, ita conſuluit Rom. d. cõſ. 391. col. fi. per tex. quẽ ad hoc notabilem dicit in l. ſi aduerſarius. C. de fid. inſtrum. faciunt que latiſſimè ſcribit Hercul. in tract. de proban. negat. nu. 196.

5 Hoc quoque intellige, vt procedat † tantummodo, quo ad præiudicium aſſerentis, arg. d. l. ſi aduerſarius, & l. de ętate, §. ſi quis, ſecus quo ad alios, quibus huiuſmodi aſſertio præiudicium inferre non poteſt, arg. tex. in l. cohæredi. C. famil. erciſc. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pac. c. denique. 14. q. 5.

Sed quis hęres inſtitutus non intelligatur, qui ſcriptus non eſt, l. vni. ff. ſi tab. teſt. extab. tñ ſi apparet de
6 voluntate teſtatoris, † quamuis non expreſſe, ac ſi expreſſa eſſet legitimè inſtitutio habenda erit; par. n. eſt expreſſio virtualis, & tacita cũ expreſſione actuali, l. cũ quid. vbi Bal. Ang. Sali. & Docto. ff. ſi cer. pet.

7 Apparere aũt tacitè, † ſiue virtualiter de mente teſtatoris exinde conſtabit, ſi ex verborũ conſequẽtia, ſeu antecedentia inſtitutio colligeť, l. vlt. C. de hære. inſtit. & ibi notat Bal. circa principium, in verſ. nota tacitã inſtitutionẽ valere, & in 10. oppoſitione dicit, quod qñ ex expreſſo ſequitur tacitũ, vř expreſſum. l. ſi ita. §. qui filio. ff. de ſecundis tabulis, & tacitam inſtitutionem, quæ ex verbis reſultat, pro expreſſa haberi dicit Aret. in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſth. quem refert & ſequitur Ruin. conſ. 56. num. 10. vol. 2. quotieſcunque igitur ex verbis teſtatoris poterit colligi inſtitutio, idẽ operatur, ac ſi expreſſa eſſet: huius aũt doctrinæ exemplũ ponit Bal. in d. l. vlt. oppoſ. 10. de eo, qui erat hæres Plotij, qui licet ſolum dixerit in teſtõ Sempronius loci hæres eſto, non autẽ dixit mihi, tamen ex quo ex expreſſo in hoc reſultat tacitum, eadem erit deciſio; cùm eadem ſit virtus, facit gl. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. in verb. Caius.

8 Præſumitur etiam tacitè quis inſtitutus, † non tñ hæres, ſed loco hæredis, qñ fuerit relictus commiſſarius, ſiue executor in teſtõ ad pias cauſas nullo alio hærede inſtituto, vt puta, qñ teſtator dixit, iubeo bona mea diſtribui inter pauperes Chriſti per Titiũ: & tunc contra talem inſtitutum poterit intentari actio tanq̃ contra hęredem, ſicut & ipſe poterit agere tanq̃ hæres. Bar. in l. alio. nu. 6. verſ. item cum nemo. ff. de aliment. & cib. leg. iſti enim, inquit, habent vim hæredis, & in l. hæreditas ad Statiũ, nu. 2. ff. de hær. inſti. ibi non vř hæres inſtitutus ille executor, ſed habetur loco hæredis, vt agat & conueniať actionib. hæreditarijs, qui hoc idẽ voluiſſe Roffre. in tit. de act. ex teſtam. affirmat. & Spec. in tit. de inſtr. edit. §. nũc verò aliqua. Inno. in c. cùm tibi de teſtã. Alex. in conſ. 93. in fi. vol. 2. Bar. in l. ſi quis Titio ff. de leg. 2. & in auth. licet. C. de naturalibus liberis & in l. Centurio. ſpecial. 24. ff. de vulg. & pup. Bal. in l. 1. C. ad leg. falc. Imol. in d. l. Centurio, nu. 19. verſ. ſi autem, Caſtr. conſ. 97. nu. 1. vol. 1. & in conſ. 273. nu. 2. vol. 2.

9 Tertiò præſumiť inſtitutio, † qñ ex lege ita diſponitur pręſumendũ, ne filius dicať præteritus, & teſtm̃ valeat, in quib. caſib. excipituť regula, prout in caſu legis. ſi mater filij. verſ. ſed cũ eam. C. de inof. teſt. vbi gl. in verb. prohibetur, & Bar. ibi. nu. 5. dicit, ꝙ contra talem pręſumptionẽ admittitur probatio in contrarium; quod dicit fuiſſe etiam de mente Guil. de Cun.

10 Quartò præſumitur quis † tacitè inſtitutus ex eo, ꝙ illi teſtator ſubſtituit, nam cũ ſubſtitutio requirat præcedentem inſtitutionem, l. cum in teſtamento, §. hæc verba, ff. de hær. inſti. l. 1. §. vlt. ff. de vulg. & pupi. ſubſtit. vbi gl. vbi in prin. in verb. Lucius Titius, teſtator ſubſtituendo alicui præſumitur prius illum ex tacita voluntate inſtituiſſe.

11 Hoc tñ intellige, † vt procedat tñ in ſubſtitutione pupillari, ſecus aũt in vulgari quæ neceſſario nõ pręſupponit inſtitutionem, l. ſi quis ita hæres inſtituatur. circa finẽ, & ibi Bar. no. ff. de hęre. inſti. Bal. in l. 3. nu. 1. C. de impub. & alijs ſub tit. Imo. in l. quęſitũ. ꝑ illũ tex. §. ex facto. nu. 1. ff. de hęre. inſti. Anch. cõſ. 157. n. 2. ver. hinc eſt, quod teſtamentũ Are. in l. 1. nu. 5. verſ.

Digitized by Google

* in gl.ff.de teſtam.& hanc * communem opinionem dicit Mant. in ſuo tract. de coniect.vlt. volunt.lib.4. tit.1.nu.14.

12 Sed nec primam, † ſcilicet pupillarem, nec ſecundam.videlicet vulgarem,præſupponere inſtitutionē, illamq; inducere,tenet Lancel.Polit.in tract.ſubſtit. de compendioſa,nu.42.per l.ex facto,la 1.ff.de here. inſtit.& ea ductus ratione,quia licet regula ſit, quod
13 qui † vult conſequens præſumitur velle etiam antecedens neceſſarium,l.2.ff.de iuriſd.om. iudic. tñ non procedit in eo,in quo vltra voluntatem requiritur expreſſio expreſſa & ſolemnis; nam tunc non eſt ſubaudiendum,vel præſupponendum illud eſſe factum, ꝙ factum non fuit, licet ſit neceſſarium ad illud conſequens,niſi expreſſa interuenerit expreſſio,quæ requiritur in illo actu vltra voluntatem,cùm tunc per voluntatem conſequentis intelligamus adeſſe voluntatem antecedentis; qñ ſola voluntas ſufficit ad eum actum introducendum, iuxta l.illud, ff.de acq.hære. iuncta l.gerit,eo.tit.& §. vlt.Inſtit. de hæred.quali.& differ.modò cùm in inſtitutione non ſolùm requiratur voluntas, ſed ēt nominatio expreſſa de hærede,d. l.hæredes palam,in prin.l.iubemus, C.eo.tit.de teſta. quæ nominatio expreſſa nulla pacto cōprehenditur ex verbis ſimplicis ſubſtitutionis, in qua nulla fit mētio de inſtitutione,hoc enim Doctores ſupponūt, nimirum, ſi prædicta regula non procedat in iſto caſu, & ex quo ſubſtitutio non continet nominationē alicuius in hæredem non operat̃,ꝙ ex illa inſtitutus qs præſumatur, ꝙ quidem fundamentum valde vrget, iuncta maxime d.l. iubemus, quæ vr̃ pro hac opinione terribilis. Pro qua ēt facit cōis illa concluſio quæ habet,ꝙ ſubſtitutio facta filio in poteſtate cōſtituto ſecundum formā Galli Aquilij,non facit illū præſumi hæredem, & ideo teſtm̃ eſſe nullum, de qua latè
* differit,& de tanquam * cōi teſtatur idem Mant. vbi
** ſuprà.nu.17.& magis ** communem illam appellat Alex.in l.vlt.nu.9.C.de hæred.inſtit.prout etiā hanc
* eandem * communem dicit Clar.lib.3.ſentent.§.teſtamentum,q.35.in fi.cum ibi allegat.

14 Quinimò inſtitutio † exinde ēt præſumitur,qñ pater relinquit aliquam rem filio nomine legitimæ: nam illa res cenſet̃ relicta iure inſtitutionis,ita voluit Bat. & Bal.in auth.vnde ſi parens. C.de inoff.teſta.quo in loco Bar.dixit, huiuſmodi quæſtionem vidiſſe de facto illamq; confirmat Bal.per illum textum, in l.humanitatis.C.de impu.& in l.ſi adultæ, C.de hære.act. Corn.in conſ.35.col.3.verſ.accedat.vol.2.& tales filij debent eſſe contenti, neque poſſint venire contra teſtm̃ paternum,§.aliud quoque capitulum,in auth. vt cum de appellatione cognoſci.& in authē. ex cā, C.de liberis præter.& in authent. nouiſſima, & in d. auth.vnde ſi parens,C.de inoffi. teſtam.niſi relictum eſſet minus quam legitima, quo caſu poſſunt petere ſupplementum legitimæ ex reliquo hereditatis,l.ſcimus,§.repletionem,C.de inoffi.teſta.

15 Sicut etiam inſtitutio † facta ex rebus certis nullo alio hærede inſtituto, per iuris interpretationem intelligitur eſſe vniuerſalis, l.1. §. ſi ex fundo. & l.ſi ita quis. ff.de hæred.inſtit. l.quoties, §.duo.& l.ex facto. la grande.ff.eo.Imo.in d.l. ſi quis ita. ad fi.ff.eo.tit.& latiſſimè per eundem in d.§.ſi ex fundo.

16 Si autem alicui fuerit legatum † aliquid etiam nullo alio hærede inſtituto, nō ideò hæres inſtitutus exinde præſumitur;hoc expreſsè habetur in l.hereditas ad Statium,ff.de hæredib.inſtitu.& Iaſ.in l.ſi duob.§. 1.num.6.ff.de leg.1. Bart.in d.l. hæreditas, vbi infert, quod ſi teſtator dixerit,committo tali Abbati, vt det centum fratribus prædicatoribus, nō ideò Abbas intelligitur hæres inſtitutus.

CONCLVSIO DCCCCXXX.

ARGVMENTVM.

Probationem intereſſe difficilem eſſe, & propterea coniecturis & præſumptionibus probari, atque illud alleganti onus probādi incumbere, & quo pacto iſtud procedat in tertio venienti ad cauſam pro ſuo intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe probatio eſt difficilis.*
2 *Intereſſe probatio fit per coniecturas & præſumptiones.*
3 *Intereſſe alleganti incumbit onus probandi.*
4 *Allegare non ſufficit,niſi probetur.*
5 *Paria ſunt aliquid allegare & non probare, & nihil allegare.*
6 *Intereſſe debet probari à tertio veniēte ad cauſam pro ſuo intereſſe antequam admittatur.*
7 *Intereſſe non probato,ſi tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe fuerit admiſſus,valet proceſſus.*
8 *Intereſſe ſummariè & apparenter probare ſatis eſt tertio comparenti pro ſuo intereſſe.*
9 *Probatio cum eſt præambula probatoria, & non deciſiua, ſufficit quod quis doceat de iure ſuo apparenter,licet excipiatur ab aduerſario de nullitate.*
Cuius rei plura ibidem afferuntur exempla.
10 *Intereſſe triplex, propter quod quis poteſt admitti, & in quo ſufficit volenti admitti ſummariè de eo docere.*
11 *Intereſſe ſummariè probare ſatis eſt tertio comparenti pro ſuo intereſſe,dummodo id doceat incontinenti.*
12 *Incontinenti de intereſſe ſuo probare quando quis dicat̃.*
13 *Intereſſe plenè probandum eſt a comparente pro ſuo intereſſe, reſpectu legitimationis perſonarum. Et cur, nu.14.*
Contrarium,nu.15. Conciliatio, nu.16.
17 *Cauſa principalis quando eſt ſummaria omnes articulos ab ea dependentes debere eſſe ſummarios quomodo intelligatur.*

1 Intereſſe probationē † interdum eſſe difficilè dixit Venuleius in l.vlt.ff.de præt.ſtipula.cuius authoritatē ſequuti plurimi in eandem deſcendere ſnīam,vt gl.in c.dilecti.in verb.cum iuſtis,verſ.de damnis,de for.cōpet.Dom.Rot.in dec. 3.aliàs 359. dubitabatur,nu.2. de iniur.& damn.dat. in nou.Bal.in l.vnic.nu.47.verſ. modo cōtra hoc oppono.C.de ſenten. quæ pro eo, ꝙ inter.profer.& in l. ſeruus,nu.2.ff.de ſer.expor. Iaſ.in l.qui Romæ. n.17. poſt verſ.ego poſtremo teneo.ff.de verb.obli.Dec.in l.quatenus.nu.5.ff.de reg.iur. vbi concordē citat Bar. in l.2.circa fi.C.de reſcin.vend.idem net Dec.in cōſ. 322.viſis conſilijs,col.3.poſt num.3.verſ.vnde venio ad ſecundū Io.Igne.in d.l.quatenus, poſt nu.6.verſ. & ratio huius aſſumpti.Iſern.in conſtit. Reg.Neapo. incip.edictorū ordine,nu.17.& in conſtit.in pecunijs,nu.22.Cœpol.in cautel. 125.q vult vendere, nu. 4.Petr.Rebuf.in d.l.vni. ſuper gl. in verb. ſubtilitatē, nu.482.verſ.verū enimuero,C.eo.de ſenten.quæ pro eo.Gab.Caiian.in tract. de eo, ꝙ intereſt, ca.4.col.2. verſ.quare aūt hæc ſpecies.Plot.in l.ſi qñ.n.149.verſ. ſeptimo amplia.C.vnde vi.Ioan. Bapt.Lup. in tract. vſur.cōmen.primo,vel ad l.curabit, §.6.nu.129.verſ. ratio aſſignat̃.C.de act.empt.Petr.Barb.inter cōſ.vlt. volun.conſ.42. vertitur in dubiū, poſt nu.6. verſ.cū enim probatio intereſſe;horū poſtremus Iac. Meno. in tract.de arbitr.iud.cauſ.caſu 116.nu.20.& caſ.119. nu.4.verſ.certum verò lucrum,lib.2.cent.2.

Hæc intereſſe probādi difficultas iuris interpretes permouit, vt ſenuirent vnanimes probationem hanc

per

2 per coniecturas † & præſumptiones fieri debere, ſic
ſanxiſſe viſus eſt Bar. in d.l.vni.in fi. verſ. vltimo de-
bes ſcire. in l.ſi traditio C.de actio. empt.& in l.ſem-
per, §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. ad hoc
idē alluſit Bal.in d.l.vni.nu.48. verſ. ſextò qualiter ꝓ
betur,& in l.1.nu. 16.verſ. qualiter probet̄ fructus,C.
de fruct.& lit.expen. quem ad hoc referēdo ſequitur
Alex.in conſ.189.in cā & lite inter Thadæam vxorē,
col.4.nu.12. poſt verſ. quo ad aliud an probatum ſit,
lib.6.idem quoq; Bal.in d.l.ſi traditio.nu.5. & in cōſ.
270. ad euidentiam præmittendum eſt, nu.7.cū ſeq.
verſ.nam precium rei, vol.1. cuius reſponſum in hāc
ſnīam citat Dec.in d.l.quatenus,num.5.ff. de reg.iur.
hoc etiam ipſemet probauit Dec.in conſ.454.iuridi-
cas eſſe, circa prin. & in conſ.183.iuridicam eſſe, nu.
4. verſ primo, circa licentiam valoris, ſic tradidit &
Iaſ.in l.3.§.vlt.nu.7.verſ.ſecundo not. ff.de eo, quod
cer.loco,eiuſdē fuit ſententię Marſ.in rub.C.de ꝓba.
nu.154.verſ.item etiam intereſſe,& in l.de minore.§.
plurimum,poſt nu.77.verſ. & ſubdit ēt.ff.de quæſtio.
iſtis accedit Rebuf.in d.l.vni. poſt nu.511. verſ.item
per coniecturas,nec alio reſpexiſſe crediderim Ioan.
Petr.Ferrar.in pract.Papien. in forma libell.in actio.
real.in gl.& in florenis nu.31.ad idē reſpondere Ioā.
de Amic.in conſ.148.col.7.verſ.& quamuis. ibi,non
obſtat,ac Burſa.in conſ.68.uendidit anno 1559. poſt
nu.22.vol.1.Cagn.etiam in d.l.quatenus,nu.20.cum
ſeq.verſ.cum in probando,atq; Io.Bapt. Lup.in eod.
tract.de vſur.ad d.l.curabit.C.de actio.empt.cōmen.
2.§.6.poſt nu.127. verſ.alij verò, & poſtremo Meno.
in d.tract. de arbitr.iud.cauſ.119.nu.2. & caſ.120. nu.
5.& 6.lib.ſecundo,cent.2.

3 Huius verò probationis onus † hoc idē intereſſe al
leganti incumbere ex Iuriſconſul. rēſo colligi pōt in
l.ſi patrem,§.qui fideicommiſſariā, circ.fi.ibi, Quod
fortius probabitur, ubi Ang. & Alex. nu.3. in 3.not.
ff.ad Treb.& in l.ſed nec legatarius, cū l.ſeq.ff.de cō-
di.furt. vnà cum multis alijs ad idem relatis à Tiraq.
in tract.de retract.lignag §.1.gl. 2.nu.53.uerſ. præte-
rea iſtud quoq; optimè cōfirmat Lup. in eo.tract.de
vſur.commen.ad d.l.curabit,C.de act.empt.cōmen.
2.§.6. nu.114. vbi in hoc propoſito noſtro docet, ad
obtinendum intereſſe damni, aut lucri non ſatis eſſe
dicere, ſe damnū paſſum fuiſſe, vel quod negotiādo
tñ fuiſſet lucratus, ſed id omne probari debere, cùm
tota vis iudicijq; victoria in recta probatione ſit poſi
ta,vt l.1.& ibi Bal.nu.1.& cęteri ſcribentes,C.de edē.
& in l.1.vbi gl.1.ff.ſi quadrup.pauper.feciſ.dica.vt ēt
tradidere Doct.in l.ſi prius,ſuper gl.egiſſet,ff.de ope.
nou.nunc.nā,vt dicebat Bal.nuperrimè relatus; ille,
qui agere intendit, debet eſſe prouiſus de modo pro-
4 bandi,neq; ei ſatis eſt,ꝙ alleget,† niſi ēt probet.iuxta
ſnīam gl.in c.non eſt,in verb.q̄ allegat. de conſuetu.
lib.6.quam auream appellat Fely.in c. ſi clericus lai-
5 cum, col.2.ſub nu.4. de for.comp.nā paria ſunt † ali-
quid allegare & non probare, & nihil allegare, vt ex
ſententia Alex.dicebat Affl.in deciſ.22.in cauſa ver-
tente inter Alexandrum Venetum,nu.3.verſ.ideo ſo
let,idem voluere Cagno.in d.l.vnic.in vlt.lect.num.
22. & ibidem Rebuff. nu.477. C.de ſent. quæ pro eo,
quod inter. profer.

Iſtud poſtremum velim amplies, vt ēt locum ſibi
6 vendicet in ijs, † qui ad cauſam citantur, quatenus
ſuum putant intereſſe:nam & huiuſmodi intereſſe al
legantes, nō debent admitti, niſi primò de ſuo inter-
eſſe docuerint,ita deciſum reliquere Domini Rot.in
dec.11.aliàs 53.not.ꝙ ubi ſunt,de iudi.in antiq. Biſi-
gnet.ēt in dec.1.verum qñ cōmittitur,de reſcrip. hos
ſequutus eſt Fel.in c.ueniens,il 2.ſub nu.4.& 5.de te-
ſtib.& in c.cū ſuper,in 2.not. de offi.deleg.& in c.au-
ditis,col.14.ſub nu.27.verſ.dixit ēt Rota.de præſcrip.
ad hoc etiam alluſit Inno.in d.c.veniens,ad idem re-
ſpexit Bellam.in deciſ.258.tertio non venienti.

7 Vera quidem eſt hęc ampliatio,† vt ſcilicet tertius
veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, antequā admit-
tat̄,debeat de ſuo intereſſe docere: verùm ſi admitta-
tur is,nec docuerit de intereſſe,valet proceſſus:ita di-
remit Bella.in deciſ.544. ſi pendente inquiſitione.

8 Hanc quoq; ampliationem intelliges, † vt ſatis ſit
huic comparenti intereſſe ſummariè, & apparenter
probare,ſic docet Inno.in d.c.ueniens,in prin.cui ad
hæret Fel.in d.c.cum ſuper,in 2.not.de off.delega.ſic
ēt tradidere Dom. Rot. in ſuperiorib. citatis deciſio-
nib. ad hoc corroborandum adduco doctr. Bar. in l.
1.§.ꝙ ſi ſit,ſub nu.1.ff. de prætor.ſtipula.& in l.ſi quis
à liberis,§.ſi quis ex his,nu.3.ff.de lib.agnoſc. ubi ait,
ꝙ quoties iudicium ſummarium parat præiudicium
reparabile in alio iudicio,ibi non requirat̄ plena pro
batio;quem ſequitur idem Fel.in d.c. cum ſuper,col.
6.nu.16.verſ.ad hoc,ut tertius,de re iudic.

Cuius rei illa pōt afferri ratio, nam cùm huiuſmo-
9 di probatio † ſit præambula probatoria,& non deciſi
ua,propterea ſufficit quod quis doceat de iure ſuo ap
parenter, licet excipiatur, uel replicetur per aduerſa-
rium de nullitate. Vnde ſatis eſt probare ſe electū, li-
cet ſtatim dicat̄,ꝙ electio non ſit canonica. ſic ſenſit
Innoc.in d.c.veniens,il 2. in prin. idem voluit Bella.
in dec.38.eccleſia, & minor. dum aſſeruit minorem,
& eccleſiam petentes reſtitutionem, ſummariè de læ
ſione docere ſatis eſſe quia ius poſtea plenius veniat
in principali negocio diſcutiendū, huc itidē ſpectat,
ꝙ ab eodē deciſum eſt in deciſ. 50. ſi petēs ſe reſtitui.
quo in loco ait, ꝙ vbi aliqua probatio requiritur per
viā pręambuli, ſufficiat ſummaria probatio, q̄ poſtea
in principali negotio plenè decidat̄, hoc etiā confir-
mauere Dom. Rot.in deciſ.87.aliàs 7.non ſufficit pe-
tenti.de reſtit.in integ.in nou.ubi uoluere,quod ante
quam concedat̄ in integrum reſtitutio ad appellan-
dū, ſummariè prius debeat docere de ſuo intereſſe,
quia alioqui daretur materia calumniandi. idē deter
minauere ijdemmet Dom. in dec.4. aliàs 1. poſſeſſor
beneficij.de reſtitu.ſpolia.in nou. vbi in ijs caſibus,in
quibus quis debet docere de titulo, non requirit̄ ita
arcta probatio,ſicut qñ principaliter ageret̄, ſed ſuffi
cit ſummaria probatio. eodem tendunt quamplures
aliæ Dominorum deciſiones,vt deciſ.234.aliàs 35.ſi
rector.in fi.de appell.in nou.& dec.327. aliàs 6.ſi cō-
tra petentē.de except.in no.& deciſ.865.aliàs 7. mor
tuo Titio.nu.3.de teſta.in antiq. atq; Bellam. in dec.
99.in reſtitutorio.in dec.389.ſi in impetratione.in de
ciſ.455.monaſterium.& in dec.593. licet poſſeſſio.in
eandē deſcendere ſnīam Phil. Franc.in c. ſi iudex.§.
1.in 3.not.de ſent.exc.in 6.Gemin.in cōſ.57.in cā Ar
chidiaconi.col.3.poſt nu.3. dicens ꝙ vbi agitur ad ꝓ
bationem tituli, non ad finem decidendi principale
dubiū, ſed ad alium finem incidēter aperientē viam
ad aliud iudiciū ſufficiat probatio ſemiplena,& pro-
ducere probationem prima fronte concludentē, ſe-
cundum Io.And.poſt Hoſt.in d.c.veniens.idē Gemi.
in conſ.16. Geminianus de Mutina. in fi. aſſeuerans,
ꝙ in probatione alicuius præambuli ſufficiat ſemi-
plena ꝓbatio.iſtud ēt tenet Dec. in l.vlt.col.15.n.45.
in fi.ver.non tñ requirit̄. C.de edict.diui Adriā. toll.
idē voluere Marſ.in l.ſi quis ne quæſt. nu.146.verſ.&
ideo dicunt Do.de Rota.ff.de qō. & Ang. Are.in l.à
ſnīa.col. 3.ff.de app.quo in loco declarando iſtā ma-
10 teriā,ſcribit,triplex eſſe intereſſe, † pp quod quis pōt
admitti,primum quando ex proceſſu, qui fieret cum
alio, fieret plenum præiudicium, iuxta l.pen. ff de re
iud. Secundum eſt intereſſe, quando tertio cōparenti
præiudicaret̄ reſpectu poſſeſſionis, vt qa vacan. poſ-
ſeſſio occuparet̄, vel fieret præiudiciū in poſſeſſio.c.
cui incumbit,l.a diuo Pio.§.ſi ſuper reb.vbi Bar.& cę
teri ſcribentes,ff.de re iudi.qui dicunt idē de præiudi-
cio reſpectu proprietatis. Tertium intereſſe eſt quale,
quale pręiudicium ꝙ reſultat ex præſumptione iuris

Digitized by Google

vel.ſi duo.ff.de iureiur. iſtis caſibus inquit ibi Ang. tertius,quãdo vult admitti,ſufficit, quod ſummatim doceat:ad quod citat Ant.in cap. inſuper.de re iudi. iſtud ſequitur Alex in d.l.à diuo Pio. d. §. ſi ſuper rebus.col.1.ff.de re iudic.

Hoc verò,quod poſtremo loco à nobis eſt traditũ
11 primo declarandũ eſt,vt locum habeat,† dummodo iſte talis volens ſummariè probare de intereſſe ſuo, id doceat incontinenti,iuxta ſnĩam Innoc. in d.c.veniens,il 2.nu.1. ſuper verb. incontinenti. de teſtib. & ibi Abb.in 4.no.idq́ videnẽ ſenſiſſe Do. Rot.in dec. 2.aliàs 2.nota,ꝙ opponens ſe.de ſent. & re iud.in antiq.dum eundẽ Innoc.in d.verb.incontinenti.citant. ꝙ apertè probat Dec.in d.l.vlt.col.15.ſub n.45. verſ. in ſecunda concluſione. C.de edict.diui Adr. tollen. idq; obſeruauit Mil.in reper.in verb.exequutio ſnĩæ qñ petitur,vbi poſt Ant.de Butr.declarat; qñ dicatur
12 quis probare † de intereſſe ſuo incontinenti, rñdetq; hoc iudicis arbitrio relinqui, dummodo iſta dilatio, & tempus ad probandum ſuum intereſſe nõ excedat tempus, intra quod facienda eſt exequutio ſnĩæ, quã Anto.opinionem amplectuntur Card. & Imol. in c. cum in iure.de offic.deleg.idem tradidere Abb.Imo. atque Feli.in d.c.veniẽs,col.5.in 6.q.nu.15. de teſtib.
* qui de * communi ſcribentium ſententia teſtatur. Hinc propterea colligunt hi iuris interpretes,Titium volentem aliquid probare vltra montes ad impediẽdam exequutionem ſententiæ non eſſe audien dum, per c.literas,de reſtit.ſpoliat.

13 Secundo loco illud idẽ velim intelligas, † vt procedat ratione intereſſe, ꝙ prætendit iſte veniens ad cauſam,ſecus verò eſt gratia legitimationis perſonarum,in quo iudicio requiritur plena probatio,nec ſatis eſt ſemiplenè probare,vt docuit nos Bar. in l.2.in
* fi.C.de edict.diui Adria.tollen.cuius ſnĩam vti * cõmunem tuetur Dec.in d.l.vlt.nu.47.verſ. item ſupra dicta non procedunt, C.eo.tit. idẽ placuit Iaſ.in rub. C.qui admitti.nu.4.verſ.bene fateor. per contex.in l. 1.§.ſi ea.ff.de vent.in poſſeſſ.mitten.& in §.præterea, nu. 4.Inſtit.de act.confirmat hoc itidem Bal.in l.nequicquam,§.de plano,col.2.nu.5. ff.de offi. proconſ. & lega.ad idem reſpondit Alex.in conſ.59.viſo proceſſu cauſæ tam principalis, nu.2.lib.2. & in conſ.77. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominam Albaxinam,col.3.nu.14.verſ. omitto plura.& in cõſ.147. viſis dubitationib. in cauſa Gaſparis Zuchetæ, nu.2. lib 6.atque Crau.in conſ.104.in princ.hanc eandem ſententiam corroboro ex contex. l.ſi res.C.de ord.cogni.& ex authoritate gl.in d.l.2.in verb.ſeruus.in vlt. par.C.eo.de edict. diui Adr.tollen.

24 Confirmo præterea hac ratione, † nam ante omnia inquirendum eſt de perſona,vt l.3.ff.de teſtam.& l.licet C.de procur.quod ſi forte fortuna perſona nõ eſſet legitima, repelleretur à iudicio, vnde cùm per iſtam diſcuſſionem perſonæ fiat præiudicium cauſæ principali quia ſi perſona non eſſet legitima, non procederetur amplius in cauſa principali: merito debet fieri plena probatio, ſicque probatur in d.l.ſi res. C.de ordi.cognit.

15 Quanquam à contraria † ſtetit opinione Feli in d. c.veniens.il 2.col.5.poſt nu.14.in fi.5. cõcl. de teſtib. vbi eſt arbitratus comparenti pro ſuo intereſſe ſufficere ſummariè probare etiam reſpectu legitimationis perſonarum, idem cenſuit ſibi ipſe repugnãs Iaſ. in d.l.2.ſub nu.5.cum ſeq.C.eo.de edict.diui Adrian. tollen. ea adductus ratione, quia eo modo,quo procedit in cã principali, illo procedit in cauſis ſummaris depẽdentib.ab ea; ergo ſi cã principalis erat ſummaria & executiua, & incidenter emergat dubitatio de legitimatione pſonę,debet ſufficere ſummaria cognitio per doctr. Bar.in extrauag. ad reprim.in verb. ſummariè col.2.quam etiã plurib. alijs corroborat.

Verumenimuero & ſi hęc opinio à plerisq; ſcribẽ-
16 tibus improbetur, † tñ vt aliqua ratione vtranq; tueamur,dicere poſſumus, ꝙ aut ſummaria cauſa eſt grauis præiudicii,aut leuis. ſecundũ Bart.in l.1.§. ꝙ ſi ſit aliqua.ff.de præto.ſtipula.& per Doct.in l.ille,à quo §.1.ff.ad Trebellia.ſi grauis,tunc certè in huiuſmodi ſummaria cã requiritur plena ꝑbatio & legitimatio perſonæ, ſi verò leuis, tum profectò ſemiplena ſatis eſt probatio. Et hoc modo intelligẽdo nõ obſtabũt, quæ adducta fuere à Iaſ.contra Bart.ſnĩam, & quiddum dicebatur, qñ cauſa principalis eſt ſummaria,
17 † ergo oẽs articuli, ſeu adminicula ab ea dependentia debẽt eſſe ſummaria: nam cùm adminicula ſunt diuerſa & ſeparata à cauſa principali, vt eſt perſonæ legitimatio, vt ſenſiſſe videnẽ gl. Archi.& Domi.in c.vlt.in prin.de iudic. in 6.vbi declarãdo quæ ſint de dependentib.cauſæ, nullã de legitimatione perſonæ mentionem faciunt;non eſt iudicandũ de adminiculis,ſicut de cauſa principali: ſecus qñ adminicula eſſent partes cauſæ principalis; vt declarat idẽmet Iaſ. in l.vlt.§.vlt.nu.3.ff de cõdi.indeb.ſicq; tradit aduerſus Iaſonem Petr Gerar.de Petranſanct.in ſing.23.incip. notant Bart.& alij per tot. vbi latius Iaſonis opinionem refellit,hancque confirmat & explicat.

CONCLVSIO DCCCCXXXI.

ARGVMENTVM.

Generalis intereſſe diuiſio in commune ſcilicet,ſingulare & conuentum: atq; quomodo intereſſe commune probetur.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe triplex commune, ſingulare, & conuentum.*
2 *Intereſſe commune quid ſit.*
3 *Intereſſe ſingulare quid ſit.*
4 *Intereſſe conuentum quid ſit.*
5 *Intereſſe conuentum quare fuerit inuentum.*
6 *Intereſſe commune teſtibus probatur.*
7 *Intereſſe commune vt teſtes probent,quid deponere debeãt.*
8 *Intereſſe communi probando ſatis eſt, ſi teſtes cõem æſtimationem, non commune intereſſe probent, quando actor non peteret aliquid vltra valorem rei: alioqui ſecus eſt.*
9 *In intereſſe communi probando vt teſtes communem æſtimationem probent, debent etiam non interrogati rationem dicti ſui reddere.*
10 *In intereſſe communi probando vt teſtes communem æſtimationem probent,debent reddere rationem dicti ſui et non interrogati in æſtimatione rerum immobilium, ſecus mobilium, & cur.*
11 *In intereſſe communi probando,vt communem æſtimationem teſtes probent,quam rationem reddere debeant.*
12 *Intereſſe communem æſtimationem teſtes probant, ſi rationem reddant,quod res ita communiter vẽditur & emitur,modo ſint periti.*
13 *Intereſſe communem æſtimationem teſtes non probant, ſi eam rationem quiſque reddiderit, quia ego tantum dediſſem & darem. Et cur,vt nu.14.*
15 *Intereſſe commune in odium delinquentis iuramento probatur.*
16 *Intereſſe commune probatur per æſtimatores electos. Quid ſi agatur de re mobili: ibidem.*
17 *Praxis in facienda æſtimatione a iudice, cùm rei æſtimatio non eſt in iudicio probata.*
18 *Intereſſe æſtimatio communis vt per æſtimatores electos probetur, illi debent eſſe periti in ea arte.*
19 *Intereſſe æſtimatio communis per quot æſtimatores probanda ſit.*
20 *Intereſſe probatur per æſtimatores electos poſt didicita teſtificata.*

21 *Intereſſe*

21 *Intereſſe cum per aſtimatores electos eſt probandum partes ſunt citandæ in relatione facienda, modo electi ſint à iudice, ſicus ſi à partibus.*
22 *Intereſſe ex delicto proueniens instrumentis pōt probari.*
23 *Intereſſe instrumento probatur; cum æſtimatio fuit recēs facta per æſtimatores publicos, & in instrumentum redacta.*

Diſcutienda nūc ſeſe nobis offert probationis intereſſe materia, cuius explicationis gratia, vt ea, qua poſſumus faciliori methodo ꝑgrediamur cōmunē * in hac re ſcribentium ſnīam amplectentes, tripartito intereſſe di-
1 uidendum eſt, † id commune, ſingulare, atq; conuen-
2 tum. Id igitur quod intereſt † cum ad promiſcua dāna, lucraq; amiſſa reuocatur, primam figuram cōſtituit. cōmune autem hoc in loco interpretamur, non quod omnibus accidit, ſed quod ſimiliter omnes, atque vnus perpeſſi fuiſſent, ſi in eā facti neceſſitatē in-
3 cidiſſent. Altera ſpecies eſt, † cum non de cōi ſententia, ſed ſpecialiter id, quod intereſt penditur qua in re affectus, & certa rei, & perſonæ ratio verſantur, vel hæc coniunctim. His duab. intereſſe formis tertia ac-
4 cedit, quam conuentam † appellant. ea nēpè, cum certa ſumma cauſa eius, quod intereſt promittitur, vt ſi ſtatim vt pretiū acceperis rem emptā non tradas, centum præſtes, quare autem hæc ſpecies inuenta fuerit,
5 hæc cauſa fuit, quòd † res perdifficilis eſt ad probandum quanti interſit, vt in ſuperiori concluſ. latè probauimus, quod homines pertimeſcentes. quæ fieri ſine difficultate poſſint, complectuntur, & ea ratione certā ſummam ſtipulantur: nam tunc alia probatio, q̄ conuentio non exigitur, quia eū contrahentes huic rei conſenſerint, eorum conſenſum lex ſequit. l. vlt. ff. de præto. ſtip. l. procurator. ff. ad exhib. & l. 2. ff. rem rat. hab. ita Dec. in l. vni. nu. 74. C. de ſent. quæ pro eo. quod inter. profer. nec minimè in odium illius, q moram fecit. ſic explicant tres has intereſſe ſpecies iuris magiſtri in d. l. vni. precipuè vero Gab. Catia. in tract. de eo. quod inter. c. 4. de trib. his intereſſe formis in pſentia paucis eſt videndum, qua ratione earum vnāquamq; is, cui id oneris incumbet, probare poſſit.

Aggredior itaq; primam intereſſe ſpeciem, quę cō-
6 munis eſt. † Hāc per teſtes poſſe probari traditum eſt. vt pate: ex l. 2. C. de reſcin. vēd. & ex l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. quod probauit glo. in §. non ſolùm. ſuper verb. probare. Inſt. de verb. oblig. & ibi Ang. in 4. glo. itidem in d. l. vni. ſuper verb. ſubtilitatem. vbi Bart. n.
* 30. ac cæteri * omnes glo. etiam in c. dilecti. ſup verb. cum iuſtis. in med. de foro compet. hoc idem ſenſere Caſt. in l. 2. num. 3. ff. de in lit. iuran. Io. Pet. Ferrar. in pract. Pap in for. libel. in act. real. ſuper verb. & in florenis. nu. 21. in fi. D. Rot. in deciſ. 3. alias 359. dubitabatur. ſub nu. 1. de iniur. & damn. dat. in nou. Ambro. de Vignat. in tract. vſur. nu. 257. poſt verſ. nunc quaero qualiter probetur intereſſe Pet. de Vnzol. in pract. art. notar. §. quando pœna in pactis appoſita committatur poſt nu. 3. verſ. ſed hic quæro.

Iſtud primum oīum velim intelligas, quod ad hoc
7 vt teſtes intereſſe cōe probent, † debeant de communi æſtimatione, & pretio deponere, ex l. 2. C. de reſc. vend. & ibi notant ſcribētes, ita docet Bart in d. l. vni. nu. 30. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 64. viſa cōſultatione. col. 2. lib. 2. & ante eum Bal. in conſ. 103. quæritur qualiter. vol. 1. Debent itidem deponere, quòd tanti fuiſſet vēdita, & empta communiter, vt placuit Flo. in d. l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. vel quod res tali loco, & tempore ſolet tanti cōmuniter vēdi, & cōmuniter reputatur, quod valeat tantum, & q tanti vēdita fuiſſet tali loco, & tempore ita ſenſit Ant. de Burg. in c. 1. col. 3. nu. 7. de empt. & vend. vt etiam conſultū eſt ab Anto. de Butr. in conſ. 52. tota ergo. Et quamuis Bart. vbi ſupra, primo velit, quod fiant duo articuli, ac probentur, primus de communi æſtimatione, ac valore rei, ſecundus de communi intereſſe; tamen paulo poſt concludit, quod ſufficeret probatio primi, quæ includit probationē ſecundi articuli, quia ſi res tanti communiter valet, ergo cuiuſque tanti intereſt eam habere, quod poſtremum declarat Cagn. in d. l. vni. num. 121.

Hoc idem vltimo loco traditum velim intelligas,
8 vt procedat, † quando actor non peteret aliquid vltra valorem rei, alioqui ſecus eſt, vt in d. l. vni. tradunt ſcrib. vt ſi vinū debeas tradere, nō tradidiſti, aliud lōgè cariori pretio emi, poſſum petere vinum, & à tempore moræ quanti plurimi valuit. l. vinum. ff. ſi cert. pet. quia debebas tradere, & tempore præſtituto. l. eū venditorem. C. de act. emp. Item ſi vis petere intereſſe domus deſtructæ, vt in caſu. l. Iulian. in prin. ff. eod. de act. emp. tunc, vt probatio concludat, non ſatis eſt ꝓbare cōem rei æſtimationem, ſed neceſſe eſt, vt etiam probes valorem eorum, quæ ſuperſunt, quorum pretium deduci oportet, ſicuti ſolum, cemēta, & ſimilia, & tunc apparebit quanti intereſt, ita docet Bar. in l. faciēda ff. arbor. fur. cæſ. & in l. cum emptor. §. vlt. ff. de dam. infect. vbi ait ſe vidiſſe errare magnum aduocatum, qui ſolū probauit valorem domus, & deſtructione factā, in quo dēt probari ſecundum eum quantum conſtitit, ſed quantum valet. l. ex danmi, in prin. ff. eo. de dam. infect. & l. 2. §. ſi nauis. ver. ſed in his reb. ff. ad leg. Rhod. de iact. idē placuit Ang. in §. ſi quis agens, col. 5. inſt. de act. & Cur. in d. l. vni. col. pen. & in hoc eſſe frequentius itum tradunt Rebuff. vbi ſupra num. 499. & Cagnol. n. 22.

Quod ergo dicebamus teſtē intereſſe ꝓbare, ſi deponat de communi æſtimatione, ſic intelligas, vt ve-
9 rū ſit, † quando rōnem dicti ſui attulit etiā nō interrogatus, alioqui non probaret cōem æſtimationem, per gl. in l. ſolā. C. de teſtib. idem tradit Bart. in tract. de teſtib. verſ. teſtis dicit aliquem eſſe dominū, in prin. n. 7. vbi inquit, quod ſi teſtis dicat fundum valere decem non probat, niſi rationem adducat, quāuis non ſit interrogatus, cum multis in eandem ſententiā deductis a Dec. in l. qua cenus. n. 6. ff. de reg. iur. & à Cag. in d. l. 2. nu. 236. C. de reſcind. vend. vbi cæteri Doct.
10 Hoc aut procedere declarabis, † quando teſtis deponit de valore & æſtimatione fundi, & aliarū rerū immobilium, quarū valor nō ita facilè percipitur, ſecus in æſtimatione vini, & tritici, & ſimiliū, in quibus non requiritur rationis aſſignatio, eū id, ſuper quo deponit, cadat ſub ſēſum cuiuſlibet hominis rudis: propterea non opus eſt quod vllam reddat rationē, ſi nō ſit interrogatus, vt pulchrè declarat Bal. in d. l. ſolam. col. 2. verſ. quæro nuquid de æſtimatione. C. de teſt. & Alex. in l. pretia rerū. col. 4. n. 12. in fi. ff. ad leg. Fal. q latius cōfirmant Dec. & Cag. locis ſuperius adductis.

Cæterum, roget quis quæ ratio iſthęc erit, quam de-
11 bebunt adducere teſtes in probanda cōi eſtimatione quanti cuiuſq; interſit. Et quidē Bar. in d. l. vnica col. vlt. nu. 31. aſſerit teſtem debere dicere, quod communiter tanti æſtimantur, & venduntur res in foro publico, & in hac ciuitate; & tali tempore, vt ibi p eum, & per
* ſcribentes * omnes in dicta lege pretia rerum.
12 Id intelligas locum ſibi uendicare, † quando teſtes eſsēt periti, nam tunc ſufficeret ratio, quod ita cōmuniter uenditur, & emitur, iux. ſentent. Bart. in l. nemo in fi. ff. de duob. reis. Aret. in c. cum cauſam. col. 5. de teſtib. Anto. de Burgos, in c. 1. de empt. & uend. arg. l. ſi mater. C. ne de ſtat. defunct. quos ad id allegat Rebuff. ubi ſup. nu. 502. uerſ. item procedere poteſt.
13 Secundò uelim intelligas, † ut non ualeat dictū teſtiū, qui uolunt de communi æſtimatione deponere, ſi quiſq; eorum dixerit, quia ego tantùm dediſsē, & darē: non enim probant nec concludunt, et ſi eſsent uiginti, cū ſint ſingulares, & nō habeāt in depoſitione conteſtes. l. iuriſiurandi. C. de iureiur. deponant q; ue de

de ſingulari, non de communi precio, vt requiritur: ita docet Bar. in d. l. 2. col. 1. nu. 17. & 18. poſt gl. ibi. C. de reſcin. vendi. vbi Imo. & cæteri, & hanc * communem eſſe opinionem ex pluribus authoribus, quos citat, refert Cagn. in d. l. 2. num. 240. reiecta opinione Bal. & Sali. contrarium ſentientium.

14 Huius pronunciati ratio eſt, † nam dictum teſtis debet concludere neceſſariò, l. ad probationem, & l. neque natales, C. de probat. & c. in præſentia, eo. tit. ſed hic non concludit, cùm hæc depoſitio, & ad ſingulare, & ad commune poſſit referri, ergo non valebit per ſupradicta, & per contex. in c. cũ Ioannes, verſ. cũ igitur, in fi. de fid. inſtru. vbi etiam Fel. ponderat & ſequitur Rebuff. in d. l. vnic. nu. 500. Cætera de teſtium depoſitione in hoc intereſſe probando fienda non proſequimur, cùm omnia hæc explicauerimus ſupra in materia Aeſtimationis probandæ.

15 Probabitur item hoc intereſſe cõe † per iur͠m in odiũ delinquentis, probata prius per teſtes violentia, l. ſi quãdo, C. vnde vi. l. ſemper, §. in hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam. & c. ſup eo. de his quæ vi metusùe cau. fi. quam quidem intereſſe probandi rationem latè infrà diſcutiendum mihi reſeruo.

16 Tertius erit intereſſe † probandi modus per æſtimatores electos, quanq̃ ſi agat̃ de re mobili, poſſit iudex præcipere, ꝙ ea res ad ſe deferatur, vt videat̃ damnũ eius rei, vtporè veſtis, aut alterius rei mobilis, ſi verò ſit immobilis, põt iudex cum duobus peritis accedere ad illã rem præſentem expenſis partiũ, arg. l. ſi irruptione, §. vlt. ff. fin. regun. illamq; proprijs inſpiciet oculis eumq; periti de damno docebunt, & poſtea ſecundũ illorum dictũ æſtimabit intereſſe, l. vlt. §. vlt. C. de iu. domi. impetran. l. & tm̃, §. his conſequenter, verſ. æſtimatio aũt habebitur ibi, ꝙ officio iudicis expedietur, ff. de ſer. corrupt. & l. ſi traditio. C. de actio. empt. ſic tradunt Accur. & cæteri iuris interpretes in l. rem maioris, circa fi. C. de reſcin. vendit. cui ſententiæ optimè fauet, ꝙ dicebat Bar. in l. ſi quod ex Pamphila. in fin. ff. de leg. 2 ꝙ vbi rei æſtimatio non eſt in iudicio probata, tunc iudex ex officio debeat illam facere inſpectis qualitatibus rei, & alijs inſpiciẽdis, idem Bar. in l. & ſi equo. ff. de leg. 1. & d. l. ſemper, §. in hoc interdicto. & Alex. in d. l. precia rerum, col. 2.
17 ff. ad leg. falc. Quocirca † quo ad bona praxis erit, vt pars intereſſe p illa imploret iudicis officiũ, vt ſe informet ſuper damnis & intereſſe, & poſtea ſecũdum illam informationem & inquiſitionẽ ſuã faciat æſtimationẽ. ſic docent Bar. & ceteri iuris magiſtri in d. l. 2. circa fi. C. de reſcin. vendi. idem Bar. in d. l. ſi quod ex Pamphila, ff. de legat. 2. & in d. l. ſemper, §. in hoc interdicto. cui aſſentit̃ Bal. in d. l. ſi traditio, & Vincẽ. * Hercu. in d. l. precia rerũ, col. 9. hancq́. eſſe * cõem & bonam praxim atteſtatur Rebuf. in d. l. vnic. nu. 489. vbi docet praxim ad hoc, vſq; ad nu. 491.

18 Illud intereſſe probãdi genus primò intelliges, † vt huiuſmodi electi debeant eſſe periti in illa arte, ad q̃ electi ſunt; alioqui cœcus iudicare non poſſet de coloribus: ſic loquuntur iura nuper adducta, propterea non poſſet ruſtico committi, vt æſtimaret damnum illatum in libro: ſic obſeruant ſcribent. in d. l. precia rerum, ita vult gl. in l. mortis cauſa capimus, ff. de donat. cauſ. mort. & id colligitur ex contex. in l. 2. & l. vlt. C. de præd. & alijs reb. nauicul. lib. 11.

19 Secundò intelliges, † vt minimum eligãtur duo, ſi in loco reperiantur, alioqui ſufficiet vnus excellẽs, vt innuit cõtex. in l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecun. nupt. in §. ꝙ autem. in authen. de non alienan. reb. eccleſ. collat. 2. vbi Ang. in l. 2. §. vlt. ff. quis ord. in bon. poſſ. ier. in l. ſi ania. C. de inge. & manumiſſ. ita placuit Bar. in l. cõtinuus, §. item qui inſulam, in fi. ff. de verb. obli. & Bal. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt. vbi Rain. quatuor conſtituit caſus, idẽ voluere Aret. & alij in c. propoſuiſti, col. 3. de probat.

20 Tertiò declarabis, † vt hmõi intereſſe probetur p̃ æſtimatores electos, ẽt poſt didicita teſtificata; teſte Floria. in d. l. ſi ſeruum, ff. ad l. Aquil. ita confirmauere ſcribent. l. 2. C. de reſcin. vendit. dẽ qua re Cœpol. etiam in caute. 166. regulariter, cum his ſenſit Rebuf. in d. l. vnic. nu. 492. verſ. tertio probatur.

21 Quartò velim intelligas, † vt partes ſint citandę in relatione faciẽda per æſtimatores, & hoc qñ ſunt electi à iudice, ſecus à ſi partib. vt l. 2. C. de vſu. & fruct. leg. & ibi Bal. Bar. in l. Theopompus, ff. de dot. prælе. & in l. creditores, in fi. C. de pign. idem Bal. in d. §. his illud, l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. & Cagn. in d. l. 2. nu. 260. verſ. circa quam materiam, & Rebuf. vbi ſuprà, nu. 492. verſ. tertio declara. Multa alia de his æſtimatoribus electis in præſentia non refero, quæ partim à nobis ſuprà diſcuſſa ſunt in concluſio. Aeſtimatio poteſt probari per peritos, partim enucleatè examinantur à ſcribentibus, præſertim à Cagno. in d. l. 2. nu. 258. verſ. venio nunc ad liquidationem, vſque ad nu. 268. C. de reſcin. vend. & à Doct. in d. l. vni. in glo. ſuper verb. ſubtilitatem. præcipuè à Rebuf. nu. 488. verſ. ſecundo eſt videndum, vſque ad num. 491. & à num. 492. vſque ad nu. 496.

Poſtremò quoad tres has communis intereſſe probandi rationes intelliges, vt hoc intereſſe ſic poſſit probari, vt diximus, ſiue debeatur ex contractu, ſiue ex delicto, vt ait gl. in d. l. vnic. in d. ver. ſubtilitatem. licet delicta teſtibus probari debeant, non inſtrumẽtis, c. tua, de coha. cler. tamen intereſſe ex delicto pro
22 ueniens, † poterit inſtrumentis probari: vt ſi promiſſi tibi dare ſeruum ſub pœna centum, & illum Titius interficiat, quamobrẽ non poſſum dare, ſed me oportet ſoluere intereſſe, ſeu pœnam: potero eã petere ab eo, qui interfecit, & probatio intereſſe fieri poterit p instrumentum promiſſionis, ex l. inficiando, §. 1. ff. de furt. quod eſſe notandum aſſerit Rebuf. vbi ſup. num.
23 496. idem fiet in alio intereſſe, † ſi æſtimatio fuiſſet recens facta per ęſtimatores publicos, & in inſtrumẽtum redacta: nam non præſumeretur, iuxta ſententiã Sal. in d. l. 2. col. 7. C. de reſcin. ven. cui aſſentitur Ale. in l. in lege falcidia, §. corpora, ff. ad leg. fal. ſequitur Rebuf. vbi ſup. nu. 496. in fi.

CONCLVSIO DCCCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Intereſſe ſingulare quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe ſingulare per iuramentum quando ſit probandũ, pulchra diſtinctione declaratur.*

2 *Intereſſe ſingulare per teſtes probandum eſt, cùm agitur contra contumacem & moroſum.*

3 *In intereſſe ſingulari probando, quomodo teſtes deponere debeant.*

4 *In intereſſe ſingulari probando, teſtis non probabit, ſi illã rationem reddiderit, tanti mea intereſſet, & cur.*

Contrarium, nu. 5.

6 *In intereſſe ſingulari probãdo, poterit teſtis deponere, quod tanti cuiuslibet intereſſet, &c.*

7 *In intereſſe ſingulari probando non ſufficiet ratio teſtis dicentis, tanti cuiuslibet intereſſet.*

8 *In intereſſe ſingulari probando, teſtis poteſt deponere, quod homines eiuſdem conditionis habebant ſic rem charam in decem, & quod ipſi viderunt eos.*

9 *In intereſſe ſingulari probando teſtis non probabit, ſi etiã non interrogatus ſcientiæ cauſam nõ reddiderit, & cur.*

10 *In intereſſe ſingulari probando, quæ ſcientiæ ratio in teſtibus ſit ſufficiens.*

11 *Intereſſe*

11 *Intereſſe ſingulare coniecturis & præſumptionibus probari.*
12 *Intereſſe ſingulare per familiares & domeſticos deficientibus probationibus poſſe probari.*
13 *Intereſſe ſingulare coniecturis probatur, quando ſufficienter illæ ſunt probatæ.*

Diximus de intereſſe cõi, videamus nũc
qua ratione ſit probandum ſin
gulare. Quocirca paucis agendo, in hoc ſic diſtinguẽ
1 dum † arbitror. Nam aut quæritur de actionibus, in q
bus iuratur in litem, & ſunt arbitrariæ, & bonæfidei,
qñ agitur contra doloſum, & tunc probatur per iura-
mentum, l. in actionib. ff. de in lit. iur. ita ſenſere Bart.
* & cæteri * communiter in l. vnic. C. de ſen. quæ pro
eo, quod inter. proferun. idem Bar. in l. 1. §. condem-
natio. ff. de tab. exhib. cui aſſentitur Roffr. in rubr. de
interd. de tab. exhib. nu. 10. par. 2. & in rubr. de act. ex
emp. nu. 8. verſ. ſed qualiter probabitur, par. 4. idẽ vo-
luit Io. Pet. Ferrar. in pract. Pap. in form. lib. in act. re-
al. in ver. & in florenis, nu. 22. ver. dixi vlterius. ſic rñ-
ſum eſt ab Ang. in conſ. 308. portio, in fi. de qua re ẽt
apud Corn. in conſ. 256. primus cõſultationis, vol. 4.
Aut loquimur in alijs actionib. quæ nõ ſunt bonæ fi-
dei, nec ſtricti iuris arbitrariæ: & tunc aut petiĩ inter-
eſſe ob cõtemptũ maieſtatẽ prætoris, de qua in l. pen.
ff. de in lit. iuran. & in l. ſi familia, ff. de iur. om. iud. &
tũc põt probari per iuſm in litem, vt l. qui reſtituere,
ff. de rei ven. & l. pen. ff. ne quis eũ, q in ius voc. eſt vi
exim. vbi Iaſ. id obſeruauit. Aut ob aliã cauſam petiĩ
tale intereſſe ſingulare, & tunc cõtra dolo delinquẽ
tẽ adhuc probaĩ per iuſm, ex l. ſi qñ. C. vnde vi. & l.
ſemper, §. in hoc interdict. ff. ꝙ vi aut clam. atq; in c.
ſuper eo, ꝙ met. cau. vt voluere glo. in c. in primis. in
ver. expẽdiſſe, 2. q. 1. & in vlt. gl. 3. q. 3. Bar. in l. quidã,
ff. de fur. Bal. in cõſ. 80. principis cura, nu. 2. vol. 3. Ob-
ligatus itidẽ ad factũ, ſi dolo ceſſet facere, aut faciat
ꝙ non debet, ad id, ꝙ intereſt tenetur. ꝙ iuro probaĩ,
per d. l. ſemper, §. officio, vbi gl. & d. l. ſi qñ. & l. non à
iudice, ff. de iudic. ſic tradidere Bar. in d. l. in actionib.
atq; gl. vnà cùm cæteris ſcriben. in c. dilecti. de foro
cõp. quæ ſingula quo pacto procedant paulò poſt ex
plicabimus, cùm de intereſſe per iuſm probando di-
cemus. Poſtremò aut agiĩ contra aliũ nõ dolo delin
2 quentẽ, † ſed contra contumacẽ & moroſum, tunc ꝑ
teſtes intereſſe ꝓbandũ eſt, vt vnanimes dixere Bart.
* in l. vnic. col. vlt. vbi cæteri * oẽs. & ſcribent. in c. vlt.
ꝙ met. cau. & in d. c. dilecti, de foro cõpe. gl. & Bar. in
l. qui concubinã, § . vlt. ff. de leg. 3. Fely. in c. ſacro, col.
vlt. de ſent. excõ. vbi habes ſatis longã diſtinctionẽ.
Pet. Ferra. in pract. Papien. in form. lib. in act. real. in
ver. & in florenis, nu. 30. qui nu. 22. cum cæteris ſequẽ
tibus pulcherrimè enucleat materiam hanc proba-
tionis intereſſe ſingularis, quem videas. & ita diuidũt
probationem huius intereſſe, & declarant Ambroſ.
de Vigna. in tract. vſur. ſiue in repet. ca. ſalubriter, nu.
258. ver. tertio caſu, de vſur.

Cæterùm cùm intereſſe ſingulare per teſtes debe-
3 bit probari, quo pacto deponent, † vt cõcludenter ab
illis probatum dicatur? Et quidem Accur. in d. l. vni.
ſuper verb. ſubtilitatem, ait, teſtes debere dicere, tm̃
actoris intereſſe, veluti centũ habere dictum librũ,
quia tanti cuiuslibet habentis rem notã ſingulariter
4 intereſſet. nec valeret, ſi diceret teſtis, † tanti mea in-
tereſſet, quia deponeret de ſuo ſingulari & proprio in
tereſſe, & ideo ſic deponentes eſſent teſtes ſingulares,
ob id non probarent, vt conſtat ex c. in præſentia, de
prob. & ex l. teſtium, C. de teſti. ita ſenſit Ant. de Bur-
gio. in c. 1. col. 3. de empt. & ven.

5 Contrariam ſententiã † in hoc ſequutus eſt Roff.
in d. rub. de actio. ex empt. num. 10. quo in loco tradi
dit, teſtem deponentem ſuper intereſſe ſingulari ſic
deponere debere: ſi domus illa eſſet mihi cõiuncta,
vel ſi illum librum habuiſſem in ſcholis, ego darem
tantum: & ſic quilibet teſtificando minimum duo
probabunt intereſſe meum ſingulare.

6 Poterit idem teſtis deponere, † ꝙ tanti cuiuslibet
intereſſet, qui eſſet eiuſdem cõditionis, qualitatis, vel
peritiæ, qualis eſt actor, argu. l. continuus, §. cum ita,
ff. de ver. obl. & l. nemo, vbi Bar. ff. de duo. reis.

7 Quod tamen intelligas, † vt non ſufficeret, ſi dice-
ret, tanti cuiuslibet intereſſet; eo ꝙ de communi is de
poneret, vt placuit gl. in d. ver. ſubtilitatem. quã Bart.
* ibidem col. vlt. & cæteros * communiter ſcribentes
eam ſequi teſtis eſt Rebuf. vbi ſup. num. 521. ver. nec
ſufficeret. & Bart. in d. l. nemo, eiuſdem fuit ſententiæ
Spec. in tit. de fruct. & inter. §. vlt. nu. 18. ver. ſed qua-
liter etiam.

8 Ea quoq; ratione deponere poſſet, † ꝙ ſcilicet ho-
mines eiuſdem conditionis & qualitatis habebant
ſic rem charam in decem, & quòd ipſi viderunt eos,
teſte Bar. in d. l. nemo, in fi. teſtis etenim, qui nullã rei
cognitionem habet, non poteſt de ea deponere. nam
quomodo lignarius faber de libro deponet? argum. l.
mortis cauſa capimus, ff. de don. cau. mort. ita ſenſit
Sal. in l. 2. col. vlt. C. de reſcind. vend.

Præterea quoad teſtẽ ſuper intereſſe ſingulari de-
9 ponentem intelligas, † vt is etiam non interrogatus
debeat afferre cauſam ſcientiæ, alioqui nõ probabit:
iuxta ea, quæ obſeruant ſcribentes in l. non ſolũ, C. de
teſti. nam ſingulare intereſſe nõ poteſt teſtis in ſe ſci-
re, niſi per cauſas ex quibus illud oriĩ, & quas ipſum
ſingulare intereſſe implicat & ſupponit, ſicuti de ꝓ-
batione hominis induſtrij & excellentis dicitur in l.
1. C. qui, & aduer. quos. vt ait Bald. in d. l. vni. col. 8. q.
7. & Sal. ibid. col. 13.

10 Cauſa autem ſcientiæ † in teſtibus ſufficiens erit, ſi
dixerint, quia nos ſumus eiuſdem profeſſionis & peri
tiæ, cuius eſt actor, & noſtra tanti intereſſet, ſi dictam
rem haberemus, vt not. ſcriben. in d. l. vni. præſertim
Bar. nu. 32. & in l. precia rerum, ff. ad leg. falc. ſuffice-
ret etiam, ſi teſtes dicerent, ſecundum Iaco. de Aret.
quem refert Rebuf. vbi ſup. nu. 522. ego tantũ darem
quia propter identitatem peritiæ dicitur deponere
de eodẽ, & ſic non ſunt ſingulares, ſed conteſtes, arg.
d. l. nemo, ff. de duob. reis. ꝙ declara, vt facit Rebuf.
vbi ſup. nu. 501. & nu. 522. Quæ verò ponenda ſint in
libello tradit Bart. in d. l. vni. col. vlt. & ibid. Rebuf.
pulchrè, nu. 523.

Nec ſolum his, quos diximus modis, poterit inter-
11 eſſe probari, † ſed etiam coniecturis & præſumptio-
nibus, ex officio ſuo poterit æſtimare, vt inquit Bart.
vbi ſup. in fin. quod ſequuntur Docto. in l. ſi quod ex
Pamphila, ff. de leg. 2. Ambroſ. de Vigna. in d. c. ſalu-
nis,quotieſcunq; res non poſſunt ad oculum demon-
ſtrari,vel quia ſint peremptæ,vel quia non extẽt,per
l.cum res.§.pen.ff.de leg.1.& d.l.in actionib.& l.nũ-
mis.in fi.ff.de in lit.iur.quod menti tenendum dicit
ibidem Bart.idq; multa notatione dignũ eſſe ait Iaſ.
in d.l.ſi quando.nu.35.& in d.l.actionib.num.40.vbi
alios idem ſentientes adducit.& ibidem Dec.col.vlt.
ſub nu.31.cum Bar.cõuenit Bal.ibidem,§.planè.nu.
2.atq; Paul.Caſt.nu.7.in fi.& nu.12.idem placuit Io.
Petr.Ferrar.in pract.Papien.in for.libel.in actio.real.
ſuper verb.& in florenis.nu.31.ver.illud autem,quod
ſubijcitur.

Secundo loco concluſionẽ vna cum ſuperiori in-
9 telligẽtia velim intelligas.†etenim,vt hæc minus le-
gitima iuramẽti probatio in intereſſe probando ad-
mittatur,nõ ex ea ſimpliciter probationis difficulta-
te prouenit,ꝙ res non extet,vel non appareat:ſed re-
quiritur,quod talis ſit actus,q ex ſui natura cõiter pro-
bari non poſſit,vt in l.conſenſu.C.de repud.in c.ve-
niens.il 2.de teſti.in c.& ſi Chriſtus.in fi.de iureiur.&
ita tradunt Ant.de But.& Imol.in c.tertio loco.in gl.
2.de probat.quemadmodũ,& de teſtibus dixit Alex.
in conſ.65.viſo themate,& dubijs.col.2.poſt num.7.
verſ.reſtat ergo.lib.1.nam illud explicans,teſti aliàs
minus idoneo fidem adhibendam eſſe,qñ alia pro-
batio deficit.ait illud eſſe verum,cũ ex natura illius
facti,& negotij veriſimiliter alij teſtes nõ poſſunt ha-
beri;quod exemplo demonſtrat.& in conſ.252.viſo
proceſſu cauſæ matrimonialis.col.4.verſ.ad idem,ꝙ
not.do.Abb.lib.5.idq; menti tenendum inquit Abb.
in c.vlt.in 2.not.de teſtib.cogen.Iaſ.in l.1.in lect.Pa-
tauina.in fi.C.de ſumm.Trin.& fid.cath.Dec.in d.c.
tertio loco.col.1.in 2.not.n.4.de probat.ad quod plu-
rimos congerit Marſ.in ſing.73.plures ſunt.& hoc in
propoſito noſtro de intereſſe ſcripſit idem Dec.in d.
l.in actionib.32.ff.de in lit.iur.

10 Tertiò velim intelligas,vt cõcluſio procedat,† qñ
ſemiplenè ſaltem intereſſe probatum ſit.nã tunc de-
ferendum eſt iuramentum in ſupplementum proba-
tionis à iudice:ita docent ſcribentes in d.l.vnic.& ibi
præſertim Rebuf.nu.511.ſuper gl.in verb.ſubtilitatẽ.
cum nu.ſeq.vbi id egregiè confirmat.C.de ſent.quæ
pro eo.idẽ probare videtur Bar.in d.l.ſi quando.poſt
nu.2.verſ.itẽ oppono.C.vnde vi.huc reſpexit Bal.in
d.conſ.345.num.1.uol.2.& id obſeruauit pluribus in
locis Iaſ.ut in l.admonendi.nu.15.in 5.not.& nu.75.
uerſ.iſtud iuramentum.& in repet.eiuſdem l.nu.24.
uerſ.item not.& nu.86.uerſ.quid tenendum,& num.
276.ff.de iureiur.& de hoc meminit Burſ.in conſ.68.
poſt nu.38.uerſ.tertio reſpondetur.in fi.uol.1.& una
* mente * omnes id ſenſiſſe ſcribentes,teſtis eſt Plo.in d.
l.ſi quando.nu.427.cum alijs ab eodem Burſ.allega-
tis in d.conſ.68.& hoc plenè tradunt ſcriben.in l.in
bonæ fidei.C.de reb.cred.& in d.l.admonendi.& in
l.manifeſtę.ff.eo.tit.de iureiur.quod multis corrobo-
rat Marſ.in ſing.83.in ore vulgi.& in ſing.322.iura-
mentum.vbi hanc doctrinam limitat.

Concluſionẽ vnà cũ in ea traditis ſic primũ limi-
11 tabis,vt locũ non hẽat† in probando intereſſe ſingu-
lari.nam illud plenè probari dẽt,nec deferẽdum eſt
iuſm in ſupplementum probationis:ſic animaduer-
tit Bal.in d.l.vni.in fi.C.de ſent.quæ pro eo,quod per-
petuò menti tenendum eſſe dicit.cuius authoritate
permotus Iaſ.in eandem deſcendit ſententiam in d.l.
admonendi.nu.111.verſ.ſimiliter quando agitur.&
in repe.eiuſdem l.poſt nu.296.uerſ.31.non deſeritur.

Huius

Huius limitationis ratio eſt, † quia ratio teſtis procedit per viam induſtriæ,non per viam ſenſus corporalis,& ideò eſt probandũ intereſſe liquida probatione, ſic docet Bal. vbi ſuprà. cuius verba veluti aurea, eſſe ſignanda dicit Cur.in d.l.admonendi. 23. fallen. nu.216.vbi aliam excogitat rationem, inquiẽs,illud propterea euenire,quia de ęſtimatione fienda veriſimiliter poſſunt haberi plures teſtes; vt idem probat ibidem,in 4.fallent.nu.192.& 24.fallent.nu. 217.

Secũdo loco tibi erit limitanda cõcluſio,† vt vera ſit cũ agitur ad intereſſe cõtra doloſũ in cõmittẽdo, & faciendo,ſecus verò in non faciẽdo,vel omittẽdo; vt hoc egregiè comprobari poteſt ex l.C.reſponſo,in l.argentarius.§. cũ autem.ff. de eden.vbi Bal.nu.1.id notat.quod relatu ſingulare cẽſuit Rom. in ſing.406. intereſſe aduerſus doloſum;& in d.l. admonendi.col. 17.& ita notant Petr.de Bellaper.in d.§. cum autem. nu.3.& 4.Alex.nu.8.Iaſ.nu.6.& idemmet Iaſ.in d.l.ſi quando.col.vlt.poſt nu.57.verſ.limita etiam.C.vnde vi.hoc idem valdè confirmat illud: nã probato dolo notarij, de omnibus damnis, & intereſſe ſtatur iurõ partis,textus eſt quem Bar.&*omnes ibi exiſtimãt ad hoc ſingularem,in l.vlt.C.de mag.conueni. ꝙ quidẽ verum intelligitur,ſi dolus notarij fuit in faciẽdo, ſecus ſi in omittendo; quia tũc intereſſe dẽt plenè probari,non autem defertur iuramentũ in litem:ita ſentiunt Bal.& Alex.in d.l.qui accuſare.ille nu. 3.hic in fi.C.de eden.per contex.in d.§.cum autem. & Iaſ. in l.ſi mora.col.5.poſt nu.23.verſ. ſexto ad iſtam regulã adde.ff.ſol.matr.& alio cõtex. corroborat hoc idemmet Iaſ.in l.ſi prius.col.13.poſt nu.49.ff.de nou.oper. nunc.ſcilicet l.4.§.ſed & ſi quis.cum gl.ff.fin.regund. eidem Romani ſententię accedunt Alex.in cõſ.214. quando dolus.in prin.lib.7.atq; Ant. de Petru. in l.1. nu 343.verſ.prędicta autem.in 72.effect.ff.de iureiur.

14 Huius limitationis rõ eſt:†nam grauius eſt delictũ, quod committitur in faciendo,quàm illud,quod cõmittitur in omittendo,vel negligendo, vt author eſt Accur.in l.ſi mora.in verb.ne facto.ad fin.vbi Iaſ.ad ſaturitatem.nu.22.cũ plur.ſeq.ff.ſol.matr.idẽ Accur. in l.lege Cornelia.in prin.ff.ad Syl.& in l. vbi Bal.C. de liber.& eor.lib.& in l.ſeruũ.in prin.ff.de verb.obl.

15 A contraria † tamen ſtetẽre ſnĩa ſcribentes*cõiter * in d.§.cum autem.l.argentarius.ff.de edend. & in d.l. qui accuſare.vt latè per Cagn.in d.l.vni.ſub nu.126. C.de ſent.quæ pro eo. Bart.itidẽ in d.l.ſi prius.q.2.vbi Iaſ.col.13.n.48.verſ.expeditis omnib.ff.de nou.oper. nunc.per l.qui reſtituere.ff. de rei vend.

16 Huic opinionũ repugnantiæ† ſic ſatisfacere poſſumus:nã præmiſſa procedunt cõtra doloſum in omittendo,ſeu in negligendo, qui tenebatur originaliter iure actionis tunc enim contra eũ poſſet iurari in litem probando intereſſe per ſolũ iurm,ſed contra doloſum in omittendo,qui nõ tenetur originaliter iure actionis,& ſic nõ præceſſit obligatio, ſed ſolũ tenetur officio iudicis nobili; vel mercenario nulli actioni ſeruienti,veluti,contra argentariũ,vel aliũ,qui non vult edere,& tenetur,qui tñ ex officio iudicis ſolũ,&. non iure actionis poteſt conueniri,non põt iurari in litem,nec intereſſe probari ꝑ iurm in aliquo caſu, et ſi iudici non pareatur,& agatur de contemptu iudicis in non parendo illi, ſed debet teſtibus probari:ita aduenit Accurſ.l.harum.in gl.vlt.vbi Bal. plurimũ illã commendat.ff.ſi ſer.vendi. ſic alij plures hoc ſunt ſecuuti,quos enumerat Iaſ.in d.l.ſi prius.d.n.48.vbi id ** magis**communiter eſſe receptum teſtatur.& ibidẽ * cęteri*omnes.id quoq; placuit Dec.in d.l.in actionibus.col.10.nu.27.verſ.vlt.etiam not.& in eandem ſẽtentiam idemmet Iaſ.in d.§.cũ autem.ſub nu.7.Cur. in d.l.admonendi.nu.215.ſcriben.in d.l. qui accuſare.& Didac.Segura in repet.l.ſi ex legati cauſa. num. 124.ff.de verb.obl.quibus accedit Gabriel Sar.in addit.ad ſingularia Rom.in d.l. ſing.406.

Tertiò poteris limitare cõcluſionem, vt locũ ſibi 17 vendicet,†quando quis ex dolo ſuo cõuenitur, ſed ſi ex alterius dolo conueniret, vel ambigeretur,an ipſe conuentus, vel alius dolum commiſerit: ſecus eſſet: nam tunc per veras probationes intereſſe probari debere,oſtendit Bar.in d.l.vni.num.5.ff.fur. aduer.naũ. caup.ſtabula. & in l.sẽper.§.vlt.ff.quod vi, aut clam. & in l.1.nu.2.in fi.ff. quand. ex fact. tuto. vel curato. vbi etiam Dyn.& Cyn.in d.l.ſi quando.idem Bart.in l.ne quid.col.2.nũ.3.verſ.quæro tunc,quando agitur. de incend.ruin.naufrag.probauit hoc item Bal.in c. 1.§.conuenticulam.in fi.de pace iuramenr. firmand. * & hanc*cõem eſſe ſententiam, & veram teſtatur Iaſ. in d.l.ſi quando.nu.43.& in d.l.in actionib.ſub num. 34.in 7.requiſ.& ſub nu.40.verſ.ſecundo limita.& ita * *communiter concludere legiſtas aſſeuerat Abb.in d.c.ſuper eo.nu.5.in fi.quod met.cauſ. ad idẽ reſpondit Barb.in conſ.76.ſapienter ſcribitur.col.5.in fi.nu. 7.vol.4.vbi alios eiuſdem ſententiæ viros refert. quẽ ſequitur Marſ.in ſing.338.extant ſtatuta.nu.2. idque ſingulari memoria dignum arbitratus eſt Aluiſ. de Alber.in ſing.290.vbi quis tenetur.idem voluit Ant. de Petruc.in d.l.1.nu.345.verſ.ſecundo temperetis.in 72.effect.ff. de iureiur.

18 Quartò limitanda eſt concluſio.†nã ad probandũ intereſſe per iurm non ſufficit dolus: ſic habemus in d.l.in actionib. in verb. planè. ff.de in lit. iur. de quo pulchrè per Ang.in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. cui adhæret Iaſ.in d.l.ſi quando.nu.37. in fi.& nu.41. in fi.ad idem reſpondit Corn.in conſ.81. quanquam in hac conſultatione.col.3.in fi. verſ. immò attentari poſſet.vol. 4. quem referendo ſequitur Dec. in d.l. in actionib.nu.28.verſ.in tertio requiſito.

Hinc facilè diluitur illa quæſtio, de qua cuncti ſuprà relati ſcribentes ſuperioribus in locis quærunt.le-19 ge municipali cautum eſt,†ꝙ ſi cui ſua furto fuerint ſubtracta in ciuitate,rure,vel oppido,loci incolæ pro huiuſmodi illato damno teneantur damnũ illud reparare.fingamus alicui in oppido ſua furtim ablata fuiſſe,idq. plenè probet, ſed res ſibi furto ſubtractas probare nequit,nec quot, & quantæ fuerint:iurm ne damnum paſſi de huiuſmodi illato detrimento fides * erit habenda?*communis eſt ſententia ſcribentium, quod non ſtetur iuramento damnum paſſi, quando oppidum tenetur ex ſtatuto, vt teſtis eſt Iaſ. in d. l. ſi quando.nu.38.propterea quod, vt poſt multa idẽ ſubiungit ibidem,nu.41.illud eſt delictum, cuius culpã ex prẹſumptione,& vehementi coniectura oppidani ipſi ſuſtinent.regula enim eſt, quam tradit Bart. poſt Iac.de Aret. in l.ſi ita teſtamẽto.§.vlt.per illum text. ff.de fund.inſtruct.quod vbicunq; furtum, ſeu damnum committitur in alicuius oppidi agro, oppidani dicantur commiſiſſe tale delictũ:quia tunc niſi aliud appareat præſumuntur ipſi oppidani.

Eandẽ concluſionem quinto limitabis,vt ꝓcedat, 20 †cum ciuiliter,non autem cũ criminaliter agitur.nã tunc intereſſe per iurm damnum paſſi non poterit probari:vt quia ſtatutum imponat pœnã criminalẽ, ſecundum qualitatem,& valorem rei ſubtractæ,veluti,quod fuſtigetur,ſi res valet vltra decem:ita decidit Bar.in l.vlt.nu.4.ff.de in lit.iur.& ratione permotus, quòd in criminalibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores,l.ſciant.C.de prob.hoc idem ſequuntur Ang.in d.l.ſi quando.Fulg.in l. cum furti. ff. eo.de in lit.iuran.& Alex.in d.l.vlt.ſub nu. 1. vbi optima ſimilitudine confirmat hanc opinionem.

21 Contrariam ſententiã† ſunt ſequuti Ang.à ſe ipſo diſſentiens,in d.l.furti.Rom.in d. vlt. Imol. in d.cap. vlt.col.4.per illum text.quod met.cauſ. & per text.in d.l.ſi quando.vbi Iaſ. cum eo ſenſit,num.57.& in d.l. vlt.num.7.

Has inter ſe pugnantes ſcribentiũ ſententias con-22 ciliare poteris†hoc pacto, quod aut agitur ad ſolam æſtimatio-

æſtimationem,'& tunc procedit opinio Ang.& cęte-
rorum cõtrà ſententium. nam ſiue agatur ciuiliter,
ſiue criminaliter,ſtatur iuramento eius, cui res furto
ſunt ſubtractæ d.l.ſi quãdo.& d. c. vlt. aut agitur cri-
minaliter,vt ex æſtimatione fortè maiori, vel mino-
ri inſurgeret maior,vel minor pęna,& tunc locũ hẽt
opinio Bar.& aſſeclarũ, vt requiratur alia probatio,
quàm per iuramentum,quãdo poſſet ex ipſa æſtima-
tione ſequi maior pœna:ita conciliat Cur.in d.l. ad-
monendi.nu.349.verſ.quarto limitatur.ff.de iureiur.
23 Sexto loco velim limites,† vt tũc demũ de intereſ-
ſe per iuſm damnum paſſi cõſtet, modò per partem
aduerſam contrarium non probetur. nam licet iure
communi per d.l.ſi quando.diſpoſitum ſit, quod de
damno, vel furto ſtetur iuramento damnũ paſſi,isq;
iurauerit æſtimationem rerum ſuarũ tantum valere,
tamen aduerſarius contrariũ poterit probare:ita gra-
uiter,& doctè ſcripſit in materia noſtra Ang.in d.l.q
reſtituere.col.2.ff.de rei vend.& apertius in l.qui vaſ.
in prin.ff.de fur.& in auth.de exhib. reis. in princ.idẽ
probauit Bart.in l.2.§.ſi à pupillo. col. 2. nu. 6. ff.pro
emp.cum multis alijs ad hoc adductis à Fel.in c.pro-
poſuiſti.col.2.in 2.concluſ. nu. 3. ibidem Abb.nu.1.
de probat.hoc ẽt confirmo authoritate Abb.in c.cõ-
tinebatur.col.2.ſub nu.7.ſuper verb.ſtandũ eſt verbo
viri.de ſponſ.impub.Iaſ.item in d.l.ſi quando.col. 4.
nu.27.ver.adde multum benefacere.& ibidem Cyn.
& idem Iaſ.in §.ſed iſtę, col. 24. Inſtit. de actio. vbi
alia pro hac limitatione adducit. idem obſeruauit
Marſ.in ſing.357.extant ſtatuta in aliquibus ciuitati
bus.ſimile eſt, quod notauit Iac. Butr.in l. 1.C. de re
24 iud.vbi vult,quod ſi ſtatutũ† diſponat,quod debeat
ſtari dicto officialis,intelligatur, niſi probetur cõtra-
riũ.cui accedit Paul.Caſt.in l.vlt.ff.de prætor. ſtipul.
25 eodem pertinet,quòd licet nuncio† credendũ ſit ali-
quem citaſſe,c.cum parati.de appell.l. magis puto.§.
ne tamen.ff.de reb.eor.tamen poterit probari cõtra-
rium,vt author eſt gl.in cap.ſi teſtes.§.itẽ teſtes,quos
accuſator.in verb.in executorib.4.q 3.Spec. etiam in
§.ſequitur.col.2.verſ.ego dico.vbi Io.And. in addit.
ad eundem.de citat.idem Io.And.in c.quoniam cõ-
tra.de probatio. & Arch.in c. venerabilibus. de ſent.
excommu.lib.6.quam limitationis noſtrę materiam
ad vnguẽ examinat Alex.in l.qui bona.§.quidamni.
ff.de damn.infect & in l.2.§.ſi abſens.num. 7. ff. ſi ex
noxa.cau. atq. in conſ. 71. clariſſimè domine iudex.
col.2.lib.3.& in conſ.114.in cauſa, & lite vertẽte in-
ter filios,& hæredes.col.2.verſ.circa tertium.lib.4.&
nonnullorum authoritatibus hoc idem corroborat
Afflict.in deciſ.91.iterum in cauſa Alex.nu. 12. verſ.
bene tamen fateor.

Cuius limitationis illa ratio eſt. nam probationũ
26 ea natura eſt,† vt vna probatio recipiat aliam proba
tionem meliorem in contrarium,l. cum de indebito.
ff.de prob.ſic in propoſito noſtro docet Paul.Caſt.in
d.l.vlt.nu.5.ff.de prætor. ſtipul. Quo pacto autem ꝓ-
betur contrarium,hoc eſt, damnum non fuiſſe datũ,
te docebit Plot.in d.l.ſi quando.nu.777. cum ſeq.ſub
5.lim.ad eandem leg.C.vnde vi.

Septimò limitanda eſt concluſio, præcipuè verò
27 ampliatio ad eandẽ ſuperius tradita,† vt locũ ſibi nõ
vendicet in furto præſumpto, in quo de intereſſe per
iuſm non poteſt probari.nam licet in quocunq; vio-
lentię damniq; genere intereſſe per iuſm probari an-
teà diceremus,in furto tamen præſumpto, vt in caſu
l.2.§.Diuus Adrianus.ff.de iur. fiſci. id locum nõ ha-
bere author eſt Alex.poſt Ang.in auth. ſi quis in ali-
quo.col.vlt.ſub nu.9.ver.ſed Cyn.C.de edend.quem
ſequitur Fel.in c.ſicut.col.5.in 4. declarat. poſt nu. 7.
ibi,quia d.l.ſi quando.de re iud.nam cum in d.§. Di-
uus Adrianus. oriatur illa præſumptio ex dolo com-
miſſo in non exhibendo inſtrumenta, quæ poterat
exhibere,conſequitur, vt tunc probatio per iuramẽ-
tum locum non habeat; iuxta illorum ſcribentium
ſententiam,quos in ſecunda ad concluſionem limi-
tatione in medium adduximus.ſic generatim in om-
ni eo,qui tenetur ex quaſi delicto, d.l. ſi quando.lo-
cum non habere oſtendit Azo in ſumma tit. ad leg.
Aquil.quem ſequitur Cur.in d.l.admonẽdi. nu. 347.
verſ.ſecundo limitatur.
28 Octauò eandẽ concluſ.limitabis,† vt non ꝓcedat
in ꝓbatione intereſſe lucri ceſſantis; cuius ea natura
eſt,vt plenam requirat probationem,nec probatione
deficiente admittat iuſm in ſupplementum: ita do-
cet egregiè Bal.in ſæpè repetita.l.vnic.ad fi.C.eo.cu-
ius dictum tanquã ſingulare ſequitur, nec vllum ha-
bere cõtradictorem tradit Lanfr.de Oria.d.l. admo-
nendi.nu.74.in 18.concluſ.eiuſdem Bal.ſnĩam com-
probat Iaſ.in §.curare.col.vlt.nu.59.Inſtit. de act.idẽ
facit Dec.in l.quatenus.nu.5.ff.de reg.iur. & in conſ.
320.Thomas Laurentij.in fi. quod referẽdo ſequitur
Io.Baptiſt.Lup.in commen.de vſur.commen. 1.§. 6.
ſub nu.117.verſ.ſimiliter aduertendum eſt.
29 Nonò concluſio limitanda eſt;† nam licet,vt dice-
bamus, intereſſe nonnunquam probetur iuramento
damnũ paſſi, tñ iudex poterit dictum iuſm modera-
re conſiderata qualitate iurãtis, & illiuſmet faculta-
tibus:ita ſancitum eſt ab Impp.Dioclet.& Maxim.in
l.ſi traditio.C.de act.emp.& vend.ſi traditio, inquiũt
Impp.rei venditæ iuxta emptionis contractũ proca-
cia venditoris non fiat, quanti intereſſe cõpleri em-
ptionem fuerit arbitratus præſes prouinciæ, tantũ in
condemnationis taxationẽ deducere curabit. ſic no-
tat Bar.in d.l.vnic.nu.5.ff.fur.aduer.nau.caup.ſtabul.
quem refert,& ſequitur Marc.Ant. Bauer.in tract.de
virtut.iuram.ſub 50.virt.nu. 75. verſ. tertio tempera.
ad idem reſpondit Rom.in conſ. 270. pro deciſione.
nu.5.cui adhærent Dec.in d.l.in actionib.col. 10.nu.
26.ver.in ſecundo requiſito.ff.de in lit. iur.& Ant.de
Petruc.in d.l.1.num. 345.verſ.tertio temperetis.ff. de
iureiur.quod nec latuit clariſſ.Menoch. in tractat.de
arbit.iudic.cauſ.caſ.119.in fi.lib.2.cẽt.2. vbi aliorum
ſententijs hoc confirmat.
30 Decimò limitabis concluſionẽ,† vt locum nõ ha-
beat,cum contractus eſſet fœneratitius,vel ſuſpectus
de vſuraria prauitate. nam cũ venditor reddatur ꝑ
vſuram infamis,vt in l.improbum. C. de infam. pro-
pterea tali caſu contra emptorem moroſum ac do-
loſum nõ poſſet iurari in litem ſuper vero intereſſe;
ſic reſponſum eſt ab Alex.in conſ.93.repetitus.col.1.
nu.1.cum ſeq.lib. quod relatu eximium cẽſuit Marſ.
in ſing.273.notiſſimum eſt.col. 1. & placuit Plot.in
d.l.ſi quando.nu.427. C. vnde vi. quos referendo ſe-
quitur Pet.Io.Anch.ſami.iur.quæſtio.lib.2.quęſt.35.
in fi.hoc idem pluribus comprobat Cagnol. in l. cu-
rabit.nu.54.cum ſeq.C.de actio. empt.
31 Vndecimò eandem limitare poteris,† vt non pro-
cedat in eo,qui ſolum officio iudicis nobili cogi po-
terat:tunc enim intereſſe non probatur per iuramen-
tum in litem contra doloſum; cum tale officiũ nullã
pręſupponat obligationem,l.qui per concluſionem.
ff.de act.empt. ſitque talis minus obligatus. ideò nil
mirum, ſi intereſſe probari nequeat per iuramẽtum,
ſed per teſtes,vel alias probationes ſit probãdum; vt
* *communiter ſenſere Alex.Iaſ.& cæteri in l.argenta-
rius.§.cum autem.ff.de edẽd.Dec.in d.l. in actionib.
col.pen.nu.27. ff.de in lit. iuran. Dec.etiam, Rimin.
& alij in d.l.qui accuſare.C.de eden.
32 Huius limitationis ea rõ eſt;qa probatio per iuſm
in litem eſt contra ius commune, vt in eã propria cre-
datur alicui,ideò ſtrictè intelligi debet, quãdo talis,
contra quem agebatur aliquo modo obligatus erat,
vt per Corn.in cõſ.81.quanquã in hac cõſultatione.
col.3.in fi.ver.immò attẽtari poſſet.vol.4.quẽ refert,
licet corruptè,Dec.in d.l.in actionib.num.27. atque
Cagn.in d.l.vnic.ſub nu.126.C. de ſent. quæ pro eo.

Duodecimo

Digitized by Google

33 Duodecimò concluſ. limites velim † quod licet
in d.l.ſi quando.& in d.cap. vltim. quod met. cau. &
in tot.tit.C.de in lit.iuran.& alijs hmői iuribus fuerit
ſtatutũ, aliquẽ poſſe iurare in litem ẽt per iurm veri-
tatis,vel affectionis,vel per iurm de intereſſe ſuo pro-
bare;tamen intelligẽdum eſt, vt vltra duplum veræ,
& communis æſtimationis in caſibus certis non fiat
* condemnatio:ita * communi conſenſu ſentiunt ſcri-
ben.in d.l.vnic.vbi tex.verſ.dupli.& ibi gl. verſ. con-
tractibus.idem Bar.col.7.nu.20.ver. ſumus expediti.
atq; Rebuff.ſuper gl.1.nu.289. verb. & ex hoc decla-
ratur.& ſuper gl.in verb.contractib.num.402.verſ.ex
gl.habes.ac Dec.num.69.& Io.Fab.col.4. & Plaut.in
* gl.in verb.dupli.nu.25.& ibidem cęteri *omnes,ita ẽt
tradunt Alex.& Iaſ.in l.videamus.§. deferre. ille nu.
2.in fi.hic nu.4.in 2. not. vbi dicit id eſſe valdè notã-
dum pro magna limitatione d. l. videamus. ff. de in
lit.iuran.Et licet contex.in d.§.deferre.dicat poſſe in
infinitum iurari,tamen iudex debet taxare, vt ipſum
duplum communis, & veræ æſtimationis non exce-
dat,vt dicunt Doct.in d.l.vnic.C.de ſent.quæ pro eo,
per illum tex.nam ſi non poteſt id,quod intereſt,du-
plum excedere,quando verè probatum eſt, vt tex. in
d.l.vni.eò magis,quando non eſt probatum, niſi per
iuramentũ,arg.l.cum,qui.ff.de iureiur. ita ait Rebuf.
in d.l.vni.d.nu.289.Hinc reſtringitur.l.qui reſtituere.
ff.de rei vend.vbi dicitur,ſine taxatione in infinitum
poſſe iurari,vt non excedat ipſum duplũ, per d.l.vni.
& author eſt Rebuff.ibidem nu.290.verſ.nec obſtat,
quod iudex. & in verſiculo, nec me mouet. & hanc
* eſſe *communem ſententiam, & in iudicando, & in
conſulendo tenẽdam dicit, & illam ſeruari in curijs,
& in praxi. Quamplures alias limitationes ad cõclu-
ſionem noſtram ſubnectere poſſem,ſed conſulto eas
omitto:cum copioſiſſimè omnia,quæ huius eſsẽt lo-
ci, explicata ſint à Ploto in d.l. ſi quando. per tot. C.
vnde vi.quẽ tu ipſe lector videre poteris. Et licet quã-
plura ex his repetita ſint à nobis ſuprà in cõcluſione
Aeſtimatio per iuramẽtum: tamen eadem copioſius
hic apponere ſuperuacaneum non eſſe duximus; ea
34 ratione permoti,quòd eiſdem ferè regulis,† Docto-
res dicunt probandum eſſe æſtimationem, & valorẽ
rei, & intereſſe; vt per eoſdem ſcribẽtes videre eſt in
l. 2. C. de reſcin. vend. & in l.pretia rerum. ff. ad leg.
Falcid. & ita etiam Bart.in d.l.vni.col.vlt.& alij poſt
eum;præſertim Rebuff.nu.482.ſuper gl. in verb. ſub-
tilitatem.verſ. præmittendum eſt.

Et ſuperioribus traditis limitationibus nonnullas,
præcipuè verò ſecundam,ſublimitare poteris, vt lo-
35 cum ſibi non vendicet,†cum inter partes fuiſſet con-
uentum,vt de damnis,et eo,quod intereſt,ſtetur ſim-
plici verbo,ſeu iuramento partis,vt in ſuis contracti-
bus mercatores quotidie ſolẽt paciſci. nam conuen-
tionem hanc valere, & intereſſe tunc iuramẽto pro-
bari,optimè docet Bar.in l.vlt.§.in huiuſmodi.nu.3.
ff.de prætor.ſtipul.idem voluit Ang.in l.vacantia.C.
de bon.vacan.cui ſententiæ accedit Iaſ. in l.ſi ab ar-
bitro.nu.4.ff.qui ſatiſd.cogan.ac in l. iuſiurandum.la
2. nu. 1. cum plur.ſeq.ff.de iureiur. Soc.etiam Sen.in
conſ.90.viſis quibuſdam.col.3.nu.11. cum plur. ſeq.
verſ.ſecunda concluſio.vol.4.& Afflict. in deciſ. 91.
iterũ in cauſa Alexandri.nu.10.Io. quoq; Pet.Ferrar.
in pract.Papien.in form.libell. in act. real.in verb. &
expenſis.nu.12. verſ. ſed quid ſi reus conuenit.Strac.
etiam in trac.de mercat.tit.de contract.mercato.nu.
6.verſ.aliud pactum.Nat.poſtremò in conſ.450.præ-
tendit iſte nobilis.nu.8.cum ſeq.

36 Sublimitationẽ hanc declarabis † vt conuentioni
de ſtando dicto ſiue iuro alterius ſuper damnis,expẽ-
ſis,& intereſſe ſtetur,ſi dictum ſit æquũ, alioqui ſi ſit
iniquum,non ſtatur ei,ſed reducitur ad arbitriũ boni
viri,ex l.hæc venditio.ff.de contrah.empt.l.in perſo-
nã.§.generaliter.ff.de reg.iur.l. ſi libertus. ff. de oper.
libert.l.ſi ea.C.de dot. promiſſ. ita reſpondit Baſt. in
conſ.168.quidam habens,in fi.vol. 1. idẽ notãt Dyn.
Ray.Bar.& Ang.in l.vlt.ff.de præto.ſtipu.Io.And.in
additio.ad Spec.in tit.de probatio.§.videndum verſ.
quid ſi.quos ſequitur Natt.in d.conſ.450. nu. 10.

37 Secundo loco velim declares eandẽ,† vt pars,ſub-
ſiſtẽre cauſa,vt quia ille,cui delatum eſt iurm, factus
eſt periurus,poſſit id iurm reuocare, antequam ſit iu-
ratum;poſt non vtiq; vt placuit Bar.& Iaſ.in d.l.ſi ab
arbitro.col.2.ff.qui ſatiſd.cog.idem Iaſ.in l. iuſiuran-
dum,quod ex conuentione.nu.6.ff.de iureiur.arg.l.ſi
quis iuſiurandum.C.eo.tit. de iureiur.ſic explicauere
ſcribentes in d.l.vni.pręcipuè Rebuff.nu.520.verſic.
vlt. concl.C.de ſent.quę pro eo,quod inter proferun.

Verùm quò ad intereſſe probationem hæc hacte-
38 nus.cætera ad intereſſe materiam ſpectãtia † ad nau-
ſeã tradidere ſcribentes in d.l.vni.C. de ſent. quæ pro
eo.vbi illius propria ſedes eſt,& in d.l.2. C. de reſcin.
vend.in l.curabit.C.de actio.emp.in l.quatenus.ff.de
reg.iur.& nonnulla in l.diẽ functo.ff.de offic. aſſeſſo.
et Dyn.in tract.de intereſſ.ac Gab.Carian.in eo.trac.
de intereſſ.quibus in locis totum intereſſe argumen-
tum ad amuſſim examinatur. hos igitur prudens le-
ctor conſulat,ſi plura deſideret.nos vlterius non pro-
grediemur,cum omnia perſequi ſingulis in materijs
noſtri non ſit inſtituti.

CONCLVSIO DCCCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Interpellationem præceſſiſſe, vel non præceſſiſſe, reum debere probare: & quo pacto iſtud procedat.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio extraiudicialis debitori facienda eſt ex vrbanitate,& honeſtate.*

2 *Interpellatione extraiudiciali omiſſa reus conuentus, non poteſt in expenſis primæ citationis, & libelli oblationis condemnari, & ibidem quo pacto id verum ſit.*

3 *Interpellationem præceſſiſſe, vel non præceſſiſſe onus probandi reo incumbit. & cur.*

4 *Interpellationem non præceſſiſſe reo nõ incumbit onus probandi,cum is fatetur debitum in iudicio. Contr. nu. 5.*

6 *Interpellationẽ præceſſiſſe actor præciſè, & certè debet probare,cum agitur de materia æſtimationis quanti plurimi facienda reſpectu certi, & determinati temporis.*

7 *Interpellatio non probatur ex libelli oblatione.*

1 Interpellationem extraiudicia-
lẽ † ex vrbani-
tate,& honeſtate eſſe debitori faciendã, docuit I. C.
in l.quidam Iberus.ff.de ſeruitut.vrb. præd.adeò vt ſi
2 omitteretur,† nõ vtiq; reus conuẽtus poſſet in expẽſis
primæ citationis,& libelli oblationis cõdemnari; vt
ſingulariter not.Rom.in ſingul.401. incip.alio ſero.
Quod intelligendũ eſt, vt ipſe intelligit,nẽpè ſi cõpa
ret,& confitetur petita,tũc.n. imputandũ eſt ipſi cre-
ditori,qui debitorẽ non interpellauit, potuit namq;
præſumere ipſum ẽt extraiudicialiter debitũ confeſ-
ſurũ:ſecus aũt ſi negat in iudicio; qa tunc ſi cõdem-
natus fuerit per ſn̄iam ẽt cõdemnari dẽt in omnibus
expẽſis,& citationis,& libelli. Iudex enim præſume-
re debet,ꝙ etiam extraiudicialiter debitum interpel-
latus negaſſet; ita Rom. vbi ſup. per ſinguſ. verbum
Gul.de Cun.in l.edita.C. de eden.quẽ ſequit̃, & Dec.
in l.q in alterius.n.8.ff.de reg.iur. & in c.nouit.n.146.
de iud.vbi ẽt Fel.col.fi.ſub nu.15.verſ.fallit 1. q alios
hanc opinionẽ tenẽtes cõgerit,licet ab hac opinione
recedat Cag.in d.l.q in alterius.ſub n.22.ff.de reg.iur.
3 Verũ enim verò quis probare † habeat hmõi inter-
pellationẽ præceſſiſſe, vel non præceſſiſſe quærentes

Doct. dixerũt, ipſi reo onus incumbere; nã pro actore voluerunt ſtare præſumptionẽ, nempè, interpellationem præceſſiſſe, per tex. ſing. in l. fideicommiſſ. in prin. ibi, tametſi nõ facilè. ff. de vſur. vbi textus inquit, illud cõmuniter accidit, at quod cõiter accidit transfert onus probandi in negantem, gl. ord. in l. neq; natales. C. de prob. Hanc doctrinam originaliter docuit Rom. in ſing. 402. quis debet probare. & illum ſequitur Marſ. in rub. C. de prob. nu. 202. & Dec. in c. nouit. nu. 148. de iudic. reprobans Feli. contrarium tenẽtem in eo. c. nouit. in fi. licet ipſe cum Roman. ſẽtiat in c. quoniam contra. nu. 94. de probat. ſub num. 15. verſ. Hanc limitationem. vbi etiam Dec. nu. 94. hãc comprobat opinionem, & Paul. de Mõt. Pic. in repet. l. vinum. nu. 16. ff. ſi cer. pet. & Rimin. in conſ. 409. nu. 3. vol. 3. & vr̃ ab omnibus hęc opinio * magis recepta.

Poſſet forſan hæc concluſio limitari, vt nõ procedat, quando vocatus† in iudicio fatetur debitum petitum: quia ex quo nõ negat coram iudice, præſumitur etiam non negaſſe extraiudicialiter, ſi interpellatus fuiſſet, vt notat Rom. in alleg. ſing. 401. incipiente, alio ſero, quo in loco, vt diximus, vult reum nõ eſſe in expenſis condemnandum.

5 Hanc limitationem cogitam† eſſe dignam admonuit Hiero. Cucha. ad Dec. in d. l. qui in alterius. nu. 8. in verb. Romanus. in fi. ff. de reg. iur. & nimirum quidem cogitandum eſt; quia non ſequitur, faſſus eſt in iudicio, ergo voluit ſoluere antequam conueniretur: potuit namq; interpellationem pręceſſiſſe, ſed debitorem ſoluere negaſſe ob impotentiam, aut aliàs cãs: & ſic non videtur vera hæc limitatio, cogita igitur.

Secundò limitabis hanc ipſam concluſionem nõ
6 procedere, ſi ageretur† de materia æſtimationis quãti plurimi faciendæ reſpectu certi, & determinati tpis: quia tunc nõ attenditur huiuſmodi præſumptio, ſed requiritur præciſa, & certa probatio interpellationẽ præceſſiſſe, & tali die factam fuiſſe; vt optimè limitando intelligit Cagn. in d. l. vinũ. nu. 22. ff. ſi cer. pet. quem retulit ẽt Nic. Pign. ad Rom. in alleg. ſing. 402.

7 Nec ſufficeret deduceret† libelli oblationẽ: quia ex ea minimè interpellatio probatur. Bar. in l. denũciaſſe. §. quid ergo. in prin. per illũ tex. ff. de adul. & facit tex. in l. libertus aduerſus. ff. de in ius vocan. vbi q dat libellum, nõ dr̃ in ius vocare, quod videtur mirabile Ang. in d. l. vinum. col. 2. & ſequendo refert Alex. ibidem nu. 8. & Dec. in l. quod te. nu. 3. ſi cert. pet. & hãc
* opinionem ab omnibus * teneri aſſerit ipſemet Dec. in l. vinum. nu. 14. licet illam reddat dubitabilem, ex eo, quia fortior videtur interpellatio facta p libellũ in iudicio, quã extraiudicialiter, arg. l. Pacta nouiſſima. C. de pact. & not. in l. ſiue apud acta. C. de trãſact.

CONCLVSIO DCCCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Intruſus non præſumitur: aſſerens quem intruſum debet probare: & quibus probetur modis quem intruſum eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus verbum unde deriuetur.*
2 *Intruſus fur dicitur.*
3 *Intruſus nullus præſumitur.*
4 *Intruſum quem eſſe aſſerenti incumbit onus probandi.*
5 *Intruſus ille dicitur, qui abſq; diœceſani, alteriusve ſuperioris cõſenſu, vel authoritate poſſeſſionem beneficij apprehenderit nullum ſuæ intentionis colorem habens.*
6 *Intruſus dicitur apprehendens poſſeſſionẽ beneficij propria authoritate, quando is haberet canonicum titulum.*
7 *Intruſus dicitur, qui poſt electionem ante tamen confirmationem adminiſtrat.*
8 *Intruſus, & ille dicitur, qui ante confirmationem adminiſtrat, etiam ſi extaret conſuetudo huiuſmodi, & cur.* Contr. num. 9.
10 *Intruſus ille non dicitur, qui ante confirmationem adminiſtrat, cum huiuſmodi extat antiqua conſuetudo.*
11 *Puniri non debet, qui communi iudicio non peccat.*
12 *Intruſus dicitur pendente lite adminiſtrans.*
13 *Intruſus non dicitur præſentatus, & ante inſtitutionẽ adminiſtrans.*
14 *Intruſus non dicitur adminiſtrans ante confirmationem, quando concorditer, & nemine diſcrepante electio fuit facta.*
15 *Intruſus non dicitur Papa adminiſtrans ante confirmationem, nec Abbatiſſa, nec Imperator: nec electus ordinis Ciſtercienſis: nec adminiſtrans ex conſuetudine.*
16 *Intruſus non dicitur adminiſtrans ante confirmationem, quando adminiſtrat de mandato ſuperioris.*
17 *Intruſus non dicitũ adminiſtrans ante confirmationẽ, quãdo eſſet ſibi alius actus a ſuperiore procedens, actumque confirmationis repreſentans.*
18 *Intruſus non dicitur adminiſtrans ante confirmationem, cum propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ adminiſtrat.*
19 *Intruſus dicitur, qui poſt priuationem, vel depoſitionem adhuc beneficium retinet.*
20 *Intruſus dicitur, qui habet titulum, & poſſeſſionem à non habente poteſtatem conferendi.*
21 *Intruſus dicitur ille, qui committit crimen dignum depoſitione.*
22 *Intruſus dicitur ille, qui beneficium iniuſtè alteri ablatum, & omiſſo iuris ordine detinet, quamuis habuerit collationem.*
23 *Intruſus dicitur ille, qui cum ſimplici ſignatura beneficij poſſeſſionem adipiſcitur literis non expeditis.*
24 *Intruſus ille dicitur, qui in literis tacuit ſe intraſſe in poſſeſſionem beneficij authoritate Principis ſecularis.*
25 *Intruſum triplici modo dici ad effectum regul. cancel. de triennu.*

1 Intruſus †à verbo intrudo, quòd intrò trudo ſonat, hoc eſt, vi & importunè me ingero, deriuari, nõ eſt, q dubitet; ſi illud Ciceronis pro Cecin. obliuioni non tradiderit, inquit enim: Atq; ẽt ſe ipſe inferebat, et intrudebat, ẽt in eam opinionem Ceſenniã adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè poſſe vbi non eſſet Ebutius, q quidem etiam à noſtris notatum fuit, vt inter alios Mand. ſuper reg. Cancell. q. 4. in prin. reg. de ſubrog. collitig. quò fit, vt illud ſonet in delictum: tum etiam qa ex authoritate Inn. in c. niſi cũ pridem, de renunc.
2 Intruſus dicitur† fur. ad quam optimè facit text. in c. ordinationes, ibi, ſed fures ſunt, & latrones. 1. q. 1.

Cùm igitur delictum minimè præſumi ſuprà ſatis ſuperq; demonſtrauimus, poſſumus, & hic adnotare
3 ẽt nec intruſum† præſumi, tũ maximè quia p poſſeſſore benè præſumitur, vt eſt gl. in §. alia, Inſti. de act. & l. pen. C. de euict. & not. per Iaſ. in l. 1. num. 7. ff. ſol.
4 matr. Aſſerenti igitur† quem intruſum eſſe incumbit onus probandi, arg. vulga. l. qui accuſare. C. de edend. & l. eũ qui dicit. ff. de prob. & per not. à Crau in conſ. 104. in fi. & Menoch. de arbitr. iud. caſ. 92. nu. 8.

Extant tñ nonnulli ex noſtris, qui collegerũt multos caſus in quib. intruſus quis poteſt dici; quos quidẽ hoc in loco ad facilitatem, et commoditatem aliorũ recenſere non erubui, ea ẽt potiſſimum de cauſa, quia multum differt intruſus de iure cõmuni, & intruſus ad effectum reg. Cancell. de triean. vt refert Gomeſ. ad dictam reg. 47 ver. & iſta de plano. ex quibus caſibus enumeratis facilè erit cuilibet agenti, vel excipienti deducere probationem intentionis ſuæ.

5 Primò igitur ille dr̃ intruſus, †qui abſq; Diœceſani alteriuſvè ſuperioris cõſenſu, vel authoritate poſſeſſionem beneficij apprehenderit, nullũ ſuę intẽtionis

colorem

Digitized by Google

coloiem habenſ per tex.in c.eum qui.de præbend.in
6.& facit ea.ad aures,de excel. prælat. & tenet Ant.
de Butr.in c.cum ſatis,de offic.arch.col.2. & Fel.c.in
noſtra nu.12.de reſcrip.qui notab.tex.ad hoc adducit
c.iam dudum.ibi intruſo,& ibi ſe ingerit de prebend.
& in c.dudum il ſecundo,de elect. & Abb. in c. quia
diuerſitatem in princ.de præbend.& Decius in conſ.
321.col.vlt.nu.4. & Mil. in ſuo repert. in verb. Intru-
ſus eſt quicunq; & ex doctrina Innoc.in c. nihil in gl.
magna circa med.de elect. illud met refert Gomeſ.in
regula de triennn.q.47.in princip.et Fel.ante eum in c.
veniens.ſub nu.2.de accuſ.& Rebuff.in prax. benefi.
in reg.de ſubrog.collitig.in gl.4.num.4. & nouiſſimè
Gig.in epit.de intruſ.num.3.

Poteſt limitari, quod diximus non habere locum
6 † quando apprehendens poſſeſſionem beneficij ha-
beret Canonicum titulum, quia tunc etiam propria
auctoritate poſſet ipſam poſſeſſionem apprehēdere:
ita ſenſerunt Hoſt.Io.And.& Anton. de Butr.in c. ſi.
col.35.de cauſ.poſſ.& propri. & in c.in literis. de reſt.
ſpol.col.25.verſ.venio ad vltimum, & caret vitio in-
truſionis;prout ſenſit Dominic. de Sanct. Gemin. in
c.eum,qui.in princ.de præben. in 6. & refert Mill. in
alleg.reper.in verb.intruſus videtur. ſubdens, negari
tamē non poſſe,quin ex tali violentia ius ſuum amit
tat,per tex.in d.c.eū,qui.in fin.quo fit,vt poſteà dictū
beneficium retinens tamquam iniuſtè dicatur intru-
ſus,Mil.vbi ſupra,& cenſuit Rebuff.vbi ſupra in reg.
de ſubrog. collitig. gloſ. 4. nu. 6. non tamen ad effe-
ctum regul.de trienn. vt ibi Gomez. quæſt. 48.

7 Secundò ille dicitur intruſus† qui poſt electionem
ante tamen confirmationem adminiſtrat. quia tunc
ipſo iure ſic adminiſtrādo eſt priuatus, per c.auaritiæ.
de elect.in 6.& c.2.vbi Abb.in 1.col.de reſt. in integ.
quem ſequitur Fel.d.c. veniens. ſub nu.2. de accuſat.
& refert Gomez in d.reg.de trienn.q.47.verſ. 3. dici-
tur, & Rebuff. in ſua prax. benef.in d.reg.de ſubrog.
collitig.gl 4.nu.7.Præpoſ.in c.propter,ſub nu. 4. verſ.
item dicitur intruſus.19.diſtinct.& Mil.in ſuo repert.
in verb.intruſus eſt quicunq; & nouiſſimè per Gig.in
d.tract.de intruſ.nu. 24.

8 Primò poteſt ampliari procedere† et ſi extaret cō-
ſuetudo, vt ante cōfirmationem electus adminiſtra-
ret; quia cū ſit contra bonos mores non eſt attenden-
da;Oldr.in cōſ.191.incip.nullo modo,col.1.per text.
in auth.vt nulli iudic.§.1.col.9.& c. vlt.de cōſuetud.
& videtur eſſe corruptela,ac ſacris canonibus inimi-
ca,c.cum venerabilis, de conſuetud. & in hoc cōſil-
uit Anch.conſ.51.incip. conſuetudo,& tenet Inn.&
Hoſt.in c.tranſmiſſam,de elect.vbi etiam Abb. verſ.
3.caſu,& in c.nihil,num. 10. de elect. & in c.qualiter,
verſ.non tamen,eod. de elect.

9 Contra huiuſmodi† ampliationem tenuit Frāc.in
d.c.auaritiæ,de elect.in 6.adducens ibidem Io.Andr.
Tenendo tamen primam opinionem,tanquā ma-
10 gis receptam,limita non procedere;† quando cōſue-
tudo eſſet antiqua; quia tūc adminiſtrans non eſt pri
uandus,nec alicui pœnæ obnoxius,per gl.in d.c.cum
venerabilis,ſic tenuit Anch.in d.conſ.51.incip. con-
ſuetudo,quem refert etiā Rebuff. in d.reg. de ſubrog.
11 collitig.d.gl.4.nu.8.nō enim † debet puniri qui com-
muni iudicio non peccat.c.inter corporalia, §. ſanè,
ibi,& quamuis de tranſlat. epiſc.

12 Secundò amplia procedere † etiā quando quis pē-
dente lite adminiſtrat. Ita ſenſit Rebuff. vbi ſuprà
num.9.per text.in c.2.de in integ.reſtit.

13 Tertiò amplia etiam procedere† in præſentato, &
ante inſtitutionē adminiſtrat,vt firmat Roc.de Cur.
in tract.de iur.patron.in verb. Honorificum.q. 39. &
refert Rebuf.vbi ſuprà. nu.9.

Hieronymus Gigas vbi ſuprà de intruſo.nu. 25. ſe-
ptem modis limitat iſtud dictum de adminiſtrante
14 ante confirmationē.nempè primo† quando concor-
diter,& nemine diſcrepante electio fuit facta.a.non
15 procedere† in Papa.3.nec in Abbatiſſa.4.nec in Im-
peratore.5.nec in electo ordinis Ciſtercienſis.6. quā-
do ex conſuetudine, quod ſupra reprobauimus, cap.
16 quando† adminiſtrat de mandato ſuperioris.

Quibus adde duas aliàs limitationes, prior eſt,qñ
17 † eſſet ibi alius actus à ſuperiore procedens,actumq;
confirmationis repreſentans, vt not.Oldr.in cōſ.146.
factū eſt tale.nu.6.per doctrin. Innoc. in c. cum Ber-
toldus,in gl. mirum videtur de re iud. & per Arch.in
c.vt quis duas,in gloſſ.quis inter duos,de elect.& Re-
buff.vbi ſupra de ſubrog.collitig.nu.7.gl 4.

18 Secunda eſt,qñ electus,† propter neceſſitatem, vel
vtilitatem eccleſiæ adminiſtraret:quia tūc à iure ſuo
non dicitur cecidiſſe ex deductis latiſſimè in contin-
gentia facti per Oldr.in cōſ.9.& refert.& ſeq. Rebuff.
vbi ſupra.d.glo.4.in reg.de ſubrog.litig.nu.7.idemq;
etiam ſenſit Abb.in c.nihil.nu.4.de elect. & Fran.in
c.auaritiæ.de elect. in 6.

19 Tertiò ille dicitur intruſus,† qui poſt priuationem,
vel depoſitionem adhuc beneficium retinet,ita Inn.
in c.qualiter,il 2.in fin.col.3.nu.10.de accuſ.quē ſeq.
Fel.in d.c.veniens.nu.2.verſ.3.qui depoſitus, eod. de
accuſat.& Gomez.in d.reg.de trienn.q.47. verſ.ſecū-
do dicitur,& iterum Fel.in c.in noſtra,in 2.coroll. in
11.verſ.& adde,quod retinens de reſcript. & Rebuf.in
ſua praxi benef.in d.reg.de ſubrog.collitig.glo.4.nu.
10.& diffuſius per Gigant. vbi ſuprà de intruſo,à nu.
8.vſq; ad nu.24.

20 Quartò ille dicitur intruſus,† qui habet titulum,&
poſſeſſionem à non habente poteſtatem conferēdi.
text.eſt in c.fi.de exceſſ. prælat.& in c. quia diuerſita-
tem,de conceſſ. præbend.& ex adductis per Fel. in d.
c.veniens,num.2.ver.2.omnis,& in c.in noſtra 2.co-
rollar.de reſcript.Dec.latè in conſ.121.nu.4. Ioan.de
Silu. in tract.de Benef.pat.3.q.10.nu.15.Parif. in cōſ.
47.videtur 1.nu.40.vol.4.Gomez.in d.reg. de trienn.
q.47.verſ.4 dicitur,& Mandoſ.in reg. de ſubrog. col-
litig. quæſt. 4. & ex deductis per Gigant. vbi ſupra de
Intruſo.num.39.& tenuerunt Dom.Rot. in deciſ.13.
aliàs 415.nota,quod intruſus.de cauſ.poſ.et propriet.
in antiq.

21 Quintò etiam dicitur,ille intruſus,† qui committit
crimen dignum depoſitione.ita Fel. in ſæpè alleg. c.
veniens,per gl.2.in c.cum ſuper, de cauſ.poſſ.& pro-
priet.& videtur ſequi Dec. in d.conſ.131.propè fin.&
Rebuff.in d.reg.de ſubrog.collitig.glo.4.nu.13. cum
modificatione,vt ibi, & ab eo non videtur diſſentire
Gig.vbi ſuprà de Intruſo. nu. 26.

22 Sextò quoq; dicitur Intruſus,† qui beneficium in-
iuſtè alteri ablatum, & omiſſo iuris ordine detinet,
quamuis habuerit collationem,tex.eſt in c.tanta, de
exceſ.prælat.& per Domin.& Præpoſ.in c.propter,in
fi.19.diſtinct.& Rebuff.vbi ſuprà in reg.de ſubrog. li-
tig.gl.4.num.11.Fel.in d.c.veniens, nu.3. de accuſ.&
Gig.vbi ſuprà de intruſo. nu. 29.

23 Septimo dicitur etiam intruſus,† qui cum ſimplici
ſignatura beneficij poſſeſſionē adipiſcitur literis non
expeditis latè ex adduct.per Rebuff.in d. reg. de ſub-
rog.collitig.gl.4.nu.15.& ante eum Fel.in d. cap.ve-
niens,ſub nu. 3.verſ.& adde,et text. alijs allegatis per
Gigant.vbi ſuprà de Intruſ.nu. 33.

24 Octauo dicitur et ille intruſus, † q in literis tacuit
ſe intruſiſſe in poſſeſſionem beneficij authoritate Prin-
cipis ſecularis,vt voluit Fel.in d.c.veniens,nu. 3.verſ.
7.dicitur,et per Io. And.in c.dudum, il 2. de elect. et
ex his,quæ congerit Gig.vbi ſupra de Intruſo. nu.32.

Hæc omnia de iure communi tantum procedere
affirmauit Gomez.in d.reg.de trienn.q.47. ver.et iſta
omnia,quicquid dixerit Dec.in cōſ.121. & Bar.Caſſ.
in conſ.20.nu.36.ſecus quoad effectum reg.Cancell.
25 de trienn.Nam ſecundum eum ad effectum † ipſius
reg.triplici modo quis dicitur intruſus.

Primò omnis ille, qui non habet titulum verũ, vel præſumptum.

Secundò, qui habet titulum, ſed non ab eo, qui habet poteſtatem conferendi.

Tertiò, qui altero ex duob. caſibus in reg. exceptis obtinuit beneficiũ, etiam ſi titulum habuerit ab eo, qui originaliter conferre potuit, quorum primus eſt, quando per ſimoniam conſequutus eſt beneficium. De hoc vide latiſſimè per Gig. vbi ſup. de intruſo nu. 62. cũ plurib. ſeq. ſecundus caſus eſt, quãdo aliquis eſt prouiſus de beneficio reſeruato, reſeruatione in corpore iuris clauſa, nõ facta mẽtione ipſius reg. triẽnal.

At omnes intruſos etiam lato ſumpto vocabulo, ſeu ſecundum latam interpretationem etiam in illa reg. trien. & in alijs de intruſis mẽtionem facientibus comprehendi debere tribus optimis fundamentis, cõprobat Mandoſ. in reg. de ſubrog. collit. g. q. 4. quem videto, vna cum Gig. vbi ſupra de intruſ. qui latiſſimè hanc materiám intruſionis examinat.

CONCLVSIO DCCCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Inteſtatum potius, quàm facto teſtamento, quem deceſſiſſe præſumendum eſſe egregiè confirmatur: & demum qui illud procedat.

SVMMARIVM.

1 *Facta non præſumuntur, ſed debent probari.*

2 *Teſtamenti ſolemnitates extrinſecæ non præſumuntur.*

3 *Inteſtatus potius, quam facto teſtamento quis deceſſiſſe præſumitur. quod duobus rationibus confirmatur nu. 5. & 6. Contrarium. num. 4.*

7 *Inteſtatus quis non præſumitur deceſſiſſe, quando extat cõſuetudo, quod homines facerent teſtamentum.*

Contrarium. num. 8. Concil. num. 9.

10 *Facta quemadmodum non præſumuntur, ita non facta.*

11 *Inteſtatum quem deceſſiſſe ex eo probatur, quod facta diligenti inquiſitione cum iudicis authoritate nullum teſtamentum fuerit repertum.*

12 *Inteſtatum deceſſiſſe quempiam probatur per communẽ opinionem, & famam, quod teſtamentum non fuerit factum, niſi per aduerſarium aliud probetur.*

13 *Opinio communis, & exiſtimatio in ijs, quæ ſunt difficilis probationis obtinet locum veritatis.*

1 Quia facta non præſumuntur, † ſed debẽt probari, vulg. l. ſi emancipati. C. de collat. l. 2. C. de probat. l. aſſeueratio. C. de non numer. pec. l. quæſitum, §. conſilium, ff. de curat. furio. & factio teſtamenti nõ eſt, quid inſitum à natura, ſed circa opus

2 eſt, quibuſdam ſolemnitatibus extrinſecis, † quæ vt plurimum non præſumuntur. l. quæcunq., §. vlt. ff. de public. act. Guid. Pap. de præſump. nu. 96. Iaſ. in l. ſcirẽdum. nu. 22. ff. de verb. oblig. & propterea inteſtatus

3 potius, † quàm facto teſtamento quis deceſſiſſe præſumitur & allegantí contrarium incumbit onus probandi: ita tenet Alex. in l. is poteſt. nu. 19. ff. de acquir. hær. & in l. ſi emancipati. nu. 3. & ibi Corn. ad nu. 5. C. de collat. qui Corn. ſubdit hanc ſententiam viſu eſſe receptã, & per eã in facto rñdit in cõſ. 299. nu. 10. vol. 3. & in cõſ. 197. nu. 3. vol. 4. Idem voluit Bart. ante eũ in d. l. is põt. col. pen. verſ. 5. dicit gl. nu. 25. vbi etiam Iaſ. nu. 84. & in fi. & in d. l. ſi emancipati. nu. 1. Corn. in l. 2. C. qui admitti, & hanc opinionem ſecutus eſt Cuma in conſ. 43. Rui. in conſ. 141. nu. 2. vol. 5. Grat. in conſ. 146. nu. 7. vol. 2. Rim. ſen. in d. l. ſi emãcipati, nu. 5. vbi Curt. iun. nu. 5. & in fi. & Cagn. nu. 3. qui hãc opin.* cõem dicit, & veriorem appellat Bolognetus ibid. nu. 7. eamq; defendit Rim. iun. nu. 25. & 31. cum ſeq. quib. in locis declarat Bart. in d. l. is poteſt, hancque ſententiã * frequẽtiori calculo probari, & æquiorem eſſe, veriorem, & in praxi potiorem teſtatur Couar. var. reſol. lib. 2. c. 6. nu. 5. in fi. vbi recitat fundamẽtum huius opinionis contra interpretationem Rom. Dec. & aliorum in d. l. ſi emancipati, cui etiã opinioni ſubſcripſit Guliel. Bened. in c. Raynut. in verb. & vxor. nomine Adelaſiam. nu. 3. & in verb. teſtamentum, de teſta. Curt. ſen. conſ. 27. col. 9. verſ. ſed contra præmiſſa, & Guid. Pap. in tract. de præſump. alleg. nu. 96. Guliel. May. in l. quamdiu. nu. 43. de reg. iur. Bert. conſ. 31. nu. 1. vol. 2. & in conſ. 103. nu. 2. & in cõſ. 313. nu. 1. vol. 3. Marc. Ant. Natt. in conſ. 166. nu. 5. quam etiam opinionem ſequitur nouiſſimè Mant. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 12. eamq; dicit rationi, & æquitati magis conuenire: quiq; etiam reſpondit fundamentis contrarium tenentium.

4 Inter quos annumerantur † Rom. in d. l. emãcipati, vbi Dec. in 2. notab. quem ita aſſeruiſſe ſtudio contradicendi opinioni Iaſ. affirmat Bolognet. ibid. nu. 34. quo in loco etiam teſtatur hanc Rom. opinionẽ * communiter eſſe damnatam, licet ibid. Dec. dicat illam veriorem, cui accedit Aret. in l. ſed & ſi de ſua, nu. 4. ad fi. verſ. amplius. ff. de acq. hær. per l. de ætate, §. ex cauſa. ff. de interrog. act. primo reſponſ. quem & videtur ſequi Corn. in conſ. 125. col. pen. verſ. & ideo attento, vol. 4. idq; etiam videtur Bart. in conſ. 90. nu. 12. vbi ſenſit, quod tunc demum præſumitur non eſſe factum teſtamentum, quando facta diligenti inquiſitione non reperitur, quod etiam placuit Gabr. in cõcluſ. 7. num. 5. de probat. lib. 6.

** Prior tamen opinio tanquam ** cõmunior ſequẽda eſt, & tenenda, duabus præcipuè rationibus, à Mantic. vbi ſupra adductis, omiſſis alijs omnibus à Doct. collectis.

5 Primò, quia † qui petit legitimam hæreditatem, ſatis habet intentionem fundatam, quia proximior eſt, & à lege vocatur. l. 1. ff. de petit. hær. l. leg. obuenire. ff. de verb. ſignif. l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. & in omnibus titulis, in quibus agitur de legitima hæreditate veniẽte ab inteſtato. & ideo qui vult illum à petitione hæreditatis excludere neceſſe habet probare, quod vocatio legis non habeat locum, ex quo defunctus fecerit teſtamentum, nec ſufficit, quod potuerit illud facere: quia hoc non concludit illud feciſſe.

6 Secunda ratio eſt, † quia ex quo non conſtat de aliquo teſtamento, præſumitur defunctum voluiſſe hæreditatẽ venientib. ab inteſtato relinquere. l. conquerũtur, in prin. & in l. ſi quis cum teſtamentum nullũ. vbi Bar. ff. de iur. codic. Quæ quidem præſumptio tamdiu habebit locum, quandiu expreſsè non fuerit contrarium demõſtratum: cum nec iure cautum reperiatur, vt hæreditatem legitimam petens nullum teſtamentũ factũ fuiſſe habeat probare, nec ad id aſtringi dẽt. l. illam. C. de collat. vbi Bar. & Bal. in conſ. ſeſtinatis. in prin. ꝙ habetur in eius lect. in tit. ſi aliq. teſt. phib. Crau. in conſ. 6. nu. 83. & in conſ. 25. n. 9. conſ. 194. n. 5.

7 Limitatur tamen hæc cõmunis opinio, vt non procedat, † quando extat conſuetudo, quod homines facerent teſtamentum: nam tunc illud præſumitur factum, cũ illa regula, quod facta non præſumantur, nõ procedat in ſolitis: Bal. in rub. C. de fid. inſt. nu. 8. & in l. incẽdium. nu. 4. in fi. C. ſi cer. pet. & Iaſ. in d. l. ſciendũ. nu. 20. ff. de verb. obl. Albert. Brun. in tract. de ꝓb. & præſ. fol. & ſolẽ. adhib. fol. mihi 78. col. 3. verſ. nõ aũt. Rip. in c. cũ M. n. 43. in fi. de conſt. Hancq; limit. in terin. ſequit Cag. in d. l. ſi emãcipati. n. 59. declarando Bal. in d. rub. de fid. inſtr. vbi etiam Bolog. nu. 7.

8 Contra † huiuſmodi limitat. tenuit Curt. iun. in d. l. ſi emancipati. nu. 9. & Seb. Sap. nu. 30. vbi etiã Rim. iun. nu. 53. & 63. quos refert etiam, & ſequitur Mãtic. vbi ſupra. num. 2. qui contrariam opinionem reprobat, hanc vero comprobat.

Digitized by Google

9 Verùm quia licet † qui ſe fundat in negatiua, nempè teſtamentũ factum non eſſe, habeat pro ſe præſũptionem iuris, facta ſcilicet non præſumi, & videatur non poſſe aſtringi ad talem negatiuã probãdam, cũ non ſit coarctata loco, & tempore, ex quo teſtamentum põt fieri omni tpe, & ſecrete, ignorantibus vicinis conſanguineis, & domeſticis, & ideo improbabilis, l. actor, qui aſſeuerat. C. de prob. c. quoniã contra. ext. eo. c. bonæ, de elect. c. cũ eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propr. nõ tñ ex hoc infertur, adeo præſumi teſtamentum factũ non eſſe; vt allegans aliquem inteſtatum deceſſiſſe ad eius intentionem probãdam videatur immunis ab omni onere illud probandi: nam * hoc ꝓhibet doctrina Bar. * cõiter recepta in l. in illa. ff. de verb. obl. quæ habet, ꝙ is, qui ſe fundat ſuper regula, veluti, quando allegat aliquid factum nõ fuiſſe ad obtinendum, vel ad fundandam propriam intentionem, illud, quod aſſeuerat probare tenetur eo meliori modo, quo poteſt, l. pen. §. docere. ff. ne quis eũ, qui in ius voca. l. ſi quis conſor. C. de fabricens. lib. 11. l. magis puto, §. nẽ paſſim. ff. de reb. cor. gl. in c. bona, il 1. & ibi Abb. de elect. & in c. dudum, de præſumpt.

10 Præterea licet verũ ſit, † quod facta non præſumãtur, non tñ non facta præſumuntur, ſed quemadmodum non præſumitur factum, ita non factum, qñ eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſed qa ex nõ facto nititur, debet illud probare, l. hoc iure. ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 181. nu. 24. vol. 2. & in conſ. 144. nu. 2. in fi. vol. 4. Aret. in d. l. ſed, & ſi de ſua, nu. 5. ff. de acq. hær. Parpalia. in l. ſi quis maior, in 1. not. C. de trãſact. Dec. in d. l. ſi emancipati, col. 2. C. de collat. Rol. à Vall. in conſ. 10. num. 8. verſ. vbi eſt probanda, lib 4. Soc. ſen. conſ. 24. col. 11. verſ. agens vero, vol. 1. & in conſ. 165. col. 4. verſ. 2. hæc concluſ. vol. 2. Cephal. conſ. 48. nu. 11. & melius in conſ. 133. nu. 38. vol. 1.

Bene verum eſt, ꝙ aſſerens inteſtatum nõ adſtringitur ad liquidã probationem, ſed tantummodo ad eas, quæ haberi poſsũt, prout inquit Bar. in d. l. in illa, * & cum eo tranſeunt * cõiter Doctor. Hæ autem erunt,
11 † ſi facta fuerit diligẽs inquiſitio cum Iudicis authoritate interrogando notarios, & eorum ſucceſſores, q̃ habent protocolla, & conſanguineos, ac vicinos, & presbyteros, quibus defunctus peccata ſua cõfitebatꝰ, nec non alios, qui veriſimiliter de ijs notitiam habere poſſent, & tunc ſi non reperiatur teſtamentum, intelligitur ſatis probatum non eſſe factũ, arg. l. cũ longẽ, cũ ibi not. ff. de prob. & ita tradidit Bar. in l. is põt, nu. 25. quem ſequitur Iaſ. nu. 89. ff. de acq. her. Mant. in d. tit. 1. lib. 2. de coniect. vlt. volu. nu. 5. verſ. ſed hic.
12 Vel quãdo † eſt communis opinio, & fama, quod teſtamentum non fuerit factum. Nam tunc eo ipſo, ꝙ hoc in medium deduco, cenſetur probata intentio mea, niſi per aduerſariũ aliud ꝓbetur, l. cũ probatio. & ibi not. ff. de prob. ita voluit in d. l. is põt, Bart. n. 26. ff. de acq. hær. & Iaſ. & Mantic. vbi ſup. & Couar. in d. c. 6. lib. 2. nu. 5. varia. reſol. Ratio poteſt eſſe: quia cõis
13 opinio † & exiſtimatio in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, obtinet locũ veritatis, arg. text. in d. c. cũ inter, qui fil. ſint legit. l. vlt. ff. de offic. prçt.

CONCLVSIO DCCCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur res in inuentario deſcriptas illius eſſe, in cuius inuẽtario reperiuntur, & quam probationem inuentarium faciat aduerſus tutorem.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium probat res in eo deſcriptas illius eſſe, cuius eſt inuentarium.*

2 *Inuentarium plenè probat contra tutorem, res ſcilicet in eo cenſeri eſſe pupilli.*

3 *Probatio non admittitur contra inuentarium pupilli, bona ſcilicet in eo deſcripta eſſe illius. Et cur.*

4 *Inuentarium plenè probat aduerſus tutorem, etiam ſi confectum ſit ſine iudicis decreto, cum iſtud non ſit de illius ſubſtantiali ſolemnitate.*
Contrarium, num. 5.

6 *Decretum iudicis quomodo intelligatur eſſe, vel non eſſe de ſolemnitatibus inuentarij.*
Bart. diſtinctio circa hoc reprobata, num. 7.

8 *Probatio contra inuentarium admittitur, vbi quæritur, an bona in eo contenta fuerint reſtituta necne.*

9 *Inuentarium non probat contra tertium, qui non fuit vocatus.*

1 Inuentarium de bonis alicuius factũ † probare res in ipſo deſcriptas fuiſſe in bonis illius, in cuius inuẽtario repe-
2 riuntur, & contra tutorẽ † plenam fidem facere ſancitum eſt à Iuſtiniano Imperatore in l. vlt. C. arb. tut. & colligere eſt ex Scęuolæ reſpõſo in l. chirographis. ff. de adminiſt. tut. cõprobauit Nicol. Boer. in deciſ. 61. nu. 8. qui ad id quãplures citat. idq; decidit Affli. dec. 13. verſi. ur dubiũ, nu. 1. & meminit Pariſ. in conſ. 45. vidi teſtamentũ, nu. 20. vol. 2. idẽ docuit Bart. in l. vlt. §. licetiam, & ibi ſcriber. C. de iur. delib. quib. accedit Borgn. Caual. in ſuo tract. de tut. & cur. n. 65. fol. mihi
3 32. Præſumptio enim eſt iuris, & de iure, † ꝙ bona etiã in inuentario huiuſmodi, deſcripta cenſeãt eſſe pupilli, adeò, vt probationem in contrariũ admitti non debere pluribꝰ oſtenderit Plot. in l. ſi quando, nu. 237. verſ. inuentariũ, C. vnde vi. & reſpondit Soc. in conſ. 159. nu. 1. vol. 2. ſeq. Caual. in d. ſuo tract. de tut. num. 66. & confirmauit Afflict. in d. deciſ. 13. poſt nu. 1.

4 Amplianda eſt cõcluſio, † vt locũ ſibi vendicet, ẽt ſi inuentariũ confectũ ſit ſine decreto iudicis, quia & eo caſu probat contra tutorem, cum decretum hmõi non ſit de ſolemnitate ſubſtantiali ipſius inuentarij, iux. ſententiam Bal. in l. vlt. §. cũ igitur, col. 4. in prin. verſ. Iudex tñ, C. de iur. delib. & in auth. ſed cũ teſtator, col. 3. ver. quæro nunquid, in fi. & in cõſ. 383. quęritur, an ſignum Crucis. nu. 9. vol. 1. ꝙ placuit, et Cyn. in l. tutores, nu. 4. C. de adminiſtr. tuto. aſſerens, quod * * cõiter ſeruatur fieri coram tabellione tãtum: idque * ſeruare * communem conſuetudinem aſſeruit Io. Pet. Ferrar. in pract. Papiẽ. in for. libell. quo agitur ad redden. ratio. tute. in verb. in ſuo vltimo teſtamento. ſub nu. 12. quibus accedit Rol. à Val. in tract. de confect. inuent. 3. par. quid dicimus de decreto. fol. mihi 86.

5 Ab hoc tamen diſſentire † videtur Ang. Aret. in §. extraneis, col. 1. in fi. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. quo in loco exiſtimauit in inuentarij cõfectione iudicis decretum adhibendum eſſe. hoc idẽ voluit Bar. in §. hanc nobis, num. 7. & ibi gl. in auth. de hæred. & falc. ab his ſenſit Bal. in l. ſi tutor tuus, nu. 1. C. in quibus cau. reſti. in integr. & ita * communiter ſeruari teſtatur Ang. Peruſ. in trac. de inuen. nu. 10. quod, & ratione comprobatur: nam tutor adminiſtrare nequit, niſi eidem decernatur adminiſtratio per iudicem, ex l. vlt. C. arbit. tutel.

6 Has ſcribentiũ lites ita componere † poteris, diſtinguendo, ꝙ aut quærimus, an decretũ iudicis ſit neceſſarium in inuentario quantum ad hoc, vt inuentariũ fidem faciat, & probet contra tutorem obligando illum ad contenta in inuentario; & tunc vtiq; non requiritur aliquod decretum, ſed poterit tutor adminiſtrare licet inuentarium conſcriptũ fuerit corã tabellione ſine iudice: aut vero quæritur an adhibendũ ſit decretum, quod ad hoc, vt inuentariũ contra debitores nominatos in eo ꝓbationẽ faciat, & eo caſu decretũ iudicis neceſſario exigiẽ, vt cenſuit Bat. in l. tutor q̃ repertoriũ, n. 9. ff. de adminiſt. & ante eũ voluit

Cvn.in l.tutores.vbi etiam Sal.nu.9. C. de adminiſt. tut.quam diſtinctionem probat Mayner.in l.quo tutela.nu.54.ff.de reg.iur & hanc eſſe* communem diſtinctionem eſt atteſtatus Petr. Duen.in reg. 187.nu. 15.eandem Bar. diſtinctionem cōfirmat Rol. à Val. in tract.de confec.inuent.tit.an præſent. Iudic.requi. in confectione inuent.nu.8.cum ſeq. verſ. quid dicēdum.quo in loco hac Bart. diſtinctione cōciliar ſcribentium diſſidentes opiniones de præſentia iudicis, requiratur nec ne in confectione Inuentarij.

7 Ab iſtorum tamen mente† receſſit modernus Callien.in ſuo tract.de decret.lib.2.tit.6. poſt nu.63.verſ. ipſe vero,vbi authoritate, & ratione conatur id impugnare, & ſuam ſententiam confirmare, quæ tanquam vero conſentanea magis non videtur aſpernēda.tu illum adeas.

8 Id vero, quod ſupra dicebamus † contra inuentariū non admitti probationem in contrariū,declares, vt verum ſit,ſi ageretur de probando,ꝙ deſcripta, & confeſſa in inuentario eſſent minoris ſummæ,vel alterius conditionis,quam in eo continetur: quia tūc non admittitur aliqua probatio in contrarium, iuxt. contex.in d.l.vlt.C.arbitri.tutel.ſecus vero ſi quęſtio eſſet, vtrum contra inuētarium poſſit fieri probatio quod bona contenta in eo reſtituta ſint:nam hoc caſu in dubio affirmatiuè eſſet reſpondendum:quia reſtitutio bonorū contra inuentarium non ſolū probari poteſt per ſcripturam, & teſtes, ſed etiam per præſumptiones,vt poſt multa concludit Afflict.in deciſ. 13.à nu.6.vſq. ad nu.27. quo in loco Saliceti ſententiam contra ſentientis in l.teſtiū,C.de teſt.refellēdo, Baldi vero amplectendo,hanc multis corroborat.

9 Concluſionem etiam intelligere† poteris,vt inuētarium probet tantum inter tutorem,& pupillū,non autem opituletur contra tertium,qui non fuit vocatus,iuxta not.per Bal.in d.l.tutor,qui repertorium.ff. de adminiſt.tuto.& deciſum reliquit Capic. in deciſ. 107.in cauſa Marci Saſſi.nu.11.& Franc.Marc.in deciſ.Delphin.q.230.quæritur, an per inuentarium priuatum.per tot.atq; reſpondit doctiſſimus Fran. Burſ. in conſ.9.Quoniam eumani.nu.25.lib.1. ad quod citat Porcell.in tract.de inuent.q.1.num. 8. & quæſt.3. cap.3.num. 3.

CONCLVSIO DCCCCXL.

ARGVMENTVM.

Quam præſumptionem habeat inuentarium cum decreto iudicis confectum,& ad quē ſpectet onus contrarium probandi, ſi pręſumptio hæc impugnetur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium cum decreto iudicis confectum præſumptionem habet pro ſe, nulla ſcilicet alia bona in hæreditate extare,quam quæ in eo deſcripta ſunt. Et car. nu.2.*

3 *Bona plura eſſe in hæreditate,quam quæ in inuentario ſūt deſcripta ſi dicatur,ad quem pertineat id probare.*

4 *Inuentarij præſumptio locum habet tam in reo, quàm in actore.*

1 Inuentarium confectū† præcipuè cū decreto iudicis hēt pręſumptionem pro ſe, eouſq; quod ſi hæres illud in iudicio exhibeat, & nulla alia bona in hæreditate extare aſſerat, e cōuerſo vero creditores, & legatarij cōtradicēdo id negent,ſtatur inuentario, & ei fides adhibetur,niſi ipſi probent contrarium: iſtud colligitur ex l.ſcimus,§.licentia,C.de iur.delib. vbi Bart. & cæteri ſcribentes,& ex contextu l.fi.C.arb.tut.idq; multi tum profitendo,tum conſulēdo docuere, vt in primis Bal.in conſ.4.in fi.vol.2.Alex.conſ. 125.num.5. lib.1.Dec.in conſ.221.nu.9.& conſ.209.col.1.Natt. conſ.162.nu.9.Iaſ.conſ 55.in prin.lib.1.idem Iaſ.in l. pacta nouiſſima,nu.5.& 6.C.de pact.& in l.ſcimus,§. licentia,nu.1.C.de iur.delib. vbi etiam Corn.num.1. idq; aſſeuerauit Rip.in l.ſi conſtante,nu.19.ff.ſolut. mat.latè Alc.in tract.de præſump.reg.3.pręſump.20. quo in loco hanc reddit rationem,quod ſi pro inuē-

2 tario non præſumeretur† ſequeretur hęredem ſubtraxiſſe bona hæreditaria, quod delictum præſumi non debet,vulg.l.meritò.ff. pro ſocio. & ita tenent Alex. & Aret.in l.in illa,col.pen.ff.de verb.obl. quibus accedit Cacher.in deciſ.Pedem.deciſ.68.nu.11. ex quo

3 fit,quod ſi dicitur,plura eſſe bona in hæreditate,† vel maiorem eſſe in ea ſubſtantiam,quàm hæres in inuētario ſcripſerit,ad creditores legatários, & fideicommiſſarios,non autē ad hęredes incūbit onus probandi,iuxta gl.in l.cum de lege.ff de prob. quam ad hoc refert,& ſequitur Alex.in rub.de nou.oper.nunc.col. antep.& Iaſ.poſt Bar.& Câſtr.in l.ſcimus,§.licentia, nu.1.vbi etiam Corn.in prin.C.de iur.delib.& obſeruauit Rip.in d.l.ſi conſtante,nu.19. ff.ſol. matrim.& Guid.Pap.q.142.in fi.qui dicit eſſe menti tenendum.

4 Ampliare poteris concluſionē,† vt nedum locum habeat in reo, & quādo eſt cauſa defenſionis, verum etiam in actore,cum præſumptio pro inuentario habeat locum tàm in actore, quàm in reo, ita deciſum reliquit Cacher.in d.ſua deciſ.Pedem.68. poſt nu.11. ex rationibus, & authoritatibus ibi per eum allatis, quem inſpicias,adeò quod ēt ſi hæres neget bona inuentarij adeſſe,ei non creditur: quia contra eū habet præſumptionem ex confectione inuentarij reſultantem,vt tradit Nat.conſ.194.nū.9.cum ſeq. & conſultus reſpondit doctiſſimus Burſ.conſ.304.quęſtio pręſens,nu.2.& 3.lib.3. & iſto caſu transfertur onus probandi in ipſum hęredem,non adeſſe bona in hæreditate,vt per Corn.in conſ.127.col.fi.vol.4. Dec. conſ. 3.nu.4.et Tob.Non.conſ.18.nu.23.& 26.quos referēdo ſequitur idē D. Burſ. loco nuper allegato. Reliqua huc ſpectātia inuenies in concl.205. incip. bona non ſufficere ad ſoluēda debita: adeas illum locum.

CONCLVSIO DCCCCXLI.

ARGVMENTVM.

Feudalis inueſtitura,quo pacto teſtibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura feudalis teſtibus probatur.*

2 *Teſtes extranei,& mares admittuntur ad probandam inueſtituram feudi antiquam.*

3 *Inueſtitura feudalis teſtibus omni exceptione maioribus probanda eſt.*

4 *Inueſtitura tūc teſtibus probatur, ſi inueſtitura data fuerit intra tempus,in quo poſſibile eſt teſtes fuiſſe viuētes, qui interfuerunt inueſtituræ: ſecus ſi excesſerit tempus, in quo non poſſint teſtes fuiſſe præſentes.*

5 *Inueſtitor eſt idoneus teſtis in inueſtitura feudali.*

6 *Inueſtituram feudalem duobus tantum teſtibus probare ſatis eſt.*

7 *Teſtes dicuntur de ſubſtantia inueſtituræ tempore quo fit.*

8 *Inueſtituram ſolenniter factam fuiſſe corā duobus teſtibus,teſtium numero deficiēte,vnus ſemiplenè probabit.*

9 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis ad probandam inueſtituram in feudali cauſa.*

10 *Fœmina illuſtris,& habens feudum poteſt eſſe teſtis in inueſtitura feudali probanda.*

Inueſti-

1 Inueſtituram feudale† teſtibus probari oſtendit Bal. in c. 2. ſi inter dom. & vaſal. & in c. 1. nu. 8. quid ſit inueſt. & in c. 1. nu. 1. qui teſt. ſint neceſſ. ad probād. inueſtit. idem deciſum fuit ab Afflict. in deciſ. 398. in contingentia facti. nu. 1. & ſuper conſtit. regni. lib. 2. rub. 35. nu. 12. vbi ideò dicit errare aliquos comites, & Barones dicentes conceſſionem feudi factam ab eis non poſſe probari, niſi per inueſtituram in ſcriptis ſit tradita, & Lambert. de iur. patron. 3. art. 10. q. prin. 3. par. lib. 2. num 4. quod placuit etiam Aluarot. in c. ſi quis. nu. 5. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. quod ſenſit, & Martin. de Silima. in tract. feud. rub. de inueſt. qual. ſiat. & quot teſt. nu. 225.

2 Intelliges, & limitabis† primò concluſ. hanc procedere, quando ageretur ad probādum inueſtituram feudi antiquam: nam tunc admittuntur teſtes etiam extranei, dummodo tamen ſint mares, & non fœminæ, per contex. in d. c. 5. ad fi. qui teſtes ſint neceſ. ad prob. no. inueſt. quem allegat Cur. iun. in ſuo tract. de feud. tit. de feud. laic. verſ. 4. principaliter, nu. 17. idem ſenſit D. Thom. Mari. de feud. tit. 2. de feu. ex pact. & proui. antiq. ſiue pater. nu. 4. verſ. ſimiliter feudum.

3 Secundò velim limites, & declares, † vt tales teſtes debeant eſſe fide digni, & omni exceptione maiores, & debent fuiſſe præſentes, quando Baro inueſtiuit eū de feudo, vt eſſet eius vaſſallus, vt probat Afflict. in d. rubrica 35. nu. 12.

4 Tertio loco eadē limitanda eſt cōcluſio, † vt vera ſit, ſi inueſtitura data fuerit intra tempus, in quo poſſibile eſt teſtes fuiſſe viuentes, q interfuerunt inueſtituræ: ſecus ſi exceſſerit tempus, in quo non poſſint teſtes fuiſſe præſentes, quia tunc ſi nō probetur inueſtitura per ſcripturam facientem legitimam probationem, mouetur ſibi lis, & tenēreni feudum oportet recurrere ad præſumptionē, de qua in §. ſi quis per 30. & per And. de Iſern. ſi de feud. fuer. cōtro. inter dom. & agnat. ita tradit Afflict. vbi ſuprà.

5 Quartò intelliges, † vt etiam inueſtitor ſit idoneus teſtis, ſic not. gl. in c. 1. §. ſi duo, de pace tenēda, & eius viol.

6 Quintò declarabis, † vt ad probandam inueſtiturā duo teſtes ſufficiant: ita obſeruauit gl. vbi cęteri Doc. in c. ſi quis ſe, in ver. pares, tit. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. litoriat. nam cū aliquid de iure ciuili probādum eſt, per duos teſtes debet probari, l. vbi numerus, ff de teſt. & l. vult. ff. ad Trebel. & probatur in c. cum omnes. & in c. relatū, de teſtib. cum ſimilib. vt ſenſit Caccial. in tract. de feud. cogn. art. 6. nu. 4. cōcluſ. 4. de qua re latius apud Afflict. in d. c. ſi quis. nu. 1. in 1. not. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. & ibi ēt Aluar. nu. 1. & in d. c. 1. qui teſtes ſint neceſ. ad proban. inueſti. vbi ēt

7 inquit, quod teſtes† dicuntur de ſubſtātia inueſtituræ tēpore, quo ſic: atq. apud Bal. in c. 1. tit. quid ſit inueſt. nu. 8. & c. 1. §. ſacramentū, nu. 15. de contue. rect. feud. quo in loco illud quoq ſubiungit, quod ſi deficeret

8 †numerus teſtiū, vnus teſtis probabit ſemiplenè inueſtituram ſolenniter factam fuiſſe corā duobus teſtib. vt coram ſe, & alio, & in d. c. 1. qui teſtes ſint neceſſar.

9 Sextò limitabis cōcluſ. † vt ad probandā inueſtituram in feudali cū fœmina non poſſit eſſe teſtis, arg. c. 1. in fin. quot teſtes ſint nec ad prob. no. inueſt. & ibi tradunt Iac. de Perus. Bal. Aluar. & cæteri Doct. idem voluit Afflict. in c. 1. nu. 8. de controu. inueſt. hoc idem ſenſere Rom. in l. admonendi, num. 119. ff. de iureiur. Fel. in c. quā, nu. 2. & ibi Dec. nu. 18. de teſti. Iac. de S. Georg. in l. ex eo, nu. 2. ff. cod. tit. Iaſ. in l. ſi quis agere, nu. 19. C. de codic. & in l. hac conſultiſſima, in princ. C. de teſtam. Dec. in l. fœminæ, nu. 34. ff. de reg. iur. Io. Bapt. Caccialup. in tract. de feud. cogn. art. 6. num. 2. Tiraq. in tract. ll. connubial. in 10. l. nu. 52. Gul. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in 6. ver. duas habens filias, nu. 30. Cato Saccus, in d. l. admonendi, nu. 108. & ſeq. ff. de iureiur. Marſ. in ſing. 611. & Steph. Auſt. in tract. de reprobat. teſti. nu. 69.

10 Quòd ſublimitabis, † quando mulier eſſet illuſtris, & haberet feudum: nam tunc fœminā admitti teſtatur Afflict. in c. 1. nu. 25. quot teſtes ſint neceſſ. per ea, quæ allegant Cyn. & Bal. in l. vlt. C. de arbitr.

CONCLVSIO DCCCCXLII.

ARGVMENTVM.

Nonnulli referuntur modi, quibus inueſtitura feudalis præſumitur, atque probatur.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura præſumitur ſi quis longiſſimo tempore probauerit ſe ſtetiſſe in poſſeſſione bonorum feudalium.*

2 *Præſcribitur feudum contra laicum ſpatio 30. ann. aduerſus vero eccleſiam 40. Contr. num. 4.*

3 *Præſcriptio feudi eccleſiaſtici, vt probetur, quæ ſint probanda.*

5 *Inueſtitura voluntaria præſumitur ſpatio 30. ann. neceſſaria vero 10.*

6 *Inueſtitura feudalis probatur per inſtrumentum, & quomodo.*

7 *Inueſtitura probatur per inſtrumentum originale, ſecus per tranſumptum.*

8 *Inueſtitura probatur ex domini confeſſione ſimpliciter facta*

9 *Inueſtitura antiqua probatur per eius tenorem in alia inueſtitura relatum.*

1 Inueſtitura probatur, † & præſumitur, ſi quis longiſ. tempore probauerit ſe ſtetiſſe in poſſeſſione bonorū feudalium, prout dicit Crau. in tract. de antiq. temp. par. 3. ſect. vidimus in genere, nu. 36. Fely. in conſ. 26. nu. 12. Ceph. in conſ. 174. nu. 22. vol. 7. & Nat. in conſ. 456. num. 26. vol. 2. & ſentit Igne. in l. neceſſarios, §. non aliàs, nu. 328. ff. de ſenat. conſ. Syllan.

Et ita ad probandam præſcriptionem feudi arguit

* Paril. in cōſ. 27. nu. 72. vol. 1. vbi inquit, * communem

2 eſſe in hoc concluſionem, quod aduerſus laicum, † & vaſallum per alium poſſit præſcribi ſpatio 30. annorum, aduerſus vero Eccleſiam ſpatio 40. annorū, ſed

3 plura requiri ad probandam † huiuſ præſcriptionem. Primò, quod quis per tātum tempus habuerit poſſeſſionem continuè, & ſine interruptione. Secundò, q eam habuerit tāquam feudalem, & quod præſtiterit ſeruitia domino. Tertiò, quod ſemper fuerit in bona fide, allegādo Bal. Aluar. & Præp. in c. 1. §. ſi quis per triginta, tit. ſi de feu. & prædicta etiam requiſita receſſet Rol. à Val. in conſ. 3. nu. 29. vol. 1.

4 Inimò quod ſufficiat † probare longum tempus 10. annorum, nempè quod tanto tempore quis tenuerit, & poſſederit bona tanquam feudalia ſciente, & patiente domino, tradit idem Crauet. vbi ſupra per Iaſ. in l. ſciendum, col. 7. in fi. verſ. ſexto facit. ff. de verborum obligat.

Ideirco conciliabis ſecundum Fel. in d. cōſ. 26. nu.

5 12. quod voluntaria † inueſtitura præſumatur ſpatio 30. annorum, neceſſaria verò ſpatio decennij.

6 Inueſtitura itidem feudalis † probatur per inſtrum, quoad dominiū infeudantis, & quantum ad proprietates, & bona, quæ in locis infeudatis acquiruntur, vt reſponſum eſt à Cur. iun. in conſ. 140. nu. 12. ſecus verò quoad tertium: quia inſtrumentum inueſtituræ nō nocet tertio abſenti, vt conſuluit Nat. conſ. 634. perlecto. n. 13. & latius in cōſ. 94. nobilis Io. Maria. nu. 6.

7 Quam probationē intelligere poteris, † ad hoc vt p inſtrumentum probetur inueſtitura, debeat eſſe ori-

ginale inſtrumētum: nam ſi produceretur exemplum primæ inueſtituræ de verbo ad verbum, trāſumptum non faceret fidem l. procurator, & in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. l. 2. ff. de fid. inſt. & l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. erciſc. vt conſultum fuit à Natt. in dict. conſ. 634. num. 14.

8 Ad hoc inueſtitura † poterit probari ex domini cōfeſſione ſimpliciter facta, iuxta l. cum te. C. de transaction. vt cautum eſt ab Alex. in conſ. 13. incip. ex his, cir. prin. lib. 1. & ad hoc extat cōtex. in c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. & ibi * omnes id obſeruant, in primis Afflic. in prin. & n. 28. & conſuluit Ceph. in cōſ. 9. nu. 19. vol. 1.

9 Poſtremò inueſtituræ † antiquæ probatio fit p eius tenorem in alia inueſtitura relatum, iux. ſentent. Rip. in l. ſi conſtante. nu. 10. ff. ſol. matr. de quo latè Boer. deciſ. 247. nu. 1. 2. & 3. ad idem reſpondit Pariſ. in cōſ. 23. nu. 87. vol. 1. & decidit Cacher. in dec. Ped. 139. n. 4

CONCLVSIO DCCCCXLIII.

ARGVMENTVM.

Inueſtituram noui feudi paribus teſtibus eſſe probandum, & an id ſit perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura noui feudi teſtibus paribus probanda eſt.*
Et cur. num. 2.
Contrarium. num. 3.
Conciliatio. num. 4.
5 *Inueſtituram noui feudi teſtibus extraneis poſſe probari confirmatur.*
6 *Teſtes pares curiæ, qui vocentur.*
7 *Inueſtitura noui feudi teſtibus paribus etiam abſentibus probanda eſt.*
8 *Inueſtitura noui feudi teſtibus extraneis probatur, ſi dominus non habeat pares.*
9 *Inueſtitura noui feudi teſtibus extraneis probari poteſt, modo tamen ij ſint omni exceptione maiores.*
10 *Inueſtituram noui feudi in curia Mediolanenſi non eſt neceſſe teſtibus paribus probare.*
11 *Inueſtitura noui feudi tunc teſtibus extraneis poteſt probari, cum vaſſallus eſt in poſſeſſione domino ſciente, & non contradicente.*
12 *In inueſtitura noui feudi cum benè teſtatum probatur per ſigillum domini, tunc non eſt neceſſe adhibere teſtes pares.*
13 *Inueſtitura noui feudi facta per inſtrumentum per pares cōfirmatum, & caſu amiſſum, poterit probari amiſſio, per teſtes extraneos.*
14 *Inueſtitura noui feudi teſtibus extraneis probari poteſt, ſi pares mortui ſint.*
15 *Inueſtitura noui feudi teſtibus ijs probatur, qui tempore probationis deſierint eſſe pares, qui tempore inueſtituræ erant pares.*
16 *Inueſtitura noui feudi teſtibus pro paribus habitis, licet reipſa non ſint tales, probatur.*
17 *Inueſtitura feudalis facta a clericis de rebus Eccleſiæ teſtibus extraneis ritè probatur.*
18 *Inueſtitura valet etiam ſi non fuerint pares, cum dominus confitetur eam eſſe factam.*
19 *Inueſtitura paribus probanda, ſatis eſt, ſi illi pares fuerint tempore diſpoſitionis, non verò inueſtituræ.*
20 *Inueſtitura extraneis teſtibus tunc ritè probatur, cum dominus non vult pares cogere ad iurandum.*
21 *In inueſtitura noui feudi teſtibus probanda pares repelluntur a teſtimonio, ob maximam amicitiam inter pares, & dominum.*

1 Ad probandam † inueſtituram noui feudi, hoc eſt, nunc recens acquiſiti, tradūt iuris feudorum interpretes, teſtes pares eſſe neceſſarios, non autem extraneos, vt videre eſt ex c. 1. tit. de nou. feu. aiūt enim tunc neceſſarium eſſe, quod adhibeantur duo, vel tres pares curię, aut benè teſtatum à paribus comprobatum, ſiue ſubſcriptum, permoti ex contextu c. 1. quid ſit inueſtit. & qui teſtes ſint neceſſ. ad probād. no. inueſtit. vbi Aluarot. col. 3. & Bal. num. 1. ſic aſſeuerauit Afflict. in c. 1. de content. inter dom. & vaſal. not. 1. & in c. 1. §. ſi enim. quid ſit inueſt. ita cēſuit Iac. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inueſtit. num. 57. quorum ſententiæ accedit Rayn. in ſuo cōpend. feud. §. prætereà. q. 13. nu. 25. & ſeq. cum his ſenſit Cur. iun. trac. de feud. laic. verſ. quarto principaliter. nu. 16. col. 1. quod nec latuit D. Iac. Franch. ad tit. ſi de inueſtit. feud. contro. fuer. nu. 5. qui liber vnà cum deciſionibus Excellētiſs. Vincentij Franchi ab impreſſoribus ſolet typis excudi. & cæteri omnes feudiſtæ in d. c. 1. qui teſtes ſint neceſſ. ad proband. nou. inueſtit.

2 Rationem autem, † quare extranei teſtes non admittantur, affert contex. in c. 1. §. idcirco. de inſt. feud. ne ſcilicet, quid excogitetur falſitatis in perniciē domini alijs teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia, quæ non ſunt ſuſpicanda in paribus propter beneficium, quod à Domino receperunt, arg. l. ſi maritus. in fi. ff. de don. int. vir. & vxor. Sic tradit idem D. Iac. Franch. vbi ſupra d. nu. 5.

3 Contrarium tamen, † vt ſentiamus, id ſuadere videtur: nam potius pares debent eſſe iudices, vbi quæſtio vertitur inter dom. & vaſal. vt habemus ex c. 1. de controu. feud. apud par. ter. & in §. penult. de prohib. feud. alie. per Fed. non enim poſſunt fungi duplici officio, ſcilicet iudicis, & teſtis.

4 Ad conciliandas opiniones has † inter ſe pugnātes, dicere poterimus, quod aut pares ſunt tot numero, vt vtriq. officio ſatisfacere poſſint, & tunc nonnulli ex his teſtes, alij iudices, aut tunc exigui numero, adeò vt non ſatis eſſe poſſint vtriq; officio, & tunc ſi certū eſt, quod poſſit probari per pares tantùm, & non per alios, tunc erunt teſtes, & alter erit iudex: aut ſimiliter certum eſt, quod poteſt fieri probatio per alios, & tūc pares erunt iudices: aut ſumus in dubio, & tunc pares erunt teſtes, & alter erit iudex. cuius rei ratio eſt, quoniam facilius inueniūtur iudices, quàm teſtes, vt optimè confirmat Aluar. in c. 1. num. 4. de conten. inueſt. inter dom. & vaſal.

5 Non propterea tamen † quieſcit animus: nā Franc. Blan. in ſumm. c. 1. verſ. eſt igitur ſciendum minimè tenet hanc differentiā, dicēs eſſe ſublatam, & in vtroque feudo, tam nouo, quàm antiquo, poſſe fieri pbationem inueſtituræ per teſtes extraneos, cui accēdit Mari. in tract. feud. tit. 3. de feud. ex pac. & pro nouo. nu. 12. verſ. ſed hæc differentia. Cuius quidem Blanc. opinio ex eo poſſet confirmari, ꝙ contex. in d. c. 1. de no. feu. cui opin. Doct. tenentium hanc differentiam inter feudum nouum, & antiquum eſſe veram, innititur, non videtur aliquo pacto hoc diſcrimen conſtituere: nam ſolùm dicit pares curiæ eſſe neceſſarios in inſtrumento inueſtituræ, ne quid fraudis excogitetur in perniciem domini, nec aperit de quo feudo loquatur, ſiue nouo, ſiue antiquo, vnde verba textus vtrique feudo conuenire poſſunt.

* Niſi fortè diceremus tenendo * communē opinionē, propriam inueſtituram cōſiderari gratia feudi noui, ratione verò feudi antiqui potius dici cōfirmationem veteris inueſtituræ, vnde verba cōtextus dēnt ꝓpriè intelligi, & ſic loq in feu. no. l. nō aliter. ff. de leg. 3. l. 1. § is, qui nauē. ff. de exerc. cum ſi in feudo n. antiquo potius cōfirmationē, & renouationē inueſtituræ cōſideramus, q̃ propriā inueſtitura. c. 1. de feu. mar. c. 1. de feu. cog. c. 1. qb. mo. feu. cōſt. pot. ita explic. Mar. in trac. feu. ti. 2. de feu. ex pac. & prou. antiq. ſiue pares

Pares

6 Pares autem curiæ † voco cæteros cõuaſallos, vt dicit And. in c. 1. nu. 1. & c. de contro. feu. apud pares termin. cui adhæret Fran. Ray. in c. imper. §. ſi quis infeudatus. q. 13. & clarius in §. præterea ſi inter duos. n. 8. verſ. quæro, nec procedamus p ignota. vbi declarãdo qui dicant pares curiæ, dicit eſſe conuaſallos ſub eodem dño conſtitutos, & probari in c. 1. quid ſit inueſt. & in c. 1. ſi de inueſt. lis ori. inter domin. & agna. & ita ẽt declarant Iacob. in verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalib. in princ. Curt. in 1. par. 8. q. nu. 7. Com. in verb. antiquis. nu. 221. de quibus paribus curiæve cæteris conuaſallis, varijs in locis apud feudorũ iura habemus, quæ loca cõnumerat Mari. vbi ſup.

Concluſionẽ hanc ita confirmatã ampliabis pro-
7 cedere. † etiam ſi pares eſſent abſentes, qui expectandi ſunt, arg. c. 1. in prin. de conſuet. recti feud.

Nunc verò velim primò limites eandẽ concluſio-
8 nẽ, vt locũ non habeat, † ſi dñs non haberet pares. nã tunc admitterentur & extranei, arg. c. 1. §. ſi verò. qd
9 ſit inueſt. huiuſmodi tñ † debent eſſe omni exceptione maiores, hoc eſt, tales, qui non reprobentur, l. optimam. in fin. C. de contr. & commit. ſtip. & ita per d. c. 1. verſ. qp ſi iurare. in fi. quid ſit inueſtit. & ibi And. decidit idem: D. Fran. loco ſuperius allato. nu. 7.

10 Secundò limita, vt non procedat † in Curia Mediolanenſi, vt deciſum eſt apertè in cap. 1. quot teſtes ſunt neceſſ. ad proban. no. inueſt.

11 Tertiò limitãda eſt, vt vera ſit † dño adhuc exiſtẽte in poſſeſſione: ſi autem vaſallus eſſet in poſſeſſione domino ſciente, & non contradicente, tunc cauſa expediretur abſque paribus, ſecundum formam, quæ traditur in c. 1. ſi de contro. inter dom. & vaſal. & in c. vlt. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. oria.

12 Quartò limita, niſi bene † teſtatũ probaretur per ſigillum dñi, quoniam illa eſſet ſufficiens probatio, ita dicit Alua. in c. 1. col. 4. quot teſtes ſint neceſſ.

13 Quintò limita, niſi † inueſtitura eſſet facta per inſtrumentum per pares confirmatum, quod poſtea caſu fortuito fuiſſet amiſſum; amiſſio enim & caſus poſſet probari per alios, quàm per pares, iux. ſen. Bal. in d. c. 1. quot teſtes.

14 Sextò limita, † niſi inueſtitura eſſet facta coram paribus, qui mortui eſſent, etenim poſſet vaſallus per alios teſtes probare, quomodo inueſtitura erat facta coram paribus, vt docet Aluaror. in d. c. 1. col. pen. quot teſtes.

15 Septimò limita, † niſi teſtes eſſent pares tpe inueſtituræ, & poſtea tpe probationis, deſierant eſſe pares; qm hoc modo non obſtante erunt idonei teſtes: prout dicit Aluar. in d. c. 1. vers. in c. & tit. an re. teſt. deb. nã ſufficit, quòd tempore inueſtituræ fuerint pares, arg. l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſt. ſic docet eruditiſ. Iac. Fran. ad d. tit. ſi de inueſtit. feud. fuer. contro. nu. 6.

16 Octauò limitabus, † vt ſatis ſit, quòd teſtes habeantur pro paribus, licet re vera pares non eſſent, ſecundum Aluaros. in d. c. 1. col. 1.

17 Nonò limita, † vt non procedat, quãdo Clerici faciunt inueſtituram feudalem de rebus Eccleſiæ; nam admittuntur teſtes etiam extranei, vt ſancitum eſt in c. 1. §. vlt. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis ori. vbi Aluaro. & cæteri feudiſtæ.

18 Decimò limita, † niſi dominus cõfiteatur inueſtituram eſſe factam: tunc etiam ſi pares non fuiſſent, valebit: ita tenet gl. in d. c. 1. quot teſtes ſint neceſſ.

19 Vndecimò limitã, † qp licet teſtes tempore inueſtituræ non eſſent pares; tamen ſatis eſt, quod tempore diſpoſitionis ſint pares; ita placuit Andr. de Iſern. in c. 1. an temo. deb. teſt. qui pares eſſet deſ.

20 Duodecimò limita, † qñ dominus nollet cogere pares ad iurandum, nam tunc poſſet vaſallus probare per teſtes extraneos; ſic ſtatutum eſt in c. 1. §. 1. ad fin. quid ſit inueſt. & ſi vaſallus non haberet teſtes extraneos, & dominus nollet cogere pares, tunc poſſet vaſallus confugiendo ad iudices ſuperiores, vt concludit ibi gl. & * communiter Doct.

21 Decimotertiò limita, † vt maxima amicitia inter dñm, & pares repellat pares à teſtimonio, iuxta ſententiam Aluaror. in d. c. 1. §. vlt. ad fi. quid ſit inueſti.

CONCLVSIO DCCCCXLIIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto iuramento probetur inueſtiturã feudi fuiſſe factam.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituram fuiſſe factam, vaſallus ſuo iuramento poteſt probare.*
2 *Inueſtituram fuiſſe factam iuramento ſuo vaſallus poteſt probare, etiam ſi is feudi partem tantum poſſideat.*
Et quæ circa hoc debeant concurrere, nu. 3.
4 *Inueſtituram fuiſſe factam cum iuramento probandum eſt, cui ſit deferendum iſtud iuramentum à iudice.*
5 *In inueſtituræ probatione vaſallo deficiente, dñs etiamſi nullum ſacramentum præſtiterit, abſoluetur.*
6 *Inueſtituram fuiſſe factam tunc iuramento probatur, cũ inter dominum & vaſallum poſſeſſorio iudicio tantum agitur, ſecus vbi dominus directè petitorio, id eſt, rei vendicatione ageret.*

1 Inueſtituram fuiſſe factã † (ſi dominus neget, quia fortè coram teſtibus paribus facta nõ eſt, vel quia de illius inſtrumento nõ conſtet) poterit vaſallus, ſi in poſſeſſione feudi erit, illam ſuo iuramento probare, iurando ſe eſſe inueſtitum, c. 1. §. ſi verò vaſallus. quæ ſit inueſt. & c. vnic. de conten. inter me & dom. de inueſt. feud. & ita tradit Ioan. Ign. in l. neceſſarios. §. nõ alias nu. 322. verſ. ſi vero quærit. ff. ad Senatuſconſ. Syllan.

2 Ampliabis cõcluſ. vt etiam procedat, † ſi vaſſallus partem feudi poſſideat, vt ſi controuerſia ſit inter dominum, & vaſallum de portione feudi fratris ipſius vaſalli defuncti. nã ſi frater ſuperſtes poſſederit portionem ſuam, licet partem fratris defuncti alienauerit, ei tamen defertur iuſiurandum ad probandũ eius patrem iure inueſtitum fuiſſe: ſic deciſum habemus in c. vni. de conten. inter me, & domi. de portio. feud. fratr. mei defunct.

3 Hæc tamen intelligenda erunt, † cõcurrentib. primo, vt vaſallus anno integro tanquam inueſtitus feudum bona fide poſſederit. item & ſecundo, qp ſciente, & non cõtradicente domino in feudi poſſeſſione permanſerit, vt ſancitum eſt in c. vni. §. ſi quis. verſ. ſi autẽ aliquis. tit. ſi de inueſt. int. dom. & vaſal. lis oria, alioqui, vt dicitur in contextu iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis periurio, quandoq; dño in poſſeſſione damnũ affert: & tertio quod dominus ſeruitium à vaſallo receperit. iſtis enim tribus concurrentibus, licet vaſallus inueſtituram non probet, obtinebit tamen præſtito ſibi iuramento, niſi aliud contrarium à domino probetur, aut per pares curiæ, aut inſtrumentum, vel alia legitima documenta, vt habemus in c. 1. in prin. verſ. inde etiam de conſue. rec. feu. & ſequutus eſt idẽ Io. Igne. in d. §. non alias, nu. 322. verſ. ego comperio. & num. 338. verſ. ex prædictis.

4 Id ſubintelligas, † non ſemper ſacramentũ dãdum ſit poſſidenti, ſed quandoque petenti, & quandoque neutri. nam cum alteri deferendum erit, oportet iudicẽ ſpectare, ſi quid ſit, quod ipſum moueat, vt potius poſſidenti, quàm petenti deferendũ ſit. & ſi nihil ſit, quod pro poſſidente faciat, qȝ ipſa ſola poſſeſſio arbi-

trabitur

Digitized by Google

trahitur iudex, qui melius ei fuerit in ſupplementum alterius probationis iuramentum deferre, & ita aut actori, aut reo, aut actore nihil probante abſoluere reum, & ſi nihil præſtiterit, & dicto c. 1. §. ſacramentum. de conſuet. rec. feud. quod ex illo textu obſeruat idem Io. Igne. in d. §. non aliàs. ſub d. nu. 322.

5 Ad vnum tñ velim aduertas,† quod ſi inter dominum & vaſallum de beneficio controuerſia ſit, & dominus in poſſeſſione ſit, ſi vaſallus in probatione defecerit, dominus, etiamſi nullum ſacramentum præſtiterit, abſoluetur: ſi verò vaſallus poſſideat, & longa ſit eius poſſeſſio, iurabit vaſallus, & ſuo iuramento cã finietur: vbi autem poſſeſſio noua erit, ſacramentum ei non præſtabitur, ſed domino, niſi pro poſſidente aliud faciat, vt colligimus ex d. c. vnic. §. item ſi inter dominum & vaſallum. tit. de conſuet. rect. feud. & tradidit Igne. in d. §. non aliàs nu. 326.

6 Intelligas ēt concluſionem, vt locum habeat,† qñ inter dominum & vaſallum poſſeſſorio iudicio tñ agitur, ſecus vbi dominus directè petitorio, id eſt, rei vendicatione ageret; quia tunc poſſeſſio non releuaret vaſallum, niſi de titulo doceret, vel vaſallus triginta annis poſſediſſet, & ſeruitium ab eo tanto tēpore, vt à vaſallo à ſe tenente recepiſſet, ſecundum Andr. de Iſern. in c. 1. de controuer. inueſt. col. 10. per cōtex. in c. ſi quis per trigin. ann. tit. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. quem refert Igne. in d. §. nō aliàs. nu. 328. & illum multis rationib. nu. 329. tuetur à calumniis Bal. Card. Alex. & Martin. Lauden. qui contra ſentiunt; quas per te videre poteris.

CONCLVSIO DCCCCXLV.

ARGVMENTVM.

An Iudæus poſſit eſſe teſtis, quo pacto iurare debeat, cum teſtis producitur, & an ei poſſit deferri iuramentũ in ſupplemētum ſemiplenæ probationis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum.*
2 *Iudæi proſequuntur odio Chriſtianos.*
3 *Neophitus non poteſt teſtificari contra Chriſtianum.*
4 *Amicus reconciliatus repellitur à teſtificando.*
5 *Infamia remanet apud infamem, extincta cauſa infamiæ.*
6 *Iudæus teſtificari poteſt pro Chriſtiano contra aliũ Chriſtianum, & cur.*
7 *Iudæus teſtis eſſe poteſt contra Iudæum, qui factus Chriſtianus ad Iudaiſmum rediit.*
8 *Iudæus contra Chriſtianũ poteſt teſtis adhiberi ipſo Chriſtiano conſentiente, & cur.*
9 *Iudæus poteſt eſſe teſtis in criminibus exceptis, vt hæreſis, Simoniæ, & læſæ maieſtatis.*
10 *Iudæus teſtificari poteſt in probanda interruptione præſcriptionis.*
11 *Iudæus poteſt eſſe teſtis in contractibus inter viuos.*
12 *Iudæus contra Iudæum poteſt eſſe teſtis.*
13 *Iudæus cum coniunctis examinatus eſt idoneus teſtis.*
14 *Iudæus contra Chriſtianum eſt idoneus teſtis, cum vltra ipſius teſtimonium concurrerent aliæ præſumptiones.*
15 *Iudæus ſecundum legem ſuam iurare debet, & ſuper decẽ præceptis Moyſi, vel per Deum Patrem.*
16 *Iudæus non debet iurare per Ieſum Saluatorem, nec per euangelia, nec per ſacra, vt nos Chriſtiani iuramus.*
17 *Iudæo deferendum non eſt iuramentum in ſupplementũ ſemiplenæ probationis. Contrarium, nu. 2 z.*
18 *Iuramenti delatio in ſupplementum probationis, dicitur fieri de æquitate.*
19 *Iudæo non eſt ſeruanda æquitas, ſed rigor.*
20 *Vbicunque quis repellitur à teſtimonio à cauſis enumeratis in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſtib. eo magis repellitur, ne ſibi deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, & cur.*
21 *Iudæus eſt infamis infamia facti.*
23 *Iudæi locos incolentes, in quibus ſeruatur ius ciuile Romanorum, dicuntur è Pop. Roma. quò ad hoc, vt legibus illis viuant.*
24 *Iudæi habent in filios ius patriæ poteſtatis.*
25 *Immunitas conceſſa hominibus alicuius loci trahitur ad Iudæos ibi habitantes.*
26 *Iudæus minor in integrum reſtituitur.*
27 *Reſtitutio in integrum eſt introducta ex æquitate.*
28 *Iudæo non defertur iuramentum in ſupplementum probationis contra vtrum Chriſtianum, at contra ſuſpectum de Iudaica prauitate vtique.*
29 *Effectus à quo remouetur, remouetur & nomen.*
30 *Priuilegium perditur propter abuſum.*
31 *Iudæo defertur iuramentum in ſupplementum probationis, quando is plus quam ſemiplenè probauit.*

1 IUDÆUM repelli ad ferendũ † teſtimoniũ contra Chriſtianum, ſtatutũ eſt. in c. ſi hæreticus, & in c. non poteſt, 2. q. 7. in c. Iudæi, & ibi not. ſcribent. poſt gl. de teſtib. & in c. 1. eo. tit. & in l. quoniam. C. de hæret. ita tradidere Stephan. Aufrer. in tract. de reprobat. teſt. nu. 58. verſ. Iudæus. Nepos à Montalban. in tract. de except. art. 19. num. 53. verſ. item teſtimonium Iudæi, latè Paris de Put. in tracta de ſindic. c. fui ſemel rogatus, nu. 1. Spec. in tract. de mod. general. concil. celebran. rub. 61. nu. 3. verſic. dicti etiam Iudæi. Feli. in d. c. Iudæi, nu. 1. Campeg. in tract. de teſtib. reg. 46. & Crot. in eo. trac. de teſti. in 4. par. nu. 37 verſ. nonò quæritur.

2 Concluſionis noſtræ ratio eſt. Iudæi enim † odio proſequuntur Chriſtianos, ſic in c. nonne, 1. q. 1. propterea huius odij ratione non poteſt contra Chriſtianos teſtificari.

3 Eandem ampliabis, vt locum habeat † etiam in Iudæo nunc recens ad fidem conuerſo, qui Neophitus appellatur, c. 2. 48. diſtin. vt dicitur in d. c. non poteſt,

4 2. q. 7. nam quemadmodũ amicus reconciliatus † repellitur à teſtificando, non ſecus, ac ſi inimicitia adhuc perſeueraret, c. accuſatores, 3. q. 5. ita & in Neo-

5 phito: infamia enim † remanet apud infamem extincta cauſa infamiæ, vt egregiè not. glo. in c. conſtituit, 17. q. 4. quam ſingularem ad hoc refert Rom. in ſing. 679. nunc veniamus ad lucrum panis, cum multis ad idem adductis à Marſ. in ſing. 107. priuilegium dignitatis, & in ſing. 273. notiſſimum eſt in iure, ſub verſic. ego autem, licet Crot. vbi ſupra de hoc dubitãdo cogitandum relinquat. ad hoc tamen conſulas Fely. in c. cauſam, de reſcrip. & Marſi. in l. 1. §. præterea, col. 2. ff. de quæſtio.

6 Concluſionem noſtrã primò limitabis, † vt locum nō habeat, qñ Iudæus teſtimoniũ ferret pro Chriſtiano contra aliũ Chriſtianũ; quia eius teſtimoniũ admitteretur, & ꝙ par affectio, vt tollit omnē ſuſpicionem, l. qui teſtō. §. in contrarium, ff. de teſtam. ita par cauſa odij tollit omnem ſuſpicionem, l. nō ſolum, §. ff. de rit. nupt. vt contrariorum eadem ſit diſciplinæ, c. hoſpitiolum. 32. diſt. & Inſtit. de tutel. in prin.

7 Secundo limitanda eſt, † qñ Iudæus teſtificaretur cōtra Iudæum, qui factus Chriſtianus ad Iudaiſmũ rediit, vt ſancitum eſt in c. contra Chriſtianos, de hæret lib. 6. quem contex. ad hoc ponderat ibi Dom.

8 Tertiò velim limites, qñ qs conſentiret, † ꝙ Iudæus contra ipſum in teſtē ꝓduceret̃, vt docet gl. in l. ſi qñ. C. de teſti. iſta repulſio Iudæorũ ꝑmittit̃ fauore ipſius Chr̃iani, ideo pōt huic renũciare. l. pe. C. de pact. c. ad apoſtolicã. de reg. pro hoc Are. in c. ꝑſentiũ. de teſtib. examinat inſignē cōtex. in c. ſi hæreticus. 2. q. 7. dũ vult, quod

Digitized by Google

quod infidelis poſſit produci à Chriſtiano, non con-
tra fidelem, vnde datur intelligi, prohibitionem illã
emanaſſe gratia Chriſtiani, contra quem infidelis in
teſtem producitur, de qua re latius apud Fely. in d. c.
Iudæi. num. 5. de teſtibus.

9 Quartò limita in criminib. exceptis, † vt hæreſis, ſi-
moniæ, & crim. leſ. maieſt. vt teſtatur gl. 1. in c. cum P.
Mãconella. de accuſ. ita probatur in d. c. ſi hęreticus,
2. q. 7. & in c. in fidei fauorem, de hæret. in 6. nec vim
facit, ſi dicatur quod illa iura loquantur in hæretico;
quia maior prohibitio eſt in hæretico, quàm in Iu-
dæo, iuxta ſentent. glo. in c. pagani. 2. q. 7. cui fauet. c.
1. de teſt. in 6. Quanquam cõtrariam tueatur opinio-
nem in c. 1. de teſtib. cuius opinio poteſt confirmari
ex gl. in d. c. pagani, quæ æquiparat accuſationes, &
teſtimonium, de quo nos aliàs in concl. hæreſis.

10 Quintò limitare poteris, † vt locum ſibi nõ vendi-
cet in probanda interruptione præſcriptionis: nã tũc
Iudæum poſſe eſſe teſtem author eſt Rom. in l. pactũ
quod dotali. col. 4. poſt nu. 11. ver. tertio idem probo.
C. de collat. de quo dicit eſſe caſum ſingularem in d.
l. quoniam. C. de hęret. Veruntamen in hoc animad-
uertendum eſt, quod cum loquatur de hæreticis, non
videtur habere locum de iure canonico, cùm omnes
ſint excommunicati, c. excommunicamus, de hær. &
excommunicatus teſtificari non poteſt. c. veniens, in
fi. de teſtib. & c. decernimus. de ſent. excom. in 6. ac ẽt
quia nobis interdicta eſt eorum communio propter
excommunicationem. c. ſacris, de ſent. excom. Ob id
in illis accidit ratione peccati, quod oritur ex partici-
patione prohibita. d. c. ſacris, de ſent. excom. vt nullo
modo poſſint adhiberi teſtes in teſtamẽtis, & in alijs
contractib. & iſtud ſentit Bart. in d. l. quoniã, in fin. &
in hoc poterit Pontif. Max. tollere legẽ ciuilem pro-
pter peccatum, iux. not. per gl. in reg. poſſeſſor. de reg.
iur. in 6. & in c. vlt. & ibi Doct. poſt gl. de præſcript.

11 Sextò limitabis, vt non procedat Concl. † in teſta-
mẽto, & in alijs contractib. inter viuos, quia in illis Iu-
dæus poteſt eſſe teſtis. d. l. quoniam, in fi. & ibi Bart. &
Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. cath.

12 Septimò limitanda eſt, † vt tunc Iudæus poſſit eſſe
teſtis, quando is produceretur teſtis à Chriſtiano con
tra Iudæum, vt habemus in contex. d. c. ſi hęreticus. 2.
q. 7. & obſeruauit Spec. in tit. de teſtib. §. 1. nu. 59. verſ.
item quod eſt Iudæus idem probauit glo. in l. 1. C. de
ſum. Trin. & fid. cath. gl. itidem pen. in c. multiplex,
diſt. 1. & ſic Chriſtianus poteſt Iudæum contra Iudęũ
producere in teſtem, & etiam poſſunt inter ſe teſtifi-
cari, d. l. quoniam.

13 Octauò fallit, † niſi Iudæus examinaretur cũ con-
iunctis, vt voluit Bal. in d. c. Iudæi, quem ſequitur Fel.
ibid. num. 5. in fi.

14 Nonò fallit: † nam licet teſtimonium Iudæorum
non admittatur contra Chriſtianum, vt ſupra diceba
mus. tamen illud procederet, quando ſolùm adeſſet
ipſorum teſtimonium; ſed ſi vltra illorum teſtimo-
nium aliæ præſumptiones concurrerent, ſuppleretur
defectus in teſtimonijs Iudæorum, vt quæ non pro-
ſunt ſingula, multa iuuent. l. 3. §. 2. & l. ob carmen. §.
vlt. ff. de teſtib. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. 2. in prin. vbi
glo. ff. de excuſ. tuto. l. indicia. C. de rei vend. l. inſtru-
menta, l. rationes. l. non nudis, l. non epiſtolis. C. de
probatio. c. præterita. de teſtibus. cap. illos vos, de pig.
& cap. ad noſtram, de emptio. & vendit. & quod te-
ſtium defectus ſuppleatur ex alijs præſumptionibus,
tradit Bald. in l. ea quidem. colum. 2. C. de accuſ. arg.
l. quæritur. §. vlt. ff. de ædil. edict. & in cap. cum dile-
ctus, de ſucceſſ. ab inte[ſt]a. idem dicit Cępol. in conſ.
38. nu. 11. quo in loco ait vnius teſtis dictum ſuppleri
ex alijs pręſumptionibus ad plenam probationem, at-
que Soc. Sen. in conſ. 89. nu. 14. verſ. probatur hoc ma
nifeſtè. volum. 1. & Dec. in conſ. 146. colum. 7. ſub nu.
14. & in propoſito noſtro de Iudæo reſpõdit Crauet.
in conſ. 73. dicendum videretur. num. 18. verſ. ſexto
fuerunt examinari.

Sed demus hoc, Iudæum ſcilicet poſſe produci in
teſtem, vt in caſibus ſupra numeratis, quomodo iura-
re debebit, an per legem ſuam, an ſicut iuramus nos
15 Chriſtiani? Dicendum eſt, † quòd iurare debeat ſe-
cundum legẽ ſuam, vt ſuper decem præceptis Moyſi,
vel per Deum patrem, ita docet Spec. in §. reſtat. nu.
17. verſ. ſed pone, Iudæus, tit. de iura. calum. quem re-
ferendo ſequitur Abb. in c. 1. col. 4. num. 11. verſ. qua-
liter autem, de iuram. calu. idem ſentire videtur Bart.
in l. 3. §. iurari. num. 1. ff. de iureiur. quibus accedit Fel.
in cap. vlt. num. 5. verſ. vltimo tangit. de Iudæ. Per le-
16 ſum autem ſaluatorem, † vel per Euangelia, vel alio
modo, prout nos iuramus, non debent iurare, cùm
ipſis non credant; nec etiam per ſacra; cùm ea ipſis
tangere non liceat, argum. cap. ad eius. 5. diſtinct. &
ſic intelligenda eſt l. Iudæi. la 1. C. de Iudæ. quæ vult,
quod in cauſis Iudæorum cognoſcendum ſit ſecun-
dum leges Romanas.

Quid vero ſi Iudæus ſemiplenè probauerit, an in
17 probationis ſupplementum † poterit ipſi iuramentũ
deferri? Et quidem in hac re Bald. in l. qui accuſare,
num. 2. verſ. ex hoc etiam apparet, C. de eden. cenſuit
ei huiuſmodi iuramentum nõ deferri, hunc ſequu-
tus eſt Curt. in l. admonendi. num. 202. verſ. octauo
limitetur iſta ſecunda, & ibidem Caccialup. nu. 156.
in 28. fallen. ff. de iureiur. idem ſenſit Marſil. in ſing.
41. Iudæus.

18 Iſtud egregia ratione confirmatur, † nam delatio
huius iuramenti dicitur fieri de æquitate, ſecundum
Bald. in rub. de controuer. inueſt. in vſib. feud. ſed Iu-
19 dæo non eſt ſeruanda æquitas, † immò rigor, vt ait glo.
in c. 2. in glo. vlt. de Iudæ. propterea non deferendum
eſt tale iuramentum.

20 Præterea regula eſt, † quod vbicunque quis repel-
litur à teſtimonio à cauſis enumeratis in l. 3. §. lex Iul.
ff. de teſtib. eo magis repellitur, ne ſibi deferatur iura-
mentum in ſupplementum probationis, cùm efficia-
tur teſtis in cauſa propria. l. vlt. C. de fideicom. & de-
inceps ſit teſtis irregularis, contra regulam. l. omnib.
C. de teſtib. & l. nullus idoneus. ff. eod. de teſtib. cum
21 ita Iudæus † infamis ſit infamia facti, l. cunctos po-
pulos. C. de ſum. Trin. & fid. cath. meritò iſtud iura-
mentum non poterit deferri. ita Bald. in d. l. qui ac-
cuſare. num. 2. quem ſequitur Iaſ. in d. l. admonendi,
ſub nu. 296. in 36. fallen. vbi plura ad hoc accumulat.

22 Contrariam tñ † tuetur ſententiam Crau. in d. conſ.
73. ſub nu. 26. verſ. ſecũdo illa opinio, ea ratione per-
23 motus, ꝙ Iudæi † locos incolentes, in quib. ſeruatur
ius ciuile Romanorum, dicãtur eſſe à populo Rom.
quo ad hoc, vt legib. illis viuant. l. Iudæi Roma. C. de
Iudæ. & not. in c. ius quiritum, diſt. 1. ac Innoc. in c. ꝙ
ſuper his, de vot. & Io. And. in c. gaudemus, de diuor.
24 propterea dicuntur habere † in filios ius patriæ pote-
ſtatis, quæ eſt de iure Roman. vt obſeruat gl. in c. Iu-
dæorum. 28. q. 1. & in d. c. ius quiritum. Bald. itidẽ in l.
nã & ciuium. ff. de ijs, qui sũt ſui, vel alie. iur. ac Card.
** in clem. 2. in vlt. q. de Iudæ. & hanc eſſe ** magis cõ-
munem concluſ. aſſeuerat Alex. in conſ. 99. viſa inq-
** ſitione. nu. 6. lib. 6. ac ẽt de magis ** cõi teſtatur Do-
ctiſſ. Burſ. in conſ. 127. reperitur debitor. nu. 6. vol. 1.
25 atq; etiã immunitas conceſſa † hominib. alicuius lo-
ci trahitur ad Iudęos ibi habitantes, vt plurib. cõfir-
26 mat Alex. in conſ. 75. vſ in pſenti. li. 5. & Iudęus † mi-
nor reſtituit in integrũ, quando læditur, & tñ reſtitu-
27 tio in integrũ † fuit introducta ex æquitate. l. 1. ff. de
minor. l. deniq;, & l. nec vtilem, ff. ex quib. cau. maio.

28 Veruntamen hæc intelligi poterunt, † vt iuramen-
tum non deferatur Iudæo in defectũ probationis cõ-
tra verũ Chriſtianũ; ſed cõtra ſuſpectum de Iudaica
prauitate fortaſſe poſſet deferri: vt eo in caſu, ſup quo
cõſuluit Crau. in d. conſ. 73. ille. n. agens effectus fuit
ſuſpe-

ſuſpectus, iudaiſmi circa negotiationem vſurarũ, & vſum prioris nominis, quo adhuc iudæus vocabatur: nã priuilegio Chriſtiani dignus non vſ, qui Chriſtiani nomine, & effectu abutitur. l. à nullo. C. de fer. vbi
29 à quo remouetur effectus, † remouetur, & nomen, vt & aſſerit Card. in conſ. 27. viſa inquiſitione facta cõtra & Benedictum. col. 2. nu. 11. vol. 1. etenim propter
30 abuſum † perditur priuilegium. c. priuilegium. 11. q. 3. & c. tuarum. de priuileg. ſic Crauet. vbi ſup. nu. 25. ver. nec obſtat, quod tale.

81 Secundo loco intelligenda erunt, vt procedãt † qñ ſolum conſtaret ſemiplena probatio; nam in cauſis magnis, & arduis non defertur iuramentum ſuppletiuum, & tamen qñ probatum eſt plus quam ſemiplene illud defertur: teſte Caſtr. in conſ. 87. quantum ad contenta. col. 1. nu. 5. vol. 2. quod plurib. corroborat Iaſ. in d. l. admonendi. col. 92. nu. 281. verſ. limita omnes iſtos caſus, & in l. ait prætor. la 1. in prin. col. pen. nu. 22. ff. de iureiur. ac ſenſit Corn. in conſ. 135. viſis articulis. col. vlt. in litera S. verſ. licet Doct. vol. 1. quibus adhæret Crau. d. conſ. 73. nu. 26. ac Menoc. de arbit. iud. cauſ. caſ. 190. nu. 15. lib. 2. cent. 2.

CONCLVSIO DCCCCXLVI.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictionem ordinariam per ſcripturam eſſe probãdam: quod perpetuòne verum ſit abunde diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ordinaria probatur per ſcripturas, vt literas patentes, Et cur, nu. 2.*
3 *Iudex nullus præſumendus eſt.*
4 *Acta agitata coram iudice ordinario valẽt, licet non probetur eius poteſtas per literas patentes.*
5 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur, cum allegatur eius defectus; alias ſecus.*
6 *Geſta per vicarium Epiſcopi non valent, niſi conſtet de eius mandato. Quod declara, vt nu. 7.*
8 *Nuncio iudicis ordinarij quis tenetur credere, ſecus nuncio delegati. Et cur, d. nu. 7.*
9 *Legato creditur ſine literis in his, quæ veniunt communi iure.*
10 *Solemnitas mandati facti per Epiſcopum vicario non debet præſumi, & cur.*
11 *Mandatum Epiſcopi factum vicario præſumitur, quia ſit iure communi, & ordinario.*
12 *Acta agitata coram iudice ordinario valent, licet non probetur eius poteſtas per literas patentes, niſi ea negetur, nã tunc eſt probanda. Contra. nu. 13. Conciliatio, nu. 14.*
15 *Iuriſdictionem ordinariam negatio ex aduerſo facta dubiam non facit, ſi exceptio eam negantis non fuerit legitime probata, & cur.*
16 *Iuriſdictione vicarij Epiſcopi ordinaria ab aliqua partiũ negata, tunc ſufficit probare communem reputationem, & famam. Quod ſi is vicarius nullum faciat probationis actum & ad vlteriora procedat, omnia, quæ facta fuerint ab illo erunt ipſo iure nulla.*
17 *Acta agitata coram iudice ordinario valent. licet non probetur eius poteſtas per literas patentes, ſi pro iudice ordinario ſe gerebat tempore prolationis ſententiæ.*
18 *Sententia ſi lata ſit contra præſentem, & non reclamantẽ ob authoritatem rei iudicatæ, & partis tacitũ cõſenſum pro ordinaria iuriſdictione præſumitur, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*
19 *Lite conteſtata coram iudice ordinario per partes, aſſerenti poſtea non iudicem eum, non creditur, niſi probet.*
20 *Semel approbatus non poteſt amplius reprobari.*

Cum in varias partes varijs in locis à ſcribentibus iuriſdictio diuidi ſolet, mihi inter cæteras videtur potior, quæ iure ordinario competit; cuius rei gratia eam primo loco examinandã aggredior; & quo pacto illa probanda ſit nobis eſt videndum Multiplices itaq; traduntur à noſtris probationum formæ, in primis iuriſdictionẽ ordinariam per
1 ſcripturas, † vt literas patentes, probari inter noſtros conuenit: ſic egregiè traditum eſt à Bal. in l. prohibitum. col. 3. cum ſeq. C. de iur. fiſc. lib. 11. quã doctrinã ſe alibi non legiſſe teſtatur Iaſ. in l. more. col. 8. num. 53. verſ. item aduerte. ff. de iuriſdic. omn. iudic. eadẽ placuit Marſil. in repet. rubr. C. de probatio. num. 33. eandem ſequitur Borgnin. Caual. in deciſione 11. Ioan. Petr. num. 2. & ita deciſum fuit à Dom. Rot. in deciſ. 1. aliàs 47. valẽr acta. de officio Vicarij. in nouis nonnullis allegatis à Vant. qui hoc idẽ ſentit in trac. de nullit. in rub. ſeu titu. de nullit. ex defec. iuriſdict. ordin. num. 12.

2 Huius concluſionis ratio eſt: † quia vbi conceditur iuriſdictio ordinaria debet redigi in ſcriptis, alioqui non eſſet ordinaria; vt aſſeruit idem Bal. in d. l. prohibitum. col. 3. C. de iure fiſ. lib. 10. permotus ex. §. hæc autem. in auth. vt iud. ſi. quoquo ſuffrag. quem refert Marſ. vbi ſupra, idcirco vbi negetur, per tales ſcripturas probari debet.

Præterea, & ea ratione conclu. noſtra confirmatur.
3 † nullus enim iudex præſumendus eſt, vt inquit Bal. in l. 2. col. 12. verſ. ſed his obijcit. C. de ſeruit. & aqua. quoniam iuriſdictio eſt qualitas quædam accidentalis, quæ naturaliter homini non ineſt: ſed ita competit vni, vt non alteri; propterea neceſſario probanda eſt, vt tradidere ſcriben. in c. ſi forte. præcipuè glo. in verb. ſcientiæ. de elect. in 6. ſenſit Abb. in c. poſt quã. col. vlt. ſub nu. 7. de elect. ad idem reſpondit Dec. in conſ. 522. in cauſa electionis. col. vlt. nu. 16. & probauit Vant. vbi ſup. nu. 12.

4 Primo loco concluſionem declarabis, † vt valeãt acta agitata corã tali iudice ordinario, licet non probetᷓ per literas patentes eius poteſtas, vt aſſeruere Do. Rot. in deciſ. 1. in prin. & cum hac deciſione conuenit, quod deciſum fuit ab iiſdem Do. Rot. in 5. aliàs 499. valent acta tit. de offic. ord. in antiq. cui etiã quadrat, quod habetur in deciſ. 15. aliàs 355. ſi executor tit. de dolo, & contumacia. in nouis. vbi cautum eſt iudicem, vel executorem non teneri oſtendere originariam ſuam poteſtatem, & cum hac concluſione tranſit Mil. in reper. in verb. Vicarius, ſeu officialis. cui non eſt diſſimile, ꝙ diremit Capel. Tholo. q. 115. ſi operarij vbi habetur, ꝙ ſi operarij eccleſiæ agerẽt in iudicio non facta fide de eorũ poteſtate, quia non fuit petitum, valet proceſſus, & eſt ratio: quia licet
5 alias ſolemnitas † extrinſeca non præſumatur, hoc tñ intelligitur quando allegatur defectus ipſius ſolemnitatis, aliàs ſemper præſumitur pro ſolemnitate, quãuis extrinſeca, vt vos admonent Compo. Io. Andr. & Imol. in c. cum dilectus de conſuetu. Iaſ. in l. ſciendũ. col. 7. nu. 15. in fi. verſ. vltra eum 3. lim. poſt Alex. ff. de verb. obli. & ſequutus eſt Fel. in c. ſicut. col. 14. nu. 28. verſ. Fallit 2. de re iudic.

His omnibus non diſſimulanter fuit aduerſatius Bal. in c. 1. §. vlt. in fi. tit. ſi inter do. & vaſal de inueſt.
6 lis. oria. vbi in terminis concludit, quod geſta † per vicarium epiſcopi non valent, niſi conſtet de eius mandato ſicut dicitur delegato, c. cum in iure. de offi. deleg. cuius Blandi pronunciatum ſequitur Bertach. de epiſc. in 7. par. lib. 4. q. 8.

7 Verumtamen Bal. † in priori ſententia manebit, ſi dicemus, eius dictum debere intelligi, quãdo hoc petitur per partem, alias ſecus; quia tunc Bald. malè loquutus fuiſſet, ex ſuperius allatis: quod, & ea ratione conuincitᷓ: nam ex quo Vicarius ipſe habet ordinariã iuriſdictionẽ, illa cẽſetᷓ notoria, ideo nõ opus eſt illã pro-

probare,ſecus in iuriſdictione delegati,vt in d.c.cum
in iure,de offi.delega.ita docuit ipſemet Bald.in l.ea
quidē,col.4.poſt nu.14 C.de accuſa. & in l.1.in fi.C.
qui,& aduerſus quos,id ēt ſcripſit Fely. in d.c.cum in
iure,col.pen.poſt nu.10.in fi.de off. delega.& ab hoc
non diſſentit Rot.in d.deciſ.47.aliàs 1.de off.in nou.
quæ affert hanc rationē:quia ſcilicet,talis iuriſdictio
eſt notoria,cùm ſit ordinaria, ideo non indiget ꝓba-
tione,c.veſtra,de cohabita.cler.& mulier. hoc idem
non latuit Guid.Pap.q.322.non credit̃,dicens,ꝙ non
valet proceſſus locū tenentis, niſi conſtet de eius fa-
cultate, ſecus eſt in ordinario iudic. cui fauēt tradita
8 per Spec.tit.de cita.§.1.vbi concludit,ꝙ nuncio † iu-
dicis ordinarij quis tenet̃ credere, ſecus in nūcio dele
gati,& iſtud placuit Philip.Fran.in c.cum parati.col.
8.de appell.& Gondiſ. in tract.deleg.in vit.par.in 4.
q.1.in fi.atq; Præpoſit.in d.c.cū parati.col.9.in 2.lim.
huic ſimile eſt,ꝙ not. Fel.in c. ꝙ ſuper his, col.2.nu.
10.& 11.de fid.inſtr. & in c.cū in iure. col.fi.num.11.
verſ.in ſpectantib.de off. deleg. volens,credi legato
9 † ſine literis in his,quæ veniunt cōi iure, & ex offi.le-
gationis,prout eſt exigere procurationes, vt per Rot.
in dec.170.aliàs 2.legatus exigēs,de offi.leg.in antiq.
Præterea ſuperioribus ēt obſtat,nā ſolemnitas mā-
10 dati † facti per Epiſcopū vicario nō debet præſumi,
quia ſolemnitas mandati etiam longo tpe interue-
niente non præſumitur, ſecūdum Alex. in l.ſciendū,
col.5.nu.20.ff.de verb.oblig.in quam ſententiā aliàs
fuit deciſum in d.deciſ.1.alias 47.de offi.vic.in nou.
Hanc dubitationem præſentiens Fel. in c. ſicut.col.
16.ſub nu.32.verſ.6.aduerte.de re iudic.reſpondet,di-
cens,illud axioma,quod vbiq; circumfertur, pro mā
dato,ſcilicet,non præſumi non habere locū in man-
11 dato epiſcopi † facto vicario: quia fit iure communi
& ordinario: ideo præſumitur pro tali mandato, niſi
negetur,ad quod probandum adducit d. deci.1.aliàs
47.quæ conuenit cum dec.499. allegata ibi per eun-
dem,aliàs 5.de offi.ordin.in antiq.
Eandem verò primo loco traditam declarationē
12 in qua dicebamus valere acta † agitata coram tali iu
dice ordinario, licet non probetur per literas patētes
eius poteſtas: ſic limitabis, vt non procedat,ſi ab ali-
qua partium negetur eius poteſtas,nam tunc oporte-
bit, quod probetur, quia per negationē fit res dubia
arg.l.inter ſtipulantem,ff.de verb.oblig.
13 Contrarium ſenſit † cōſulendo Alex. in conſ.181.
in cauſa & lite verten. inter Petrum & Iacobū, col.
2.num.8 verſ.2.reſpondetur,lib.6.quem refert Rol.à
Vall.in conſ.7.nu.48.vol.1.nempe, quod pro iuriſdi-
ctione ordinaria præſumatur, & ideo ſi negetur,non
debeat probari.
14 Hanc ſcribentiū † repugnantiam ſic tolles,ꝙ tunc
non debeat probari plenè,ſed ſufficiat probare,ꝙ ta-
lis habitus nominatus & cōiter reputatus fuerit pro
iudice ordinario ad hoc, vt acta per eum valeant ex
iuribus adductis à Do.Rot.in d.deciſ.1.& not. Vant.
in tract.de nullit.in tit.quib.mod.ſentent. null.rep.n.
21.verſ.in aliena verò,hoc idem cōfirmant Do.Rot.
in d.deciſ.5.aliàs 499.valēt acta.de off.ordi.in antiq.
& in deciſ.3.aliàs 123.ſufficit probare, de probat. in
nou.huc itidem referendum eſt, ꝙ ſtatuit Bellam. in
dec.402.inter priuatos, ꝙ ſcilicet poteſtas legati pro-
betur per teſtes probantes de communi reputatione:
vt etiam concludit Mil.in reper.in verb.vicarius,ſiue
officialis, cum nonnullis alijs à nobis ad idem addu-
ctis ſupra in concluſione communis erroris, nu.n.60
verſ.hinc etiam, cum plur.ſeqq.
Eandē verò limitationē ſublimitabis,vt ſola nega
15 tio ex aduerſo † facta iuriſdictionē dubiam non fa-
ciat,ſi exceptio eam negantis nō fuerit legitimè pro-
bata,vt deciſum reliquere Dom.Rot.in deci. 6.aliàs
327.ſi cōtra petentē,nu.3.de excep.in nou.ꝙ & ratio
ne liquidi apparet,nā cum iuriſdictio huiuſmodi ſit
quaſi naturalis & legib. ac ſacris vallata canonibus,
pro ea fauorabiliter præſumitur,vt voluit gl in c.1.in
gl.magna.& c.diſpendia.de reſcrip.in 6 & in c.ſi con
tra vnū.in verb.epiſcopi,de offi.deleg.eo lib.6.tradit
Hoſt.in ſum.de reſcrip.§.cui præiudicet,col.3.de off.
deleg.§. quæ iuriſdictio. hoc idem ſcribunt Do.Rot.
in dec.2.aliàs 24.nota,quod proceſſus, de iudi. in an-
tiq.& Guid.Pap.in q.322.non creditur,huic eidem ra
tioni fauet contex.in c.1.§.ex parte,de conceſſ.præb.
lib.6.& c. pro hoc, de hære.lib.6.& l.ſtudentib. C.de
offi.præfect.vrb.dum in eiſdē probatur,in dubio pre-
ſumendum eſſe, quod iuriſdictio alicui ſpeciatim da
ta,cenſeatur data accumulatiuè,& non priuatiuè ad
iuriſdictionē ordinariā: quia illi fauendū eſt,& ſi cō-
currant,præferenda eſt ordinaria,vt aſſerunt ſcriben.
in primis Abb & Fel. in c.cæterum, col.2.de iudic.&
firmat Dec. in conſ.3.col. 2. de qua re fuſius, q̃ alibi
Fel.in c.paſtoralis,de offic.ord. vbi ponit hoc pro re-
gula,quam tñ octo modis limitat,poſt Alex. in l.Ti-
tiæ textores, ff.de leg.1. & Andr.Sic.in c.ſtuduiſti.de
offi leg.refert idem Dec.in conſ.654.viſo. in fi.& cō-
probat Anch.in conſ.163.de iurib.col.3. Et adeo pro
ordinaria iuriſdictione præſumit̃, vt quis vt iudex or
dinarius,non vt delegatus à partibus in dubio aſſum
ptus præſumatur:eo ꝙ firmiora cenſeantur, quæ iure
communi aguntur,q̃ quæ iure ſpeciali,l.eius militis,
§.militia miſſus,ff.de teſta. milit.prout cōcludit Ale.
in conſ.55.qm̃.col.2.in prin.lib.5. & in conſ.17.viſo.
col.pen.in fi.lib.4.quem ſequitur Vant.in eo.tract.de
nullit.in tit.de nullit.ex defect.iuriſd.ord.nu.27.verſ.
præterea, quæ omnia confirmat idem Vant. in eod.
tracta.de nullit.in tit. quali.ſentent. & proceſſ.repar.
poſt.nu.36.verſ.ſed talis,& nu.37.
Sed quæret à nobis quiſpiā:nec ineleganter profe-
16 cto, nam fingamus, † quod per aliquam ex partibus
negetur eius poteſtas,quo caſu, vt modò tradidimus,
ſufficit probare cōem reputationem & famam: quid
ſi iſte vicarius, vel officialis ipſe non probet aliquam
reputationem, nec aliquem facit probationis actū,
ſed ad vlteriora procedit: quid iuris iſto caſu,equidē
in ea ſum opinione, in hoc caſu omnia, quæ fierent
ab illo vicario,vel officiali epiſcopi,qñ nō docuit de
eius mandato,ſint nulla ipſo iure ideo etiam ſi excō-
municaret,excommunicatio nulla eſſet: ita in ſimili
concludit Inno.in c.venerabili,col.4.nu.5.de cenſib.
vbi tradit, quod ſi petat̃ à delegato vt doceat de ſuo
mandato, & ipſe aliter non docuerit, quicquid gera-
tur per ipſum,ſit ipſo iure nullum,iſtudque Inno. di-
ctum ſequitur Fel.in c.cum in iure,col.1.nu.5. in fi.
de offic.deleg.ita in propoſito noſtro dicerem, quod
omnia iſta quæ agerentur per iſtum officialem epi-
ſcopi eſſent ipſo iure nulla.
Eandem concluſionem noſtram ſecundo loco ve
17 lim declares, vt vera ſit, † ſi erat notorium in loco,ꝙ
ille talis pro iudice ordinario ſe gerebat tēporis pro-
bationis ſententiæ,nam tunc obiiciens nullitatem ac
defectum poteſtatis iudicis,quaſi calumnioſus repel-
lendus erit, & tali caſu, cum iuriſdictio iudicantis ſit
patens & notoria,aliter probanda non erit: teſte Bal.
in d.l.ea quidem,col.4.poſt nu.14. C.de accuſa.& in
l.ſi quis per calumniam,col.vlt.verſ.deinde quæro,le
gatus,C.de epiſ.& cler.& alibi ſæpe:vbi dicit de iuriſ
dictione ordinaria nō eſſe fidem faciendā, ſed quaſi
poſſeſſionē ſufficere, quem referendo ſequitur Vant.
in d.tit.quib.mod.ſent.null.rep. cum alijs nuper à no
bis ad idem deductis.
18 Adeò vt ſi ſententia † fuiſſet lata contra præſen-
tē,& non reclamantē ob authoritatē rei iudicatæ, &
partis tacitū conſenſum,pro huiuſmodi ordinaria iu
riſdictione præſumeretur; ac contrariū aſſerenti, illū
ſcilicet, qui proceſſit, non fuiſſe iudicem, incumbe-
* ret onus probandi, iuxta doctrinam Inno. * commu-
niter approbatam in d.c.cum in iure. de offic. deleg.
& in

Digitized by Google

& in c.innotuit,de eo,q furt.ord. ſuſcep. & in c. nihil eſt,de elect. cui accedit Abb. in c.ſicuti. in princ.col. vlt.de re iudi.eundem Innoc. ſequutus eſt Bellam.in deciſ.89. ſentẽtia, in eandem deciſum fuit ſententiã à Dom.Rot.in dec.9.alias 301.ſi petatur,de proba.in nou.& in deciſ.6.aliàs 327.ſi contra petentem de exceptio.in nou.& Innoc.ſententiam eſſe * cõmuniter approbatam teſtatur Caſſad.in deciſ.1. vicatius,in fi. de præſumpt.Fel.etiam in c.quoniam contra.col.15. nu.31.verſ.quarta conclu.de probat. vbi ex Imo.mẽte hanc * communem dicit.

19 Hoc idem præterea dicendum eſt, † ſi lis per ipſas partes coram huiuſmodi iudice fuiſſet conteſtata; qñ ex poſt aſſerenti non iudicem eum,non creditur niſi probet,ſecundum Inno.in d.c.innotuit. quem ſequitur Bal.in l.geſta.col.pen.verſ.quæro nunquid.C. de re iudic.vbi dicit ita tenendum, & in l.licet.col.3. C.de procur.nam quẽ ſemel pro tali approbaui, non videor amplius reprobare poſſe,c.qđ ſemel.de regu. iur.in 6.ac l.ſi propria.§.1.& ibi Bal. ff.de petit.hære. cui accedit Vant.in d.tract.de nullit. in tit.de nullit. ex defect.iuriſd.ordin.nu.23. & in tit.qual.ſentent.& proceſſ.repar.poſſ.nu.36.verſ.ſed talis.

CONCLVSIO DCCCCXLVII.

ARGVMENTVM.

Plures referuntur modi, quibus iuriſdictio probatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio probatur per impoſitionem & exactionem collectarum,ſiue gabellarum,& ſolutionem cenſus factam ciuitati huiuſmodi iuriſdictionem prætendenti.*
2 *Iuriſdictionis adminiſtratio probatur per electionẽ officialium,publicationẽ proclamatum, & cuſtodiam ciuitatis.*
3 *Iuriſdictio probatur per receptionem decimæ.*
4 *Iuriſdictio probatur, & eius exercitium ex captura delinquentium,& ex tranſmiſſione citationum,ſi tamen obedientia earum interueniat.*
5 *Ius imponendi & exigendi gabellas arguit imperium.*
6 *Iuriſdictio probatur, etiam ſi ſemel tantum exacta fuerit gabella.*
7 *Iuriſdictio probatur per vnicum actum veluti gabellæ ſolutionis.ſi ille actus ſit vniuerſalis, & denotet animum facientis eſſe, vt vniuerſaliter velit poſſidere.*
8 *Iuriſdictio probatur per vnicum actum,veluti gabellæ ſolutionis,ſi non probetur,quod alius poſſideret.*
9 *Iuriſdictio probatur tunc per vnicum actum, cum res ſua natura ex toto alicui ſubſunt: ſecus,ſi eſt res, quæ poteſt eſſe omnino non ſubiecta.*
10 *Iuriſdictio probatur per ſolam erectionem furcarum.*
11 *Iuriſdictio probatur per erectionem furcarum, etiam ſi per centum annos non fuerit aliquis homo ſuſpenſus in illis furcis.*
12 *Ius eligendi habens, illud non amittit, ſi ſteterit per centũ annos,quod non elegerit, quia non expediebat.*
13 *Iuriſdictio ſiue ſuperioritas probatur eſſe illius, ad quem deferuntur appellationes. Et cur, nu.14.*
15 *Iuriſdictio probatur per gratias & liberationes à delictis factas. Et cur, nu.16.*
17 *Iuriſdictio probatur per gratias & liberationes à delictis factas,ſiue illæ factæ ſint in particularibus caſibus, ſiue generaliter.*
18 *Iuriſdictio probatur per liberationes factas à præſtatione homagij.*
19 *Iuriſdictio territorij probatur per inſtrumenta continentia iuramenta fidelitatum.*
20 *Iuriſdictio territorij probatur etiam per inſtrumenta liberationis à fidelitate, & cur.*
21 *Iuriſdictio territorij probatur per inſtrumenta continentia iuramenta fidelitatum in antiquiſſimis tantum.*
22 *Iuriſdictio territorij non probatur per inſtr̃a continentia iuramenta fidelitatum,qñ appareret iuramentum illud fuiſſe præſtitum ab eo, qui non poterat illud præſtare.*
23 *Iuriſdictio præſumitur & probatur ex eo, quod condant ſtatuta,& decreta generalia. Et cur, nu.24.*
25 *Iuriſdictio probatur per ſtatuta & decreta generalia condita,etiamſi illa effectum non habuerint.*
26 *Iuriſdictionis illius præſumitur eſſe aliquis locus, cui eſt propinquus.*
27 *Iuriſdictionis illius præſumitur eſſe aliquis locus, cui eſt propinquus,niſi aliud oſtenderetur.* 8

1 Aliæ etiã probandæ iuriſdictionis ſunt rationes: nã ſi quis iuriſdictionem † in aliqua Ciuitate,vel in aliquo loco habere probare voluerit, per impoſitionẽ & exactionem collectarum,ſiue gabellarum, & ſolutionẽ cenſus factam ciuitati hmõi. iuriſdictionem prætendẽti,commode probabit, arg. §.ſi quis ex qualibet,auth.quib.modis natur. effi.ſui. ita per illum tex. ſenſit Bal.in l.3.ver.in textu,ibi,cenſeatur. C.de nat.libe. & in l. data opera, col. 19. circa mediũ,ver.itẽ bona ratio eſt, quia vidit. C. qui accuſ. nõ poſ.vbi declarans quo pacto deponere debeat teſtis, vt ꝓbet vnũ locũ eſſe de aliqua iuriſdictione, inter cætera dicit, ꝙ eſt bona ratio,ſi teſtis dicat, ꝙ vidit hoĩes illius loci ſoluere collectas, quẽ referendo ſequit̃ Marſ.in rub. C.de probat. nu.276.iſtis accedit Soc.ſen.in conſ.187.col.4.nu.15.ver.confirmant̃ prędicta.vol.2.idẽ voluit Rui. in conſ.2. nu.4.vol.4.vbi

2 etiam addit,ꝙ per electionem officialium,† publicationem proclamatum, & cuſtodiam Ciuitatis probatur adminiſtratio iuriſdictionis.eiuſdẽ fuit ſnĩę.Nat. conſ.672.nu.1.2.& ſeq.lib.4. Ad idem rñdit Corn. in conſ.268.per tot.vol.4. & in cõſ. 185.nu.4. vol.3.vbi

3 ſubiungit, etiam per receptionem decimæ † probari iuriſdictionem,vt quoq; Nell. aſſerit in tract.de teſti. nu.183.idẽ reſpond.Iaſ.in conſ.166.nu.2.vol.4.in eãdem deſcendere ſnĩam Illuſtr. Alb.in conſ. 62.63.& 64.Albert. Brun.in conſ.34. nu.16.inter conſilia feu-

4 dalia.vbi addit,probari iuriſdictionẽ, † ſine eius exercitium ex captura delinquentium, & tranſmiſſione citationum, ſi tamen obedientia earum interueniat: nam ſola citatio ſiue præceptum, quod facit Dominus, non probaret iuriſdictionem, niſi probaretur ꝙ ſubditi obediuerint d.præcepto.prout etiam dicit Afflict.in deciſ.265.nu.11.

Concluſionis noſtrę ratio eſt: quia ius imponendi,

5 † & exigendi gabellas arguit Imperium, vt habetur in l.vectigalia,C.de vect.ſic docet Bal.in c.1.de pace tenenda.vt ẽt cẽſent Canoniſtæ in c.ſuper quibuſdã. §.præterea,de verb.ſigni. ſic arbitratus eſt etiam Soc. Sen.in d.conſ. 187.nu.3. nec imponi niſi ab habentibus iuriſdictionem author eſt idem Socy.in princ.d. conſilij, teſtem ad id laudando Bart. in l.præſcriptũ. §.vlt.ff.de mune. & honor.

Eandem concluſ. ampliabis locum ſibi vẽdicare,

6 † etiam ſi ſemel tantum fuerit exacta gabella.nã per vnicum actũ probatur iuriſdictio in vniuerſum: iuxta ſententiã Abb.in conſ.71.col.2.nu.3.lib.2.& cæteri tradidere Doctores,quos ſup. longa ſerie recenſuimus,& ꝑſertim Illuſtriſs. Alban. cõſ.34.nu.2. & in d. conſ.64.nu.19.& 79.ad ꝙ multa congerit Fel.in c.audiris,nu.19.de pręſcript. idem fuit deciſum in Capel. Tholoſ.quæſt.322.item fuit quæſitũ, an præſcribens. & plurimos accumular Vant.tracta.de nul.titu.qual. ſenten.& proceſſ.

7 Iſtud velim limites,† tunc ſufficere vnicũ actum ſi ſit vniuerſalis,& denotet animũ facientis eſſe, vt vniuerſaliter velit poſſidere, vt loquit̃ Abb. in d.cõſ.71. nu.3. & Illuſtr. Alban.in d. conſ.64. nu.19. & multis hoc idem confirmat Dec. in conſ.261. in caſu tranſmiſſo de Hiſpania,col.2.nu.2. & Fel.vbi ſupra.

Secundo

8 Secundo limitabis, vt vera ſit ampliatio, † ſi nō ꝓbetur, ꝙ alius poſſideret, vt author eſt Inno. in c. dilectus, nu. 3. de cap. mon. & in c. dilecto, de offic. Arch. cum quo ſenſit Fel. in c. auditis nu. 19. de præſcript. ꝙ probauit & Anch. in c. ſine poſſeſſione, col. 20. & 22. de reg. iur. iſtis accedit Bal. in l. 2. col. 9. nu. 54. & ſeq. C. de ſeruit. Dec. itidem in conſ. 271. col. 2. Alexan. in conſ. 68. col. pen. vol. 2. atque Illuſtr. Alba. in d. conſi. 64. nu. 19. & 75. & cæteri ſupradicti Doctores: ſi enim alius erat in poſſeſſione, tunc nō niſi in illo actu exercitium iuriſdictionis quæritur, in qua iuriſdictio eſt exercitata, vt probatur optimè in l. quod meo, §. vlt. ff. de acq. poſſ. ſic reſpondit Rom. in conſ. 368. pręſens conſultatio. nu. 15. hoc idem patet in c. auditis. & in c. cum olim, de præſcr. vbi conſtat, quod exercēs iura certa Epiſcopalia ſolummodo præſcribit in illis, quæ exercuit. idem voluit Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. act. priua. ꝙ quidē Sicu. in c. 1. de relig. dom. dicit eſſe verum, quod alio poſſidente & exercēte vniuerſalem iuriſdictionem in certis articulis etiā animo acquirendi vniuerſalem iuriſdictionem, non per hoc acquirat vniuerſum iuriſdictionis, ſed ſicut dictum eſt, tantum poſſidet, & præſcribit quantū exercuit, cum nonnullis alijs ad hoc in medium adductis ab Aufrer. in addit. ad q. 323. Cap. Thol.

9 Tertiò eandē ampliationē intelligas, † & limites, vt locū habeat in his, quæ ſui natura debent ex toto alicui ſubeſſe, ſecus ſi eſt res, quæ pōt eſſe omnino nō ſubiecta: nā tunc per vnum actum, qui alias denotaret ſubiectionem non inducitur ſubiectio: id cōprobatur ex eo, ꝙ pulchrè conſuluit Fed. de Sen. in conſ. 130. factum tale eſt. quædam domus. concludens, ꝙ ſi epiſcopus ſolitus eſt habere quartam ab hoſpitali non religioſo, per hoc nō infertur ad oīa iura Epiſcopalia: quia talis locus pōt eſſe non ſubiectus, & hunc ſequitur Fel. in d. c. auditis, ſub d. nu. 19. de præſcri. vbi pluribus materiam iuriſdictionis explicat.

10 Iuriſdictio † itidem probatur per ſolam erectionē furcarū, vt ait Bal. in c. 1. col. 5. quid ſit inueſtit. in l. ꝓcuratorem, C. mand. & in l. de arborib. §. de illo, & ibi gl. & Floria. ff. de vſufru. idem teſtatur Deci. in conſ. 249. in prin. poſt Oldr. in conſ. 161. incip. Thema tale eſt. Idem confirmat Alber. Brun. in conſ. 34. nu. 16. inter conſ. feudalia, tradidit & Caſſa. in conſuet. tit. des iuſtices, & droicts. §. 8. ver. le ſegnes. nu. 2.

11 Quod poſtremum ampliabis, vt procedat, † ēt ſi per centum annos non fuerit aliquis homo ſuſpenſus in illis furcis, vt volunt Bal. & Florian. in d. l. de arborib. §. de illo, per gl. in c. cum eccleſia, de cau. poſſ. & propriet. & idem Floria. in l. ſeruitutes, la grande, ff. de ſeruit. cui rei optimè fauet, quod dixit Bart. in l. in filijs,

12 C. de decur. lib. 10. quod habens ius eligendi † illud non amittat, ſi ſteterit per centum annos, quod non elegerit, quia non expediebat.

13 Huc accedit, quod iuriſdictio † ſiue ſuperioritas ꝓbatur eſſe illius, ad quem deferuntur appellationes, vt videre eſt ex c. ſi duob. §. denique, de appellat. ita reſpondit Illuſtriſ. Alban. in conſ. 62. num. 8. & in d. conſ. 64. nu. 8.

Idem ſenſit Craue. in conſ. 209. nu. 9. & 10.

14 Quod ex eo fit, † quia ſemper appellationes ſolent & debēt dirigi ad illum, qui eſt ſuperior in iuriſdictione, vt l. à Proconſulibus, & l. pręcipimus, C. de appell. ſic Illuſtr. Alban. vbi ſupra, & docet in c. Romana, §. debet, de appel. in 6.

15 Inſuper iuriſdictio probatur † per gratias, & liberationes à delictis factas: vt probat Illuſtr. Albanus in conſ. 64. nu. 14.

16 Cuius ratio eſt, † quia tales actus pertinent ad Principes, teſte Bar. in l. relegati, ff. de pœn.

17 Iſtud ampliabis, ſiue factæ ſint in particularibus caſibus, ſiue generaliter, prout dicit Illuſtr. Alban. in d. num. 14.

18 Amplia ſecundo, † quod etiam probatur per liberationes factas à præſtatione homagij, vt author eſt Soc. ſen. in conſ. 187. nu. 10. vol. 2.

19 Præterea in ꝓbatione iuriſdictionis territorij † plurimum valent inſtrumenta continentia iuramenta fidelitatum, teſte Illuſtr. Alban. in d. conſ. 64. nu. 13. vbi teſtem ad id laudat Io. And. & alios in c. ſi diligēti, de præſcript. Abb. in c. cū à nobis. col. 2. verſ. Ioan. And. ſoluit. eo. tit. & Bal. in prin. C. col. 4.

20 Quam probationem ampliare poteris, † vt etiam probetur iuriſdictio per inſtrumēta liberationis à fidelitate: quoniam priuatio præſupponit habitum. c. diſſolutum, de deſpon. impuberū. tradit Bal. in l. moueor. C. de ſeruis export. ad idem reſpondit Oldr. in conſ. 296. ad fin. & confirmat Soc. in conſ. 187. num. 12. volum. 2.

21 Attamen hanc limitabis procedere † in antiquiſſimis tantum, in quibus non poteſt fieri probatio per teſtes, vt aſſerunt Abb. in d. ca. cum à nobis, & Socin. ſen. vbi ſupra.

22 Eandem velim limites ſecundò, † quando appareret iuramentum fidelitatis fuiſſe pręſtitum ab eo, qui non poterat illud præſtare, quia alias poſſideret: tunc enim per talia iuramenta fidelitatum non diceretur tranſlata quaſi poſſeſſio iuriſdictionis in aliquē, nec ſublata à primo poſſeſſore, vt tradit Bald. in l. 1. verſ. nunc accedamus. C. de ſer. & aq. quem refert Brun. in conſ. 20. nu. 21. inter feudalia.

23 Poterit ēt iuriſdictio præſumi & probari, † ex eo, quod condantur ſtatuta & decreta generalia, iuxta ſentētiam Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iur. & in l. 1. ff. de iuriſd. omnium iud. cui accedit Bald. in l. nonnulli. C. de ſentent. idem voluit Inno. in c. cum omnes, de conſtit. quod & probauit Soc. iun. in conſ. 96. nu. 22. vol. 4. & Illuſtr. Alban. in conſ. 64. nu. 9.

24 Quod & ratione comprobatur: † nam condere ſtatuta, & decreta generalia ad deciſionem quarumcunque cauſarum ciuilium & criminalium in aliquo territorio pertinet ad Principes, vt tradit Bar. in l. omnes populi, in prima quæſt. quem ſequitur Illuſtriſ. Al. in d. conſ. 64. nu. 9.

25 Hoc ampliandum eſt, vt verum ſit, † etiam ſi talia ſtatuta & decreta effectum non habuerint: nam ſatis eſt, quod ipſe Princeps mādauerit ea publicari, & ita fuerint publicata, & in hac noſtra facti ſpecie de publicatione edictorum, vel bannorum, tradit Inno. in c. dilectus, col. 1. in fi. & 2. verſ. generalis autem poſſeſſio, de cap. monach. vbi expreſsè ait cenſeri acquiſitam poſſeſſionem iuriſdictionis in aliqua Ciuitate, vel prouincia per eum actum, etiam ſi nullus incur-

* rat in ipſum edictum, vel bannum, & de * communi atteſtatur Illuſtriſ. Alban. in d. conſ. 64. num. 10. vbi alios idem ſentientes adducit.

26 Poſtremò iuriſdictionis illius † præſumitur eſſe aliquis locus, cui eſt propinquus, vt cenſuit Hieronym. de Mont. in tract. fin. reg. c. 83.

27 Quod limitabis, † niſi aliud oſtenderetur, ſic aſſerit idem Hieronym. vbi ſup.

CONCLVSIO DCCCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

An & quando teſtibus ſingularibus probetur iuriſdictio, atque etiam per teſtem cœcum.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio probatur per teſtes ſingulares.*
Contrarium, nu. 2.

3 *Iuriſdictio*

3 *Iuriſdictio in genere cum probanda eſt teſtes ſingulares ad diuerſam iuriſdictionis ſpeciem ſe referre poſſunt, ſecus ſi de probanda vna iuriſdictione agatur: nam tunc ad vnam tantum ſpeciem ſe referre debent. quod ibidem exemplo clarius demonſtratur.*

4 *Genus per ſingula generum probatur.*

5 *Teſtes non conuenientes in loco, tempore, perſonis, & cæteris omnibus, non ſunt ſingulares, cum ea non ſint de ſubſtātia probationis.*

6 *Singularitas teſtium in probanda iuriſdictione, quia vnus deponat de vno actu, alius de alio, cur non noceat.*

7 *Singularitas teſtium in probanda iuriſdictione non nocet, cum illi ſunt conteſtes in facto principali, licet inter eos non conueniat de loco, tempore, perſonis, & cauſa ſcientia.*

8 *Iuriſdictio poteſt probari per teſtem cæcum.*

9 *Cæcus teſtis in probanda iuriſdictione, quomodo deponere debeat, & ibi etiam de vidente.*

10 *Cæcus teſtis deponens, quod audiuit, & interfuit, &c. probat quaſi poſſeſſionem dominij iuriſdictionis, non ius in ea.*

1 Præter illos, quos modò recenſuimus, modos iuriſdictio etiam probatur † per teſtes
ſingulares, vt quā plurimi ex noſtris tradidere, ſic In-
noc. in c. qualiter, & quando, il 2. col. 1. nu. 2. verſic. &
idem quod hic dicitur, de accuſat. & ibi etiam Ioan.
And. Aneh. in conſ. 276. viſa diligenter. col. vlt. nu. 5.
* Bal. in conſ. 514. nu. 4. vol. 5. vbi de * cōmuni opinio-
ne teſtatur Fel. in c. licet ex quadam. col. 4. verſ. ſecū-
do limita, de teſtib. Soc. ſen. in conſ. 295. nu. 5. volu. 2.
Alex. in conſ. 3. ſuper proceſſu. col. 4. verſ. nec prædi-
ctis obſtat. lib. 4. Guid. Pap. in dec. 544. quidam elegit.
Aret. in conſ. 42. num. 3. Purp. in l. 1. nu. 102. & ſeq. ff. ſi
cert. pet. Curt. iun. in conſ. 64. nu. 7. Crauet. in conſ. 78.
num. 6. Soc. iun. in conſ. 99. nu 13. col. 2. Corn. in cōſ.
275. in litera C. vol. 3. & in conſ. 286. col. 5. & 6. ſub li-
tera G. & H. eod. vol. 3. & in conſ. 34. in litera I. & in
conſ. 247. in litera L. vol. 2. Ruin. in conſ. 53. num. 1.
vol. 4. & in conſ. 67. num. 15. vol. 5. Nel. in tract. de te-
ſtib. nu. 183. cum nonnullis alijs ad id collectis à Gab.
lib. 1. commun. concluſ. tit. de teſtib. conclu. 2. nu. 22.
in 2. illatione.

2 In contrariam † deſcendere ſententiam multi ab
eodem Gabr. relati in d. concl. 2. de teſtib. nu. 20. verſ.
contrariam opinionem.

Cæterùm hæc ſcribentium diſſenſio tolletur, ſi di-
3 cemus, concluſ. noſtram procedere, quando † agitur
de probando in genere iuriſdictionem, contrariā ve-
rò opinionem locum habere, cū quæritur de vna ſpe-
cie iuriſdictionis tantū: nam tunc teſtes dēnt ſe refer-
re ad eandē ſpeciem iuriſdictionis, non quoad diuer-
ſas. exempli gratia, ſi duo teſtes deponant de diuerſis
actibus eiuſdē ſpeciei iuriſdictionis, dicetur probata
iuriſdictio, quoad illam ſpeciem iuriſdictionis: ſed ſi
duo teſtes deponerēt de diuerſis ſpecieb. iuriſdictio-
nis, vt quia vnus deponeret de actu meri imperij, al-
ter de actu iuriſdictionis ſimplicis, alius de honore, &
reuerētia extraiudiciali, iſti teſtes nō pbabunt, nec fa
ciēt plenā pbationē, quoad vnā ſpeciē, ſed benè quo
ad ipſum genus, & ita declarant Caſſan. in cōſ. 15. nu.
24. Rui. in d. conſ. 67. nu. 15. vol. 5. & Cur. iun. in d. cōſ.
64. n. 7. vbi inquit, quod ſi vnus teſtis dixerit, ſe vidiſ-
ſe, qꝫ die Lunæ fecerat ſuſpēdi aliquem, alius dicit de
alia ſuſpenſione die Martis, alius de aliā die Mercu-
rij, licet ſint ſingulares reſpectu diuerſarum ſuſpēſio-
nū, & temporum, tū probant, quia non intēdit ille p-
bare ſuſpenſiones, ſed iuriſdictionem, quæ probatꝰ ex
ſuſpenſionib. & ſic reſpectu finis non ſunt ſingulares.
& ita ēt dicit Bart. in l. ob carmen. §. vlt. ff. de teſtib.
atq; Caſtr. in conſ. 380. iudex eſt miniſter Dei in ter-
ris. col. vlt. nu. 7. verſ. item poſito, vol. 2. & ſequitur ex-
ccl. Vincen. Fran. in deciſ. 105. in cauſa in Regia ca-
mera. nu. 21. Idem voluit Guid. Pap. in d. deciſio. 544.
cum quibus ſenſit Purpu. in d. l. 1. nu. 102. & prius his
Spec. in tit. de teſte, §. 6. nu. 13. hos etiā ſequitur Gabr.
vbi ſup. nu. 23. verſ. hoc tamen. ſic etiam conciliat, &
declarat Crau. in d. conſ. 78. nu. 6. vbi ait, quod licet te-
ſtes inferant ad actus diuerſos, veluti quia vnus depo-
nat vidiſſe decapitari homicidas, alius fures ſuſpēdi,
alij de alijs actibus diuerſis, neceſſariò tamen inferūt
ad probationem iuriſdictionis, vt & ait Soc. iun. in d.
conſ. 99. nu. 13. & reſpondent Corn. in d. conſ. 34. in
litera I. & in d. cōſ. 247. in litera L. vol. 3. Io. de Amic.
in conſ. 1. nu. 62. Rimin. ſen. in conſ. 262. nu. 32. vol. 2.
ſubdens, quod vbi agitur de probanda iuriſdictione
in genere, ſufficiat diuerſorum teſtimoniū in ſpecie.
Nel. in d. tract. de teſtib. nu. 183. & 188. Rol. à Val. in
conſ. 82. nu. 42. vol. 2. quo in loco tradit, quod quando
agitur de probanda iuriſdictione in genere, teſtes ſin-
gulares probent: nam tunc non nocet diuerſitas tem-
poris, vel loci: quia iſta non eſt propriè ſingularitas.
etenim licet dicti teſtes differant in loco, vel tempo-
re, ſeu in cauſa ſcientiæ, & in modo ſciendi, qui habe-
tur per diuerſa media, non dicuntur differre in facto
4 principali: nam per ſingula generum † genus proba-
tur. Bal. in d. c. licet. nu. 9. de teſti. vbi quærit. ſi in pro-
banda iuriſdictione vnus teſtis dicat, quod vidit exer-
ceri vnum actum iuriſdictionis, & alius dicit de alio
actu, nūquid probent eum vſum iuriſdictionis. dicit
reſpondere Innoc. quod non, quia tales teſtes ſint ſin-
gulares: ipſe autem inquit reſpondendum eſſe, quod
ſic: nam cum iſti actus non poſſint exerceri, niſi per
quoddam præambulum, ideſt, ſedendo pro tribunali,
in hoc præambulo dicuntur cōteſtes. ex hoc enim dr̄
probata quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, nō obſtante, qꝫ
actus ſpecifici ſint ſingulares, quoniam deſcendunt
ex vno fonte, ſicuti probant gradus, qui deſcendunt
de vno ſtipite. item quoniā genus repræſentatur eſſen-
tialiter, & etiam intuitiuè in qualibet ſua ſpecie.

Vel reſponderi poteſt, ſecundum Ioā. And. in d. c.
qualiter, & quādo. col. 3. verſ. & idem, de accuſat. vbi
5 inquit, quod † licet aliqui videātur tenere, quod vbi-
cunq; quiſpiam aliquid probare tenetur, niſi teſtes de
loco, tempore, perſonis, & omnibus alijs concordēt;
non habeantur pro pluribus, tanquam quod omnes
ſint in ſuis teſtimonijs ſingulares: hoc tamen verum
non eſt, niſi dies, locus, & perſona eſſent de ſubſtātia
probationis: prout non ſunt, quando agitur de probā-
da iuriſdictione in genere: & ideò non minus, quam
plurium valebit eorum teſtimonium.

Poſtremò nos reſpōdere poſſumus præter alios ex
6 eo, ſcilicet contingere. † quod ſingularitas teſtium
in probanda iuriſdictione, quia vnus deponat de vno
actu, alius de alio, non noceat: propterea, quod quo-
libet ilorum actuum, de quo vnus tantùm teſtis de-
ponit, ſatis eſt ad inducendum, & probandam iuriſ-
dictionem, non ſecus, ac ſi ea probata eſſet per duos
teſtes, vt in ampliatione ad ſuperiorem concluſio-
nem dicebamus: & aſſeruit Bald. in d. conſ. 514. nu.
4. volum. 5. nimirum igitur ſi ea ſingularitas non of-
ficiat: ita reſponſum à Caſtrenſi depræhendi in con-
ſil. 113. contra ſuperius conſulta. col. 1. nu. 3. & 4. verſ.
item poſſet quis obijcere. vol. 1.

His ita deductis eādem concluſionem velim am-
7 plies, vt procedat, † ſiue teſtes ſint ſingulares ſuper
loco, ſiue ſuper tempore, ſiue ſuper perſonis, ſiue
ſuper cauſis ſcientiæ, ſiue ſuper ſupradictis omnibus,
dummodo ſint conteſtes ſuper facto principali, pro-
ut notant ſupradicti Doctores, & præſertim Purpur.
in d. l. 1. num. 102. & Bertach. in ſuo repertor. verſ. te-
ſtium impugnatio, nume. 72. vbi dicit, quod ſi quis
velit probare iuriſdictionem, & per aliquos teſtes
probet ſe exercuiſſe iuriſdictionem in loco, de quo
agitur, licet in cauſis diſcrepent, & in loco, & in tem-
pore, & in perſonis, nō nocet: verbi gratia, quæritur à
teſte,

Digitized by Google

teſte,quomodo ſcis,quòd iuriſdictionem exercuit,&c.
vnus teſtis reſpondet,quoniam vidi eum ſuſpendere
Ioannem die Lunæ, alius dicit quia vidi exoculari
Petrum die Martis, & alius, quia vidi, quod cognouit
de cauſa die Mercurij; & ſic de alijs: probant enim
omnes,quoniam omnes reddunt bonam cauſam ſui
teſtimonij,prout etiam videntur reddere,ſi dicant ſe
eſſe vicinos,teſte Purpu. in d.l.1. nu.102. & probauit
Guido Papa in d.deciſ.544.
8 Secundo concluſ.velim amplies, † vt iuriſdictio
poſſit & probari per teſtem cæcum, iuxta ſententiam
Spec.in tit.de teſte,§.1.nu.56.verſ. ſed qualiter teſtifi-
cabitur cæcus,quo in loco docet etiam quo pacto de-
9 ponere debeat:inquiens,quod deponat, † quod audiuit,
& interfuit, quod in tali villa de mandato talis dñi
præconizatæ fuerunt tales caualcatæ,& audiuit,quod pa-
ritum fuit,& ſic de alijs actib.ſi vero videat, ita teſtifi-
cabitur,quod vidit,& audiuit, vt ſupra, prout dicit idem
Spec.vbi ſupra,per tex.in c.licet,de probat. & c.inter
dilectos,de fide inſtru.& quod teſtis ita deponens ſu-
per iuriſdictione probet,notat Bal.in c.cum cauſam,
il 1.nu.20.de teſtib.
Et licet idem Bal.recenſeat aliquos contra ſentien-
tes ex eo,quod iuriſdictio iuris ſit,& plerunque conſiſtat
in apicibus iuris, vt merum & mixtum imperium, &
ſimplex iuriſdictio:concludit tamen, quod in proban-
10 da† quaſi poſſeſſione dominij iuriſdictionis, teſtis
taliter deponens probet, ſed non in ea, & quod ſi re-
plicaretur, quod dominiũ nõ poſſideatur, nec quaſi,
reſpondendum eſſe, quod dictum teſtis ex bono, &
æquo interpretandum eſt, & ideo intelligitur de quo-
dam dominatu materiali,& ſuperficiali,& non defi-
nitiuo dominio: quoniam teſtis non loquitur tanquã
philoſophus vel magnus literatus,ſed tanquam me-
diocriter intelligens, non enim debet eſſe omnino
groſſus,ſicut vnum pecus,non etiam eminentis ſcien-
tiæ, vt eiuſdem Baldi verbis vtar.

CONCLVSIO DCCCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio delegati quomodo per ſcriptu-
ras probetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegati per ſcripturas eſt probanda.*
2 *Delegatus non præſumitur,niſi conſtet de delegatione.*
3 *Delegatus non habet iuriſdictionem naturalem, ſed ex ac-
cidenti.*
4 *Delegato non creditur aſſerenti ſe delegatum.*
5 *Iuriſdictio delegati per teſtes poteſt probari, cum reſcriptũ
eſſet exhibitum, ac parte vocata regiſtratum, & poſtea
amiſſum.*
6 *Iuriſdictio delegati poteſt probari confugiendo ad ipſum
delegatum cum reſcriptum eſſet exhibitum, ac parte vo-
cata regiſtratum, & poſtea amiſſum.*
7 *Qualitas cauſæ tribuentis iuriſdictionis exercitium ſatis
eſt,quod deducatur in libello, vt conſtare poſſit iudici,li-
cet de eius veritate dubitari poſſit.*
8 *Qualitas cauſæ tribuentis iuriſdictionis exercitiũ,ſi à prin-
cipio ad impediendam iuriſdictionem ex aduerſo nega-
ta fuerit,ſummariè eſt probanda.*
9 *Qualitas cauſæ tribuentis iuriſdictionis exercitium cũ à
principio ad impediendam iuriſdictionem ex aduerſo
negata ſummariè probanda eſt, tunc aliter quàm per iu-
ramentum, & vnicum teſtem debet probari.*

1 Iuriſdictio delegati † dẽt probari p ſcri-
pturas, argu.l.1.§. prohibitũ.
C.de iure fiſc.lib.10.ſic deciſum Guid. Pap.in deciſ.
356.in fi. Affl.in deciſ.361.nu.17.& Alc.de præſump.
reg.3.præſum.14.nu.7.quos authores ad id probandũ
adducit Cæpha.in conſ.238.nu.4.vol.2.
2 Nec id cur ita fiat ratione caret: nam † delegatus
quis non cenſetur,niſi conſtet de delegatione,c.cum
in iure, vbi gl. & Doct.de off.delega.tradunt Saly.&
* Caſtr.in l.1.C.de [illegible] prin.
Rationẽ hanc ratione confirmo. etenim cũ dele-
3 gatus † non habeat iuriſdictionẽ naturalẽ, l.more.ff.
de iuriſd.omn.iud. ſed eam habeat ex accidenti, non
mirum ſi partes citatæ ſub tali iudice non teneantur
4 credere,† & ſi iudex aſſereret ſe delegatum, vt reſolutum
eſt à Rolan.à Val. in conſ.39.nu.34.& ſeq.vol.1.&
ideo debet probari eius poteſtas,& iuriſdictio per ex-
hibitionem reſcripti in probanti forma, prout vltra
ſupradictos notat Alex. in conſ. 17. lib.7. & in conſ.
200.in fi.lib.2.quem referẽdo ſequitur Vant. de nul.
ſentent.ex defect.iuriſd.ord.nu.28.
5 Concluſ.primò amplia, † vt ſi ſemel foret exhibi-
tũ,ac parte vocata regiſtratũ,& poſtea amiſſum,poſ-
ſet per teſtes deponentes ſuper tenore illius, & amiſ-
ſione probari,ſecundum glo.in c. cũ olim,per illum
tex.in ver.reprehenſionem.& ibi Abb.in fi.de priuil.
& in c.ſicuti,de re iudic. idẽ voluit Bal.in d.l.1. C.de
mandat.prin.& ita deciſum fuit à Dom.Rot. in deci.
21.aliàs 450.circa tertium dubium,col.3.in prin.poſt
nu.7.de conceſ.præb.in nou. idq; egregiè tradit Spe.
in §.videndum reſtat,poſt prin. ſub nu.1.de prob.quẽ
ſequitur Vant.in tit.quib. modis ſentent. nul.repara.
poſſ.nu.42. & nos latius authoritatibus confirmaui-
mus in concluſ.317.collectoris facultas, nu.11.in 2.
limitatione.
6 Secundò velim amplies,† vt & eo in caſu poſſet p-
bari confugiendo ad ipſum delegantẽ, vt hoc decla-
raret,prout dicit Hoſt.in tit.de reſcri.§.vlt.col.penul.
& comprobant Rom. in l.ſciendum, ff.de verb.obli.
Alex.in l.1.ff.de offi.prætor.Iaſ.in l.admonendi. col.
54.ff.de iureiur. Fely.poſt alios, in d.c.cum in iure.&
Vant.in d.tit.de nullit.ſentent.ex defect.iuriſdi.ordi.
d.nu.28.verſ.aut habendus.& in d.tit.quib.mod.ſent.
nul.repar. poſſ.nu.42.
7 Eandem concluſ.limitabis,† quò ad qualitatẽ cau-
ſæ tribuentis iuriſdictionis exercitiũ,quia ſatis erit,quod
ea deducatur in libello,vt conſtare poſſit iudici,licet
de eius veritate dubitari poſſit, iuxta ſen.Butr.in c.
cæterum,verſ.venio ad gl.de iud.quem ſequitur Mil.
in ſuo report.in verbo,iudex. cũ vult procedere.Lap.
in alleg.58.incip.in Dei nomine,prælatus, nu.4.in fi.
& in alleg.64.nũquid eccleſia.poſt prin. & Vant.vbi
ſup.num.52.ver. & aduertendum fuerit.quibus addo
Ang.in conſ.6.dictum ſtatutum,nu.2.Fely.in c.licet
cauſam, num.40.de prob. & Pariſ.in conſ.94.benefi-
cium litigioſum,nu.14.vol.4.
8 Sublimita tamen,† quod ſi à principio ad impediẽ-
dam iuriſdictionem qualitas huiuſmodi ex aduerſo
negata fuerit, ſaltem ſummariè probari debebit, ſe-
* cundum communem opinionem Doct.de qua per
Alex.in conſ.1.col.2. verſ.præterea, lib.4.& Fel.in c.
ſi clericus laicum,col.2.verſ.1.cõcluſio,de for.cõpet.
9 Sed aliter probanda erit † quàm per iurãm, vel vni-
cum teſtem,vt placuit Innoc.in c.ſuper literis. de re-
ſcript.cui accedit Bal.in l.præſcriptione.col.9.verſic.
4.quæro,C.ſi contra ius, vel vtil.public. & ſequitur
Vant.d.nu.52.verſ. & ſi à principio.
Hæc pauca de probatione iuriſdictionis delegatæ
dicta ſint:cætera,quæ hic deſiderãtur tibi ſuppedita-
bit Vant.abunde ijs in locis,quos modo retulimus,&
nos antea eadẽ enucleauimus in conclu.491. & 492.
delegatio.ad eos locos ego lector te reijcio.

CONCLVSIO DCCCCL.

ARGVMENTVM.

An iudex iudicare debeat ſecundũ conſcientiam, an ſecundum allegata, & probata.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, non ſecundum ſuam conſcientiam. Et cur, nu. 3.*
2 *Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundũ leges.*
4 *Iudex poteſt iudicare ſecundum propriam conſcientiam, quando ex aliqua confeſſione coram ipſo viua voce facta, etiam ſi non ſit redacta in ſcriptis in proceſſu, idem inclinaret ad hoc iudicandum.*
5 *Iudex põt iudicare ſecundũ propriam conſcientiam, ex confeſſione coram ſe viua voce facta, cũ ipſa confeſſio facta fuerit ei tanquam iudici, non tanquã perſonæ priuatæ.*
6 *Iudex non recognoſcens ſuperiorem, vt Papa, vel Imperator, poteſt iudicare ſecundum propriam conſcientiam.*
7 *Iudices & Senatores ſupremi poſſunt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam. Contrarium, nu. 8.*
9 *Iudex in notorijs poteſt ſecundũ ſuã conſcientiã iudicare.*
10 *Iudex in cauſa criminali debet ſecundum ſuam conſcientiam iudicare. Contrarium, nu. 11.*
12 *Iudex ex cauſa non deducta, nec allegata poteſt ferre ſententiam, cũ ſola facti veritate inſpecta ei iudicandũ eſt.*
13 *Iudex cum poteſt in ſcriptis, & ſine ſcriptis pronunciare, poteſt in iudicando propriam conſcientiam ſequi.* Contrarium, nu. 14.
15 *Iudex poteſt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, cum agitur iuriſdictione voluntaria.*
16 *Iudex debet iudicare non ſecundum acta, & probata, ſed ſecundum ſuam conſcientiam, cum ipſi veritas certitudinaliter eſt nota. Contrarium, nu. 17.*
18 *Iudex poteſt abſoluere reum ſecundum propriam conſcientiam, licet ipſe ſciat reum eſſe nocentiſſimum, & accuſator non probauerit. Contrarium, nu. 19.*
20 *Iudex poteſt iudicare iuxta conſcientiam ſuam ſecũdum id, quod probatio oſtendit in fieri, non quod completa.*

Peruetus diſputatio, nec certè contemnẽda fuit inter noſtros gloſſatores iuris ciuilis, Martinum ſcilicet, & Ioannem; & poſtea per recentiores ſcribentes fuſius agitata, vtrum iudex in his, quæ controuertuntur coram eo, iuxta cõſcientiam ſuam, & vt Deus, qñ ſibi tanquã priuato per aliquẽ ſenſum corporis aliquid conſtat, an potius ſecundũ probationes in iudiciũ deductas iudicare debeat.
Et quidem ſi communem ſcribentium ſniam amplecti velimus, concluſio affirmatiua erit conſtituenda: * cõiter etenim Docto. tum profitendo, tum con
1 ſulendo fuere arbitrati, iudicẽ † non propriã priuatã
conſcientiã ſequi, ſed ſecundum deducta & probata in iudicio iudicare debere, Hoc imprimis habemus à gl. in c. paſtoralis, §. quia verò, in ver. tenetur, de offic. delegat. & in c. 1. in ver. ſecundũ ꝙ Canones, de offic. ordi. idq; ibi comprobat Io. And. Ant. Imo. & D. Nicol. idem Io. Andr. in additio. ad Spec. in tit. de diſpu. & allegat. §. vlt. ante fi. ſuper ver. licet autem ſcripſit. Spec. in tit. de noto. crim. §. fi. ver. nam quædam ſunt notoria. & Sal. poſt gl. in l. minorum, nu. 2. C. de non num. pecu. Geminianus etiam meminit in ca. multi corriguntur, §. noluit, 2. q. 1. & in c. iudicet. vbi etiam gl. 3. q. 7. latè Bonifa. de Vitalin. in tract. de maleſi. in procem. nu. 3. Iaſ. in l. ait prætor, §. ſi iudex, nu. 21. ff. de re iud. quorum opinio comprobanda venit ex contextu in l. properãdum, §. & ſi quidem, in illis verbis, tunc iudicem negotia acta apud ſe confecta, & §. ſin autem ex geſtis apud ſe habitis, C. de iudic. quæ lex ſcribitur Iuliano præfecto, & eſt communis omnib. iudicibus. Huc etiam pertinet cõtex. in l. illicitas, §. veritas. ff. de offi. præſid. vbi dicitur præſidem prouinciæ id ſequi debere, quod ex fide geſtorum probatum; ad hoc etiam conuenit tex. expreſſus in clem. ſæpe, §. verum quia, & §. ſentẽtia, de verb. ſigni. ſicuti & voluit idem Bar. in d. l. illicitas, §. veritas, in princ. & ibi
* Imol. qui hanc opinionem * communẽ dicit, & eos ſequendo refert etiam Benedict. Capr. in concl. 32. nu. 8. & latiſſimè diſputando multa congerit Couarr. var. reſolut. lib. 1. c. 1. per totum. Calder. in d. c. paſtoralis, §. quia verò, de offi. delega. & ibi Bellam. col. pen. Abb. & Imol. in c. 1. de offic. ord. Inno. in c. cum ſuſcepta. in gl. magna, in fi. de reſcriptis. Fel. in d. c. paſtoralis. § quia verò, nu. 23. & Iaſ. in §. ſed iſte, nu. 139. inſti. de actio. & in §. minus, nu. 15. Caſſad. in dec. 1. nu. 8.
* & ſeq. ſuper regul. Cancel. qui illam dicit * communem ex mente Abb. inducens & illud abſurdũ, ꝙ ſi iudex poſſet iudicare ſecundum conſcientiã, vtique etiã poſſet & pro libito iniuſtè condemnare & abſoluere, & poſtmodum dicere ꝙ talis erat eius conſcientia, nec poſſet aliquis conqueri de iudice, ſiue appellationem interponere. ſequitur & Dec. hanc eãdem opinionẽ in conſ. 177. nu. 2. & in cõſ. 252. nu. 4. tenuerunt q; & illã & Doct. Theologi, & præcipuè Diuus Tho. 2. 2. q. 67. art. 2. tum ex authoritate Ambroſij ſuper Pſal. 118. Beati immaculati, ver. 20. licet illud di-
2 ctũ Auguſtino tribuat. Bonus † iudex, inquit Ambroſius, nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundum leges, & iura pronũciat, ꝙ verbũ in Canone, iudicet. 3. q. 7. poſitũ eſt. Auguſt. verò ſuper Pſal. 57. fol. mihi 190. inquit, iudex enim non poſſet niſi legibus iudicare. Tũ
3 & ex illa ratione, † quia iudicare pertinet ad iudicẽ, ſecundum ꝙ fungitur perſona publica, poteſtate publica, ſcientia publica, & voluntate publica, & ideò informari debet in iudicando non ſecundum id, ꝙ ipſe nouit tanquam priuata perſona, ſed ſecundum id, quod ſibi noteſcit tanq̃ perſonæ publicæ, & hanc etiam ſequitur Caiet. ad ipſum Diuum Thomã vbi ſupra referens, & hanc opinionem tenere Alexañ. de Ales. Ricar. Petr. de Palud. Pet. de Tararas, & multos alios. & ibi Caieta. reſpondet ad omnia, quæ in contrariam partem adducuntur.
Hanc conclu. ſic firmatã limitabis primò non pro
4 cedere, † quando ex aliqua cõfeſſione coram iudice
viua voce facta, etiam ſi non ſit redacta in ſcriptis in proceſſu, iudex ipſe inclinaret ad ſic iudicandum, per doct. al. in l. 1. prope fin. C. de vind. lib. quod dictum mirabile reputat Feli. in c. cum venerabilis, nu. 42. de except. & nunquam obliuioni tradẽdum admonet. & illud ſequitur Alex. in l. ſi is, ad quẽ, in fi. ff. de acqu. hæred. & Pariſ. ad Bar. in l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præſid. vbi etiam Illuſtriſ. Albanus.
5 Quæ quidem limitatio † ita demum intelligenda
eſt, ſi huiuſmodi confeſſio facta fuerit ipſi iudici tanquam iudici, & ex abſentia Notarij, vel eius omiſſione, aut alia de cauſa in actis redacta nõ ſit, ſecus ſi facta fuerit tanquam perſonæ priuatæ, quia ex illa iudex ſententiam dicere minimè poteſt, ex doctiſſimè deductis per Couarru. var. reſol. li. 1. c. 1. nu. 9.
Secundo limitari põt & hæc ipſa concluſio nõ ha-
6 bere locum in iudice, † qui ſuperiorem non recognouit, vt eſt ſummus Pontifex, vel Imperator: qñ iudicare põt ſecundum conſcientiã ſuam, ſecundum Bar. & Bal. in l. vnica, C. vt quæ deſunt aduocat. Innoc. in c. cum in aut. de elect. & Fel. in d. c. paſtoralis, §. quia verò, ſub nu. 23. ver. 2. limita. & per Fran. Luca. in tract. de fiſc. nu. 139. & Deci. in cõſ. 463. nu. 25. Bal. de nou. forma fidelit. in fi. in vſib. feud. Cur. ſen. in cõſ. 65. Iaſ. in l. 2. ff. de in lit. iur. Ang. Aret. in §. curare, & ibi Iaſ. inſti. de act. Bert. in cõſ. vlt. li. 1. Bened. Capr. in concl. 32. nu. 12. Cyn. in d. l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc.
7 Amplia hanc limitationem † etiam procedere in iudicibus,

iudicibus & ſenatorib. ſupremis, quia & ipſi ſecundũ conſcientiam extra deducta, & probata iudicare poſſunt, ſi credendum eſt Guid. Pap. in q. 29.

8 Quam tamen ampliationem † nõ vtique ſequitur quinimo illam reprobat Couar. var. reſ. lib. 1. ca. 1. ſub nu. 7. verſ. tertium etiam.

9 Tertio limitabis principalem concluſionem † nõ procedere in notorijs, quia iudex tunc conſcientiam propriam ab huiuſmodi notorietate inſtructã ſequi poteſt: ita Domi. de S. Gemi. in d. c. iudicet. 3. q. 7. quẽ ſequendo etiã refert Fel. in d. c. paſtoralis. §. quia vero. ſub nu. 23. verſ. limita primo de off. deleg. & Illuſt. Albanus ad Bar. vbi ſup. nu. 3.

10 Quarto limita concluſionem † minimè ſibi locũ vendicare in cauſa criminali, quia in ea debet ſecundũ conſcientiam iudicare, & præcipuè, qñ agitur de pœna corporali, ita intelligit Inno. in d. c. paſtoralis. §. quia vero. & ibi Abb. in verſ. gl. in ver. tenetur. Feli. ibi. ſub nu. 24. & per Ang. in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. & Archi. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Multos congerit remiſſiuè Iaſ. in §. ſi minus. ſub nu. 15. verſ. verum quia iſte paſſus. inſtit. de actio.

11 Contrarium tñ voluit Paul. Caſt. in l. 2. ff. de in lit. iur. quem refert etiam Iaſ. ibi nu. 6. & per glo. no. in c. qñ autem. 2. q. 1. & Anto. in repe. c. veſtra. col. fi. de co hab. cleri. Azo, Vgo, & Accur. pariter hanc negatiuã tenuerunt, ſ. non eſſe iudicandum ſecundum conſciẽtiã, per tex. in d. l. illicitas. §. veritas. quos ibi ad Bar. & refert Illuſt. Alb. & idem voluit Calde. in d. c. paſtoralis. §. quia vero. & cum eo ibidem trãſit Floria. dicẽs, quod ſi in hac facti cõtingentia incidiſſet, iudicaſſet vtiq; ſecundum acta & probata, nec putat ſe damnare innocentem, ex quo ſic conſtabat ex actis, prout & facit Couar. vbi ſup. varia. reſol. lib. 1. c. 1. ſub num. 7. verſ. ſecundum & ex doctr. S. Tho. 2. 2. q. 84. art. 6. & ibi Gaieta. & per Silueſt. in verb. iudex il 2. q. 5. Cat. à Tur. Crema. in d. c. iudicet. 3. q. 7. Io. Chai. in 3. ſen. diſtin. 43. q. 4. & Card. in d. §. qa vero, nu. 39. & 48. idem voluit Capr. in alleg. concl. 32. nu. 10.

12 Quintò limita non procedere, † quãdo iudex ſola facti veritate inſpecta poteſt iudicare, quia tũc licet ipſi ferre ſñiam ex cauſa non deducta nec allegata, ſecundum Soc. ſen. in conſ. 11. nu. 12. vol. 3. quem limitando hanc noſtram concluſionem retulit etiam ſæpe nominatus Illuſtriſs. Alba. ad Bart. vbi ſup. in d. §. veritas, nu. 4.

4 iureiur. vbi rationem adducit ex eo, †quòd actor non poteſt facere vltra ſemiplenam probationem, adeò ꝙ non poſſet niſi ſemiplena aliundè accedente plena probatio fieri, & ita dicit ſentire Bart. in d. l. in bonæ fidei, & quod requiratur ſemiplena probatio ponit poſt eos, quos adducit Marant. in Spec. ord. iudi. par. 6. act. 9. nu. 4. Rainer. de Forliu. poſt Iaco. de Arc. per ipſum adductum in d. l. admonẽdi. nu. 6. Ptolom. nu. 123. Caccial. nu. 251. Curt. nu. 288. & hoc caſu iuramentũ obtinere vim ſemiplenæ probationis ponit Anton. de Petruc. in l. 1. nu. 378. ff. eo.

5 Ampl. adeò requiri ſemiplenam † probationem, vt opus ſit eam verè, & neceſſario cõcludere, non autem ſufficiat, vt id præſumptiuè faciat, quod conſulẽdo tradit Roman. conſ. 91. num. 10. Curt. ſen. cõſ. 78. domina

domina Franceſchina, ſub nu.10.verſ. & benè facit.
quibus accedant alij, quos Mandoſ. congerit citato.
conſ.91.in litera K. Curt. d. l. admonendi,nu.212.&
ibi Iacob. de Prolom. poſt nu.48.
6 Sed quod iuramentum † neceſſarium poſſit defer-
ri,etiam vbi actor haberet pro ſe præſumptiones, &
coniecturas inducentes iudicem ad ſuſpicionem, vel
opinionē,& quæ minus,etiam,quàm ſemiplenè pro-
bent,tradit conſulendo Alex.in conſ.53.in caſu ver-
tente.col.fi.verſ.quod iurm.col.3, qui ad hoc ponde
rat verba Bart.d.l.admonendi.nu.71.ver.poſt dubita-
tionem,ibi,& de iſtis cauſis dubijs, & quod , ſi actor
habeat pro ſe bonā præſumptionē, iurm ſit deferen-
dum,docuit gl.in c.tam literis,in verb.probata,de te-
ſtib & ex coniecturis deferri tradit Bal. in l. ſi fundū,
ad fin.C.de rei vēd.poſt Guliel.de Cun.in l.ſi duo pa
troni.ff.de iureiur.probat Rom.d.l.admonendi.n.64.
Bal.in c.pen.de cont.inter dom.& milit.in vſib.feud.
7 In hac diuerſitate † poſſet adhiberi pro conciliatio-
ne diſtinctio.Ang.in §.ſi vſusfruct.in fi. in authē. de
nup.qui conſtituit differentiam inter indicia, & con
iecturas, nimirū, vt ex indicijs deferri non poſſit, ſed
tñ ex coniecturis : ſed cum neq; coniecturæ ſemper
faciāt ſemiplenam probationem, vt rectè admonet,
& probat Cur.in d.l. admonendi. nu. 289. rectius ex
mente ēt Angeli dici poteſt , veram eſſe opinionem
priorē ſemiplenā probationem requirētem : pro qua
eſt gl.in l. 3. §. 1. verſ.ſi leuior.ff.de minor.poſteriorē
tñ procedere poſſe, qñ eſſet non leuis , ſed vehemens
pſumptio,vel plures ſimul iunctæ coniecturę,quę ſe-
miplenā ſaltem pbationem inducerent, vt ex mente
Bart.declarat Iaſ.in rep.& d.l.admonendi.n.86.verſ.
quid tenendum? idem Curt.nu. 290. Pomat. ad Bart.
nu.23.& in his terminis loquitur gl. in d.l.rā lit.de bo
na.ſ.& vehemēti præſumptione , & loquuntur Doct.
ſup.citat.& Rom.qui illam iudicis arbitrio conſide-
randā relinquit,& Rom.probat Menoc.de arbit.iud.
lib.2.cent.1.caſ.190.nu.3.& ita ēt tenet Cato Sac.d.l.
admonendi.nu.71.Soc.reg.104.fal.178.& hoc eſſe de
mēte Bal.in rub.de cōtr.inueſt.in vſib.feu.& in tit.de
gra.ſucceſ.in feu.refert Caccial.d.l.admonēdi.n.358.
Ex declaratione autem huiuſmōdi deducitur pro-
8 bationem factam † per vnum teſtem de viſu,ſuppleri
poſſe per iuramentum, cum vnus teſtis faciat proba-
tionem ſemiplenam.glo.in d.l.admonendi, & in d.l.
in bonæ fidei,& ibi Cin.& Bal.& Salic.& in c. fin. de
iureiur. vbi Ioan.And.Ant. & alij,& hanc eſſe * com-
munem,& veram conclusionem,dicit Cur.in d.l.ad-
monēdi,poſt nu.176.Boer.deciſ.183.nu.2. & gl. in d.
l.admonendi , eſſe * communiter approbatam dicit
Franc.Marc.deciſ.387.nu.5.par. 1.
9 Hæc autem illatio declaratur , † procedere, modo
teſtis ille ſit integræ opinionis, & maior omni exce-
ptione:hanc eſſe * communem doctrinam Doctorū
prodidit Cato Sac.in repet.d.l.admonēdi,nu.70.Cac
cialup.nu.92.tradidit Bal.in l.1.C.qui & aduer. quos,
in c.1.de contr.inueſt.Ant.& Abb.in d.c.fi.§.ſanè,de
iureiur.quos adducit Curt.in d.l.admonēdi. nu. 194.
Alex. conſ. 32. vol. 1. conſ. 18. viſo proceſſu,eo.vol.
conſ.19.col. pen. vol.4. Corn.conſ.194.col. 2. vol.2.
quos ſequitur referendo Marāt.in Spec.d.actu.9. nu.
4.idem tradit Salic.in d.l. in bonæ fidei , & * cōmunē
doctrinam teſtatur Rom.d.l.admonēdi.nu. 62. hinc
10 non deferri, quando eſſet probatum per teſtem † affi-
nem,domeſticum,amicum,compatriotam,malæ cō
uerſationis,litigioſum, celere terminis reſpondentē,
vilem & ſpurium,fœneratorem,& ſolitum peierare,
et generaliter infamia facti,& contra quem iudex ſu-
ſpicatur,& dubitat,Iudæum contra Chriſtianum,va-
rium,compatrem,tradūt Doct.in d.l.admonēdi , vbi
Caccialup.nu.155.Cato Sac.nu.70.& ibi idē Curtius
proſequitur : nā & vniuerſaliter idem dicitur de qui-
buſcunq; exceptionibus, quæ poſſunt opponi contra
perſonas teſtium.arg.gl.in c.1.de cōſang. & affi. & in
§.item verborum. Inſt. de inut. quæ omnia ſuis locis
ſunt examinata,propterea hic non repeto.
11 Hic tamen ſecundo loco declarabimus † etiam nō
procedere illationem ſuperius conſtitutam , quando
contra hoc vnicum teſtimonium opponeretur exce-
ptio ratione formæ, & modi examinationis, vt quia
reperiantur depoſitiones,& non iuramenta, vel quia
primo teſtis depoſuerat,& poſteà iurauerit,quod pro-
ſequitur Caccial. d. l. admonendi.nu.94.aut ratione
examinantis,vt quia fuerit per notarium , & non per
iudicē examinantis.Cur.nu. 248. & 259. qui plenè de-
clarat , & quando teſtes examinati forent inter alias
perſonas,vt ibi.n.254.& n.264.& demū quoquo mo-
do detrahatur de probatione teſtis,nō pcedet illatio.
12 Propterea tertio loco,non habebit † locum illatio,
quando teſtis examinatus non deponeret plenè fa-
ctum,teſte Bald.in c. 1. §. ſacramentum, de conſuet.
rect.feud.quod probant Caccial.d.l.admonendi, nu.
94 & Cur.nu.262.
13 Quòd declara,vt procedat, † quando teſtis defice-
ret in ſubſtantia facti,ſecùs ſi tantum deficeret in cir-
cunſtantijs aliquibus,vt per Caccial. nu. 95. & Curt.
nu.239.vnde quoties conſtat de ſubſtantia debiti , li-
cet non appareat de quantitate , poterit deferri iura-
mentum ad illam probandam,vt opinatus fuit Rain.
in l.1.ff.de in lit.iuran.Purpu.in d.l.admonendi.Dec.
conſ.146.in 7.col. Marſ.ſing.322.Foller.ad Maran.d.
act.9.nu.21.Alex.conſ.69.col.2.vol.2.Alex. Stiat. ci-
tata pract iudic. c. 10.nu.40.Crau.cōſ 198.nu.8.& 9.
li.1.& ibi Marc.in add.qui declarat, & alios adducit.
14 Quartò eadem ratione † non procedit,quando te-
ſtis deficeret in cauſa , vt quia non redderet cauſam
ſui dicti.hoc enim caſu non deferri iuramentum tra-
dit Bal.in d.c.1.§.ſacramentum,de cōſuet.rect. feud.
Io.Bapt.à Sanct.Seuerin.d.l.admonendi.nu.99.Curt.
nu.266.Rom.fal.6.Soc.in reg.104.fall.59.Proloinęę.
nu.38.Cato.Sac.poſt nu.68. & 69.
15 Quòd amplia,etiam ſi eſſent plures, † qui non red-
didiſſent cauſam,& omiſiſſent reſpondere ad interro
gatorium pertinens: quia tunc oritur ſuſpicio contra
eos.Bal.l.data opera.C.qui accuſa.Bal.poſt Bart. in l.
2.in 1.col. C.de eden.quos citat , & ſequitur Curt.d.l.
admonendi.nu.337.verſ.43.fallit.
16 Declaratur etiam quinto loco † ſuperius conſtitu-
ta illatio non procedere,niſi quando duo teſtes face-
rent plenam probationē , aliàs vbi plures requireren-
tur,ex dicto vnius non poſſet iurm ſuppleri,vt cōclu-
dunt * omnes in d.l.admonendi, vt ibi per Caccialo.
nu.87.qui dicit hāc eſſe regulam negatiuam,vbi duo
17 † non faciant plenam , tunc vnum non facere ſemi-
plenam,& ibi poſt Bart.intermiſcet quæſtionem, an,
18 & qñ deferatur hoc iurm † ad probandum teſtamen-
tum,& cōtenta in eo, de qua per Proloinęum.nu.30.
19 Amplia idem eſſe,† quando lex requireret pro for
ma certum taxatum numerū teſtium. Bal.et ibi Saly.
in d.l.in bonę fidei.Bal.et Fulg.in l.2.in fi. C. de bon.
poſſ.ſecund.tab.alios adducit Curt.in d.l. admonen-
di.nu. 188. Prolo.nu.31.et 48.Caccialup. nu.150.Iaſ.
num.246.Boer.deciſ.85. nu.1.
20 Declaratur ſextò non procedere † in pluribus teſti-
bus ſingularibus: quia teſtes ſingulares nō faciunt ſe-
miplenam probationem, et ex eorum dictis non pōt
deferri iurm in ſupplementum , maximè ſi ſit ſingu-
laritas obſtatiua,vt concludit Bal. in repet.l. de quib.
in vlt.car.ff.de legib.et in rub.de controuerſ.inueſt.in
vſ.feud.quē adducit et ſequitur Curt.d.l.admonendi,
nu.268.Soc.reg.104.fall.67.Fel.in c.licet,ex quadam,
col.5.de teſtib.Foler.ad Marant.d.act.9.nu.13.Franc.
Marc.dec.387 nu.5.par.1. et idem eſſe in ſingularita-
te diuerſificatiua, poſt multa videtur cōcludere Cac-
cialup. qui tamen poſtmodum arbitrio , et religioni
iudicantis relinquit,in d.l.admonendi, nu. 129.

Digitized by Google

Ampliatur hæc declaratio, † etiã in vno teſte om-
ni exceptione maiore, qui ſit omninò ſingularis, ni-
mirum, quia deponit factũ fuiſſe ipſo ſolo teſte præ-
ſente, & non alijs, ad illius teſtimonium nõ poſſe de-
ferri hoc iuramentum docuit Maria in repe. c. fin. de
iureiur. quia cum plures teſtes nõ probent plenè, vni-
cus non debet probare ſemiplenè, ſm̃ eum, qui & alia
adducit, vt per Curt. d. l. admonendi. nu. 269. contra-
rium tenentem pluribus rationibus, quæ hic nõ ſunt
repetendæ, cũ pendeant à quæſtione ſingularitatis te-
ſtium, quæ egredietur fines præſentis inſpectionis.

Quòd autem ſupradiximus in prima declaratione
ad principalem concluſionem requiri ſemiplenam
22 probationem † ad huiuſmodi iuramenti delationem,
accipiendum eſt, vt tamen, vbi ex negotij natura ſe-
miplena probatio ſufficit, ſemiplenitudo illius ſemi-
plenæ probationis hoc iuramentum recipiat, ſecun-
dum Bellamer. deciſ. 682. ad fi. ſi impetrans.

Primaria vero concluſio, vt ad eam aliquando re-
23 uertamur, declaratur ſecundo loco, † ita demum pro-
cedere, ſi cõtra ſemiplenam probationem, quã ſuprà
requiri diximus, non vrgeant aliquę probationes, ſeu
præſumptiones in contrarium, quæ illam elidant, &
extenuent: vt conſulendo tradit Rom. in cõſ. 91. viſis,
& percunctatis. nu. 10. per gl. in l. 1. vbi Bal. C. qui, &
aduerſ. quos. & per contex. l. ſi duo patroni. ad princi-
pium. ff. de iureiur. Bal. & Ang. in l. fi. in princ. ff. quod
met. cauſ. & ibi glo. in verb. præſumptioni Iaſ. d. l. ad-
monẽdi, poſt nu. 186. in repet. verſ. 9. prædicta reg. fal-
lit. qui poſt Bar. ſequitur hanc declarationẽ, & Marſ.
ſingul. 197. quoad hoc, vt deuenire poſſit, & in pract.
crim. §. diligenter, poſt nu. 3. & in repet. l. maritus, nu.
40. ff. de q. & in rub. C. de proba. nu. 111. & hoc requi-
ſitum ponit Marant. d. act. 9. col. 2. verſ. 5. Rom. conſ.
481. n. 11. Bal. in l. de quib. ff. de legib. Curt. d. l. admo-
nendi, nu. 205. Ptolomeus nu. 39. Dom. Rot. deciſ. 19.
de dolo, & contum. in nou.

Ex hac declaratione ſecunda infertur primo, non
24 deferri hoc iuramentum, † quando aduerſario dolus
obijceretur: nam contra ſemiplenam probationem
doli obſtaret præſumptio bonitatis, Bal. in l. 1. C. qui,
& aduerſus quos, Caccialup. d. l. admonendi. nu. 157.
Cur. nu. 213. Ptolom. nu. 48.

25 Infertur ſecundo non deferri, † quando quis vellet
probare ſibi aliquam rem donatam eſſe, nec propo-
neretur cauſa, qua veriſimiliter donans fuiſſet indu-
ctus, obſtat enim generalis præſumptio, neminẽ præ-
ſumi iactare ſuũ, quare arbitrio iudicis relinqui tra-
dit Caccialup. d. l. admonendi. nu. 159.

26 Infertur tertio nõ deferri, † quãdo agitur ſuper eo,
quod habet præſumptionem conſuetudinis contra
ſe. c. 1. §. præterea, & ibi Bald. not. quæ ſit inueſtitura,
Iac. Petr. de Ptolom. nu. 32. & 48. Caccialup. nu. 136.
Curt. nu. 204. d. l. admonendi. ſic etiam non defertur,
27 † quando aliquid eſſet probandum extraneum à na-
tura contractus, Ptolo. poſt nu. 48. verſ. 35. fall.

28 Infertur quartò non deferri contra iudicẽ † & offi-
cialem in ſindicatu accuſatum iniuſtitia, de repetun-
dis, & ſimilibus: nam præterquam, ꝙ agitur tunc de
graui præiudicio, militat etiam præſumptio pro iudi-
ce: & ad hanc illationem eſt tex. quem ibi ponderant
Bal. & Ang. in l. fi. in fi. C. vbi de ratio. agi opor. ad ꝙ
vide Caccialup. d. l. admonendi, nu. 319. & tradita ꝑ
Curt. nu. 207. ex qbus dubitabilis redditur hęc illatio.

Subdeclaratur aũt ſecunda principalis declaratio,
29 vt tamen eo caſu, † quo aliqua eſt præſumptio cõtra
reum, ipſi deferatur iuramentum purgationis, c. fi. de
iureiur. l. admonendi, & ibi Bar. & alij. ff. eo. Marant.
d. act. 9. nu. 28. nam cũ propter qualem qualem pro-
bationem generetur præſumptio cõtra reum, vt pur-
getur iſta ſuſpicio, defertur ei iuramentum purgatio-
* nis, Lanf. d. l. admonendi, nu. 28. & tenẽt Bar. & * om-
nes, teſtatur Curt. nu. 367. & dicitur eſſe arbitrarium,
reo ne, an actori deferatur. Abb. d. §. fi. & latè diſcuti-
tur in d. l. admonendi.

Nũc tertio loco principaliter declaratur primaria
30 concluſio, ita demum procedere, † ſi cauſa nõ ſit ma-
gna. in modicis enim tantũ, non in arduis, & magnis
cauſis etiam ciuilibus hoc iuramentum defertur, gl.
in d. l. admonendi, in verb. exacto, vt in d. l. in bonæ
* fidei, & vtrobiq; * omnes ſcribentes, vt dicit Curt. in
d. l. admonendi. nu. 321. ponit Maran. d. act. 9. num. 7.
Menoch. de arb. iud. d. caſ. 190. nu. 18. Alex. conſ. 66.
colum. 1. volum. 1. ad idem eſt gloſ. in cap. fi. in fi. de
* iureiur. & ita tenere Doct. iuris * Ciu. & Canon. teſta-
tur Iaſ. in d. l. admonendi, in repet. nu. 271. & hoc mo-
do intelligi omnia iura, quæ habent, quod habẽti ſe-
miplenam deferatur iuramentũ, tradit Plot. in repet.
31 l. ſi quãdo. C. vnde vi. & cauſa dicitur † magna, & par-
ua arbitrio iudicis, ad idem Alex. conſ. 186. volum. 7.
Marſ. ſing. 27. Cur. iun. conſ. 287. num. 36. vol. 1. Alex.
conſ. 143. vol. 2. Zaſ. conſ. 3. nu. 27. vol. 2. Afflic. deciſ.
* 375. nu. 10. & ita * communiter teneri teſtatur Andr.
Gail. lib. 2. prac. obſer. 94. obſer. nu. 8.

Sublimitatur tamen primo huiuſmodi declaratio,
32 † vt nõ procedat, quando adeſſet aliqua præſumptio
contra partem, Caſtr. conſ. 87. quantum ad contenta,
col. 2. lib. 2. quem ad hoc adducit, & ſequitur Crau.
conſ. 98. nu. 10. part. 1. nam contra eum, qui aliàs fuit
conuictus de mẽdacio, aut de periurio etiam in cau-
ſis magni ponderis poterit iurari in ſupplementum,
vt poſt Caſt. adnot. Aymo, de antiq. temp. par. 1. verſ.
vidimus abundè nu. 17. quem ſequitur Plot. in repet.
d. l. ſi quando. nu. 666. C. vnde vi.

33 Sublimit. ſecundo deferri tamẽ, † qñ eſſet plus quã
ſemiplenè probatũ. l. fi. ff. quod met. cau. Rom. Alex.
& alij, quos adducit Iaſ. in repet. d. l. admonendi. nu.
281. Gozad. conſ. 11. poſt nu. 18. Iaſ. conſ. 29. col. pen.
in fi. lib. 1. Corn. conſ. 135. col. fi. lib. 1. Crau. qui alios
adducit conſ. 98. nu. 10 part. 1. Boerius deciſ. 85. num.
4. Cephal. conſil. 227. num. 27. lib. 2. Marſ. ſingul. 28.
Foller. ad Marant. d. act. 9. num. 14. Alexan. conſ. 76.
colum. 2. volum. 6. Andr. Gail. lib. 1. pract. obſer. 105.
num. 11. plures citat Hercul. de proband. negat. num.
34 235. hinc etiam in criminalibus, † quando eſt pluſ-
quam ſemiplenè probatum, defertur hoc iuramentũ,
* Hercul. d. nu. 235. & videtur eſſe * communis opinio,
vt dicit Curt. iun. d. l. admonendi, nu. 63. verſis. poſtre-
mò, quem refert Cephal. conſ. 141. nu. 20 lib. 1. quod
tamen in praxi non facilè ſe admiſſurum, dicit Clar.
in pract. crim. §. fi. q. 63. verſ. ſcias autem, & quãdo eſt
pluſquam ſemiplenè probatum deferri hoc iuramẽ-
35 tum etiam mulieri † in cauſa magna, diremere Dom.
Rotæ, vt per Put. deciſ. 430. lib. 2.

36 Sublimites tertio velim, † vt tamen parti incumbat
onus articulandi, & probandi cauſam eſſe magnam,
aliàs illi, qui ſemiplenè probauit, cum habeat funda-
tam intentionem ex regula, deferendũ erit iuramen-
tum, vt conſulendo concludit Alex. in conſ. 66. col.
1. verſ. nec obſtat, vol. 1. & in conſ. 76. col. 2. verſ. nec
obſtabit. vol. 6. arg. l. in exceptionib. & l. ei, qui. ff. de
prob. & ideò cautum eſſe debere eum, contra quem
venit deferendum iſtud iuramentum, vt capitulet, &
probet, cauſam eſſe magnam, admonet Lanfr. in d. l.
admonendi, nu. 88. verſ. 35. concluſio. et idem Foller.
ad Marant. d. act. 9. nu. 16.

37 Quartò ſublimitatur procedere, † quoad principa-
lem cauſam: ſecus ſi de incidenti ageretur, quia pote-
rit deferri: cum illud incidens, ſuper quo vertitur cau-
ſæ dubietas, non faciat multum præiudicium verita-
ti, Bart. in d. l. admonẽdi, nu. 55. & 56. & poſt eos, quos
adducit, ponit Foller. loco cit. nu. 17.

Ex hac tertia principali declaratione infertur pri-
38 mo in cauſis criminalibus † non eſſe deferendũ hoc
iurm̃ in defectum ſemiplenæ probationis, hanc illa-
tionem probauit gl. in l. 3. in prin. & ibi Doct. in verb.
agitur.

agitur.ff.de iureiur.gl.& Bar.in l. maritus. ff. de quæ-
* ſtion.& plures refert Iaſ. poſt Bar.qui hãc* veram, &
communem opinionem dicit in repet. d.l. admonē-
di.nu.274.& illam tenuit Bart.in l.cũ,qui. §.in popu-
laribus,& in l.lex Cornelia.§.illud.ff.de quæſt. Andr.
Gail.lib.2.pract.obſeru.obſeru.94.nu. 3. Cato Sac. d.
l.admonendi,poſt nu.71. verſ. in cauſa non ciuiliter
* intentata,& poſt nu.92.dicit* cõiter omnes Doct. ſe-
qui,Iac.Petr.de Ptolom.nu.29. Alex. in l. 3. nu. 12. ff.
de iureiur. Dec. conſ. 37.in fi.& poſt plures per eum
citatos,tenet Clar.in pract.crim.§.fi.q.63.in prin. cu-
ius illationis declarationem videas latè Iaſ.in d.l.ad-
monendi,nu. 271.cum ſeq Boer.deciſ.86.
39 Hic tamen non omittas,quod nihilominus† debet
ipſi accuſato,cõtra quem fuit probatum per vnicum
teſtem deferri iurm per iudicem,quod dicitur purga-
tionis,& innocentiæ,iuxt.tex. in auth.ſed nouo iure,
C.de pœna iud.qui male iud.vt tradit Iaſ.in l.ait Præ-
tor.1.in prin.nu.21.poſt Caſt. nu. 10.de iureiur quem
adducit Boſſ.de ſentent.nu.75.& in cauſis criminali-
bus,& arduis, quando contra reum ſunt aliqua indi-
cia, vel probatio minus ſufficiens, deferri reo iurm,
quod dicitur purgationis, ponit Marant. d. act.9.nu.
28.ſecundum terminos text.d.l.admonendi, & d.au-
thent.hoc nouo iure.adducit etiam Bar. conſ. 104.in
fi.viſis teſtibus, & reo grauato veriſimilibus præſum-
ptionibus purgationis iuramentum deferri tradit
40 And.Gail.de pace publ.lib.2 c.7.nu.12.& inibi† pro-
ſequitur formam huiuſmodi iuramenti purgationis,
quã ponit etiam Simanc.de hæreticis,c.54. & Foller.
in pract.crim.canon.fol.mihi 298.nu.9.
41 Amplia hanc intelligentiam, † vt hoc iuramētum
purgationis deferatur, etiam ſi reus nihil probauerit,
* vt eſſe* communem ſententiam dicit Soc.ſen. in d.l.
ait Prætor.in princ.verſ.circa ſecundum,& poſt eum
Clar.d.q 63.verſ. ſolet etiam.
42 Ampliatur ſecundo,† vt ſi reus nolit ſubire hoc iu-
ramentũ, habeatur delictum pro probato, vt docuit
Abb.in c.veritatis,nu.27.cũ ſeq.de dolo, & contum.
per text.in c.fi.de purg.canon.Gail.cit. c.7. nu.22.&
* hanc eſſe* cõem ſententiam poſt Simanc.de hæret.d.
c.54.dicit Clar. præcit. loco, vbi & aſſerit hanc iura-
menti præſtationē,licet videaſ I. canonico tantũ ac-
cepto ferenda, habere locum in vtroque foro,vbi &
alia habent,& p Hercul.in tract.de prob.neg.nu.234.
43 Secũdo loco† ex tertia principali declaratione in-
fertur,non deferri hoc iurm in cauſis matrimoniali-
bus,gl.in c.mulieri,in verb.abſoluto, de iureiur. Dec.
* conſ.135.& conſ.699.& illam gl.* communiter eſſe
approbatam tradit Gail.d.obſer.94.nu.4.& idē tradi-
tur in matrimonio ſpiritua.vt ibi per eum,nu.16.qui
latè declarat:& attigimus plenius in cõcluſione ma-
trimonium;& traditur per Doct. in d. l. admonendi,
vbi idem dicunt in cauſis ſtatus in feudalibus, iiſque,
quæ ſapiunt vſurariam prauitatem, vt ibi per Iaſ. in
rep.nu.277.& in bñficiali, Ptolom.nu.44.Caccialup.
nu. 153.& in ſpiritualibus,Bellam.concluſ.687.ſi im-
petrans,nu.1. vbi id verũ dicit circa principalia con-
ſtitutoria iuris,& tituli, ſecus de aliis incidentibus.
Et quando hic agimus de cauſis,in quibus non de-
fertur hoc iurm ſuppletiuum, conſtituere poſſumus
44 regulam negatiuam,non deferri in cauſis† in quibus
iura requirunt euidētiſſimam probationem, vel ple-
nam,& indubitatam, vel plenam fidē, vel legitimas
probationes, hanc regulam conſtituit Caccialup. in
d.l.admonendi,nu.136.Iaſ.nu. 282. & licet aliqui di-
cant contra,ea ratione,qa lex probet hanc iuramen-
* talem probationem,tamen omnes recētiores* com-
muniter ſequi aſſerit, & ab ea non eſſe recedendum
probat tex.& ibi Bal.in l.fi.C.de ſecun.nup.dum col-
ligitur,non deferri in cauſa ingratitudinis,quia in ea
requiratur indubitata probatio,Cato Sac. d.l.admo-
nendi,num.68. & quod non deferatur,vbi requiritur
probatio liquidiſſima.dicit Bal.in l.fi. §. illud, C. de
tempo.appel. & de plena Anch. in c.1. de electione,
in 6.quos refert Ptolom. d.l.admonendi,nu.48.& de
hoc eſſe gl.in c.cupientes,in verſ.plenam fidem, quæ
* *communiter approbatur,tradit Cato Sac. ibi, licet
ipſe contrarium ſentiat, poſt nu. 49. ſic ideò non de-
fertur ad probandum contra ſententiam, vel iura-
mentum,Bald.in l.fin.C.ſi minor ſe maior.dix.Curt.
d.l.admonendi,num. 208. ſic vbi haberetur recurſus
ad eccleſiam propter defectum iuſtitiæ ſecularis.Bal.
in c.ſi quis per triginta,in fi.ſi de feudo fuerit contro-
uerſia.Cur.num. 210.
Secundò conſtitui poteſt alia regula, non deferri,
45 vbicunq probatio† poſita ſit in conditione,ex eo,q
conditio in forma ſpecifica ſit adimplenda, Curt.in.
d.l.admonēdi,nu.230.Cato Sacch.nu.72.Caccialup.
nu.142 Iaſ.poſt nu.296.Boer.deciſ.85.num. 2. & alia
addi poſſent ex Socyn.d.reg.404.Conrad.in tract.de
præt.lib..1.c.19.§.2.tit.de iuram.
Sed iam ad principalem concluſ.reuertamur, quæ
46 quarto loco declaratur,† ita demũ procedere, vt hoc
iuramentum ſit deferendum, modò à parte petatur:
vt docuit Bar.in d.l.admonendi,nu.59.nam cum ve-
niat ad priuatum commodum in ſupplementũ pro-
bationis,non autem ad ſolemnitatem, ſeu ordinem
iudicij,iudex non debet illud deferre, niſi parte petē-
te.l.4 §.hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. ſibi
ergo pars imputet, quæ iuramentum ſibi deferri non
curauit,ſequitur Bal.& Ang.& Iaſ.in d.l. admonēdi
* nu.316.in rep.vbi verum eſſe,& communē* opinio-
* nem dicit,& ibi Caccialup.nu. 240. & * communem
eam dicit Capic.deciſ.35.nu. 3. & idem atteſtatur de
* *communi eam ſequendo Marſ.in l.maritus. nu. 20.
cum ſeq ff.de quæſt. & in pract. crim. §. ſequens, nu.
** 48.& videri magis* *cõem tradit Gail.obſer.pract.li.
1.obſ. 108. n. 3.& hãc partē tenuit Ant.de But.in c fi.
in vlt.col.de iureiur Bal.in c.1.§.item vaſallus, num.
8.de controuer.inueſt.& in d.l.in bonæ fidei, nu. 10.
Stiat cita.pract.iud.c.29.nu. 18. Foller. ad Maran. d.
act.9. num.19.
47 Veruntamen iudicem † etiam parte non petente
poſſe id iuramentum deferre ex officio quandocun-
que ſibi videbitur,tenuit Abb.in d.c. fi. §.ſanè, ad fi-
nem,nu.15.per illum tex.& per tex.in d.l. in bonæ fi-
dei,& ibi Sal.nu. 29. Ant.de But.in c.1.nu. 13. de iud.
quia ita dicit ſe conſuluiſſe,& idem tenet Imo. ibi,vt
refert Alex.conſ.53.col. 3.verſ.& hoc poteſt facere,p
reg l.vbicunq;.ff.de interrog.act.iuncta glo. & quod
no Bal.in l actore,in princ.C.de prob. & hãc opinio-
nem benigniorem,& æquiorem eſſe dicit And. Gail.
d.obſer.108. poſt nu. 4. ſecundum quam refert fuiſſe
in camera Imperiali iudicatũ in graui cauſa:& quod
iudex poſſit deferre ex officio parte non requirente
iurm poſt concluſum in cauſa,etiam ſi non ſit petitũ
ante concluſionem,tenuit Rom.in d.l.admonendi,
col.38.verſ.quo ad tertium,quem refert Iaſ.& tamen
impugnat poſt nu.318.ad finem,& Bal. in d.l.admo-
nendi,& in l.1. C. vt quæ deſunt aduoc. & hanc opi-
* nionem ſibi veriorē videri dicit Cato Sacch.d.l. ad-
monendi.poſt nu. 102. per doctrinam But.in c. cum
Io.de fid.inſtr.& in c.2.de iurament.calum. quæ vult
contra Inno.quod non ſolum quoad declarationem
actitatorum, ſed etiam ad nouiter probãdum, & no-
uam intentionem fundandam poſſit iudex ex officio
proprio interrogare poſt concluſum in cauſa.
48 In hac opinionum diuerſitate† dici poſſet ad cõci-
liationem,primam opinionem procedere, qñ nullo
modo fuit petitum, nec iudicis officium imploratũ;
ſecunda autem,quando ſaltem à principio fuit clau-
ſula adiecta in libello, quę cõiter apponi conſueuit,
peto mihi ius,& iuſtitiã miniſtrari: quaſi illius virtu-
te pars iudicē interpellaſſe videatur, adeò vt officiũ
etiam non petitum impertiri poſſit, & in his terminis

Digitized by Google

loquitur Abb.in d.§.ſanè,in fi.ibi,ſed nec obſtat,quē
in ijſdem terminis ſequitur Alex.conſ.91.in cauſa,&
lite.poſt princip.verſ.& quando actor petijt.vol.6.&
tradit Gail.præcitata obſer.108.nu.7. quod notabile,
& quotidianū cēſuit Ale.Sriat.in prax.iud.c. 20.n.26.
Sed cum Doct.ſupra citati pro prima opinione lo-
quātur in his terminis contra Abb.in d.c.fi.vt in ſpe-
cie Iaſ.in d.l.admonendi,poſt nu.316.qui illam reſpō
ſionem Abb.ad d.§.hoc autem iudicium, debilē opi
natur,& Caccialup.poſt nu.240.qui dicit non eſſe re-
* cedendum à * cōi ſententia, non videtur tuta huiuſ-
49 modi diſtinctio.Secundo igitur loco † amplectendo
tamen communem ſententiam dici poteſt, ſecundā
opinionem procedere poſſe, quoad declarationem
actitatorum ante concluſionem in cauſa,non autem
ad aliquid nouitatis probandum per Bal.in l.1.ff.eo.
tit.de iureiur.& in d.l.in bonæ fidei, qui videt̄ voluiſ-
ſe, quod eo caſu iudex ſuppleat deferendo iuramen-
tum,per doctrinam Innoc.in c.cum Io.de fid.inſtr.&
ita Bal.adducit Caccialup.in d.l.admonēdi. nu. 238.
& Bal.refert Iaſ.poſt nu.28.& And.Gail.d.obſer.108.
nu.4.Cato Sacch.nu.102.d. l. admonendi.
Ampliatur nunc huiuſmodi quarta declaratio, vt
50 adeò procedat,† vt peti debeat hoc iuramentum etiā
ante concluſionem in cauſa,admittitur enim petitio
ſolùm eo tempore, facta autem concluſione proba-
tionibus renunciatum cenſetur, & partibus os clau-
ſum:ita decidit Bart.in d.l.admonend. nu. 60. qui ita
conſuetudinem admittere teſtatur,idem tenuit Bald.
in c.1.§.item ſi vaſſallus, de controuer. inueſt. in vlt.
col.verſ.item quæro, & in d.l.in bonæ fidei, col. pen.
verſ.ſed iuxta hoc dubitatur. hanc tenuit Roman. in
conſ.255.quo ad primum.nu.5. & ibi Mandoſ. teſta-
* tur hanc eſſe * communem opinionem, & eandē ſe-
quitur Dec.in c.licet cauſam.col. 9. verſ. quintus, &
vltimus caſus,de prob.Marſ.in prax.d.§.ſequens. nu.
49.& in d.l.maritus.nu.21 Marā.d.act.9.nu. 10. Fulg.
* conſ.145.quoniam plurimæ,& hanc eſſe *communē
opinionem contra Salic. in d.l.admonendi, & in d.l.
in bonæ fidei,qui tenuit, & hoc iuramētum peti poſ-
ſe poſt concluſum in cauſa, teſtatur Iaſ.ibi nu.318.&
* Caccialup.poſt nu.242.dicit ita communiter omnes
* Doct.legiſtas, & canoniſtas tenere,& nouiſſimè *cō-
munem dicit And.Gail.cit.obſer.108. nu. 2. & com-
* muniter * omnes Docto. tenere teſtatur Cato Sac.in
* d.l.admonendi.nu.98.qui & communem * dicit. nu.
103.quibus accedit Franc. Marc.deciſ.454.nu.1.par.
* 2.qui dicit * communem opin. & practicam eſſe, vt
peti poſſit vſq; ad concluſ. in cauſa.
51 Subamplia,vt peti etiam debeat † antequam laba-
tur terminus aſſignatus partibus ad probandum per
omne genus probationū, vel alia verba vniuerſalia;
licet quādo fuiſſet ſimpliciter in prædicta aſſignatio-
ne dictum ad probandum, poſſet peti elapſo etiā ter-
* mino probatorio, ita cōmuniter * teneri,& diſtingui
teſtatur Iaſ.in d.l.admonendi,poſt nu.319. ad finem,
& refert ita tenere Ang.in l.non erit,in prin.& Alex.
in §.dato.ff. eo. tit. nam licet in ſimplici datione ter-
mini ad probandum, non veniat iuramentum, quod
non eſt propria probationis ſpecies, verbis tamē vni-
uerſalibus cōprehendetur, licet de hoc dubitet Cac-
cialup.in d.l.admonendi. nu. 242. vt ibi per Iaſ. poſt
Ang.quem refert etiam Curt.in rep.d.l. admonendi,
poſt num.10.& ibi eſt data dilatio ad probandum, &
probatum habēdum per omne genus probationis,ha
betur pro concluſo in cauſa, & lapſa huiuſmodi dila
tione excluditur omnis facti probatio, vt per Butr. in
d.c.licet cauſam.nu.12.& ibi Fel.nu.58. de probat. &
alios,quos adducit Alex.Sriat.d.pract. iudiciar. c. 20.
nu.19. qui & hoc in propoſita materia iudicibus ani-
maduertendum proponit.
52 Declaratur modò ampliatio ſupra poſita,† vt non
procedat in cauſis ſummarijs,ſecūdū terminos clem.
ſæpe de verb.ſig.vt tenet Rom. in d.l.admonēdi, qui
hoc caſu dicit procedere poſſe opinionē Sal. & pro-
bat ibi Caccial.poſt nu.242. verſ. 9. concl. Cato Sac.
nu.106.nam cum poſſint produci inſtrumenta in illis
cauſis, & veritas inueſtigari etiam ad partis petitio-
nem,quandocunq; vt per gl.in d.clem.ſæpè, in verb.
interrogauit. Maran.par.6.act.15.nu.7.poterit, & de-
ferri hoc iur̄m, vſq; ad calculū ſententiæ, vt tenuit ēt
Lanf.in d.l.admonendi,col.19.& hac de cā in regno
Neapol. deferri hoc iur̄m etiam poſt cōcluſum in cā
teſtatur Foll.ad Maran.d.act.9.nu.12.cū maximè in
his ſummarijs non requiratur concl. vt per Affl. dec.
172. & vbi non concluditur in cauſa,poſſit deferri iu-
ramentum quandocunq; vt in cauſis, in quib. proce-
ditur per officiū iudicis,quæ concluſ.non exigunt.gl.
in c.cupienres.§.quod ſi per viginti,de elec.in 6.defer
ri poteſt vſq; ad ſententiam,vt dicit Caccial. d.l.ad-
monendi, cit.nu.242.verſ.7.concl. eſſe de mēte Ang.
in l.ſi quis libertatem.ff.de pet.her. qui etiam ver.10.
& vlt.concl.dicit deferri poſſe in cā pupilli,reip.fiſci,
& eccleſiæ,in quib. militat eadē rō ſummarij iudicij.
Secundo loco reſtringitur eadem ampliatio, vt nō
53 pcedat,vbi ſubeſſet † aliqua rationabilis cauſa, ppter
quam ſuaderet æquitas partem admitti poſt conclu-
ſionem,& ita limi.Maria.Soc.in d. c. fi. de iureiur. &
comprobando ſequitur Caccialup.d. l. admonendi,
poſt nu.242.& faciunt tradita à Spec.de petit.& poſſ.
ſpol. in prin.nu.21. verſ.& ſcias, ꝙ poſt publicationē.
54 Declares tertio velim,vt tamen peti † poſſit in cau-
ſa appellationis, licet non ſit petitum in cauſa prin-
cipali,& tenuit Bal.in c.1.§. item ſi vaſallus.col. vlt.
de controuer.inueſtit.Iaſ.d.l.admonendi,in rep. poſt
nu. 318.Caccialup.nu.242.Cur.nu.11.Maria.d. c.fin.
& alij ibi,Capic.deciſ.35.Folle.ad Mara.d. act. 9.nu.
20.quia in cauſa appellationis omnes errores purga-
ri poſſunt,qui cauſas cauſæ concernunt,l. creditor, §.
iuſſus.ff.de appella.Gail.d.obſer.108. nu.9.
55 Quarto loco limita,vt licet non poſſit † peti, poſſit
tamen deferri per iudicem poſt concluſum in cauſa,
ſi petitum ſit ante concluſionem, vt concludit Iaſ.in
rep.d.l.admonendi,poſt nu.318. verſ. quid autem in
iudice.Maria.d.c.fi.Caccialup.d.l.admonendi.num.
243.qui declarat dicta DD.qui alioqui videtur com-
miſcere tēpus petitionis, & delationis huius iuramē-
ti,& idem tenet Marant. d. act.9.nu.10. & act.15.nu.
4.Franc.Marc.deciſ.387.nu.6.quod ea ratione cōfir-
56 matur quia cōcluſio in cauſa † nō eſt terminus exclu-
ſiuus eorū,quæ per iudicē ſunt expediēda,l.vbicunq;
ff.de interrog.act.gl.in c.ſi ex literis, de iureiur.
Hic autem,quia de petitione huius iuramenti agi-
57 mus,ſciendum eſt,formā petitionis † debere concipi
imperſonaliter:non aūt concludi ſibi ipſi deferendū:
nam cum ad arbitriū iudicis pertineat inſpicere, cui-
nam ſit deferendum potius actori,an reo, qui perſo-
naliter loqueretur, & ſibi deferri peteret, ſuſpectus
redderetur,vt dicitur de teſte ſe ingerēte, in l. poſt le-
gatum,§.his verò,cùm gl.ff.de his quibus, vt indign.
& hæc opinio aſcribitur Bar.in d.l.admonēdi, quem
in hunc modum interpretatur Salicetus ibi, & in d. l.
in bonæ fidei,& Cyn.in d.l.in bonæ fidei, quam opi-
nio.quibuſdam recentioribus placuiſſe, quorum mē-
tio habetur apud Maria.Soc.in ſæpiùs cit.c.fin. tradit
Caccialup.d.l.admonendi,poſt nu.241.verùm Salic.
locis adductis ait, hanc opinionem procedere poſſe
de honeſtate,non autem de iure, quia licet quis per-
ſonaliter hoc peteret, non idcircò tamen eſſet reij-
ciendus,quod validis rationibus confirmat. & Salic.
ſequitur Rom. in d.l.admonendi, vt refert Iaſ. in re-
pet.poſt num. 317. quem,& ipſe ſequitur,& ibi idem
Caccialup.poſt num.241. dicit in puncto iuris Salic.
opinionem verā videri, & teſtatur ita vidiſſe practi-
cari,quē refert Ceph.conſ.227.nu.41.lib.2. Quod aūt
58 in forma petitionis † debeat dici in ſupplemētū pro-
bationis,

bationis, non autem ſemiplenæ probationis, ponit Alex. Stiat. cita. prax. iud. c. 20. nu. 12. quem videas, & inferius. nu. 20. monet concipiendam eſſe petitionis
59 formã conditionaliter, † non aſſertiuè: puta, in quantum expediat, ex doctrina Bal. in c. 20. in 1. col. nu. 7. de prob. vbi tradit, quod licet actore, qui plenè probauit, per teſtes petente non derogetur fidei teſtium, in aliquo tamen prudentius agi, ſi conditionaliter in quantum expediat petatur, quam Bal. doctrinam citat Franc. Marc. deciſ. 387. nu. 3.

Nunc, vt propoſitam materiam proſequamur ex alio requiſito ad hanc iuramentalem delationem, quinto loco declarari poterit principalis concluſio, vt ad validitatem illius delationis, & ad effectum, vt probationes ſuppleat, ſit deferendum parte præſente,
60 † vel monita, vt docuit Ang. in l. certum, § ſi quis abſente, per gl. ibi in fi. ff. de confeſ. & in d. l. in bonæ fidei, per text. ibi, cauſa cognita, Bal. in c. 1. nu. 8. de cõtrouer. inueſt. Marſ. in d. l. maritus, nu. 18. Alex. conſ. 122. nu. 16. vol. 2. Capic. dec. 35. n. 3. Foller. ad Maran. d. act. 9. nu. 11. Bal. conſ. 135. lib. 1. Pomat ad Bar. in d. l. admonendi. nu. 60. & ibi Caccialup. nu. 197. cum citatis per Tiraq. de præſcrip § . 1. gl. 8. in verſ. ſera creu. in fi. quibus accedat Gail. qui tamen dicit in camera Imperiali non obſeruari d. obſer. 108. nu. 8.

Sexto loco declarationem recipit primaria cõclu-
61 ſio, vt ita demum procedat, ſi is, † cui eſt deferedum iuramẽtum, ſit talis, qui veroſimiliter veritatem nouerit per veram ſcientiam, quæ corporeo ſenſu percipiatur, gl. d. l. in bonæ fidei, quã probat Bart. in d l. admonendi, poſt nu. 57. Iaſ. ibi nu. 312. dicit in hoc non eſſe aliqualiter dubitãdum, & ibi Curt. nu. 279. q poſt
62 alios rationem adducit, quia iurãs † ſuccedit loco teſtis, & dicitur teſtis irregularis, propterea ꝙ in propria cauſa teſtatur, vt dicit Bal. in rub. de controu. inueſtit. DD. d. c. fi. de iureiur. ſicut ergo teſtis non probaret de credulitate deponens, ita neq; hic in ſimili caſu iurãs, & hanc declarationem ſentit etiam Alex. in conſ. 69. col. fi. vol. 2. & in conſ. 71. col. 3. volum. 3. Maran. d. act. 9. nu. 5. & ei, qui nouit factum, nõ ignoranti eſt deferendum, Cato Sac. d. l. admonendi. nu. 111. & ſcienti per famam non eſt deferendum, quia non dicitur ſcire vera notitia, vt per eundem Cato. Sac. ibi poſt nu. 214. ad idem Iac. Petr. de Ptolom. nu. 24. Huic pronunciato confert, quia qui neſcit veriſimiliter facilè poteſt peierare, & iuſiu hoc non defertur veriſimiliter, vt peieretur, Fely. in c. ad reprimendum. col. 1. ad fin. de offic. ordin. latè Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 192. nu. 3. & primo ad deierãdum non deferri ponit Bal. in l. quæ ſub conditione. de cond. inſtit. Ptolom. d. l. admonendi. nu. 40.

Ex hac ſexta declaratione inferunt DD. hoc iura-
63 mentũ nõ deferri hæredi † ſuper facto defuncti, quod ignorare illud præſumatur, vt docuit Bal. in d. l. in bonæ fidei. nu. 10. verſ. quarto inſpicitur. non enim ſufficeret habere notitiam per famam, aut cõfeſſionem aduerſarij, vt conſulendo tradit Alex. conſ. 71. col. 3. vol. 3. conſ. 39. col. fi. vol. 5. qui dicit ad hoc ſibi videri text. in l. generaliter. in princ & ibi Bald. C. de reb. cred. Iaſ. d. l. admonendi. nu. 312. Soc. ſen. cõſ. 94. col. 2. & in conſ. 264. col. 5. lib. 2. Maran. loco cita. nu. 9.

Verùm huiuſmodi illatio poterit procedere in du-
64 bio in hærede extraneo, † ſecus tamen in filio, vel in eo, qui veriſimiliter præſumitur ſcire factũ defuncti, nimirum; quia coniunctus ſit; vel vicinus, vel contubernalis, vel aliquo alio modo informatus eſſet, vt proſequitur declarando Plot. in repet. l. ſi quãdo. nu. 621. C. vnde vi. nam hæredi veriſimiliter informato deferri poſſe hoc iuſiu tradit conſulendo Soc. ſen. d. conſ. 264. Cagn. in l. edita, nu. 150. C. de edend. Rol. à Val. conſ. 52. nu. 10. lib. 1. ſequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 190. nu. 9. & hæredẽ poſſe iurare hoc caſu in litem, vel in ſupplementum aliudvè iuramẽtum ſubire communem eſſe opinionẽ teſtatur Plot. d. l. ſi quando, nu. 619. qui hoc etiam tenuit procedere in dubio contra alios, nu. 612. & communẽ ſententiam probat Rom. cõſ. 190. nu. 5. Iaſ. in d. l. admonendi, num. 113. faciunt plures citati per Tiraq. de retract. tit. 1. gl. 1. §. 2. nu. 30. & de præſcripr. §. 2. gl. vnic. verſ. id tamen, quod diximus.

Alijs illationibus omiſſis; ſubdeclares velim ſextã hanc declarationem, vt tñ poſſit deferri etiam ei, qui
65 non reddit rationem † per veram, & propriam ſcientiam, ſed per credulitatem ſolum, vel famã in factis antiquis, in quibus veriſimiliter non poſſunt haberi alij teſtes, & in quibus ſi deponeret, vt teſtis probaret, licet ea tantum ratione dictũ ſuum niteretur, vt profitendo docuit Caccialup. d. l. admonendi. num. 252. Cato Sac. nu. 115. per not. per Inn. in c. cum cauſa. de iur. cal. ex ratione autẽ huius ſextæ declarationis oritur, & ſeptima, quæ hanc totam materiam declarat.

Declaratur igitur ſeptimo loco principalis cõclu-
66 ſio, vt ita demum † ſit deferendum hoc iuramentum ſi perſona cui deferendum venit ſit legalis, & fide digna, vt hoc ẽt docuit Bart. in d. l. admonendi. nu. 58. & Iaſ. poſt nu. 296. verſ. 36. iſtud iuramentum. Bal. in l. qui accuſare, C. de edend. Ant. & Abb. in d. c. fi. Cur. in d. l. admonendi, nu. 4. & nu. 365. Marant. d. actio. 9. nu. 7. Fran. Marc. deciſ. 753. nu. 10. parte ſecunda. & ꝙ is, qui petit ſibi deferri hoc iuramẽtum ad hoc, vt admittatur, debeat eſſe talis, qui, ſi vellet reddere teſtimonium in aliena cauſa reputaretur teſtis omni exceptione maior poſt plures per eum citatos, poſuit Plot. d. l. ſi qñ, nu. 297. qui loquitur in omnibus iuramentis parti præſtandis. Ceph. conſ. 277. nu. 7. par. 2.

67 Hinc infami infamia † facti, vel iuris, ei, qui ſemel pierauit, homicidę, vſurario, condemnato in actione furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, & fraude, & ratione doli, in actione pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, vel ẽt per inſtitutionem non defertur hoc iuramentum, nec inimico graui inimicitia, ſpurio, cõcubinario, blaſphematori, pauperi, de quibus omnibus poſt alios tradit idem Plot. d. l. ſi qñ. qui loquitur etiam de alijs iuramentis reſpectu probationis parti deferendis, à nu. 793. vſq. ad num. 806. ipſum lector conſulas: nam hic omnia referre nimis longum foret, & plura etiam ſuperuacaneè adijcerẽtur, quæ ſuis locis commodius relinquuntur. illud autem, quod regulare eſt in hac materia teneas, quod
68 & ſupra admonuimus, † nõ eſſe deferendum hoc iuramentum illi, qui aliqua ratiõe à teſtimonio repelleretur, vt in caſibus notatis in l. 3. §. leg. Iulia. ff. de teſtib. Bar. in d. l. admonendi. & pro regula ponit Caccialupus ibi, nu. 144. & fuit doctrina Bald. in l. qui accuſare, C. de edendo. Cato Sac in d. l. admonendi, nu. 70. & nu. 108. Ptolomæus nu. 40. Cur. nu. 218.

69 Hoc tñ intelligas non procedere in his, † qui repelluntur à teſtimonio defectu naturæ, ſed in his tãtum, qui vitio ſuo à teſtificando excluduntur, ita declarat Curt. in d. l. admonẽdi, nu. 5. qui idcircò tenet deferri poſſe ſpurio, Ptolom. nu. 40. q dicit deferri poſſe mulieri, licet in feudis ad teſtimonium non admittatur.

70 Secundò intelliges non procedere in his, † qui repelluntur à teſtimonio ſola ratione reuerentiæ, affectionis, aut commodi, ſed in his tantum, qui ratione maculæ, vitij, ſeu defectus non admittuntur: nã cum ſit ſpeciale, vt in cauſa propria hoc caſu teſtimoniũ reddi poſſit, non eſt quærendum de conſanguinitate, amicitia, vel commodo eius, qui iuraturus eſt in caſu proprio, aliàs nullus eſſet locus huic iuſiu, vt ſcribit Io Bapt. Caccialup. in d. l. admonendi, poſt num. 52. verſ. hic tamen aduerte, ne decipiaris, vbi & ad præmiſſorum intelligentiã monet, vt opponatur hmõi defectus tpe congruo ante concluſum, nõ eſſet locus obiectioni, & allegationi, niſi eo caſu, quo iudex poſt concluſionem tñ declaraſſet, cui vellet deferre,

vt ibi per eum. Ceph. conſ. 227. nu. 61. volum. 2.

Hucuſq; vidimus plura requiri ad hoc, vt poſſit deferri iurm ſuppletorium probationis, ex quibus ſatis manifeſtum eſſe poteſt, iudicem ad huiuſmodi iuramenti delarionem nō debere proſilire, niſi cauſa co-
71 gnita, † vt dicit tex. in d. l. in bonæ fidei. & ibi tradunt
* omnes.* Plura autem in hac cauſæ cognitione verſā-
72 tur, † ex quibus colligi poterit, cui nam potius actori, an reo ſit deferendum, nimirum parentes, patria, diuitiæ, paupertas, ſexus, ætas, cauſæ, factiq; natura, vt declarando proſequitur Caccialup. in repet. d. l. admonendi, nu. 257. Curt. nu. 365. Cato Sac. num. 111. Ptolom. nu. 122. ſeq. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 190. nu. 16. Stiat in praxi. in c. 20. nu. 8. & ita procedere poteſt abſque dubio opinio eorum, qui in hac quæſtione vtrum iuramētum ſit deferendum actori, an reo, arbitrio iudicis reliquerunt, cuius opinionis fuit Spec. tit. de iuramen. dela. §. 1. verſ. vt autem plenius. quam firmat Bal. in d. l. admonendi, & in d. l. in bonæ fidei. & ibi ſentit Cyn. & ſibi ſemper placuiſſe dicit Cato Sac. in d. l. admonendi, nu. 119. & hāc opinionē hoc caſu eſſe pro indubitata habendam ponit Caccialup. ibi nu. 263. at qñ omnia ſūt hinc indè paria, ꝙ vix inuenire poteſt, vt rectè perpendit Abb. in d. c. fi. adeò Doct. in ancipiti verſantur, vt Caccialup. nu. 263. dicat, ꝙ indigeret deciſione Cæſarea, quod proſequere, vt ibi per eum. nu. 247. per Curt. nu. 371. Cato Sac. 117. & per Boer. deciſ. 95. nu. 7.

73 Plures autem limitationes, & caſus, † quibus non defertur iuramentum ſuppletiuum probationis vltrà ſuperius poſitos, ponit Cur. in d. l. admonendi. qui ſeptuaginta ſeptem collegit. & Soc. in tract. fallen. reg. 464. qui octuaginta, & Lancell. Conrad. poſt Iaſon. in tract. de præro. lib. 1. c. 19. §. 2. adeò vt iniuria diceret Purpur. d. l. admonendi, nu. 385. ex tot fallētijs potuiſſe formari regulam ad oppoſitum, refert Stiar. d. c. 20. nu. 4. ſufficit loca indicaſſe: nam nō eſt noſtri inſtituti hic omnia referre.

CONCLVSIO DCCCCLVIII.

ARGVMENTVM.

Iudiciale iuramentum quibus in caſibus poſſit recuſari, & ibidem nonnulla referuntur neceſſaria quæ requiruntur ad eius delationem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis deciſiuum vim maximam probationis obtinet.*
2 *Iuramentum litis deciſiuum non eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi.*
3 *Iuramentum litis deciſiuum habet vim confeſſionis.*
4 *Iuramentum iudiciale a parte parti iudice approbante delatum eam habet vim probationis, vt ſi non iuret, aut referat is, cui defertur, habeatur negotium nedum pro probato, ſed etiam pro planè deciſo.*
5 *Diſpoſitio l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiur. procedit etiam ſi is, cui defertur iuramentum, vellet probare adducta per teſtes, vel per inſtrumenta.*
6 *Diſpoſitio l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiur. procedit etiam ſi actor nihil probaſſet. Contrarium, nu. 7. Conciliatio, num. 8. & 9.*
10 *Iurm iudiciale non poteſt deferri ante iudicis approbationem, vnde ante eam poteſt recuſare is, cui defertur.*
11 *Iuramentum litis deciſiuum poſt iudicis approbationem, & partis etiam acceptationem offerens ſuperuenietibus nouis probationibus poteſt oblationem reuocare.*
12 *Iuramentum iudiciale à parte incontinenti acceptatū non poteſt amplius, niſi ex cauſa à deferente reuocari.*
13 *Iuramentum iudiciale, vt proficiat requiritur, vt ſit præſtitum aduerſario deferente, & nō propria authoritate.*
14 *Iuramentum litis deciſorium deferens tenetur iurare de calumnia.*
15 *Iuramentum iudiciale poteſt recuſari, vbicunq; illud non poteſt deferenti referri, vt ſi ſit ignarus facti. Contrarium, num. 16.*
17 *Iuramentum litis deciſorium poteſt recuſari ſubſiſtentibus iuſtis cauſis recuſandi.*
18 *Iuramentum litis deciſorium poteſt recuſari, quando imminet periculum manifeſtationis periurij iurantis.*
19 *Iuramentum iudiciale an licitè poſſit recuſari, ſi offerens iam habeat teſtes examinatos ſuper deductis, & nu. 20.*

1 Iuramentum litis deciſiuū † vim maximā probationis obtinere colligere licet ex tex. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iure iur. quē tex. adducit Coraſ. in l. admonēdi.
2 nu. 12. ff. de iureiu. & licet nō ſit propriè probatio † releuare tamen ab onore probandi tradit conſulendo Cæph. in conſ. 127. n. 34. lib. 1. Iaſ. in l. eum qui per illū tex. poſt Bal. ibi, nu. 3. ff. de iureiur. habet enim vim
3 † confeſſionis, quia deferens iurm videtur tacitè confiteri illud, quod ille iurauit, Bart. in l. nam & poſteà, §. fi. & in l. q iuraſſe, §. fi. ff. eo. Iaſ. in l. duob. reis, §. idē Pomponius, nu. 18. ff. eo. tit. Caccher. deciſ. Pedem. 8. nu. 8. & probationi æquiparari tradit deciſ. 97. nu. 12.
** & releuare ab onere probādi magis cōem ** opinionē eſſe teſtatur Viuius in ſuis communib. opinionib.
4 in verbo, iurm. hoc autem iudiciale iurm, † quod litis deciſorium dr̄, & à parte parti iudice approbante defertur, eā habet vim probationis, vt ſi non iuret, aut referat is, cui defertur, habeatur negotium, ne dum ꝑ probato, ſed ēt pro planè deciſo, l. delata, l. generaliter, C. de reb. credit. eſt enim manifeſtæ turpitudinis, & cōfeſſionis, nolle iurare, aut iurm referre, vt habetur in l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiurand. & ibi
* *omnes no. & in l. bonæ fidei. C. eodem tit.

5 Amplia mō diſpoſitionem † d. l. manifeſtę turpitudinis, procedere etiā ſi is, cui defertur, vellet probare adducta per teſtes, vel inſtra, ita tenuit Iaſ. cōtra Bar. in d. l. manifeſtæ turpitudinis, poſt nu. 3. ad ꝙ inducit eundem Bar. in l. fi. ff. de in lit. iuran. ſequit̄ Purp. ibi. nu. 14. Cur. iun. nu. 8. et ita cōcluſū fuiſſe in Burdegal.
* Sena. teſtatur Boer. nu. 2. deci. 95. & *communē Doct. ſnīam dicit Octau. Cacher. deciſ. Pedem. 11. nu. 2. ad quod tn̄ videas Iaſ. in §. item quis, nu. 86. Inſt. de act.

6 Amplia ſecundo loco procedere, † etiā ſi actor nihil probaſſet: quę fuit ſentētia Iac. de Rauen. & Ciui. in l. generaliter. C. de iureiu. Alb. in l. in bonæ fidei. C. eo. tit. Pau. Alex. Iaſ. & Purp. in d. l. manifeſtę. Caſt. in l. in contractib. §. illo, C. de nō numc. pecu. & in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. prætor ait, & in l. admonendi. & ibi Iaſ. ff. de iureiur. & hac opinionem ſentit Bar. in d. l. manifeſtæ. Pract. Papiē. in forma iuramēti quod præſtatur à parte. in verſ. dicit Anr. in c. ſicut, de prob. Bar. in d. §. illo, per gl. ibi, & ibidē ſequitur Ang.
* & hanc communem *eſſe dicit Boer. deciſ. 95. nu. 5.
** & ** magis communem Crau. in conſ. 27. nu. 4. & hāc opinionem, quod etiam initio iudicij nullis propoſi-
* tis probationibus poſſit iuſiurādum deferri, dicit *veriorem, & æquiorem Purpur. in d. l. manifeſtæ, nu. 11.
* in fi. & *communem, ac in practica ſeruari dicit Rip. poſt Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 65. quibus accedit Cacher. deciſ. Pedemont. 97. nu. 10.

7 In cōtrariam tn̄ † partem fuit Spec. in tit. de iuram. delat. §. 1. verſ. ſin autem actor. Abb. in c. 2. in primo, notab. de clandeſt. deſpon. & in c. fi. de iureiurando. dictum eſſe ſuper ęquitate fundatum, & in facti contingentia ſæpius obtinuiſſe dicit Marſ. ſing. 83. in ore vulgi. & in l. de minore, §. tormenta. ff. de quæſtionibus. & eandem ſententiam tenet Io. Andr. ad Specul.

loco

loco citat. Bal. in l. 2. ff. de iureiur. & in d. §. illo. & ibi
Sal. Caſtr. in l. fi. col. 3. verſ. in text. ibi, non poteſt. ff.
de ferijs. & conſulendo latè probauit Socy. in conſil.
184. lib. 2. quibus accedit Alex. Stiat. in prac. iud. cap.
20. nu. 57. cum ſeq.

8 Ad ſedandas† tamen huiuſmodi diuerſitates opi-
nionum dici poſſet, primam opinionem procedere,
qñ ab initio iuramentum fuit delatum, antequam ad
aliquas probationes ſe actor applicuiſſet: ſecūda aūt,
quando onus probandi aſſumpſit, & nō probauit; &
in hunc modum diſtinguendo conciliat Dec. in c. ſi-
cut, nu. 23. de proba. poſt Caccialup. in d. l. manifeſtæ
turpitudinis quem ſequitur Soc. in d. conſ. 84. colu. 3.
vol. 2. et eodem modo conciliat Rip. in d. l. admonē-
di, poſt nu. 65. & facit deciſionem Sal. in l. ſi quis iu-
ſiurandum, in fi. C. de reb. credit. concludentis, quod
quando proceſſum eſt ad examen teſtium, nō poteſt
reuerti ad oblationem iuramenti, quia vno remedio
electo debet ceſſare aliud, l. quod in hæredem. §. eli-
gere. ff. de tribut. c. vt quis duas, de elect. in 6.

9 Sed tamen† adhuc contra iſtam diſtinctionē tenet
Apoſtil. ad Dec. in d. c. ſicut. quæ abſolutè vult, ſiue
ante, ſiue poſt probationes tētatas habere locum di-
ſpoſitionē l. manifeſtæ turpitudinis. & fuiſſe ita iudi-
catum teſtatur Boer. in d. deciſ. 9 . nu. 6. & ita cenſuit
Senat. Pedemont. vt per Caccher. deciſ. 97. nu. 6. & ita
conſulendo tradit Crau. in cōſ. 207. Diuino ſubſidio.
Natt. conſ. 35. nu. 3. lib. 1. quare teneri poteſt d. l. ma-
nifeſtæ turpitudinis. procedere ēt actore nihil probā-
te, ſine dubio tñ procedet eo caſu, quo aliquæ preſū-
ptiones, ſiue minus quam ſemiplena probatio eſt pro
* deferēte, vt eſſe *communem doctrinam DD. nemi-
ne diſcrepante dicit Cacher. d. deciſ. 97. nu. 9.

10 Declara tñ non procedere† diſpoſitionem d. l. ma-
nifeſtę turpitudinis. ante iudicis approbationem, quę
* requiritur, vt dicūt* omnes in d. l. manifeſtæ turpitu-
dinis, & ante, poteſt recuſare, vt ibi per Bart. num. 2.
Abb. in c. fi. col. 3. de iureiur. And. de Iſern. in c. 1. ver.
cum datur. de conſuet. rect. feud. Maran. in Spec. ord.
iudicia. par. 6. act. 9. nu. 23. Trot. ad Bar. in d. l. manife-
ſtę. & ante approbationem iudicis delationem iura-
menti non concludere parti, tradit Bald. in l. genera-
liter, §. ſed iuro, in ver. approbatum. C. de reb. cred. ſe-
quitur Cacher. in deciſ. Pedem. 60. nu. 9. cauſę enim
cognitio requiritur, vt per Stiat. d. c. 20. nu. 68.

11 Sed quæri hic poteſt, † an poſt iudicis approbatio-
nem, & partis etiam acceptationem poſſit offerēs iu-
ramētum ſuperuenientibus nouis probationibus re-
uocare oblationē, & poſſe hoc caſu decidit Cacher.
propter iuſtam cauſam pœnitendi, vbi pluribus hoc
agit deciſ. 8. adducit Soc. conſ. 90. nu. 14. vol. 4. & pro-
bat Lancel. Conrad. de offic. præt. in cau. ciuil. lib. 1.
* c. 9. §. 2. nu. 7. Stiat. d. c. 20. num. 73. & *communis eſt,
vt colligitur ex Iaſ. in l. ait prætor, §. ſed neque. ff. de
iureiur. & in §. item ſi quis, nu. 31. verſ. aduertendum
tamen eſt, Inſt. de act.

12 Declara ſecūdo, vt habeat effectum, † quoad eum,
qui iurauit, modo incontinenti ſit iuratum, in omni
enim iuramento deciſiuo ineſt tacita conditio, ſi in-
continēti iuretur, vel acceptetur, l. ait prætor, §. ſi ne-
que, & ibi notat Bart. & in l. iuſiurandum, & ad pecu-
nias. ff. de iureiur. Alex. & Iaſ. in d. §. ſi neq. propter
quod cautio eſt, ſecundum Bart. vt quando defertur
iuramentum, non petatur dilatio ad deliberandum,
ſed ſtatim acceptetur ad hoc, ne poſſit reuocari dela-
14 *Læſionem probare ſemiplenè, ſiue præſumptiuè ſufficit, qñ petitur ſola reſtitutio aduerſus obſtaculum, verùm cũ vltra reſtitutionem minor intendit aliquid aliud conſequi, veluti vt retractetur ſententia, & melius reformet̃, tunc oportet plenè læſionem probare.*

Contrarium, nu. 16.

15 *Quotieſcunq; idem debet tractari in duobus iudicijs, ſufficit primum ſummariè tractari, ſecundum plenariè.*

17 *Minor aſſerens ſe fuiſſe læſum ex eo, ꝙ non appellauit, vel non eſt proſequutus appellationem, ob idq; petat reſtitutionem ad effectum appellãdi, an huiuſmodi aſſertio habeatur pro legitima probatione. Ad hoc quatuor ſcribentium referuntur opiniones, vt nu. 18. 19. 20. & 21.*

22 *Doli præſumptio inſurgit ex læſionis probatione.*

1 Qui dicit ſe læſum † id vtiq; probare debet, cũ ſit ſuæ intentionis fundamentũ, prout extat gl. & Doct. in l. 2. C. de reſcin. vend. c. 3. de empt. & ven. & in hac facti ſpecie reſpon. Nat. in cõſ. 650. nu.

2 8. vol. 4. tum etiam, quia læſio regulariter † non præſumitur in minore, niſi probetur, l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu. l. verum. §. item non reſtituitur. l. quod ſi minor. §. nõ ſemper. ff. de min. non enim ſequitur, minor eſt, ergo læſus, d. l. nam & poſtea. §. ſi minor. Bal. in l. pen. C. comm. diui. vbi inquit, quod quicunque vult infringere contractum, præſumitur maior, & non læſus, niſi contrarium probet, & ita fuiſſe determinatum in Curia Parlamenti Delphinatus, teſtatur Guid. Pap. q. 141. & probatur ex allatis per Ioſeph. Lud. in conclu. 14. verſ. infertur 110. & idem reſpondit Sim. de Præt. in conſ. 1. nu. 2. lib. 1. Cephal. in conſ. 11. nu. 137. vol. 1.

3 Quinimò pretium † in dubio præſumitur iuſtũ, & condignum, ita cenſuit Bald. in l. per diuerſas. q. 4. C. man. quem ſequitur Nat. in allega. conſ. 650. volu. 4. nu. 3. & Ioſeph. Lud. vbi ſupra.

Verum enim vero, vt non ignoretur modus huiuſmodi læſionem probandi ſciendum eſt, primo ꝙ tũc

4 dẽt haberi reſpectus † ad tp̃s celebrati contractus, nõ aũt ad tempus anterius, vel poſterius, tex. eſt in l. ſi voluntate. in fin. C. de reſci. vend. & in l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fiſc. c. ad aures, vbi gl. in ver. tũc de reb. eccl. alie. vel non c. cũ dilecti, de empt. & vend. & ibi Imo. nu. 2. Ang. in auth. de nõ alie. §. pe. & Sali. in pe. C. de ſol. Sim. de Præt. in alleg. cõſ. 1. nu. 1. lib. 1. quos ſeq. ẽt refert Lud. in alleg. concl. 14. verſ. infertur 110. Crau. conſ. 151. nu. 7. vbi poſt citatos inquit, ꝙ ad probandum læſionẽ debet conſiderari tempus contractus. i. ꝙ contrahens ſit læſus tempore contractus, nec ſufficeret, ſi læſio ex poſt ſuperueniſſet, prout iterum idẽ Crau. rñdit conſ. 188. nu. 4. & alij quos refert Gabr. in tit. de empt. & vend. in concl. 1. nu. 47. quo loci ppea infert vnum, quod in praxi valde notãdum arbitror, nempè hoc in caſu tales debere eligi æſtimatores, qui ſint informati de valore illius temporis, ex Bert. cõſ. 33. col. 2. vol. 2. & quoniam in formando libello magnum verſat̃ periculũ, eſt enim libellus ſillogiſmus Legiſtarum, & conſequenter non bonus, niſi cõprehendat id, ex quo de neceſſitate ſequit̃ intentio petitoris, vt per Oldr. conſ. 108. in fi. in hac actione intentanda

5 debet eſſe narratio, † ꝙ res valeat tm̃ tempore venditionis non tempore petitionis, vt docet Bar. in l. 2. nu. 16. C. de reſcin. ven. dicens, id probare d. l. ſi

* voluntate, & deniq; ita * communiter cõcludere omnes ſcribentes, fidem facit Burſ. in conſ. 249. num. 16. vol. 3. & in conſ. 248. nu. 18. vbi de magis

** ** cõi opinione atteſtatur & idem Cag. in d. l. 2. poſt num. 213. ſubdens, quod ſi libellus aliter conciperetur, eſſet ineptus, & ſententia ſuper illo prolata non valeret.

Illud quod diximus de probatione læſionis tpe cõ

6 tractus. † Amplia nedum procedere in reb. profanis, verum ẽt in eccleſiaſticis, eccleſia enim quæ prætendit læſionem, tenet̃ illam probare tẽpore contractus, ita reſpondit Cald in conſ. 5. tit. de rer. permu. & Iaſ. in conſ. 53. volu. 1. non enim ſequitur, res hodie eſt tanti reditus. ergo olim ẽt fuit Alex. in conſ. 77. ad finem. nu. 20. vol. 1. & optimè facit Cagno. in d. l. 2. nu.

* 214. quam quidem eſſe communem * opinionem ẽt Canoniſtarum, tam in rebus eccleſiæ, quam in profanis affirmauit Guid. Pap. in dec. 157.

7 Nunc limites velim hanc † concl. non procedere, qñ ſolutio differtur in tp̃s futurũ, dubiumque exiſtit an ſolutionis tpe res ſit minus, vel plus valitura, & venditor non erat alias venditurus tpe contractus ꝓ valore tunc currente, iſtis enim concurrentibus in ꝓbatione læſionis non attenditur valor temporis contractus, c. in ciuitate, & c. fi. de vſu. quod quidem pro ſingulari limitatione refert ibidem Abb. in 2. no. nu. 3. & Cag. in d. l. 2. num. 213. ad fi. C. de reſc. vend. poſt Moder. in d. c. cum dilectus. de empt. & vend. & Veron. de ſimula. contract. in 1. præſum. nu. 28.

8 Secundo limita † non ꝓcedere in actibus ſucceſſiuis reſpicientibus etiam futura tempora in his. n. ſi quis contractus à principio non contineret læſionẽ, nihilominus

lominus ſi deinceps ob tẽporum mutationem læſio-
nẽ continere cęperit, ſufficit probatio ſecundũ quali-
tatẽ præſentis, non aũt præteriti tpis, eſt tex. notab. in
c. quanto de cenſib. idq́; confirmat Iac. Butrig. in l. fi.
C. de ſacroſ. eccl. Alber. de Roſa. in l. non dubium. C.
de fer. Ant. de Butr. in c. quanto. nu. 4. de cenſib. & Iaſ.
in l. quominus. q. 22. ff. de flum. Dec. in cõſ. 35. & Alb.
conſ. 34. ad finem. nu. 16.

Quam quidem ſecũdam limitationem, ſublimita,
9 & reſtringè procedere, qñ obligatio ex mera liberali-
tate proceſſit, prout loquitur tex. in d. c. quanto ſecus
aũt, quando obligatio ex cauſa eſſet onèroſa, vt puta
ex contractu, in quo aliquid hincindè datur, vel pro-
mittitur, tunc. n. & damnum, & lucrum ſuperueniens
non attenditur, ſed probatio eſt referenda ad tempus
contractus, vt eſt de mente. Innoc. in d. c. quanto, &
declarat, ac ſequitur ibi Abb. poſt nu. 9. vbi hanc re-
ſtrictionem multũ notab. dicit, & ſequitur Iaſ. in rep.
d. l. quominus. q. 22. verſ. ſed tu aduerte, & pro hac de-
ciſ. poſſent quamplura alia fundamenra adduci, quæ
refert Veron. vbi ſup. nu. 5. cum ſeq.

10 Tertiò intellige hanc ipſam concluſ. † vt probatio
læſionis præciſè non ſit referenda ad diẽ contractus,
ſed poteſt haberi relatio ad anterius, vel poſterius tẽ-
pus per aliquot dies, vel menſes, vt tradita per Bar. in
l. pretia rerum. §. nonnulla. nu. 2. in fi. ff ad leg. Falcid.
& ibi Alex. declarat, quomodo id procedat. nu. 2. &
* inter * communes opiniones refert Gab. d. conclu. 1.
de empt. & vend. nu. 49. de quo etiam Cagn. in d. l. 2.
nu. 216. cum ſeq. C. de reſc. vend. & Veron. de ſimula.
contract. in 1. præſ. poſt nu. 28. verſ. & quod dixi.

11 Quartò declara, & intellige læſionis † probationem
debere fieri ad tempus contractus habita æſtimatio-
ne pretij communis ipſius rei, non aũt ſingularis, ſiue
affectionis, vt p Bart. & Doct. in d. l. 2. C. de reſci. vẽd.
vterq; Imol. l. q Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obli.

Et licet Imol. contrarium voluerit in c. cum cauſa
de emp. & vend. Io. And. Mart. de Fan. & Butr. relati
per Gab. d. concluſ. 1 nu. 50. verſ. contrarium. de emp.
& vend. prior tamen opinio verior, ac tenenda vide-
tur: principalis enim deciſ. d. l. 2. eſt, vt venditori lęſo
12 ſuccurratur † ita demum, ſi læſus ſit vltra dimidiam
veri, & iuſti pretij, vt ex Cagn. ibi, nu. 5. at verum, &
iuſtum pretium rei, vbi à lege, vel ſtatuto non eſt ta-
xatum, dicitur quantum communiter vendi poteſt,
non ſingulariter, vt per Doct. in l. pretia rer. ff. ad leg.
Falc. in §. ſi quis agens, Inſt. de act. & eſſe communẽ
* * concl. tradit Cagn. in d. l. 2. poſt nu. 25. igitur, &c.

13 Quintò declara, vt probatio ad tempus contractus
ſit de pretio, conſiderato onere in ipſa re appoſito, vt
puta retrouenditionis. Soc. conſ. 248. in fi. quanquam
Paul. de Caſt. d. l. 2. poſt nu. 55. verſ. 4. limit. C. de reſc.
vend. teſtatus fuerit Doct. tenere contrariam opinio-
nem, nẽpè, quod onus de retrouendendo rem minus
valere minimè faciat; quæ verba idem videntur, ac ſi
dixiſſet Doct. cõmuniter tenere contraria; vt per Seb.
Sapian. in 1. addit. ad Abb. in c. in aliquib. extr. de de-
* cim. ſed verior & * communis opinio eſt, quod immo
ex tali onere res minus valeat; vt ex Abb. in d. c. in ali
quib. nu. 2. vbi ait, ſe ita pluries de facto reſpondiſſe,
& in hoc multos errare, prout iſtum, & alios quãplu-
res refert Tiraq. de retract. conuent. in præfat. nu. 20.
Gabr. d. concl. 1. nu. 51. de empt. & vend. Cagn. l. 2. nu.
53. C. de pact. inter emptor. & vend.

14 Secundò ſciendum eſt, † quod quando petitur ſola
reſtitutio aduerſus obſtaculũ, ſufficit ſemiplena, ſiue
præſumptiua læſionis probatio; verum cum vltra re-
ſtitutionem minor intendit aliquod aliud conſequi,
putà, vt retractetur ſententia, & melius reformetur,
tunc oportet plenè lęſionem probare: ita Inno. refert
c. cum ex literis. poſt nu. 7. verſ. ſed in iſto caſu. extra.
de reſtit. in integr. faciunt tradita per Bart. in d. l. nam
& poſteà. §. ſi minor. poſt nu. 7. ff. de iureiur. vbi, quod
in iſto iudicio, quo quæritur, an minor ſit læſus, faci-
lior probatio requiritur, an habeat probationem, vel
non: ſufficit enim, quod oſtendat iudici pręſumptiuè,
ꝙ minor potuiſſet probare, addens iſtas probationes,
quæ fiunt hic, nõ facere plenam fidem in cauſa prin-
cipali. Ad ꝙ comprobãdum adducitur regula, quod
15 quotieſcunq; † idem dẽt tractari in duob. iudicijs, ſuf-
ficit primũ ſummariè tractari, deindè plenariè. l. 3. §.
ibid. ff. ad exhib. l. ſi eo tpe. C. de remiſ. pig. Bal. in l. pręſ-
ſcrip. C. ſi con. ius, vel vtil. pub. Canoniſtę. c. ſuper lite
ris. extr. de reſcrip. Iaſ. in d. §. ſi minor. col. 4 dicens,
hanc eſſe bonam regulã. Petr. Benint. deciſ. 85. nu. 2.

16 Alij verò dicunt, † quod ſemper requiratur plena
probatio, in qua opinione videtur reſidere Innoc. in
d. c. cum ex literis. poſt nu. 7. verſ. ego non credo. extr.
de reſt. in integ. & ſeq. ibi Abb. poſt nu. 16. per tex. c. 1.
** & in c. ex lit. eo. ti. & hanc eſſe magis ** cõem opinio-
nem teſtatur Petr. Benint. d. deciſ. 85. nu. 9.

Verùm antequam ad alia tranſeamus, vnum aliud
te ſcire volo in hac materia probationis læſionis, qđ
17 eſt, an minor † aſſerens ſe fuiſſe læſum ex eo quod nõ
appellauit, vel nõ eſt proſequutus appellationem, ob
idq; petit reſtitutionẽ ad effectũ appellandi. iux. text.
in l. & ſi ſine dolo. §. itẽ ſi non prouocauit. ff. de mino.
25. ann huiuſmodi aſſertio habeatꝰ ꝓ legitima proba.

Et in hoc ſcias quatuor extitiſſe opiniones: quarũ
18 prima fuit, † quod ſi certum eſt non expedire minori
appellare, quia certum eſt de non iure ipſius minoris,
tunc non datur reſtitutio, ſin verò in id dubitatur, prę-
ſumitur læſus, & eius aſſertio habetur pro ſufficienti
probatione, ita Bart. in l. fi. nu. 10. C. in quibus caſibus
reſtit. in integ. non eſt neceſſ. & ibi Ang. col. fin. Gab.
tit. de mino. concl. 2. num. 2.

19 Secunda fuit opinio diſtinguentium † inter mino-
rem, actorem, & reum. Nam ſi quidẽ minor eſt actor
non reſtituitur, niſi probet de intereſſe aliter, quàm ꝑ
aſſertionem, ſin autem reus, ex eo, quod omiſit appel-
lare, cenſetur læſus, & reſtituitur abſq; vlteriori læſio-
nis probatione, ita Fulg. d. l. fi. C. in quibus caſibus re-
ſtitutio nõ eſt neceſ. in d. l. nã, & poſteà. §. ſi min. ff. de
iureiur. Paul. de Caſtr. d. l. fi. nu. 5. dicens, quod hæc eſt
ipſa veritas, & ſatis æquam, & ſuſtẽtabilẽ dixit Alex.
d. l. nam & poſteà. §. ſi minor. poſt nu. 9. ff. de iureiur.
idem Alex. conſ. 80. poſt nu. 13. lib. 7. Gabr. tit. de mi-
norib. concluſ. 2. num. 3.

20 Tertia fuit opinio † Paul. de Caſtr. d. §. ſi minor. nu.
7. quod aut aſſeuerans ſe læſum, eſt minor, et non re-
quiritur alia probatio: aut eſt maior petens reſtitutio-
nẽ ex clauſula generali, & tunc tenetur ſaltem ſũma-
riè probare, quod fouet iuſtã cauſam, dicens inſuper
ſe ita in maiore vidiſſe ſeruari in Curia Romana.

21 Quarta opinio eſt, † quod non dicatur læſus eo ipſo
quòd non appellauit, ſed neceſſe habet probare tale
quid propter, quod in caſu appellationis deberet vin
cere, ita Bart. in d. l. nam & poſteà. §. ſi minor. nu. 6. ſe-
quitur Alex. conſ. 55. ad fi. verſ. 2. lib. 5. conſ. 21. nu. 9.
* lib. 1. & conſ. 80. nu. 3. lib. 7. & hanc eſſe * communem
opinionem legiſtarum teſtatur Iaſ. d. §. ſi minor. col.
penult. Rol. à Val. cõſ. 53. num. 42. cum ſeq. volum. 2.
Gab. d. conclu. 2. nu. 1. quibus proximè accedunt tra-
dita per eundem Gabr. lib. d. tit. de minorib. concl. 1.
per totum. & licet Bart. d. §. ſi minor. ſibi ipſi parum
conſtans videatur, vt ex relatis ſupra in prima oppoſi
tione, & in hac vltima, poterit tamen fœdere diſtin-
ctionis, quæ ex eius dictis facilè colligi poterit, conci
liari, vt per Nicol. Placen. in ſuis concord. nu. 229.

22 Eſſet tandem hoc in loco dicẽdum, † quod ex pro-
batione læſionis inſurgit etiam præſumptio doli per
text. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. l. ſi de meis. §. rece-
piſſe. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis Iudex. ff. de arbitr. &
not. Bald. in conſ. 213. punctus talis eſt ſub numer. 2.
volum. 2. & in conſ. 380. præmitto. ad fin. volum. 1.
& in conſil. 153. ſtatutum, quod prohibet. volum. 2.

& conſ.

& conſ.55.in fin.vol.3.& alijs,quos congerit Cran.in conſ.142.nu.21 & latius Burſa.in conſ.248.nu.5.& 6. vol.3,verum cum ſuperius in concluſio.dolus,longè lateq; id actum ſit, illuc te reijcere cenſui.

CONCLVSIO DCCCCLXIIII.

ARGVMENTVM.

Laicum quem eſſe in dubio præſumi, adeo vt contrarium aſſerenti onus probandi incumbat.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas,quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur.*
2 *Laicum quem eſſe in dubio præſumitur,eumque eſſe clericū aſſerenti onus probandi incumbit.*
3 *Clericatus probatio coram iudice eccleſiaſtico fieri debet.*
4 *Iudex laicus eſt competens vbi ſit controuerſia de habitu clericali tantum,vel tonſura.*

1 Quia qualitas,† quæ naturaliter ineſt huomini,ſemper adeſſe præſumitur. glo.in c.ſi forte de elect.in 6.& latè per Alc.de pręſumi.reg.1.in
2 dubio laicum quem † eſſe præſumi, docuit Cardi. in repe.c.perpendimus,de ſenten. exe. quem adducit,& ſequit Dec.in conſ.125.nu.6. & ſi quis excipiendo dicat eſſe clericū,probare debet,Inno.in c.ſuper his de accuſ.in fi. Abb.in c.bonæ,il 1.col.peu. de elec. & in c.1.col.1.de litis cont. ad idē Bertr. conſ.307.nu.7.li. 2.Bellon.conſ.57.nu.6.Rip.in c.decernimus,nu.4.de
3 iud.vbi ēt ponit coram quo iudice † debeat fieri probatio clericatus, & ex * communi Doctorum ſententia in c. ſi iudex laicus de ſent. excom. in 6. dicit fieri debere coram iudice eccleſiaſtico,ad quo † etiam adducit Bal.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cle. & Fulg.in conſ.120.incip.præſup.ſtatut.

Quod tamen declarandum eſt non procedere, vbi
4 † eſſet controuerſia de habitu clericali tantū,vel tonſura,tunc enim iudex laicus erit competens,vt in cōtingentia facti deciſum fuit in parlamento Delfinatus, deciſ. 138.teſte Guid. Pap.qui idem conſuluit in conſ.110.nu.2. & probat Rip. loco citato,vbi etiam adducit Gemin.in c.1.de clerico coniug. in 6.& Soc: conſ.122.col.3.lib.1.& idem tenet nouiſſimè Clar.in pract.crim.§.fi.q.36.verſ.dixi clericum, ad fi.& verſi. regulatit r.

Reliqua q̄ huic concluſioni deſunt ſupple ex plurib.concluſionib.poſitis ſupra in verbo,clericatus.

CONCLVSIO DCCCCLXV.

ARGVMENTVM.

Quando poſſit admitti, vel non laicus in teſtimonium contra clericum in cauſa criminali.

SVMMARIVM.

1 *Laicus in teſtimonium contra clericum in cauſa criminali non admittitur.*
2 *Laicus in teſtimonium cōtra clericum ſimpliciter tonſuratum in cauſa criminali non admittitur.*
3 *Laicorum teſtium dicta non faciunt indicium ad torturā contra clericum.*
Contr.nu.4.Concil.nu.5.
6 *Laicus in teſtimonium contra clericum in defectū clericorum in cauſa criminali non admittitur. Contr.nu.7.*
8 *Laicus in teſtimonium contra clericum admittitur in delictis notorijs.*
9 *Laicus in teſtimonium contra clericum in cauſa criminali admittitur,quando agitur per viam inquiſitionis.*
10 *Laicus in teſtimonium contra clericum admittitur,quando agitur de crimine læſæ maieſtatis.*
11 *Laicus in teſtimonium admittitur contra clericum in crimine ſimoniæ.*
12 *Laicus in teſtimonium admittitur contra clericum, quando agitur de crimine hæreſis.*
13 *Laicus in teſtimonium contra clericum admittitur in cauſa criminali,quando illa agitur ciuiliter.*

1 Laicum in teſtimonium † cōtra clericum in cauſa criminali eſſe admittendū,iuxta ſacros canones prohibet Alex.3. in c.de cętero,de teſtib.& ibi oēs * ſcribentes,& nepos de monte in ſuo trac.de teſtib.nu.153.& Aufrer. in eo.tract. nu.61.in verbo laicus,& Alb. de Malet. in ſuo tracta. de teſtib.c.5.nu.39.Crot.eo. trac.in 3.part.nu.39.quo in loco duas rationes huius concluſionis adducit.

2 Hanc tñ concl. † ampliare poteris,procedere ēt in clericis ſimpliciter tonſuratis ita voluerunt Domi.& Præpoſ.in c.ſicut ſacerdos, 2.q.7. & Feli.in d.c.de cætero in prin.de teſtib. per illum tex.iuncto c.clericos, 21.diſtinctio.& ibi gl.in verb.Pſalmiſta,&c.

3 Secundo amplia † hanc ipſam concl. adeo procedere, vt nec quidē dicta laicorum teſtium faciant indicium ad torturam contra clericum, ita cōſulendo reſpondit Io. Bapt. Ferret.in conſ. 238.nu.13.lib.2.ex doctr.Arc.in d.c.de cætero,col.2.

4 Contrarium † tñ tenuit ex allegatis Steph.Aufrer. in ſuo tract. de teſtib.in præci. nu.61. in ver. laicus,& per Abb.ante eū in d.c.de cætero,per gl.not. in l.capite quinto.ff.de adult. quam opinionem ēt ſequitur reiecto Aret. Io.Crot.vbi ſupra nu.62.& ſeq.

5 Hanc repugnantiam potes conciliare, † vt opinio Abba.& Feli.ac aliorum procedat, qñ laici deponūt ſuper veritate criminis contra clericum,nam eo caſu pp iuris prohibitionem attenta laicorum inhabilitate ſolū faciunt indiciū, ſed qñ deponunt ſup indicijs remotis,illa indicia nō probanẗ ex depoſitione laicorū,ita conciliat Io. Bapt. Ferret.in d.conſ.238.nu.14.

6 Octauo amplia, † vt etiam concluſio procedat in defectum clericorum vt puta quia in loco commiſſi delicti non extent alij clerici, qui habeant deponere, & poſſint ſuper facto examinati, ita tradit Arc. in d. c.de cætero,col.2. vbi teſtatus eſt de * communi opinione,& ibi etiam ſequitur Fel.& refert ſeq.Io.Bapt. Ferre.in d.conſ.238.nu.12.

7 Contra hanc opinionē † tenuit Abb. in d.c.de cætero,quem ſequuti ſunt Soc.in reg.182. in 3.fallen.& Mar.in d.l.de minore,in prin.ff.de quæſt.col.9.& Aufrer.in ſuo trac.de teſti.nu.61.verb.laicus, verſi.fallit primo,& latius per Crot.eo.tract.de teſti.pat.3.num. 61.vbi reſpondit ad rationes Aret.

Nunc autem limitabis concl. principalē non pro-
8 cedere † in delictis notorijs, ex doctr. Abb.in d. c.de cętero,p tex.in c.cū dilecti de purg.cano.quē ſequuti ſunt Crot.vbi ſup.nu.67.& Aufr.ſub eo. nu.61.verſ.2. limita,& Io.Bapt.Ferret.in conſ.366.nu.20.vol.2.

9 Secundo limita non procedere,† qñ agiẗ per viam inquiſitionis, qa tunc admittuntur laici, ita cōſuluit Fed.de Senis in conſ.24. quē ſequutus eſt Crot.vbi ſupra.nu.64.& Ferret.in alleg.conſ.366.nu.20.vol.2.

10 Tertio limita minimè quoq; procedere, † quando agitur de crimine læſæ maieſt. nā tunc admittunẗ gl. eſt in c.cum P. de acc.quam referēdo ſequitur Matt. Laudē.in trac.de crim.lęſæ maie.q.27.& Nico.Boer. in tracta.de ſeditio.in vlt.pręſuppoſito,ſub nu.6.Nepos de mont.Alban.in ſuo tract.de teſtib.nu.153.

Quarto

Digitized by Google

11 Quarto limita non habere locum † in crimine Simoniæ, eſt tex. in c. tãta. de Simon. & in c. Sacerdotes, 2. q. 7. & gl. in d. c. cum P. de accuſat. & meminit Nepos de Mon. Alba. vbi ſupra præcit. nu. 153. & Auſte. in eodemmet tract. in verbo, laicus. verſ. quinto limitatur, & Crot. in ſuo tract. 3. par. nu. 6.

12 Quinto limita non procedere, † ſi ageretur de crimine hæreſis, ex allegatis per Crot. vbi ſupra, nu. 60. & Nepos de Mon. nu. 153.

13 Sextò fallit hæc noſtra concluſio, † quando cauſa agitur ciuiliter, quia tunc laici admittuntur, per cap. quoniam cõtra, de teſtib. ita not. Crot. vbi ſupra part. 3. nu. 65. & Campeg. in ſuo tract. de teſtib. regul. 98. &
* Viuius de * communi opinione. verſ. teſtificari poſſunt, & ſcribentes in d. c. de cætero, quibus in locis ſatis abundè traditur materia.

CONCLVSIO DCCCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Laudum arbitri, & arbitratoris præſumi rite fuiſſe latum, & quouſque id ſit verum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum arbitri, & arbitratoris ritè latum fuiſſe præſumitur.*

2 *Laudum præſumitur rite latum fuiſſe, ne dum vbi emologatum & approbatum fuerit per partes, ſed etiam ſi ab eo reclamatum fuerit.*
Contrarium, nu. 4.

3 *Laudum iniquum probandi ab eo, qui ab ipſo laudo reclamat theorica a Bar. tradita.*

5 *Laudum rite latum præſumitur etiam vbi dictum ſit de nullitate laudi.*

6 *Laudum arbitri licet ritè latum fuiſſe præſumatur, non tamen laudum arbitratoris.*
Contrarium, nu. 7.

8 *Laudum ritè latum non præſumitur, ſi vltra contenta in compromiſſo arbiter, vel arbitrator manum appoſuerit.*

9 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

10 *Laudum ritè latum non præſumitur, ſi omiſſa fuerit per arbitrum cauſæ cognitio, & laudum ſit promulgatum partibus non præſentibus.*
Contrarium, nu. 11.

1 Laudum arbitri, † & arbitratoris ritè, rectèq; latum fuiſſe iuris præſumptione probari, eſt tex. quem oẽs allegant in c. niſi eſſet, de præbend. cuius ſententiæ author fuit Dyn. in conſ. 13. Tholomeus, col. 3. verſ. ſuper 2. quẽ ſequuti ſunt Ant. de Butr. in c. quoniam contra, nu. 59. & in c. in præſentia, nu. 13. verſ. & hæc omnia, vbi ẽt Abb. nu. 13. de renunciat. & in c. cum eſſet, in 2. notab. de præb. & ibi Imo. in 2. notab. Abb. in d. c. quoniam cõ-
* tra, nu. 28. Dec. nu. 174. vbi hanc dicit * cõem. Fel. nu. 73. verſ. ſexta concluſio. de probat. Roma. in l. ſciendum, nu. 21. ff. de verb. obli. & ibi Alex. nu. 22. Bald. in l. vnde ſi Neruæ, nu. 2. verſ. item nota, ff. pro ſoc. Alex. conſ. 119. nu. 21. lib. 2. Dec. conſ. 375. nu. 2. verſ. ſecundo, quoad ſummam. vbi multos allegat in hanc ſententiã, Præpoſ. in rub. de appel. num. 70. verſ. prædicta tñ Pariſ. conſ. 45. nu. 91. lib. 1. Butr. conſ. 32. nu. 2. verſ. primo quia, Bar. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum. nu. 25. cum ſeq. ff. pro ſoc. & ibi. Sal. q. 20. Abb. conſ. 64. nu. 3. lib. 1, Soc. conſ. 82. num. 1. lib. 1. Neuiz. in conſ. 7. nu. 5. Corn. conſ. 221. col. 4. verſ. quod vr vol. 2. Cald. in conſ. 5. in princ. & in colum. 1. in fin. verſ. & in hoc tenco, de arbitr. Alb. in conſil. 64. col. 2. verſic. ſed his non obſtantibus, colum. 1. Aret. conſil. 50. col. penul. verſi. circa vero tertium.

Primo amplia hanc communem concluſionem
2 vendicare ſibi locum, † nedum vbi emologatum & approbatum fuerit laudum per partes, verum etiam ſi ab eo reclamatum fuerit, illud dicendo iniquum, & reducit ad arbitrium boni viri petendo, ita reſpondit Dyn. in allegat. conſi. 13. & Bar. in d. l. ſi ſocietatem, §. arbitratorum, nu. 25. cum ſeq. ff. pro ſoc. tradẽs
3 theoricam probandi † laudum iniquum ab eo, qui ab ipſo laudo reclamat. Idem voluit Abb. in cõſ. 63. nu. 3. Præpoſ. in d. rubr. de appell. nu. 7. verſ. prædicta tamen, Bal. in d. l. vnde ſi Neruæ, nu. 2. verſ. item not. Calder. in conſ. 5. tit. de arbit. Card. in conſ. 140. reſpõdemus ad præmiſſa, in 2. dubio. ſequitur Felyn. in cap. quoniam contra, nu. 37. verſ. ſed contrarium tenet. de probat. vbi hanc concluſionem firmat rationibus, & authoritatibus.

4 Contra tamen † huiuſmodi ampliationem tenuerunt Abb. & Ant. de But. in d. c. quoniam contra, & idem Ant. in d. c. in præſentia, col. pen. verſ. Hæc omnia procedunt. de renunciat. & in d. conſ. 34. & Alex. in conſ. 119. col. 5. & fi. vol. 2. & in conſ. 125. colum. 5. vol. 3. prout etiam refert Dec. in d. c. quoniam cõtra, nu. 186. aſſerens tamen primam opinionem eſſe ma-
* * gis * * communem ex ibidem adductis.

5 Secundò amplia procedere etiam, † vbi dictum ſit de nullitate laudi, dum enim cognoſcitur de huiuſmodi nullitate, pro laudo etiam præſumitur. Butr. in allega. conſ. 32. nu. 2. verſi. non obſtantibus, Præpoſ. in rubr. de appellat. nu. 70.

6 Primò limita non procedere in laudo † arbitratoris. Nam licet arbiter ſit inſtar iudicis, l. 1. ff. de arbitris, qui tex. intelligitur, quoad ordinem iudicij tantum, vt per Nat. conſ. 11. num. 4. verſ. eſt bene verum, vol. 1. tamen in arbitratore id verificari non poteſt, cum nullum ordinem in cognitione cauſæ ſeruare teneatur. Innocen. in cap. Quintauallis, nu. 3. de iureiur. Anto. de But. ibidem, num. 27. vbi etiam Abb. nu. 9. & Bald. in l. idem Pomponius, §. recepiſſe, 4. ff. de arbitr. & in l. fin. num. 19. C. de contrahen. empt. Bar. in d. l. ſi ſocietatem, §. arbitratorum, ff. pro ſoc. Ant. de Butr. in conſ. 24. Quæſtio hęc. colum. 9. verſ. quinimo attentari poſſet, quem ſequitur Alex. in conſ. 119. in fin. volum. 2.

7 Contrarium tamẽ † videtur ſequi Dec. in d. c. quoniam contra, num. 184. ex ibidem deductis, aſſerens
* illam eſſe * communem opinionem.

8 Primo limita, vt minimè procedat, † ſi vltra contenta in compromiſſo arbiter vel arbitrator manum appoſuerit: tunc enim nedum pro huiuſmodi laudo non præſumitur, quinimo eſt nullum, Ange. in conſ. 218. num. 8. Curt. ſen. conſ. 31. num. 4. Alc. de præſumptio. reg. 2. præſumpt. 13. cuius limitationis ea eſt ra-
9 tio, quia limitata cauſa † limitatum producit effectũ, l. age cum Geminiano. C. de tranſact. & ibi Iaſo. & Deci. cauſa autem efficiens & productitia authoritatis arbitri fuit compromiſſum. l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitr. Vltra igitur conceſſa in compromiſſo nihil habet authoritatis. hanc quidem li-
* mitationem tenent * omnes Doct. in d. c. Quintauallis, de iureiur.

10 Tertio videtur poſſe hæc concluſio limitari, † vt non procedat, ſi omiſſa fuerit per arbitrum cauſæ cognitio, & laudum ſit promulgatum partibus non præſentibus, per dicta Bal. in l. fi. nu. 17. cum ſeq. C. de cõtrah. empt. & in l. prolatã, nu. 17. verſ. quærit hic Butr. C. de ſent. & interloc. omn. iud.

11 Contraria † tamen pars videtur tenenda. Nam Dynus, qui fuit author huius ſententiæ, vt omnẽs
* * referunt, dicit, quod pro laudo præſumitur, quod fuerit iuſte latum, & interuenerint omnia ſolemnia, ſicut in ſententia: idem dicit Alex. in l. ſciendum, num. 22. ff. de verbo. oblig. vbi diſputando hanc

Digitized by Google

quæſtionem proponit in hunc modũ, quod ſicut præſumit̃ pro ſententia, quod ſit iuſta, & ſolemniter lata, ſic, & pro laudo. In eandem ſententiã fuit ibi Roma. quem refert Alex. quos ſequuti ſunt Fely. in d. c quoniam cõtra, nu. 37. verſ. 6. concl. de proba. & ibi Dec. nu. 184. & ne ſibi inuicem repugnare putes p̃fatos Doctores, dicas, quod Bal. & alij in contrariũ allegati, non dicunt ꝙ non præſumatur pro laudo, ſed diſputando, an arbitrator poſſit deuenire ad expeditionem negotij ſibi commiſſi nõ auditis partibus, & cognita cauſa in hoc inſiſtunt, ꝙ non, maximè ſi ſit ſuper lite, & vltra præd. id tenet Alex. in d. l. ſi quis arbitratu, ff. de verbo. obli. quod eſt quid diuerſum ab eo, de quo nos quærimus. Nam poſtquam conſtabit, ꝙ nõ interueñerit hæc qualisqualis cauſæ cognitio certè laudum erit nullum, vt per Bal. Rom. Alex. & Fel. ac Dec. vbi ſupra, ſed cum de hoc cognoſcitur, præſumitur pro laudo, & hoc eſt de quo nos quærimus.

CONCLVSIO DCCCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Laudum quando præſumatur, vel non præſumatur emologatum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum non præſumitur emologatum per taciturnitatẽ decem dierum, nec anni, poſtquam latum fuerit.*

2 *Laudum non præſumitur emologatum, quãdo partes promiſiſſent ab ipſo laudo, antequam latum eſſet, non reclamare, vel petere reductionem ad arbitrium boni viri.*

Supra diximus in priori ampliat. præced. concluſionis, nedũ pro laudo præſumi, qñ eſt emologatum, verum etiam qñ ab eo fuerit reclamatum: nunc breuiter vr̃ dicendum, quando præſumatur, vel non præſumatur emologatum. & dr̃ quod
1 id non probatur per taciturnitatẽ † decẽ dierum, nec anni poſtq̃ latum fuerit, quinimo ab eo poteſt reclamari, & illius reductio peti vſq; ad 30. annos, ita Ant. de Butr. in c. Quintauallis, nu. 20. & nu. 39. de iureiur. Cyn. & Alber. de Roſa. in l. ſocietatem. §. arbitrorũ, ff. pro ſocio, & ibi Bal. nu. 3. verſ. dicit Innoc. & idem in l. fi. nu. 34. C. de contrah. emp. Soc. conſ. 220. nu. 5. lib. 2. vbi multos ad id allegat, & hanc eandem dicit
* * communem opinionem Franciſ. de Alberg. in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obli. Ang. in conſ. 315. nu. 2. Alex. conſ. 95. nu. 15. verſ. ſed tenendo communem,
* lib. 2. vbi hanc dicit * communem. Dec. conſ. 39. nu.
* 6. verſ. & prædicta, vbi & ipſe hanc dicit * communẽ Lanfran. de Oria. in tract. de arbit. q. 20. vbi hanc di-
* cit * communem Doct. ſententiam.
Hanc quidem concluſionem velim ampliari etiã
2 procedere, ꝙ partes † p̃miſiſſent ab ipſo laudo anteq̃ latum eſſet, non reclamare, vel petere reductionem ad arbitrium boni viri: quia ẽt tunc non præſumitur, nec probatur emologatum, imo per quamcunq; cautelam, & promiſſionem non põt approbari, anteq̃ latum fuerit, Abb. in c. Quintauallis, nu. 32. in fi. vbi dicit, ꝙ effuſa verba compromittentium probata fuere ob confidentiam q̃ habebant in arbitrum, & vt apud eum capta rent beneuolentiam, quare eũ poſtea appareãt læſi enormiter, in hac nõ conſenſiſſe dicunt, arg. c 4 de iureiu. l. ſi libertus, la 3. ff. de oper. libert. l. creditor, §. Lucius, ff. mand. & c. cũ veniſſent, de inſti. Ant. de Butr. in d. c. Quintauallis, nu. 44. de iureiuran. Bal. in l. fi. nu. 41. C. de contrah. empt. & l. cum antea, nu. 2. & 30. C. de arbit. Bar. in d. l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, nu. 24. ff. pro ſoc. Bal. in l. ſi vnus, §. illud, nu. 3. ff. de pact. vbi dicit, ꝙ ita ſeruant aduocati. Butr. in conſ. 24. num. 6. Pau. de Caſt. conſ. 255. primo, & ante omnia. lib. 2. ſecundum nouam impreſſionem. Ang. conſ. 172. nu. 2. itẽ Paul. de Caſt. conſ. 70. quia fruſtra,
* num. 1. lib. 1. vbi dicit, quod ita ſe habet * communis opinio, & obſeruantia. Anch. conſ. 108. nu. 11. verſic. item de pacto. Roma. conſ. 90. Viſo themate, verſ. 4. idem probatur, Dec. conſ. 11. nu. 6. & conſ. 39. nu. 6. & conſ. 60. nu. 2. & conſ. 84. nu. 47. lib. 1.

CONCLVSIO DCCCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus præſumatur legatũ factũ fuiſſe contemplatione eius, cui fit, & in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Legatum præſumitur factum contemplatione eius, cui fit.*

2 *Legatum factum Epiſcopo, præſumitur factum contemplatione eccleſiæ.*

3 *Legatum factum Epiſcopo, quamuis non legitimo, præſumitur factum contemplatione eccleſiæ.*

4 *Legatum factũ rectori eccleſiæ, ſiue cuilibet clerico adminiſtrationem habenti, præſumitur factum contemplatione eccleſiæ.*

5 *Legatum Epiſcopo, rectoriue factũ etiam expreſſo nomine proprio illius, præſumitur factũ contẽplatione eccleſiæ.*

6 *Legatum Epiſcopo factum ab ipſius conſanguineo, vel amico, Epiſcopi contemplatione præſumitur factum.*

7 *Legatum factũ Epiſcopo, ipſius contemplatione præſumitur factum, ſi eſſet benemeritus illius, qui reliquit, licet non ſit conſanguineus.*

8 *Legatum factum Epiſcopo ab ab ipſius conſanguineo ẽt ſi in legato tantũ eſſet expreſſum nomen dignitatis, contẽplatione perſonę præſumitur relictum.*

9 *Legatum factum Ep̃o ab ipſius conſanguineo, vel amico contemplatione eccleſię præſumitur factum, qñ expreſſa cauſa ſalutem animæ, vel fauorem eccleſiæ reſpiceret.*

10 *Legatum factum Ep̃o ab ipſius conſanguineo, vel amico, Epiſcopi contemplatione præſumitur factum, ſed ipſi Epiſcopo incumbit onus probandi hanc conſanguinitatem, vel amicitiam.*

11 *Legatũ calicis, vel pateuę factum Ep̃o, licet ab eius conſanguineo, contemplatione tamẽ eccleſiæ præſumit̃ factum.*

12 *Legatum factum clerico non habenti prælationẽ, vel adminiſtrationẽ eccleſiæ ſiue ab extraneo, ſiue conſanguineo, ſemper præſumitur relictum contemplatione perſonæ.*

13 *Legatum relictũ canonico alicuius eccleſiæ, ipſi canonico, non eccleſiæ relictum cenſetur.*

14 *Legatum relictum canonico alicuius eccleſię indefinitè, vel omnibus canonicis vniuerſaliter, contemplatione eccleſiæ factum præſumitur.*

Contrar. nu. 15. Concil. nu. 16.

17 *Legatum relictum canonicis alicuius eccleſiæ, collegio, vel capitulo, non autem ſingulis perſonis relictum præſumitur.* Contrar. nu. 18.

19 *Legatũ relictum filiofamilias ſub cõmmoratione patriæ poteſtatis, præſumitur relictum contemplatione patris.*

20 *Legatum factum ſeruo, præſumitur relictum contẽplatione, & intuitu domini.*

21 *Legatum factum adminiſtratoribus Ciuitatis contemplatione Ciuitatis præſumitur relictum.*

22 *Legatum factum ciuibus præſumitur relictum contẽplatione vniuerſitatis.*

23 *Legatum relictum regularibus, qui proprium habere non poſſunt, ſemper præſumitur relictum contemplatione eccleſię, vel monaſterij.*

24 *Legatum relictum ſub nomine dignitatis præſumitur factum contemplatione illius dignitatis, & ad ſucceſſorem tranſit.*

1 Legatum † præſumi factum contemplatione eius, cui fit generaliter loquendo, adnotauit Bald. per illũ tex. in l. pen nu. 6. ff. quib. ad libertatem reclamare non licet, cui adhæret Mant. in tract. de conie. vlt. volunt. lib. 8. tit. 16. nu. 2. Quod tñ pronunciatum perpetuum non eſt, ſed multas habet exceptiones, vt ex ſubiectis apparebit.

2 Primo igitur non procedit † in legato facto Epõ, quia illud magis eccleſiæ contemplatione factũ fuiſſe præſumitur, quod probatur ex contex. c. pacificus, 12. q. 7. & c. requiſiſti, de teſtamen. §. inter dicimus, in auct. de eccleſiaſticis tit. & facit tex. in l. ciuib. ff. de rebus dub. & in l. annua. §. à Titio. ff. de annuis legatis. Bar. in d. l. ciuibus, vbi etiam Socinus & fere omnes * ſcribentes, & hãc * communem opinionem teſtatur Io. Donat. in ſuis concluſionibus. in verſ. legatum ex Franc. Turza. in ſua collect. commun. opin.

3 Amplia id habere locũ, † quamuis Epiſcopus non ſit legitimus. hoc enim fit pp repreſentationem perſonæ. Bal. in l. puto, l. matet, in fi. ff. de lega. ſecundo. Quem ſequitur Mant. in præcitato tit. 6. nu. 19. ad fi.

4 Ampliabis ſecũdo idem † eſſe in rectore eccleſię, & in quolibet clerico adminiſtrationẽ habente, Bar. & alij in d. l. ciuib. ff. de reb. dub. & in l. annua. §. à Titio. ff. de annuis legat. Abb. & alij ſequuntur in d. c. requiſiſti, de teſta. & probant ſuprà cit. DD.

5 Ampliatur tertio, † ẽt ſi expreſſo tm̃ nomine proprio Epiſcopi, ſiue adminiſtratoris relictum ſit. gl. in d. c. requiſiſti, in verſ. nec eſt ſibi ſub nomine proprio. quam ſequitur Abb. ibi. nu. 23. etiã ꝙ expreſſum non eſſet nomen appellatiuum contra Cardinalẽ. & hãc ampliationem probant etiam Doctores poſt Bart. in * * d. l. ciuibus, & magis * * communẽ eſſe teſtatur Did. in d. c. requiſiſti, nu. 8. Turza. d. conclu. 14. & poſt eos, quos adducit idem Mant. præcitato tit. 6. nu. 19. verſ. quod vero dictum eſt.

6 Sublimita pręmiſſa procedere, † qñ relictum eſt ab extraneo, ſecus ſi à conſanguineo, vel amico; tunc enim perſonæ Epiſcopi & aliorum contemplatione relictum præſumitur, quod probatur in d. ca. pontifices, & probat gl. quam ſequuntur Doct. in d. c. requiſiuiſti, & in d. l. ciuibus, vbi Bar. nu. 2. & de vtroque latè tradit Alci. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 28. & idem Alciat. in conſ. 213. nu. 13. lib. 9 vbi poſt alios ſcribit legatum à coniuncto relictum magis videri relictum contemplatione coniunctionis, quàm pietatis, Fel. in c. dilectus, nu 2. de offi. ord. Mantic. de conіect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 12. nu. 4. & titu. 14. nu. 17. * & de * communi teſtatur idem Turza. d. concl. 14. relata etiam per Io. Donã. in d. verſ. legatum. Et de amicitia, quod hanc præſumptionem generet tradit poſt * plures per eum relatos, & de * communi opinione teſtatur idem Did. in d. c. requiſiſti, nu. 7.

7 Amplia idẽ eſſe, ſi p̃latus † eſſet benemeritus illius, qui reliquit, licet non ſit conſanguineus; vt intelligit Alber. de Roſat. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſiis. ſequitur Soc. in d. l. ciuib. nu. 14. & Mant. d. tit. 6. lib. 8. nu. 19.

8 Amplia ſecundo, † ẽt ſi in legato eſſet expreſſum nomen dignitatis. nam adhuc ſi teſtator ſit cõſanguineus cenſetur relictũ contemplatione perſonæ, Alc. d. præſumpt. 28. in prin. & notant Abb. Fel. & Dec. in c. quoniam Abb. de offic. ordin. in d. c. requiſiſti, nu. 23. Socin. conſ. 34. col. 2. lib. 3. & alios adducit Did. in d. c. requiſiſti. nu. 1.

9 Declarabis tñ hec nõ procedere, † qñ expreſſa cã ſalutem animæ, vel fauorem eccleſiæ reſpiceret, Soc. in d. l. ciuibus, nu. 14. quam probauit Mant. lib. 6. titu. 14. nu. 16. & plura ponit lib. 12. tit. vlt. nu. 30.

10 Declara ſecundo, † vt tamen prelato, ſiue adminiſtratori incumbat onus probandi hanc conſanguinitatem, & amicitiam, vt pluribus concludit Alcia. de præſump. 28. nu. 7. ſecutus opi. glo. in §. interdicimus, in auth. de eccleſiaſt. tit.

11 Poteris tertio limitare † non procedere etiã reſpectu qualitatis rei legatæ, vt ſi teſtator legauerit calicem, vel pateram: tunc enim licet conſanguineus, præſumitur contemplatione eccleſię reliquiſſe, vt cõ * * cludit Soc. ex magis * * communi doctrina Doctorũ in d. l. ciuib. nu. 14. & Mantic. cit. tract. de conіect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 12. nu. 4. & d. tit. 6. nu. 19.

12 Sublimitabis modo ſecundo † primã limitationẽ, vt non procedat, qñ relictum eſt clerico, qui non habet prælationem, vel adminiſtrationem eccleſiæ, qa tunc ſiue à propinquo, ſiue ab extraneo ei relinquat, ſemper præſumitur relictum contemplatione perſonæ, Bar., quem alij ſequuntur in d. l. ciuib. glo. Abb. & alij in d. c. requiſiſti. Hinc legatum relictũ canonico
13 † alicuius eccleſiæ, ipſi canonico, non eccleſiæ relictum vĩ, vt per Soc. in d. l. ciuibus, nu. 9. quod tamen
14 non obtineret, † quando eſſet relictum Canonicis alicuius eccleſiæ indefinitè, vel omnibus Canonicis vniuerſaliter, ad no. Bar. in d. l. ciuib. n. 3. arg. l. annua. §. 1. ff. de annu. leg. & Bar. opinionẽ ſequuti ſunt Cuman. & Caſtrenſ. & Io. Luſita. ibi. & idem Petrus Peruſ. cenſuit in tract. de quarta canonica, c. 4. ver. tertio * principaliter, & hanc communem eſſe opin. teſtatur Barb. conſ. 1. col. 16. vol. 4.

15 In quo † tamen diuerſam ſententiam probauit gl. in d. c. requiſiſti, in verbo, nec eſt, & in d. c. Pontifices, 12. q. 3. Abb. in c. 2. col. 3. de decim. & in c. 3. col. 4. de proba. & ſequunẽ Paul. de Leaz. Card. Abb. & Barb. * in d. c. requiſiſti. & communem * opinionem teſtatus * * fuit Soc. in d. l. ciuibus, nu. 12. & * * crebriorem dicit Mant. d. tit. 6. lib. 8. nu. 22.

16 Hæc tamen repugnantia † duobus modis per Soc. in d. l. ciuibus, nu. 12. diſtinctione tollitur.

Primò, v prima opinio poſſit procedere, quando legatum fieret omnibus clericis, inter quos includerentur adminiſtratores.

Secundò, vt habeat locum, quando fieret expreſſa cauſa reſpuens eccleſiam & non canonicos.

17 Illa autem ſententia † quę habet, legatum hoc Canonicis relictum præſumi, ita accipienda eſt, ſecundum Cardin. in d. c. requiſiſti, vt collegio ſiue capitulo non autem ſingulis perſonis relictum præſumat. idem ſenſit Abb. & Barb. ibi. Fely. in c. auditis, nu. 24. de præſcrip. quem in hunc modum adducit Dida. in d. c. requiſiſti, nu. 10. Sed tamen Fel. ibi. num. 37. dicit
18 contrarium, † vt rectè aduertit Mant. d. tit. 6. nu. 24. vbi recitat, quoad hanc difficultatẽ diſt. Henri. Boic. poſitam in cap. nos quidem, de teſtib. quam probauit Soc. in d. l. ciuib. nu. 13. & demum adhæret opinioni, vt collegio magis relictum præſumatur. ipſum conſulas, à quo, & à Soc. in d. l. ciuibus. poteris ſumere alias declarationes ad hanc primam limitationem poſitã ad principalem concluſionem.

19 Quæ ſecundo loco † principaliter limitatur non habere locũ in legato relicto filiofamilias ſub cõmemoratione patriæ poteſtatis. nam præſumitur relictũ contemplatione patris, l. filiusfamilias. ff. de condi. & demon. & ibi notãt Doct. & alijs caſibus, quos pleuè congerit in præſenti ſpecie idem Mantic. cit. tract. de conіect. vlt. volun. lib. 8. tit. 16. nu. 5. cum plur. ſeq.

20 Limita tertio in legato facto ſeruo, † præſumitur enim factũ cõtemplatione, & intuitu domini, Bal. in auth. ſimiliter, verſ. quæro, quid ſi donatori. C. ad leg. Falc. Abb. in c. Raynutius, in prin. de teſtam.

21 Reſtringitur quarto † in legato facto adminiſtratoribus ciuitatis, vt eſt caſus, ſecundum vnum intellectũ, in d. l. ciuibus, quem tenet Io. And. in d. c. requiſiſti, & Petr. Cyn. & Alber. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. vt per Soc. in d. l. ciuib. nu. 7. vbi plurib. modis declarat. Et quod legatum relictũ ſindicis præſumatur relictũ communitati, conſuluit Rubeus in conſ. 138. nu. 8.

22 Amplia hãc limitationem, † vt idem ſit in legato facto ciuibus, vt præſumatur contẽplatione vniuerſi-

Digitized by Google

tatis factum, vt per Soc. in d. l. ciuibus, nu. 8. vbi etiam declarat.

23 Limitatur quinto in relicto facto † regularibus, q proprium habere non poſſunt. Semper enim præſumitur eccleſiæ, ſiue monaſterio, vt probatur in d. c. requiſiſti, & in authen. ingreſſi, & in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & Cler. Soc. in d. l. ciuib. in fi. & in l. 1. num. 20. & 21. ff. de vulgari, & pupil.

24 Demum limitatur generaliter † in omni relicto facto ſub nomine dignitatis, nam præſumitur factũ cõtemplatione illius dignitatis, & ad ſucceſſorem tranſit, vt per Bar. & alios in l. quod Principi, ff. de lega. 2. Iaſ. in l. qui liberis, §. hęc verba, in fi. ff. de vulg. & pup. quam proſequitur benè eruditus Mantica, ſæpius allegato tractatu, li. 8. tit. 17. à quo ſparſim poſſent ſumi plures declarationes ad hanc concluſionem: omnia enim exactiſſimè eſt proſequutus, neq; oĩa quæ ipſe bene tractauit, ſunt hic repetenda, cũ ab ipſo peti poſſint, vna cum cæteris coniecturis & præſumptionib. ad hanc legatorum materiam pertinentib.

CONCLVSIO DCCCCLXIX.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur legatum pium diſtributum fuiſſe per executorem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium diſtributum fuiſſe per executorẽ iuramento ipſius probatur.*
Contrarium, nu. 2. Conciliatio, nu. 3.

1 Legatum pium † diſtributũ fuiſſe per executorem ipſius iuramenro probatur, vt docuit Bart. in l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. vbi etiam Cyn. verſ. vlt. colligit. quos ſequitur Guid. Pap. in deciſ. 614. vbi infert ad legatum eccleſiæ relictum pro celebrandis miſſis, dum dicit, ꝙ ſtatur iuramento curati vel guardiani ſuper celebratione miſſarum: & quod ita vidit in illa curia Delph. ſæpiſſimè determinari, & finiri.

2 Contra concluſ. principalem † vř ſentire additionum author ad ipſam deciſionem Guid. Pap. 614. & ea ratione, quia agitur de intereſſe ipſius executoris.

3 Fœdere tamen † diſtinctionis ad concordiam poſſunt redigi quod aut non agitur de intereſſe exequutoris, & eſt perſona honeſta, & tunc ſtatur iuramento ipſius, alias ſecus, per Bal. in l. captatorias, col. 2. verſi. modo circa hoc quæritur, de milit. teſtam. & idẽ author additionum ad eundem Guid. Pap. in d. deciſ. 614. de quo nos plura in concluſione iuramentum, & in concluſione, exequutor.

CONCLVSIO DCCCCLXX.

ARGVMENTVM.

Legati reuocatio, quo modo teſtibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Legati reuocatio duobus teſtibus probatur, quando ex forma ſtatuti legatũ factũ poteſt probari per duos teſtes.*

2 *Legati reuocatio etiam de iure communi duobus teſtibus omni tamen exceptione maioribus poteſt probari.*
Contrarium, nu. 3.

1 Legati reuocationem poſſe per duos teſtes † probari, quando ex forma ſtatuti legatum factum poteſt probari per duos teſtes, conſulẽdo reſpondit Bal. in conſ. 28. vol. 3. & in l. vlt. col. vlt. verſ. ex hoc infero, C. de fideicom. & doct. in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. quos ſequitur Hieron. Gig. in tract. de penſionib. q. 45. num. 2. vbi multa ſimilia adducit.

2 Amplia hanc concluſ. † vendicare ſibi locum ẽt de iure cõi, ſi modo teſtes ſint ſpectatæ fidei, & omni exceptione maiores, & legatum non ſit magnum, vt reſpondit Bal. in d. conſ. 28. vol. 3. quam quidem qualitatem bonæ fidei, & legalitatis articulandã, & probandam eſſe dicit Gabr. in ſuis commun. concluſ. tit. de probat. concluſ. 10. nu. 6. & nos alibi diximus.

3 Contra hanc ampliationem † videtur tenere Rui. in conſ. 120. nu. 10 vol. 5. vbi notat, ꝙ numerus trium teſtium non eſt ſufficiens ad probandum legatũ per l. vlt. C. de codicil. ex quo fit, vt nec etiam ſufficiat ad probandũ diſſolutionẽ ſiue reuocationẽ ipſius legati, per d. reg. l. nihil tam naturale. vbi Dec. nu. 2. & alij ſcriben. & nos latius agemus in concluſ. reuocatio.

CONCLVSIO DCCCCLXXI.

ARGVMENTVM.

Vt queat probari legatum in teſtamẽto nullum eſſe factum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in teſtamento nullum eſſe factum probari per teſtes in eodem teſtamento adhibitos.*

2 *Legatũ non eſſe factum in teſtamento probatur per ipſius teſtamẽti productionẽ, in quo de legato nulla mẽtio fiat.*

1 Legatum non eſſe factũ † in teſtamento probari poſſe per teſtes in eodẽ teſtõ adhibitos deponentes, ſe præſenribus, & audientibus de eo mentionem factam non eſſe, cenſuit Bar. in l. vlt. nu. 1. C. de reb. credi. quem ſequitur ibidem in addit. Alex. referens Paul. Caſt. ita tenere in quodam conſ. quod eſt 2. & in nouiſ. 60. incip. pro euidentia eius, ꝙ quæritur. vol. 1. Iſta enim negatiua poteſt probari per illas perſonas, per quas factum affirmatiuũ fieri oportebat, & non eſt factum, vel ſciri debebat, & non eſt ſcitum, vt not. Bart. in l. non aliter. vbi tex. ad hoc. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

2 Hanc ſit firmatam concluſionẽ † poteris ampliare, vt nedum probetur legatum non factũ per teſtes, verum etiã per productionem teſtamenti, in quo de legato mentio non fiat. ita etiã docuit Bar. in d. l. vlt. C. de reb. cred. & in l. Tiriç textores. nu. 2. vbi ẽt Alex. & Iaſ. ff. de leg. 1. & cõſultus reſpondit Dec. in conſi. 483. num. 5. & in conſ. 218. num. 6. & alios congerit Hercula. de proban. nega. nu. 167. verſ. ſeptimus modus de qua re vide etiam Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 12. nu. 23.

CONCLVSIO DCCCCLXXII.

ARGVMENTVM.

Legatis ſolutis legitimam integram remanere, ſi legatarius aſſerat id debere probare, & quouſque id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Legatario aſſerenti, quod ſolutis legatis legitima remaneat integra, onus probandi incumbit.*

2 Lega-

2 *Legatario aſſerenti, quod ſolutis legatis legitima remaneat integra onus probandi incumbit, etiam ſi teſtator contrarium aſſeueret.*

1 Legatario aſſerenti,† quod ſoluris legatis remaneat legitima integra incumbit onus probandi illud, vt no. in l. vlt. §. licentia danda, C. de iur. delib. & in l. cum lege. ff. de prob. iun. gl. quod etiam cenſuit Guid. Pap. in deciſ. 142. in fin. Simon de Prætis illum ſequitur in conſ. 99. num. 8. & Caſſa. in cōſue. Burgun. de ſucceſ. rub. 7. nu. 11. quem ad hoc etiam retulit Burſ. in conſ. 92. nu. 18. vol. 1.

2 Ampliare poteris hanc concluſionem† procedere etiam, ſi contrarium aſſeueret teſtator, ex his, quę no. Paul. Caſtr. in conſ. 183. viſo ſuprascripto pūcto. aliàs 174. ſub nu. 1. verſ. & ex his ſequitur. volum. 1. quem ſequendo refert Ioſeph. Lud. in concluſ. 14. verſic. infertur. 157.

CONCLVSIO DCCCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo legatarij teſtimoniū recipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatarij teſtes eſſe poſſunt.*
2 *Legatarij teſtes eſſe poſſunt, etiam ſi quæſtio vertatur inter hæredem ſcriptum, & venientem ab inteſtato.*
3 *Legatarij teſtes eſſe non poſſunt, quando agitur de probanda vltima voluntate, quæ aliter probari non poteſt.*
4 *Legatarij non ſunt idonei teſtes, quando lis vertitur inter ipſos legatarios, & hæredem.*
5 *Legatarius non eſt idoneus teſtis, quando in omnem euentum habiturus erat legatum, vel quando appoſita eſt clauſula codicillaris, vel cum concernit præiudicium ipſius legatarij.*
6 *Legatarius non eſt idoneus teſtis in teſtamento inter liberos, in teſtamento militis, in teſtamento ad pias cauſas, & quotieſcunq; teſtamentum fieret coram teſtibus paucioribus ſeptem.*

1 Legatarijs teſtimonium † non denegari, quinimò ſpeciatim eis concedi, ſanxit Iuſtin. in §. legatarijs, Inſt. de teſtam. illudq; ſequendo retulit Abb. in c. inſuper. de teſtib. cui aſsētitur ibi Fel. col. antepen. poſt med. & ita videtur tenere Iaſ. in l. dictantib. in princ. C. de teſtam. Soey. in l. ſi quis ita, nu. 2. & 6. vbi de * communi atteſtatur, & latè proſequitur materiam, idē probauit Nel. à S. Gemin. in ſuo tract. de teſtib. in 1. par. num. 34. verſ. legatarius Bernar. Diaz. in reg. 409. Inn. in c. 3. de teſtam. Crot. in tract. de teſtib. in prin. nu. 15. verſ. contrarium tamen, vbi etiam Pet. de Mōcad. quo in loco teſtatus eſt * de communi ex doc. Alex. in d. l. dictantib. C. de teſtib.

2 Amplia primo hanc concluſionē† ſibi locum vendicare etiam cum quæſtio eſt inter hæredem ſeriptū, & venientem ab inteſtato, vt * * de magis communi opinione dicit Alex. in conſ. 14. nu. 17. vol. 6. & doct. Bar. poſt gl. in l. qui teſtamenta, in princ. de teſt. & gl. & Doct. in c. omnibus, de teſt. & in l. nullus. ff. de teſti. & per Canon. in d. c. inſuper, de teſtibus, & per Doct. in d. l. dictantibus.

3 Primò limita non procedere, †quando ageretur de probanda vltima voluntate, quæ aliter probari non poteſt, cum non appareat ſcripta, neq; habeat authoritatem notarij, ſed omnem eſſentiam trahat ab eorū teſtimonio, ſecundum Abb. & Fel. in d. c. inſuper, & Imol. in l. qui teſtamēto. ff. de teſtam. horum opinionem ſequutus eſt Aufrer. in trac. de teſtib. nu. 61. verſ. legatarius.

4 Secundò limita non habere locū, † quādo quęſtio vertitur inter ipſum legatarium, & hæredē tunc enim non dicitur idoneus teſtis, vt plenè per Imol. in d. l. q teſtamento, & gl. & Io. Fab. in d. §. legatarijs, quibus adhæret Aufrer. in d. tract. de teſtib. c. 4. nu. 55. qui hāc concluſionem latè examinat.

5 Tertiò limitabis nedum non procedere, † quando in omnem euentum legatarius habiturus erat legatū, vt in caſu auth. ex cauſa, C. de lib. præt. vel quando eſt appoſita clauſula codicillaris, ſed etiam, quando ſecundariò concernit præiudiciū legatarij, vt per Imo. in d. l. qui teſtamēto; & ex pluribus deductis per Petr. de Moncad. in addit. ad Crot. de teſtibus in princ. ſub num. 5.

60 Quintò amplia principalem concluſionem † procedere etiam in libris tutorum, curatorum, executorum,negociorum geſtorum, & procuratorum , quib. non ſtatur pro ſe,tradit Cyn. poſt Petr. in l. id quod pauperib.& in l.ſi quis pro redemptione.C.de donat. Bart.in l.diuus.ff.ſi cui plus quam per l.Falcidiam, & in l.1.§.offi.ff.de tut.& rationibus diſtrahen. Bald. & Sal.poſt Cyn.in d.l.id quod pauperib.cir.fi.Cyn. in l. edita.C.de eden.Aret.Inſtit.de actio.§.actionum autem,ſub nu.45.Tiraq.de iud.in reb.exig.nu.7.vbi more ſuo plurimos cumulat.Dec.in l.1. C. de eden. & in c.2.ſub nu.17.de fid.inſtr.Bal.in l.inter chartulas, de conuien.fiſ.deb. Caſtr.conſ. 301. ad bene examinandum.Alex.conſ.vlt.lib.6.vol.7.Ruin. conſ. 54.num. 11.volum.1.Borgnin.in tract.de tutor.num.212.vbi multos allegat.

Declara modò hanc ampliationem intelligendã

61 eſſe † in ſummis magnis , quia in eis non creditur libris tutorum,curatorum,& aliorum adminiſtratorũ, & ita loquuti ſunt DD.ſupra allegati, ſecus autem in ſummis paruis,maximè ſi ſint veriſimiles,quia in his creditur etiam pro ſe.Bar.Bal.Alex.Caſt.Aret.& alij in loc.ſup.cit.Corn.in conſ.319.in lit.X.vol.3. Ruin. conſ.18.nu.2.vol.4.Iaſ. n d.l.admonendi. num. 126. Benintend.in deciſ.Bononien.deciſ.43.nu.12.

62 Contrarium † voluit Cranet. in tract.de antiq.tẽp. in 1.par.ſect.quarto limitatur.nu.28.cum plurib.ſeq. vbi latè confirmat, quod ſtante veriſimilitudine, libris tutorũ,& ſimilium eſt credendum, etiam in magnis ſummis,alleg.Corn.in conſ.81.lib.4.Abb. conſ. 36.col.fi.lib.2. & alios.

Tenendo hanc opin.quod liber tutorũ,& adminiſtratorũ probat pro ſe in ſummis paruis, vel ẽt in ma-

63 gnis,vt voluit Crau.vbi ſup.intellige†eam, dummodò talis liber primo contineat data,& acceptata clarè,& diſtinctè.Bart.in l.cõperimus.C. de nauic. li.11. Corn.conſ.197.cir.fin.vol.3.Alex.conſ.vlt.vol.7.vbi alios allegat.Dec.cõſ.110.n.8.Crau.in d tract. 1. par. ſect.4.limitatur.nu.45.Plot.in tract.de in lit.iurã.§.5. nu.mihi 31.ver.liber rationum.Borgn.in tract.de tutor.num.206.

64 Secundò,quod cauſam† contineat.Bart.in l. nudarario,& ibi DD.ff.de donat. Alex. conſ. 182. col. 11. vol.1.& conſ.172.col.1.vol.6.Crauet. in d.ſect.quarto limitatur.nu.46.

65 Hoc tñ intellige †neceſſariũ ad plenã probationẽ: nam & ſi cã nõ contineret, ſemiplenè tñ probaret, Rom.in conſ.292.in fi.& in cõſ.373.in 2.dub.Corad. in cõſ.66.col.2.vol.3.Iaſ.in l.admonendi. Crau. in d. tract.ſect.4.limitatur,ſub nu. 46.

66 Tertiò,ꝙ in eo†adſit appoſitio tpis,aut diei, A'ex. cõſ.70.col.3.li.1.& cõſ.77.col.2.vol.6.Hip.Marſ. ſingu.429.Plot.in d.trac.§.5.ſub n.32.Crau.vbi ſup.n.45

67 Quartò prędicta intellige,†dũmodo pſona ſit fide digna.Bal.in l.vnic.col.3.C.de cõfeſ.Ale.cõſ.vlt.lib. 7.Soc.in conſ.161.col.2.Crau.vbi ſup.nu. 32.

68 Quintò dũmodo liber cõtineat†veriſimilia.Guliel. de Cun.in l.edita.col.3.ver.ſed quæro.C.de edẽ. Bal. in l.1.cir.fi.C.de eden.& ibi Alex.idem Alex. in cõſ. 54.col.2.vol.2.Caſtr.in conſ.114.in cauſa, quæ vertitur. Iaſ. in l. admonendi,& ibi Rip.& cæteri.Dec.in conſ.510.& in conſ.596.Crau.vbi ſup. nu. 35. vbi latiſſimè Raphael Cuman.in conſ.136.cir. fi.

69 Sextò dummodo concurrat † iuramentum ſcribẽtis Guliel.de Cun.in d.l.edita. Crau.in d.loco. nu. 47. vbi dicit, quod ita volunt omnes* Doct. Cyn. in d.l. id quod pauperibus.Bart.in d.l.1.§.officio.Bartol. in rubr.C.de fid.inſtr.Rui.in conſ.54.nu.10.vol. 1.

70 Septimò, dummodo talis liber† contineat ſolùm rationes pertinentes ad bona eius,de cuius adminiſtratione agitur.Soc.in conſ.159.vol.2.Crauer. in loco ſup.cit.num. 51.

Octauò

71 Octauò intellige † prædicta procedere concurrente difficultate aliter probandi. Bal. in l. 1. C. de eden. Iaſ. in reper. l. admonēdi. Alex. in d. conſ. vlt. vol. 7. Crau. in d. loco. num. 34.

Limita modo principalem concl. 1. vt non proce-
72 dat † in his, quæ pendent à ſola voluntate ſcribentis, quia in illis rationum liber probat: de hoc eſt text. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & ibi Bart. idē Bar. in l. nuda ratio. ff. de donat. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in auth. at ſi contract. l. de fid. inſtr. Iaſ. in d. l. admonēdi. nu. 111. & ibi Cur. nu. 101. Rip. nu. 122. vbi dicit, ꝙ ita tenent communiter* DD. Imol. in c. 2. de fid. inſtr. nu. 17. & ibi Fel. nu. 21. fuit deciſum à Capel. Thol. q. 496. an liber rationum, & voluit Fol. ad Marant. in Spec. par. 6. actu 6. poſt nu. 23. Caccialup. in d. l. admonendi. num. 71.

73 Sublimita, niſi in libro ſcripta † ſint talia, ex quibus actus cum alio celebratus impugnetur. Ant. de Butr. in conſ. 71. Dec. conſ. 21. ſub nu. 1. verſ. non obſtat etiā & ibi alleg. Bal. in conſ. 96. incipiente. In Chriſti nomine amē, ad euidentiam generalem. Rip. in d. l. admonendi. nu. 122.

74 Secundò principaliter limita, † quando cum libro rationum concurrerēt alia adminicula, quia tūc probat. Bart. in d. l. admonendi. nu. 27. & ibi Iaſ. Caſtr. in l. rationes. C. de fide inſtr. Ant. de Butr. Abb. & Fel. in c. 2. de fid. inſtr. Boer. dec. 105. nu. 5. Soc. conſ. 161. n. 3.

75 Tertiò principaliter limita, † quādo in libro rationum multæ partitæ verificatę, ac probatæ fuiſſent per alias rationes publicas, tunc enim talis liber plenè probat pro ſcribente. Paul. Caſtr. in d. conſ. 138. ad benè examinandum. col. 1. in fi. lib. 1. refert, & ſeq. Iaſ. in d. l. admonendi. ſub nu. 128. Ang. Aret. in §. actionū. nu. 45. verſ. tertio decimo quæro, Inſtit. de act. Corn. conſ. 81. col. fi. vol. 4. Pariſ. conſ. 90. num. 4. vol. 1. vbi refert Strac. in d. conſ. 138. & dicit, quod alij Doctores ſequuntur. Ruin. conſ. 18. ſub nu. 2. vol. 4. Crauet. conſ. 158. nu. 6. Gram. conſ. ciui. 158. vbi dicit hanc deciſionem Pauli nouam, & menti tenendam. Gabr. lib. 1. de præſumpt. concl 5. vbi inquit hanc partē tanquam magis,** communem in practica ſeruandam his accedit Bertr. conſ. 298. nu. 11. lib. 2. Pariſ. cōſ. 47. vol. 1. Corn. conſ. 319. nu. 21. vol. 3. Foller. ad Marant. in Spec. aduoc. par. 6. act. 6. nu. 31.

76 Amplia hanc † limitationem, quia procedit etiam ſi partitæ non verificatæ fuiſſent magni momenti, Caſtr. in d. conſ. 138. ad benè examinandum. Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 128. Aret. Corn. Ruin. Gram. & cæteri ſupra citati in tertia limitat.

77 Contra hanc ampliationem † tenent Dec. in d. c. 2. nu. 17. Rip. in d. l. admonendi. nu. 125. in ii. Afflict. ſuper conſtit. in tit. de iure balij.

Sublimita modo dictam limitationem non proce-
78 dere † in capitulis ſeparatis: quia in his non facit fidē. Dec. in d. c. 2. de fid. inſtr. num. 17. & in l. 1. verſ. quid ſi aliqua. C. de eden. Purpur. in l. admonendi. nu. 204. & ibi Rip. nu. 125. Afflict. ſuper conſtit. in tit. de iure balij. nu. 23. Dec. conſ. 316. nu. 7. Crauet. in d. tract. in 1. par. ſect. quid in libro officialis. ſub nu. 12. qui adducū tur à Gabr. loc. cit. pro contraria opinione ad limitationem, quibus accedit Ceph. in conſ. 85. nu. 33. cum ſeq. & Ioſeph. Ludou. in ſuis deciſ. Peruſ. par. 2. vt ipſe refert. concl. 20. ad fi.

79 Quartò principaliter limita † in connexis: nam ſi in libro rationum reperiantur plura capitula connexa, & indiuidua, quæ commodè ſeparari non poſſint, & aliqua ſint pro ſcribente, aliqua contra ſcribentem, ſi aduerſarius velit talem librum approbare contra ſcribentem, tenetur etiam approbare pro ſcribente, & ſic in iſto caſu liber rationum probat pro ſcribēte ratione connexitatis. Bart. in l. quædam. §. nummularios, & ibi Ang. ff. de eden. Iaſ. in l. admonēdi. nu. 129. vbi alios citat. & ibi Rip. nu. 124. Imol. in d. c. 2. nu. 17. & ibid. Fel. nu. 25. & Dec. nu. 17. Bal. in l. rationes. C. de probat. & in rub. C. de fid. inſtrum. ſequitur Ancha. in clem. 1. de vſur. Pariſ. conſ. 90. nu. 2. & 25. vol. 1. Mattheſ. not. 79. Salic. in l. 1. C. de eden. Lanf. de Orian. in ſua pract. c. inſtrumentorum productiones. ſub num. 74. Rom. in l. nuda ratio. num. 8. ff. de don. Foller. ad Marant. d. actu 6. nu. 33.

80 Contrarium voluit † Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de inſtru. edit. in loco iam ſæpius alleg. Abb in c. 2. de fid. inſtr. & in c. bonæ. il 2. de poſtul. præla. Pariſ. conſ. 47. nu. 10. lib. 1.

81 Sed in iudicis arbitrio † reſidere hanc totam diſputationē, an is, contra quem liber à ſcribente producitur teneatur illi libro credere, tàm pro ſe, quàm cōtra ſe, poſt plures per eū relatos probauit Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cent. 1. caſu 93. vbi caſibus diſtinctis clarè hanc totam materiam, & doctè exequitur.

82 Quintò limita concluſionem † non procedere, vbi quātitas, & qualitas rerū, & veriſimilitudo aliud ſuaderet, quia his concurrentibus liber rationum probaret, etiam pro ſcribente, ſaltem cum eius iuramento Io. Andr. in add. ad Spec. col. 4. Bal. in rubr. C. de fide inſtr. Io. de Imo. in c. 2. de fid. inſt. & ibi Fel. Bal. in l. 1. C. de eden. Guliel. de Cun. in l. edita. C. de eden. & ibi Alex. Iaſ. in d. l. admonēdi. nu. 225. & ibi Rip. nu. 126. vbi dicit, quod in his, quæ veriſimilia ſūt, ſtatur libro cum iuramento, & ibi Lanfr. de Orian. ſub nu. 33.

83 Sextò limita in libris ſociorum, † qui inter ſocios plenè probant tàm pro ſcribente, quàm contra ſcribentem, dummodo contineant veriſimilia Bal. in d. rub. C. de fid. inſtr. Soc. conſ. 140. num. 6. vol. 2. & cōſ. 201. n. 14. eo. vol. Rip. in d. l. admonēdi nu. 129. Corn. in conſ. 319. vol. 3. & in conſ. 68. Alex. in conſ. 186. vol. 2. Crau. in d. tract. de antiq. tēp. in 1. part. ſec. quarto limitatur. nu. 55 cum ſeq. Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 92. in princ.

84 Amplia hanc limitationem † procedere nō ſolum ſi liber ſit ſcriptus per vnum ex ſocis, vel ab omnibus, ſed etiam ſi ſit ſcriptus ab inſtitore, quia ex quo eius perſona videtur approbata, talis liber probat ēt pro ſe Soc. in d. conſ. 291. Crau. in d. tract. nu. 55. ſenſit Alex. in d. conſ. 186. nu. 2. poſt Caſtr. conſ. 314. vol. 2. lib. 1. Menoch. in d. caſu 92. nu. 9. & hoc intellige, ſi talis inſtitor fuiſſet ab omnib. ſocijs deputatus: ſecus vero, ſi fuiſſet ab vno deputatus cæteris non mandātib. Alex. in d. conſ. 186. nu. 2. vol. 2. & ante eum Bal. in conſ. 278. lib. 3. Pariſ. conſ. 47. nu. 4. vol. 1. Crau. in loco ſupra cit. num. 56. Menoch. vbi ſupra. num. 7. & 8.

Sublimita modò prædictam ſextam limitationē,
85 1. non procedere, † ſi liber non contineret veriſimilia. Bal. in d. rub. C. de fid. inſtr. Crau. vbi ſup. num. 60. Menoch. in d. caſ. 92. nu. 5.

86 Secundò ſublimita, † quando liber contineret ſolum data per ſcribentem ſocium, & non accepta, & ita non eſſet liber rationum in forma dati, & accepti, Bal. in l. rationes. nu. 1. C. de proba. Iaſ. in repet. d. l. admonendi. nu. 111. & ibi Purp. nu. 199. & alij. Menoch. in d. caſ. 91. num. 6.

87 Septimò principaliter limita † in bancherijs, & campſoribus noſtri temporis, quando eorum perſona, & munus authoritate publica ſit approbata: nam libris talium perſonarum ita credendum eſt ratione publicæ authoritatis, vt aliàs credebatur libris argentariorum: ita expreſſè Menoch. in d. tract. lib. 2. cent. 1. caſu 91. nu. 15. verſ. vera itaq; eſt gl.

88 Amplia hanc limitationem † etiā procedere, quando liber magnas ſummas contineret, Abb. in c. bonæ, il 2. col. vlt. de poſt. præl. Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 19. & Menoch. vbi ſup. nu. 17.

89 Contrarium ſentit † Dec. in l. 1. nu. 4. de eden. Ripa, in d. l. admonendi, nu. 126. cum alijs adduct. per Dec. in d. l 1.

Con-

90 Concorda,† vt per Menoch.in d.tract. l. 2. cent. 1. caſu 91.nu.18.vt Dec.opinio procedat, quãdo publica authoritate fides eorum non ſit probata, vel veriſimile non concurrat.

91 Sublimita modo hanc ſecundam † limitationem primo non habere locum in campſoribus, & bancherijs noſtri temporis,qui authoritate publica non vtũtur,nec ita ſolemniter gerunt officium campſoris, vt olim faciebant argentarij: nam illorum libris nõ creditur pro ſe, ſed arbitrio iudicis.Sal.in tit. col. 3. verſ. quæro ſecundo.C.de eden.Barb.conſ. 53.col. 5. vol. 3.Menoch.vbi ſup.num.19.

92 Secundò ſublimita,† quando libris talium bãcheriorum,qui aliàs probarent,ſuſpicione aliqua falſi laborarent:nam tunc illis non creditur.Sal.in d. l. 1. & Menoch. vbi ſup.num.20.

93 Tertiò ſublimita,† quando aliqua præſumptio eſſet in contrarium.Sal.in d.l.1.Menoc.vbi ſup. nu.21.

94 Quartò ſublimita, † quando in libro aliquid contineretur diuerſum ab eius officio.Iaſ.in d.l.admonẽdi.nu.119.& ibi Ripa. nu.114. Iaſ.in l.age.nu.3.C.de tranſact.Dec.in c.poſt ceſſionem.nu.5.de prob. & in conſ.40.nu.3.Ripa.l.1.reſpon.C. & Menoch. in loco ſup.cit.num. 22.

95 Octauò limita principalem†concluſionem,quando liber rationum conſiderata qualitate, & quantitate rerum contineat veriſimilia, quia tunc probaret, Raph.Cuman.in conſ.236.cir.ſi.Iaſ.in d.l. admonendi.nu.125.Fel.in d.c.2.nu. 23.

96 Nonò limita, † quando liber contineret expenſas minutas,Ripa poſt alios in d.l.admonendi. nu.126.

CONCLVSIO DCCCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus liber rationũ priuati probet contra ſcribentem, & in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum priuati probat contra ſcribentem, Et cur, num.2.Contr.num.3.*

4 *Liber rationum priuati, præſertim mercatorum, & aliorum,qui conſueuerunt facere librum rationum,probat contra ſcribentem.*

5 *Liber rationum mercatoris probat contra ipſum, etiamſi ille negaret ſcripturas, q̃ reperirẽtur in libro ſuarũ rõnũ eſſe ſcriptas manu ſua, vel eſſe ſcriptas ſua voluntate.*

6 *Liber rationum priuati non ſolùm ſcriptis manu propria ſcribentis ſed etiam manu alterius rationes ſuas ſcribentis probat contra ipſum ſcribentem.*

7 *Liber rationum priuati manu alterius rationes ſuas ſcribentis abſente parte ſcriptus non probat contra ſcribentem.Contr.nu.8.*

9 *Liber rationum,quem quis habet pro ſuo,præſumitur eius mandato ſcriptus.*

10 *Liber rationum aduerſarij mei manu mea ſcriptus probat contra ipſum aduerſarium meum.*

11 *Liber rationum priuati non habens diem, & annum, & alias ſolemnitates probat contra ſcribentem.*

12 *Liber rationũ priuati non ſolùm probat contra ſcribentẽ, ſed etiam contra eius haredẽ, vel ſingularem ſucceſſorẽ.*

13 *Liber rationum perſonæ eccleſiaſticæ probat ipſam perſonam eccleſiaſticam.*

14 *Liber rationũ vſurarij contra ipſum non pro ipſo probat.*

15 *Librum rationum vſurarij aduerſarius petens ſibi edi cõtra ipſum aduerſarium, & contra vſurarium probat.*

16 *Liber rationum priuati nullas continens debiti cauſas cõtra ſcribentem non probat.*

Contrar.num.17.Concil.nu.18.

19 *Liber memorialis, & ſchedula reperta in libro rationum priuati contra ſcribentem non probat.*

Contrarium num.20

21 *Liber rationum priuati non confectus in forma rationũ contra ſcribentem non probat.*

Contrarium.num.22.

23 *Liber rationum priuati cui pars contradixit contra ſcribentem non probat.*

1 Librum rationum priuati †probare contra ſcribentem probauit Accur. periculum text.in l.quidam.§.nummularios. ff. de eden. & gl.in clem.1.§.cæterùm,in verſ.rationum, de vſu. ſequitur Bart.in d.§.nummularios.n.2.& in l.admonẽdi.nu.26.ff.de iureiur.vbi Lanf.de Orian.nu.33.Fran. de Cur.nu.106.Iaſ.nu.112.verſ.in 1.caſu Caccial.nu. 61.& ibi Rip.nu. 117. idem Bart.in l.nuda ratio, ſub rub.nu.7.ff.de dona.in auth.at ſi cõtractus. C. de fid. inſtr.Bart.in l.1.C.de eden.& ibi Bal.Sal.& Iaſ. nu.3. Ant.de Butr.in c.2.de fid.inſtr.& ibi Abb.nu.10. Fel. nu.23.Dec.nu.19.&c.Alex.conſ.245.vol 6. Io. And. in add.ad Spec.in tit.de inſtr.edit.§.nunc videndum. in add.magna. Alex.in conſ.91.vol.4.Boer.deci.205. in 1.par.Nam licet huiuſmodi confeſſio, parte abſen-

2 te ſcribatur,† ſcriptura tamen ſemper loquente,& tacitè contrahentium mandato facta parte producẽte, tunc demũ præſente ad plenã fidem faciendam ſufficiet.Io.Cora.poſt Bart.& alios in d.l.admonẽdi,verſ. abſolutis ijs,quæ ad tex.pertinebãt.nu.66.Aym. Crauet.de antiq.temp.par.1.ver.vidimus abundè.nu. 26.

Quia tamen in iure noſtro nihil eſt tam clarum,ꝙ

3 non in controuerſiam cadat,contrarium† in libro rationum priuati tenuit Imo.in d. l.nuda ratio.ff.de dona.& ibi Rom.n.4.idem Imo in c.ſi caut.de fid.inſtr. & additur Bal.in rub.C.de cõſt.pec.& Ang. de Peru. vt per Abb.in d.c.2.de fid.inſtr.n.10.quaſi d. §. nummularios,loquatur tantùm in campſoribus,& mercatoribus,propter mandatum tacitum,vel præſumptũ, & aliàs confeſſio obſtante parte facta non probet, qđ temperat Rom. vt tamen aliqualis præſumptio contra ſcribentem oriatur. ſed vt diximus ex Cora. ſcriptura habet actum permanentem,& ideò quandocũque ratificari eam ſatis erit,iuxt.doc.Sal.in l.vni.col. 3.C.de confeſſ.

Quare amplectendo primam opinionem, primò ampliabis eam etiam ex iſtorum ſententia, maximè

4 procedere in mercatoribus,† & alijs perſonis quę cõſueuerunt facere librum rationum, quia his cenſetur mandatum ab his,qui ſecum contrahunt, vt ſcribant omnia inter eos geſta,vt docuit Bal.in l.1. C. de edẽ. & ibi Dec.& in d.§.nũmularios.ff.eo.Bal. in l. rationes.C.de prob.Rip.in d.l.admonendi.nu.118.verſ.& maximè.Dec.in d.c.2.de fid.inſtr.Crau.in d. tract. de antiq.temp.1.par.verſ.vlt.& abundè.nu.26.& hoc caſu procedere opin.Bart.dicit Rom.in d.l. nuda ratio, nu.4.& ibi Alex.in addi.ad Bart.verſ.videtur,ꝙ ſic.

5 Ampliatur,hoc,quod dictum eſt de mercatore,† vt habeat locum, etiam ſi mercator negaret ſcripturas, quæ reperirentur in libro ſuarum rationum, eſſe ſcriptas manu ſua,vel eſſe ſcriptas ſua voluntate, quia nihilominus probat contra eum, ſecũdum Nic.de Matar.quem refert & ſeq.Io.Andr.in d.§.nunc dicendũ, in add.Bal.in rub.C.de fid.inſtr.Rom.in d.l. nuda ratio.ff.de dona.Iaſ. in d.l.admonendi. nu. 112.add.ad Abb.in d.c.2.de fid.inſtr.in ver.ſed ego. Alex. conſil. 147.col.3.vol.2.& in conſ.245.nu.6.Dec.in l.fi. colu. 11.C.de edic.diui adr.tol.& in d.c.2.Crau. in d. tract. tertio vidimus,& abundè.nu.28.

6 Secundò amplies velim †concluſionem procedere non ſolum in libro ſcripto manu propria ſcribentis, ſed etiam manu alterius rationes ſuas ſcribentis. Iaſ.in d.l.admonendi,nu.112.verſ.addo in primis,& ibi Rip. nu. 119. puta factoris. Ant. de Butr.in d.c.2. col.5.de fid.inſtr.& ibi Abb.& Fel. ſub nu. 31. Iaſ. in d.l.admonendi.nu.94.& 95.

7 Sed quod hoc caſu non probet† liber rationum cõtra ſe,

tra ſe,ſi ſit ſcriptus abſente parte, expreſsè tenuit Bar. in d.l.nuda ratio, poſt nu. 4. verſ. & ideò puto,quod dictum exiſtimant mirabile Doct.& ibi dicit Alexã.
8 in quo ſenſit†contrarium,Imo.& Rom.& Caſtr.ibi, &plenius Alex.qui adducit contra Bart.Io.And. ad Spec.tit.de inſtr.edi.§.nunc reſtat.& tex.in l.diuus.§. item ſenatus,ad fi.ff.ad leg. Falc. qui tamen vno caſu ſequetur Bart.quãdo ſcilicet ſtatutum requiret, q liber rõnũ ſit propria manu conſcriptus,& Rom.ibi.nu.6.

Quòd autem diximus in ampliatione, intelligen-
9 dum erit in libro,quem quis habet pro ſuo, † nam cũ illo vtatur vt ſuo,præſumitur ſcriptus de eius mandato.Abb.in d.c.2.Alex.in conſ.245.vol.6. Rip. in d.l. admonendi.nu.119.Fel.in d.c.2.nu.31. et quod reperitur ſcriptum apud me,preſumitur ſcriptum conſenſu meo,licet non ſit manu mea, vt ſcribit Bal. in rub. C.de fid.inſtrum.
10 Tertiò ampliatur,† etiam ſi aliquid ſcriptum eſſet in libro aduerſarij manu mea, quia talis liber probat etiam contra meum aduerſarium: quia eius volũtate id ſcriptum creditur.Raph.Cum.conſ. 236. refert, et ſequitur Rip.in d.l.admonendi,ſub nu. 119.

Quartam ampliationem recipit cõcluſio ſuperius
11 firmata,vt procedat † etiam ſi liber non habeat diẽ, et annum,et alias ſolemnitates, de quibus per Doct. in l.1.§.rationes,et ibi Caſtr.et Modern.ff.de eden.et per Bal.in rub.C.de fid.inſtr. Ad hoc enim vt ſatis liber probet contra ſcribentem,non eſt quærẽdum, an habeat tales ſolemnitates.Io.And.in add. ad Spe. tit. de inſtrum.edit.§.nunc videndũ,in add.magna.Ant. de But.et Panorm.in d.c.2.de fid.inſtr.Iaſ.in d. l. admonendi.nu.115.et ibi Rip. nu.120.
12 Quintò ampliabitur,vt talis liber †rationum nõ ſolum probet contra ſcribentes,ſed etiam contra eorũ hæredes,vel ſingulares ſucceſſores.l.Publia,§.fi.ff.de po.Crau.de antiq.temp. ſect. viſo de verbis enunciatiuis.nu.2.in 1.par.vbi allegat Spec. in tit.de inſtrum. edit. §. nunc dicendum. Bal.in conſ.275.col.2.lib.3. Gem.conſ.9.et alios, vt ibi. Ad quod faciunt etiã ea, quæ allegantur in ver.in proxima præced.concluſ. in 1.ampliatione.
13 Sextò habebit etiam locum † in libris eccleſiaſticarum perſonarum,vt conſulendo ſcribit Ancha. in conſ.44.ſub nu.6. vbi liber ſcriptus à Canonicis facit fidem contra ipſos.
14 Septimò ampliatur procedere†in libro vſurarij,qui contra ipſum probat,non pro ſe,Card.in clem.1. §.1. q.6.par.gl.de vſur.Bal.in rub.C. de conſti.
15 Iſtud limitare poteris non procedere, † quãdo aduerſarius peteret ſibi edi librum, quia deberet tali libro ſtari etiam contra ſe,et pro vſurario, per gl.in d. clem.1.§.1.de vſu.
16 Primò limita concluſionem non procedere, † qñ liber nullas contineret cauſas debiti quia tunc non probaret contra ſcribẽtem.Io.And.in d. add. ad Spe. Bal.in d.auth.C.de fid.inſtrum.Bar.in d.l. nuda ratio. et ibi Rom.ff.de donat.Bart.et Bal.in l.ſcripturas. C. qui pot.in pig.ha.Doct.in c.cautio, de fid.inſtru..Iaſ. in d.l.admonendi,ſub num.115.verſ.limita prius primum caſum.Fel.in d.c.2.de fid.inſtrum.nu.31. et canit Foller.ad Maran.in Spec.aduoc,par.6. act. 6. nume.24.
17 Contra, quod tamen † ſenſit Dec.in d.c.ſecundo, ſub num.19.ad finem,verſ.infertur etiam, de fide inſtrumentorum.
18 Recõciliari tamen poſſunt †inter ſe diſſẽtẽtes opiniones,ſi dicamus priorem ſentẽtiam procedere, vbi etiam non adeſſent aliquæ coniecturæ de cauſa debiti,aliàs cõiecturis exiſtentibus poteſt procedere opinio Dec. nam aliàs vbi requiritur probatio de vera cauſa ſufficiant coniecturæ. Bal.in rub. de fid. inſtru. Bertr in conſ.298.lib.2.Alexã. conſ.4.nu.6.col.6.nu. 10.lib. 1. et ita declarat Foller. ad Maran. in Specu. par.6.actio.6.num. vigeſimequarto.
19 Secundò limitatur,in libro memoriali, & ſchedula reperta etiam in libro rationum, quia non probat contra ſcribentem.Bar.in d.rub.C.de fid. inſtru. verſ. item dubitatur,vtrum iſta ſcriptura. & in rubr. C. de cõſt.pec.Iaſ.in d.l.admon.nu.115.& ibi Fran.de Cur. n.106.Fel.ĩ d.c.2.n.29.Ro.ĩ d.l.nuda rõ.n.27.ff.de do.
20 Cuius etiam contrarium ſenſit † Dec. in d. c.2.ſub nu. 19. de fide inſtrum.
21 Tertiò reſtringes concluſionem,† vt non procedat in libro non confecto in forma rationum,& nõ continente data,& accepta.Bal.in l.rationes. C. de prob. & in d.rub.C.de fid.inſtr.Rom.in d.l.nuda ratio. nu. 7.Iaſ.& ibi Caſt.& Alex.in d.l.admonẽdi.nu.115,vbi alios citat.Fel.in d.c.2.ſub nu.30.verſ.fallit.
22 Contrarium voluit † Dec.in d.c.3.ſub nu.19.extra de fid.inſtr.Crau.in d.tract.ſect.vidimus, & abundè, nu. 27. ea ratione, quia poſtquam ſcriptura peruenit ad manus partis abſẽtis, valet tanq̃ cõfeſſio facta parte plenè, quæ plenè probat,nõ apparẽte de reuocatione antea facta,vel de errore,q ſup.etiã attigimus.
23 Intelliges demũ conclu.non procedere,† ſi pars libro cõtradixiſſet.Rom.in d.l.nuda ratio.n.o. ſeq. Iaſ. in d.l.admonendi.nu.115.verſ.3.limita, & ibi Franc. Cur.nu.106.Fel.in d.c.2.n.31.ver.fallit vlt.de fid.inſt.

CONCLVSIO DCCCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Quando rationum liber pro tertio cõtra tertium probet.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum pro tertio contra tertium regulariter non probat.*
2 *Liber rationum publici officialis pro tertio contra tertium plenè probat.*
3 *Libri theſaurariorũ plenè probant pro tertio cõtra tertiũ.*
4 *Liber rationum publici officialis deputati ad recipiendum tantum pro tertio contra tertium non probat.*
5 *Liber rationum publici officialis pro tertio contra tertiũ abſentem non probat.*
6 *Libri rationum campſorum, & mercatorum inculpatæ fidei hominum pro tertio contra tertium ſemiplenè probant.Contr. nu. 7.Concil.nu.8.*
9 *Liber rationum mercatoris, qui ab initio iurauerit artem ſuam fideliter exercere, & probe,pro tertio contra tertium probat.*
10 *Liber rationum pro tertio contra tertium plenè probat, quando agitur de probanda ſcientia, & notitia tertij.*

1 Librum rationum†pro tertio contra tertiũ non probare regulariter, firmauit Fel.in c.2.nu.32. de fid.inſtr. quia iure cautum nõ reperiatur,& per tradita per Bart.& alios in l. admonẽdi.ff.de iureiur.& in l.nuda ratio. ff. de don.

Verùm hæc concluſio non eſt perpetua, ſed fallit
2 in libro publici officialis,† quem plenam fidem facere pro tertio contra tertium probauit idem Bart.in d. l.nuda ratio,& in d.l.admonendi, & in l.1.§.nummularios.ff.de edend.vbi Alex.in 2.not.& Ang.dicit, q
3 ita communiter † obſeruatur, & communiter Doct. ſequi teſtatur Franc.Curt.in d.l.admonendi. nu. 132. & tenet Crauet. in tract. de antiq.temp.par.1.verſic. quarto limitatur.num.70.vbi capit.Iaſonẽ, qui conſulendo in conſil.103.colum.1.lib.1.tenuit, ſemiplenam tantum probationem inducere in repet. tamen l.admonendi. num. 133. adhæret communi ſententiæ,cum qua etiam tranſit Ripa.num.130. & Fely.in d.c.2.num.32.verſ.fallit primo.Alex.in conſ. 179. in princ.lib.6.Soc.conſ.159.in prin.lib.2. & in cõſ. 205. col.2.

col. 2. verſ. tertio probatur, eo.lib.Hinc dicunt locis
3 adductis Doctores, libros Theſaurariorum † plenè probare,vt in l.2. vbi Bald. C. de conuen. fiſci deb.& in l.1.C.de exact. tribut.lib.10. & conſulendo ſcribit Bal.in conſ.265.creditor.lib.1.& alios adducit Grau. d.verſ.4.limitatur.nu.62.Burſ.conſ.87.nu.7.lib.1.

4 Sublimitatur procedere, † quādo officialis fuit deputatus ad ſcribendum, ſecus ſi ad recipiendum tantum.Iaſ.in d.l.admonendi,in repet.num. 233. Franc. Curt.num.132. qui ita dicit procedere dictum Bal.in l.Imperator.col.fi.verſ. an creditur. ff. de ſtatu hom. vt latè etiam per Grauet.præcit.loc. nu.64.

5 Sublimitatur ſecundo procedere,† quo ad eos, cū quibus res geſta ſit,ſecus contra tertium abſentem,vt conſuluit Alex.in conſ.36.lib.5. Imo.in conſ. 96. in fi.Grauet.d. verſ.quarto limitatur.nu.71.Menoch.in tract.de arb.iudic.lib.2.cent.2.caſ.191.nu.26.& conſ. 40.num.72.& ex Grauet.loco citato poteſt etiam aliter declarari, cum alijs adductis per Burſ.conſ.320. num.100.lib. 2.

Reſtringitur etiam ſecundo loco concluſio, vt nō
6 procedat† in libris campſorum, & mercatorum, qui pro tertio cōtra tertium, ſi ſint inculpatæ fidei homines,ſemiplenè probabunt, ſecundum Bart. & Doct. in d.§.nummularios.Iaſ.in d.l.admonēdi. num. 333. quaſi ſucceſſerint in locum eorum, qui olim officiū publicum habebant,& hoc probauit conſuetudo, vt dicunt Ant.& Abb.in d.c.2.de fid. inſtrum. vbi Dec.
* col.7.teſtatur communem * eſſe opinionem, & poſt eum Grau.d.tract.verſ.vidimus abundè. nu.29.vbi & illud dicit,quod ſi ſit ſcriptura duorum mercatorum, plenè probabit,vt ibi per eum.

7 Sed tamen,quod libri mercatorum† nihil probent pro tertio contra tertium,docuit Fel.in c.2.nu.33. de fide inſtru.poſt Imo.& Rom.in d.l.nulla ratio,& cōprobat Menoch.in conſ. 23. num. 15, & conſ.39.nu. 28.& num.72. & tenuit Rot. prout teſtati ſunt in ſuis deciſ.manuſcript.Veral.deciſ.13.lib.1. & Cot. deciſ. 262.& Paleot.deciſ. 190.

8 Si quis tamen tenere vellet † communem opinionem,dicere poſſet procedere,quando partes accedūt ad mercatorem,& rogant, vt velit ſcribere in eius libro contractum ipſarum partium, & ita loquuntur Doct.vt per Grau.loc. cit.nu. 29. contraria autē procedat pro tertio contra tertium abſentem, tūc enim res inter alios acta ſibi præiudicare,non debet, vt ſupra etiam dicebamus de libro officialis publici,& docuit Bald. in d.§. nummularios.Iaſ.d.conſ.403.lib.1. Dec.conſ.13.nu.15.verſ.non obſtat.

9 Ea amplectendo† communem *opinionem,ita eſt
* intelligēda, modò mercator ab initio iuraſſet artem ſuam fideliter exercere,& probè,Alex.conſ.134.col. 3.verſ.prætereà,lib.2.Rip.in d.l.admonendi.nu. 130. & Iaſ.nu.133.de quo etiam per Grau.d.verſ. vidimus & abundè.num.32.& ex ſuprapoſitis de qualitate ad legalitatem libri in alijs concluſionibus poſſet hæc declarari,vt per Iaſ.d.l.admonendi.

10 Hic ſolùm non omittas, † quod,quando agitur de probanda ſcientia, & notitia tertij, liber pro tertio contra tertium plenè probat. Abb.cōſ.81.col. 1. poſt med.lib. 1.& alijs caſibus notatis per Grauet. loco citato.num. 31.

CONCLVSIO DCCCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Libellus qua ratione per teſtes poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Libelli definitio.*
2 *Libellus per teſtes poteſt probari.*
3 *Quod ad ſui ſubſtantiam exigit ſcripturam,poteſt probari teſtibus, ſi ſit amiſſa ſcriptura.*
4 *Libelli oblatio non ſolum teſtibus poteſt probari,ſed etiam eius tenor.*
5 *Libelli tenor ex lectura ſententiæ poteſt probari,& cur.*
6 *Libelli qualitatem præſumere debemus ex verbis ſententiæ.*
7 *Libelli verba dubia, ſententia poſſunt declarari.*

Tametſi libellus tàm coram iudice, quàm coram arbitro in ſcriptis offerri debet,ex his,quæ adducit Rom.in rep.rub.ff.de arbit. num.37.tum ex definitione, quam tradit Spec.in tit. de lib.conceptio.§.1.in prin.dum dicit,quod libellus
1 † eſt breuis mēbrana,actoris petitionem, & eius cauſam,& eius actionem complectens, vel eſt ſcriptura, agentis quæſtionem continens,& futuram actionem depromens,per text.in c.fi.de lib.ob. & in l.edita, C. de eden.& per Roffred.in ſua ſum.in prin.& Card.in clem.ſæpè.q.18.de verb. oblig.

2 Nihilominus poterit per teſtes† probari, ita adno. Bal.in l.geſta,quæ eſt fi.col.3.verſ.quædam ſcriptura. C.de re iud.& faciunt not.per Abb.in c. ſicut nobis, nu.4.eo.de re iud.inquiens,quod id, quod ad ſui ſub-
3 ſtantiam † exigit ſcripturam, poteſt probari per teſtes,ſi ſcriptura ſit deperdita, adducēs exemplum de ſententia,ad cuius validitatem etiam requiritur ſcriptura,per ca.fi.de re iud.lib.6.& tamen poteſt probari per teſtes. & idem tenuerunt DD.Rot. in deciſ.409. aliàs 19.de re iud.in nouis.& Fel. in d.cap.ſicut nobis num.10.verſ.8.& vlt.declaratio.Aret.conſ.137.colu. 2.Francus in cap.vt debitus,de appel.in 6.col.7. & de libello deperdito idem cenſuit Dec.in cap. quoniam contra.nu.23. de prob.

4 Hanc concluſionem velim in primis amplies,† nedum per teſtes poſſe ipſius libelli oblationem probari,verùm etiam & ipſius tenorem,quod quidem non adeò præcisè intelligendum eſt,vt teſtes habeant deponere de verbo ad verbum,de omnibus verbis in ipſo libello contentis, ſed ſufficit oſtendere ipſius effectum,& ſubſtantiam. illud no.in ſimili. de ſententia Abb.in d.c.ſicut.num.5.de re iudic.& Bal.in d. l. fin. colum.3.verſ.quæro qualiter.C.eodem de re iud. ponit praxim qualiter teſtes habeant interrogari, & deponere.

5 Secundò etiam ampliabis, † vt non ſolum per teſtes id probari poſſit, verum etiam ex lectura ſententiæ,quia illa debet eſſe conformis libello. capit. licet Heli. de ſimo. cum ſimi. quapropter ex conſequenti
6 ex verbis† ſententiæ debemus ipſius libelli qualitatē præſumere eſt glo. ſingul.in cap. dudum de decimis.
* vbi etiam * omnes Doctor. & præcipuè Abb.nu.15. & Anto.de Butr.& Apoſtoli ad ipſum Abb.ad d.nu. 15.& Ioan.Lecirier.in tractat. de primoge. quæſt.11. lib.1.nu.6.tom. 7.

7 Hanc ampliationem ampliabis, † vt non tantum procedat in libello deperdito, verum etiam in dubio: puta, quia verba non ſunt clara, quia ex ipſa ſententia declaratur libellus,ita Abb. in d. cap. ſicut nobis. ſub num.15.de re iudic. Quinimò ſtatur etiam dicto ipſius actoris, vt per Butr.in cap.1.in vlt. verbis de lib.ob.per doct.Specu. in tit.de lib. conceptio.alij dicūt de libell.obla.ſed nullibi illam inuenire potui. Verùm cum generalem firmauimus concluſionem ſupra in concl. Acta iudicij, & latius etiam infra dicitur in concl.Scriptura,in concl.Sententia,& in cōcluſio.Solemnitas.ideò illuc te reijcio.

CON-

CONCLVSIO DCCCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Omnia libera cenſeri, ni aliud demonſtratũ fuerit: & quo pacto probetur res libera ab onere ſoluendi collectas.

SVMMARIVM.

1 *Libera res omnis, perſonaq; hodie præſumitur, niſi contrarium probetur.*

2 *Libera res ab onere ſoluendi collectas probatur ex eo, quod non reperitur regiſtrata in cataſtro, in quo ſoluẽtes deſcribuntur.*

1 Cum iure primæuo omnis perſona, omnisque † res libera fuerit. ſ. ius autem gentium, Inſt. de iur. nat. gen. & ciui. ita etiam hodie talis præſumitur, niſi contrarium probetur, ita notãter docuit Io. And. & Doct. in c. nimis, de iureiur. & in c. ſi ſuper ver. reſpondere, de iud. & probatur in c. 2. ſi de feudo fuerit contr inter maſc. & fœm. & tradit Bal. in conſ. 351. in bonis feudalibus, col. 2. lib. 1. et Caſtr. in conſi. 179. in cauſa, quam Magnificus, ſub nu. 1. vol. 1. & de * communi atteſtatur Burſat. in cõſ. 8. nu. 17. & in cõſ. 10. nu. 12. & latius in conſ. 46. nu. 23. & vtrobique multos id tenentes congerit, prout & facit Gabr. in cõcl. 3. de feud. & Borgn. Caual. in deciſ. 44. nu 155. & Tib. Dec. in conſ. 33. num. 50. et 53. volum. 1. et in conſil. 219. num. 12. vol. 3. & nos latius diximus ſupra in concluſio. Allodialis, quo in loco hanc materiam latè examinauimus, quamobrem ibi recurrendum eſſe, te benignè lector admoneo.

2 Scito tamen interim, quòd libera † res ab onere ſoluẽdi collectas etiam probatur ex eo, quod non reperitur regiſtrata in cataſtro, in quo ſoluentes deſcribũtur, ita arguendo reſpondit Curt. iun. in conſ. 106. col. fi. ad fi. & larius Crauet in conſ. 111. nu. 4. et nu. 13. & quidem optimè faciunt collecta per Hercul. de probat. neg. num. 181. et per doctis. Menoch. in conſ. 75. num. 10.

CONCLVSIO DCCCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Libertatem non probari ex eo, quòd producatur inſtrumentum emptionis à domino ſubtractum: & qui iſtud procedat.

SVMMARIVM.

1 *Libertas non probatur ex productione inſtrumẽti emptionis a domino ſubtracti, quinimo ſeruitutem probat cõtra producentem.*

2 *Inſtrumentum emptionis ſeruum ſubtraxiſſe ſufficit probare, ſi dominus velit illum aſſerentem ſe libertate donatum in ſeruitutem vindicare.*

Et cur. num. 3.

4 *Inſtrumentum emptionis ſeruum aſſerentem ob hoc ſe liberum ſubtraxiſſe non ſufficit probare, ſi ille ſit in poſſeſſione libertatis, ſed per aliam probationis ſpeciem dominus id probare tenetur, ſi velit in ſeruitutem vindicare.*

1 Libertatem nõ probari † ex productione inſtrumenti emptionis à domino ſubtracti, quinimmò contra producentem plenè probare, & ſic ſeruitutem, ſancitum eſt in l. ſi de poſſeſſione. C. de prob. vbi Bart. Bal. Paul. Caſtr. & alij ſcribentes. adeò vt ſi dominus velit ſubtrahentẽ
2 † in ſeruitutem vindicare, ſufficit probare illum ſubtraxiſſe inſtrumentum emptionis: nam qui ſubtraxit
3 † præſumitur habere malam cauſam, vnde ipſa probatio inſtrumenti ſubtracti inducit, & probationem emptionis, & in omnem caſum defertur iuramẽtum ſuppletiuum, ita docuit Bald. in d. l. ſi de poſſeſſione, vers. no. quod. C. de prob. & ibi idem Caſtr. inquiens, ſufficere probare furtum, vel ſubtractionem, licet nõ probetur plenè tenori pſius inſtrumenti, quod extendit etiam ad omnia alia inſtrumenta, & diximus in concl. Laceratio, & alibi ſæpè.

4 Id tamen intelligendum eſt, ſi ille, † qui in ſeruitutem vindicatur, non eſt in poſſeſſione libertatis, aliàs ſecus, quia tunc vindicans in ſeruitutem probare debet per aliam ſpeciem probationis, ita Bart. in d. l. ſi de poſſeſſione, in antiqua lect. nu. 5. verùm ſi is, qui eſt in poſſeſſione libertatis petijt talem ſe pronũciari, neceſſe habet probare ſe ingenuum, ſecus ſi nõ inſtat ſe ita pronunciari, quia tũc ſufficit illa quaſi poſſeſſio libertatis, ita vt actore non probante ſeruitutẽ debet huiuſmodi petitione liberari, non tamen pronunciandum eſſe liberum, ita docuit Paul. Caſtr. in l. matrem. nu. 2. & ibi Bart. C. eod. de probat.

CONCLVSIO DCCCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Liberalem neminem adeò præſumi, vt rem ſuam dare, vel pecuniã ſoluere præſumatur: & in quibus id habeat, vel non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Liberalitate ductus nemo præſumitur, vt rem ſuam dare, vel pecuniam ſoluere velit, & cur.*

2 *Pater ſoluens impenſas filio in publica academia ſtudijs incumbenti, præſumitur id facere animo compenſandi.*

3 *Nobilis, & diues dans non maximam quãtitatem, vel rem, præſumitur ex mera liberalitate donationis gratia elargiri.*

4 *L. ſi quis antequam duxerit, in fi. ff. de acq. poſſ. limitata.*

5 *Liberalitas cõuenit nobilibus, diuitibus, & illorum eſt propria, ac ſingularis animi qualitas, ac condimentum.*

6 *Teſtator nobilis, & diues, præſumitur legaſſe, quod maximum eſt.*

7 *Nobilis impendens labores in fructus colligendo, ſollicitando, & alia id genus faciendo, non poteſt aliquam mercedem petere.*

8 *Liberalitate donata res præſumitur ex nobilitate:*

1 Liberalitate ductum † rem ſuam nemo dare, vel pecuniã ſoluere probatur legis præſumptione, nemo enim ita ſupinus iure præſumitur, vt ſuum iactare velit. l. cum de indebito. ff. de prob. facit c. cum ſuper, de renunc. c. quia veriſimile, de præſ. gl. & Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. faciunt ad hanc rem, quæ congeſſimus ſup. in concl. 514 Donatio regulariter non præſumitur. ad quæ ſufficiat remiſſio, vltra ea, quæ vberrimè in hunc ſenſũ ſcripſit Tiraq. in repet. l. ſi vnquam. in gl. donatione largitus. nu. 206. 207. 208. C. de reuoc. don.

Amplia tamen, & hic hmõi concl. vt procedat ẽt
2 in patre † poſſidente bona, vel pecunias filij, qui ſoluit impẽſas filio, in publica academia ſtudijs incũbenti: nã ex mera liberalitate eũ id feciſſe iura nõ pſumũt, ſed ꝙ aĩo cõpenſandi in exactis ex peculio ipſius filij id fecerit. Bar. in l. 1. §. nec caſtr. col. 4. ver. qro hic loqtur. ff. de collat. bon. & in l. Neſen. col. 1. verſ. itẽ licet pater. ff. de neg. geſt. & in ſuo tract. de duob. fratr. §. 2. quæro, quid ſi pater. Flor. in l. quem pater. ff. fam.

ercifcund.facit.l.penult.ff.de petit.hæred.Bertran. in
conſ.14.nu.8.vſq; ad fi. lib. 2.

Limita primo, vt non procedat in nobili,& diuite
3 † dante non maximam quantitatem,vel rem: ex no-
bilitate enim diuitijs, & qualitate rei non animo re-
petendi, vel compēſandi,ſed ex mera liberalitate do-
nationis gratia elargiri tunc iura præſumunt.glo.in l.
vxori,§.vxori ſuæ,in verſ.quod præſumptū. ff. de leg.
3.& ibi gl.ſequitur Bart.in ver.ſericis.Bal.in l.qui pa-
terno.nu.3.ver.& licet gl.C.de neg.geſt.& in l. 2. nu.
3.ver.& alibi gl.C.de iur.dot.& in l.1.nu.14.ver.quæ-
ro,nunquid mulieri.C.ad Senatuſcon. Velleian. Bal.
in l.ſi patrono.C.de neg.geſt.quem refert, & ſequitur
Afflict.in c.1.§.donare.num.30.ſuper feudis.tit.qual.
olim.feud.alien.poſſ.vbi ex hoc limitat. l. ſi quis an-
tequam duxerit,in fi.ff.de acq.poſſ.vbi dicitur, quod
4 † conductio facta ſub præſtatione vnius nummi non
valet, vt non procedat in nobili, & diuite ſic locante
rem ſuam.Iaſ.in l.cum quidam,in 1.lect.n.19.ver.eo-
dem modo nobilitas.ff.ſi cer.pet.vbi multas gl.ad id
alleg.& in conſ.45.factum ſic ſe habet,Scremiſſimus
nu.10.li.1.Ant.Corſ. in rep.c.grandi.col.12.nu.50.de
ſuppl.neg.præl.Io.Lup.in reper.rub.de don.int.vir.&
vxo.§.8.verſ.limitabis tamen prędicta,& §.10.ver.&
hinc eſt.Rom.ſing.644.nobilitas inducit.Cor.cōſ.81.
primus conſultationis artic.col.1.nu.3.lib.1.Affli. in
conſt.Sicil.incip.minorib.col.4. verſ.3. quærit. & per
Guid.Pap.de præſump.nu.3.vbi de Rege loquitur.

Huius limit.ea aſſignatur ratio,quod liberalitas cō
5 uenit nobilibus † diuitibus,& illorum ea eſt propria,
ac particularis animi qualitas,& condimentum, c.1.
de dona.vbi Panor.in 3.not.Io.Monac.Archid. Ioā.
And.Gem.& Fran.in c.grandi, de ſuppl.negl.præl. in
6.Luc.de Pen.in l.vlt.col.18.ver.29.C.de loc.præd.ci
ui.lib.11 Barb.in conſ.18.præclarè ſcribitur.nu.3.lib.
2.facit opt.text.in l.filiusfamil.verſ. nunquam etiam
ex perſona.ff.de don.quem text.not.Bal.in l. ſi filius.
C.de donat.vbi limit.illum text.per d. l. filiusfam.

Ex quo multæ emanant pulcherrimæ cōcluſiones,
tanquam ex vberrimo fonte riuuli, quas omitto, ne
materias tranſplantare videar contra propoſitum no
ſtri inſtituti,duas tamen omittere non poſſum, quip-
pè quæ ad rem magis faciant:prima,quòd licet alias
6 liberalitas † teſtatoris in legato in genere,vel per ver-
ba ſuboſcura intelligatur de re minima,vel mediocri
vt minus ponderis habeat hæres.l. qui lancem. ff. de
aur.& arg.leg.& tamē nō habet locum, ſi teſtator ſit
nobilis,& diues, quia tunc legaſſe præſumitur, quod
maximum eſt.Bal.in l.1.C.de leg.2.quod ſi nobilis la
7 bores impendat † in fructus colligendo,ſollicitando,
& alia id genus faciendo, non pōt aliquā mercedem
petere. Bal.in c.grauis.nu.8.verſ.ſed nunquid nobilis,
de reſt.in integ.ſequitur Io.Lup.in d.rub.de don.int.
vir.& vxo.§.9.nu.7.& Bal.in cōſ.107. in fi.lib.2.dicit,
8 ꝙ ex nobilitate donata † res liberalitate præſumit, in
pleniorē,& potentiorē intellectum, & Paul.Caſtr.in
cōſ.187.notādū eſt.col.1.n.1.ver. & ex qualitate,li.2.

CONCLVSIO DCCCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Liberatio debiti,quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio debiti non præſumitur,& cur.*
2 *Liberatio debiti probatur ex eo,quod penès debitorem repe riatur inſtrumentum debiti,ſiue cancellatum,ſiue non.*
3 *Liberatio debiti probatur per confeſſionem creditoris.*
4 *Liberatio debiti probatur per alteram ſcripturam, vel per quinque teſtes.Et cur,nu.5.*
6 *Liberatio debiti per teſtes probatur,qui ſint integrę opinio-nis, & probatæ fidei, quæ qualitas eſt articulanda, & & probanda.*
7 *Liberatio debiti per teſtes rogatos ad hoc eſt probanda.*
8 *Liberationem debiti,ſi iudex per aliam probationem, quā per eam,quæ in l.teſtium.C.de teſt.traditur, præciperet probare,huiuſmodi probatio nihil valere,ſi pars contradiceret,& proteſtaretur.Limita, nu.11.*
9 *Liberationem debiti ad probandam contra ſcripturam pri uatam non admittitur alia probatio, niſi per aliam ſimilem ſcripturam,vel per quinque teſtes.*
10 *Pactum de non petendo probatur per aliam ſimilem ſcripturam,vel per quinque teſtes.*
12 *Liberatio debiti probatur,ſi creditor iuratus in teſtamento dixiſſet,ſibi tantū deberi,licet hæredes de maiori ſumma probarent.*
13 *Liberatio debiti probatur ex eo,quod creditor ſciens debitori ſoluat aliquot debitum citra compenſationem concurrentibus alijs coniecturis.*
14 *Liberatio debitoris à pęna damni,& intereſſe probatur per exactionem ſortis principalis.*
15 *Liberatio debitoris præſumitur ex præſcriptione longiſſimi temporis 30. annor.*
16 *Liberatio debitoris ex eo præſumitur, quod creditor eius bona adminiſtrauit.*
17 *Liberatio reddendæ rationis adminiſtrationis per literas domini rei adminiſtratæ probatur.*
18 *Liberatio debitoris à reliquo non probatur ex eo,quod debitor partem debiti ſoluens creditori dixerit, accipe centum, quæ tibi debeo cum debitum maioris ſummę eſſet. Iſtud ampliatribus modis,vt nu.19.20. & 21.*

Cum liberatio ſit quędam donatio,ſicuti pla-
cuit Caio.in l.cōtra iuris.§.1.ff. de pact.
& meminit Bar.in l.ſi vnus.§.pact.col.3. eo. de pact.
& in l.ſi de certa.C.de tranſac.& donatio non præſu-
matur,ex iis, quæ latiſſimè cōgeſſimus ſup. in concl.
554.donatio regulariter non præſumitur, ita & libe-
1 ratio debiti,† non eſt præſumenda,niſi probetur.Pro-
babitur tamen multis modis, vt infra patebit.
2 Et primò probatur ex eo, † quod penès debitorem
reperiatur inſtrumentum debiti,ſiue cancellatum,ſi-
ue non,prout latè diximus ſup.in concl. debiti ſolut.
& in concl.inſtrumētum.cum amplia.& limitat.quę
hic non repeto.ne idem ſæpius dixiſſe videar.
3 Tertiò modo probatur etiam huiuſmodi debiti † li
beratio per confeſſionem creditoris, de qua re etiam
diximus ſup.in concl.cōfeſſio ſine cauſa.limit. 5. nu.
40.cum ſeq. ibiq; videre, & agnoſcere veritatē iſtius
quæſtionis.
4 Tertiò modo probatur etiam debiti liberatio † per
alteram ſcripturam, vel per quinque teſtes, ſi debitū
redactum eſt in ſcriptis,caſus eſt expreſſus,in l. teſtiū.
C.de teſtib.& ibi* omnes ſcribentes,& Bal.in l.gene-
raliter.C.de non num.pec.& in l. cum de indebito.in
fi.ff.de probar.& Ang.in auth.de inſtrum.cau.& fi.&
per Afflict.in deciſ.13.nu.25.& Ozaſc.in deciſ.Pede-
mont.42.nu. 14. & ſeq.
5 Huius rei per ea ratio affertur:† nam eo modo,quo
ꝓbatur aliquid extare, eodem etiam dēt eius reſolu-
tio probari, vel per æquipollens in ratione ſui, ſicuti
docuit inter alios Bald.in d.l.teſtium. verſ.quinto no
ta. & ſi liberatio non poſſet probari per ſcripturam,
ſufficerent quinque teſtes,quia ipſi vim ſcripturæ ha-
bent,ita not.Bal.ibid.ver.3.no.de qua re etiam gene-
raliter loquendo de inſtr.diximus ſup. in concluſ. in-
ſtrumentum,ſicut & latiſſimè facit Fel.in c.2. verſ. 2.
intellige. cum ſeq. de prob.
Illud primò animaduertendum eſt, quod quando
huiuſmodi debiti liberatio eſſet probanda per teſtes,
6 † debent eſſe integræ opinionis, & probatæ fidei, per
d.l.teſtiū, quæ quidem qualitas dēt etiam articulari,
& probari,vt per ſcribētes in d.l. teſtiū,& generaliter,
quādo huiuſmodi qualitas à lege requiritur, quod ſit
articulanda,

articulanda, & probanda, docuit Soev. in conſ. 274. col. 11. verſ. poſtremò dico. Grau. de antiq. tẽp. 1. par. nu. 168. verſ. 2. quæro.

Secundò etiam animaduertẽdum eſt, quòd teſtes
7 † huiuſmodi debent eſſe rogati ad hoc, vt probent, tex. in auth. rogati. C. eo. de teſtib. & not. Doct. & præcipuè Caſtr. in d. l. teſtium. nu. 6. & Cyn. in l. hac conſultiſſima. C. de teſti. & Bart. in l. ſciendum. de verb. oblig. Spe. in tit. de teſte. §. ſed quid in prædictis. Card. Zabar. in c. ſi dominus. in 1. not. de Simon.

8 Primò ampliare poteris hanc concluſ. † adeò procedere, vt ſi iudex præciperet aliam probationem, quam à d. l. teſtium traditam, vtiq; ſi pars contradiceret, & proteſtaretur, huiuſmodi probatio non valeret, etiam ſi pars non appellaſſet, ita colligi ex dictis per Fel. in c. cum contingat. verſ. not. ad hoc de offic. deleg. retulit Rom. ad Bart. in d. l. teſtium.

9 Secundò ampliatur nedum procedere † in ſcriptura publica, verum etiam in priuata, quia nihilominus contra ipſam ad probandam liberationẽ non admittitur probatio, niſi per aliam ſimilem ſcripturam, vel per quinq; teſtes, vt per illum text. not. Caſtr. in d. l. teſtium. num. 3.

10 Tertiò amplia † in probando nedum liberationẽ, ſed etiam pactum de non petendo: ita poſt Bartol. tenuit Caſtr. in d. l. teſtium. nu. 5.

11 Limita tamen † non habere locum in debito redacto in ſcriptis, non ex voluntate contrahentium, ſed ex diſpoſitione legis, ſic voluit Bal. in d. l. teſtium. nu. 2. quem ſequitur Afflict. in deciſ. 13. nu. 25. & Ozaſc. in deciſ. Pedemont. 52. nu. 15.

12 Quartò modo etiam probatur † liberatio debiti, ſi creditor iuratus in teſtamento dixiſſet, ſibi tantũ deberi, licet hæredes de maiori ſumma ꝓbarent, eſt tex. in auth. quod obtinet. C. de prob. vbi ſcribentes, & vide latiſſimè ſup. in conclu. 359. confeſſionem factam in teſtamento.

13 Quintò modo probatur liberatio † ex eo, quod creditor ſciens debitori ſoluat aliquod debitum citra cõpenſationem, cõcurrentibus alijs coniecturis, ita cõſulendo reſpondit Grau. in cõſ. 129. nu. 9. ſecus autem ſi aliæ coniecturæ non concurrerent. tunc enim ex eo ſolùm, quod quis alteri ſoluit, non præſumitur non eſſe creditorem, ita adnot. Bart. in l. ſiquidem. nu. 2. C. de tranſact. per tex. in l. ſi cum dos. in prin. ff. rer. amo. vbi etiam Bal. Caſtr. & Salic.

14 Sextò modo probatur liberatio debitoris † à pœna damni, & intereſſe per exactionem ſortis principalis, text. in l. centum Capuę. ff. de eo, quod cert. loc. & l. fi. ff. ſi quis caut. l. 2. in princ. ff. de arbi. l. Celſus, & reſpõdit Rom. in conſ. 143. nu. 2. & Alc. de præſump. reg. 1. præſump. 32. nu. 8.

15 Septimò, ſi ſaltem non ꝓbatur, præſumitur † tamen liberatio debitoris ex præſcriptione longiſſimi tẽporis 30. annor. ita latè concludit Afflict. in alleg. deciſ. 13. nu. 2. & ſeq. & eo magis, ſi probabitur indigentia creditoris, & opulentia debitoris, vt per Alex. in cõſ. 183. col. ii. verſ. & hanc partem. vol. 6. & Caſtr. in cõſ. 58. nu. 4. vol. 2. Comenſ. in conſ. 19. Corn. in conſ. 277. nu. 3. vol. 4. Calc. in conſ. 23. Soc. in conſ. 89. lib. 3. vol. 3. & Ceph. in conſ. 240. nu. 9.

16 Octauò, ſi non probatur, præſumitur † tamen liberatio debitoris ex eo, quòd creditor eius bona adminiſtrauit, ſic Afflict. in deciſ. 13. nu. 16. & per Alex. in l. venditores. ff. de verb. obli. Neuiz. in conſ. 57. nu. 11. & Crauet in conſ. 120. num. 5. de qua meminit etiam Caualc. in tract. de tut. & curat. nu. 181.

17 Nonò probatur liberatio † reddendæ rationis adminiſtrationis per literas domini rei adminiſtratæ. ex multis id cenſuit Bero. in q. 21. per tot.

18 Nunc ſexto liberationem debitoris † à reliquo non probari ex eo, quòd debitor partem debiti ſoluẽs creditori dixerit, accipe cẽtum, quæ tibi debeo, cum debitum maioris ſummæ eſſet. Bart. in l. ſi cum dos. ff. de act. rer. amot. per l. ſi quidem. C. de tranſact. & in l. in commodato. §. duobus. ff. commod. Afflic. in deci. 13. num. 21.

19 Illud autem ampliari poſſe cenſuit † Caſtr. & Iaſ. in d. l. ſiquidem. vbi Bart. & Cuma. etiam procedere, ſi debitor ſoluens eo modo vſus fuiſſet dictione taxatiua, tantum, vel ſimili.

20 Secundò etiã amplia illud ſibi vendicare locũ, † ſi debitor promiſiſſet pro reſiduo, ſeu pro complemẽto debiti. tunc enim non ſolùm non probatur neq; præſumitur ſolutio reliqui, ſeu liberatio à reliquo, quinimo cõtrarium probatur, hoc eſt, promiſſio, & obligatio totius debiti, ſic Marc. Anguiſs. in conſ. 84. nu. 20. & ante eum Iaſ. & alij ſcribentes in d. l. ſiquidem.

21 Tertiò ampliare poteris, † etiam ſi creditor maioris ſummæ minorem petierit: nam eo caſu non præſumitur liberatio à reliquo d. l. ſi quidem. C. de tranſact. & ibi ſcribentes illud dictum declarantes.

CONCLVSIO DCCCCLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Mulier libidinoſa quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Libidinis turpitudo probatur, ſi mulier ab adoleſcente paſſa ſit manus ſibi ad pectus apponi.*
2 *Libidinis turpitudo probatur, ſi inueniatur mulier in balneo cum aliquo viro.*
3 *Libidinis turpitudo probatur, ſi mulier die, noctuq; iuuenes & maximè ſcholares, in domum propriã admittat.*
4 *Libidinis turpitudo probatur, ſi ipſa ad domos alienas vẽtitet.*
5 *Libidinis turpitudo probatur, etiam ſi mulier cum clerico admittat ea, ex quibus ipſa libido probatur ſecus ſi circumſtantiæ, & qualitates loci, temporis, aſſantium, & concurrens neceſſitas aliter ſuaderet, vt nu. 6.*
7 *Clericus amplectens, & oſculans mulierem charitatis, non luxuriæ ſignum præſumitur.*
8 *Libidinis præſumptionem tollit ſanguinis coniunctio.*
9 *Copula carnalis non probatur concludenter ex iis, ex quibus libidinis turpitudo.*
10 *Sponſalia de futuro tranſiuiſſe in matrimonium nõ probatur, licet oſcula, amplexus, munera, apprehẽſio per manus inter ſponſum, & ſponſam interuenerint.*

1 Libidinis turpitudo † probabitur, ſi mulier paſſa ſit ab adoleſcente manus ſibi ad pectus apponi: manifeſtiſſimum enim libidinoſæ inhoneſtatis hoc ſignũ eſt. Bal. in c. tuæ. de procurat. per text. & gl. in c. 1. quib. mod. feud. amit. nec
2 huic abſimilis erit, ſi inueniatur † mulier in balneo cũ aliquo viro. gl. in c. non oportet. 80. diſt. l. fin. C. de re-
3 pud. huc quandoq; tendit ſi hæc die † noctuq; iuuenes, & maximè ſcholares, in domum propriã admittat. Bart. in l. fin. ff. de furt. Bal. in l. neq; natales. nu. 4. C. de his, qui. ac. non licet. ſequitur Petr. de Anch. in c. ſemel malus. de reg. iur. huius quoque rei indicium
4 manifeſtũ eſt, ſi ipſa † ad domos alienas ventitet: hoc enim nõ conſueuere mulieres honeſtæ. argum. in l. ſi qua illuſtris. C. ad ſenatuſconſ. Orficianum.
5 Ampliatur hæc conclu. vt procedat, † etiam ſi cum clerico hæc admittantur, quia legalitas perſonæ non excuſat ab huiuſmodi inhoneſtate. gl. in l. dinus. ff. ſi cui plusquam per l. Falc. Fel. in c. præterea. nu. 3. in fi. de teſtib. Abb. in c. 1. de cler. non reſid. in fin. Auguſt. in addit. an Ang. de Malef. in gl. *che tu hai adulterato la mia donna.* in prin. nu. 18. & in hoc reſidet tandem Ang. de Malef. in loco præalleg. ob id Ang. in authẽ. quomodo oportet epiſcop. in prin. docet clericos ſpirituales, ne ita ſæpè viſitent mulieres.

Digitized by Google

6 Id tamen declares velim, † niſi circunſtantiæ, & qualitates loci, temporis, aſtantium, & cõcurrens neceſſitas aliter perſuadeat, per tex. optimũ, in c. in omnib. 81. diſt. & ita tenent Abb. Fel. & Ang. in locis ſupra recitatis. vbi ita declarãt gl. in c. abſit. 11. q. 3. quã ſequitur Spe. in tit. de præſ. §. ſpecies. nu. 1. vbi dicitur,
7 quod ſi clericus † amplexetur mulierem, & eã oſculetur, charitatis, non luxuriæ hoc ſignũ præſumatur.
8 Limitatur præcedens concl. † vt non procedat inter affines, & conſanguineos: cõiunctio enim ſanguinis omnem ſiniſtram libidinis præſumptionem tollit. l. ſi qui adulterij. C. de adult. Aug. in iam allegato loc. nu. 47. & Iac. de Belu. in pract. crim. & in tit. de iniur. nu. 46. & 47. vbi idem aſſeuerat, ſi conſuetudo loci, vel temporis qualitas id admittat.

Limitabis 2. hanc concluſ. vt procedat tantùm ad
9 probandam † inhoneſtatẽ turpis libidinis, non autem ad probandam copulam carnalem: nam ad hanc cõcludenter probandam alia requiruntur, de quibus in c. literis. de præſump. & in c. præterea. de teſtib. & ibi per DD. Abb. in c. 3. loco. de prob. & in c. 3. loco. nu. 4. de præſump. & ſup. latè diximus in concl. adulterinum, & in concl. copula, & in concl. coitus. Indè fit,
10 vt per hæc non probentur † ſponſalia de futuro tranſiuiſſe in matrimonium, licet oſcula, amplexus, munera, apprehenſio per manus inter ſponſum, & ſponſam interuenerint. 1. de matrim. contract. cont. interdict. eccleſiæ, per quem tex. ita conſuluit Alex. in cõſil. 153. nu. 15. & 155. in fi. lib. 5. Pariſ. conſ. 51. nu. 7. & 8. & conſ. 59. nu. 18. & conſ. 61. nu. 15. lib. 4. & itẽ Pariſ. cõſ. 62. nu. 3. eo. li. Dec. cõſ. 368. n. 1. & 2. Cor. cõſ. 116. col. 2. li. 3. Cæp. conſ. 1. nu. 10. & Alex. in cõſ. 150. nu. 8.

CONCLVSIO DCCCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Cui incumbat onus probandi, licẽtiam proprij parochi in contrahẽdo matrimonio requiſitam non interueniſſe.

SVMMARIVM.

1 *Licentiam proprij parochi ex decreto conc. Triden. in contrahendo matrimonio requiſitam non interueniſſe aſſerenti incumbit onus probandi. Contrarium. num. 2. Conciliatio, num. 3.*

4 *Licentia reuelandi confeſſionem, an probetur per confeſſarium aſſerentem illam a pœnitente habuiſſe.*

1 Licentiam proprij parochi † ex decreto ſacri conc. Trid. in contrahẽdo matrimonio requiſitam non interueniſſe aſſerenti incumbit onus probãdi; cum huiuſmodi negatiua ſit fundamentum ſuæ intentionis, ad quod multa cõgerit Ceph. in conſ. 47. in prin. vol. 1. qui & in ſpecie tangit de aſſerente aliquem adminiſtraſſe ſacramenta in aliena parochia abſq; licentia proprij parochi, ad hoc adducens Ant. de Butr. in c. ſuper his. col. 10. verſ. hæc vera, & ibi etiam Io. de Ana. col. fi. in fin. de accuſ. & Cap. in alleg. 126. qui loquitur de quodam religioſo, qui adminiſtrauit Sacramenta Euchariſtiæ cuidam incarcerato, idem tenuerunt, & Fel. in d. c. de his. ante nu. 17. & Dec. in c. in pręſentia. nu. 74. de pro
* bat. & hanc eſſe * communem opinionem exiſtimauit Mand. ad Lap. in præcitata alleg. 126.
2 Hanc tamen concluſ. † dubiam reddidit ipſemet Dec. in l. non hoc. ſub nu. 2. verſ. & ſimiliter. C. vnde legitimi, ex eo, quod intẽtio accuſatoris videtur fundata in Clem. 1. de priuil. quæ prohibet celebrare in aliena parochia, & eadem ratione poteſt dici in terminis conci. Trid. quod prohibet celebrari matrimonium abſque licentia proprij parochi.
3 Concordatem nihilominus † hanc ipſam difficultatem fœdere diſtinctionis: nempè, aut contra licentiam opponitur à tertio, & tunc procedit 1. opinio, ſecunda autem quando opponitur à proprio parocho. quæ quidem diſtinctio videtur etiam probari ex dictis per Lap. in precit. alleg. 126. ver. ratio, quia poteſt eſſe. & latius in alleg. 94. ſub nu. 4. verſ. præſertim, vbi
4 quæritur, an licentia reuelandi † confeſſionem probetur per confeſſarium aſſerentem illam à pœnitente habuiſſe, & ibid. latiſsimè Mand. & concluditur, q̃ ſi tertius opponit, debet illam negatiuam probare. q̃ facere poterit, probando quod confeſſarius ipſe corã pluribus faſſus fuerit ſe reuelaſſe, & non adiecerit de dicta licentia, vel coram pluribus reuelauit cõfeſſionem ſimpliciter, nihil addẽdo de licentia. talis enim probatio ſufficeret, ſi cauſa ciuiliter ageretur, ſecus ſi criminaliter, ita Lap. in præcit. alleg. nu. 4.

Verùm ſi ipſe parochus, vel pœnitens exciperet, ſacerdos, & confeſſarius habeter probare huiuſmodi licentiam habuiſſe, ita Lap. vtrobiq; in d. allegationib.

De licenria autem, quæ requiritur in alijs negotiis, vt pura in teſtamẽto Card. in alienatione rei emphyteuticę, in fundatione eccleſiæ, & ſimilibus, ſatis abũdè diximus ſupra in concluſ. conſenſus, & dicitur infra in concluſ. ſolemnitas.

CONCLVSIO DCCCCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

An, ſi reperiatur in actis litem fuiſſe cõteſtatam, nec habeatur per quæ verba, ex illa ſcriptura probetur ipſa litis conteſtatio.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio non probatur, ſi reperiatur in actis litem fuiſſe conteſtatam, nec habeatur per quæ verba. Contrarium, & verius. nu. 2.*

Litis conteſtatio quomodo probetur, & quando præſumatur, diximus ad ſatietatem ſupra in concl. conteſtatio litis. verum cum inter cætera, ſub nu. 15. attigerimus illam quæſtionem per Barmotam. in l. ſciendum. nu. 19. ff. de verb. oblig. an ſcilicet, ſi reperiatur in actis litem fuiſſe conteſtatam, nec habetur per quæ verba, ex illa ſcriptura probetur ipſa litis conteſtatio, poſt impreſſionem ex negligentia ſcriptoris corruptè relatam cognouimus: ideirco hoc in loco eam duximus emendatè referre.
1 Scias igitur pro parte † negatiua tenuiſſe Spec. in tit. de lit. conteſt. §. 2. verſ. quadam autem lecta petitione. vbi refert, quod Bononiæ propter hoc fuit caſſata quædam ſententia cum toto proceſſu, quia non apparebat de litis conteſtatione, & illam opinionem Spec. videtur ſequi Bald. in l. quod ſi dubitetur. ff. de acq. hæred. & in l. 1. C. de fide inſtrument. & iur. haſ. fiſc. lib. 10.
2 Verùm partem affirmatiuam † amplectitur Bart. in d. l. ſciendum. num. 19. de verb. obli. & in d. l. quod ſi dubitetur. ff. de acquir. hæred. vbi etiam Imol. Rom. & Aret. & Hoſtienſ. Ioã. And. Ant. de Butr. in c. 1. de
* lit. conteſt. et hanc eſſe * communem opinionem atteſtatur Alex. in d. l. ſciendum. nu. 48. de verb. obli. de qua etiam per Brun. in tract. de form. ſolemn. titu. de probat. & præſumpt. col. 17. verſ. item quęrit Bart. vbi etiam allegat Ioã. And. ad Spec. vbi ſupra, dicentem Bononiæ malè fuiſſe obtentum, quod illa ſententia caſſaretur, & quod hodie obſeruatur contra opinionem Spec. & vltra ſcribentes allegat text. rotundum in c. cum cauſam. de iuram. calum.

CONCLVSIO DCCCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Litis pendẽtia, quibus modis introducatur, & per conſequens probetur.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentiam aſſerens, id probare debet.*
2 *Litis pendentia introducitur per ſupplicationem Principi porrectam, & reſcriptum ſubſequatur.*
3 *Litis pendentia introducitur per citationem.*
4 *Litis pendentia, vt per citationem introducatur, quæ interuenire debeant, & nu. 6.*
5 *Clemen. 2. vt lit. pend. limitata.*
7 *Lis dicitur pendere per relationem.*
8 *Lis dicitur pendere per relationem, vel conſultationem factam ſuperiori per iudicem.*
9 *Lis pendere dicitur per iudicis recuſationem.*
10 *Lis pendere dicitur per reſtitutionem in integrum.*
11 *Lis pendere dicitur per iudicis impetrationem.*
12 *Lis pendere dicitur per commiſſionem cauſæ.*

1 Litis pendentiam † aſſerens, id probare debet, ita docuit cõſulendo Pariſ. in conſ. 47. nu. 4. vol. 4. arg. c. dilecti. ibi, oppoſita. de excep. & l. prius iuncta gl. in ver. egiſſet. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicat.

Quòd quidem multis modis probare poterit, cum ipſa litis pendentia multifariam introducatur.

2 Et 1. per ſupplicationem Principi porrectam, † vt notauit Henr. Boic. in c. cauſam. de teſtib. quem etiã ſequendo refert Guid. Pap. in deciſ. 337. num. 3. ſed id non videtur procedere, niſi ſubſequatur reſcriptum ipſius Principis, ex iis, quæ colliguntur ex l. 1. & 2. C. quando lib. prin. offi. & in l. 1. C. vt lit. pend.

3 Secundò per citationem, † ſi tamen in ea expreſſa ſint omnia, de quibus in clem. 2. vt lite pẽdente. nem-
4 pè ea, per quæ plenè poſſit † citatus inſtrui, ſuper quibus in iudicio cõuenitur, ita cenſuit Guid. Pap. in deciſ. 478. num. 1. & tenuerunt DD. Rot. in deciſ. 9. aliàs 279. clem. 2. vt lite pendente, in nou. limitantes. dict.
5 clem. 2. † non procedere in curia Romana; quia poteſt citatus, ſi vult, habere copiam commiſſionis, & plenè inſtrui: & facit deciſio ipſorum DD. Rot. 15. aliàs 355. de dolo, & contum. in nou. quæ vult, quod vbi ſit citatio in curia per curſorem, non tenetur quis inferre tenorem poteſtatis, ex quo de facili poteſt ſciri, & plenè inſtrui.

Sed quod etiam in curia requiratur illa expreſſio in citatione, prout extra curiam, videntur pariter tenuiſſe DD. Rot. in deciſ. 13. aliàs 467. vt lite pendente. in nou. quę dicit, quod ſi curſor citauit ad dicendũ contra commiſſionem, ex quo non explanauit tenorem commiſſionis, & ſic citatus non habuit plenam notitiam, iux. d. clem. 2. quod lis non dicitur pendere, & idem tenuit Bella. deciſ. 699. ſuppoſito, quod cauſa ſit commiſſa, in fi. quam quidem repugnantiã animaduertit etiam Philip. in c. ſuper literis. col. 3. in fi. verſ. limita. de reſcrip. & reprehendit illã deciſ. 469. & Bellam. & cum 1. opinione etiam tranſit Mil. in ſuo repert. in verb. litis pendentia inducitur eo ipſo. & in verb. citatio facta in curia per curſorem, & in verb. citare autem ad dicẽdum. & Pauinus in prælud. extrauag. lo. 22. & hæc eſt prima qualitas, quæ requiritur in citatione ad effectum inducendi litis pendentiam

Aliæ quinque qualitates etiam requiruntur in cita-
6 tione † ad hunc eundẽ effectum, de quibus per Card. Zabarel. in d. clem. 2. nempè 1. quod citatio emanauerit. 2. quod à competenti iudice. 3. quod ad citatum peruenerit, vel per eum ſteterit. 4. quod ſit apta. 5. qđ nuncius ſufficienter intimauerit. hæc Zabarel. quem refert Guid. Papæ, in præcit. deciſio. 488. & per Alex. in l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. ann.

7 Tertiò modo dicitur † lis pendere per appellationem, in tit. nil nouari appel. penden.

8 Quartò modo † per relationem, vel conſultationem factam ſuper iure per iudicẽ. l. ex eo. C. de appel.

9 Quintò modo † per iudicis recuſationem, c. 2. requiris & c. cum ſpeciali. de appel. & in l. apertiſſimi. C. de iudic.

10 Sextò modo † per reſtitutionem in integrum. l. nil non fieri. C. de reſt. in integ.

11 Septimò modo † per interpretationẽ iudicis. c. ſuggeſtum. de appel. c. cauſam. il 2. de teſtib. & Card. in allegata clem. vt lit. penden. in 4. opp.

12 Octauò modo † per commiſſionẽ cauſæ, Card. vbi ſupra, quos quidẽ caſus enumerauit apoſtil. ad Guid. Pap. in deciſ. 487. & Firmanus in ſuo reper. in verb. lis pendet. num. 14.

CONCLVSIO DCCCCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Qui probetur literatura, & manus alicuius in ſcribendo.

SVMMARIVM.

1 *Literatura, ſiue manus alicuius in ſcribẽdo non probatur per teſtes, qui non interfuerint ſcripturę, licet habeat illã pro illius manu, tanquam plurimum ei notam.*
2 *Literatura, ſiue manus alicuius, in ſacro palatio curiæ Romanæ plenè probatur per teſtes, qui non fuerint præſentes dum ſcriberetur, & deponant ſe recognoſcere manũ ſcribentis, & cur.*
3 *Literatura, ſiue manus alicuius probatur per teſtes, qui non fuerint præſentes, dum ſcriberetur, quando ſcriptura eſſet è longinquis partibus tranſportata, nec de facili inuenirentur teſtes, qui formiter poſſent deponere, prout à iure requiritur.*
4 *Literarum cambij, ſeu miſſiuarum ab vno alteri recognitio non probatur per teſtes, qui fuerint præſentes, dum ſcriberetur, & viderint ſcribi.*
5 *Literatura, ſiue manus alicuius per teſtimonium officialis archiuij probatur.*
6 *Literatura, ſiue manus alicuius, per literarum comparationem probatur.*

Quia ſcribẽdi forma multis ex cauſis immutari quotidiè ſolet, vt in auth. de fid. inſt. in prin. & quia notæ literarũ ita ſæpè adulterãtur, vt nec ab oculatiſſimis viris dignoſci queant, nõ iniuria apud noſtros eſt receptũ in ꝓbanda alicuius manu, &
1 literatura, vt dicunt, teſtes † illos non recipi, qui ſolũ ea rõne teſtentur, ꝙ viderunt multoties ſcribere illũ, de cuius litera probanda agitur, & quia eius manum tractatusq́. literarum ita nouerint, vt omninò manu illius ſcripturæ literæ ſibi videant̃, vt conſultus rñdit Aret. in conſ. 64. diligenter, & maturè. nu. 3. verſ. 1. qa poſtquã. quem ſequitur conſ. Neap. teſte Afflict. dec. 181. nu. 7. & Gram. deciſ. 84. ad probandas enim literas eſſe aſſerẽtis eas ſcripſiſſe, opus erit, vt teſtes dicãt, ſe fuiſſe pſentes, qñ ſcripta fuit talis ſcriptura per ſcribentẽ, & ꝙ viderunt illum ſcribere literas, de quibus agitur Bart. in l. admouẽdi. nu. 25. ff. de iureiur. Iacob. Butrig. poſt gl. ibi, in auth. at ſi contract. C. de fid. inſt. Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cer. pet. Ant. Imol. & Fel. in c. 2. de fid. inſt. & conſuluit Alex. in cõſ. 76. lib. 3. & in cõſ. 80. col. 2. verſ. item non probat. lib. 4. & in conſ. 150. col. 5. verſ. deponit. lib. 5. & in cõſ. 114. li. 7. Rui. conſ. 79. nu. 4. lib. 4. Dec. conſ. 615. nu. 3. Marſ. in rub. C. de prob. nu. 218. Berr. conſ. 114. incip. locatio, ſeu emendamentũ. nu. 2. vol. 2. cũ adduct. per Iacob. Menoch. li. 2. de arbit. iud. centur. 2. caſ. 114. num. 22.

Grauat.ad Veſtrum. in addit. lib.6.c.1.num.26.Paris ad Bart.in l.comparationes.C.de fid.inſtr. & hoc caſu,quia teſtes dicunt vidiſſe illum ſcribere,& preſentes fuiſſe,dicuntur reddere cauſam dicti ſui per ſenſū proprium,& deputatum actui,de quo quæritur,ideoque plenè probare tradit Fel. poſt eos, quos adducit in d.c.2.nu.14.de fid.inſtr. & Afflict.d. deciſ. 181.nu. 8.ad quod tamē videnda ſunt ea,quæ aliàs ſcripſimus in concl. 330. comparatio literarum.

Id autem, quod cōcludimus,literam,ſiue manum alicuius non probari per teſtes, qui non fuerunt præſentes,dum ſcriberetur,licet habeant illam pro illius manu,tāquam plurimum eis notam, intelligendum
2 eſt, vſu nō fuiſſe receptum in ſacro palatio, † vbi aduerſus ius commune ſuper recognitione ſcripturarū plenè probant teſtes,qui non fuerūt præſentes, & deponunt recognoſcere manum ſcribentis, vt teſtatur Veſtr.in prax.lib.6.c.1.num.8. quem Romanæ curiæ ſtilum eam rationem habere dicit,quia vt plurimum ex longinquis partibus ſcripturæ ad Romanam curiā producuntur, adeò vt difficulter haberi poſſint teſtes de præſentia. ex cuius mente limitari poſſet cōcluſio ſuperius firmata,vt non habeat locum, quando ſcri-
3 ptura † eſſet è longinquis partibus tranſportata, nec de facili inuenirentur teſtes, qui formiter poſſent deponere, prout à iure requiritur per not.per Caſt. in auth.at ſi contract.col.ii.nu.5.ibi,ſed ſi non eſt poſſibilis.C.de fid.inſtr.& Veſtr.præcit.loc.num. 10. quod etiam alibi attigimus.Similem etiam ſtylum,& conſuetudinē ex præſcriptis ſibi regulis obſeruat Rot.Ianuenſis,nimirum,vt ſufficiat teſtes dicere, quod eorū iudicio ſcriptura ſit ſcripta manu ſcribētis, qui ſtylus ſcriptus in eo foro, vtrum debeat obſeruari in omni foro in loco,vbi eſt,vide Bal.in l.exemplo.C. de probat.Iaſ.in l.admonendi.nu. 95. ff. de iureiur.

Item limitabitur ſecundo loco,non habere locum
4 † in recognitione literarum cambij, ſeu miſſiuarū ab vno alteri,in qua non ſolent adhiberi teſtes, qui fuerint preſentes,& viderint ſcribi,ſed tamen qui notam manum habeant ex characteribus,& literarum figuris.Soz.in l.ſi ita ſcripſerit.ff.de condit. & demonſtr. Ruin.cōſ.70.nu.4.vol. 4. quod pluries ſequutos fuiſſe DD.Rotæ citatis ad id manuſcriptis deciſionibus, teſtatur Burſ.103.nu.9.lib. 1.

5 Probabitur etiam literatura ſiue manus † alicuius per teſtimoniū officialis archiuij, vt ſi diſputetur de recognitione ſcripturæ,quam ipſe receperit, tāquam manu illius confectam,vt ſcribit Sali. in l. comparationes.in 7.col.verſ.5.ſcriptura.C.de fid.inſtru.quem ſeq.Fel.in c.ad audientiam.col.5.nu.15.verſ.7.concl. de præſcrip.vbi & atteſtatio officialis etiam viua voce ſufficit,ſecundum eum,quē refert Marſil.in d.rub. C.de prob.nu.319.verſ.adde.

6 Item literarum comparatio† hanc probationē non mediocriter adiuuat, iuxt. tamen ea,quæ diximus in præcit.concluſ.comparatio literarum,quæ hic ſuperflua libenter omittimus.

CONCLVSIO DCCCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Neminē literis præditū præſumi, & quomodo literatus, vel illeteratus probatur.

SVMMARIVM.

1 *Literatus quis non præſumitur,niſi probetur, & cur.*
2 *Literatus quō quis probetur,vel præſumatur,remiſſiuè.*
3 *Literatum quem eſſe, & ſcientiæ ignarū, praxis probādi.*

1 Literatus non præſumitur,† niſi probetur: cū ſit qualitas extrinſeca, quæ probationem requirit:ex his, quæ notant ſcriben. & præcipuè Fel.in c.vlt. de præſumpt. tum etiam, quia 3
illiteratura eſt de his,quæ naturaliter homini inſunt: cum quilibet literarum expers naſcatur, ſicuti & in ſimili de paupere obſeruat Hercul.de proban. negat. nu.12.quo in loco multos congerit.

Qualiter,& quomodo quis poſſit probari,vel præ-
2 ſumi literatus,† ſiue idoneus,ſatis abundè diximus in concluſ.idoneus. Verùm quo pacto probabitur nega
3 tiua,nempè illiteratū † quem eſſe,& ſcientię ignarum tradit praxim Abb.in c.quamuis.nu.2. de æta. & quali. quem refert Maiol. in tract. de irregul. lib.1.c. 32.in prin.& eſt,vt teſtes deponant, quem nunquam libros ſcientiæ legiſſe, nec vnquam intraſſe ſcholas, vel doctorem audiuiſſe, vt ibi per ipſum Abb. cætera tibi ſuppeditata ſunt in d.concluſ.Idoneus, in concl. ſufficientia,& in concluſ. bonus.

CONCLVSIO DCCCCXC.

ARGVMENTVM.

Quomodo,& quando probent literæ cambij,& obligationem inducant.

SVMMARIVM.

1 *Literæ cambij probationem, & obligationem inducunt, ſi materia patiatur,& loquantur diſpoſitiuè.*
2 *Literæ cambij reuocari non poſſunt antequam ſoluatur, quod ſcriptum fuit.*
3 *Literæ cambij ſi amiſſæ ſint ante pecuniariam exactionem eſt locus repetitioni à priori nummulario, præſtita tamē prius ſibi cautione reſpectu illarum literarum.*
4 *Literæ cambij enunciatiuè tantum loquentes probationem ſolum faciunt, non obligationem.*
5 *Literæ cambij probant contra ſcribentem non ſolum pro eo, ad quem diriguntur,ſed etiam pro tertio.*
6 *Literę cambij aliquam probationem faciunt contra tertiū.*
7 *Literæ cambij contra eum, cui diriguntur, neq; obligationem,neque probationem faciunt,niſi acceptentur.*
8 *Literis cambij acceptatis periculum eſt illius, cui ſoluenda eſt pecunia, & cur.*
9 *Literæ cambij non probant,quando is,qui literas miſit,deceſſit,antequam traderentur.*
10 *Literæ,quæ vulgo de porto appellantur, quam probationem inducant.*

1 Literas cambij † & probationem, & obligationem inducere duobus concurrētibus,& quod materia patiatur, & quod loquantur diſpoſitiuè,docuit Bal.in rubr.C.de conſt.pec.col pen. verſ.modo quæro.per tex.in l.Titius.ff.de conſti.pec. & ibi Bart.iuncta.l.quidam.ff.eod.idem Bal. in tract. de conſ.verſ.mō quero. Ad idē Spec.qui diſputat,quę actio cōpetat,tit.de obl.& ſol.§.ꝑnotandū.verſ.pone mercator.nu.8.ad idē Marſ.in rub.C. de prob.n.305. Foller.ad Marant.par.6.actu 6.nu.46.in Spec.ord.indic.nam licet per epiſtolam obligatio non contrahatur,ſed inducta tantū probetur,vt in l.epiſtola. l. emptor.§.Luc.ff.de pact.& in l.Luc.ff.de fideiuſ. Iaſ. in l.ſciendū.col.3.cir.med.verſ.& nō eundo. ff. de verb. obl.ſi tamen ſubiecta materia patiatur, oriri etiā obligationem certum eſt, vt quando quis cōſtituit ſe ſoluturum pro alio, & obligatio in perſona alterius iā erat contracta,vt probatur locis citatis,& in l. fi. §.fi. ff.de act.& oblig. & conſulendo tradidit Ca. in conſ. 397.ad primum quæſitum reſpondeò.col.1.lib.1.Bal. in auth.ſi quando.C. de conſt. pecun.

Amplia adeò ꝓcedere, vt nec hmōi literæ cambij
2 † reuocari poſſint,antequā ſoluatur,ꝙ ſcriptū fuit,vt ſcripſit Bal.in d.rub.C.de conſt.pec.vol.2.quē ſequit̄ Iaſ. in l.admonendi.nu.155.ff.de iureiu.Cur.iun. in cōſil. 132.trin ꝑlid.inuoc.n.2. & declar.n. 8.Marſ.in d.rub.

C.de

C. de probat. num. 306. & Bald. in conſ. 346. factę fuerunt. in 1. col. lib. 1. Petr. Benint. deciſ. Bono. 58.

3 Ampliabis ſecundo, vt etiam † ſi amiſſæ ſint iſtiuſmodi literæ cambij ante pecuniarum exactionem ſit locus repetitioni à priori nummulario, præſtita tamē prius ſibi cautione reſpectu illarum literarum. Bal. in l. inſtrumentum. ad fin. C. de fideiuſ. Iaſ. in reper. d. l. admonendi. nu. 353. Rot. Bonon. d. deciſ. 58. Cot. memor. in verſ. cambij literas, vbi ex Bal. declarat, niſi ſimulatè aſſereret amiſiſſe. An tamen eo caſu, quo ab ipſo nummulario repetuntur ea ratione, quia is, cui directæ erant literæ, voluit acceptare, ſi in literis non conſtet de numeratione, poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ponit Foller. poſt Bal. loco citato. num. 53.

Declara modo, quod de obligatione diximus, procedere, vt loquitur Bald. quando literæ cambij ſunt
4 diſpoſitiuæ, ſecus ſi enunciatiuè † loquātur. hoc enim caſu probationem ſolam facient, iuxt. l. Publia. in fi. ff. depoſiti. vt tradit Marſ. in d. rub. nu. 305. & Foller. præcitato loco. nu. 46. probarit tamen huiuſmodi literæ cambij, maximè contra illos, qui publicè tenent ſtationes, ſeu bancas, vt loquitur Boer. deciſ. 332. nu. 8. quia eorum epiſtolæ cēſentur loco librorum, cum de conſuetudine ipſorum regiſtrentur in libris, dicit Zabarel. in conſ. 153. poſt prin. verſ. item quod dictis, & refert Menoc. de arb. iud. caſu 94. in fi. lib. 2. Ioſep. Ludou. concl. 29. ampliat. 35.

5 Ampliabis, vt faciat probationem † contra ſcribētem non ſolùm pro eo, ad quem directa eſt, ſed etiam pro tertio, vt poſt eos, quos adducit, tradit Crauet. in tract. de antiq. temp. verſ. vidimus abundè. 1. par. nu. 41. ad quod vide Strac. in tract. de aſſecura. gloſſ. 11. num. 46.

6 Amplies etiam, vt contra tertium † aliquam probationem faciant, vt arguendo de libris mercatorū, ad eorum epiſtolas, tradit Menoch. d. caſu 94. num. 24. poſt Zabarel. conſil. pen. colum. 1. & Boer. alleg. deciſ. 333. num 8.

Declara modò quæ ſupra diximus procedere, quoad mercatorem, ſeu campſorem ſcribentem, ſed con-
7 tra eum, † cui literæ diriguntur neq; obligationem, neq; probationem inducunt huiuſmodi literæ, niſi acceptentur, at ipſis acceptatis remanet obligatus, iuxt. l. ſi filius. ff. ad Macedon. Bart. in l. quoniam. in prin. ff. rem ratam haberi, & in l. Titius. ff. de conſtit. pecu. latè Marſ. in d. rub. C. de probat. nu. 246. & ſing. 344. taciturnitas. Caſſa. deciſ. ſub titul. de reſcrip. cum latiſſimè adduct. per Foller. preciṫato loco. num. 46. & per Strac. d. gl. 10. nu. 47. Burſ. conſ. 84. num. 5. lib. 2.
8 acceptatis autem † huiuſmodi literis cambij periculum erit illius, cui eſt ſoluenda pecunia, vt per Bald. in l. quod debito. C. de bonis author. iudic. poſſiden. & tradit aliqualiter tamen diſtinguendo Marſ. in d. rub. num. 307. C. de probat. nam cum literæ ſint expeditę, & acceptatæ breui manu, videtur illi fuiſſe numeratum, & ab eodem denuo penès ipſum campſorem depoſitum, vel quia ſatis factum illi cenſetur, vt latè per Foller. actu 6. num. 50. vbi & alias quæſtio. ad has literas cambij pertinentes intermiſcet; & remiſſiuè plures, qui de hoc genere literarum tractarunt, poſuit latè Strac. cit. tract. de aſſecur. gl. 10. num. 39. Boer. deci. 252. nu. 7. & quomodo probentur literæ cambij ſimulatæ, latè Barb. conſ. 31. vol. 4. quod tamen magis in ſimul. tractatione cadit. addas tamen ad iſtiuſmodi
9 literarum probationem, quæ à mercatoribus † quotidiè ſcribuntur, vt non probent, quando is, qui literas miſit, deceſſit, antequam traderentur, per doctr. Inno. in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſt. latè Marſ. ſing. 35. ſiue noſtri. Strac. in tract. de mercatur. quomodo in cau. merc. proceditur. num. 16.

10 Et quia etiā de literis, † quas vulgo de porto appellant, inter mercatores agitur, hic etiam tractādum eſſet quam probationem faciant, de quibus in l. cū proponas. C. de nautico fœnore. nu. 5. tradidit has literas ligagiorum (ſic enim appellat) præſtare cōiecturam & præſumptionē facere, cuius merces, quæ naui, vel mulis aducuntur, exiſtant, & ad quem pertineant, quem locum retulit Strac. & exornat d. gl. 11. num. 500. cum pluribus ſeq. vbi latè de iſtis literis onerariis, & earum probatione ipſum conſulas.

CONCLVSIO DCCCCXCI.

ARGVMENTVM.

Literę Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine tabellione, quando probent, vel non probent.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine tabellione probant in his, quæ ſpectant ad eius officium. Et cur. nu. 2. Contrarium nu. 3.*

4 *Literæ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ probant etiam in his quæ non pertinent ad officium Epiſcopi.*

5 *Procuratorium ad cauſas ſolo Epiſcopi ſigillo ſigillatū, dummodò ſigillum ſit recognitum, probat.*

6 *Literæ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ non probant cōtra tertij præiudicium.*

7 *Iudicis ſigillo non creditur in præiudicialibus.*

8 *Literis Epiſcopi non creditur, vbi læditur ius partis, niſi habeant teſtium ſubſcriptionem.*

9 *Literæ Epiſcopi cum eius ſigillo non probant in pertinentibus ad eius officium, cum acta diuerſo tempore geſta ſint. Contrarium, & veriu. nu. 10.*

11 *Literis Epiſcopi cum ſolo eius ſigillo nō creditur in tertij præiudicium in iudicialibus, ſecus in extraiudicialibus.*

12 *Literæ Epiſcopi cum eius ſigillo probant in tertij præiudicium in iudicialibus, quæ pendent ab eius arbitrio.*

13 *Literæ Epiſcopi cum eius ſigillo non probant quando cōtra Epiſcopum adeſt præſumptio fraudis. Contrarium num. 16. Conciliatio, nu. 17.*

14 *Solemnitas maior requiritur, vbi extat fraudis ſuſpicio.*

15 *Literis Abbatis non creditur, quando agitur de vtilitate monaſterij.*

18 *Literis Epiſcopi creditur fraudis ſuſpicione ceſſante.*

19 *Literis plurium prælatorum magis creditur, quā vnius.*

20 *Literis locumtenentis, ſeu vicarij cum ſolo eius ſigillo, nō creditur.*

21 *Literis Epiſcopi cum ſolo eius ſigillo, non creditur, quando ſunt puræ teſtimoniales ſuper facto de præterito.*

22 *Literæ Epiſcopi non ſolum puræ teſtimoniales, ſed etiam receptoriæ probant.*

23 *Iudex narrans in ſua ſententia litis conteſtationem, partium confeſſiones, teſtes receptos, & huiuſmodi; non probantur per talē ſententiæ inſtrumentum.*

Explicauimus ſuperius in concluſione, Epiſtola, quādo literis Epiſcopi, alteriusvè ordinarij credatur eo caſu quo nedum ſigillo authentico ſunt ſignatæ, ſed etiam teſtium ſubſcriptione munitæ. modo hic opportunè quærammus de eiſdem ſigillo authentico roboratis, vel teſtibus: nulla tamen eorum adhibita
1 ſubſcriptione. Et literas Epiſcopi † ſolo ſuo ſigillo ſigillatas ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine tabellione probare in his, quæ ſpectant ad ſuum officium, dixerunt DD. Rot. deciſ. 22. aliàs 1. fuit dubitatum, vtrum credatur. de probat. in nou. & deciſio. 597. aliàs 16. creditur literis Epiſcopi. in antiq. de probat. & deciſione 574. vtrum credatur executori. aliàs 6. de officio deleg. in antiqu. deciſ. 348. voluerunt, de probat. in nouiſ. & deciſio. 700. non creditur. in antiq. Bellamer. deciſione, 86. ſic referas dicens credi

Epiſcopo denuntiati ſubditum ſuum fuiſſe excõmu-
nicatum, vt no. in c. poſt ceſſionem. de prob. ſequitur
Bertach. in tract. de Epiſcopo, in 8. part. tit. 3. q. 16. alle
gat Bal. in l. ſi qua. C. de epiſcop. & cler. in 4. col. vbi
dicit credi literis epiſcopi de ſacerdotio clerici. tenet
etiam Ro. in ſing. 741. quidam dicũt. docuit Archid.
in c. qualiter. nu. 2. 7. q. 1. & in c. generaliter. nu. 1. 11.
q. 1. reſpondit Bal. in conſ. 319. nu. 2. vol. 3. cui ſe ſub-
ſcripſit Lambert. de iur. patr. art. 4. q. 10. prin. nu. 9. &
ſequitur 2. par. 2. li. à qua non receſſit Io. de Sel. in tra-
cta. de benef. 3. par. q. 23. nu. 1. & ſeq. & meminit Soc.
conſ. 258. in cauſa Vicariæ. col. 3. in 2. vol. conſuluit
Gemin in conſ. 57. in cauſa Archidiaconi. col. 3. vo-
lens, quod credatur literis ſigillatis prælatorũ in ſpe-
ctantibus ad eorum officium, & hoc procedit etiam
quando literæ Epiſcopi concernunt factum alienũ:
ideò ſi in literis Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatis narre-
tur præſentatio facta, & inſtitutionem fuiſſe factam
per Epiſcopũ, probatur præſentatio, quia literis Epi-
ſcopi creditur, quoad eius officium; ita voluit Rot.
deciſ. 423. ſed retento eodem themate. colum. 10. de
iure patron. in nou. & ſequitur Milis in reper. in verb.
literis Epiſcopi, ſentit Bellamer. deciſ. 211. in eadem
cauſa. dicens præſentationem probari ex ſigillo vica
rij, & idem firmat in deciſ. 311. in cauſa Dom. Ghelfi.
Cald. in conſ. 2. tit. de fide inſtrumen. & cum hac opi
nione trãſit Abb. & Fely. in cap. poſt ceſſionem. col.
4. in 6. fallen. & ibi Dec. num. 29. vſque ad num. 31. &
ſeq. vbi multa iura pro hac opinione adducit, & re-
ſpondet contrariis. docuit etiam Gemin. in conſ. 144.
opponitur, quod ſi Alfonſ. in fi. confirmat Philip.
Franc. in c. vt circa. col. 4. de elect. lib. 6. & tradit Ioan.
de Selua. in tract. de benef. in 23. q. 3. par. prin.
2 Ratio huiuſmodi concluſionis † illa potuit eſſe,
quod ſigillum Epiſcopi eſt publicum, ſecundũ Paul.
Caſtrenſ. in l. ſi procuratorem. ff. de procurat. Bald. in
l. ſi qua per calumniam. in fi. C. de epiſc. & cler. dicẽs,
quod ſigillum Epiſcopi ciuitatis, & vniuerſitatis dici-
tur publicum, ſigillum verò Doctoris dicitur priua-
tum, ideò ſigillum Epiſcopi, authenticat ſcripturam
in pertinentibus ad eius officium. Vnde ſecus eſſet in
ſigillis priuatorum, quia illis nulla adhibetur fides,
licet in hoc Philip. Fran. in c. quamuis. col. 2. de pro-
curat. lib. 6. teneat idem eſſe in ſigillo appoſito à pri-
uato in procuratorio, per Rot. deciſ. 162. valet procu-
ratorium. aliàs 12. de procurat. in nou. quod eſt falsũ,
quia ibi Rota certè loquitur de ſigillo Epiſcopi,
quod eſt publicum. Quod tamen intelligendum eſt
in his, quæ ſpectant ad eius officium, vt firmauimus
in concluſione, & ideò ſi ſigillum eſſet appoſitum in
teſtamẽto, & ſic circa actum non ſpectantem ad ſuã
iuriſdictionem, nihil probaret, ſecundum Bald. in l.
fi. col. fi. verſ. quæro, quid ſi ſcriptura teſtamenti. C. de
fideicommiſ.
3 Diuerſum ab hac re† videtur ſentire Fely. in capit.
poſt ceſſionem, num. 7. in 2. concluſ. de probat. dum
ibi indiſtinctè negat literas Epiſcoporum, & aliorũ
ordinariorum etiam ſigillo authentico, & teſtibus,
qui non ſe ſubſcripſerunt, munitas, nullam probatio-
nem facere, per Innoc. in c. 1. de fid. inſtrum. & alios
* ibidem citatos, vbi etiam * omnes ſcribentes vna mẽ-
te id ſentire teſtatur, idq; propter periculum damni,
quod ex falſitate probationis reſultare poſſet ſubdi-
tis, propter quod ſicut viuæ voci Epiſcopi in grauib.
non ſtatur. c. ai epiſc. 6. q. 11. & c. quoniam contra, de
probat. ita nec mortuæ, quæ faciliter fraudare poſſet.
Retenta tamen primi opinione tanquam veriori,
ampliare illam poteris, vt locum ſibi vendicet, etiam
4 in his,† quæ non pertinent ad officiũ Epiſcopi, vt ſta-
tuerunt DD. Rot. dec. 162. aliàs 12. valet procurato-
rium. ti. de procur. in nou. vbi cenſuerunt valere pro-
5 curatorium † ad cauſas ſolo ſigillo Epi ſigillatũ, dũ-
modo ſit ſigillum recognitum, quia alias non proba-
ret: ad quod citatur ibi Hoſt. in c. 1. de procur. cũ aliis
ibi allatis, & tamẽ illud procuratorium ad cauſas eſt
extra officium Epiſcopi, idem obſeruauit Nil. Mil. in
reper. in verſ. lit. epiſcopi, vel alterius, qui citat Rom.
in conſ. 162. ſed voluit dicere Rot. d. deciſ. 162. Fely.
quoque id cenſuit in c. poſt ceſſionem. col. 4. verſ. fal-
lit 6. de probat. quibus acceſſit Philip. Franc. in c. quã-
uis. col. 2. de procurat. in 6.
Primò loco intelligenda eſt hæc concluſio, vt lo-
6 cum ſibi vendicet in literis, † quæ concernunt præiu-
dicium ſigillantis, non autem præiudicium tertij,
contra quem litere Epiſcopi etiam ſigillatæ nõ pro-
bant. ſecundum, quod reſpondit Soc. d. cõſ. 258. col.
penult. 2. vol. & facit, quod aliàs dicitur de ſcriptura,
quę probat contra ſcribentem, non autẽ pro ſcriben-
te. l. Publi. §. fi. ff. depoſit. quam ſententiam Socini vi-
detur ſequi Rot. deciſ. 188. procuratorium. in antiq.
aliàs 15. de procura. volens, quod in præiudicialibus
7 † non credatur ſigillo iudicis. Idem tenuit Thomas
Faſtol. dub. Rot. 65. vacante quadam eccleſia. quo in
loco meminit non eſſe credendum literis Epiſcopi
8 † vbi læditur ius partis, niſi habeant teſtium ſubſcri-
ptionem, ſic Arch. in c. placuit 6. q. 1. Fely. c. poſt ceſ-
ſionem. nu. 9. verſ. fallit 2. de probat.
Secundo loco erit tibi limitanda ipſa cõcluſio, vt
9 vera ſit † quãdo reſignatio beneficij, & collatio, factæ
eſſent ſucceſſiuè in eodem tempore, alioquin nõ fa-
cerent fidem, niſi de vltimo actu, ſcilicet de ipſa col-
latione, vt dicit Rot. d. deciſ. 22. & habemus in alia
deciſ. 397. nota, creditur literis. in antiq. quod & ob-
ſeruauit Milis in repert. in verſ. literis Epiſcopi cuius
ſigillo.
Nobis autem hæc limitatio non arridet, & de ea
10 valdè dubitandum eſt: † nam, & ſi omnia iſta geſta
ſint diuerſo tempore, ſi tamen poſteà omnia prædi-
cta narrentur in literis ipſius Epiſcopi ſuo ſigillo ſi-
gillatis, non videtur quare omnia non eſſent proba-
ta, cum ita ad officium Epiſcopi ſpectet præbere au-
ctoritatẽ reſignationi ex cauſa permutationis, ſicut
collationi. cap. 1. de rer. permut. in ſexto, & animad-
uertit Bellam. in tractat. de rer. permut. in prima quę-
ſtione princip. propterea videtur nobis literas Epi-
ſcopi cum eius ſigillo probare in pertinentibus ad
eius officium, etiam ſi acta diuerſo tempore geſta
forent.
Tertio loco limitabis, vt procedat concluſio, quã-
11 do verſamur † in extraiudicialib. ſecus in iudicialib.
in quibus indiſtinctè non creditur literis Epiſcopi cũ
eius ſigillo in præiudicium tertij. ſecundum Inno. in
c. quoniam contra de probat. cuius dictũ veriſſimũ
arbitratur Bellam. in deciſ. 631. ſi etiam tales atteſta-
tiones. vbi deciſum reliquit nõ credi atteſtationibus
cum ſigillo Cardinalis, vice cãcellarij in iudicio, pro
d. c. quoniam contra Fel. in c. poſt ceſſionem. nu. 22.
& ibi Dec. num. 33. verſ. prædicta concluſ. de probat.
12 quo in loco id limitat ꝓcedere in iudicialibus, † quæ
non pendent ab arbitrio iudicis, ſecus in dependen-
tibus ab eius officio, quia tunc literæ Epiſcopi cum
eius ſigillo probabunt, ſecundum Bal. in l. ſi qua per
calumniam colu. vlt. verſ. quæro hic Guil. C. de Epi-
ſcop. & clericis.
13 Quartò limitare poteris concluſ. nõ procedere qñ
contra Epiſcopum ſcribentẽ eſſet præſumptio frau-
dis, vt ſi atteſtatur contra apoſtolicum impetrantẽ, ſe
primo contuliſſe beneficium, quã Papa, vel eius exe-
cutor. nam in hoc ipſi nõ crederetur propter fraudis
* ſuſpicionem. vt determinat Abb. in d. c. poſt ceſſionẽ
col. 6. poſt nu. 15. verſ. ratio prædictę concluſionis. de
probat. & ibi Dec. nu. 35. verſ. ſecundo fallit ea ratio-
ne, quia ſępè accidit, quod Epiſcopi, vel eorũ cancel-
larij anticipet datam, vt fraudent apoſtolicos impe-
trantes, ideq; ſeruari de ſtyllo palatij apoſtolici dixe-
rũt DD. Rot. d. deciſ. 22. ver. nõ obſtat ſtylus, & habe-
tur

tur in deciſ. 348. voluerunt. & ordinauerũt Dominũ
aliàs 10. de proba. in no. vbi id etiã ampliatur in quo
cunque alio collatore, vel nuncio apoſtolico habẽte
poteſtatem conferendi beneficium, quia eorũ ſolis li
teris ſigillatis non ſtabitur, ſed recipiẽs beneficium,
ab illis tenetur probare, quod ſit in facta, propter præ
ſumptionem fraudis. hoc idem confirmat Fel. in d. c.
poſt ceſſionẽ. nu. 8. de probat. qui ad hoc allegat tex.
14 in ca. primo, de procurat. vbi maior † ſolemnitas re-
quiritur, quando extat fraudis ſuſpicio, & ſequiť Mil.
in repert. in verbo. literis Epiſcopi. & cenſuit Gemin.
in conſ. 144. oppoſitum in fi. poſt num. 5. Idem tradit
Socin. ſen. in conſ. 158. in cauſa Vicariæ colum. 3. vo-
15 lum. 2. dicens, non credi literis Abbatis, † quãdo agi-
tur de vtilitate monaſterii, arg. l. omnib. C. de teſtib.
iſtud etiam ſequutus eſt Bonif. de Vital. in clemen. ſi
ſummus Pontifex de ſent. excommu. vbi infert, ꝙ ſi
diœceſano ſit conceſſa facultas, & gratia nominãdi
perſonas idoneas, vſq; ad certum numerum ad bene-
ficia vacatura auctoritate apoſtolica, quod nõ credi
tur ſuis literis cõtra alios apoſtolicos, niſi fuerint ſub
ſcriptæ ſigno, & manu notarij, quia ẽt hoc caſu etiam
huiuſmodi impetrantes ſunt ſibi exoſi, ſicut & quan
do caret facultate ad hoc etiam in ſimili facit Rot.
in deciſ. 113. alias 36. non valet conſuetudo. de con-
ceſſione præbendę. in antiquis. Vbi non valere cõſue
tudinem, ꝙ habens canonicatum, vel dignitatẽ, ſiue
præbendam non poſſit acceptare primam vacaturã
in præiudiciũ impetrantis apoſtolici, ibi eſt deciſum
ea rõne, q̃a excluderenť impetrãtes apoſtolici, quib.
prouidit de canonicatu ſub expectatiua præbendæ,
Papa ideo in præiudiciũ eorũ nõ valet, alias eſſet di-
cendum, quod Papa ligaretur conſuetudine inferio-
rum & quod inferiores poſſent inducere conſuetudi
nem contra ſuperiorem, quod eſt falſum per notata
ab Archid. & Alex. in c. inferior. 21. diſtin. quibus op-
time adaptatur Rota in deciſ. 701. non creditur lite-
ris Epiſcopi. in antiquis. & idem pluries decidit Bella
mer. deciſ. 321. in cauſa D. Gulielm. & in deciſ. 326. in
cauſa D. Cardinalis Minater. & idem cenſuit in de-
ciſ. 441. ſicut litera. quod etiam pro abſoluto habuit
Ioan. de Selua tracta. de benefi. tertia part. 23. q. poſt
num. primum.

16 Huic limitationi videť aduerſari, † quod habetur
in deciſ. 348. alias 10. de proba. in nou. vbi literis ſigil
latis delegatorum, & ſubdelegatorum creditur, ex do
ctr. Archidiaconi in c. à ſubdelegato de offi. deleg. in
6. & iterum Rot. deciſ. 266. alias 10. dixerunt, & con-
cluſerunt de officio deleg. in nouiſ. & ſequitur Milis
in reperto. in verbo literis iudicis delega. multo ma-
gis, vel ſaltem pari ratione idem videtur dicendum
de literis Epiſcopi. ſicut etiam videtur obſtare & dec.
Rot. 348. dum ibi voluit, quod proceſſus factus per
executorem probatur per eius literas ſecundũ Com-
poſtel. in cap. capitulum Sanctæ Crucis de reſcrip. &
obſeruauit Rot. in alia deciſ. 374. vtrum credatur exe
cutori, in antiq.

17. Verum enim vero has difficultates † facilè remo-
uebis animaduertendo, quod in commiſſione facta,
ſi non agatur de commoditate delegati, & ſic nõ po-
teſt adeſſe fraudis ſuſpicio, ſicut eſſe poteſt in colla-
tione beneficij, ita ex Rot. in allegat. deciſ. 701. non
creditur his. in fin. in antiq. vel alio modo, quia ſub-
delegatio eſt leuis præiudicij, ideo creduntur literis eo-
rum vt declarat Belen. in tracta. de ſubſid. charita. q.
114. & Ioan. de Silua, in tracta. de benef. 3. par. q. 23.
num. 71. ſecus dicendum eſt in collatione beneficij,
in quo agitur de graui præiudicio, ſicuti poteſt etiam
reſponderi ad illud de executore, cum ibi non extat
præſumptio fraudis, & agitur de leui præiudicio, quo
caſu creditur literis Epiſcopi, vt animaduertit Felin.
in d. c. poſt ceſſionem. colum. 4. verſic. fallit ſecundo,
& col. 3. verſ. quinto conſidera accurate. de probat.

Quapropter hanc limitationem intelligendã fore
18 primo exiſtimamus ſtante fraudis ſuſpicione, † ſecus
illa ceſſãte, vt puta, ſi ille, cui ordinarius cõtulit, repe-
riatť in poſſeſſione beneficii, ante datã literarum im-
petrantis Apoſtolici, vel ante intimationem literarũ
Epiſcopo factam: nam tunc fraus excluditur, & con-
ſequenter ipſis literis fides adhibenda erit, ſic declarat Autor. additio. ad dictam deciſ. 22. alias 1. de pro-
batio. in nouis, vbi atteſtatur de obſeruatione Rotæ,
& quod alias iuxta hanc ſententiam in quadam cau-
ſa, quam ipſe habuit in concordi conſilio omnium
dominorum de Rota pronunciauit.

19 Secundo modo etiam poteſt intelligi † non pro-
cedere hanc ipſam limitationẽ, quando literæ eſſent
plurium prælatorum, quibus magis creditur, quam
vnius vt in c. tam literis de teſtib. & per ea, quæ habẽ-
tur in c. quanto. de his, quæ fiunt à prælato. Ita limi-
tat Pau. in tract. de officio & poteſt. c. ſede vacan. q.
3. 1. par. num. 10.

20 Quinto principaliter limitabis † concluſionẽ non
procedere in locumtenente, ſeu Vicario Epiſcopi, cu
ius literis non creditur, vt literis Epiſcopi, ita cenſuit
Bellam. in deciſ. 351. in eadem cauſa.

21 Sexto limitanda eſt concluſio, † vt non procedat,
quãdo literæ huiuſmodi ſunt puræ teſtimoniales ſu-
per facto de præterito puta, quia ad petitionẽ partis
ſcribit talem excommunicaſſe vel ordinaſſe, vel be-
neficium contuliſſe, vel talem ſentẽtiam tuliſſe, quia
eo caſu nõ ſtatur ipſis literis, etiam ſi ſint ſuper facto
ſcribentis, & multo minus ſi de alieno, ſic colligere
eſt gl. in cap. teſtes. 3. q. 9. prout ita illam intelligit Io.
Calder. in d. c. poſt ceſſionem. colum. 5. circa princi.
verſ. ſed quidam dicunt. & colum. 6. verſ. primo quæ-
ro generaliter. de probat. per ea, quæ not. Inno. in ca,
quoniam contra eo. tit. cui ſententiæ etiam accedũt
Alban. d. cap. poſt ceſſionem. poſt nu. 3. & Fel. ibidẽ.
nu. 13. verſ. item nota ſecundo. de qua re etiam nos
diximus ſupra in concluſio. epiſtolæ teſtimoniales.

22 Quod quidem ampliandum † venit, procedere
etiam ſi literæ prædictæ non forent puræ teſtimonia-
les, ſed recitatoriæ; vt quia narrarent ita factum eſſe
ad aliquem finem, qui fit, vel mandatur fieri per iudi
cem ratione illius facti recitati, puta, quia recitat ſe
tale beneficium contuliſſe, ideo mandat illũ in poſ-
ſeſſionem induci, vel poni, ſiue talem ſententiã pro-
tuliſſe, & propterea mandat eum de tali poſſeſſione
remoueri, vel ſimilia: nam & iſto caſu ipſæ literæ nõ
probant iſtud factum de præterito, vt per Calder. lo-
co præcitato. verſ. ſi vero non ſunt puræ teſtimonia-
les, quod probat ex eo, quia ſcriptura, in qua eſt omiſ-
ſa debita forma, non facit fidem, vulgato c. quoniam
contra. de probat. & in hoc caſu dicitur omiſſa debi-
ta forma, cum ſuper facto de præterito non ſit appo
ſitum ſigillum, ſed tantum ſuper eo, quod tunc dici-
tur fieri, ſicuti de notario dicitur, quod eius ſubſcri-
ptio refertur ad ea, ſuper quibus tunc principaliter
eſt conferendum, iuxta not. per Innoc. in d. cap. quo-
niam contra. nu. ſexto, ſuper verbo perſonas. de pro-
23 bat. vbi infert illud de iudice, † qui narrat in ſua ſen-
tentia litis conteſtationem, partis confeſſiones, teſtes
receptos, & huiuſmodi, & concludit illa non proba-
ri per inſtrumentum huiuſmodi ſententiæ, quia non
ſunt facta eadem, vel loci, quo inſtrumentum ſen-
tentiæ factũ eſt, de cuius dicti veritate alias diximus,
& dicemus.

Cætera, quæ hic tibi videntur deſiderari, ſupple in
concluſio. Epiſtolæ Epiſcopi.

CON-

CONCLVSIO DCCCCXCII.

ARGVMENTVM.

Quis probare teneatur, literas apoſtolicas non fuiſſe expeditas in tempore, hoc eſt, ante commiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Literas Apoſtolicas non fuiſſe expeditas in tempore, nimirum ante commiſſionem excipiens de reg. Cancel. cõmiſſiones non valere, niſi literis expeditis, non debet probare, ſed actor, & cur.*

2 *Literas Apoſtolicas nõ fuiſſe expeditas in tempore tenetur excipiens probare, quando literæ ſunt productæ apud acta, nec dies de earum expeditione apparet.*

3 *Pro validitate actus præſumitur, & nullitas debet euitari, cum ſit pœna.*

4 *Literas Apoſtolicas in tempore fuiſſe expeditas tenetur impetrans probare, quando in commiſſione derogatur reg. quod commiſ. cauſ. & c.*

5 *Literæ Apoſtolicæ præſumuntur expeditæ ante terminum ad articulandum, quando in commiſſione derogatur reg. quod commiſ. cauſ. & c.*

6 *Literarum Apoſtolicarum expeditio præſumitur facta tempore debito ante obſeruationem, ſi eodẽ menſe concurrat obſeruatio termini ad articulãdum, & appoſitio manus reſcribendarij eodem menſe, nec de prioritate conſtet.*

7 *Literarum Apoſtolicarum expeditionis tempus probatur per manus reſcribendarij.*

1 Literas non fuiſſe expeditas † in tempore, nimirum ante commiſſionem, nõ habet neceſſe probare is, qui negando excipit de regula Cancellariæ, commiſſiones non valere, niſi literis expeditis, vt dicit Caſſad. deciſ. 5. nu. 4. nam cum nullibi de expeditione conſtet, nõ poſſunt dici magis vno tempore, quàm alio expeditæ, & hoc caſu ſcripturã requirente præſumptio erit pro negante, iuxta no. per Innoc. in c. ſuper his de accuſ. quem ſequitur Abb. in c. bonæ, 1. de elect. & ibi Fel. & onus probandi incumbet actori, l. 2. ff. de prob. & hic maximè, vbi tempus videtur eſſe de ſubſtantia actus, Rota dec. 556. incip. Vtrum præſentatus in antiq. quam adducit Fel. in ca. ex literis, colum. pen. num. 11. verſ. & ſi quis dicat patronum de probat.

2 Quod tamen non obtinebit, quã literæ † ſunt productæ apud acta, nec dies de earũ expeditione appareat. Nam cùm tunc cõſtet de expeditione, expeditio in dubio præſumetur facta in tempore, & incumbet onus probandi excipienti, vt declarat idem Caſſad. d. deci. 5. agebat Franciſcus. & eandẽ qõnem ita fuiſſe cõcluſam & reſolutam per Rot. tradit Gom. q. 15. ſuper reg. de non iudic. iux. for. ſupplic. & idem tradit

3 Caſſad. dec. 3. ſuper ea. reg. ea ratione, † q. pro validitate actus præſumit, & nullitas dẽt euitari, cùm ſit pœna, alleg. Bar. in l. non ſolũ, §. ſed vt probari, ff. de ope. no. nunc. & l. ſenatus, ff. de contrah. empt. & faciunt plura, quæ pro hac parte prolixius explicat Mãdo. ſuper reg. quod commiſ. cauſ. q. 14. nu. 7. cum ſeq.

4 Hoc tñ ſubdeclarandum erit † ex mente eiuſdem Caſſad. d. deciſ. 3. non procedere, qñ in commiſſione derogatur reg. quod commiſſ. cauſ. ꝙ ex ſtilo fit cum clauſula, dummodo ante terminum ad articulandũ expeditio fiat, vt ipſe teſtatur deciſ. 4. inoleuit ſtilus. tunc enim impetrans commiſſionẽ tenebitur ſecundum eum probare, quod expedierit ante obſeruationem dicti termini ceſſante præſumptione expeditionis in tempore ex ipſius confeſſione.

5 Sed tamen hoc caſu † licet literæ non præſumãtur expeditæ tpe impetrationis reſcripti, præſumentur tamen expeditæ ante terminum ad articulandum, iiſdem rationibus, quas adducit Caſſad. d. dec. 4. & ita fuiſſe reſolutum per Dominos Rotæ dicit Mandoſ. d. q. 14. ad fin. vbi adducit pro hac ſententia Sarnenſem in q. 15. & in Compen. vtriuſque ſigna. num. 54. verſ. ſumen. Rot. in fauorem. & nu. ſeq.

6 Illud tñ non eſt prætereundum, ꝙ ſi eodem menſe concurrat † obſeruatio termini ad articulandũ, & appoſitio manus reſcribendarij eodem menſe, nec de prioritate appareat, quia non fuit appoſita dies, ſed menſis tantum, præſumetur expeditio facta tempore debito ante obſeruationẽ, vt voluiſſe Dños teſtatur idem Caſſad. d. dec. 4. nu. 6. & inibi num. 20. habetur,

7 quod huiuſmodi tempus † expeditionis literarũ probatur per manus reſcribendarij, vt per eum.

CONCLVSIO DCCCCXCIII.

ARGVMENTVM.

Vt illud accipi debeat, locationis renouationem impleto tempore conductionis, conductore adhuc in poſſeſſionẽ perſeuerante, præſumi.

SVMMARIVM.

1 *Locationis renouatio impleto tempore conductionis, conductore adhuc in poſſeſſione perſeuerante, præſumitur.*
Et cur, nu. 2.

3 *Locationis renouatio impleto tempore conductionis, cõductore adhuc in poſſeſſione permanẽte, præſumitur facta cum omnibus qualitatibus præcedentis contractus.*

4 *Pactum refrancandi cenſetur repetitum in locatione renouata ex eo, ꝙ impleto tempore conductionis, conductor adhuc in poſſeſſione perſeueret. Contrar. nu. 5. 6. & 7.*

8 *Locationis renouatæ ex eo, ꝙ impleto tempore conductionis, conductor adhuc in poſſeſſione perſeueret, inſtrumẽtum non habet executionem paratam. Contr. nu. 9.*

10 *Locationis prædij ruſtici publici renouatio impleto tempore conductionis conductore adhuc in poſſeſſione permanente, præſumitur: idem etiam in rebus tutorum, & prælatorum eccleſiæ, vt nu. 11.*

12 *Locationis operarum renouatio præſumitur, ſi locans impleto tempore ſuo adhuc in poſſeſſione perſeueret.*

13 *Locationis in emphyteuſim renouatio præſumitur, ſi conductionis impleto tpe cõductor in poſſeſſione perſeueret.*
Contrarium, nu. 14. Et cur, nu. 15. 16. & 17.

18 *Depoſiti contractus tempore finito per taciturnitatem intelligitur renouatus.*

19 *Locationis renouatio præſumitur in ſocio conducente partem domus communis ab altero ſocio, qui finito conductionis tempore in poſſeſſione perſeueret.*
Contrarium, & verius, nu. 20.

21 *Locationis renouatio præſumitur impleto tempore conductionis, ſi conductor in poſſeſſione aliquo tempore competenti perſeueret, ſecus ſi per modicum tempus.*

22 *Locationis renouatio impleto tempore conductionis cõductore adhuc in poſſeſſione permanente, præſumitur per annum vnum tantummodo, non pro pluribus, nec pro toto illo tempore pro quo prima locatio facta fuerat.*

23 *Locationis renouatio impleto tempore cõductionis conductore adhuc in poſſeſſione permanente, præſumitur pro prima vice tantum, non pro alijs. Contrarium, nu. 24.*

25 *Locationis prædiorum vrbanorum renouatio finito tempore reconductionis conductore adhuc in poſſeſſione permanente, præſumitur pro tpe, quo cõductor inhabitauerit.*
Et cur, num. 26.

27 *Locationis rerum mobilium renouatio finito tempore conductionis conductore adhuc in poſſeſſione perſeuerante, non præſumitur.*

28 *Locatio-*

Digitized by Google

28 *Locationis renouatio finito tempore conductionis conductore in poſſeſſione adhuc permanente, quando conſtat de contraria voluntate domini, non præſumitur.*

29 *Contractus per modum venditionis fructuum per aliquot annos, facti renouatio non præſumitur, etiam ſi lapſo tempore emptor remaneat in poſſeſſione fundi.*

30 *Locatio renouata non præſumitur finito tempore conductionis conductore adhuc in poſſeſſione perſeuerante, ſi dominus ignoraret conductorem adhuc in poſſeſſione perſeuerare.*

31 *Locatio renouata non præſumitur finito tempore conductionis conductore adhuc in poſſeſſione permanente, ſi locator tenebatur præſtare aliquid conductori. Et cur num. 32.*

1 Locationis renouationem† impleto tẽpore conductionis (conductore adhuc in poſſeſſione perſeuerãte) præſumi reſp. Vlp. in l. item quæritur. §. de pupillo, & in l. qui ad certum tempus. ff. de loc. & reſcripſerũt Valer. & Galiẽ. AA. & CC. in l. leg. C. eo. de loc. Afflict. decil. 365. & conſulendo reſpõ. etiam Soc. ſen. in conſ. 17. in prin. vol. 3. & Alc. in tract. de præſump. reg. 2. præſump. 17.
2 in prin. qui & adducit rationem† ex eo, quia non præſumitur mutata voluntas. l. cum qui voluntatem. ff. de prob. cum alijs, de quib. per ipſum in et Alc. in eod. tract. reg. 2. præſump. 16.

3 Hanc quidem concl.† ampliare poteris, vt nedum cenſeatur facta renouatio locationis, verùm etiã & facta cum omnibus qualitatibus præcedentis cõtractus, & conſequenter ſub eiſdem pignoribus, pœnis, renunciationibus, & clauſulis: ita cautum eſt in d. §. qui impleto, & in d. l. leg. vbi Bal. nu. 1. & per Bart. & Doct. in l. ſi mihi, & Titio, in fi. ff. de verb. obli. Barb. in conſ. 14. nu. 7. verſ. capio nunc vlt. vol. 2. & Fitina. in tract. gabel. in 2. par. in 5. q. in fi. quos etiam refert Alc. in d. præſump. 17. num. 5. & per Alex. in conſ. 28. ponderatis, in fi. vol. 4. & Rui. in conſ. 78. nu. 1. vol. 1. Boer. in deciſ. 284. nu. 14. Bero. in q. 100. & in cõſ. 153. nu. 66. vol. 1. & Crauet. in conſ. 87. nu. 3. lib. 1. doctiſs. Burſa. in conſ. 220. num. 21. & 31. vol. 2. & ex his, quæ not. Benuenu. Strac. de aſſecura. gl. 35. nu. 4.

4 Ex hac ampliatione illud infertur,† quod ſi in priori contractu locationis extaret pactum reſtaneandi, cenſetur etiam repetitum in locatione renouata, ita conſulendo reſpond. Alex. in conſ. 28. in fi. vol. 4.

5 Contrarium tamen† ſibi contrarius reſpõdendo tenuit ipſemet Alex. in conſ. 76. vol. 5. quam repugnantiam animaduertit etiam Rui. in conſ. 78. nu. 3. vol. 1. & ꝓ hac parte multa dicit Cag. in l. 2. q. 58. C. de pact. int. emp. & vend. ſicuti, & facit Borg. in dec. 44. nu. 94. & hæc erit 1. limit. d. ampliationis, quam & cõminabis ex congeſtis per Lud. Gozad. in repet. l. 2. nu. 272. cum plurib. ſeq. C. de pact. inter emp. & vend.

6 Secundò igitur poteris illam met† ampliationẽ limitare, vt non procedat in fideiuſſione: nam locatione renouata non cenſetur innouata fideiuſſio. tex. eſt in l. ſi cum Hermes. C. loca. & per Archid. in c. te quidem. 11. q. 1. Ang. in l. ſi vnus. §. ſi cum eo, ff. de pac. in DD. in c. cõſtitutus, de fideiuſ. multos congerit Felan c. de cauſ. nu. 3. ff. de offi. deleg. Sebaſt. Medic. in reg. 6. verſ. & locationis, in 2. vol. reg. Affli. deciſ. 365. Marc. Mant. conſ. 242. vol. 1. Boer. deciſ. 284. num. 14. Barb. in conſ. 31. vol. 1.

7 Tertiò limitabis† proximam ampliationem generaliter, vbicunque actus ſiue obligatio pendet a voluntate tertij. Nam tunc in locatione taliter innouata non cenſetur repetita huiuſmodi obligatio, ita adnotauit Bar. d. §. qui impleto. nu. 3. & Fel. poſt relatos in c. 1. nu. 5. de iureiur. Franc. Marc. in deciſ. Delphi. 579. nu. 4. & 5. in 1. par. & Tho. Parpal. in l. ſi quis nec cauſam. §. res pig. nu. 2. ff. ſi cer. pet.

8 Quartò limita non procedere,† quoad executionẽ paratam: nam ſtante huiuſmodi præſumpta renouata locatione inſtrumentum non habet executionem paratam, ſicuti à principio, ita voluit Bal. in d. l. legẽ, in prin. C. locati. de quo etiam per Borg. in alleg. dec. 44. ſub nu. 82. vbi multos congerit.

9 Contrarium† tamen voluit Rebuff. in tract. de literis obligatorijs. art. 2. gl. 1. nu. 92. vbi dicit, quod opinio Bald. procedit de iuris rigore, ſed in actu practico contrarium ſeruatur.

10 Secundò principaliter† amplia concluſ. noſtram procedere etiam in locationibus prædij ruſtici publici, ita cauetur in d. §. qui impleto, ibi, & ſi reip. prædia locata fuerint. Adminiſtratores enim Reip. qui hẽnt poteſtatem locandi, hoc fuerunt paſſi, quo caſu ipſa vniuerſitas feciſſe videtur. Bal. in d. §. qui impleto. in
11 1. & 2. lect. in 2. not. vbi idem deciditur in tutorib.† & prælatis eccleſiarum, vt ipſorum ſcientia, & patientia inducatur tacita relocatio, vt ibi per Bart. nu. 6. & Sal. in d. l. leg. in fi. C. locati, de prælatis autem vide ſuſius Borg. in alleg. deciſ. 44. nu. 85.

12 Tertiò amplia etiam procedere† principalem cõcluſionẽ in locante operas ſuas, vt latiſſimè per Soc. ſen. in conſ. 196. vol. 1. per tot.

13 Quartò amplia etiam procedere† in locatione in emphyteuſim, ex deductis per Rom. in conſ. 103. ſub nu. 5. verſ. his tamẽ non refragantibus. quam opinionem ſibi placere dixit reprobata opinione Alex. Alc. de præſump. d. reg. 2. præſump. 17. ſub nu. 3. in fi.

14 Contrariam tamen† partem tenuerunt Bal. in d. §. qui impleto. col. 2. q. 2. Alex. in conſ. 17. viſo inſtr. nu. 12. vol. 4. & conſ. 76. viſis dubitationibus. nu. 4. vol. 5. Iaſ. in l. 1. nu. 66. C. de iur. emphyteut. Ruin. in conſil. 61. nu. 6. vol. 1. Crauet. in conſ. 87. nu. 3. Afflict. in dec. 365. num. 6. qui corruptè allegat Rom. hanc partem contrariam tenentem. Idem conſulendo reſpondit Gozad. in conſ. 94. nu. 52. & huius opinionis ea eſt ra-
15 tio,† quia in locatione emphyteutica requiritur ſcriptura, per l. 1. C. de iur. emphy. de quo etiam Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 4. item etiam, quia in emphyteuſi agitur de transferendo vtili dominio, quo caſu cõſenſus tacitus ex patientia non præſumitur, vt per Alex. in l. qui in aliena, in prin. ff. de acq. hær. & diximus ſup. in concluſ. conſenſus, & ex conſequenti, nec etiam præſumitur renouata locatio.

16 Quintò amplia etiam procedere,† ſi locator deceſſerit relictis hæredibus, horum enim patientia idem operatur, quod patientia locatoris. arg. l. id quod. §. fi. ff. pro ſoc. vbi Caſtr. & idem procedit mortuo cõductore, ſi eius hæredes perſeuerat, ita cenſuit Ang. in l. cum ſatis. §. caueant. C. de agr. & cenſ. lib. 10. & Alc. in d. præſump. 18. nu. 6. vbi declarat, & optimè id procedere data ſcientia ipſorum hæredum, aliàs ſecus vt ibidem per eum.

17 Sextò poteris ampliare, cõcluſ.† procedere nedum in cõtractu locationis, verum etiam precarij ad tempus finito etenim illo tempore per taciturnitatẽ intelligitur ille cõtractus renouatus, ita tñ dit Vlp. in l. in reb. §. item qui precarium. ff. de precar. & trad. Alc. in conſ. 76. vol. 5. & Alc. in d. reg. 2. præſump. 17. nu. 3.

18 Septimò, eodem modo poteris† ampliare in contractu depoſiti, ſecundum Raphael Cumanin conſ. 8. in fi. quem referendo ſequitur Alc. vbi ſup. in d. præſump. 17. num. 3.

19 Octauò etiam videtur vẽdicare ſibi locũ† in ſocio conducente partẽ domus cõis ab altero ſocio, ſecundum doctr. Petri de Vbal. in ſuo tract. de ſoc. par. 1. q. 10. quem ſequitur Alc. in d. præſ. 17. nu. 4. vbi tñ refert Soc. in l. ſeruu elect. §. 1. nu. 3. de leg. 1. dicentem, ꝙ cũ
20 quæſtio in facti contingentia eueniſſet,† ipſe tenuerit cõtra Vbal. in loc. præcit. & ꝙ lis fuit per cõcordiã determinata, ꝗ quidem opinionem veriorẽ putamus, quãdoquidẽ enim poſſit ſocius iure proprio cõmuni domo vti, & ſic totã inhabitat, nõ tenetur ad aliquã penſio-

penſionem, vt per DD. in l. duo fratres. ff. de acq. hær. & trad. Soci. vbi ſupra d. nu. 2. certè poſt tempus conductionis non eſt præſumenda reuocatio, cum alia præſumptio inde ſumi poſſit nempè, quod vſus ſit iure ſuo, l. merito. ff. pro ſocio.

21 Primo limitabis hanc ipſam † principalẽ concluſionẽ procedere, quando conductor poſt tempus conductionis remanet in poſſeſſione aliquo tempore cõpetenti arbitrio boni viri decidendo, ſecus ſi per modicum tempus, vt puta duobus, vel tribus diebus, ita notauit Bar. in d. §. qui impleto. nu. 12. & ibi Bal. poſt Odofr. quem alleg. in lect. 1. in fi. & Alex. in cõſ. 109. vol. 6. & ex congeſtis per Borg. in alleg. dec. 44. nu. 77.

22 Secundo intellige concluſionem noſtram † procedere, vt præſumatur & cenſeatur renouata locatio p annum vnum tantummodo, nõ autem pro pluribus ſiue pro illo toto tempore, pro quo prima locatio facta fuerat, eſt tex. expreſſus in d. §. qui impleto. ibi, ꝙ autem diximus, & per Alex. in allegat. conſ. 28. in fi. vol. 4. & in conſ. 76. vol. 5. Burſat. in conſ. 23. num. 17. vol. 1. Soc. iun. in conſ. 25. vol. 2. Bero. in conſ. 154. nu. 13. & in conſ. 152. nu. 12. vol. 1. & per alios, quos congerit Borgn. in ſæpe alleg. dec. 44. ſub nu. 78.

23 Tertio limita, & intellige † principalem cõcluſionem procedere pro prima vice tantum non autẽ pro alijs vt conſulendo reſpondit Alex. in conſ. 16. vol. 4. & ſequitur Iaſ. in l. duob. reis. §. ſi ei. col. fin. verſ. 15. ff. de fideiu. vbi hoc bene notandum, & hanc deciſionẽ fortem eſſe dixit: ſequitur quoq; Marſil. in rubr. ff. de fideiu. q. 9. nu. 97. qui per multa ſimilia hoc idem probat. & Petr. & Rebuff. in repet. l. vnicæ. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, in præfat. nu. 20. & ibi Bologne. etiam, nu. 20. in fin.

24 Contra hanc limitationem † vr̃ tex. expreſ. in d. §. qui impleto ibi, ſed & ſi ſecundo quoque anno poſt finitum luſtrum nihil fuerat contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permanſiſſe, & hoc deinceps in vno quoq; anno, qui ſequuntur. Et propterea iure merito mea quidem ſententia Iaſ. in l. diuortio. §. quod in anno. col. fin. verſ. vlt. facit. ff. ſol. matri. valde dubitat de veritate huiuſmodi deciſionis, & Rebuf vbi ſupra contrarium in facti contingẽtia ſeruari teſtatus eſt.

25 Quarto limita non procedere † in prædijs vrbanis, quia in his cenſet̃ tantummodo renouata locatio ꝑ tẽpore, quo conductor inhabitauerit, & non vltra. eſt tex. expreſ. in d. §. qui impleto. & Sal. Bal. ac alij in d. l. legem. C. locati. & Afflic. in d. deciſ. 365. num. 9. quia

26 † in prædio ruſtico non percipiuntur fructus in qualibet parte anni, ſed tantum tempore æſtiuo, meſſis, ac vindemiæ: in vrbanis vero quotidie vtilitas percipit̃, prout latiſſimè reſpondit Anch. Regien. in q. 42. per tot. & ex his, quæ notantur per Bar. in d. §. qui impleto, nu. 10. & Sali. in d. l. legem. nu. 3. C. locat.

27 Quinto limita concluſionem † non procedere in locatione rerũ mobilium, & ſe mouentium, prout notauit Sal. in d. l. legem nu. 3. in fi. per tex. in l. inter omnes. §. rectè. & l. qui re ſibi cõmoda. ff. de furtis. & Deci. in conſ. 8. nu 9. vol. 3. quem etiam refert Borg. in alleg. deciſ. 44. ſub nu. 93.

28 Sexto limita non procedere, † qñ conſtat de cõtraria voluntate domini: tunc enim non præſumitur locatio renouata, quia ceſſat præſumpta voluntas: ex qua inſurgit præſumptio dictæ renouationis, ex deductis per Alcia. in ſæpe cit reg. 2. præſump. 17. nu. 7.

29 Septimo limita non procedere, † qñ contractus eſſet per modum venditionis fructuum per aliquot annos: nam tunc licet lapſo tẽpore emptor remaneat in poſſeſſione fundi, nõ tamen cenſetur renouatus ille contractus, ita ſcribentes & præcipuè Bal. in d. §. qui impleto. col. 2. in princ. verſ. ſed quid ſi contractus. quem ſequitur Alexan. in allega. conſil. 76. num. 2. & 3. volum 5. & Crauet. in conſ. 87. num. 3. & Bero. in conſil. 153. num. 23. volum. 1.

30 Octauo limita non procedere, † ſi dominus ignoraret conductorẽ adhuc perſeuerare in poſſeſſione, qa tunc non præſumitur renouata locatio, docuit Affli. in alleg. dec. 365. in fi. ex doctr. ſcrib. in d. §. qui impleto. & præcipuè Bar. qui tradidit, ſcientiam domini tãquam fundamentũ intentionis ipſius conductoris articulandam, & probandam: quem etiam ſequendo refert Saly. in d. l. legem. nu. 3. C. locati. & Anch. Regien. in alleg. q. 42. num. 13. inferens ad furioſum qui non videtur conſentire.

31 Nono limita nõ vendicare ſibi locũ, † qñ requirit̃ aliud quam conſenſus, vt puta quia locator tenebat̃ præſtare aliquid cõductori, tunc enim nõ præſumit̃ renouata locatio. niſi ex parte ſua adimpleat̃ contractus vt per Bar. in d. §. qui impleto. num. 4. & Alex. in conſ. 76. nu. 4. vol. 5. Gozad. in conſ. 94. num. 53. qui ſe ipſum alleg. in repet. l. 2. C. de pact. inter empr. & vendit. & Crau. in conſ. 87. nu. 4. in fi. Menoc. in cõſ. 121. num. 100. vol. 2. Capic. dec. 87. nu. 9. Calcan. in conſ. 7. nu. 18. Rui. in cõſ. 114. nu. 4. vol. 1. Bero. in cõſ. 154. nu. 39. vol. 1. Plotus in l. ſi quando. nu. 152. verſ. 12. C. vnde vi. Fely. in conſ. 25. nu. 21. verſ. vlterius.

32 Vndecimo limita non procedere, † quando in cõtractu locationis conductor promiſiſſet locatori in fine locationis rem locatam libere vacuam, & expeditam relaxare, & renunciauit omni beneficio legũ &c. ita cenſuit Gozad. in repet. d. l. 2. num. 169. C. de pact. inter emp. & vendi. & ex deductis per Borgn. in alleg. dec. 42. nu. 89. qui hanc cõcluſionem latiſſimè limitando examinat, & vide ad ſaturitatem Gozad. in d. l. 2. à nu. 156. vſque ad numerum 177. C. de pact. inter empto. & vendit.

CONCLVSIO DCCCCXCIIII.

ARGVMENTVM.

Examinatur illa locationis probatio, cum quis tanquam inquilinus, vel tanquam colonus pro certo fundo ſoluit annuam penſionem.

SVMMARIVM.

1 *Locatio probatur ex eo, quod quis tanquam inquilinus vel tanquam colonus pro certo fundo ſoluit annuam penſionem.*

2 *Locatio non probatur ex eo, quod quis tanq̃ inquilinus, vel colonus pro certo fundo ſoluit annuam penſionẽ, cũ præſtatio ſolum ſimplex eſt, non adiecta aliqua cauſa.*

3 *Locatio probatur ex præſtatione annuæ penſionis tanquã inquilinus vel colonus, ſi agens locationis titulũ allegando probet præceſſiſſe, cum ius commune reſiſtit; ſecus ſi non reſiſtat, vt nu. 5.*

4 *Tempus non eſt modus inducendæ, neque tollendæ obligationis.*

6 *Locatio probatur ex allegatione præſtationis annuæ penſionis temporis cuius contrarium memoria non exiſtit, abſque allegatione tituli.*

7 *Ius vaſſalagij vel ſubiectionis vt probetur requiritur probatio præſtationis ſeruitij 30. annor. non vero decem.*

8 *Locatio vt probetur ex præſtatione annuæ penſionis alicuius tanquam inquilinus, vel colonus, requiritur quod præſtatio diuturna fuerit vniformis.*

9 *Ius coloniæ argui ex vniformi præſtatione longiſſimi temporis.*

1 Locatio probatur ex eo, † ꝙ quis tanquam inquilinus vel tanquã colonus pro certo fundo ſoluit annuam penſionẽ, l. litib. vbi Bar. nu. 2.

nu.2.C.de agri.& cenſi.lib.11. ꝙ originaliter tradidit
Spec.tit.de emphyteuſi.§.nunc aliqua,q.142.nu.169.
Bal.in l.1.nu.15.C.de fideicommiſ.& * communiter
Docto.in l.ſi certis annis,C.de pact. & in l.cum de in
rem verſo,ff.de vſur.& conſulit Dec.cōſ.146. ſub nu.
2.verſ.& cum pro tali vinea, & conſ.164. ſub num.1.
Rom.conſ.127.Abb.conſ.74. in prin.par.1. & Ruin.
in conſ.73.nu.8.vol.1.

2 Limitatur tñ huiuſmodi concluſio, † qñ reſpectu
certæ cauſæ vel rei, facta eſt præſtatio: nā ſi informis
eſt,ſeu ſimplex ſolū,non adiecta aliqua cā, non obli-
gat in futurum, Bar.in d.l.cum de in rem verſo,nu.9.
cū ſeq.ff.de vſur. loquens de ruſtico ſoluēre omni an
no par caponū,ſi quidē ſoluit ſimpliciter, tunc præſu
mitur donatio,ſed ſi ſoluit ex cā, puta pro laborerio,
ꝙ tenet à dño, præſcribitur titulus etiam pro futuro
tpe, & cogetur ad ſoluendum, vt per eum ibi,nu.14.
Abb.c.quod tranſlationem,poſt nu.4.ext. de offi.de-
leg.Fel.c.cum Bertoldus, num.29.de re iudi.ad idem
gl.fi.in l.ſolent,§.fi.ff.de offi.proconſ.Bal.de feud.tit.
quid ſit inueſtit.§.ſi verò vaſallus,in fi.vbi ꝙ mos ru
ſticorum eſt inſpiciendus, qui non ſolent hoc facere
cauſa perpetuæ obligationis, ſed cuiuſdam ſimplicis
muneris,Dec in d.l.ſi certis annis,nu.2.C. de pact.

3 Secundo limita & declara concluſionē † procede
re,ſi agens allegat titulū locationis ꝓceſſiſſe: etenim
ſi aſſeuerat ſibi deberi ea ſolū ratione, quia in præte-
ritū eſt ſibi præſtitū:tunc non obtineret,l.creditor.C.
de vſur.l.operis.ff.de oper.libert. pro quo facit,qa tps
4 nō eſt modus † inducendæ, neq; tollendæ obligatio-
nis,l.obligationū ferè.§.placet,ff.de act.& oblig. ſed
ad probandū pactum pōt allegare diuturnam præſta-
tionem,vt docet gl.in d.l.cum de in rē verſo, in verſ.
longo tpe. ff.de vſur. vbi ex ea pōt colligi multiplex
huius deciſionis declaratio,& per Bar.ibi num.3.Ad
idem eſt gl.in c.peruenit,& ibi Abb.de cenſib.& præ
5 ſertim, vt limitatio procedat, † qñ ius commune nō
reſiſtit. Nam ſi quidem reſiſteret, non ſufficeret alle-
gare titulū, niſi probaretur, veluti ſi vnus Epiſcopus
colligeret decimas in Epiſcopatu alieno, c.1.de præ-
ſcript.lib.6.Bar.in d.l.cum de in rem verſo,poſt nu.3.
* & Abb.d.c.peruenit,nu.3.in fi.vbi dicit hanc eſſe ** cō
munem opinionem. Admonet quoq; agentē in hac
materia allegationis tituli ex ſola diuturna præſtatio
ne,vt caueat,ne faciat contra conſcientiam.

6 Sublimita,niſi allegaretur † præſtatio tpis,cuius in
contrarium memoria non exiſtit, tunc enim fundatr
intentio ex ſolo curſu temporis,& ſic abſque allega-
tione tituli,l.hoc iure,§ ductus aquæ, ff.de aq.quoti.
& æſti.c.1.de præſcri.in 6.Bar.in d.l.cū de in rem ver-
ſo,nu.2.ſequitur Abb.in d.c.peruenit,poſt num.3.vbi
hoc dictum eſſe quotidianū,& multa monaſteria re-
cepiſſe ab antiquo cenſum, cuius cauſam ignorāt, &
poſſe defendi modo prædicto, & licet aliqui in hoc
* contrariū voluerint,nihilominus * communis & ve-
ra opinio eſt, vt non requiratur tituli allegatio,vt tra
dit Crau.de antiq.temp.par.4.§.abſolutis, nu.49.

Limita tertiò concluſionem procedere, qñ agitur
tantummodo de ſtatu rei, ſcilicet vtrum poſſit q̄ſtio
dominij fieri, vel refragari antiqua redditiuū præſta-
tio, ſed ſi ageretur de obligando aliquem ad ſeruitiū
7 pſonale, puta ad ius vaſallagij vel ſubiectionis, † tūc
ſeruitium decem annorum non ſufficeret, ſed requi-
rerent triginta anni, prout antiquitus tradidere Mart.
de Fan.& Andr.de Barulo,quos refert & ſequit Bart.
in d.l.litibus,nu.2.& 3.C.de agric.& cenſi. Bal.in d.l.
ſi certis annis,nu.19.in fi.& ibi Iaſ.poſt nu. 11. in ſex-
ta limita.C.de pact.

8 Quartò limita concluſionē procedere, † ſi diutur-
na præſtatio fuerit vniformis.nā difformes præſtatio
nes dicunt extraordinariæ, & non releuant, l.Seio.§.
medico,ff.de annu.lega.l.Mella,§.ſed & ſi alimenta,
ff.de alim.& cib.lega.Bal.in d.l.ſi certis annis, nu.18.
9 quæ vniformis præſtatio † ſi fuerit longiſſimi tpis, ar-
guit ius coloniæ eſſe perpetuum, vt in notabili caſu
tradunt Bal.& Ang.in l.male agitur,col.2.C.de præ-
ſcrip.30. annorum, vbi colonus qui ad modicum tps
conduxit, finita locatione ſi per tempus 30. annorū
perſeuerauit,acquirit iura coloni perpetui, dummo-
dò præſtatio mercedis fuerit vniformis,ſecus ſi fuerit
difformis,puta quia qñq; ſoluit in pecunia, & qñque
in frumento, vel qñq; plus, quandoque minus: tunc
enim per tales difformes ſolutiones non induciť ali-
qua probatio,vt ibi per eum,& in l.oēs, poſt nu.3.C.
eod. vbi dicit id fuiſſe ex mente Guil. ſequitur Alex.
ad Bar.in l.item quæſitū,§. qui impleto, in prima ad-
ditione ff.loca.Crau.conſ.107.in additione poſita in
fine dicti conſilij, in vltimis impreſſionib. & Franc.
Marza. conſ.15. quicquid tradiderit Crau. de antiq.
temp.par.4.§.materia iſta,nu.100.cum ſeq.

Aliæ limitationes poſſunt colligi ex traditis per
Iaſ.in d.l.ſi certis annis,nu.11.verſ.limita ergo,vſque
in fi.repet.d.l.C.de pact.

CONCLVSIO DCCCCXCV.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes de incerta quantitate pē
ſionis locationem non probare.

SVMMARIVM.

1 *Locatio non probatur per teſtes deponentes de incerta quā-
titate penſionis.*
2 *Probatio debet eſſe certa.*
3 *Venditio non probatur, niſi de certo precio deponatur.*
4 *Locatio & conductio [illegible] nō videtur, ſi merces promiſſa
ſit generaliter alieno arbitrio.*
5 *Incertitudo & dubietas vitiat omnem actum atque diſpo-
ſitionem.*
6 *Genus parit obſcuritatem.*

1 Locationem nō probari p teſtes † de-
ponētes de incerta quā-
titate penſionis, conſulendo rūdit Alex. in conſ. 50.
poſt nu.9. & 10. vol.5. quem ēt ſequendo refert Dec.
conſ.57.nu.5. quam quidem cōcluſionē firmauit ex
illa regula ſumpta ex c.in præſentia,de proba.quæ ha
2 bet ꝙ ꝓbatio † debet eſſe certa:ſed teſtis deponens de
incerta ſumma, pura, ꝙ Titius conduxit pro affictu li
brarū vigintiocto, ſeu vigintinouē, de incerta depo-
nit penſione, ergo per eius depoſitionē locatio non
probatur,ita Alex.& Dec.vbi ſupra,qui ponderant il
lam dictionē, ſeu & pro hoc ēt facit, ꝙ in contractu
3 venditionis † non probatur vēditio niſi de certo pre-
cio deponatur,§.preciū.Inſti.de empt.& vend. Alex.
conſ.18.nu.1.in fi.vol.1. & conſ.128.num.4.vol.2.&
tradidit Dec.d.conſ.57. facit pro regu.tex. in l.ſi mer-
ces.in princ.ff.loc. vbi ſi merces promiſſa ſit generali
4 ter † alieno arbitrio, locatio & conductio quaſi non
videtur Rom.conſ.257.in fine.& Marſi.in rub. C. de
5 probar.nu.386.facit etiam, quia incertitudo, † & du-
bietas regulariter loquendo vitiat omnem actum, &
omnem diſpoſitionem,vt no.in l.cum duo. & ibi gl.
magiſtralis.ff.de in diem adiec.& probationes debe-
re eſſe certas, & de neceſſitate concludere, alias non
operari probationis effectum vt not.in d.c.in preſen
tia. de probar. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de
iud.& in l.inter ſtipulantem. ff.de verb. obliga.tradit
late Marſil.in d.rub.C.de proba.num.350. cum ſeq.
& Crau.conſ.95.nu.3.vbi,qui teſtes deponere debent
in ſpecie, alias non probarent, quia genus parit ob-
6 ſcuritatem † vt per eum.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO DCCCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Quomodo teneatur locator culpam caſus fortuiti probare, & quouſque.

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur culpam caſus fortuiti probare.*
Contr. num. 2.
3 *Locator non ſolum tenetur culpam caſus fortuiti probare; ſed etiam culpam certi, & determinati hominis.*
4 *Conductor non tenetur de incendio, etiam ſi locator probaret conductorẽ domi ſuæ admiſiſſe noctis tempore minores 25, annis. Et cur.*
5 *Conductor non tenettur de incendio, etiam ſi locator probaret illud fuiſſe commiſſum ab vno certo de familia cõductoris. & cur.*
6 *Conductor tenetur de incendio, quando inter locatorẽ, & conductorem conuentum eſſet, ne in domo fænum, aut palea ponatur, & nihilominus conductor poſuit, deinde caſu fortuito ortum eſt incendium.*
7 *Conductor nulla alia culpa probata tenetur de incendio, quando illud contingit ex facto, vel culpa conductoris, licet adhoc non ordinata; vt ſi ab inimicis conductoris immiſſum ſit incendium in domum locatam.*
8 *Culpa alicuius dicitur euenire, quod obuenit ab inimicis, aut propter inimicitias ipſius.*

1 Locator tenetur † culpã caſus fortuiti probare, ita conſulendo reſpondit Bal. conſ. 441. per tot. vol. 1. & probatur ex gl. in §. præterea. in ver. debet. Inſti. quib. mod. re cont. obliga. ex qua infertur, furtum & incend[illegible]n non præſumi factum ex leui culpa, ſed ex leuiſſima, quo circa cum in contractu locationis & conductionis agatur de vtriuſq; contrahentium commodo, & propterea nõ teneatur conductor de leuiſſima culpa, l. ſi vt certo, §. nunc videndum. & ibi Bar. ff. commoda. cõcludendum videtur hãc opinionem eſſe veriorem, pro qua etiam conſuluit Anchar. in cõſ. 348. per tot. & Alex. conſ. 74. nu. 3. vol. 6. vbi ſequitur gl. d. §. fi. idem Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, nu. 6. & 7. & ibi Iaſ. poſt citatos, col. fi. ff. de eden. Marſil. in rub. ff. ad l. Cornel. de ſica. nu. 113. in fi. Affl. deci. 57. poſt num. 7. Rolan. à Val. poſt relatos, conſ. 95. nu. 11. vol. 2. vbi,
* quod Alex. & alij * communiter hoc tenent in l. domos, ff. de leg. 1. addi. ad Ang. de Maleſi. in gl. incendiario, in 1. addit. verſ. nam licet dicatur.

2 Contrarium tamen † vr̃ dicendum, cum in dubio incendium præſumatur contigiſſe culpa cõductoris, l. 3. §. 1. ff. de offi. præ. l. ſi vendita, ff. de peric. & commod. rei ven. vbi, quod plerunque incendia fiunt culpa inhabitantiũ. Marſ. in l. 1. nu. 113. ff. ad legem Corneliam de ſica. & ideo ſi cõductor velit ſe excuſare, neceſſe habet probare caſum fortuitum, citra eius culpam eueniſſe, pro quo facit tex. l. ſi quis fundum, §. Imperator. ff. loca. & ita Bal. ſibi parum conſtans cõſuluit in conſ. 148. & 149. volu. 2. & hoc idem tenet Aret. in d. §. præterea. Inſti. quib. mod. re contr. oblig. vbi dicit id de facto habuiſſe Ferrariæ. quem ſequitur ibidem Bello. nu. 14. & 15. & videtur de mente Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò hæredi. nu. 4. ff. de eden. vbi in iis, quæ non ſolent facilè euenire abſque culpa, vt in furto incendio, & fuga ſeruorũ, niſi pro-
* betur caſus, culpa præſumit cum quo Doct. * cõmuniter tranſire, fidem facit Alex. conſ. 74. nu. 2. vol. 6.

Retenta tamen priori opinione, quod locator teneatur probare culpam leuem ad hoc, vt conductor
3 teneatur de caſu. Amplia vt etiam teneatur † probare culpã certi, & determinati hominis, etenim ſi non probaretur culpa certæ & determinatæ perſonæ, remaneret incertitudo, & ſic ſequi condemnatio non poſſet, vt per Bal. in d. cõſ. 441. vol. 1. & Affli. dec. 57. nu. 4. Anch. conſ. 71. ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis ex argẽ-
* tarijs, §. fi. col. fi. & eſſe * communem opinionem teſtatur Rol. à Val. conſ. 75. poſt num. 8. verſ. præmiſſis verò. vol. 2. Fran. Turza. inter communes opiniones, q. 185. nu. 15. in fi. & nu. 16. & 17. in fi. cum ſeq.

4 Secundò amplia, vt non teneatur † conductor, ẽt ſi locator probaret conductorem dimiſiſſe in domo noctis tempore minores 25. annis, nam ob id non vr̃ eſſe in culpa ſaltem lata, vel leui: ita vt teneatur de incendio, quamuis dicti minores minus diligenter ignem cuſtodierint, quia conſueuerunt etiam diligẽtes patres familias habere familiam in domo tam minorem, quàm maiorem, vt de eo, qui dimiſerat in domum puerum 25. annorũ, & duas puellas duodecim annorum, cõſuluit Anch. d. conſ. 398. quod pro egregio dicto refert, & ſequitur Iaſ. d. l. ſi quis ex argentarijs, §. fi. in fi. ff. de eden. dicens ſe ita obtinuiſſe in ciuitate Cremonæ, ſequitur Franc. Turza. inter cõmunes opiniones, q. 185. poſt nu. 16. verſi. addit inſuper.

5 Tertiò amplia, etiam † ſi locator probaret incendium fuiſſe commiſſum ab vno certo de familia cõductoris, adhuc enim non tenetur conductor, niſi à conductore ille familiaris deputatus fuiſſet ad ignẽ cuſtodiendum, puta ad coquinam, licet gl. in l. ne qd. ff. de incen. rui. naufrag. aliter voluerit, pro quo facit, quia paterfamilias non tenetur de facto illius, qui extra officium ſibi commiſſum aliquid facit, l. ſi ſeruus, §. ſi fornicarius, ff. ad legem Aquiliam. l. ſi extraneus, à contrario ſenſu, ff. loca. & l. ſi vendita. ff. de peric. &
* commo. rei ven. & hanc eſſe communem * opinionem fidem facit Sal. in l. quæ fortuitis, poſt num. 7. C. de pign. actio. & ideò conſuluit Ana. conſ. 71. quod etiam ſi probaretur per nurũ conductoris immiſſum fuiſſe ignem in domum, non tenerctur conductor, quia nurus non erat deputata ad officium ignis, ſed ad educationem liberorum, ſequitur Rol. à Val. cõſ. 95. poſt nu. 11. & 12. vol. 2.

Primò limita concluſionem non procedere, quã-
6 do † inter locatorem & conductorem conuentum eſſet, ne in domo fœnum, aut palea, poneretur, & nihilominus conductor poſuit, deinde caſu fortuito ortum eſt incendium, tunc enim etiam nulla probata culpa conductor tenetur, l. videamus, §. fi. cum l. ſeq. ff. loca. Sal. in d. l. quæ fortuitis, nu. 9. in fi. C. de pign. actio. Veronen. de ſer. ruſt. præd. c. 44. nu. 2. & 3..

7 Secundò limita non procedere, † quando contigiſſet ex facto, ſeu culpa conductoris licet ad hoc non ordinata, puta, quia incendium immiſſum eſt in domum locatam ab inimicis conductoris, etenim tunc nulla alia probata culpa conductor tenetur, l. ſi mer-
8 ces, §. culpæ, ff. locati. vbi culpa alicuius † dr̃ euenire, quod obuenit ab inimicis, aut propter inimicitias ipſius, facit tex. l. pen. in prin. ff. ſol. mat. Sal. d. l. quæ fortuitis, num 9. in fi. C. de pign. act. Hinc dicebat Bar. ꝙ qui emit à ciuitate pedagia, vel gabellas, poteſt petere remiſſionem à ciuitate, ſi propter guerram factam ciuitati ab inimicis eius, vecturam exigere non potuit, ſecus ſi ab inimicis vicini ſui, vt per eum in d. §. culpæ, vbi quod ita de facto conſuluit, & in l. coram. §. quia maximos. ff. de publica. num. 7. Paul. de Caſtr. d. §. culpæ, nu. 2. dicens, quod ille textus ad hoc ſemper allegatur,

Digitized by Google

CONCLVSIO DCCCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Probationem loci, temporiſvè quando ſufficiat, vel non ſufficiat producere.

SVMMARIVM.

1 *Loci probationem ſimpliciter producere nõ ſatis eſt, quãdo factũ non eſt punibile in qualibet parte loci, ſed in parte limitata, quod infertur ad quæſtionem ſtatutariam.*
2 *Tempore competenti, vel probibito. factum debet probari, quando non ſufficit factum eſſe qualibet parte temporis.*
3 *Locus qñ, & quõ probetur tutus, & non tutus, remiſſiue.*

1 Loci probationem † ſimpliciter productã, qñ factum nõ eſt punibile in qualibet parte loci, ſed in parte limitata, nõ ſufficere, docuit optimè Bar. in l. matrē. in antiq. lect. nu. 8. C. de proba. & in l. non ſolũ, §. ſed vt probari poſſit. de nou. ope. nun. vbi teſtatᷣ, ſe alias reſpondiſſe ad qõnem cuiuſdam ſtatuti, quo cauetur, ne in quibuſdã pratis homines poſsēt paſtuari, intra terminos deſignatos, & contra quendã accuſatum fuit tm̃ deductum, & probatum ſimpliciter, illum in dictis pratis animalia pauiſſe, ob idq; cõdemnationem ſequi non potuiſſe, rñdit per gl. in d. §. ſed vt probari poſſit, & per l. de pupillo, § qui nũciat. eo. de nou. ope. nun. ad ꝙ ēt allegat tex. in l. 1. in fi. cũ l. ſeq. ff. de incen. rui. naufrag. ex quibus infert etiã ad
2 quæſtionem de tempore: qñ enim † non ſufficit factũ eſſe qualibet parte temporis, debet probari factum tempore competenti, vel prohibito, tex. in d. l. matrē, vbi opt. Bar. & Bal. C. de prob. & quæ congerit in d. §. ſed vt probari poſſit.
3 Locus † quando, & quomodo probetur tutus & non tutus, vide ſuprà in concluſione, Acceſſus.

CONCLVSIO DCCCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Luſorem à teſtimonio dicẽdo repelli, & quæ probãda ſint ab eo, qui velit luſorem à teſtimonio repellere.

SVMMARIVM.

1 *Luſores à teſtimonio repelluntur præſertim in criminalib.*
2 *Luſor dicitur criminoſus.*
3 *Luſor dicitur turpem vitam agere.*
4 *Ex Ludo inſurgit præſumptio dilapidationis bonorum.*
5 *Luſor præſumitur ſemper blaſphemare.*
6 *Luſor vt quis ad boc probet, vt a teſtimonio repellatur, nõ ſufficit probare, ꝙ aliquando luſerit, ſed requirit, quod ſit conſuetus, deinde ꝙ fuerit luſor tempore depoſitionis.*
7 *Luſorem luſiſſe cum taxillis falſis probatur per barros, & luſores, tanquam peritiam artis habentes.*

1 Luſores à teſtimonio † repelli, maximè in criminalibus ſcriptũ reliquit Lanfran. de Oria in c. quoniam contra. in verſ. teſtiũ, col. 46. in fi. de prob. & Alex. in conſ. 52. col. 3. verſ. ſed cõſtat, vol. 5. Dec. in conſ. 163. nu. 19. qui loquitur ēt in cauſa matrimoniali. & Crau. in cõſ. 169. nu. 5. & Nep. de Mont. Alba. in ſuo tract. de teſti. num. 18. & 19. & Gram. in conſ. 35. nu. 59.
2 Et nimirũ, quia luſor † dr̃ criminoſus, vt dicit Bar.
3 in procem. Digeſtorum. & Ludendo dr̃ † turpem vitam agere, ſecundum Hoſt. in ſum. tit. de exce. prælа.
4 & ex ludo inſurgit † p̃ſumptio dilapidationis bonorũ, per Bal. in auth. ꝙ locum. col. 2. verſ. 10. quærit. C. de colla. bonorũ, & Bertr. in conſ. 222. nu. 3. vol. 3. & Menoc. de arb. iud. caſ. 399. in prin. & diximus ſuprà
5 in concl. Dilapidatio. & pręſumitur ēt † ſemper blaſphemare, vt per Pet. Ger. in ſingul. 83. tene menti. de quo diximus etiam ſuprà in concl. Blaſphemus.
Sed ad duo aduerte, cum vis probare aliquem eſſe
6 luſorem, † ad effectũ illum à teſtimonio repellendi. Primo, ꝙ non ſufficit probare, quod aliquando luſerit, ſed requiritur, ꝙ ſit cõſuetus. Secundo, ꝙ fuerit luſor tpe depoſitionis, alias non repelleretur, optimè Dec. in alleg. conſ. 163. nu. 19. cum ſeq. ſicuti etiam ſi alioqui eſſet bonæ vitæ & famę, vt ibidem Dec.
Limita tñ hanc ipſam concluſionem minimè ſibi vendicare locum quando eſſet probãdus ludus cum
7 taxillis falſis, † quia tunc admittitur probatio etiam per barros, & luſores, tanquam peritiam artis habentes, ita Sal. in l. ea quidem. C. de accuſa.

M

CONCLVSIO DCCCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Aſſertioni magiſtri ſtandum eſſe ſuper peritia ſui diſcipuli, Magiſtri qualitatem probandam eſſe, cum non præſumatur: & ob id quæ probanda ſint à magiſtro, qui percuſſit diſcipulum.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri qui ſint vocandi.*
2 *A Magiſtris quæ requirantur in docendo.*
3 *Magiſtris diſcipulorum probitas improbitasq; aſcribitur.*
4 *Qualis magiſter, talis diſcipulus.*
5 *Magiſter malus præſumitur, ſi diſcipulus ſit malus.*
6 *Magiſtri aſſertioni ſtatur cum iuramento de ſcientia & peritia ſui diſcipuli.*
7 *Magiſter poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui diſcipuli.*
8 *Magiſtri qualitas non præſumitur.*
9 *Magiſtrum ſe dicenti, opus eſt quod probet, ſi negetur.*
10 *Magiſter, qui percuſſit diſcipulum, debet probare, ꝙ tunc temporis eſſet magiſter, & percuſſus diſcipulus.*
11 *Magiſtris facultas eſt conceſſa corrigendi diſcipulos.*
12 *Magiſter negligens diſcipulos corrigere, mortali ſeſe peccato aſtringit.*
13 *Magiſtro, qui diſcipulum percuſſit, quæ ſint articulanda, & probanda.*
14 *Quilibet præſumitur facere ex cauſa ſibi licita.*
15 *Dolus non præſumitur in magiſtro.*
16 *Magiſter tenetur de nimia ſæuitia.*
17 *Magiſter clericus incurrit irregularitatē, ſi ex correctione diſcipuli mors ſequatur.*
18 *Magiſter ferro diſcipulum percutiēs, præſumitur in dolo.*
19 *Magiſter clericum diſcipulum percutiens, nõ poteſt dici incidiſſe excommunicationem probatis probandis.*
20 *Magiſter clericum diſcipulum, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtitutum percutiens, non incidit excommunicationem, ſi probanda probet.*

1 QVibus præcipua † cura rerum, inquit Paulus in l. quib. pręcipua. ff. de verb. & rer. ſig. incumbit, & qui magis, quam cæteri diligentiam, & ſolicitudinē rebus, quibus pręſunt debent, hi magiſtri appellantur. Quinetiam ipſi magiſtratus, ſubiungit Iuriſconſ. p deriuationē à magiſtris cognominantur. Vnde etiã cuiuslibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellari à monendo, vel monſtrando. hi præ cęteris regimen habent, l. 1. §. magiſtrũ. ff. de extraor. cognit. & quaſi maiori ſunt ſtatione,

tione, vt ait gl. in clem. 2. in ver. doctoratus, eo. tit. de
2 magiſt. & Hoſt. plenè in ſum. eiuſd. titu. à quibus † in docendo exigitur ſolertia, fides, & ſcientia, teſte gl. in d. l. qbus, vt optimis moribus, & doctrina diſcipulos
3 inſtruere poſſit, quorum probitas † improbitasq; maximè magiſtro aſcribitur, vt de Diogene Babylonio ſcribit Quintilianus, Alexandrum iam Regem vitia ab eo accepta retinuiſſe.
4 Hinc dici ſolet, † qualis magiſter, talis diſcipulus,
5 & ècontra, ꝙ magiſter malus præſumaẽ, † ſi diſcipulus ſit malus, 24. q. 1. ca. cũ beatiſſimi, & teſtaẽ Luc. de Pen. in l. queadmodũ, nu. 179. C. de agri. & cenſ. li. 11.
Et licet ex laude diſcipuli, magiſtro laus quæraẽ, &
6 ex dedecore, dedecus: receptum tñ eſt, ꝙ magiſtri † aſſertioni ſtetur cum iuramento de ſcientia, & peritia diſcipuli ſui, vt l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudic. & probat Spec. de proba. §. 3. ver. quoque, & habetur in authen. habita. C. ne filius pro patre.
7 Amplia hoc, † vt non ẽt putetur ſuſpectus teſtis in cauſa eiuſdem diſcipuli, vt voluit gl. in c. 1. duodecima, quæſtione prima. idem tradit Nel. in tracta. de teſtibus, nu. 31. quod placuit etiam Bald. in d. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud.
8 Huiuſmodi autem qualitas † magiſtri, cum extrinſecus adueniat non præſumitur, arg. eorum, quæ not. Doctor. in c. innotuit. de eo, qui fur. ordin. ſuſcep. vt etiam deciſum eſt à dominis Rot. in deciſ. 84. de probat. in antiq. & tradunt Bar. & Docto. in l. ſciendum, ff. de verbo. oblig.
9 Et ideò dicenti ſe magiſtrum, † ſi negetur, opus eſt, ꝙ probet, vt aliàs à nobis dictum eſt in verb. Abb cõclu. 1. nu. 2. & per Rot. dec. 349. in antiq. vbi habetur, quod probari poterit per famam, habitu, & reputatione, vt in Abbate diximus in d. concl.
10 Hinc inferẽ, ꝙ magiſter, † qui percuſſit diſcipulũ, debeat probare, ꝙ ipſe tunc tpis eſſet magiſter. & percuſſus diſcipulus ad hoc, vt licitè feciſſe cognoſci poſſit iuxta doctrinam Bar. in l. ſed & ſi quæcunq;. §.
11 ſi magiſter. ff. ad l. Aquil. nam magiſtris † cõceſſa eſt facultas corrigendi diſcipulos, ca. nullus, 17. q. 4. vt & not. Docto. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. & in l. vnica.
12 C. de emend. propinq. ꝙ ſi id agere † negligant, eos mortali aſtringi peccato, teſtanẽ Cald. & Card. Flor. in c. cum ex iniuncto. de hæret. & Alex. conſ. 75. li. 3.
Iſtud declarando ampliabis, vt non ſolũ probare
13 debeat ſe magiſtrũ, † verum ẽt animo corrigẽdi, monendi, & docendi feciſſe, vt placuit Bar. in d. §. ſi magiſter. & in cõſ. 104. viſis teſtib. examinatis, hoc autẽ, vt ibi docet Bar. probabunt teſtes deponẽtes id factũ fuiſſe in ipſo docendi, ſiue inſtruendi actu, aut dũ corrigebat, ꝙ deliquerat diſcipulus. concludendũ igitur eſt magiſtrũ articulare debere, ꝙ tunc monebat, corrigebat, vel inſtruebat eũ, vel ꝙ diſcipulus delinquebat. hoc idem ſequitur Aret. in tract. maleſ. in verb. admonauit. verſ. quid autem ſi pater cum præſumaẽ percuſſiſſe diſcipulũ diſciplinæ cauſa. cum quilibet
14 † præſumatur facere ex cã ſibi licita, arg. l. merito. ff. pro ſoc. & in terminis de corrigente famulam, & domeſticam tradit Alex. in conſ. 75. in prin. vol. 3. præ-
15 ſertim cum etiam generaliter in magiſtro † dolus nõ præſumitur. teſte Bar. in d. §. ſi magiſter.
Hæc tibi ſunt declaranda non habere locum, quo-
16 ad culpam in quam incidit magiſter, † ſi non leuiter, & moderate diſcipulum percutiat, vt traditum eſt in d. §. ſi magiſter, in fi. tenetur enim alias de nimia ſæuitia, vt ibi, & in l. item quæritur, §. Iulianus. ff. loca. licet à dolo excuſetur.
17 Vnde fit, vt ſi ex clerici † magiſtri correctiõe mors diſcipuli ſequatur, clericus incurrat irregularitatem, iuxta ca. presbyterum, de homicidio. ita ſenſit Paul. Borgaſ. de irreg. par. 6. tit. de homicid. nu. 7. licet enim daret operam rei licitæ, non videtur tamen adhibuiſſe debitam diligentiam.

Secundo loco velim declares, quod diximus dolũ
18 non præſumi † in magiſtro, non procedere, qñ ex genere inſtrumenti præſumi aliter poſſet, vt quia percuſſiſſet ferro, iuxta ſentẽtiam Bal. per illum tex. in d. §. ſi magiſter, cui accedit Alexan. in d. conſ. 75. verſ. pro hoc bene facit, ſed tantum, quando vſus fuit inſtrumento conſueto, vt funiculo quadruplicato, vt accidit in caſu Alex. in d. conſ. vel quia capto per auriculam, ei alapam inflixiſſet, vt in caſu Bar. in d. cõſ. 104. vel etiam forma calcei. d. §. ſi magiſter.
19 Amplianțur modo ſupradicta † omnia procedere ẽt, ſi percuſſus eſſet clericus diſcipulus, nam probatis quæ ſupra diximus, non poterit dici, quod magiſter inciderit in pœnam excommunicationis, vt probaẽ ex c. cum voluntate, in fi. de ſent. excommuni. ſic ẽt traditum eſt in ſum. Piſanel. in verb. excõmunicatio. 11. §. caſu 8. & c. 1. & in c. ex tenore, eo. tit.
20 Id ſubamplia verum eſſe † ſiue ſit in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtitutus. c. cũ beatus, 45. diſt. & ibi glo. ſic etiam cenſet Abb. in c. vniuerſitatis, nu. 4. de ſent. excommu. vt & confirmatur ex ſum. Ang. in verb. excommunicatio. §. 1. num. 9. Franc. Marc. in deci. Delphin. 877. vbi de hac materia.

CONCLVSIO M.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probeẽ magnanimitas: & in quibus conſiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Magnanimitas probatur ex magnitudine ædificiorum, & cur.*
2 *Magnanimus verſatur circa magnos honores.*
3 *Magnanimus qui ſit, & nu. 4.*
5 *Magnificus qualem domum habere debeat.*

1 Magnanimitatem † probari ex magnitudine ædificiorũ, not. Bar. in l. 2. ad fi. C. de præd. & commun. reb. nauicul. li. 10. nam cũ magna ædificia fiant magno cũ ſumptu, ex his quis magnanimus præſumitur, dicit Io. de Plat. in d. l. 2. in 6. no. Franch. Luch. in tract. de Fiſ. & eius priuile. §. põt itaq; imponi. nu. 27. Mart. Laud. in tract. de prin. q. 334. Ant. Corſet. in tracta. de poteſt. reg. in 7. par. §. ſecundo quæro, nu. 8.
Hic tñ velim aduertas, ꝙ licet magnanimitas circa magna verſeẽ, vt nomẽ ipſum arguit, non tñ circa
2 ſumptus, ſed circa honores, & † in oppoſitũ, verſatur
3 magnanimus, q eſt, q magnis † eſt dignus, & magnis dignũ ſe cenſet, vt declarat Ariſt. lib. 4. Ethic. c. 3. quare cũ magnitudo ædificorũ ſumptus magnitudinem reſpiciat, magnificẽtię virtutẽ propriè magis ꝓbabit, q̃ eſt circa pecunias, ſe extendẽs ad ſũptus in magnis, & diu duraturis ĩ hiſq; liberalitatẽ magnitudine exuberãs, vt ait idẽ Ariſt. li. 4. Ethic. c. 2. ad ꝙ faciũt tradi
4 ta per Boer. in q. 153. in 1. par. magnificũ dicens † qui magnos facit ſumptus: magni verò, & honorabiles ſumptus maximè exiſtũt, q Deorũ, Heorũ, reipublicę ve cauſa fiunt: dedicationes, extructiones, ſacrificia, ludi, æpulum publicũ, priuatæ nuptię, hoſpitũ ſuſceptiones, munera, hmõi: etiã ędificiorũ magnitudo;
5 nã magnificus, & domũ † decẽter extructã habere debet, & eos ſumptus nõ ad ſe ipſum, ſed ad publica facere ſolet, ex eodẽ Ariſtot. loco citato. ędificia verò decẽter, & magnifice extructã ad decorẽ publicũ ciuitatis maximè ptinẽt l. ꝑtor ait. §. hoc interdictũ, ff. de oper. nou. nunc. l. fi. ff. ne qd in loco publ. l. 2. C. de ædic. priua. pp quod plura ſunt in eis ſingularia cõſtituta, de quib. per Io. de Plat. in d. l. 2. in 4. notab. C. de præd. & commu. reb. nauicul. lib. 10.

CON-

CONCLVSIO MI.

ARGVMENTVM.

Quot modis alius alio maior probetur.

SVMMARIVM.

1 *Maioritatis varia exceptio.*
2 *Maioritas aut ætatem, aut ſtaturam, aut conditionem perſonæ reſpicit.*
3 *Maioritas perſonæ ex quatuor prouenit, aut ex diuitijs, aut ex generis nobilitate, aut ex potētia, aut ex honore.*
4 *Diuites omnes poſſe dici principes, & in eis habere locum clem. 1. de baptiſ.*
5 *Pecuniæ obediunt omnia.*
6 *Diuites pauperibus ad honores, & magiſtratus conſequendos præferuntur.*
7 *Diuitias cæteris rebus præponi debere, quorundam ſnīa.*
8 *Diuitias & nobilitatem qñque inter ſe cōpenſari; & nu. 9.*
10 *Maioritatem probari ex nobilitate.*
11 *Nobilitas gradum adijcit.*
12 *Canonicus maior altero nobilitate proponendus eſt etiam prius recepto.*
13 *Teſti nobili quam ignobili maior fides adhibetur.*
14 *Teſtes pauci nobiles multis teſtibus vilibus, et ruſticis ſunt præferendi.*
15 *Teſtes ignobiles pro reo deponentes præferendi ſunt teſtibus nobilibus deponentibus pro actore.*
16 *Laicorum teſtimonium præponitur teſtimonio clericorū, cum illi pro reo, hi pro actore deponunt.*
17 *Nobilis vox in electionibus præfertur ignobili.*
18 *Nobilis vox in electionibus beneficiorum & dignitatum eccleſiaſticarum præfertur ignobili.*
19 *Maior alius alio probatur ex amicorum potentia.*
20 *Maior alius alio probatur ex honore.*
21 *Parentum teſtimonium licet in matrimonio contrahendo recipiaꝛ, tñ tunc ſuſpectū redditur, cum inter diuitē & pauperē, inter nobilem & ignobilem eſt contrahendum.*
22 *Parentum teſtimoniū non redditur ſuſpectū, in matrimonio contrahendo inter diuitem, & pauperem, inter nobilem & ignobilem, cum huiuſmodi maioritas proueniēs aut ex diuitijs, aut ex nobilitate eſt modica.*

Maioritas verbū, vt varia ſignificare ſolet, ita etiā à noſtris varijs mo-
1 dis accipitur, † ſic ordinis maioritatem cōſiderauere,
vt in c. ſtatuimus, de maior. & obedien. ſic quoq; dignitatis,
vt in c. dudum, de elec. ſic ēt ſenectutis, vt in
l. ſemper. ff. de iu. immu. quo in loco I. C. ſenectuti honores
exhibitos explicans, in hæc verba loquitur. Semper
in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit, & penè
eundem honorem ſenibus, & magiſtratibus maiores
noſtri impenderunt, extat & apud noſtros prælationis,
ſeu adminiſtrationis maioritas, vt in c. trāſmiſſa.
de elect. conſecrationis ēt maioritatem apud eoſdem
inuenire eſt, vt in c. aqua. de conſecrat. eccle. &
ne ſingulas maioritatis formas in pſentia recēſendo
tpſ conterā, alias maioritatis ſpecies mō ex his mō
ex illis reb. pueniētes, noſtri diſquirere cōſueuere,
vt tradidere Alb. in ſuo dictio. in verb. maior, & maioritas,
& Abb. in ca. ſtatuimus, de maio. & obed. vbi
Fel. in rub. & idē Fel. ī c. ſup eo. de teſt. & Io. Lecirier
in trac. de primogeni. n. 10. & 11. de his aūt ſigillatim
dicere noſtri nunc non eſt inſtituti, ſed has ſub certa
quædam genera redigendo, de eiſdem diſſeremus.
2 Omnis itaq; maioritas †, aut ætatē, aut ſtaturā, aut
conditionē perſonæ reſpicit. Aetatis maioritas pcipitur
ex ijs, quæ à nobis latè in Ætatis cōcluſionib. ſuperius
ſunt tradita, vbi ad ſatietatē quo pacto probetur
Aetas diſcuſſū eſt, ſtaturæ maioritatē hoc loco omittendam
duxi, cū ſuus hic non ſit locus. Tertiā, quæ in
cōditionis perſonæ diſquiſitione tota eſt, libēter amplector,
tum quia ad præſens noſtrū probationis inſtitutū
ptinet, & ex cuius inueſtigatione dignoſciꝛ, qua
ratione quis alio maior, minorve ſit, tum ēt, quia omnes
alias maioritatis formas nuper adductas pter has
duas poſtremas complectiꝛ. Ex hac verò maioritatis
3 forma quatuor † modis quempiā alio maiorē eſſe probare
poterimus, aut ex diuitijs, aut ex generis nobilitate,
aut ex potētia, aut poſtremo ex honore, ꝙ aūt ex
diuitijs alius alio maior probeꝛ, aperte pbat cōtex. in
* d. c. ſuper eo. il 2. de teſtib. vbi * communi cōſenſu id
tradūt ſcribentes, huc itidē ſpectaſſe viſus eſt Guil. à
Mōte Laud. in clem. 1. de baptiſ. quē ibi refert Card.
4 Flo. in q. 6. dum voluit, oēs diuites † dici poſſe principes,
adeo vt hic locū habeat d. cle. 1. loquēs de principib.
arg. c. oēs, de maio. & obed. & eius, ꝙ habeꝛ apud
5 Eccleſiaſt. 10. ꝙ ſcilicet pecuniæ † obediant oīa, ad
idē ptinet I. C. rñſum, in l. reſcripto. in prin. ff. de mune.
& honor. & Imp. reſcriptū in l. ad ſubeunda. & ibi
Lucas de Pen. C. de decur. lib. 10. quibus in locis diui-
6 tes † pauperibus ad honores, & magiſtratus cōſequendos
pferri debere, ſtatutū eſt, nec alio tendunt eorum
7 opiniones, qui diuitias † cæteris rebus pponi debere,
ſenſere, quos refert Tiraq. in l. ſi vnq. in verb. facul. C.
de reuocan. donat. & in tract. de nobilit. c. 3. nu. 12.
Non tñ pluris ſunt ſemper faciendæ diuitiæ, nā li-
8 cet ignobilis ſit diues, † non tñ maior erit nobili paupere;
ſed tunc diuitiæ, atq; nobilitas inter ſe cōpenſabunꝛ,
ita docuit Bal. ī d. c. ſup eo. in fi. de teſtib. cui accedit
Alex. in cōſ. 209. lib. 6. ſic placuit & Spec. in tit.
de teſte. §. 1. verſ. ſed qd ſi vir, & vxor. hoc idē tradūt
gl. cæteriq; Doct. in l. ſi volūtate. C. de dot. promiſſ.
9 Quod adeò verū eſt, † vt in matrimonio cōtrahendo
inter iſtas duas perſonas, nobilē ſcilicet pauperē,
& ignobilem diuitem, nedum indignitas, ſed ne quidem
diſcrimen aliquod cōſtituatur, vt inquit Tiraq.
in eod. tract. de nobil. c. 20. nu. 177. qui hoc idem ſenſiſſe
Spec. in loco ſuperius citato teſtatur, idemq; voluiſſe
Bal. in d. c. ſuper eo. in fi. & Alex. in d. conſ. 209.
verſ. præterea pariter affirmat. lib. 6.
10 Præterea ꝙ ob nobilitatē † quis altero maior probeꝛ,
neminem ignorare cenſeo. & id clarè conſtat ex
deciſione eiuſdē contextus in c. ſuper eo. vt ēt ibidē
* ſcribentes * oēs id cōprobant, huc etiam referendus
eſt cōtex. in c. de multa. in fi. & c. pen. de præben. atq;
c. qui contra pacem, 24. q. 1. vbi gl. & latiſſimè Bar. in
l. 1. C. de dignit. lib. 12. ad idē reſpiciunt ab Abbate
tradita in d. c. pen. col. 2. de præb. & à Cyn. in l. puidēdū.
C. de poſtu. atq; ab Hoſt. in c. venerabilis, in verb.
11 non multos, de præb. vbi inquit, ꝙ nobilitas † gradū
adijciat, prout cōſtitutus in dignitate, & pſonatu per
c. dudū, il 1. de elect. & l. ꝙ ſi nolit. §. qui mancipiū, ff.
de ædili. edict. ad rem ēt noſtrā facit, ꝙ ſcripſit Dom.
in c. Epiſcopus, col. 1. 17. diſt. dum voluit, ꝙ canoni-
12 cus † maior altero nobilitate præponendus ſit etiam
prius recepto, idq; teſtimonio gloſſæ inſignis confirmat,
in c. ſexta ſynodus, 18. diſt. vt & ſenſit Archi. in
c. quoniam, eadem diſt. in eademmet fuit ſententia
Fel. in d. rub. de maio. & obed. nu. 2. & in c. clerici, nu.
3. de iud. hoc idem auctoritate ſua corroborauere nō
nulli alij grauiſſimi iuris interpretes, inter quos eſt Innoc.
in d. c. dudū, vbi ēt Abb. & Io. And. Balb. in l. memini.
C. de adno. diuer. iudi. & l. nobilior. in fin. C. de
commer. & merc. & in l. vlt. in princ. & ibi Corn. in
vlt. not. C. commun. de legat. Anto. Corſet. in reper.
cap. grandi col. 9. de ſupplen. negl. prælat. atque Bologn.
in authen. habita. col. 20. verſ. ſed ſumpta occaſione,
C. ne fil. pro patre.
Quod quidē ampliandū hic adeo verū eſſe, vt. ſ. q
eſt nobilis dicaꝛ maior altero nō nobili, vt ēt in teſti-
13 monio ferēdo maiori nobilitate, † q ignobili maior
fides adhibeaꝛ, vt author eſt Accur. in l. 3. in verb. plebeo.
p illū tex. ff. de teſtib. & gl. in §. itē teſtiū in verb.
quis decurio. 4. q. 3. cuius ſnīam probant Spec. in titu.
de teſte. §. poſtq; verb. porro. Bart. in d. l. 1. col. 9. verſ.

vnde in dubio. C.de dignit.lib.12. Bal.in l.teſtiū,col.
pen.verſ.2.dico. C.de teſtib. vbi aſſerit, paucos teſtes
14 nobiles † multis teſtib.vilibus, & ruſticis eſſe præferē
dos,idē voluit Calca.in conſ.9.col.3.in eandē deſcē-
dit ſnīam Iaſ.in l.maiorē,ff.de pact.cui conuenit Fel.
in c.noſtra. col. pen. de teſtib. ad idem rñdit rogatus
Dec.in conſ.342.ſic cautū eſt & à Marſi. in conſ. 65.
col.6.li.1.vt & conſuluit Crau.in conſ.6.nu.28.

Limitanda tñ eſt hæc ampliatio, vt non habeat lo-
15 cum,qñ nobiles † deponerent pro actore, & ignobi-
les pro reo,arg.eius, ꝙ huic ſimile dicit gl. in c. cleri-
16 ci,diſtin.81.dum tradit laicorum teſtimoniū † prępo
ni clericorū teſtimonio ex eo, ꝙ laici deponebant ꝑ
reo,idē ſenſit Abb.in c.ex literis, col.1.in pen. not.de
prob.vbi ēt Dec.col.2.verſ. & iſta concl. & idē Abb.
in c.ad noſtrā,col.vlt.eo.tit.& in c.noſtra, col.3.verſ.
ſed eſt dubiū,de teſtib.vbi eā gl.valde inſignē dicit,&
in c.eo tenore,col.2.verſ.nota vnū modū, eo.tit.& in
c.cū P.col.vlt.ver.& vide, de accuſa.& in hac re nr̃a
voluit hoc idē Rui.ī cōſ.158.col.3.verſ.ꝑterea.vol.5.

Secundo loco illud idē de nobilitate,ꝙ ſcilicet ex
nobilitate maioritas alicuius ꝓbeť, tibi eſt amplian-
17 dū,adeò verū eſſe,vt q eſt nobilis,vox ipſius † in ele-
ctionib.ꝑferať,ita placuit gl.in d.§.itē teſtium, 4.q.3.
eſt, cum quis à conſumpturo ſtatim in malum vſum
emit,vt in eo,q emit à prodigo, luxurioſo, & alijs hu-
ius farinæ hominibus,vt inquit Iuriſconſult.in l.ſi qs
cũ ſciret.ff.pro empt.vbi Bar. poſt multas diſtinctio-
nes hoc ſtatuit ; tenetq, idem eſſe in ementes à collu-
ſore,cum quo dicit non valere contractũ,quia delin-
quunt ſimul per l.vltimam. §.vltimo.ff.quat.rer.act.
non dat.& quod not. in d.l.ſi quis, & in l. quod ſi mi-
nor.§.vlt.ff.de mino.

63 Sed in hoc diſtinctio Abbatis † adhibenda eſt, q̃
retulit in d.c.ſi diligenti.nu.26.verſ.conclude in hoc
de præſcrip.vbi ait, ꝙ aut quis emit ſciẽter ab eo, cui
bonis erat interdictũ,& non valet cõtractus,nec trãſ-
fert̃ vſucapiendi conditio, cum præſumatur mala fi-
des, vt in l. qui fundum.§. qui ſciens.ff.pro empt.aut
emit ab eo, cui bonis non erat interdictũ, ſed ſciebat
illum conſumpturum,ſed ignorabat in quẽ vſum,&
tunc dr̃ eſſe bonæfidei emptor, d. l.ſi quis cum ſciret.
in prin.aut ſciebat, quod in aliquem malũ vſum vo-
lebat expendere pretiũ,& tunc emens eſt malæ fidei,
d.l.ſi quis in fin.maximè ſi vendens erat minor, vt l.
ſi verò non remunerandi.§. ſi adoleſcens luxurioſus.
ff.mandati.& vna cum Bar.ipſe concludit, etiã idem
de colluſione. ad quod reſpondit etiam Pariſ. in d. c.
ſi diligenti.nu. 30.& 31.

64 Præterea, qui inſolitis cautelis † cõtraxit, & nimis
cautè proceſſit,eſſe malæ fidei arguitur;is enim in do
lo præſumitur, teſte Accur. in l. ſi quis ſub conditio.
ff.de condit.Inſtit.ꝙ latiſſimè proſequitur Iaſ.in l.te-
ſta.nu.3.& 4.C.de teſta. & in conſ.170.nu.1. vol.2.&
in hanc ſententiam à multis eſt conſultũ,vt à Dec.in
conſ.399.nu.8.& in conſ.448.nu.23.à Soc. iun.conſi.
77.nu.47.lib.1. à Cur. iun.in cõſ.130. nu.9.& à Crau.
in cõſ.38.nu.5.& in conſ.56.nu.19.idẽ tradidere Bal.
& Ang.in d.l.ſi quis ſub conditione.vbi cæteri ſcribẽ
tes.ad idẽ pertinet c.illo vos.de pign.&c.ad noſtram,
de emp.& vend. idq; ipſemet cõfirmauit Bal. in c. 1.
verſ.quæro de quibuſdã pactis.in tit.de feud.da. in vi
cem leg.cõmiſſo.in vſib.feud.atq; Ant. de Butr.in d.
c.illo vos.in 4.no.& Cæph.in trac.de ſimulat.cõtrac.
præſump.8.& 9.idẽ Bal.in l.3.C. plus valere , ꝙ agit̃.
& in l.etiã. col.2.C.de execut. rei iud.quibus adhæret
Soc.cõſ.215.& Fely.in c.2. de reſcrip. nec aliò tendit
contex. in c.quã graui.de crim.fal. Sic quoq; ſenſere
Imo.in d.c.ad noſtrã Alex.cõſ. 207.col.7. vol.5.Soc.
ſen.cõſ.22.col.vlt.lib.4.Barb.conſ.16.col.3.li.2.Burſ.
conſ.66.nu.16.& Menoch.d.caſ.225.nu.18.

65 Vltimo tandem omnibus alijs probationis modis
è medio derelictis,locus erit coniecturis,quibus ma-
lã fidẽ probari,prout facti qualitas dictat,voluit Bar.
in d.l.Celſus.col.4.ver.ſed qualiter.ff.de vſuc.ad idẽ
decidit Afflict.in d. dec.369. nu.8. & ante eum Bald.
in l.1.C.de vſuc.transfor.vt & reſpondere Burſa.in d.
conſ.66. nu.10. Alex.in conſ.187. nu.8.lib.2. Abb.in
conſ.

Digitized by Google

* conſ.20.nu.3.idq; obſeruauere Doct.communiter* in
d. l. Celſus, vbi præcipuè Balb.nu.119. idem reperit
Bal. in l. pen. C. de euict. vbi eſt text.apertus,ex quo
colligitur clarè per indicia malam fidem probari.idẽ
voluit Ang.in d.l.1.C.de v ſuc.transfor.idem Bald.in
l.ſi paterna.C.de repud.hær. vbi nonnullas coniectu-
ras enumerat,per quas ſuus, qui abſtinuit, & poſtea
emit à creditoribus hæreditarijs,illud mala fide feciſ-
ſe dicitur, quas ipſe videto.

CONCLVSIO MIIII.

ARGVMENTVM.

Quis teneatur probare negatiuam, malefa-
ctorem, ſcilicet non inueniri, cum agitur
contra villã ex ſtatuto,quo cauetur quod
villa malefactore nõ inuento teneatur de
maleficio: Ac malefactorẽ in dubio ſem-
per præſumi prauè, & iniuſtè maleficium
commiſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Malefactorem non inueniri, ſi quis dixerit, cum agitur contra villam ex ſtatuto, quo cauetur, quod villa malefactore non inuento teneatur de maleficio, probare debet. Et cur. nu. 2.*
3 *Probandi onus ei incumbit, qui ſe fundat ſuper clem.vlt. de reſcrip.*
4 *Probare negatiuam debet, qui ſe fundat in ea.*
5 *Malefactor quomodo, & quando probetur, remiſſiuè.*
6 *Malefactor in dubio ſemper præſumitur prauè, & iniuſtè maleficium commiſiſſe.*
7 *Maleficia diſtinguuntur ſecundũ voluntatem propoſitã.*

1 Malefactorem non inueniri, † ſi quis
dixerit, cum agitur
contra villam ex ſtatuto,quo cauetur,quòd villa ma
lefactore non inuento teneatur de maleficio, talem
negatiuã probare debet:ita Cor.conſ.123.vol.a.litera
M.& N.Hercul.in tract.de prob.neg.verſ.48.infertur
qui ad hoc citat ẽt Crau.conſ.12.lib. 1. in fi. & huius
2 deciſionis ratio eſt, † quia tale ſtatutũ, quod villa tenea-
tur pro malefactore eſt exorbitans à iure cõi,quia re-
gulariter quis nõ tenetur pro delicto alterius,per iura
vulgaria,& in ſpecie, quod ciuitas non teneatur pro ciue
delinquẽte,dixit Bar.in l.ne qd.ff.de incẽ.ruin. nauf.
& in l.1.ff.arb.furt.cæſ.& qui nititur ex conſt.exorbit.
nõ obtinet, niſi probet verificari verba cõſtitutionis,
& ſtatuti,prout ſingulariter decidit Io.And.in c.1.de
homic.lib.6.dicens,quòd per hoc euaſit à pœna. d.c.
1.quendam inquiſitum de aſſaſſinio, quod crimen pro-
babatur,ſed quiá nõ erat probatum, quòd is qui fue-
rat Aſſaſſinatus fuerit Chriſtianus, fuit abſolutus, quia
ille tex.loquitur de aſſaſſinante Chriſtianum: & eius
Theoricam refert,& ſequitur Bal.in l. ſi quis nõ dicã
rapere.C.de epiſ.& cler.col.3.verſ.propterea dixit Io.
And.& facit,quod dicunt gl.& Doct.in clem. fin. de
3 reſcr. volentes, quod quia illa clem.eſt exorbitans,† ideò
ei,qui ea nititur, incumbit onus probandi, & ſuadet
4 hoc etiã regula,quæ habet, quod ſe fundãs † in negatiua,
dẽt illã probare,aliàs ſuccumbit.l.ſi quis.C.de fabric.
lib.11.& l.ita ſtipulatus,in prin.ff.de verb. obl. & in l.
hoc iure.ff.eo.vbi Bart.& cæteri ſcribentes. Inn. in c.
ſuper his,vbi etiam Hoſt.de accu.& latiſſimè per Her
cul.in prin.tract.de proband.neg.nu.2.
5 Quomodo,& quando † quis præſumatur,& probe-
tur malefactor,& maleficium commiſiſſe, vide quæ
latè diximus in concluſionib.in verb.delictum.
Nota tamen regulam generalem ad hanc materiã
6 malefactorum, quòd ſcilicet malefactor in † dubio
ſemper præſumitur prauè, & iniuſtè maleficium cõ-
miſiſſe, ex quo eſt de genere prohibitorum, vt habeẽ
in c.1.de præſum.& in l.qui cum telo.C.ad leg. Corn.
de ſicar.& per Bal.in c.ſicut nobis,in fi.de re iud. pro
quo faciunt d.per Bar.in l. Aurel.§.idem quęſijt.ff.de
lib.leg.& per Doc.in d.clem.1.de homic.& in l.ſi nõ
conuicij.C.de iniur.Alex.conſ.24.vol.2.in prin.
7 Secundùm tamen voluntatem † & propoſitum, &
dolum diſtinguuntur,& reputantur,in quo vide præ-
cipuè vltra ea,quæ diximus in concl.delicti.Marſ.in
conſ.crim.7.nu.10.cum ſeq.& conſ.67.nu.9.conſ.25.
nu.4.conſ.26.nu.8.cõſ.53.nu.18.Iul.Clar.in §.homic.
cir.prin.& in §.fi.q.60.ver.12.& q.84.in prin. Doct.in
d.l.dolum. C. de dol. vbi gl. ponit exemplum Hiſpa-
norum,qui dabãt vinum album, quaſi aquam rubeo
mixtam,inuitatis ad prandium, vt inebriarentur, &
inebriatati poſteà pro eis fideiuberent, vel rationes
ſuas accommodarent,vbi præcipuè Bart. Abb. & alij
in c.1.de præſump.Gand.in tit.de homicid.colum.fi.
quæſt.vlt.

CONCLVSIO MV.

ARGVMENTVM.

Regulariter non præſumi malignitatem: &
quo pacto illa præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Malignitas non præſumitur.*
2 *Malignitas probatur ex tractatu, & malorum familiaritate.*
3 *Semel malus adhuc malus præſumitur.*
4 *Præſumitur contra eum, qui laborat infamia.*
5 *Malorum familiaritate vtẽs animum iiſdem moribus informat.*
6 *Malignus præſumitur hæres, qui non confecit inuẽtariũ.*
7 *Malignus præſumitur qui litem, quam inſtituit, ad finem vſque perſequi detrectat.*
8 *Falſum exprimens in ſupplicatione præſumitur potius ex ſimplicitate, quam ex malitia illud expreſſiſſe.*
9 *Falſum exprimens in ſupplicatione præſumitur potius ex malitia, quam ex ſimplicitate illud expreſſiſſe, quando probaretur ſcientia, vel præſumeretur ſcientia illius, quod falſo expreſſum eſt.*
10 *Malitia probatur ex coniecturis.*

1 Malignitatem † non pręſumi ex ge
nerali reg.l. meritò,
ff.pro ſoc.tradit Franc. de Por. in tract.de inuen.c.6.
nu.8. & aliàs probauimus in quampluribus locis, &
concluſ. mendacium, cui malignitas ineſt, fit cau-
ſa decipiẽdi, vt per gl.in c.ne quis.22.q.2. Marc. Ant.
Cuc.in tract.de menrien.cir.poſ.nu.75. ſic in malitia
* tradit gl. quã tenent *communiter Doct. vt per Abb.
ibi,nu.6.in c.paſtoralis.in prin.de offic.deleg.
2 Limitatũ in eo,qui fuit habitus, † & reputatus malus,
& qui cũ malis cõuerſatũ:nã ex hoc tractatu, & conuer-
ſatione probari malignitatem tradit Ang. in auth. de
Monach.§.cogit.verſ. & ad quæſt. nã et ſemel malus
3 † adhuc malus pſumitũ.c.ſemel malus.de reg.iur. in 6.
4 et cõtra eũ pſumitũ, † qui laborat infamia. Luc.de Pe.
in l.hac leg.C.de pxi.ſacr.ſcri.li.12.in prin.et qui cũ ma
5 lis verſatũ † aium iiſdẽ morib.informat,l.ædiles.§.hoc
aũt.ff.de ædil.edict.et de his latè diximus concl.Ma-
lus.ex ea ſumere poteris malignitatis pſũptiones: nã
hæc pſumptio malignitatẽ excludens ab alijs in iure
6 cõſtitutis perſępè ſuperatũ:hinc hæres, † qui nõ confecit
inuentariũ,malignus pſumitur,l.ſancimus. §. ſi verò
nõ fuerit,in auth.de hær.& falc.ex quo ſine dubio pri
uatũ falcid.vt ibi,et in dubiũ reuocat pp Trebel.vt la-
tiſſimè per Gab.poſt alios concl.10. ad Treb.

Sic

Digitized by Google

7 Sic etiam† qui vſq; ad finem litem, quam inſtituit, pſequi detrectat, malignus præſumitur. Luc. de pen. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. nu. 197.

Malitiam autem, vt diximus, non præſumi adeò ve-
8 rum eſt, quòd ſi quis† in ſua ſupplicatione falſum exprimat, potius ex ſimplicitate, quàm ex malitia falſum expreſſiſſe cenſebitur. gl. in c. ſuper literis. in vet. priori modo. de reſcrip. Barb. conſ. 77. in prin. vol. 4. Hippol. de Marſ. conſ. 2. nu. 6.

9 Hoc tñ procedere intelligas, † qñ non probaretur, vel præſumeretur ſciẽtia illius, ꝙ falsò expreſſum eſt. Alex. conſ. 93. col. 2. verſ. non obſtat id, quod nota. vol. 6. & conſ. 77. vol. 1. Gab. de malef. concl. 2. nu. 24. à quo ſumi alia poſſunt ad iſtorum declarationem.

10 Huiuſmodi autem malitia† probabitur ex cõiecturis, vt per Abb. in d. c. paſtoralis. de offi. deleg. & ex facto conijcietur, ſicut fraus, vt per eundem Abb. in c. ſuggeſtum, in fi. de appel. vel ex non facto, ad ꝙ quis tenebatur, quia & qui facit cõtra legem, & qui omittit, ad ꝙ tenetur, eſt in dolo. Bart. in l. dolum. C. de dolo. Burſ. conſ. 94. nu. 2. & latè diximus in concl. dolũ.

CONCLVSIO MVI.

ARGVMENTVM.

Neminem malum præſumi: quod multis illationibus oſtenditur: & quouſque illud procedat.

SVMMARIVM.

1 *Malus nemo regulariter præſumitur.*
2 *Bonus eſt quilibet naturaliter.*
3 *Bonus, vt quis dicatur verba in alienum ſenſum, quandoque torquentur, & impropriantur, vt nu. 7.*
4 *Teſtibus laicis deponentibus de non delicto commiſſo, quã clericis contrarium aſſerentibus magis eſſe credendum.*
5 *Malitiæ qualitas eo magis excluditur, quo quis eſt natus bona patria, & bonis parentibus.*
6 *Malitiæ qualitas eo magis eſt excludenda, quo quis eſt nobilis, & diues.*
8 *Habens rem communem, & ea vtens ad libitum, non præſumitur velle illa vti in detrimentum iuris alterius, ſed ſimpliciter ſecundum ius ſuum. Quod intellige, vt nu. 9.*
10 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
11 *Quilibet præſumitur alienus à dolo, & culpa.*
12 *Poſſidere bona fide quis præſumitur, niſi contrariũ pbet.*
13 *Geſtum præſumitur ſponte, non metu geſtum.*
14 *Actus indifferens licet ſonet in delictum, tamen præſumendus eſt potius bonus, & in bonã partẽ, quàm in malam.*
15 *Intellectus capiendus eſt, per quem non præſumitur quis delinquere, quàm contra.*
16 *Actus ſi certo loco, vel tempore potuit eſſe licitus, alio verò illicitus, lex præſumit geſtum in caſu licito.*
17 *Conſilium, quod poteſt ſe habere ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem.*
18 *Exceptio contra aliquẽ oppoſita, quæ poſſit interpretari in bonã, & in malam partem, in bonã eſt interpretanda.*
19 *Exceptio, quę poteſt accipi in bonam, & in malam partem, in malam potius eſt intelligenda, cum actus, ſuper quo opponitur exceptio, prima fronte habet maiorem formã mali, quam boni.*
20 *Exceptio, quæ poteſt accipi in bonam, & in malam partẽ, in malam potius eſt intelligenda, cum actus ſuper quo opponitur exceptio, eſſet improbatus à iure naturali, vel diuino, aut poſitiuo.*
21 *Iudex præſumitur bonus.*
22 *Præſumitur pro reſcripto Principis.*
23 *Reſcriptũ tollens ius tertij, præſumiĩ de falſitate ſuſpectũ.*
24 *Arbitri præſumuntur rectè, & iuſtè laudaſſe.*
25 *Notarius pſumiĩ benè, & fideliter exercere officiũ ſuum.*
26 *Notarij inſtrumento ſtandum eſt, ſi in eo aſſerat ſe certioraſſe mulierem de beneficio Velleiani.*
27 *Notarij inſtrumento ſtandũ eſt, ſi in eo dicat, quod Titius ex certa ſcientia, & benè conſultus, non vi, neque dolo, &c. niſi contrarium probetur.*
28 *Notarij falſitas non præſumitur, ſi reperiatur aliud ſcriptum, quàm ſit dictum.*
29 *Iurare falſum nemo præſumitur.*
30 *Hæres prǽſumitur fideliter confeciſſe inuentarium, ne cenſeatur ſubtraxiſſe bona hæreditaria.*
31 *Vxor præſumitur quicquid acquiſiuit conſtante matrimonio acquiſiuiſſe de bonis mariti.*
32 *Fur non præſumitur, in cuius domo reperiatur res furtiua, niſi concurrant aliæ coniecturæ.*
33 *Errans in iure non præſumitur in dolo.*
34 *Natus ex vxore, præſumitur conceptus de marito.*
35 *Matrimonium præſumitur inter duos ingenuos ſimul conuerſantes, vt euitetur ſuſpicio mali, & peccati.*
36 *Seruus delinquẽs non pſumitur delinquere voluntate dñi.*
37 *Semel malus, ſemper præſumitur malus.*
38 *Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem, vel ſimili genere. Contr. nu. 39. Concil. nu. 40.*
41 *Malus non præſumiĩ ſẽp in eodẽ genere mali, cũ ſtetit probus, & abſtinens ab illo delicto ſaltem per triennium.*
42 *Malus non præſumitur in eodem genere mali, cum fecit magnam pœnitentiam, illumq; honeſtis actionibus vacaſſe per triennium conſtet.*
43 *Malus nõ pſumitur ſemper in eodẽ genere mali, cũ agitur de malis, quæ per naturam, ſeu ætatem alterantur.*
44 *Malus in futurum præſumitur in eodem genere mali, nõ in præteritum. Contr. nu. 46. Concil. nu. 47.*
45 *Notarius, qui fuit condemnatus de falſo, non icciro eius inſtrumenta prius facta reputantur falſa, licet in futurum poſt condemnationem non poſſit alia facere.*
48 *Iuramento damnum paſſi periuri non eſt ſtandum, licet ſtatutum diſponat, quod de damno dato ſtetur ſacramẽto damnum paſſi. Et cur, nu. 49.*
50 *Teſti non credit, qui aliàs perhibuit falſum teſtimonium.*
51 *Teſtis periurus non facit indicium nedum ad torturam, ſed nec etiam ad formandam inquiſitionem.*
52 *Releuatus à ſatiſdatione per iuratoriam cautionem perdit illud priuilegium, ſi ſemel præſtiterit iuratoriam cautionem, & fuerit repertus periurus.*
53 *Rapiens mulierẽ ſolutam, quæ aliàs fuerit deflorata, nõ incidit in pœnã ſtatuti punientis tale delictũ pœna mortis.*
54 *Mendax in vno, in omnibus præſumitur mendax.*
55 *Plures in rixa, vbi fuerunt, & reperiatur vnus vulneratus, poterit iudex deuenire ad torturam contra illum, qui aliàs ſimile delictum perpetrauit.*
56 *Studens malè, & negligenter in iure canonico, malè, & negligenter præſumitur, quod ſtudebit in iure ciuili.*
57 *Carcerãdus eſt, & diligenter cuſtodiendus, qui ſemel aliàs de carceribus aufugit, licet is veniret relaxandus fideiuſſoribus ex aliquo delicto, nec deberet incarcerari.*
58 *Calumniatus in prima accuſatione, præſumitur calũniari etiam in ſecunda.*
59 *Qui ſemel malè ſe geſſit in aliqua re, credendum non eſt, quod in futurum is in eadem benè ſe gerat.*
60 *Bonus non eſt quis præſumendus in tertij præiudicium.*
61 *Malus eſt præſumendus, qui ſe intromittit, & repertus eſt ea facere, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
62 *Homicidium in dubio doloſè committi præſumitur, licet potuerit committi ad defenſionem.*
63 *Præſumiĩ malè de clerico, q frequẽtat conſortia mulierum.*
64 *Malus quilibet præſumitur in foro conſcientiæ, vt tutior via eligatur pro ſalute animæ.*
65 *Mali pſumptio admittitur, cũ à malo, de quo dubitatur, cõſtaret aliquod lucrũ ſpectare ad illũ, de quo præſumiĩ.*
66 *Malus præſumitur, qui cum malis verſatur.*
67 *Malum præſumitur de paupere, & populari.*
68 *Benè præſumitur de nobili.*
69 *Pauper quis dicatur, & ſuſpectus.*
70 *Malus is præſumitur, qui aliquid cœpit agere, cuius principium apparet eſſe malum. Cont. num. 71. Concil. nu. 72.*

Malum

1 Malum †neminē regulariter præſumi con-
ſtat ex tex in c.dudum.& in c.fi.de
præſũpt. Marſ.in l.1.nu.67.C. de ſica. Alc.in trac.præ-
ſump.in reg.3.præſump.2.nu.1.& reg.2.præſ. 8. nu, 1.
not in c.1.in ver.æſtima de ſcrut.vbi gl.in c. cum pa-
ter.§.rogo.ff.de leg.2. l. omnimodo.C.de inoff.teſta.
Crau.in conſ.60.nu.7.Soc. cōſ.15. col.1.lib.1.Dec.in
l.milites.nu.23.C.de mili.teſta.Bertr.in cōſ.126.n.10.
vol.7.cum ſimi. & ratio eſt quia naturaliter quilibet
2 †bonus eſt; ſecundum gl.in l.fi. ff.quod met. cau. Iac.
de Beluiſ.in d.l.omnimodo.p illũ text. Ang.in l.ſciē-
dum.in fi.facit c.mandata.de præſump. Gramm.cōſ.
30.nu.9.facit gl.in c.nauigāti.de vſu. gl.in c.accedēs.
de crimin.fal. Bald.in l. 2.in vlt. col.verſ.ſed pone.C.
quor.appell.non recip.facit, ꝙ dicit glo. in c. ne quis
3 arbitretur.27.q.2. quòd verba † in alienũ ſenſum tor-
queantur ad hoc, vt quis dicatur bonus, ita eã refert,
& ſequitur Marſ.conſ.2.num. 9. Alex.conſ.56.col.3.
vol.2.conſ.70.col.3.vol.1.conſ.74.col.3.eod.vol.
Ampliatur hoc adeò eſſe verũ, vt ſi duo teſtes cle-
4 rici †teſtificãtur, Sempronium aliquid mali feciſſe, &
alij duo teſtes laici ſuper eodem tempore, loco, & fa-
cto dicunt contrariũ, & ſic illũ non mali quidquam
feciſſe credatur teſtibus laicis deponentibus pro non
delicto, licet clerici aliàs digniores ſint laicis, vt ha-
betur in c.deniq;.4.diſt.& in c.duo ſunt genera. duo-
decima q.2.& in c.cũ ex iniuncto de hære.in c.ſacer-
dotib. vndecima.q.1. & dignioribus teſtibus regula-
riter ſtandũ eſt.c.in noſtra de teſtib.l.ob carmē.ff.eo.
tit.gl.iſtud no.in c.clerici.diſt.8.faciunt dicta p Fran.
Cur.in trac.de teſtib.concluſ.26.verſ. tertio fallit.vbi
vna cum Bal. & Rom. concludit magis ſtãdum eſſe
teſtibus negantibus delictũ, quã affirmantibus, prout
et idem voluit Anch.conſ.253.nu.3.verſ.in iſta veri-
tate dico.faciunt notata in c.ſi fortè, de elect. in 6. &
idē ante omnes voluit Inn.in c.veniens, de preſump.
5 Secundò ampliatur iſtud tantò †magis procedere,
qñ quis eſt natus bona patria, & bonis parentib.arg.
l.quod ſi nolit.§.quia mancipia. vbi gl.& Doct.ff.de
ædi.edi.& not.Io.de Amicis in conſ. 86. nu. 13. & in
conſ.134.nu.10.Luc.de Pen.in l.quemadmodum.C.
de agric.& cēſ.lib.11.in ver. 167. & 168.facit c.apoſ.
diſt.98.Cyn.in l.prouidendum.C.de poſtu. facit illud
Ariſt.in lib.3.Rhetor.ad Theodectē c.16.dũ inquit:
Nobilitas, & educatio ad faciendã fidē adhibentr: ve-
riſimile enim eſt probũ ex probis, & benè educatum
euaſiſſe. & ratio pōt eſſe, quia maiorum noſtrorum
exemplo ad virtutes excitamur, prout inquit Abb.in
c.venerabilis.de præben.& hoc idē ſuadet vetus illud
adagium, Philoſophus Philoſophum generat.
6 Tertiò amplia hoc eo magis verum eſſe, † ſi de no-
bili, & diuite ageretur, quia benè præſumitur de his,
quibus ſunt integræ facultates, & maiorum ſuorum
hæreditates incolumes, prout inqt text.in l.2.in prin.
C.de debit.ciuit.lib.10.gl.in c.illud.40.diſt.Io.Andr.
in c.conſtitutis.il 2.col.pen.de appel.Rom.ſing.726.
Barba.in l.ſed ſi ex ſtipulatu.col.9. ff. de verb. obl. &
in tract.de præſtan.Card.in 1.q.vlt.par.ver. tu allega.
& conſ.62.col.4.lib.1.& conſ.3.col.13.lib.2. & conſ.
35.col.1.eo.lib.2.facit l.quod ſi nolit.§.qui mãcipia.
ff.de ædil.edict. Alc.in tract.præſump.reg.1. præſum.
48.in prin.Gerar.de Pet.ſanct.ſing.30.Soc. iun. conſ.
39.col.4.nu.26. lib. 2.
7 Quartò amplia †principale dictum adeò verũ eſſe,
vt verba ſint potius impropriãda ad hoc, vt quis di-
catur bonus, ita voluit gl.in c. ne quis arbitretur. 27.
q.2. quam ſequitur, & notabilem dicit Marſ. conſ. 2.
num. 9.
8 Primò hinc infertur, quòd quis habens † rem com-
munem, & ea vtens ad libitum, non præſumitur velle
ita vti in detrimentum iuris alterius, ſed ſimpliciter
ſecundum ius ſuum, ita inquit text.in l. meritò.ff.pro
ſoc.& conſuluit Cæp.conſ.4. col. 3. num. 10. & vide
Illuſtriſſ.Card. Alba.in d.l.meritò.in addi.ibi ad Bar.
Alc.in d.tract.præſumpt.reg.3.præſump. 1.
9 Quòd intellige, † niſi ageretur in re cōmuni, vltra
quam liceret, veluti illa abutendo: nam tunc contra
talem poſſet agi furti actione, vt in l.Sabinus.ff.com-
mu.diui.faciunt nota.in l.duo fratres.ff.de acqu.hær.
Alc.vbi ſup.
10 Secundò infertur, ꝙ nemo † præſumitur immemor
ſalutis æternæ.l.fi.C. ad legem Iuliam reper. c. ſanci-
mus.1.q.7.ibi gl.& c.cũ tu fili. de teſti.l.cũ quis dece-
dens.§.codicillis.ff.de leg.2.auth.ꝙ obtinet. vbi Bal.
C.de prob.Bar.in l.2.C.commu.de leg.Caſtr.cōſ.301.
vbi conſuluit, ꝙ in expenſis paruis ſtandum eſt rōni-
bus hæredis defuncti: nam licet in tali probatione vi-
deatur requiri iurm, tamen ex quo amplius præſtari
non poteſt, ſtabitur ſimplici codici rationũ, qa mors
nō minorem fidem vr̃ inducere, quàm iurm, ex quo
nemo præſumitur moriendo fuiſſe immemor ſalutis
ęternę, per d.l. fi.et p not.per Bar.in l.admonēdi.ff.de
iure fiſc.vbi dicit, ꝙ præſumitur ꝓ ſcriptura defuncti
per dictã rōnem, & p l.rōnes.C.de prob.& p id ꝙ no.
Soc.cōſ.161.col.2.faciunt plura accumulata p Hipp.
in rub.ff.de fideiuſſo.col.7.8. & 9. quæ tñ illatio reci-
pit illas declarationes, de qbus p Alc.cũ ibi additis in
reg.3.præſ.4.quas p te vide, cũ hic illarũ nō ſit locus.
11 Tertiò infertur, ꝙ quilibet † præſumitur alienus à
dolo, & culpa.l.dolum.C. de dolo. l. ſi creditor. C. de
pign.act.l.quoties.§.q dolo.ff.de prob.l.ſi dolo.C.de
reſcin.vend.l.dolus.& l.eleganter.ff.de dolo. l. nō oīs.
§.à barbaris.ff.de re milit.l.ꝙ adhibitis.C.de his, q ſi.
aſcrib.in teſta.l.1.C.de ædil.edict. l. comprobatio. ff.
de prob.Alc.in d.reg.3.præſumpt.4.
12 Quartò infert, quòd †quis bona fide poſſideat, niſi
probetur contrarium, l.pen.C.de euict gl.in c.ſi dili-
genti.& ibi Doctores, de præſcript. Alex.conſ. 200.
col.2.verſ.præterea in dubio.volu.2.& conſ.75.colu.
pen.vol.4.l.meritò.ff pro ſoc. gl. in l. ſuper.in verſic.
probatur.C.de præſcrip. longi tempo. vbi Bal. col. 3.
verſ.illud autem.Calca.conſ.99.col.5.in fi. Inn.in c.
nihil. colu. 2. verſ.nam creditoribus hæreditarijs.de
elect.Ceph.conſ.130.nu.11.vol.1. & in conſ.253.nu.
47.volum.2.
13 Quintò infertur, † quod geſtũ eſt præſumitur ſpon-
tè geſtum, nō metu, ne præſumeretur quis delinque-
re: ex quo inferens metum deliquit, ita cōcludit Inn.
in c.cauſam matrimonij.de offic.deleg.quem refert,
& ſeq.Alc.in d.reg.3.præſump.7.in prin.per l.2.C.de
his, quæ vi, vel met.cau. vbi de communi teſtatur.
14 Sextò infertur, quòd † actus indifferens licet ſonet
in delictum, tamen præſumēdus eſt potius bonus, &
in bonam partē, quàm in malam prout voluit Curt.
ſen.in conſ.20.col. 17.& in conſ.50.col. 9. vbi allegat
concordantias.
15 Septimò infertur, quòd † quoties ex aliquo actu
poſſunt capi duo intellectus, & ſecundùm vnum in-
cideretur in delictum, & ſecundùm alium non, ca-
piendus eſt intellectus, per quem nō præſumitur de-
linquere, hoc voluit Marſ.in rubr.de fideiuſ.col.9.&
in l.1.C.ad l. Corn. de ſica. vbi multa accumulat ad
hoc probandum idē voluit Alex.cōſ.15.col.2.vol.3.
16 Octauò infertur, ꝙ ſi † certo loco, vel tpe actus po-
tuit eſſe licitus, alio verò illicitus, lex præſumit geſtũ
in caſu licito: ita not. Bar.in l.nō ſolũ.§.ſed cũ poſſet,
aliàs in §.ſed vt probari.ff.de oper.nou nũc.vbi dicit,
ſtatuto cauetur, quòd nobilis non poſſit intrare pala-
tium, niſi tempore Conſilij ſub pœna: modò reperi-
tur, quòd quidã nobilis intrauit palatium: ſed neſcit,
quo tempore.dicit, quòd præſumitur, quod intrauit
tempore Conſilij, quam doctrinam refert, & ſequitur
Abb.in c.auditis, de præſcriptio.vbi hoc idem notãt
cæteri ſcribentes, Alex.conſ.52.vol.3.Fel.in c.in præ-
ſentia.col.6.de prob.Marſ.in conſ. 2. nu.2.
17 Nonò infertur, quòd cōſilium, †quod poteſt ſe ha-
bere ad

bere ad bonū,& ad malum,debet interpretari in me-
liorem partem , vt euitetur ſuſpitio mali conſilij in
dante:ita voluit Bal.in l.1.C.de ſer.fug. vbi Iaſ.col.6.
& eſt arg.l.actorum.ff.de re iud.& eo non interpretā-
re lex ipſa interpretatur.l.merito.ff.pro ſoc.hoc idem
voluit Alex.in conſ.126.vol.4.

18 Decimò infertur,quòd † ſi opponeretur aliqua ex-
ceptio contra aliquem,quæ poſſet interpretari in bo-
nam,& in malam partem,deberet interpretari in bo-
nam,ita docet Inn.in c.dudum.il 2.col. pen. de elect.
vbi dicit , quòd ſi probatur clericum venatorem , fiet
interpretatio in meliorem partem , videlicet , quòd
iuerit tantummodo cauſa recreationis . quem ſequi-
tur Fel.in c.cum dilecti.de accuſ.Alex.conſ.171.col.
fi.vol.2.allegat Arch.in c.qui venationib.diſt. 86. &
eod.modo dicit Butt.Abb. ꝙ ſi probetur quē iraſcibi
lem, capietur præſumptio in meliorē partem,ſcilicet
quòd iſtud faciat ex iuſta cauſa,arg.d.c. dudum.

19 Limita iſtam decimam illationem , † vt nō proce-
dat,quando actus,ſuper quo opponitur exceptio,pri-
ma fronte haberet maiorem formam mali, quā bo-
ni , quia tunc præſumitur potius malus. c. eſtote. &
d.c.cū dilecti.vbi Abb.& cæteri.de accuſ.idē Abb.in
d.c.exhibita.de iud. vbi licet cōſpiratio poſſit capi in
bonā partem:in dubio,tñ intelligitur in malam , quē
ſequitur Fel.in c.ſi.per illum tex.de teſtib. cogen.

20 Secūdò limita,niſi talis actus , †ſuper quo opponi-
tur exceptio,eſſet improbatus à iure naturali , vel di-
uino aut etiā à iure poſitiuo; quia tunc in illis eſt po-
tius præſumptio mali,quā boni:ita ait Bar.in l. Aure-
lius.§.item quæſijt. ff. de libera.leg. Ang.in l. Plagij,
C.ad legem Flaui.de plag.Sal.in l.ſenatus.C.de his,q
ſi.in teſt.aſcrib. Alc.in d.reg.1.præſump.1.n. 10.facit
tex.in l.ſi non conuitij.C.de iniu.Corn.conſ.93.& in
conſ.360.vol.3.Cæph.in conſ.21.nu.3.& in conſ. 24.
nu.8.cum ſeq.Burſa.in conſ. 94. nu. 3. Pariſ. conſ.52.
nu.33.& in conſ.78.nu.16.vol.4.

21 Vndecimò infertur, quod pro iudice † præſumitur
ſcilicet,quod ſit bonus,& rectè faciat ea , quæ officio
ſuo incumbunt.l.2.C.de offi.ciui.iud. vbi Bal.& in l.
vnica.in ſi.C.ne quis in ſua cau.Caſt.conſ.270.col. 1.
vol.3.c.cum olim il 2.vbi gl.antep. de priuileg. & in
c.cum Ioānes de fid.inſtr.facit tex. in auth. vt defun-
cti,ſeu functa.in princ.l.certi. C. de iud.in authen.de
iud.in prin.l.Hærennius.§.fi. vbi gl. ff. de euic.

22 Duodecimo infertur,quod præſumitur† pro reſcri-
pto Principis, qui cēſetur reſcribere ſecundū iuſtitiā,
nec velit auferre ius alterius.l.2.§.merito. & §.ſi quis
à Principe.ff.ne quid in loco pub.c.ex tuarū de auth.
& vſu pal. Fel.in c. cām quæ in verſ.interpretatio. de
reſcrip.Iaſ.in l.1.& in l.ſi.col. 4.ff.de conſt.prin.& in
l.pen.col.pen.ff.de iuſt.& iur.& Lud. Bolog. conſ. 6.
col.antepen.& fin. Dec.conſ.11.col.3.conſ.271. cōſ.
286.col.fi.conſ.389.col.2. conſ.520. & pleniſſimè.in
conſ.544.col.2.& 3.Cur.iun.cōſ.88.nu. 8. & cōſ. 142.
num. 3. & conſ. 174. per totum ferè Marſ. ling. 440.
Raph.Cum.conſ.150.in 1.dub.Bald.in l.monumen-
ta.C.de leg.ideò.Abb.in c. ex parte. el 2. ad fi.de offi.
23 de leg.inquit,quod reſcriptum† tollens ius tertij præ-
ſumitur de falſitate ſuſpectum , ex quo Princeps non
ſolet talia reſcripta concedere.

24 Decimotertio infertur, quod arbitri † præſumūtur
rectè,& iuſtè laudaſſe c. niſi eſſent.de præb.Io.And.
in addi.ad Spec.tit.de arb.§.ſequitur.ver. item quid ſi
compromiſſum.in addi.incip.diuus;facit text. In l. 1.
ff.de leg.2. Alc.d.reg.3.præſump.12.in prin.cum alijs
ibi per eum.

25 Decimoquartò,infertur,quod Notarius†præſumi-
tur bene,& fideliter exercere officium ſuum.c.ad au-
dientiā.de pręſcrip l.ſi quis decurio.C.de fal.Bal.in l.
Imperator col.2.ver.ſed an poterit.ff.de ſta.hom.idē
Bal.in l.errore.col.1.C.de teſta.Curt.ſen.cōſ. 49. cōſ.
nu.75.verſ.dum autem vltimo loco.Dec. cōſ.430. &
conſ.423.col. 2. Bart.in l.qui filiabus.ff.de teſtamen.
tut.Rom.conſ.179.colu.1.Alex.in l. ſciendum coln.
11.ff.de verb.obl.quo in loco dicit , quòd ſi in inſtru-
26 mento Notarius atteſtetur † ſe certioraſſe mulierem
de beneficio Velleiani, ſtandum erit tali inſtrumen-
* to,vbi etiam de * communi opin.teſtatur,ſicut ſtabi-
27 tur inſtrumento, † ſi Notarius dicat , quòd Titius ex
certa ſcientia,& benè conſultus,non vi, neque dolo,
&c.niſi probetur contrarium.ita Bal.in l. mater,in 2.
col.C.de rei vend.& in l.2.C.de reſcind.vend.& ſi re-
28 periatur†aliud ſcriptum,quàm ſit dictum,non tamē
pſumitur falſitas,ſed error ita Bart.in l.quoties.§. ſed
ſi notam.ff.de hær.inſt & in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.
facit tex.in l.pen.C.de his,qui ſibi in teſta.de quo per
Fel.in c.ex literis.concl.3.de fid.inſtr.Anch. cōſ.282.
col.1.Cuma.in conſ.135. vbi multa ponit ad excuſa-
tionem notariorum. Alex.conſ.4.col.fi.vol.1. & cōſ.
27.in prin.vol. 2. Dec.conſ.175.Marſ.in l.1. nu. 71. &
ſeq.C.ad leg.Corn.de ſicar.& in rub.ff. de fideiuſ. nu.
56.in quo tamen dic , & diſtinguè, prout in concluſ.
notarius,vbi de hoc , & latè,& diſtinctè.

29 Decimoquintò infertur,† quod nemo præſumitur
iurare falſum.l.ſi.C.ad leg. Iul.repetunda.c.tuis. de te
ſtib.c.cum tu fil.eod.tit.Bart.& Doc.in l.2.C.de bon.
poſſeſ.ſec.tab. Alc.d.reg.3.præſump.16.nu. 3.

30 Decimoſextò infertur , quod hæres † præſumitur
fideliter confeciſſe inuētarium , ne cenſeatur ſubtra-
xiſſe bona hæreditaria , vnde ſi hæres illud producit
in iudicio , & dicat non eſſe alia bona in hæreditate,
creditores verò,& legatarij contradicant,ſtabitur in-
uentario,niſi ipſi probent alia extare.l.ſcimus.§.licē-
tia.C.de iur.delib.vbi Bart.& Doct.Imol.Alc. & Iaſ.
in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.l.merito.ff.pro ſoc.Alex.
& Aret.in l.in illa.col.pen.ff.de verb. oblig.

31 Decimoſeptimò infertur , quod vxor †præſumitur
quidquid acquiſiuit conſtante matrimonio,acquiſi-
uiſſe de bonis mariti,ratione turpis quæſtus euitandi.
l.Quintus.ff. de don.int.vir.& vxo.l.etiam.C.eo.tit.c.
ſignificauit.de præſump.Bal.in l.cū oportet.col.4. C.
de bon.quæ lib.& in l.fi.C.de pig.Alb.in d.l.ēt & Sal.
in d.l.Quintus,& in d.l.ēt.Bal.in l.ſi vxor.col.fi.C.de
condit.inſer.Alex.in l.qui iure.ff.de acq. poſſ.

32 Decimooctauò infertur,† quod licet res furtiua re
periatur in domo alicuius , non tamen præſumitur il-
le fur eſſe,niſi concurrant aliæ coniecturæ,vt puta qa
ſit vir malæ conditionis,vitæ & famæ,& ſimilia.l.in-
ciuilem.vbi glo.Bart.Bal.& Caſtr. C. de furt.Bald.&
Imol.in l.fi.ff.de hær.inſt.Sal.in l.fi.C.de quæſt. Ang.
in trac.malef.in verb.veſtem cęleſtem abſtulit.Marſ.
conſ.52.nu. 40.& conſ.82.col.pen.& fi.& in l.qui fal-
ſam.ſic hoc caſu nec faceret indicium ad torturā cō-
tra eum,apud quem reperta eſſet, ita dicunt Doct. te-
ſte Brun.de indit.fol.25.nu.5.dicit etiam Ang.d.loc.
* cita.nu. 19.hanc eſſe* communem doctorum ſenten-
tiam,prout etiam de communi teſtatur Rol. in conſ.
45.nu.41.ſecus ſi is,apud quē reperta eſſet res furtiua,
eſſet malæ vocis,conditionis,et famæ,quia tunc eſſet
locus inditio ad torturam,prout dixit Bart.in l.fi. nu.
* 5.ff.de quæſt.et hanc eſſe * communem doctrinā do-
ctorum teſtatur Marſ.conſ.130.nu.42. Rol.d.cōſ. 45.
num. 39. vol.1. et ita in facti contingentia conſuluit
Bertr.conſ.107.lib.1.in prima par.

33 Decimononò infertur, † quod non præſumitur qs
in dolo licet errauerit in iure.l.ſed ſi lege §.ſcire.aūt.
ff.de petit.hæred.l.ſi quis in graui .§ ſi quis ignorans.
ff.ad Syllania. Ang.in §.quia tamen. Inſt.vi bon.rap.
Alex.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud.Bartol.
in d.l.ſed ſi lege. §.ſcire. Abb. in c. conſultat.de iure
patrona.et in c.grauis.col.pen.de reſt.ſpol. et in c. di-
lecto.col.3.de præben.Alex.conſ.73.col.fi.volum.2.
Fel.in c.de quarta col. 10. de præſcript.

34 Vigeſimò infertur,†quod natus ex vxore pręſumi-
tur conceptus de marito,Bal.in rub.C.de probat.col.
fin.

fin.per tex.in l.miles.§.defunƈto.ff.ad le.Iul. de adul. idem Bal.in l.ſi mater.C.de ſuis, & legit. Ang. in l.7. ff.de ſta.hom.Caſtr.in l.3.ff.de lib.& poſthum.Franc. Crem.in ſing.126.glo.in l.ſi poſthum.§.fi.ff.de lib.& poſthu.vbi Doƈ.Alex.in l.neq; profeſſio. C.de teſt. Bartol. & Fulg. in l.filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

35 Vigeſimoprimò infertur ad hoc,† vt euitetur ſuſpicio mali,& peccati, quòd præſumitur matrimonium inter duos ingenuos ſimul conuerſantes.l.in liberi.ff. de rit.nup.Cald.in c.fi.de ſponſ.Alc.in d. reg. 3. præſumpt. 38. in prin.& nu.2. faciunt diƈta per Saly.in l. quidam.ff.de probatio.

36 Vigeſimoſecũdò infertur,† quòd ſeruus delinquẽs non præſumitur delinquere de ordine, & voluntatę domini.l.2.ff.de noxal.facit c.quia præſulatus. 1.q.4. Bal.& Iaſ.in l.1.in 2.not.ff.ne quis eum, qui in ius, & in l.1.in 1.no.ff.ſi ex nox.cauſ.ag.Bolog. in rep.auth. habita.colum.7.C.ne fil.pro pat.eum allegat. ibi per eum.Cætera,cum is non ſim,qui omnia præſtare poſſim,ſupple per te.

Primò limita cõcluſionem, vt non habeat locum

37 in illo,† qui ſemel fuit malus: nam ſemper præſumitur malus,reg.eſt in c.ſemel malus.de reg. iur. in 6. & ibi Dyn.Marſ.in ſua praƈ.in §.diligenter. nu. 100. & in ſing.79.in prin.& in cõſ.77.nu.11.facit. l. non omnis.§.à barbaris.ff.de re milit.Alc. in traƈ. præſump. reg.2.præſump.7.in prin.Ceph.in conſ.82.nu.34.vol. 1.latè Fel.in c.fi.de præſump.Bal.in l.fi.C.de his, qui per met.iud.non appel.Bart.in l.ſi cui.§.iiſdem. ff. de accuſat.in l.Caſſius.ff.de ſenato. Alex.conſ.5.volum. 1.Natt.conſ.362.num.8.conſ.920.nu. 40. vol. 2. & in conſ.422.nu.21.eod.vol.

38 Sublimita,vt habeat tantùm locũm† in eodẽ genere mali,vel illi ſimili ſaltem,ita Bart.in d.l.ſi cui.§.iiſdem ff.de accuſ.Iac.de Bel.in diſputatio. ſua, quam poſuit in l.omnimodo.C.de inoffi.teſta.& eam ad literam refert Abb.ibid.Anch.in d.reg. ſemel. Bart. in d.l.Caſſi.Bal.& Imol.in l.fi.ff.de hær.inſt.Io.de Ana. in c.P.Diac.de homic.Fel.in c.cum in iur.in prin. de offi.deleg.Alc.conſ.77.verſ. ſecundum, & conſ.144. vol.2.Ang.in l.ſi finita.§.cũ autem. ff. de dãn. infeƈt. Marſ.conſ.15.nu.9.& d.conſ.67.n.11.& in d.ſing.74.

39 Contra tamen hanc † ſublimitationem facit text. apertiſſimè in c.ſi gens Anglorum.diſt.56. vbi etiam probatur ex vna ſpecie deliƈti paterni filios præſumi laboraturos pluribus,& diuerſis deliƈtis.ex Alc.tamẽ

40 in d.reg.2.præſump.7.nu.2.verſ.adde concordare† potens, vt tex.ille procedat quoad quãdam ſuſpitionẽ, quam habet contra ſe, qui eſt malus in aliquo, vt ſit etiam malus in omnibus, propter magnam connexitatem,quam habent verba inter ſe.Sublimitatio autẽ quoad veram præſumptionem,

41 Primò declara ſublimitationem,† quando quis ſtetiſſet probus, & abſtinens ab illo deliƈto ſaltem per triennium: nam tunc etiam in eodem genere mali, malus amplius minimè præſumitur. §. hinc autẽ nobis.in authen.de Monach. vbi Ang.Sal.in l.fi.§. ſi fideiuſſor.ff.qui ſatiſd.cog. in l.ſi minorem.col.3.ff.de in integr.reſtit.minor.Rom.conſil.225. col. 2. Iaſ. in l.ſi prius.in pen.car.ff.de nou.oper.nunt.& in l.in arenam.C.de inoffi.teſtam.§.ſancimus.d. authẽ.de Monac.c.inſinuatum.de Simon.& hanc declarationem eſſe notandam in primis dixit Guliel.de Bened.in repet.cap. Rayn.in 9.qui cum alia.nu.274.Dec.in cõſi. 163.col.8.in prin.verſ.quarto non deponit.Imol.in c. cum deputati.de iud.Curt.iun.in l.1.nu.36.C. de prohib.ſeq.pecun.

42 Subdeclara,vt ſit vera declaratio,† quãdo talis delinquens feciſſet magnam pœnitentiam,illumq; honeſtis aƈtionibus vacaſſe trium annorum interpoſito interuallo,vt in d.§.ſancimus,& §.hinc autem nobis auth. de Monach. vel quãdo probaretur pluries euenisse illi occaſionem ſimilis mali faciendi, & tamen ſe abſtinuit,ita Iac.de Belui.in d.ſua diſput.quem refert,& ſequitur Alc.in d.traƈ.præſump.reg.2.pſump. 7.nu.3.verſ.adde vel quia de tali emendatione ſacerdos ipſius fidem faceret, ita ait gl. in c. teſtimoniũ in verb.hoc caſu.de teſtib.per text.in c.in cap. diſt. 50.

43 Secundò declara ſublimitationem,† vt nõ habeat locum in malis,quæ per naturam, ſeu ætatem alterãtur,vt puta in iuuene libidinoſo,qui in ſeneƈtute libidinoſus minimè præſumitur durare, ita fuit de mente Bar.in d.l.Caſſius,et in d.l.ſi cui.§.iiſdem. arg.l.ſpadonem.§.qui abſolutus.ff.de excuſ.tut. et per Fely.in d.c.cum in iure de offic.deleg.

44 Tertiò declara, vt habeat locum † quoad facturũ tantum, quia qui fecit aliàs tale malum, præſumitur ſimile in futurum faƈturus, ſed reſpeƈtu præteriti nõ ita Alc.in d.reg.2.præſump.7.nu.3.verſ.quarto intellige,per ea,quæ dixit Sal.in l. fi. C.de quæſt. et faciunt diƈta per Inno.Abb.Imo.Io. de Anan.et ibi latè Fel. in c.fraternitatis. de hær. qui voluerunt, ꝙ notarius,

45 † qui fuit alias condemnatus de falſo, non ideò erit in cauſa, vt cætera eius inſtrumenta prius faƈta reputentur falſa, licet in futurum poſt condemnationem non poſſit alia facere etiam ad pias cauſas,ita Bal.in l.in fraudem.in §.ſi quis.ff.de teſtam. milit. quem refert et ſequitur Marſil.in ſing.569. incip.pia cauſa. in fi.et ambos refert, et commendat etiam additio ad Alex.in ſup.citat.loco nu.4.& Bart.in l.ad teſtamentum.§.1.ff.de teſt.& Iaſ.in l.Barbarius Philippus.col. antepen.verſ.iuxta præſentem materiam de notario. ff.de offi.præt.cum ibi per eum allegatis, & in l. prætor.§.1.in fi.ff.de eden.Fel.in d.c.fraternitatis.in 6.fallen.qui omnes volunt, quòd licet talis notarius, qui fuit condẽnatus de falſo non poſſit alia inſtrumenta in futurũ facere.poterit tamen præterita,de quib.fuit rogatus,perficere, ſeu in publicã formam redigere.

46 Contra hanc declarationem† faciunt ea,quę refert, & ſequitur Alc.in d.reg.2.præſump.9. vbi concludit, quod vidua fornicatrix præſumitur idem feciſſe marito viuente, per tex.in §.fi.in auth.de reſtit.& per l.ſi hi,qui. C.de adult.

47 Conciliare poteris † ex ipſo Alc.in d.reg.2. & præſump.7.nu.3.verſ.quarto intellige, vt ſcilicet hoc ſecundũm diƈtum procedat, quoad quandam ſuſpicionem tantum, & prima autem quoad plenam præſumptionem,prout etiam ipſe ſe ipſum melius declarans affirmat in d.præſump. 9. in fi.

Ex prædiƈta limitatione principali, & ſublimitatio-

48 ne infertur primò,† quod ſtante ſtatuto,quod de dãno dato ſtetur ſacramento damnum paſſi,quòd ſi eſt datũ dãnum alicui,qui aliàs iurauit falſum,& ſit periurus,non ſtabitur hoc caſu eius iurõ ſed erit ſibi neceſſe probare damnũ alio genere ꝓbationis, quã per ſacramentũ nõ obſtãte diƈto ſtatuto, ita voluit Barb. in c.per tuas.per gl.ibi.de Simo.per tex.& gl.in c. paruuli.22.q.5.Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de teſti.§. 1.car.4.in additio.incip.allegat Marſ.in ſing.74.& in rub. de fideiuſ.num.175.Rom.& repeten.in l.admonẽdi.ff.de iureiur.facit quod nota.Fel.in c.ex par.col. 2.de teſtib.c.ad reprimendũ.col.1.de offi.ord.c.paſtoralis.col.11.verſ.2.limita.de except.Bal.in ſimilib.in auth.cui reliƈtum.col.3.verſ.attende.C.de indiƈt.vidui.tol.Ang.in l.q iudicio.ff.de accuſ.gl.& ibi Rom. in l.lex Cornel.ff.ad Syllan.Caſtr.in l.1.C. de probat. Marſ.in l.maritus.col.pen.ff. de quæſtio. & ratio eſt,

49 quia † qui ſemel fuit periurus, præſumitur adhuc faƈturus periurium.d.c.paruuli.22.q.5.c.literas.in fi. de præſump.Alc.in d.reg.2.præſump.10. & ideò ſecũdo

50 infertur,quod non creditur † teſti,qui aliàs perhibuit falſum teſtimoniũ.c.teſtimonium,de teſtib.c.quicũque.6.q.1.c.non põt.2.q.7.Alc.d.præſump.10. nu. 2. Marſ.in conſ.78.nu.35.& in cõſ.31.nu.28.cõſ. 40. nu. 25.nõt.in l.ſi qs maior.C.de tranſ.& in c.ſicut de teſt. in c.

in c. literas de præſump. in verb. præter iuratoriã cautionem Spec. in tit. de teſtib. in §. 1. verſ. itẽ excipitur, quod ſit infamis. Rom. in l. admonendi. poſt prin. ff. de iureiur. Alex. in l. 2. in §. quod diximus. ff. ſi qs cautio. faciũt dicta Bar. Bal & Sal. in d. l. ſi ex falſis. C. de tranſa. Bal. in l. certi cõdictio. §. quoniam. col. pen. ff. ſi cer. pet. & in c. 1. col. 2. de reſcrip. Abb. in c. cũ adeò. col. 1. eo. tit. & in c. 3. in fi. de fid. inſt. & hanc opinionem communem * dicit Iul. Clar. in ſua pract. crim. q. 53. nũ. 7. de mente Alex. in conſ. 142. nu. 10. vol. 7.

51 Amplia, vt talis teſtis falſus, † & periurus nõ faciat indicium nedũ ad torturam, ſed nec ad formandã inquiſitionem, ita Alc. in d. reg. 2. præſump. 10. nu. 2. per tex. in c. ſicut nobis in fi. de teſtib. Fulg. in conſ. 173. & conſ. 107. & Dec. conſ. 189. & ibi Alc. vbi ſupra dixit hoc procedere in ſocio criminis, qui aliàs faceret indicium etiam ad torturam in aliquib. caſibus, ſed ſi repertus fuerit ſemel periurus, & falſus non operatur ẽt inquiſitionem, quod dixit ſingulariter notandum, ſed de iſta illatione vna cum ampliatione, vide quæ doctiſſimè, & latiſſimè tradit Iul. Clar. in §. falſum. p diſcurſum, & in §. fi. d. q. 53. vbi limitationes, ampliationes, & declarationes tradit, quas hic nõ recenſeo, cũ hæc omnia alijs in locis tractauerimus, in qb. erat propria ſedes, & quæ hic dicta ſũt, incidẽter diximus.

52 Tertiò infertur, quod ille † qui releuatus fuit à ſatiſdatione per iuratoriã cautionem, perdit illud priuilegium, ſi ſemel præſtiterit iuratoriã cautionem, et fuit repertus periurus, ita voluit Bal. in auth. & qui iurat. C. de bon. aut. iud. poſ. in prin. Rom. in l. 2. col. 9. verſ. quid autem ſi debes cauere. ff. ſol. matri. & Mod. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. Marſ. in ſing. 74.

53 Quartò infertur, ꝙ ſtante ſtatuto, † quod rapiens mulierem per vim, puniatur pęna mortis, quod ſi quis rapuit mulierẽ ſolutam, quæ aliàs fuit deflorata, & tacta ab aliquo, non incidit in pęnam ſtatuti, quia nõ præſumitur, quod eam rapuerit per vim, cũ aliàs conſenſerit alteri, ita conſuluit Caſt. in conſ. 103. Alc. in d. reg. 2. præſumpt. 9. nu. 2. Marſ. in rub. de fideiuſ. nu. 175. & in l. maritus. in fi. ff. de quæſt. & faciunt dicta p Ang. in l. que iudicio. ff. de accuſ. gl. in l. Caſſius. ff. de ſenato. & in l. inciuilem. C. de fur. & in l. cum allegas. C. de vſu. & dicta Rom. in cõſ. 157. & Bal. in auth. cui relictum. col. 3. poſt prin. ff. de indic. vid. tollẽd. Marſ. in repet. l. ſi. C. de prob. car. 10. circa fi. & in d. ſing. 74. vbi dixit hoc eſſe valdè notãdum, & menti tenendũ.

54 Quintò infertur, quod mendax † in vno, in omnib. præſumitur mendax, arg. no. in l. fi. ff. de rei vend. & in auth. qui contra propriam. C. de non num. pec. & vide, quæ diximus in concluſione Mendacium.

55 Sextò infertur, quod † vbi plures fuerunt in rixa, & reperitur vnus vulneratus, poterit iudex deuenire ad torturã contrà illum, qui aliàs ſimile delictũ perpetrauit, ita Alc. in d. reg. 2. præſum. 7. quod dixit ẽt fuiſſe de mente Saly. in l. fi. col. vlt. C. de quæſt. & Moder. in l. 1. in prin. col. fi. ff. eo. tit. Marſ. in ſing. 217. verſ. ſed oĩa pdicta. vbi ad hoc allegat Guid. de Suza. in ſuo tract. de tor. col. 4. ver. q. & qualia inditia, ꝙ dicit eſſe aureũ verbũ, & ſingulare dictũ, & mẽti ſẽp tenendũ.

56 Septimò infertur, ꝙ qui ſtuduit † malè, & negligẽter in iure canonico, malè, & negligenter præſumitur, quod ſtudebit in iure ciuili, ita Goffred. Io. Andr. Imo. Abb. & alij in c. ſcribam. per illum tex. de pſum.

57 Octauò infertur, ꝙ licet † aliàs qui veniret relaxandus fideiuſſorib. ex aliquo delicto, nec deberet incarcerari, ſi tamen aliàs ſemel de carceribus aufugit carcerandus eſt, & diligenter cuſtodiendus, ita voluit gl. notab. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllanian. vbi Bal. & Rom. & idem Bal. in l. 3. C. de epiſcop. audien. Ang. Are. in ſuo trac. maleſ. in ver. fama publica. ver. quar to notandũ. Marſ. in d. l. maritus. col. pen. ff. de queſt.

58 Nonò infertur, ꝙ † q calumniatus eſt in prima accuſatione, præſumitur calumniari etiã in ſecunda, ita inquit text. in d. l. ſi cui. §. iiſdẽ. ff. de accuſ. vbi Bart. & cæteri ſcribentes, Dyn. in d. reg. ſemel malus in prin.

59 Decimò infertur, quod militi, † qui ſe male habuit in militia, & ſic etiam cuilibet alij, qui ſemel ſe male geſſit in aliqua re, non eſt amplius credendũ, quia nõ eſt veriſimile, quod in futurũ bene ſe habebit, ita decidit tex. in l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re milit. vbi omnes Doct. & idem Dyn. in reg. ſemel malus.

Secundò limita principalem concluſionem, vt nõ

60 procedat, quando † ex præſumptione veniret perimẽdum, aut minuẽdum ius tertij: nam in alterius præiudicium non debet quis bonus præſumi, Fel. in c. fi. de præſump. gl. in c. ſtatutũ. §. cum vero, verſ. ab aliquo. de reſcrip. in 6. Abb. in c. cum in iure de offic. delẽg. in prin. Dec. conſ. 445. nu. 61. Pet. Benint. deciſ. 67. num. 19. Crau. in ſuo cõſ. pro genero, nu. 63. vbi multorum prudentum authoritates ad hoc cõgerit. idem voluit Barto. in d. l. merito. ff. pro ſoc. gl. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. vbi etiam Doct. Rom. conſ. 304. in prin. poſt nu. 2. Dec. in l. ſi emancipati no. 3. poſt nu. 3. ver. non obſtat alia ratio. C. de collatio. & in c. Oſius col. 2. nu. 11. verſ. item illa regula, de elect. Soc. conſ. 57. num. 17. verſ. nec obſtat. vol. 4. Gomez. in tract. de gra. ex pec. nu. 80. ver. & hoc regulariter eſt. Gozad. in conſ. 66. nu. 3. verſ. tertio dico, Ruin. conſ. 68. poſt nu. 4. verſ. nec etiam obſtat. vol. 4.

61 Tertiò limita, vt non procedat, † quãdo quis ſe intromittit, et eſt repertus facere ea, quæ ſunt de genere prohibitorum: nam ex hoc cõtra illum inſurgit præſumptio mali, Alex. conſ. 74. nu. 2. vol. 6. Corn. conſ. 28. col. fi. verſ. nec obſtat, vol. 3. l. ſi non conuitij. C. de iniur. Dec. in c. in præſentia. nu. 14. de prob. per tex. in c. 1. de præſump. et l. 1. C. de ſicar. vbi ſi homicidium

62 committatur, † præſumitur in dubio doloſe commitți, licet potuiſſet patrari ad defenſionem, iuxta l. vt vim vi. ff. de iuſt. et iur. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero. verſ. breuiter quidam, poſt nu. 4. ff. de eden. Marſ. in conſ. 4. nu. 21. et conſ. 7. nu. 6. Gram. vol. 3. nu. 5. Cæpol. conſ. 29. nu. 4. verſ. item quia, et ideò præſu-

63 mitur male de clerico, † q frequentat conſortia mulierum, c. clericus. diſt. 81. c. clerici. ead. diſt.

64 Quartò limita, vt non habeat locum, quãdo † ageretur in foro cõſcientiæ, in quo quis præſumitur malus, vt tutior via eligatur pro ſalute animæ, cum quilibet homo naſcatur filius iræ, & ſeruus ad malũ, ita voluit Dec. in d. c. in præſentia. nu. 15. de probatio. p gl. in c. veniens. de ſponſ. Soc. iun. in conſ. 29. num. 31. vol. 2. Marſ. ſing. 151. nu. 2. Anch. conſ. 179. circa fin. Alc. d. reg. 3. præſumpt. 2. nu. 5. gl. in c. 1. de reſcrip. vbi Fel. & idem in c. cũ in iure. nu. 2. de offic. deleg. Card. in clem. 1. in 2. nõ. de conceſ. præb.

65 Quintò limita, quãdo † ex malo, de quo dubitatur, cõſtaret aliquod lucrũ, & commodum ſpectaſſe, vel ſpectare ad illum, de quo præſumit̃, vt puta, quando quis cõmittit aliquid de genere prohibitorum cũ aliquo lucro, vel ſpè lucri: nam tunc benè admittitur pſumptio mali, ita voluit Rom. in cõſ. 304. col. 1. verſ. nec refragatur. poſt nu. 2. Fel. in c. fi. col. 4. nu. 13. verſ. fallit 2. de præſump. Dec. in d. l. ſi emancipati. col. 3. poſt nu. 3. verſ. nec obſtat, ſi dicatur. C. de colla. Marſ. pcipuè in cõſ. 53. nu. 31. & conſ. 77. nu. 7. & conſ. 104. Alc. cõſ. 127. nu. 12. ver. vnde nunq. vol. 4. cũ ibi alleg. Alb. in l. 2. §. 2. & in l. ſi quis mihi bona. §. patri. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſi ventris. §. fin. & ibi per Bart. ff. de priuil. cred. Mandoſ. in addit ad Rom. in d. conſ. 304. in litera B. Crauet. conſ. 57. nu. 6. gl. in d. l. qui iuraſſe. in §. ſi pater. ff. de iureiur.

66 Sextò limita in eo, † qui cum malis verſatur, nam & ipſe malus præſumitur, l. ædiles. §. hoc autem. ff. de ædil. edict. nam incorruptus manere non poteſt, qui corruptis ſociatur. c. quiſquis. 23. q. 4. facit. c. ita planè c. à malis, & c. recedite. ead. cau. & qu. & qui cõicat ſuperbo induet ſuperbiam. Eccleſ. 13. cum alijs allegat, per

per Luc. de Pen. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. 11. verſ. 167.

67 Septimò limita in paupere† & populari, de quo, vt plurimum præſumitur malum, cum facillimè cēſeatur corrumpi. l. 3. in prin. ff. de teſtib. l. Chriſtianos. C. de paga. gl. & Ang. in §. ſi vero. col. 1. in auth. de hær. & falc. Luc. de Pen. in l. ad ſubeunda. C. de decur. lib. 10. & in d. l. quemadmodum, verſ. 174. Iac. Aegid. in ſuo tract. de teſt. in prin. nu. 8. §. ſancimus. in auth. de teſtib. l. ſpadonem. §. fi. ff. de excuſ. tut. ſicut è contra

68 †bene præſumitur de nobili, & de his, quibus ſunt integræ facultates, & maiorum ſuorum hereditates incolumes, prout inquit text. in l. 2. in princ. C. de debit. ciui. lib. 10. ſed de eo, quod dictū eſt de paupere, vide Alex. in conſ. 15. per totum, vol. 3. vbi ponit etiam qs

69 dicatur pauper, † & quis dicatur ſuſpectus, & quid in ciuilibus, & quibus in caſibus poſſit torqueri. Fely. in c. ſi quis teſtium. in verſ. in gl. fi. de teſtib. Apoſtil. ad Bar. in d. l. ſpadonem. §. eſt autem. in verb. affectaſſe. Soc. in tract. fallen. reg. 289. in verb. pauper. Alex. cōſ. 207. & Dec. cōſ. 163. vol. 2. Alb. de Malet. in ſuo tract. de teſtib. c. 5. nu. 24. & 25. cum ſimil.

70 Octauò fallit in illo, † q aliquid cœpit agere, cuius principium apparet eſſe malum, cap. eſtote. & c. cum dilecti. vbi Abb. & cæteri Doct. de accu. Fel. in c. fin. de teſti. cogen.

71 Contra† videtur doctr. Inn. in c. dudū. il a. col. pen. de elect. vbi ſi probetur clericum venatorem: fiat interpretatio in meliorem partē, videlicet, quod ierit tantummodo ad venationem cauſa recreationis, & Fel. eum ſequitur in d. c. cum dilecti. Alex. conſ. 175. col. fi. vol. 2. & facit, quod dixerunt Bar. & Abb. in d. c. dudum, quod ſcilicet ſi probetur aliquem eſſe iraſcibilem capitur præſumptio in meliorem partem, videlicet quod illud faciat ex iuſta cauſa.

72 Concordare poteris † cōtrarietatē, vt prima opinio ſit vera, quādo ille actus, quem cœpit, neceſſario malū infert, ſecunda vero, ſi neceſſario non inferat, licet prima fronte ſonet in delictum, prout concludit Ion. in c. ſuper his. col. 8. de accuſatio. vbi dicit, quòd exceptio, quæ prima fronte ſonat in delictum, ſi neceſſario illud non inferat, non obſtat electo, quem ibi cōmuniter approbatū dicit Alc. in reg. 3. præſumpt. nu. 7. & facit c. in præſentia. de præben. & clem. 1. de priuil. et quod voluit Lap. alleg. 126. vbi voluit, quod quis accuſans religioſum, quod celebrauit in aliena parochia non obtinebit, niſi etiam probat eum non habuiſſe licentiam à presbytero.

Cætera dixi ſupra in concluſ. Bonus. & in concluſ. Delictum. cum ſimilibus.

CONCLVSIO MVII.

ARGVMENTVM.

Mandatum regulariter non præſumi, & quouſque id verum ſit: tum de productione mandati nonnulla.

SVMMARIVM.

ARGVMENTVM.

Literis obſignatis ſigillo publico mandatum probari:quod quo pacto procedat,explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum probatur per literas obſignatas ſigno publico alicuius iudicis ordinarij.*

2 *Mandatum probatur per literas obſignatas ſigillo,quod ſit authenticum,& publicum,& notum eis,quibus præſentantur literæ,vbi plura de huiuſmodi ſigillo.*

3 *Mandatum probatur p literas priuatas domini miſſas ad inuicem,vel aduerſarium,quæ probētur per teſtimoniū ſigilli publici,aut teſtimonij proprij, & priuati ſigilli.*

4 *Mandatum inducitur domini ſubſcriptione.*

5 *Mandatum probatur literis priuatis domini ſigillatis proprio,non alieno ſigillo.*

6 *Mandatum probatur literis priuatis domini ſigillatis proprio ſigillo,quæ per partem approbentur, aut teſtes deponant ſe vidiſſe eas ſigillare.*

7 *Sigillum priuatum, & ſubſcriptio eandem vim habent.*

8 *Mandatum non probatur ſchedulis vacuis ſigillatis.*

9 *Mãdatum an valeat,in quo nullus fuit nominatus procurator, ſed album in eo fuit relictum ad ponẽdum,& ſcribendum nomen procuratoris.*

10 *Mandatũ an valeat,in quo generaliter conſtituuntur oẽs procuratores,qui sũt Taurini in curia cõſilij remiſſiue.*

11 *Mandatum non probatur ſolius ſigilli oſtenſione abſq; ſcriptura.*

12 *Mandatum probatur ſolo ſigillo abſq; ſcriptura,cũ illud eſſet conſtitutum ad procuratores conſtituendos, & ad ſignanda mandata procuratoria.*

13 *Mandatum probatur ex traditione ſolius ſigilli.*

14 *Mandatum probatur ſolius ſigilli oſtenſione,quoad præſumptionem.Quod declara, vt nu. 15.*

16 *Mandatum non inducitur ex literis credentiæ. Quod pluribus modis declara,vt nu.17.18.19.20.& 21.*

1 Alius eſt mandatũ† probandi modus, veluti per literas obſignatas ſigno publico alicuius iudicis ordinarij, ẽt ſine ſubſcriptione teſtium, aut alicuius notarij, vt obſeruauere ſcribẽtes in cap. poſt ceſſionem,de prob. hoc idem aduertit Inn. in c. inter dilectos,de fid.inſtr.& in hanc deciſum eſt ſententiam à DD. Rot.in deciſ. 182. de procuratorib. in antiq.& Spec.affert formam harum literarum, tit.de form.procurat.num.9.idem tradunt Bar.& alij in l.ſi procuratorem.ff.de procuratoribus quãdo literæ habent ſignum publicum, vt decidendo tradidere DD. Rot.in deciſ.162.in nou.& Boer.in deciſ.154.part.1. nu.6.eiuſdẽ fuit opinionis Vantius in tract.de nullit. tit.de nullit. ſententiæ ex defect. inhabil. ſeu mand. comp.nu.70.nec id latuit Fran.Mar.q.511.nu.4.part. 1.& q.992.nu.6.par.2.& ante hos id vidit Bald.in l.1. C.de procur.quod & placuit Menoch. de arbitr. iud. lib.2.cent.2.caſ.113.nu. 6.

2 Limitãda eſt hæc concluſio,†veram eſſe, qñ ſigillum eſt authẽticum,& publicum,& notum eis, quib. præſentantur literæ, vt habetur in d. deciſ. 162. valet procuratorium, in nou. nec id latuit Spec. de procu. & de formis procuratorij,nu.8.et ibi addentes tradũt, an dicatur conſtare de ſigillo per collationẽ ſimilis ſigilli,Fel.quoq; in d.c.poſt ceſſionem,nu.17.ſubiungit in literis requiri, vt dicatur eſſe appoſitũ ſigillũ, & à quo,& cuius ſit, & quod ſit cõſuetũ, & deſtinatũ ſimili materiæ,& ꝙ apponẽs ſcire debeat cãm appoſitionis,ponit Menoch.d.caſu 113.nu. 3.& quod qñ ſigillũ eſt authenticum, abſolutè fidem faciat abſq; recognitione,cùm notũ ſit eſſe ſigillum authẽticum alicuius magiſtratus,idẽ docet.nu.8.& quam probationem faciat,& quid quando eſt ipſum ſigillũ & qñ dicatur authenticum, conſulendus tibi erit idẽ Menoch.et Spec.in tit.de procurat.§.ratione aũt formę, atq; doct.in d.c.poſt ceſſionem,& in c.2.de fid. inſtr. & Bar.ibiq; addentes in l.diſtrahente,C.de reb. alie. nõ alien.Iaſ.in l.pacta nouiſſima, C.de pact.& Fran. Mar.d.q.992.& q.994.par.2.& Veſtr.d.c.1.nu.9.Fab. in §. poſſunt.Inſt.de teſtam.Did.Couar.pract.q.c.22. nu.9.quod verò ſit publicum ſigillũ adeas Bal.in l. ſi qua per calumniam,C.de Epiſc.& cler.vbi ex mente Iacobi Bur.dicit tria tm̃ eſſe ſigilla publica,Epiſcopi, ciuitatis,& vniuerſitatis,quotuplex aũt ſit, & quæ in eo requirantur,plenius ſcribit Rebuff.in tract.nominationum.q.10.nu.40.& ſuper cõſtitutiones Galliæ, tit.de literis obligatorijs regijs,in 6.gl.& 7. tom. 1.& nos infra loco ſuo plura dicemus in verb.ſigillum.

3 Superiori probationi non diſſimilis eſt ea, quæ ſequitur,mandatum† ſcilicet probari per literas priuatas domini miſſas ad inuicem, vel aduerſarium, ita cenſet Accur.quem ſequitur ibi Sal.& alij in l.vnic. C.de ſatiſdando, ſiue patentes,ſiue ſigillo clauſulas, ex cle.1.§.noſtraq; & ibi Card.in 6.not.de iureiu,quę literę approbantur per teſtimonium ſigilli publici,vt ſuprà diximus,aut teſtimonij proprij, & priuati ſigilli,vt docet Bart. in d. l. ſi procuratorem, habemus à Spec.in tit.de procuratoribus. §.4.verſ.ſi autem, vbi ponit etiam formam dictarum literarum.

4 Domini item † ſubſcriptione inducitur mandatũ, vt aſſerunt gl.& Bal.per illum tex.in l.cuam,C.quod cum eo, qui.

5 Declaratur† primò ꝙ nuper dicebamus, vt iſtæ literæ debeãt probari ꝓprio ſigillo,nõ alieno, alioqui adulterinę cẽſerentũ,niſi facta fuiſſet in literis atteſtatio,ꝙ alieno annullo ſignatæ eſſent,vt retulit Fab.in d.§.poſſunt, & habetur p Doc. in locis citatis ſupra, & per Fran.Mar.d.q.994.par. 2. & in pœnã falſi obſignãs alieno annullo incidit,teſte Caſt.in l.leg.Corn. & in l.omnes.ff.de falſ.& Fel.in d.c. 2. de fid.inſtr.

6 Declaratur ẽt,†quod iſtæ literæ,quæ habent ſigillũ proprium non probent,niſi approbentur per partem, aut teſtes deponãt ſe vidiſſe ſigillare,iuxt.mẽtem Bar. in d.l.ſi procuratorẽ,& Franc.Marc.d.q.993. nu.4.ꝓbari enim dẽt veritas ſigilli,licet quoad literas nõ requiratur alia probatio per teſtes, aut comparationẽ literarũ, vt ſcripſit Crau poſt alios in tract. de antiq. temp.part. 1.verſ.quæritur,nu.44.eandemq; vim hẽt

7 †ſigillũ priuatum,quã ſubſcriptio hẽt, & ideò eſt neceſſaria recognitio,vt ait Menoch.q in hoc diſcrimẽ conſtituit inter ſigillũ publicũ,& priuatum d.cent.2. nu. 10.& ꝙ pro recognitione ſigilli dẽat fieri remiſſio ad partes,tenuere DD.Rot.in deciſ.222.in nouis, & Fran.Mar.q.992.nu. 5. vbi ipſe ẽt affert differentiã inter ſigillũ publicũ, & priuatũ, & ibi plenè examinat,quando recognoſcendũ ſit ſigillũ,& ſi negetur, aut de eo dubitetur, an et in dubio faciat fidem contra illum,cuius eſt ſigillum, & pro eo præſumatur.

8 Declara 3.†non ꝓcedere in ſchedulis vacuis ſigillatis,vt qñ Principes,& præſules dant tales ſchedulas ſigillatas eorum nuntijs,& procuratorib. vt ſcribãt in eis procuratorium ad eorũ,quibus mittuntur,volũ tatem,ſecundum temporum, & locorum indigẽtiam;

non

non enim vllius eſt momenti tale ſigillum, nec probat, cũ literæ non ſint ſcriptæ tempore ſigilli, ita concludunt * cõiter Doct. in d.c.2. de fid. inſtru. quod placuit, & Bal. in addit. ad Spe. tit. de procur. §.4. verſ. ſin autem, & habetur per Franc. Mar. q. 992. nu. 3. lib. 2.
9 an autem valeat † procuratorium in quo nullus fuit nominatus procurator, ſed album fuit in eo relictum ad ponendum, & ſcribendum nomẽ procuratoris, diſputat Boer. deci. 274. & in fi. concludit valere, præſertim ſi procurator cõſtituendus alibi habitabat, locorũq; longinquitate maximè diſtabat à loco cõſtituẽtis, ꝙ veriſimiliter cõſtituẽs ignorabat nomẽ ꝓcuratoris, nec certior fieri poterat: ſic etiam tangit, an va-
10 leat ꝓcuratorium, † in quo generaliter conſtituuntur oẽs procuratores, qui ſunt Taurini in curia conſilij.

11 Declaratur quartò non habere locũ, † ſi tantũmodo oſtenderetur ſigillũ abſq; aliqua ſcriptura: non. n. ſolius ſigilli oſtẽſio probaret, vt aſſerunt Arch. & Io. And. in c. quamuis, de proc. in 6. atq; Bal. in l. 1. in fin. C. eo. nec enim loquitur ſigillum, nec per id aliquid apparet, & in l. ſi procuratorem. eo. tit. & Alc. in d. l. 1.

12 Sublimitanda eſt hæc declaratio, † vt non ſit vera, quando ſigillum eſſet conſtitutum ad procuratores conſtituendos, & ad ſignanda mãdata procuratoria, vt author eſt Bald. in c. coram, de offi. deleg. Abb. & Imo. in c. 2. de ſolut. idem inquit Bal. in tit. de pace cõſtantiæ, in verbo muniri. idem cenſet Fel. d. c. coram, nu. 9. & niſi adeſſet conſuetudo credendi, vt teſtatur D. de S. Gemin. d. c. quamuis.

13 Sublimita ſecundò, † quando probaretur traditio ſigilli, quod eximium relatu arbitratus eſt Roman. in ſing. 637. nunquid per productionem.

14 Tertio loco ſublimitabis, † quoad præſump. vt fiat dubium de mandato, & admittatur oſtendẽs cũ cautione de rato, ſic tradidere Ant. & Imo. d. c. quamuis. Rom. d. ſing. 637. & Doct. in d. l. 1. & in c. 2. de procur.

15 Hæc ſublimitatio declaratur, † vt procedat quãdo perſona oſtendens non eſſet domeſtica, & cohabitãs in eadem domo, aliàs ſecus eſt, quia veriſimiliter potuit ſurripere, vt animaduerſum eſt ab Hoſt. & Ioan. And. in d. c. 2. & à Rom. in d. ſing. 637. quando autem credatur nũtio, & famulo cum ſigillo, aut alio interſigno magiſtri, ita quod ſoluendo debitor liberetur, adeũdus erit Bart. in l. ſi quis vxori, §. apud Labeonẽ, ff. de fur. & Fran. Mar. q. 994. nu. 3. par. 2.

Quintò primario loco declaratur id, quod diximus
16 de literis, † vt non procedat in literis credentiæ, quas ſæpè mercatores alteri mittunt abſq; alio mandato, ſic monet Bart. in l. Luc. Tit. ff. de fideiuſſ. quam ſententiam probant Bal. & Sal. in l. vlt. C. quod cum eo. & in l. ſi verò non remunerandi. §. cum quidã. ff. mandati. idem Bal. in conſ. 426. vol. 2. & in rub. C. de cõſti. pec. ſic decidit, & Boer. in decis. 282. in 2. par. vt & ſenſit Hipp. Marſ. in rub. C. de prob. n. 289. ſunt enim iſtæ literæ valdè generales, & magis cõmendatitiæ, incertumq; cõtinent, vt exẽpli gratia, Mæuio, qui tibi has meas tradet, plenã fidẽ habebis, vel Mæuio oĩbus in rebus, quæ tibi meo noĩe dicet, fidẽ habebis plenã, & ideò pp nimiã obſcuritatem non inducunt mãdatũ, ſic etiam reſponſum eſt à Bart. in conſ. 47. n. 80. vol. 1.

17 Hanc declarationem † ampliabis, etiã ſi eſſent magis ſpeciales, v. g. Mæuio, cui animum, atq; conſilia mea credidi, ſeu quem meam voluntatem plenè docui ſuper tali negotio plenam fidem habebis, ex his enim literis, licet magis ſpecialibus non mãdatur, vt aliquis contractus celebretur, ſed tantum mandatur, vt credatur in his, quæ refert: ſic voluere Bartol. & cæteri ſcribentes in d. l. Luc. Titius.

18 Limitabis hanc ampliationem, † quod licet nõ teneatur immediatè ex tali contractu, veluti ſi expreſsè ſcripſiſſet, cum latore præſentium contrahe, tenẽtamen ſi damnum occaſione credulitatis is, qui literas accepit, paſſus eſt, ex relata verborum formula, ita docet Bart. in d. l. Luc. Tit. ad quod omninò conſulas Benuenut. Strac. in tract. de aſſecurat. gl. 11. nu. 37.

19 Sublimitare poteris † declarationem 5. loco relatã, non procedere, quando ex perſona ſcribentis obſcuritas apparere poſſet, vt ſi q. literas afferebat eſſet inſtitor ſcribentis, & ab eo præpoſitus in aliqua mercatura, tunc enim ſcribens videtur ſeriſiſſe. & mãdaſſe, vt ei adhibeat fidẽ in negocio huius mercaturæ, ita ſcribunt Bart. & Paul. Caſt. in d. l. Luc. Titius.

20 Secundò ſublimita, † quando in literis fuiſſet ſcriptum, quod fides adhiberetur meo periculo, veluti: *ſopra di me, à mio riſico, ponete à mio conto*: ſic inqt Boer. d. deciſ. 289. nu. 2. & Foller. in addit. ad Maran. in praxi ord. iud. par. 6. act. 6. nu. 55.

21 Tertiò ſublimitabis, † quandò literæ cõcederẽt generale arbitrium latori literarũ, vt ſi ſcribatur, latori præſentium mandaui, vt meo nomine faciat quicqd voluerit, iux. ſenten. Bal. in l. vlt. C. quod cũ eo. in quo tamen in arbitrio non comprehẽditur donatio, vt refert Strac. in d. gl. 11. nu. 36. vbi latè de literis credẽtię.

CONCLVSIO MX.

ARGVMENTVM.

Mandatum probari per traditionem inſtrumentorum, & iurium ad cauſam facientium: & quomodo id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum probatur per traditionem inſtrumentorum, & iurium ad cauſam facientium. Contr. nu. 2.*

3 *Mandatum probatur tantum præſumptiuè per ſolam oſtenſionem inſtrumẽtorum ad hoc, vt admittatur cum cautione de rato. Contr. nu. 4.*

5 *Mandatum non probatur per oſtenſionem inſtrumentorum, & iurium, quando ea oſtendens, nec probans ſibi tradita à domino, eſſet perſona domeſtica.* Contrarium, num. 6.

7 *Mandatum non probatur per oſtenſionem inſtrumentorum, cum oſtendens eſſet perſona non conſueta procurare. Contr. nu. 8.*

1 Probatur præterea mandatum † per traditionem inſtrumentorum, & iurium ad cauſam faciẽtium, quæ facta à domino probat plenè mandatum, nec eſt opus cauere de rato: ita ſenſere Bal. & Imo. in c. coram. vbi Fel. nu. 9. ver. limita 1. de offi. deleg. per tex. in l. vlt. C. de pact. ſic cõſuluit Rom. in conſ. 446. in fi. & in ſing. 537. & hanc opinionẽ cõprobant Barb. in d. c. corã. col. 2. & ſeq. Cag. in l. velle. ff. de reg. iur. & Caſſiod. in dec. 3. de procur.

2 Huic ſententiæ † aduerſatur Alc. in tract. præſ. reg. 1. præſ. 33. nu. 5. temperans opinionẽ Rom. & aliorum, vt non procedat indiſtinctè, ſed tantum quando traditio eſſet facta coniunctæ perſonæ, vt per eum.

3 Declaratur prior opinio, † primò in modò probãdi, vt neceſſe ſit traditionẽ probare factam eſſe à domino; alioqui per ſolam oſtenſionem inſtrumentorum non plenè probaretur de mandato, ſed tantum præſumptiuè, vt dubium dẽ eo eſſet adeò, vt nõ ſimpliciter oſtendens admitteretur, ſed tantummodo cũ
* cautione rati. d. c. coram, vbi Inno. & * omnes. Bart. in l. vulgò. in fi. ff. de adminiſt. tut. & in l. 3. §. cauſæ. ff. de Carbo. edic. Caſt. & Alex. in l. 1. C. de proc. Bal. Imol. & Ang. in l. Mæuia. in prin. ff. ſolut. matr. Imol. in c. 1.
* de procur. idq; * communiter eſt receptum, teſte Fel. in d. c. coram. nu. 9. etiam ſi non appareret dominum dediſſe, quia præſumitur, vt aiunt Imol. in clem. 1. de proc. Ruin. in conſ. 107. nu. 6. vol. 4. Hipp. Marſil. qui
* dicit * communem, in l. ſi quis nec quæſtio. num. 142.

verſ.ad hoc dicendum moueor.ff.de queſt.Aymo in cōſ.80.col.3.ver.nec obſt.& Boer.ī dec.154.in 1.par.

4 Ab hoc tamē†diſſentiunt Bal.& Sal.in d.l.1.& in l.1.§.Labeo.ff.de pact.vt hoc caſu non probetur mādatum etiam præſumptiuè ad hoc, vt admittatur cū cautione rati, niſi in marito volente agere pro parafernalibus,vt in caſu legis vlt.C.de pact. conuen.

5 Priori communi opinioni adherendo,ſubdeclaratur,vt non habeat locum,†quando oſtendens inſtrumenta,& iura,nec probās ſibi tradita à domino,eſſet perſona domeſtica,& cohabitans cum domino: tūc enim fit dubium de mandato, ex quo adeſt ſuſpicio, quòd potuerit ſuſcipere, & ita nullo modo admittitur:ita Rom.in d.ſing.637.d.conſ.446.in fi.per tex.in l.1.§.ille autem,C.de lati. liber. tollen.

6 Huic ſententiæ†refragantur Fel.in d.c.coram, nu. 9.verſ.ſecundo limita.& Alc.d.præſumpt.33. num.6. & cum talis ſuſpicio purgetur per præſtationem cautionis de rato.

7 Sublimita ſecundò non procedere, † quando oſtēdens inſtrumenta,& iura, eſſet perſona non conſueta procurare, quia in eo præſumitur potius cuſtodia, quam mandatum,teſte Imo.in d.c.coram.

8 Quanquam huic†aduerſentur Fel.ibi nu.9.& Alc. d.præſumptio 33.in fi.quia videtur contra tex.in d.c. coram.

CONCLVSIO MXI.

ARGVMENTVM.

Ex confeſſione quomodo probetur mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum probatur ex confeſſione, etiam incidenter facta, & per verba enunciatiua.*

2 *Mandatum probatur ex confeſſione,etiam ſi eſſet materia requirens ſpeciale mandatum.*

3 *Mandatum probatur etiam ex cōfeſſione tacita, quę emergeret ex vſu actus geſti aliquo tanquam procuratore.*

4 *Mandatum probatur ex confeſſione quoad præiudicium confitentis tantum, ſecus quoad tertij prę iudicium.*

1 Probatur inſuper mandatum†ex cōfeſſione,vt clarum eſt, cum ea nulla maior detur probatio; & etiam ex confeſſione partis aſſerentis,quem ſuum conſtituiſſe procuratorem, et ſi confeſſio huiuſmodi eſſet incidenter facta, & per verba enunciatiua,vt ſi quis ſupplicando diceret talē procuratorem ſuum,vel ſi procurator ſe procuratorē confiteretur,vel alibi ita faſſus eſſet: ſic reſpōſum eſt à Rom.in conſ.63.incip.ſolum eſt videre, quod placuit.& Fel.in cap.cum in iure. nu. 14. de offic. deleg. vt habetur in deciſ.Tholoſ.366.in fi. per tex.in l. nec ſatiſdatio.ff.rem rat. habe.

2 Concluſionem amplia,†etiā ſi eſſet materia requirens ſpeciale mandatū,vt author eſt Ant.in c.nōnulli.§.ſunt,& alij,col.pen.ver.aduerte,quia hoc eſt notabile,de reſcript.& ibi Gemi.& Fel.in d.c.cū in iure.

3 Secundo loco velim amplies,† etiam in tacita cōfeſſione, quæ emergeret ex vſu actus geſti ab aliquo tanquam procuratore: nam ſi vtor actu geſto ab aliquo tanquam procuratore meo, videor illum confiteri procuratorem,vt rogatus dixit Rom. in cōſ. 331. quod etiam probauit Fel.in c.cum inter.nu.11.de except.ſic ſi cœptam cauſam dominus eſſet proſequutus, ſic ſi eum procuratorem ad eam cauſam cœptā ſimpliciter conſtituiſſet,ſi non mādatum, tacita ſaltem domini ratificatio colligitur,vt habemus à Vāt. de nul.tit.quib.mod.ſent.null.reparen. num.103.quæ ratificatio mandato ęquiparatur,vt ibi per eum latè, de quo nos etiam in ver. ratificatio.

4 Limitatur concluſio,†vt procedat quo ad præiudicium confitentis tantum, ſecus quoad præiudicium tertij,vt cēſet Spec.in tit.de procur.§.rectè,verſ.illud. in eandem deciſum eſt ſententiam à Boer. in deciſ. 281.num.1.part.2.

CONCLVSIO MXII.

ARGVMENTVM.

Explicatur illa mandati probatio, quæ fit per approbationem tacitam partis aduerſę.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum probatur per approbationem tacitam partis aduerſæ,vt ſi citaretur aliquis tanquam procurator.*

2 *Reus ſimpliciter citatus fit habilis.*

3 *Legitimatio perſonæ in iudicio duplex.*

4 *Mandatum probatur per approbationem tacitam partis aduerſæ,etiamſi fuerit contra procuratoris perſonā oppoſitū,& facta fuerit ptēſtatio. Quod intellige, vt nu. 5.*

6 *Mandatum non probatur per approbationē tacitam partis aduerſæ,veluti ex citatione, quando ille citatus tanquam procurator non fuiſſet ſimpliciter citatus, ſed cū clauſula,quod compareat ſi ſic putauerit intereſſe, & citra approbationem ſuæ perſonæ.*

1 Probatur quoq; mandatū † per approbationē etiam tacitam partis aduerſæ,vt ſi citaretur aliquis tanquam procurator, cenſetur enim tunc illius perſona legitimata, & habilis redditur,adeò vt nō poſſit amplius impugnari,vt docuit Bar.in l.cum mulier.col.2.ff.ſol.mat.cui accedit Fel. in c.ſuper his.nu.15. de acc.à qua ſnīa non diſcrepauit Bal.in l.vlt.col.16.C.de edi.diui Adr. tol.Nam

2 †in vniuersū loquēdo reus ſimpliciter citatus fit habilis,vt dicit Rom.in l. 1.col.6.ff.de arb. qđ plenè proſequitur Fel.in c.cum inter.nu.11.de excep.& hęc dicitur legitimatio perſonæ tacitè facta, vt tradit Marā. in Spec.ord.iud.par.6.9.mēb.n.56.qui duobus modis

3 poſſe legitimari†perſonam ait,expreſsè per ſolemnē mandatū,vt tot.tit.de procur.& tacitè hoc modo,qa ſpontè litigando dicitur cōſentire in procuratorem.

4 Amplianda tibi eſt concluſio,† vt locū ſibi vendicet,etiamſi fuerit contra procuratoris perſonā oppoſitum,quod ſcilicet non eo erat conſilio, vt eius perſonam approbaret per aliquem actum,& ita facta pteſtatio:nam ſi poſteà cum eo litiget, intelligitur approbare,ſi credimus Bar.in l.licet,nu.3.C.eod. Quod

5 intelligas,†niſi in quolibet actu proteſtetur,ꝙ nō approbet, ſecundum Bar.in l.inter quos, §.alieno. ff. de dam.infect.vbi conſuluit, vt in omni actu, qui cum procuratore fiat,dicat,litigo ſub hac exceptione modò tamen ſi apparebit ipſum non procuratorem,nollim habere ratum,vt traditum eſt à Rebuff. commēt. in conſt.Gall.tit.de lit.dilat.annal.art.3.gl. vnic. nu. 10.adducit Bal.in conſ.498.circa primū, col.2.vol.2. quæ proteſtatio ita repetita eā habet vim,vt nec dūs poſſit ratū habere geſtū à procuratore,licet procurator à pncipio pp dubitationem de mandato fuiſſet admiſſus cū cautione de rato.ita Bar.in dic.§.alieno.

6 Limitabis concluſionem,locum ſibi nō vendicare, † quando ille citatus tanquā procurator non fuiſſet ſimpliciter citatus, ſed cum clauſula, quod compareat,ſi ſua putauerit intereſſe, & citra approbationem ſuæ perſonę,vt vulgò fit,tunc enim non intelligitur approbatus,vt inquit Fely.in d.c.ſuper his, & in d.cap.cum inter, num. 11. & Maran. loco nuper adducto.

CON-

CONCLVSIO MXIII.

ARGVMENTVM.

Mandatum probetur nec ne per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris probari per teſtes. Contr. nu. 2.*
3 *Mandatum vt probetur teſtibus ſecundum aliquos.*
4 *Mandatum ad matrimonium teſtibus probari.*
5 *Mandati ratificationem teſtibus probari.*
6 *Mandati reuocationem vnico teſte probari poſſe.*
7 *Mandatum ad exigendum inſtrumento eſſe probandum.*
8 *Mandatum Principis inſtrumento eſſe probandum.*
9 *Mandatum per inſtrumentum ab Oeconomo Eccleſiaſtico debere probari. Contr. nu. 10.*
11 *Mandatum non poſſe probari per vnicum teſtem.*
12 *Mandatum probandum eſt a procuratore ad proteſtandum per inſtrumentum publicum.*

1 Itidem probatur mandatũ † per teſtes: ſed in hoc diſpares ſunt inter ſe ſcribẽtium ſententiæ: ſunt enim qui affirment mandatum procuratoris poſſe ita probari per teſtes, ſicut per inſtrã: nõnulli ſunt, qui negent: ſunt & aliæ mediæ opiniones diſtinguentes. Affirmans opinio grauiſſimos habet aſſeclas, vt Accur. in l. maritus. & ibi notant Bar. Bal. Saly. & Fulg. C. de procur. gl. in c. 1. & ibi Alba. eo. tit. Spec. §. ratione aũt formæ. verſ. porrò vbi quis. eo. tit. Bar. & Ang. in l. non ſolum. §. alieno. ff. eo. de procur. Rayner. Fr. Tigr. in l. 1. C. eo. vbi & Iac. de S. Geor. &
* Alber. & Iaſ. qui dicit *communẽ Ang. in conſ. 192. incip. Viſis omnib. col. 1. verſ. ſuper ſecundo, quorum
* ſententiæ vti* communiter receptæ ſe ipſe ſubſcripſit Boer. in deciſ. 281. in prin. par. 2.

2 Negantem verò ſequuti ſunt† ſnĩam Pet. de Bellaper. Fulg. & Caſt. in d. l. 1. Io. And. in addi. ad Spe. d. §. 3. in addi. incip. vr autem. vbi dicit, iſtam opinionem à conſuetudine fuiſſe approbatam, ne detur materies proteſtandi iudicium, cum pro examinandis teſtib. tres dilationes concedi poſſint.

3 Fuerunt aliæ opiniones † diſtinctiones ſuperiores conciliare conantes, teſteſq; in hoc variè admittentes, vt Iac. & Sal. in d. l. 1. qui admittunt teſtes paratos iudicio, & teſtes omni exceptione maiores. itẽ Guli. Angeli. in procur. iuri facto. & Io. And. loco citato, quoad lites præteritas. & Bal. cũ ſatiſdatione. de q̃bus opinionib. videas Io. Andr. vbi ſup. & Iaſ. in d. l. 1. & Abb. in d. c. 1. qui ſequuntur affirmãtem opinionem
* tanquam * communem, & veriorem.

Quæ ſi cui placuerit, illã primũ velim ſic ampliet,
4 † vt procedat etiam in probando mandato ad matrimonium, vt ſenſit author additio. ad Alex. in d. l. 1. qui pro ſe adducit Ang. in d. conſ. 192.

5 Secundò ampliare poterit, † vt nedum poſſit probari mandatum, ſed etiam ratificatio, imo ſi non poſſet probari mãdatum, probaretur ſaltem ratificatio: ita reſpondente Dec. in conſ. 298.

6 Tertiò ampliabit † non ſolũ procedere in mandato, ſed etiam in reuocatione ipſius mandati, quæ põt probari per vnum teſtem cum dilatione proprij iuramenti, vt teſtatur Io. And. poſt Hoſt. in c. cũ pro cauſa. de procu. quod inſigne relatu putauit Corſet. in ſing. in ver. mandatum.

Limitanda eſt modò affirmãs cõcluſio, vt vera nõ
7 ſit † in probando mandato ad ſolutionẽ recipiendã, & ad exigendam, quia debet probari per inſtrm. non per teſtes, vt ſenſit Bal. in l. falſus. col. pen. ver. ſcias tamen. C. de fur. quod ſcitu dignum cenſuit Cremen. in ſing. 138. ſi procurator, idem confirmauere Iaſ. in d. l. 1. Boer. d. deciſ. 281. Catel. Cot. in ſuis memorabil. in verſ. mandatũ, & Rebuff. ſuper conſti. reg. tit. de litte. dilat. annal. art. 3. gl. vni. nu. 8.

8 Secundò limita non procedere † in mandato Principis, q̃ debet probari per inſtrumentum, ex l. 1. C. de mand. prin. vt conſuluit Alex. in conſ. 107. nu. 8. li. 7.

9 Tertio limitatur in Oeconomo † Eccleſiaſtico, q̃ debet ipſe etiã probare mandatum per inſtrumentũ publicum, vt aſſeuerauit Bal. in l. prohibitam. C. de iure fiſci. lib. 10. cui adhæret Iaſ. in d. l. 1. nu. 9.

10 Quartò concluſionem limito, † eam habere locũ, quando in promptu vult docere de mandato, alioqui non eſt ſibi dãda dilatio, vt decidit Boer. in dec. 231. nu. 1. teſtem ad id laudat Cyn. in d. l. 1. Luc. de Pen. in l. ſuper ſeruis. col. vlt. poſt prin. verſ. ſic & ci. C. q̃ milit. non poſſ. lib. 12. & hæc eſt vna ex opinionibus diſtinguentibus, vt ſup. meminimus.

11 Quintò limitatur concluſio, † vt nõ poſſit probari per vnicum teſtem, iuxta ſententiã Benint. in Bono. deciſ. 70. nu. 5. contra dominum tamen poſſe probari per vnicum teſtem cum iuramento, tradit Abb. in c. cum pro cauſa. nu. 3. de procur.

12 Sextò limitabis in procuratore † ad proteſtãdum: nam de eo debet facere fidem per inſtrumentum publicum, vt obſeruauit Bal. in rub. ext. eo. & Iaſ. in l. 1. nu. 9. eo. tit. de procu. Verum ad vberiorem cõcluſionis noſtræ cognitionem conſulendi tibi erunt Hipp. Marſ. in rub. C. de proba. nu. 28. & Villalob. lib. commu. opinio. in ver. mandatum.

CONCLVSIO MXIIII.

ARGVMENTVM.

Mandatum probari per pronunciationem iudicis ſuper legitimatione procuratoris: & an hęc pronunciatio domino abſenti præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum probatur per pronunciationem à iudice, factam ſuper legitimatione procuratoris, quæ tranſiuerit in iudicatum.*
2 *Pronunciatio iudicis ſuper legitimatione procuratoris domino abſenti non præiudicat.*

1 Probari Poſtremò poterit mandatum † per pronunciationem à iudice factam ſuper legitimatione procuratoris, quæ tranſiuerit in iudicatum: hæc enim repellit opponentem, tu nõ es procurator, vt profitendo ſcripſit Bar. in l. 1. & ibi Iaſ. nu. 8. C. de procu. & ideo Spec. in tit. de excep. §. nunc videndum. in fi. cautionem hanc adhibet, vt fiat huiuſmodi pronunciatio.

2 Declaratur hæc concluſio, vt non procedat, † quoad dominum, quia illi abſenti non præiudicat huiuſmodi pronunciatio, vt antea dicebamus in prin. huius materiæ mandati. & latè probat Vant. de nullit. titu. quibus mod. ſen. nul. reparen. nu. 8. idem placuit Spe. tit. de reſcr. præſen. §. 1. verſ. igitur, in fin. ad quod tamen videas Anch. in conſ. 41.

CONCLVSIO MXV.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad patrandum homicidium non præſumi, & quibus verbis illud inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandans patrari delictum grauius delinquit quam mandatarius.*

2 *Manda-*

Digitized by Google

2 *Mandatum ad patrandum homicidiũ non præſumitur.*
3 *Mandatũ ad patrandum delictum eſſe probandum, vt poſſit mandans puniri. Et cur.*
4 *Mandatum induci per quæcunq; verba etiam non imperatiua, aut præceptiua.*
5 *Mandatum probatur etiam per verba, quæ expreſſè non ſonent in delictum.*
6 *Mandatum inducitur etiam per ſummiſſam alloquutionem ad aurem famuli. Contr. nu. 7. & 8.*
9 *Mandatum non induci nutu. & nu. 10.*
11 *Mandatarius an ſufficiat in criminalibus ad probationem mandati, an tãtum ad inſtructionem, & an faciat indicium ad torturam, vide remiſſiuè.*

Non immeritò à legum latorib. eſt ſancitũ, vt in eum, qui mandauerit patrari delictum animaduertatur, vt in l. nõ ſolũ, §. mãdato. ff. de iniu. & in c. vlt. de hom. in 6. & traditum eſt à Iod. in praxi
1 rerum criminalium c. 60. nu. 13. non enim minus† delinquit, quam mãdatarius, imo grauius, & primo loco, vt decidit Gram. in deciſ. 38. num. 6. & id ſcripſit Menoch. de arb. iud. cent. 4. caſ. 152. atq; voluit Clar. in praxi crim. §. vlt. q. 89. immò pp ſceleris atrocitatẽ
2 factum eſt, vt mandatum non præſumatur, † ẽt ſi famulus vel cõſanguineus occidiſſet inimicum domini, ſeu cõſanguinei, ex c. cum ad ſedem. vbi gl. de reſt. ſpol. vt & reſponſum eſt à Balb. in conſ. 383. col. vlt. vol. 5. & idem colligitur ex l. 3. §. cum igitur ver. nam cum familia. ff. de vi, & vi arma idemq; cautũ eſt ab Ana. in conſ. 59. & id declarat Boſſ. in tit. mandati ad homicidium. nu. 51. hoc etiam probat context. in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. cũ ibi no. & habetur p Fr. Mar. q. 423. nu. 12. in 2. part. quinetiam, vt quis pu-
3 niatur de delicto opus† eſt probare mãdatum præceſſiſſe, non enim hoc caſu prioritas temporis pręſumitur, teſte Bal. in l. 1. & ibi Iaſ. nu. 23. C. de ſeru. fug. & in l. ob hæc verba. ff. de his, q not. infa. Hinc ergo noſtri arrepta occaſione dubitare de hoc cõſueuere, nõ minus, quam de mãdato ad lites, & iudicia, & inquirere, p quę verba hoc mandatũ ad delicta inducatur. Præ cæteris. Bald. in d. l. 1. col. 3. ver. & probatur, tradit
4 mandatum probari † per verba imperatiui modi, vt ſunt illa percute, occide, interfice, ſic hunc docuit Acc. in d. l. ob hæc verba, verũtamen cũ poſteà ſubiungens dicat induci ẽt per alia, liquidò conſtat mãdatũ ad delicta induci per quæcunq; verba ẽt nõ imperatiua, aut præceptiua. hanc concluſionem probãt Bal. ibi, & Iaſ. nu. 32. mandare enim dicitur omnis, q mandat committi delictum propter ſeipſum ad ſuæ volũtatis ſatisfactionẽ, quæcunq; verba interueniãt, vt ſenſit Ang. de malef. in ver. Sempronium mandatorem, quod quidem à nobis aliàs plurib. eſt confirmatum, vt in concluſ. de homicidio per verba.

Amplianda eſt primo loco relata cõcluſio, vt vera
5 ſit, etiam † ſi eſſent verba, quæ non expreſsè ſonarẽt in mandatum, vt volo, mando, de quib. in l. 1. ff. mand. modo ſint huiuſmodi, ex quibus quid par mandato oriatur, non enim ſonus, ſed ſubſtantia verborũ conſideratur, ita ſcriptũ reliquere Bart. in l. non ſolum, §. mandato, in 1. q. ff. de iniu.

6 Ampliatur ſecundo, † vt non ſolũ per verba audita inducatur huiuſmodi mandatũ, ſed ẽt per verba non audita, vt ſi quis ſummiſſe fuerit alloquutus famulũ ad aurem poſt illatam ſibi iniuriam, & poſteà famulus ſtatim interfecerit eius inimicum, vt placuit Bar. in l. ventri. §. vlt. nu. 1. ff. de priu. cred. cui accedit Bal. in d. l. 3. col. 1. de ſer. fug. & in l. multũ, col. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi, quorum ſñiæ ſe ſubſcripſere. Hip. in l. 1. nu. 27. ff. de q. Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier. in 7. no. ff. ſol. mat. Grat. in conſ. 110. nu. 11. vol. 1. Fel. in
* c. 1. num. 12. de offic. deleg. & hanc opin. dicit *cõem Placa lib. 1. delict. c. 14. poſt nu. 15. vt refert Clar. d. q. 89. qui tamen dicit, quod nõ puniret hoc caſu dominum pœna homicidij, niſi eſſet ſolitus talia committere, & quod iniuria eſſet huiuſmodi, propter quã debuiſſet veriſimiliter mandare: ſubiungitq; in dubio ſatius eſſe torquere dominum, & pœna extraordinaria illum damnare. Hanc verò ampliationem latius explicauimus in concl. 80. incip. alloquutio ſummiſſa, ad quam me reijcio.

7 Amplia tertio concluſionem† etiam in his verbis, vt ſi quis rogando optaret iniuriam ſuam vlciſci, ita ſentit Bal. in d. l. 1. col. 3.

8 Verùm aliter† in fratre læſo qui fratrem rogauit, vt iniuriam ſuam vlciſceretur, concludit Bero. q. 10.

Limitanda eſt nunc primum concluſio, vt nõ pro-
9 cedat in nutu, † vt ſi quis annuat capite interficere volenti: non enim dicitur mandare, niſi conſtet, quod contemplatione annuentis, id fecerit, vt reſponſum eſt ab Ana. in conſ. 4. & à Bal. in conſ. 256. vol. 2.

10 Secundo loco limitabis† locũ ſibi vendicare in eo, qui vtitur verbis innuentib. mandatũ contra illũ, qui aliàs deliberauerat primo occidere, tunc enim non debet talia verba proferens puniri, vt mandãs, ſed tãquam perſuadens: nã tunc non poſſunt verba importare mandatum, iuxta ſñiam Ang. in conſ. 22. incip. pro deciſione quæſtionis, quod & probauit Aug. ad Ang. in d. ver. Sempronium mandatorem. in prin.

11 Quomodo autẽ in criminalib. † mandatarius non ſufficiat ad probationẽ mandati, ſed tantũ ad inſtructionem, & quod non faciat indiciũ ad torturam, docẽt Marſ. in cõſ. 27. n. 26. Clar. in §. fi. q. 21. verſ. ex hac concluſione infertur, & Boſ. in tit. de inditijs. nu. 154.

CONCLVSIO MXVI.

ARGVMENTVM.

Mandatum durare, non reuocatum præſumi, & quo pacto mandati reuocatio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum durare præſumitur.*
2 *Mandati reuocationem non præſumi. Et cur.*
3 *Mandati reuocatio eſt probanda.*
4 *Mandati reuocatio probatur per publicum inſtrumẽtum, ſeu literas.*
5 *Mandati reuocatio per publicum inſtrumentũ probata, debet procuratori intimari, vt ſit efficax.*
6 *Mandatum morte mandantis expirat. Quod declara pluribus modis remiſſiuè tamẽ, vt nu. 7. & 8. Contrarium, num. 9.*
10 *Mandati reuocatio probatur probãdo mortem mandatarij. Quod declara, vt nu. 11.*
12 *Mandati reuocatio probatur probando mutationẽ ſtatus ipſius conſtituentis. Et cur.*
13 *Mandati reuocatio probatur, vbi procurator ipſe ſtatũ mutat. Contrar. nu. 14. Quod intellige, vt nu. 15.*
16 *Mandati reuocatio probatur, ex ceſſatione cauſæ, propter quam mandatum fuit factum.*
17 *Mandati reuocatio probari poteſt per teſtes.*
18 *Mandati reuocatio probari poteſt per teſtes, etiam ſi per inſtrumentum, ſeu per literas fuiſſet procurator conſtitutus.*
19 *Mandati reuocatio probatur probando conſtitutionem alterius procuratoris factam à domino, ſiue ad iudicia, ſiue ad negotia.*
20 *Mandati ſindici reuocatio probatur probando conſtitutionem alterius ſindici.*
21 *Mandati primi reuocatio probatur per ſecundam cõſtitutionem eiuſdem procuratoris. Quod declara, vt nu. 22.*
23 *Mandati reuocatio probatur per conſtitutionem ſecundi*

procu-

procuratoris, etiam ſi is nollet recipere procurationem.
Contrarium, nu.24.
25 *Mandatũ non reuocatur ob conſtitutionẽ alterius procu
ratoris, cũ duo mandata apparerent ſub eadem data ob
incertitudinem prioritatis. Quod ſublimita vt nu.26.*
27 *Mandatum Vicarij per conſtitutionem ſecundi Vicarij
non cenſetur reuocatum.* Contr. nu.28.
29 *Mandati reuocatio non poteſt fieri poſt litem conteſtatã
abſque cauſa cognitione.*
30 *Mandatum non reuocatur per conſtitutionẽ ſecundi mã
dati, cum iſtud conſtitutum eſt pro diuerſa cauſa, vel
contra diuerſos.* Contr. num.31. & 32. *Quod limita, vt
nu.33. & 34.*
35 *Mandati reuocatio probatur ex eo, quod procurator aliũ
in locum ſuum ſuffecerit habilem & acceptãtem. Quod
limita, vt nu.36.*

Quod ad mãdati probationes attinet hacte-
nus reliqua videamus. Huiuſmodi ita-
1 que mandatũ ſic probatũ præſumit̃ durare, † l. ſi vero
non remunerandi, §. ſi mãdauero, ff. mand. l. vnica, §.
1. C. de ſatiſdan. l. ſi ꝓcurator. §. vlt. ff. de proc. reuoca
2 tio enim † q̃ eſt voluntatis mutatio, nõ præſumit̃, te-
ſte Corn. in cõſ. 155. nu. 3. vol. 2. idem inquit Dec. in
conſ. 190. nu. 6. & 8. ſicque ſenſere Dom. Rot. in deci.
3. in prin. de dol. & contum. vt voluit Io. And. in c. li-
cet, de proc. idcirco fit, vt probanda ſit reuocatio mã
3 dati, † quã inducit contraria voluntas expreſſa, ſiue
tacita ſiue à iure præſumpta, contra quã non valeret
pactum ẽt iuratum, & pœnale, vt docuit Bart. in l. cũ
precario, ff. de prec. cui iniæ conuenit glo. communi-
ter * approbata in c. vlt. in ver. reuocatus, de procur.
in 6 hoc idem arbitratus eſt Dec. conſ. 475. nu. 17. ꝙ
nec latuit Abb. & Fely. in c. edoceri. nu. 7. de reſcri. de
quo latè Boer. in dec. 207. & in dec. 347.
4 Probatur autẽ huiuſmodi reuocatio † per inſtr̃m
publicum, ſeu literas, per quas de ea appareat, ſicut
antea de conſtitutione apparuit, inhibendo, ne vlte-
rius ſe procurator domini negocijs immiſceat, vt col
ligere eſt ex c. ex inſinuatione, extra. de procu. ꝙ pro-
bauit Spec. eo. tit. §. ratione aũt formæ. col. pen. verſ.
item ꝙ fuit expreſsè ei inhibitum. arg. l. nihil tam na
turale, ff. de reg. iur. vt habet̃ per Vant. de null. titu. de
nullit. ſent. ex defectu inhabilitatis mandati. nu. 158.
5 Id declaratur, nam vt hæc reuocatio † efficacitatẽ
habeat, debet intimari procuratori, ex c. mandato, &
ibi gl. & Doct. de proc. l. ſi mãdaſſet, ff. mand. atq; de
reuocatione pars iam cõmonefacta de mandato, vel
iudex legitimè debet fieri certior, vt author eſt gl. in
cle. 1. de renun. vt & rñdit Alex. in conſ. 33. nu. 8. vol.
7. ꝙ quomodo procedat, docent vberrimè Fely. in c.
ex parte Decani, de reſcript. Bald. in l. mandatum, C.
mand. Abb. in c. in noſtra, eo. tit. de proc.
6 Secundo loco probabit̃ reuocatio † mandati pro-
bando mortem conſtituẽtis, ꝓp quam expirat mãda-
tũ & diſſoluit̃, vt aſſerit I. C. in l. ſi quis, §. cui. ff. mãda.
& in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & ibi Doct.
& ſanxit Imp. in l. mandatum, vbi Bald. C. manda. ſic
ſenſere Fel. in c. relatũ. de off. dele. Dom. Rot. in dec.
349. in nou. Bal. in cõſ. 340. tria ſunt, vol. 1. Guid. Pap.
q. 119. Rebuſ. tract. vlt. ſuper conſt. Reg. tit. de ſenten.
gl. vnic. nu. 7. art. vlt. Dec. conſ. 108. nu. 3. qui hoc caſu
dicit nõ reuocari voluntatẽ, ſed ceſſare, per Bart. in l.
more, in fi. ff. de iur. omn. iud. Soc. in cõſ. 60. & in cõſ.
87. vol. 1. Ancha. in quæſt. familiarib. q. 23. nu. 1. in 1.
par. & Rom. in conſ. 202. non eſt dubium.
Declaratur hæc probatio ſecunda, vt vera non ſit,
7 cùm mandatum † ſtat (vt noſtri loquuntur) acceſſo-
riè ad alicuius actus irreuocabilis executionem, tũc
enim non finitur mandatũ morte mandantis, ſicut
nec actus, ex c. ſi ſuper gratia, de off. dele. li. 6. & l. fun-
di, ff. de acq. poſ. vbi Doct. hoc idem tradunt Bal. in l.
mandatum. C. mand. Gigas de penſ. q. 91. Cephal. in
conſ. 91. nu. 20. & in conſ. 118. nu. 6. vol. 1.
8 Hanc eandem probationẽ † poteris ampliare & li
mitare pluribus modis, vt latiſſimè apud Gab. in ſuis
concluſionib. lib. 2. tit. de proc. cõclu. 2. & apud Petr.
Duen. reg. 87. eandẽ examinãt Beneuẽ. Strac. in trac.
mercaturæ, tit. mandati, nu. 48. Per. Io. Anch. d. q. 23.
9 Cacher. dec. Pedem. 150. nu. 4. & ꝙ mandatũ † re non
integra morte mandantis nõ expiret, conſulas eundẽ
Gabr. d. tit. de proc. conclu. 3. Res aũt dr̃ non integra,
qñ fuit lis conteſtata, vt l. nulla dubitatio, vbi Doct.
C. de procur. vt teſtatur Bal. in l. mandatũ. C. manda-
ti. poſt quam litis conteſtationem, cũ effectus ſit pro-
curator dñs litis, non reuocatur mandatum morte
dñi, vt ſcripſere Iaſ. in conſ. 138. vol. 4. Capic. in deci.
186. Rebuf. loco citato. nu. 9. & ſententia poterit ferri
in procuratorem ipſius domini mortui, vt cenſet idẽ
Iaſ. in d. l. nulla dubitatio. de quo ibi per Doct.
10 Tertiò poterit probari reuocatio † mandati ꝑ mor
tem mandatarij, per quam indiſtinctè dr̃ mandatum
finitũ, l. mandatũ diſtrahendorum, ff. mandati. vt &
ait Bald. declarando in d. l. mandatum. C. eod. ꝙ etiã
11 declaratur † procedere, qñ mãdatum factum eſt ſub
expreſſione nominis proprij, ſecus ſi ſub expreſſione
alicuius dignitatis vel officij, vt placuit Ang. in §. &
hoc vero, in auth. vt nulli iudices. ita tenent & Doct.
in c. qñ. Abb. de off. deleg. & in l. & quia, ff. de iuriſd.
omn. iudic. & Ceph. in conſ. 118. nu. 35. vol. 1.
12 Quartò probabit̃ reuocatio, † probando mutatio-
nẽ ſtatus ipſius cõſtituentis, vt ſi effectus ſit reus Ma-
ieſtatis læſæ, Monachus, vel fuerit cũ bonorũ proſcri
ptione exilio perpetuo mulctatus, ſecundũ Are. in §.
propterea, nu. 17. verſ. item poſtq̃ inſti. de excep. Item
ſi in ſeruitutem redactus, ab hoſtibus captus, vel. ſi ar-
rogati, ff. de tut. ſic in conſtituto ab impubere cũ pa-
tris conſenſu ꝓp aduenientem pubertatem, vt cõſul-
tum eſt à Decio in conſ. 460. num. 21. vel ẽt ſi ratione
rei, vel cauſæ conditionẽ mutauerit, vt quia cauſæ, &
liti, in qua procuratorẽ conſtituerat, ceſſerit, ſeu bene
ficio renunciauerit, aut aliter quomodocunq; amiſe-
rit. conditio enim in mandato cenſetur adiecta, ſi res
& perſona in eodem ſtatu maneant, vt plenè Vant.
loco nuper adducto, nu. 168. & Dec. in l. rogaſti, §. ſi
fugitiuus. ff. ſi cer. pet. atq; Soc. in conſ. 172. vol. 2.
13 Quintò itidem probabitur † hmõi reuocatio, vbi
procurator ipſe ſtatum mutauerit, vt ſi in exiliũ mit-
tatur, vt docet Bar. in l. poſt litẽ, & in l. exilio, de ꝓcu.
Itẽ ſi generaliter deterioris cõditionis fuerit effectus.
legis enim diſpoſitione ex cã noua ſuperuenienti pro
reuocato hr̃ ex l. ſi Cornelius, ff. de ſol. vbi Dyn. Bart.
& Caſtr. hoc idem ſcriptum reliquere Alex. in l. cũ,
qui ita, §. qui ſibi aut filio, ff. de verb. obl. Ang. in l. Sti
chum, §. vſumfructũ. Bart. in l. in confirmando, ff. de
confirman. tut. Anch. & Imo. in c. per ſterilitatẽ, extr.
locati. Fel in d. c. ex parte. Decani, nu. 20. de reſcr. vbi
ait, ꝙ ſi ſceleſtus effectus ſit, vel inimicus dñi, dici re-
uocatum mandatũ, vt dixere Cuma. in cõſ. 166. nu. 5.
Bal. in d. l. mandatũ. C. mandati. & in l. rogaſti, §. ſi fu
gitiuus vbi Ang. ff. ſi cert. per. & ibi Iaſ. qui dicunt ẽt
inſtitores vel ſocios eo ipſo, quod decoxerint, reuoca
tos intelligi. Ang. conſ. 262. nu. 51. vol. 4.
14 Ampliabis hoc procedere, † ẽt ſi contrahentes de
eo nõ eſſent certiores facti, nulla eñ hoc caſu opus
eſt certificatione, quia non ex facto reuocantis reuo-
catio originem trahit, ſed reuocari, cuius facti domi
nus probabilem ignorantiam prætendere poteſt, au-
thore Bal. in d. §. ſi fugitiuus. & ibi Iaſ. nu. 3. & habe-
tur, per Doct. in dictis locis.
15 Intellige tñ, † ꝙ ſi debitores ignorabant iſtam no-
uam qualitatem mandatarij ſolutione liberentur, &
idẽ eſſet in alijs perſonis gerẽtibus cum tali procura-
tore, & conditionẽ eius ignorantibus, vt clarè tradit
Fely. d. c. ex parte Decani, nu. 20. ver. fallit decimo in
fi. quod cõprobat latè Beneuent. Stracca. de mercar

tu. de

tit.de decoctor.num.52. licet Dec.in d.§.ſi fugitiuus, nu.4.diſtinguat inter liberationem & obligationem.

16 Sextò probabitur reuocatio, † ſi ceſſet cauſa ꝓpter quam mandatũ fuit factũ,vt in procuratore conſtituto abſentiæ cauſa, qua ceſſante dño reuerſo mandatum ceſſat: & hæc eſt q. Pilei.q.31. hoc idẽ habemus à Bar.in l.filiusfamilias,§.procuratorem,& in l.mutare,ff.de ꝓc. cui cõſenſit Bal. in l.ſancimus, in lectura antiq.C.de teſta.& in Vicario dato,donec alius cõuenerit,ſcribit Aegid.q.135.ſi Eps.ſic alias generaliter ſi cõditio,ſub qua datus fuit,ſit reſoluta, & dies aduenerit. declarat Vant. loco citato, nu.175. ſic ẽt finita lite ad q̃ agendũ erat conſtitutus per ſñam non poterit petere executionem: nam dr̃ finitum mandatum, teſte Bar.in l.ſi procurator,ff.de procuratorib.

17 Septimò probabit̃ reuocatio † mãdati,ſi de ea cõſtare poterit p teſtes,vt voluit Io.And.poſt Hoſt.in c. pro cã,de proc.& ẽt per vnum teſtẽ,cum ſuppletione proprij iuramenti,vt loquutus eſt Abb.in d.c.pro cauſa,nu.3.eod.tit.de quo paulò ante egimus.

Ampliare poteris hanc probationẽ, vt locum ha-
18 beat, † & ſi per inſtrumentum, ſeu per literas fuiſſet conſtitutus procurator: nam viua voce nihilominus poterit reuocari,& reuocatio per teſtes probari, vt ꝓtulit Abb.in d.c. ex inſinuatione, in 1. not. per illum tex.iuncta gl.eod.tit.

19 Octauò probabit̃ mandati reuocatio, † probando conſtitutionẽ alterius procuratoris factã à dño, ſiue ad iudicia, ſiue ad negocia, ex l. ſi quis cum procuratorio §.vlt.ff.de proc.& ibi Bar.Bal.& alij, & in c.nõ iuſtè,vbi Abb.num. 4.ext.eod.à quibus ſtetit Dec.in conſ.330. in fin. quæ tacita reuocatio æquipollet expreſsè,ex Card.ſententia in cle.1.q.1.de renun.

20 Iſtud ampliabis † idem eſſe in mandato ſindici, vt monuit Spec.in tit.de ſind.ver.item põt reuocari. ſic etiam deciſum reliquere Do.Rot.dec.171.& in dec. 175.in antiq.nec id latuit Alb.in d.§.vlt.

21 Secundò amplia locum ſibi vendicare, † etiam ſi ſecundo loco conſtituatur idem procurator,quia per ſecundam conſtitutionem videtur à prima receſſum, l.qui mutuam,§.nõ ideò.& ibi gl. & Bal. ff.mandati. atque gl.& Bal.& Caſtren.in d.§.vlt. & Dom.Rot.in d.deciſ.175.

22 Declara hanc ampliationem † veram eſſe, modò addatur noua forma ſecundo mandato,alioqui ſi tẽdat ad idem, per oĩa non cenſetur à prima receſſum, ſed poterit procurator vti quo voluerit, vt aſſeruere Ang. Alb.& Pau.in d.§.vlt. ad idẽ etiam reſponſum eſt à Pariſ.conſ.88 nu.25 vol.4.

23 Tertiò velim amplies, † ẽt ſi ſecundus procurator nollet recipere procurationẽ, quia nihilominus mãdatũ primum dicet̃ reuocatum,vt animaduertit glo. in c.ſi duo,de procur.in 6. eiuſdem fuit ſñiæ Spec.eo. tit.§.ratione aũt formæ conſtitutionis, col.pen.verſi. quid erit.idem obſeruauere decidendo Dom.Rot.in dec.181.cõtra procuratorem, in nouis. vt idem ẽt ſequunt̃ Vant.loco citato,nu.165.Ang. & Caſt.d.§.vl.

24 Quartò amplia † idem eſſe in mãdato ſubſtituti, qñ procurator habet facultatem in ſe reaſſumendi onus procurationis,quod procedit etiam, ſi procurator à principio proteſtatus fuiſſet, ſe per aliquam ſuã comparitionem non eo eſſe conſilio ſubſtitutum ab eo reuocare: nam aliud eſſe comparere, aliud alium ſubſtituere, probat Vant.d.tit.de nullit. ſententiæ ex defectu mandati,nu.108.

Limitat̃ modò hæc octaua probatio reuocationis
25 mandati, † qñ duo mandata apparerent ſub eadem data:nã cùm nõ conſtet,ꝙ prius præceſſerit, vtrumq; vitiatur propter incertitudinem,vt id authoritate ſua confirmauit gl.in ca. ſi quis iuſto,in ver. nominatus, de elect.in 6.cui acceſſit Oldr.in conſ.1. idẽ ſenſit Io. And.in addit.ad Spec.§.ratione aũt formæ. col.pen. ver.de hoc,atque Fel.in c.imputari,nu.1.de fid.inſtr.

26 Sublimitabis hoc poſtremum, † qñ alterum illorũ minorem poteſtatem contineret: tunc enim concedens minorem poteſtatem valeret, & alterum reuocaretur,vt docuere Bal.in l.falſus,col.9.ver.ſi tamen. C.de fur. Alex.in conſ.46.col. 1.lib.7. & Iaſ.in l.vlt. nu.35.C.de edic.Diui Adr.toll. & hoc idem concludit Boer.deci.311.per totam.

Limitatur ſecundo loco,vt locum ſibi non vendi-
27 cet in mandato Vicarij: † nam per conſtitutionẽ ſecundi Vicarij non cenſetur primus reuocatus, ſi credimus Alb.in d.l.ſi quis,§.vlt. opus enim eſt expreſſa reuocatione,vt ait Abb.in c.volentes, de offi.delega. & ibi Barb.ꝙ ſingulare cenſuit Roma.ſing.57.incip. fuit quæſtio.ad idem reſpondit Bal. in conſ.278.vol. 3.quod nec præterijt Zabarel.in c. ſua,de officio Vicarij.& hanc partem veriorem & communiorẽ ** dicit Boer.dec.347.nu.7.

28 In hoc verò aliter † ſenſere Cald.in d.c.ſua.Fed.de Sen.Nat.Lap.Gem.Fran.in c.licet, eo.tit.in 6.& Mil. in reper.ver.Vicarij duo.

29 Limita tertiò procedere † ante litẽ conteſtatã, ſecus poſt: nã tunc reuocatio non põt fieri abſq; cauſæ cognitione,ſic gl.Bar.& alij in d.l.ſi quis, §.vlt,Abb. in d.c.nõ iuſte,nu.4.Spe.de proc.§.2.col.ante pe.verſ. itẽ ꝙ mandatum.& ibi Io.And.Franc.Mar.967.in 1. part. reuocabiliter tñ in cauſa appellationis, vt dirimunt DD. Rot.dec.28. in antiq.& 76.in nouis, licet effectus ſit dominus litis in cauſa principali.

30 Limita 4. veram eſſe, † qñ ſecundum mandatum conſtitutum eſt pro eadem cã, & cõtra eandem perſonã,ſecus in diuerſa vel contra diuerſos,ita not.glo. in l.cũ ſemel.ff.de tut.& ibi Bar.Caſtr.in d.§.vlt. Philip.in c.ſi quẽ,de procu.in 6. Boer.in d. dec.347.nu.4. ſic ſi primus ad certã cauſam fuiſſet datus, & poſtea conſtitueretur alius in genere ad oẽs cauſas, non cenſeretur primus reuocatus, cum per ſpeciem generi nõ derogetur, nec ècontra, vt inquiunt DD. Rot.in dec. 297.ſi quis conſtituat,in nouis,& in deci. 296.eodem lib. vbi per conſtitutionem procuratoris ad iudicia non reuocatur mandatum ad negocia, qñ quis ſimul conſtitutus erat ad negocia & iudicia,quod etiam locum habere, ſi expreſsè eſſet appoſita clauſula reuocatoria reuocans omnes alios procuratores, reſpondit Pariſ.conſ.68.nu.23.vol.4.

31 Limita 5.non procedere, † quando in ſecundo mãdato eſt inſerta clauſula, quæ communiter inſeri ſolet citra reuocationem,&c.hæc enim clauſula perſeuerat,ex gl.in d.c.ſi duo,de proc.in 6.per Bal.& alios in d.c.vlt.

32 Nonò præterea probabitur † reuocatio mandati,ſi dominus poſt cõſtitutionem per ſeipſum in iudicio comparuerit animo non aſſiſtendi procuratori, ſed actus iudiciales in perſonam propriam concipiẽdo, ẽt poſt litem conteſtatam,vt ſtatutum eſt in c. ſi quẽ, de proc.in 6.& ibi Io.And.idem placuit Bar.in l.mutare.& ibi declarat.ff.eod.& in l. qui mutuam,§.non ideo minus, ff.mãd. ad idem deciſum eſt à DD. Rot. dec.281.ſi contra,& in dec.31.de procu. in antiq.idẽ tradidere Inn.in c.petitio.de procur. Spe.eod.tit.§.2. col.pen.ver.item excipiuntur.

33 Limitabis iſtud, locũ ſibi † vẽdicare in cõparitione dñi voluntaria,ſecus in neceſſaria, prout loquitur contex.in d.c.ſi quem.& ibi gl. ſicq; docuere Bart.in d.l.mutari.& Bal. in l.fideicom. §.ſi rẽ. ff.de leg.3.nã ſi articulus eſſet talis,in quo dñi præſentia eſſet neceſſaria, vel ipſe eſſet melius inſtructus,nõ diceret̃ ex ea reuocatus ꝓcurator,vt ait Vantius vbi ſup.nu.197.

34 Limita 2. † quando eſt appoſita clauſula citra reuocationem, & quæ cõmuniter ſolet apponi, vt not. in d.c.ſi quem.& obſeruauit Bar.in d.§.non ideo minus,& in d.l.mutari.

35 Poſtremò probabitur † reuocatio mãdati ex eo, ꝙ procurator aliũ in locum ſuum ſuffecerit habilem &

acce-

acceptantem,c.is qui,de proc.in 6. vt ſcriptũ relique-
re Bar.in l.vero procuratori,§.quid ergo,in fin.de ſol.
& Bal.in l.quod quis,col.2.in fi.C.de proc. Fel. in ea.
in literis,col.3.verſ.2.eundem Bal.videas de offic.de-
leg. nec enim poſt reuocari poterit, vt decidit Biſi-
gnet.in dec.11.de procur.

36 Quod poſtremum † limitandũ eſt,cùm in manda-
to eſſet appoſita clauſula cum poteſtate ſubſtituendi
ac reuocandi, & toties quoties videbitur expedire
onus in ſe reaſſumendi,tunc certè poterit procurator
ſubſtitutus à ſubſtituto reuocari, etiam tacitè proce-
dendo,iuxta ſententiam Vant.d.tit.de nul. ſententiæ
ex defectu mandati,nu.107.& 108.

CONCLVSIO MXVII.

ARGVMENTVM.

Quid ſit manifeſtum,& quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Manifeſti definitio.*
2 *Manifeſtum eſt probandum.*
3 *Manifeſti & notorij differentia.*
4 *Manifeſtum nedum probandum eſt,ſed etiam factum.*
5 *Manifeſtũ aliquid eſſe probatꝛ per pluriũ ſcientiã certam.*
6 *Manifeſti probatio requirit ſcientiã prouenisſe a pluribus, & factum manifeſtum coram pluribus factum fuiſſe. Quod ſubdeclara, nu.7.*
8 *Manifeſti & notorij alia differentia.*
9 *Manifeſtum cum ſit illud,quod pluribus pateat, quo pacto ſit intelligendum illud, pluribus.*
10 *Manifeſtum duobus poſſe probari.*
11 *Manifeſti probatio requirit ſcientiam, & quod ea prouenerit a certis authoribus, qui per ſcientiam factũ apprehenderint, adeo, vt de eo teſtificari poſſint, in quo differat a fama manifeſtum.*
12 *Manifeſti probatio requirit,vt cum certa ſcientia probetꝛ, & famam concurrere,quæ proceſſerit ab illis pluribus.*
13 *Manifeſtum varie ſolere accipi, & ſecundum ſubiectam materiam,cum num.ſeq.*
14 *Manifeſtũ pro notorio ſumptũ, nulla indiget probatione.*
15 *Manifeſta verba dicuntur, quæ nullam recipiunt interpretationem.*
16 *Manifeſtum probatur per rei euidentiam, confeſſionem,et legitimam rei probationem.*
17 *Manifeſtum delictum quod dicatur.*
18 *Manifeſtum probari per inſtrumentum.*
19 *Manifeſtũ reſpectu occulti pòt probari per vnicũ teſtem.*
20 *Manifeſtum probari per coniecturas & veriſimiles præſumptiones, quæ legitimæ ſint, & a iure approbata, vt num. 21.*
22 *Manifeſtus fœneratoris dicitur,qui ex coniecturis probatus eſt fœnerator.*

Priuſquam ad manifeſti probationes deueniamus, videamus qd
ſit, quodq; dicatꝛ manifeſtum. Manifeſtum igitur eſt
1 publica,ſeu famoſa proclamatio ex certa ſcientia, &
à certis authoribus próueniens, vt tradit Spe. de not.
cri.§.7.in prin.cui accedit Abb. in c. veſtra, de cohab.
cle.& mul.idem cenſuit Ant. à But. in tracta.de not.
art.2.nu.18. qui addit ex ſententia Io.And.nondum
iudicialiter diſcuſſis.& An.in d.c. veſtra.col.16.verſ.
interuenio.

Ex hoc manifeſto licet dubius animus vehementer ad veritatẽ dirigatꝛ,non tñ omnis dubitatio tollitꝛ,
2 ideoq; probatione indiget. † c.eorum & ibi gl. 10. q.
3.vt voluit Paul.Gril.in tract.de quæſt.& tort.c.3.nu.
14. & ꝙ manifeſtum debeat probari, aperte tradit
Accur.in l.ciues. quẽ ibidem ſequuntꝛ Bar.& Bald.C.
de appel.vbi Accur.explicãs qua ratione inter ſe dif-
3 ferant notoriũ & † manifeſtum,dixit illud nulla indi
gere probatione,hoc eſſe probandũ,hoc itidem con-
firmatum eſt ab eodem Bar.in l.ſcriptus,ff.de relig.&
ſumpt.fune.eiuſdem fuere ſententiæ Alex.& Iaſ.in l.
ſi vero,§.qui pro rei,ff.qui ſat. cogan.

Concluſionem ampliabis, vt nedum manifeſtum
4 probandum ſit,† ſed etiam factum, vt placuit Bar.&
alijs in d.l.ciues.idem voluit Alex.d.§. qui pro rei.&
ibi Iaſ.nu.10.in quo diſtare dicunt manifeſtum & no
torium,ſed quoad notorium videas Bal.in auth.quæ
ſemel.C.quom.& quan.iud.& in l.ea quidem,col.7.
C.de accu.ſic deciſum à Dom.Rot.dec.6.de except.
in nouis.& ab Egid. deci.337.col.2. refert & ſequitur
R.Contard.in com.ad l.vnic. C.ſi de mom. poſ. fue.
ap.lim.9.verſ.ratione notoriæ iniuſtitiæ nu.32.

Quod verò attinet ad manifeſti probationes, ma-
5 nifeſtũ aliquid † eſſe probabitꝛ per plurium ſciẽtiam
certam,ſecundum manifeſti definitionẽ,ſicut de no
torij probatione dictũ à Dom. Rot.dec.6. de iureiur.
in nouis.nu.4. & 5. & in eo probãdo cũ parum diſtet
à notorio,quoad teſtiũ depoſitiones ſeruabuntꝛ, quæ
de notorij probatione referuntur à Spec.d.tit.de not.
crim. §.iam de notorio. verſ. & ſi teſtes.in quo tñ ca-
uendum erit, ne ex manifeſto in notorij probationes
tranſitus fiat,ſed propria cuiuslibet eorum ſeruentur:
ſicuti etiam famæ,& publici, quoad fieri poterit,con
ſideratis infra poſitis declarationib.

6 Declara igitur primo,† vt ad manifeſtum proban-
dum neceſſe ſit ſcientiam prouenisſe à pluribus,& fa
ctum manifeſtum prætenſum coram pluribus factũ
fuiſſe,iuxta ſententiam Spec. in d.§. ſequitur,in prin.
idem arbitratus eſt Bart. in d.l. ſcriptus, & in d. auth.
qui ſemel, vbi Bal.

7 Iſtud ſubdeclara,† vt iſti plures ita debeant accipi,
ꝙ in notorium probatio non tranſeat, ſi libet ſolius
manifeſti probationem habere, in quo ſeruanda erit
8 differentia,quæ ponitꝛ inter vnum & alterum.† noto-
rium enim dr̃, quod notum eſt omnibus, vel maiori
parti: manifeſtum aũt,quod publicè pluribus patet,
non tamen omnibus, aut maiori parti, ſic docet Bar.
in l.hæredes palam,in prin. ff.de teſta. & in l. ſi verò,
§.qui pro rei,vbi Alex.& Iaſ.ff.qui ſatiſd.cog.eadem
refert Abb.in c.tertio loco.nu.3.de ꝓba.& Pau.Gril.
in d.tract.de q.& tort.c.3. nu. 14

Intelligas primò hoc, ꝙ licet in hac materia corã
9 pluribus † non intelligatꝛ corã maiori parte, vt dixi-
mus tñ intelligi debet non coram duobus aut tribus,
alias non differret à probatione,vt ait Ant. à Butr.d.
tract.de not.art.2.nu.19.ſed coram ſex vel octo,vt vr̃
ſentire Bar.in d.l.ſcriptus.dum dicit ad notorium de-
cem requiri, ego tamen hoc arbitrio iudicis relinque
rem,ſicut de notorio inquit Bal.in d.l. ea quidẽ, col.
5.C.de accu.& Meno. de arb.iud.li.2.cent.2.caſ.166.
atque ſenſit Ant.à But.d.art.2.nu.20.

Intelligere poteris ſecundò,ꝙ licet ad inducendũ
manifeſtum ita requiratur factum corã pluribus,quã
10 duobus aut tribus, probari tamen poterit † manife-
ſtum per duos,iuxta ſententiam Ant.de But. in d.ca.
veſtra,col.16.idem cenſuit Nicol. Mil.in ver.manife
ſtum.ſicut etiam de notorio aſſerit Spe. d.tit. de not.
crimin.§ iam de notorio,nu.5.

11 Secundo loco præcipuo velim declares † proban-
dam eſſe ſcientiam, & ꝙ prouenerit à certis authori-
bus,qui per ſcientiam factum apprehenderint, adeò
vt de eo teſtificari poſſint, in quo differat à fama ma-
nifeſtum, quæ ab incerto authore poteſt procedere,
& qui facto non interfuerit,& fallax ſæpe eſt, ſic ſen-
ſit Abb.in d. c.veſtra, nu.12. vt hoc idem cõfirmauit
Ant.à But.in d.tract.de not.art.2.nu.20. à quibus nõ
diſſenſit Nicol.de Mil.in d.ver.manifeſtum.

12 Tertiò declara,† vt cum illa certa ſcientia probari
etiam

etiam debeat famam concurrere, quæ proceſſerit ab
illis pluribus, vt dicit in definitione manifeſti, & pro-
batur à Doct. qui eo modo manifeſtum definiunt, in
quo à publico manifeſtum differt, quia publicum dr
factum pluribus preſentibus, & tamen nõ eſt perunl-
gatum, vt c. 1. de poſtul. præl. ſic docet Ant. à Butr. in
d. tract. de not. art. 2. nu. 19.

13 Et licet hæc ita ſe habeant, † tñ manifeſtum in ſe
generaliter ſumptum comprehendit euidẽs notoriũ
famoſum, & quandoque ponitur pro aliqualiter de-
tecto, diſtinctum contra omnino occultum, vt decla
rat Ant. à Bui. in d. trac. de not. art. 2. nu. 18. idcirco ſi
in aliqua diſpoſitione fiat mentio de manifeſto, ſñ
ſubiectam materiã accipi debebit, vt autor eſt Abb.
in c. eum olim, de verb. ſig. & vult Bar. in d. l. ſcriptus.

14 Hinc propterea primo dr, † manifeſtum indigere
probatione, vt c. de manifeſto, 2. q. 1. ſic Bart. in l. 1. ff.
de in integ. reſt. vt ẽt reſpondit Veron. in cõſ. 59. Tul.
Faber. col. 5. & 6. quod eſt intelligendũ, prout pro no
torio accipitur ex Bar. in d. l. ſcripus. & verba dicunt
15 † propterea manifeſta, quę nullam recipiũt interpre-
tationem. vt ait Deci. in conſ. 51. col. 2. circa fi. & cor
roborat Ruin. conſ. 173. nu. 12. cum adductis à Cęph.
in conſ. 249. nu. 47. lib. 1.

16 Secundò hinc manifeſtum dr † probari per rei eui
dentiam, confeſſionem, & legitimam rei probatio-
nem, vt probatur ex c. cum olim. vbi Abb. de verbo.
ſign. & ex l. ſi fur. & ibi Bar. in prin. ff. de fur. vbi mani-
17 feſtum delictum dicitur, † quando delinquens depre
hẽditur in ipſo delicto, vel in actu propinquo ad de-
lictum, licet aliàs manifeſtum dicatur differre ab eui-
denti, per Bal. in d. l. ea quidem. C. de accu.

18 Tertiò ex hoc etiam dr probari † manifeſtum per
inſtrumentum, quod enim ex eo emanat, dr manife-
ſtum & euidẽs: ita mihi probat c. licet cauſam, & ibi
Abb. de prob. c. auditis, & ibi But. de in integ. reſti. ca.
cum olim, de cauſa poſſeſſio. & propr. & c. cum Ber-
tholdus de re iudicata. ſicut etiam notorium dicitur,
teſte Deci. conſ. 423. nu. 12. quod quomodo procedat
tradit Reuer. Contard. in d. 9. limit. verſ. ratione noto
riæ iniuſtitiæ, nu. 29.

19 Quartò hinc etiam manifeſtum † reſpectu occulti
dici poteſt, quod probari poterit etiam per vnum te-
ſtem, vt aſſeruit Anto. à Butr. d. tracta. de not. art. 2.
num. 21.

20 Quintò ex eo etiam dicitur, † ꝙ manifeſtum proba
ri poteſt per coniecturas, & veriſimiles præſumptio-
nẽs, vt c. non licet, & ibi Abb. in 2. not. de cler. non re
ſiden. & l. licet Imperator, vbi Iaſ. nu. 6. qui declarat
21 intelligi debere † de cõiecturis & præſumptionibus
legitimis, & à iure approbatis, ſic Bal. in l. ciues, C. de
appel. & Alex. in d. l. licet Imperator.

22 Vnde colligo eum dici fœneratorem † manifeſtũ,
qui ex coniecturis probatus eſt fœnerator, vt ſenſit
Bald. in l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. idem ſcripſiũ
reliquere Raphael. & Iaſ. in d. l. licet. ad quod conſu-
las Bal. in d. l. ciues.

CONCLVSIO MXVIII.

ARGVMENTVM.

Permulti enumerantur modi, quibus manu-
miſſio probatur.

SVMMARIVM.

*1 Manumiſſio probatur per ſcripturam qualemcunque in-
teruenientem, et manu manumittentis ſubſignatam, dũ
quis in Eccleſia manumittitur.*

*2 Manumiſſio probatur per vindictam, aut quando ali-
quem manumiſſum fuiſſe cõſtat à domino inter amicos
per quinque teſtes.*

*3 Manumiſſio probatur per epiſtolam manumittentis, ſeu
notarij manu confectam quinque teſtibus adhibitis.
Quod intellige, vt nu. 4.*

*5 Manumiſſio probatur per teſtamentum etiam minus ſolẽ-
ne, quod valet inter patrem, & filios.*

*6 Manumiſſio probatur per quamlibet vltimam volũtatem
diſponentem quem fore liberum.*

*7 Manumiſſio probatur per omnes illos modos, quibus liber-
tas acquiritur.*

8 Manumiſſionis ſcripturæ amiſſio duobus teſtib. probatur.

9 In manumiſſionis inſtrumento quinque teſtes requiri.

Manumiſſio tot modis probat, quot
& quis manumitti põt,
1 videlicet per ſcripturam † qualemcunq; interuenien
tem, & manu manumittentis ſubſignatam, dum quis
manumittitur coram populo & antiſtite, qui modus
manumiſſionis dicit manumiſſio in eccleſia, de quo
in §. 1. Inſti. de libert. vbi gl. & cæteri ſcribentes. & in
l. 1. & 2. C. de his qui in eccle. manumit.

2 Aut per vindictam, † id eſt, cauſa cognita coram
Prætore, aut quando aliquem manumiſſum fuiſſe à
domino inter amicos conſtat per quinque teſtes, qui
ſunt omnino neceſſarij ad hunc modum manumiſ-
ſionis probãdum, vt gl. in d. §. 1. ver. inter amicos. vbi
etiam ſcribentes, & conſtat ex l. 1. §. ſed & ſi quis, C.
de lat. liber. toll. Aut per epiſtolam manumittentis,
3 † ſeu notarij manu confectam quinque teſtibus adhi
bitis, qui poſt epiſtolam vel ſubſcriptionem manu-
mittentis ſuas literas quoque ſupponant fidem perpe
tuam cartulæ præbentes, de qua in d. §. 1. Inſti. de lib.
& in d. l. 1. §. ſancimus. C. de lat. lib. tol.

4 Intellige tamen, † ꝙ ſi in epiſtola, aut etiã in mo-
do alio ſupraſcripto inter amicos non adhibiti fue-
rint quinque teſtes, ſed tantummodò duo, ꝙ nihilo-
minus libertatem manumiſſus conſequetur, non aũt
tanquam ex diſpoſitione vltimæ voluntatis, ſed ex
actu inter viuos, gl. in d. ſ. ſancimus. Io. Fab. in d. §. 1.
Inſtit. de lib. vbi etiam Nic. Egid.

5 Probatur item manumiſſio † per teſtamentum &
minus ſolemne, quod valet inter patrem & filios, l.
hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſt. in quo
cõſtabit aliquem manumiſſum fuiſſe. Item per quã-
6 libet † aliam vltimam voluntatem diſponentem ali
quem fore liberum, vt in d. §. 1. & ibi Doct. & tãdem
7 per omnes † illos alios modos, per quos libertas ac-
quiritur, de quibus in tit. C. quib. ex cau. ſer. per pat.
lib. accip. per tot. & C. eo. de manumiſſ. in authen. de
monach. §. 3. toto tit. C. de lat. lib. tol. & l. ſuper ſeruis,
C. qui mil. poſſ. vel non, & Inſt. de lib.

Quibus tamen omnibus modis præſcriptis vel de-
ficientibus, vel ita ſeruatis, prout in dictis iuribus, ſed
tamẽ deperditis, vel amiſſis, poterit nihilominus ma-
8 numiſſio † probari per duos teſtes, qui tali actui inter-
fuerunt, arg. eorum, quæ dicit gl. in d. l. 1. §. ſancimus,
C. de lat. lib. toll. & in §. ſiue eradicat, auth. de teſtib.
& per Doct. in auth. ſi dicatur, C. eo. tit. de teſt. & præ-
cipuè per Per. de Su.

9 Sed ſi, vt hodie fit, manumiſſio † conſtabit per in-
ſtrumentum, in illo requiruntur quinque teſtes, vt di-
cit Spec. in tit. de ſer. non ord. ver. generaliter. & arg.
d. l. 1. ſ. ſancimus, & ſeq. formam autem talis inſtru-
menti habes per ipſum Spec. loco citato, vbi etiam
permulta alia ad hanc materiam manumiſſionis ſpe
ctantia cumulat, & examinat, quem omnino videas.

CON-

CONCLVSIO MXIX.

ARGVMENTVM.

Per famam rectenè probetur maritũ re ſua abuti.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per famam, maritum ſ. re ſua abuti ſatis eſt, vt is dotem reſtituat.*
2 *Maritum re ſua abuti plenè probandum eſt, cum agitur hypothecaria contra extraneum; cum probatio per famam tunc non ſufficiat.*
3 *Maritum re ſua abuti tum per famam rectè probatur, cũ huiuſmodi fama habuit originẽ ex ꝓbabilib. cõiecturis.*

1 Maritum abuti re ſua,† ſi qs probare voluerit, hic commodè probabit per famam, quæ ad hoc ſatis eſt, vt reſtituat dotẽ: ita ſenſit Fel. in c. veniens, il 1. nu. 9. de teſtib. & ante eũ Accur. in l. vbi adhuc, ver. inopiam, C. de iur. dot. per tex. in l. cum delanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtru. q̃ glo. declarat & ſequitur Bart. in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæſt. idem voluit Ant. de But. in d. c. veniens, nu. 10. vbi etiam Dec. eo. num. 10. idq; docuere Bar. & alij in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſol. matr. ita etiã Bal. in d. l. vbi adhuc, col. 6. ver. quærit hic glo. quibus aſſentitur Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 146. ff. de iureiur. eorundem ſententiæ ſe ſubſcripſit Cæpo. in l. 1. §. ſed ſciendum, nu. 132. ff. de ædil. edict. quod nec latuit Affl. in c. 1. §. ſed quia, nu. 41. titu. quæ ſit pri. cau. benefic. amit. in vſib. feud. hoc etiam placuit Præpo. Alex. in c. 1. nu. 11. de appel.

2 Limita tñ concluſionem tunc eſſe veram,† qñ agitur contra ipſum virũ: eo certè caſu probatur, ꝙ abutatur re ſua familiari per famam vicinorum, agitur etenim tum de paruo præiudicio: nam modicum præiudicium eſt viro ex hoc, cùm debeat ali de fructib. & redditibus dotis: ſecus eſt, quãdo agitur de magno preiudicio alterius, veluti qñ ageretur hypothecaria contra extraneum: nam tunc non per famam ſolã, ſed plenè probari debet: ita inquit Bald. in d. l. vbi adhuc, col. 6. referendo, eandem mentem fuiſſe Bart. in d. l. ſi conſtante, in prin. q. 1. quem ibi ipſe approbat & ſequitur. ſicque ſcripſit Fel. in d. c. veniens, vbi etiã Deci. & cæteri omnes ſup. citati Doctor. qui ſemper loquuntur in caſu modici præiudicij.

Secundò limitabis, eandem concluſ. locum tunc
3 ſibi vendicare, † qñ huiuſmodi fama habuit originẽ ex probabilibus coniecturis, vt dixit Deci. in d. c. veniens, nu. 10. qui ad hoc teſtem laudat Bart. in d. l. de minore, §. tormenta. verſ. ſi verò fama probata eſt. ff. de quæſt. & in d. l. ſi conſtante, q. 3. eiuſdem fuit ſñiæ ipſemet Bar. in l. miles, §. mulier. ff. de adult. atq; Bal. in l. proprietatis C. de prob. & Alex. in cõſ. 207. lib. 2. & in conſ. 90. eo. li. 2. & in conſ. 94. aliàs 14. eo. lib.

CONCLVSIO MXX.

ARGVMENTVM.

Cui incumbat onus probandi maritum non eſſe ſoluẽdo: & ſi id probatum fuerit, qui ſequatur effectus.

SVMMARIVM.

1 *Maritum non eſſe ſoluendo dicens, illud probare debet.*
2 *Maritum non eſſe ſoluendo ſi fuerit probatum, dotis reſtitutio ſequetur, non verò matrimonij diſſolutio, nec thori ſeparatio.*

1 Maritum non eſſe ſoluẽdo † ſi quis dixerit, illud probare debet: ita conſultus reſpondit Pariſ. in conſ. 14. nu. 4. vol. 4. per ea, quæ habentur in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. & in l. vbi adhuc, C. de iure dot. & per * omnes in c. per veſtras, de don. inter vir. & vxo. & §. illud, in auth. de æqual. dot. & per ea, quæ accumulauit Fel. in c. licet cauſam, col. pen. de prob. & in c. 2. col. 2. de reſcri. ſic ẽt voluit Alex. in cõſ. 29. lib. 4. & in conſ. 1. li. 3. cui accedit Hercul. in tracta. de probat. nego. num. 26. verſic. octauo infertur.

2 Iſtis adijcias,† ꝙ licet hęc qualitas & paupertas ꝓbata eſſet in marito, non per hoc inducitur matrimonij ſolutio, nedum thori ſeparatio, quamuis dotis reſtitutio facienda ſit, vt in d. l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. & * communiter id obſeruãt Doct. in d. c. per veſtras, poſt gl. & in d. l. vbi adhuc. & in hac re noſtra ſic cautum eſt à Pariſ. in deci. 54. nu. 3. vol. 4.

CONCLVSIO MXXI.

ARGVMENTVM.

Mariti in vxorem ſæuitia qui probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mariti ſæuitia probatur ex eo, quod cum vxore in ſocietate malè ſe gerat.*
2 *Mariti ſæuitia probatur, ſi crudeliter verberibus vxorem acceperit, vel illi cum pugione vulnus voluerit inferre, eique mortem ſit minatus.*
3 *Mariti ſæuitia probatur, ſi conſtiterit eum priorẽ vxorem vulneraſſe, & cur.*
4 *Maritus tunc etiam in vxorem ſæuire dicitur, cùm huic ſæuitiæ ipſa mulier cauſam præbuerit.*
5 *Culpa alicuius licet quid eueniat, non tamen imputandum eſt ei, quod ex illa culpa procedit.*
6 *Iidem effectus operantur ſæuitiam in muliere, qui & in viro, eam probando.*

1 Mariti ſæuitia probatur ex eo, † ꝙ cũ vxore in ſocietate malè & peſſimè ſe gerat, contra illud vulgare, de quo in l. ſeruus ea lege, ff. de ſer. exportan. & in l. aduerſus, C. de crim. expil. hæred. & in l. ex diuerſo, §. 1. vbi gl. ff. ſol. mat. ſic ſenſit conſulendo Pariſ. in conſ. 54. nu. 7. & 8. vol. 4.

2 Ad hæc probatur, ſi crudeliter † eã verberibus acceperit, vel illi cũ pugione vulnus inferre voluerit, & illi mortem minatus ſit, vt aduertere ſcribentes in authen. de nupt. §. mitiores itaq; nuptias, ver. aut gladio, & ver. aut ẽt ſi flagellis, & in l. ſi conſenſu. §. ſuper plagijs, C. de diuort. idem eſt etiam ſi eã capitali odio proſequatur. c. ex tranſmiſſa, & c. literas, in fi. de reſti. ſol. vbi * communiter Doct. & in c. de benedicto, 32. q. 1. & per glo. in cap. de illis, in ver. ſteterit, de ſpon. & Abb. in c. 1. nu. 4. de diuor. vbi cæteri * omnes.

3 Inſuper ſæuitia mariti ex eo colligitur,† quod priorem vxorem vulnerauerit, propter illud rritum axioma, quòd ſemel malus ſemper præſumatur malus in eodem genere mali, c. ſemel, de reg. iur. in 6. & not. in l. 2. C. de epiſcop. aud. & ita etiam conſuluit Pariſ. in d. conſ. 54. nu. 11.

4 Primò amplia † vt maritus tunc etiã ſæuire in vxorem dicatur, qñ huic ſæuitiæ ipſa mulier cauſam præbuerit, veluti, quia cõmiſerit adulteriũ, ita inquit Ab. in c. 1. nu. 7. vt lit. nõ cõteſ. ad ꝙ allegat bonũ text. in d. c. de benedicto, 32. q. 1. vbi ẽt glo. nec alio pertinet l. nec timorem, ff. quod met. cauſ. cuius rei illa ratio
5 eſt, † quia licet alicuius culpa quid eueniat, non tamen imputãdum eſt ei, quod ex illa culpa procedit, cum id, quod culpa factum eſt, non fuerit factum eo conſilio, vt cætera inde ſequantur, ita ait glo. in cap.

quia

quia diuerſitatem in verſi.ſuſpenſus. de conceſſ.pre-
ben.ex cap.ſi concupiſcentiæ. 15.q.1.& cap. inebria-
uerunt,& cap.veniens ad nos. de ſponſ.vt confirma-
uit,& Pariſ.in d.conſi.55.num.13.

6 Secundo ampliabis,† vt ijdem effectus operẽtur ſę
uitiam in muliere, qui & in viro, eam probando, &
ex parte vniuſcuiuſque ipſorum ſegregat mutuam
cohabitationem, licet quoad vinculum matrimonij
remaneant vir, & vxor ſeparati, & vnicuiq; illorum
reſtitutionem petenti obſtat exceptio ſæuitiæ, vt ait
Abb.in d.c.1. nu.4.de diuor. & hoc optime cõfirmat
tex.in c.literas. in fi. de reſti.ſpol. & in c. 2. de diuor.
* vbi * omnes ſcribentes,& in c.hi,qui.32.q.7.

CONCLVSIO MXXII.

ARGVMENTVM.

Qualitatem maternitatis, cum non præſumatur, eſſe probandam, matrem filium diligere præſumi, cuius amoris nonnulli effectus in medium proferuntur, & quo pacto illud procedat: poſtremo in quibus filij cauſis teſtimonium matris recipiatur, & in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Matrem ſe alicuius aſſerenti incumbit probatio.*
2 *Mater probatur probando filiationem.*
3 *Mater filium diligere præſumitur.*
4 *Mater filio tradere ex cauſa donationis præſumitur.*
5 *Matris donatio in filium valet non ſeruatis ſolemnibus requiſitis,ob matris in filium pietatem.*
6 *Pater curans,vt filius renunciet hæreditati, illum diligere non præſumitur.*
7 *Mater in filios amorem mutaſſe præſumitur tranſiens ad ſecundas nuptias.*
8 *Mater repellitur a teſtimonio ferendo pro filio.*
9 *Matris teſtimonium recipitur in cauſa ætatis filij. Quod intellige,vt nu.10.*
11 *Matris teſtimonio creditur in teſtamento filij militis.*
12 *Matris teſtimonium probat in cauſa ſtatus filij.*
13 *Matris teſtimonium non probat in cauſa legitimitatis filiorum.*
14 *Matris teſtimonium probat in cõſanguinitate probanda, quæ impedimento ſit, quominus matrimonium contrahatur.*
15 *Matris ſolo teſtimonio impeditur contrahi matrimonium licet iam contractum non diſſoluatur.*
16 *Matris teſtimonium recipitur in cauſa matrimonij.*
17 *Matri aſſerenti filium in matrimonio,vel domi natum,& alias pro filio nominatum,& habitum eſſe alterius,quã viri,non creditur. Et cur.num.18.*
19 *Filius præſumitur domi natus, & habitus vt filius vicinis ſcientibus.*

1 MATREM ſe alicuius † aſſerenti incũbit probatio,vt dixit Lucas de Pen.l.no
mẽtaneæ.col.5.C de lector.lib.10.& cũ propter filiũ
2 mater dicatur, probabitur, † probando filiationẽ, vt
ſenſere ſcribẽtes in c.per tuas.de probat.& inter aliàs
ꝓbationes eſt præcipua, & vehemens illa pręſũptio,
de qua in c.afferte.de præſumpt.cui ſimilem ex Tran
quillo in Claudio affert Alci.in trac.pręſũp.reg.1.pre
3 ſump.14. mater enim,† quod etiam in præſentia pro
concluſione cõſtitui poteſt,filium diligere pręſumiꝛ,
vt habemus in l.mater. C. de inof.teſt. & in l.iſti qui-
dẽ.ff. ꝙ metus cauſa. & in l.nec in ea lege. ad fi.ff.ad
l.Iul. de adult. nec eſt vlla affectio quæ iſtã in liberos
charitatẽ,pietatemq; ſuperet, vt l. vlt.in prin. C.de cu
rat.furio.& l.humanitatis.C.de impub.cũ alijs no.ab
Alc.reg.2.præſump.1. & dic.præſump. 14. cui quidẽ
matris amori erga liberos multa ſolẽt à noſtris cõdo
4 nari,efficit enim hęc charitas,vt matrẽ filio † tradere
ex cauſa donationis ꝓſumeremus,authore Accurſ.in
l.ſi mulier.C.ad Velle.quẽ refert,& ſequitur Ruin.in
cõſi.162.nu.14.lib.5.eiuſdem Accurſ. doctrinam ꝓ-
bat Alc.qui de alimentis,& de traditis in cauſa redẽ-
ptionis,& id genus alijs loquitur,in d.reg. 1. pręſũpt.
32.idẽ cenſuit Menoch.de arbi.iud.lib.2.Cent.1.caſu
88. qui de dote tradit. ad quod etiã aduertit Io. Petr.
Anch.q.52.& nos alibi ſuis locis de hac re præſertim
in cõcl.alimẽta.& in cõncluſ.donationẽ nõ præſumi
efficere etiã potuit ſumma matris,qua ſuos proſequi-
5 tur liberos,dilectio,vt valeret donatio † facta à matre
filijs etiam nõ ſeruatis ſtatutis ſolemnib. introductis
ob ſexus fragilitatẽ,ꝙ amor plus polleat, & à pietate
donatio profecta præſumatur, vt reſponsũ eſt à Bald.
in conſi.407.præſupponẽdum.nu.4.lib.2.cui adhæret
Crauet.in cõſi.39.proponitur in facto. circa.fi. quod
& ſequitur Cæphal.in conſi.109.nu. 10.lib.1.

Limitanda modo eſt ſuperius firmata cõcluſio, ꝙ
6 ſcilicet mater † liberos amare præſumatur, vt non
procedat alio apparente, vt quando mater curauit,
vt filius renunciet hęreditati,ſic declarat Bar.in cõſi.
69.nu.43.lib.3.

Secundo loco velim limites,eandem concluſionẽ,
7 vt locum ſibi non vendicet,† quando mater ad ſecũ-
das nuptias tranſiuit: mutaſſe enim amorẽ præſumi-
tur:vt fuit deciſũ in l.lex quæ.C.de adminiſtr. tuto.vt
etiã ſunt arbitrati Alc.in d.reg.1.præſump.1. Corn.in
cõſi.110.litera E.vol.4.Crau.in cõſi.17.Bocr.in deci.
166.Menoch.in cõſ.5.n.32.Frã.Mar.in deci.Delphi-
nat.612.n.3.prima par.ex hoc enim fit,vt æque filios
amare non præſumatur ac ſi nõ tranſiſſet ad ſecũdas
nuptias. Hinc propterea multa ſunt à legũ latorib.in
eam ſancita,vt patet ex titul. C.de ſecun.nup.ex qui-
bus plurima poſſemus in præſentia cõgerere, quę cũ
probationis materiam non attingant, cõſultò prętér-
miſi,& ea per te videre poteris per Doctores nuperri
mè citatos;& per Menoch.de arbitr.Iud.lib.2. Cẽt.2.
caſu 151.& per Gabrie.tit.de ſecun. nupt.in quãpluri
bus concluſionibus. ſed vt ad eam partẽ cõcluſionis,
ex qua egreſſi ſumus,reuertamur,ex eadẽ pręſumpta,
quã modo diximus, matris affectione in filios, elici-
tur cõcluſio.ideſt: matrẽ repelli à teſtimonio ferẽdo
pro filio,vt colligũt ex l.parẽtes. Gl.Cyn.& alij,C.de
8 teſt.nam ille tex.† & de matre intelligitur,vt cenſuit
Aret.in cõſi.13. col.6.verſic. & ꝑmitto. hoc idẽ Alb.
de Malet.in tract.de teſt.in 1.par.n.3.Specu.de teſt.in
prin.verſ. itẽ quod eſt parens.Nellus de teſt.nu.7.Bat.
in l.qui teſtamẽto.§.quęcũq. in 2.col.ff.de teſt.Hoſti.
in c.ſup eo.il 2.circa prin.de teſt. Barb.in cõſ.54. col.
10.vol.1.Soc.Iun.in cõſi.29.col.3.verſic.ſed ad hęc re
* ſpondere.vol.2.& * cõis eſt vbiq; noſtrorum ſentẽtia.
9 Hæc verò poſterior concluſio limitatur 1.† vt non
vera ſit in cauſa ętatis filij,in qua matris recipitur te-
ſtimoniũ cõprobanda, ex l.etiam.ff.de probat. & ibi
Doct.quod etiã docuit Bar.in l. excuſantur.§.ętas.ff.
de excuſat.tut.idque placuit Aret.in §.pater. Inſti.de
* teſtam.& hoc ſequi Doct.*cõmuniter aſſerit Crot. de
teſt.par.4.nu.12.hoc iterum confirmauit Bart.in cõſi.
92.col.2. verſ. nec obſtat, ꝙ ſit mater.vt & cõproba-
uit Aufrer.in addi.ad Capel. Tholoſ.q.3.verſi.mater
10 nõ põt.Hoc tñ † eſt intelligendũ,quoad aliqualẽ pręſ
ſumptionem, nõ tñ quoad probationẽ, vt dicit gl.in
d.l.etiã & Bar.in d.§.ætas.& habemus ab addi.autho
re ad Spec.tit.de teſt.§.1.ver.3.mater,vt ẽt voluit Bal.
in Margarita,in verſ.mater in ætate filij. ſicq; decidit
Gram.in deciſ.48. nu.13. ad idẽ tñdit Soc.in cõſi.20.
col.pen.lib.1. & nos aliàs declarauimus in cõcl. ętas.
11 Limita ſecundo in teſtamento filij militis, in quo
matris teſtimonio creditur,ita Angel.poſt glo.in d.§.
pater.

Digitized by Google

pater.nu.3.Inſti.de teſt.idem ſenſit Aufrer.ad Capel. Thol.d.q.3. & in tract.de teſt.nu.66.

12 Tertio eſt limitanda † in cauſa ſtatus,in qua matri fides adhibetur,iuxta ſententiam Bar.in l.3.§. duæ.ff. de Carb.edict. vt inquit idem Aufrer. in d. tracta. de teſt.nu.66.& ad Capel. Thol.d.quæſt.3. quod & placuit Alex.ad Bar.in d.l. qui teſtamento.§. quæcunq; verſ.quæro quid in matre.

13 Sublimita tñ,† quoad teſtimonium in cauſa legitimitatis filiorum, vt ſi mulier poſt duos dies à morte primi mariti acceperit ſecundũ virũ, & pepererit in nono menſe,adeo vt dubiũ ſit,vtrum partus ſit primi viri,an ſecũdi,nõ enim ſtabitur dicto mulieris in hac cauſa,in qua quodammodo de ſtatu filij quæri vr̃,vt author eſt Bar.in l.Gallus.in fi.principij. ff.de libe.& poſth.cui accedit Aufrer.loco nuperrimè citato.

14 Quartò poteris limitare,† vt non procedat ad probandam conſanguinitatem, quæ impedimento ſit, quominus matrimonium poſſit contrahi: nam tunc vtique probat vox matris, vt probat c. vr̃. qui matri. accuſ.poſſ.& ibi notant ſcribentes.& c.1.35.q.6.item affinitatem,vt voluit Petr.Monca. in addit. ad Crot. de teſta.in 4.par. in prin. in litera C. apud quẽ videre etiam poteris per pulchram quæſtionem.

15 Hoc ampliatur,† vt etiam ad ſolius matris teſtimonium impediatur propterea contrahi matrimoniũ, licet iam contractum non diſſoluatur, vt de hoc extat contextus in c.ſuper eo.il 2. & ibi notat Fel.& alij extra de teſt.

16 Limitatur quinto,† vt non habeat locum in cauſa matrimonij, etiam vbi reuocaretur in dubiũ contractus matrimonij:nã tunc mater teſtificãdo probat,vt innuit contex.in d.c.vr̃, ꝙ in fi. loquitur generaliter, * & d.c. ſuper eo, à contrario. & ibi per Doct. * cõiter. ſic rñdit Dec.in cõſ. 163.col. pen.verſ. ſed ad hæc rñdeť,ad idem conſuluit Aret.in d.cõſ.13.col.6.iſtis accedit Pariſ.in conſ.58.col.1.vol.4.data tñ æqualitate perſonarum,vt dixere Fel. & alij in d.c. ſuper eo.idẽ aſſeruit Alex. in conſ.158.col.2. in fi.vol.5.hoc itidẽ confirmauit Alcia.de præſump.reg.1.præſump.2.nu. 14.de quo nos ẽt in cõcl.matrimoniũ, & id latiſſimè diſputãdo proſequiť Gabr.in ſuis concl. de teſt. cõcl. 9.idem placuit Did.Couar.in 4.decr.in 2. par.c.2.nu. 10. vbi id relinquit iudicis arbitrio inſpecta perſonarum qualitate. de hoc ẽt abundè apud Menoc. de arbitr.iud.li.2.cent.2. caſu 102. multa alia poſſent huic concluſioni adiungi, quæ tñ nũc prætereunda duxi, cũ facilè colligi poſſint à quaq; ex ijs cõcluſionib.in quib. explicauimus, qñ parentes poſſint pro filijs teſtimoniũ ferre,quæ enim ibi de parentib.dicunť optime ẽt in quãpluri mis ad matrem poſſe referri nullus ibit inficias. Et hæc quidẽ ꝓcedunt cũ de filij agiť cõmodo,qd ſi de eius incõmodo?an matris teſtimonio in filij incommodum credendũ eſt? in hac re ꝑfecto * noſtrorũ * omnium vox eſt,matri aſſerẽti,† vt id hoc
17 exẽplo planũ faciamus,filiũ in matrimonio, vel dominatũ,& alias pro filio noĩatum,& habitũ eſſe alterius,ꝙ viri,nullã adhibendã eſſe fidem,vt probatur in c.per tuas.ext.de proba. & ibi tradunt Abb.nu.4. Fel. nu.4.& in prin. & Dec. & alij paſſim idq; dicũt ꝓbari per cõtex.iuncta gl.in l.vlt.§.vlt.ff.de proba.& ibi notant Bal.Floria.& Iac.à S.Georg. idem tradidit gl. in c.officij.de pœn.& remiſſ.vt ẽt ſenſere Cyn.in l.ſi vicinis. C.de nup. Marſ.in l.1.§. ad q.ff. de quæſt.nu.3. Bal.in conſ.180.nu.3.vol.3.& in cõſ.219. nu.3.vol.2. Alex.in l.neq; ꝓfeſſio. C.de teſt. & in cõſ.147. vol.5. ꝙ & in concubina domi retenta dicunt ꝓcedere, vt gl.in c.Michael. de filijs presbyt. Anch. in conſ.225. & latiſſimè per Boer. qui articulũ examinat in deciſ. * 299.nu.4.cum ſeq.& * communem ſententiam teſtatur eſſe Hierony. Gigas in conſ. 146.nu.3.lib.2. idem refert Mando.in addi.ad Lap.alleg.94.quidã presbyter in prin.Neuiz.lib.1. ſiluæ nup.nu.50. cũ additis ꝑ Menoch.de arbit.iud.lib.2. cent.1.caſu 89.nu.27.

18 Huius rei ratio colligiť † ex præſumptione,quæ oritur ex matrimonio,iuxta l.filiũ definimus,& ibi Docto.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.vel qa domi na-
19 tus præſumitur † filius,& habitus,vt filius,vicinis ſciẽtibus,iuxta terminos tex.d.cap.per tuas.contra quam præſumptionẽ non admitti probationem dixit Marſ. in d.l.1.§.1.de q.nu.34.& Boer.d.deciſ.299.nu.9.licet in filio concubinæ ſecus eſſe dicat Boer.ibi ſed contrariũ tenent Pariſ.conſ.29.lib.2.nu.100. & Didac.in 4.decr.2.par.c.8.nu.8.Emanuel Coſt. in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.ff.de libe.& poſthu. Menoc.de arbit.lib.2. cent.1.caſu 89.n.141.ſed in hac re diſcutien. vlterius non progredior, ne,quod aiũt, actum agam.hæc.n.ſi meminiſtis, vberrimè examinauimus in cõc.filiatio.

CONCLVSIO MXXIII.

ARGVMENTVM.

Qui aſſeruerit contractum fuiſſe matrimoniũ id debere probare. An in probatione matrimonij, & diſſolutione eiuſdẽ probãda requirãtur teſtes omni exceptione maiores. Et an, & quãdo teſtium repugnantia officiat in probando matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium eſt quid facti, eo quod ex conſenſu cõſiſtat.*
2 *Conſenſus eſt facti.*
3 *Matrimonium eſſe contractum aſſerens debet id probare.*
4 *Matrimoniũ probari per teſtes omni exceptione maiores.*
5 *Teſtes omni exceptione maiores,qui vocentur.*
6 *Matrimonium probari per teſtes nõ omni exceptione maiores.*
7 *Matrimonium probari per mulieres cum qualitate maternitatis,vel conſanguinitatis.*
8 *Mulieres admitti nedum in probando, ſed etiam in diſſoluendo matrimonio.*
9 *Matrimonij cauſa ea tantum ratione dicitur grauis,quia non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis,ſecus alia de cauſa.*
10 *Matrimonialis cauſæ ad criminalẽ cõparatio an vera ſit.*
11 *In matrimonio diſiungendo requirãtur necne teſtes omni exceptione maiores,fœdere diſtinctionis recõciliatæ ſcribentium inter ſe contrariæ ſententiæ, vſq; ad nu.14.*
12 *Præſumptiones clariores requiruntur, quando agitur de probando aliquid,quod habet præſumptionem cõtra ſe.*
13 *Præſumptiones habenti pro ſe ſufficiunt probationes leuiores.*
15 *In matrimonij probatione non requiri teſtes omni exceptione maiores authoris ſententia eſt, vbi hanc latè confirmat vſque ad nu.16.*
16 *Matrimonij ad probationem nedum teſtes debent eſſe omni exceptione maiores,verum etiam ad hoc, vt probẽt eſt neceſſe,quod articuletur,& probetur iſta qualitas, ipſos ſcilicet eſſe omni exceptione maiores.*
Contrarium ex Imol.nu.17.Contrarium Imo.ſenſit Cornum.18.
19 *Matrimonium, vt probẽt teſtes omni exceptione maiores debent iurare.*
An tale iuramentum poſſit a partibus remitti,ibidem.
20 *Proxenetam eſſe idoneum teſtem pro matrimonio probando. Contrar.nu.21.*
22 *Matrimonio nobilium,magnatum,& principum per ſcripturam, non per teſtes probari.*
23 *Parẽtes vtriuſque ſexus in cauſa matrimoniali pro filio, & filia poſſe deponere.*
Quod procedit, & in quocuaque alio coniuncto, vt numero 24.

25 *Parentum nimia affectio repellit ipſos à teſtimonio dicendo in cauſa matrimoniali, ſi conſtet eoſdem ſummè optare, vt matrimonium ſequatur.*
Secus ſi ij ſint admodum integri, & honeſtæ perſonæ, vt num. 26.
27 *Coniunctorum teſtimonium in cauſa matrimoniali non eſt recipiendum cum probatur mulieri aliqua infamia fuiſſe inuſtam.*
28 *Familiares poſſunt recipi teſtes in probatione matrimonij, cum ſunt, bonæ vocis, & probatæ vitæ.*
29 *Teſtes aliàs inhabiles admitti in probatione matrimonij clam facti. Et cur, vt nu. 30. Contr. nu. 31.*
32 *Matrimonium poteſt probari per teſtes non omni exceptione maiores, modo plures aliæ præſumptiones, & coniectura concurrant.*
33 *Teſtes in cauſa matrimoniali deponentes ſufficit, quod deponant, & conueniant inter ſe in facto principali, licet in nonnullis qualitatibus, aut circunſtãtijs inter ſe diſſentiant. Contr. nu. 34. Concil. nu. 35.*
36 *Teſtium repugnantia in matrimonio probando officit, cũ agitur de infringendo alio matrimonio per probationẽ alterius.*
37 *Teſtium repugnantia in matrimonio probando officit, cũ ſunt inter ſe de directo contrarij.*

VOCAT me nunc inſtitutus ordo, vt ad matrimonij probationes gradatim deſcendam. Qua in re præcognoſcendũ eſt, ꝙ cũ matrimo-
1 nium † ſit quid facti, ex conſenſu enim conſiſtit, vt l.
2 nuptias. ff. de reg. iur. & conſenſus, † ſit facti, l. conſ. ff.
de cura. furio. vt notat Ceph. in cõſ. 82. nu. 69. vol. 1.
3 merito illud aſſerenti contractũ eſſe † onus probãdi incumbere, arg. l. ei qui. ff. de probat. cũ alijs peruulgatis apud noſtros legibus, & in propoſito noſtro id aſſeruit Pariſ. in conſ. 61. in prin. vol. 4. & nouiſſimè idẽ obſeruauit doctiſſimus Menoc. in conſ. 199. num. 2. vol. 2. quod etiam probauit Ceph. in conſ. 64. nu. 19. volu. 3. huc itidem referenda ſunt animaduerſa ab Alexan. in conſ. 150. & in conſ. 154. in prin. lib. 5. & à Dec. in conſ. 310. viſis diligenter. atque à Mar. Soc. in conſ. 86. nu. 6. vol. 2.

Et certè quicunque ſit, qui matrimonium probare debebit, hilari animo hoc onus ſubeat, vtpote cui multa probationũ genera ſuppeditantur, quibus aliqua ex parte oneris ſibi iniuncti ſe ipſum leuare po-
4 terit. Primũ igitur † el matrimonium probare licebit per teſtes, qui quidẽ debent eſſe oĩ exceptione maiores, vt habemus ex contex. c. 1. & ibi gl. in verb. maiores de cõſang. & affin. vbi ẽt Ant. de Butr. id obſeruauit 8. not. atq; Abb. ibi nu. 5. verſ. itẽ not. & Præpoſ. 9. & vlt. not. id quoq; fuit animaduerſum ab eadẽ gl. in c. ex literis, de teſtib. vbi hoc idẽ notauit Aret. 3. not. & gl. in c. inſuper, qui matr. accuſ. poſſ. iſtud itidẽ vna
* mente * oẽs ferè cõſulentes ſenſere, vt in primis Bar. in conſ. 54. col. 3. verſ. & ſi quiſpiã. vol. 1. & in cõſ. 45. col. 1. verſ. & ſi quiſpiam opponit. & in conſ. 6. col. 3. eo. vol. 1. per gl. in d. c. ex literis. cũ not. illud verbum præcipuè. Dec. in cõſ. 310. viſis diligenter. nu. 1. & ſeq. & in conſ. 03. nu. 12. & ſeq. Mar. Soc. in conſ. 86. nu. 6. & ſeq. & nu. 72. vol. 2. & in conſ. 88. num. 8. eo. vol. 2. Grat. in cõſ. 26. nu. 48. Ruy. in cõſ. 144. nu. 32. vol. 5. & in conſ. 150. nu. 19. vol. eo. & in cõſ. 130. nu. 7. verſ. ite ex prædictis vol. 4. Iaſ. in cõſ. 153. redemptoris crucifixi. nu. 5. verſ. vndecimo facit vol. 2. Barb. in cõſ. 6. col. 5. verſ. præterea præſuppono. nu. 8. vol. 1. & in conſ. 45. nu. 5. col. 1. verſ. capio primo. & in conſ. 54. col. 3. verſ. 3. præmitto. eo. vol. 1. Pariſ. in cõſ. 53. col. 1. nu. 9. & in conſ. 54. col. 2. & in conſ. 55. col. 4. n. 19. & in cõſ. 58. col. 2. nu. 20. volu. 4. & in conſ. 61. nu. 30. cũ ſeq. eo. vol. 4. Alex. in cõſ. 143. nu. 4. vol. 2. & in conſ. 99. col. vlt. verſ. itẽ ſi contradicunt. vol. 3. Crau. in conſ. 169. nu. 2. ver. ideo in ꝓbatione. Cæpol. in cõſ. ciuil. 1. col. 2. verſ. itẽ ex alio, & in conſ. 2. col. 1. verſ. itẽ quia Lauren. Siluan. in conſ. 3. nu. 7. & ſeq. Hippol. in cõſ. 128. nu. 17. verſ. pro quibus facit. Grat. in cõſ. 2. nu. 3. & 34. vol. 2. Zaſ. in conſ. 4. n. 10. vol. 2. Alc. in cõſ. 6. nu. 3. cũ ſeq. lib. 1. tom. 1. Ceph. in conſ. 503. nu. 16. & in conſ. 540. nu. 53. vol. 4. Menoc. in cõſ. 199. n. 29. vol. 2. Bero. in q. 55. nu. 5. Boer. in conſ. 40. nu. 16. & author conſ. matr. 70. nu. 3. vol. 4. in hanc quoq; ſniam bona profitentiũ pars inclinauit, vt Boſ. in tract. de teſta. nu. 97. Fel. in c. 1. ver. ſuper gl. 5. vt lit. non conteſta. & in rub. de ſponſ. col. 1. ver. 4. in cã matrimoniali. quo in loco ponit, ꝙ iſtud ſit ſpeciale priuilegiũ matrimonij, ibiq; concludit in cauſis hmõi matrimonialibus nõ ſufficere teſtes eſſe ſimpliciter idoneos, ſed requiri, ꝙ ſint omni exceptione maiores. idẽ ſẽſit Dec. in c. veniẽs, il 1. nu. 30. de teſtib. de qua re latè ẽt apud Couar. in 4. decr. 2. par. c. 8. & apud Gabr. in ſuis commun. conclu. tit. de teſtib. concl. 8. concluſionem quoque noſtram videnẽ confirmare ca. atteſtationi. de deſpon. impub. & c. conſultationẽ. de ſponſa. ibi, per idoneos teſtes, & ibi legitimis, & idoneis teſtibus, quibus in locis agiẽ de probando matrimonio, & nihilominus requiruntur teſtes idonei, qui ſunt, qñ nulla exceptione poſſunt repelli, teſte gl. in ca. 1. de teſtib & in §. itẽ verborum. Inſtit. de inutil. ſtipu. quas gloſas ſequitur Corſer. in ſing. in verb. integer. & Abb. in d. c. 1. nu. 5. de cõſang. & affi. & nõnulli alij ſupra relati ſcribẽtes.
5 Eos aũt nunc voco teſtes † omni exceptione maiores, & omnino idoneos, qbus nihil opponi põt, vt animaduertit Mar. Soc. in d. cõſ. 86. nu. 13. vol. 2. & in conſ. 12. nu. 8. vol. eodẽ, & habemus ab alijs ab eode
* ibidẽ adductis, qui * communem ſcribentium ſententiã eſſe affirmat, & id in primis cõprobat ex peruulga-
* ta, * communi conſenſu ſcribentium recepta glo. in d. §. item verborum, ſuper verſ. idoneos. Inſtit. de inutil. ſtipul. ad idem reſpondit Iaſ. in d. conſ. 153. nu. 5. verſ. vndecimo facit. vol. 2.
6 Contra hanc concluſionẽ † vrget admodum contex. in c. ſuper eo. il ſecundo. de teſtib. vbi ad probandum matrimonium admittunẽ mulieres, vt ibi not. Abb. ſub nu. 2. verſ. ſecundum ꝙ ſufficiant mulieres, quod quidem comprobat Couar. in 4. decre. 2. par. c.
* 8. §. 12. ſub nu. 8. verſ. nam in hac. & refert * communem eſſe ex mente Soc. iun. in conſ. 29. col. 2. vol. 2. & in conſ. 31. nu. 13. eod. vol.
7 Quinimo data paritate admittuntur † nedum ſimpliciter mulieres, ſed ẽt cum qualitate maternitatis, vt noſtri dicunt, vel conſanguinitatis, vt probat contex. argum. ſumpto à contrario ſenſu in d. c. ſuper eo. & in c. videẽ. 35. q. 6. & in ca. videtur qui matr. accuſ. poſſ. de quo latè Mil. in ſuo reper. in verſ. teſtes idonei. idem probant Alcia. de præſumpt. reg. 1. præſum. ſecunda. nu. 4. cum ſequen. Arenn. in conſ. 13. & optimè Pariſ. in conſ. 55. num. 2. & in conſ. 57. colum. 1. volum. 4. & alios adducit Couar. vbi ſupra, ibi, Imol. & parentes. hoc idẽ tenuerunt Domini Rot. vt apud Creſcen. in deciſ. 10. lib. 2. nondum typis tradita. vbi
* de * communi, & nihilominus mulieres nõ ſunt omni exceptione maiores ob ſexus fragilitatem, & vt plurimum repelluntur à teſtificando, c. forus, verſ. teſtes de verbor. ſignific.
8 Et ꝙ magis eſt, nedum admittuntur fœminæ † in probando matrimonio, verum ẽt in diſſoluendo, vt ad id eſt contex. in d. c. vẽ nobis, qui matr. accuſ. poſſ. ibi, vtriuſq; ſexus, & tradidit Abb. in d. c. ſuper eo. in 3. notab. ad idem rñ dit Socy. iun. in d. conſ. 31. nu. 18. hoc ẽt confirmat Couar. vbi ſupra, in 4. ſcilicet decr. 2. par. c. 8. §. 12. ſub nu. 8. verſ. nam in hac & licet tex. in d. c. vẽ nobis. videatur tantummodo habere locũ in probando gradu conſanguinitatis per illa verba quoniam vnuſquiſque ſuam genealogiam, & c. non autem conſenſum matrimonij, tamen in fine generatim loquitur, ut eſt uidere: & obſeruat ibidem glo. in uerſ. ſciũt. Nec uim facit, ſi quis illud nobis obijciat,

causam

cauſam ſcilicet matrimonialem eſſe grauem,& ęqui
parari criminali,vt paſſim ſenſere Doctores. ob eam
9 tantummodò cauſam dicitur grauis, † vt non poſſit
deferri iurm in defectum probationis, ſecus alia de
cauſa, vt not. Dec. in conſ. 163. ſub nu. 7. verſ. non ob-
10 ſtat, ꝙ cauſa matrimonialis. Nec illa cõparatio † de
criminali ad matrimonialem vr̃ vera, per text. in d. c.
vr̃ nobis. qui matrim. accuſ. poſ. in fi. cuius verba ſunt
hæc: ꝙ verò legitur, pater non recipiat̃ in cauſa filij,
nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis,& cõ
tractibus verũ eſt; in matrimonio verò coniungendo
& diſiungendo, ex ipſius coniugij prętogatiua,& qa
fauorabilis res eſt, cõgruè admittitur. ex quibus clarè
dignoſcitur minimè recipiendam eſſe comparatio-
nem, vt latius proſequit̃ Dec. in d. cõſ. 163. nu. 7. à qua
quidem opinione nec diſſenrit Socin. iun. in conſ. 29.
ſub nu. 9. vol. 2. innuens nu. 10. ęquiparationẽ proce-
dere gratia iur̃i ſuppletorij, vt & voluit Feli. in d. c. in
literis. ſub nu. 6. verſ. ſed hic aduerte. de teſtib. vbi di-
cit, illum tex. qui nõ admittit familiares, loqui in ca-
ſu ſpeciali, ideſt, reuocationis, vel retractationis ma-
trimonij: in quo propter leges canonicas dicitur agi
de re maximi momenti, & ſic ponderat grauitatem
cauſæ matrimonialis, quando agitur de diſſoluendo
matrimonio, non autem probando.

* Verum enimuerò cũ videatur * cõi cõſenſu iſtud
inter noſtros eſſe confirmatũ, nempè teſtes in diſiun-
gendo matrimonio deſiderari omni exceptione ma-
** iores, prout ẽt de magis ** cõi atteſtat̃ Gabr. in concl.
11 8. ſub nu. 5. de teſtib. fędere diſtinctionis † hoc pacto
has inter ſe opiniones conciliarem, ꝙ aut matrimo-
nium habet vrgentes præſumptiones, & tunc contra
matrimoniũ non admittunt̃ teſtes, qui nõ ſint omni
exceptione maiores, vt probat̃ ex contex. c. 1. de con-
ſang. & affin. d. c. in literis. de teſt. qbus cõtextib. inni-
tuntur oẽs illi, qui ab affirmãte opinione ſtetere: nec
12 hoc cuiq̃ mirũ videri debet: nam qñ agitur † de pro-
bando aliquid, ꝙ habet præſumptionẽ cõtra ſe, requi
runtur præſumptiones clariores, vt no. in c. quia veri-
ſimile. de præſumpt. & ibi Abb. nu. 2. & refert Deci.
in d. cõſ. 163. ſub nu. 7. verſ. 2. r̃ndetur, & multos alios
congerit Crau. in conſ. 198. ſub nu. 3. & in conſ. 134.
nu. 10. & optimè in conſ. 56. nu. 11. in cõſ. 75. nu. 12.
& in conſ. 139. nu. 13. ſicuti è contra habenti præſum-
13 ptionem pro ſe ſufficiunt † probationes leuiores, vt
idem teſtatur Crau. in d. conſ. 75. nu. 12.

At in caſu d. c. 1. maxima vrgebat ratio repellendi
teſtes non omni exceptione maiores. matrimonium
etenim erat contractũ, & corporũ coniunctione fir-
matum; ideoq; non erat ita facilè recedendũ ab ipſo
matrimonio, ſed probationes debebant eſſe omni ex
ceptione maiores. ſicuti ẽt eſt dicendũ, de d. c. in lite-
ris. de teſtib. vbi ille nobilis quandã ſibi in vxorẽ ritè
coniunxerat, & cũ ea in domo ferè per ſeptennium
habitauerat, & poſtea nitebat̃ ꝓbare impedimentũ
affinitatis, meritò in hmõi caſibus nõ ſunt ita facilè,
& ſine vllo delectu admittendi oẽs teſtes. ſic ẽt conſi
derauit author additio. ad Abb. in d. c. in literis. propè
fin. verſ. & ad id. quinimo matrimonio contracto,&
coniunctione corporũ ſtabilito, nõ admittunt̃ teſtes
ad probandum diſſenſum, et ſi fama ſint,& multorũ
familiaritatibus conſpicui, vt colligitur ex contex. c.
inſuper. qui matri. accuſ. poſſ. adeò fauorabile eſt ma
trimoniũ, vt potius patienter feratur aliquos contra
ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm cõiun-
ctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparari, vt ſan-
citum eſt in c. licet ex quadam. in fi. de teſtib.

14 Aut non habet præſumptionem, † vel rationes vr-
gentes pro ſe,& tunc admittuntur teſtes, qui non ſint
omni exceptione maiores, & procederet communis
contraria opinio.

Cæterùm ſi ageretur de probando matrimonio, vt
quid in hac controuerſia ſentiam liberè proferam,
15 non recederẽ † ab illa opinione negante, nempè nõ
requiri teſtes omni exceptione maiores in probando
matrimonio, per illũ tex. d. c. ſup eo. il 2. de teſtib. &
per alia ſuperius adducta, & pp maximã fauoris pro-
rogatiuã, qua potitur matrimoniũ, vt habemus ex d.
c. vr̃. qui matr. accuſ. poſ. & in d. c. licet ex quadã. in fi.
de teſta. tum maximè cũ non habeamus contextum
hmõi qualitatẽ requirentem. non enim tex. in c. con
ſultationẽ. de ſponſal. & in c. atteſtationi. de deſpon.
impub. id probãt, cũ tantummodò de teſtib. idoneis
faciant mentionẽ, & teſtis idoneus plurimũ diſtet à
teſte omni exceptione maiori, vt aſſeruit Fel. in rub.
de ſponſ. col. 5. verſ. quarto in caſu matrimoniali. &
referendo ſequitur Soc. iun. in conſ. 88. ſub nu. 8. vol.
2. & egregiè ad id ſcripſit Petr. Moncad. in addit. ad
Crot. tract. de teſtib. part. 9. nu. 395. præterquam quod
ſi conſideremus tex. in d. c. conſultationi. neque etiã
ibidem cauetur teſtes idoneos requiri. probauerat
etenim ſponſus legitimis & idoneis teſtibus conſen-
ſum, quibus meritò non debebat præualere ſimplex
mulieris aſſertio; nec rectè quis ita ratiocinando col-
liget, ille adduxit teſtes idoneos in ſua cã, ergò in om
nibus cauſis tales deduci debent, nec ſufficiet ordina
ria probatio. eadẽ r̃ſio põt afferri ad alterum tex. in
d. c. atteſtationi. de deſponſ. impub. iuuenis enim ille
probauit minorẽ ætatem non ſecutã corporũ vene-
ream coniunctionẽ, atq; diſceſſum ab ipſa muliere
ante legitimã ætatẽ. illa verò nitebat̃ probare cõſen-
ſum, & ideò inquit tex. ꝙ probet per idoneos teſtes,
ꝙ non eſt mirũ pp præſumptionem vrgentiſſimam,
conſenſum,& matrimonium, vt ex his patet, quæ ſu-
prà diximus in priori membro diſtinctionis concilia
tionis illius opinionis contrariæ. & vr̃ hanc eandẽ ra
tionẽ conſideraſſe Dec. in d. conſ. 163. ſub nu. 7. verſ.
ſecundo r̃ndetur. pręterq̃ ꝙ hic tex. ſicuti & primus
loquitur de teſte idoneo, non aũt de omni exceptio-
ne maiore,& ſi teſtis idoneus diceretur, qui eſt omni
exceptione maior, in qualibet cã tales requirerentur
cũ habeamus tex. in c. 1. de teſtib. qui nullo facto di-
ſcrimine in omni cã requirit teſtem idoneũ. quemad
modũ nec mea quidẽ ſnĩa huic aduerſatur gl. in d. c.
in literis. de teſtib. ad q̃ omnes tanquam ad ſacram,
vt aiunt, anchoram cõfugiunt, cuius verba ſunt hæc:
Nota in matrimonio ſeparando præcipuè teſtes eſſe
admittendos qui ſint probatæ vitę,& opinionis: nam
licet illud verbũ pręcipuè, implicet & idẽ imputet in
caſu contrario, vt loquutus eſt Alex. de Neuo inter
conſ. matri. cõſ. 35. nu. 33. per gl. in c. auditis. de elect.
& in c. ad abolendam. de fil. presbyt. attamen illa gl.
non loquitur de verbo, præcipuè, ſed de, maximè. &
idemmet verbum, præcipuè, habet etiã ſignificatio-
nem, & apud probatos authores ſolet accipi pro ſin-
gulariter, ſpecialiter, & ſimilibus, vt pręcipuum mu-
nus, præcipua cura, & id genus alijs. Vnde verba glo.
non probant ſcribentium ſnĩam, dum illius authori-
tate ſe tueri volunt: nam debet intelligi, quod eſt pre-
cipuum,& ſingulare, qñ agitur de matrimonio ſepa-
rando teſtes probatæ vitę,& opinionis admittendos,
nec vtique rectè colligitur, ergo & in probando. imò
videretur dicendum, ſi hoc eſt præcipuũ in matrimo
nio infringendo, ergo non procedit in illo probãdo.
q̃ interpretationem & illud adiuuat, ꝙ regula debet
præcedere exceptionem, ſiue ampliationẽ, cum exce
ptio, ſiue ampliatio ipſam regulã declaret, vt videre
eſt ex cõgeſtis à Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. at in caſu hu-
ius gl. regula generalis nõ ꝓcedit, ſed nec in ipſo tex.
loquit̃ enim ibi tantummodò de ſeparãdo matrimo
nio. quare illud verbũ; præcipuè, non põt implicare
caſum de probãdo matrimonio, q̃a de ipſo nulla eſt
facta mentio, ſaltem generaliter, prout fit in c. licet
ex ſuſcepto. de foro cõp. & in l. vlt. C. de his, qui ven.
ætat. imper. & in d. c. licet. dr̃, ꝙ impetrãtes literas ſu-
per rebus; & ſic generaliter ſubdit poſteà, præcipuè,

quæ forū ſeculare cōtingunt, & ſic implicat per illud
verbū: præcipuè.idem in caſu d.l.vlt. vbi de ætate ge-
neraliter,& denique præcipuè in ſubſtitutione. At in
caſu.d.c.in literis cauetur tantūmodo, vt in diſſoluē-
do matrimonio ſint teſtes bonæ vitæ,& opinionis,&
gl.illud notat,inquiens nota in matrimonio ſeparādo
pcipuè teſtes admittendos, qui ſint bonæ vitæ,& opi-
nionis,& ſic ſolū reſpicit, quādo agitur de matrimo-
nio diſoluendo,verū ſi text.vel glo.poſuiſſet genera-
lem regulā in cauſa matrimoniali : nēpe admittēdos
teſtes huiuſmodi,& de hinc dixiſſet, & pcipuè in diſ-
ſoluēdo matrimonio,vtique fortaſſis implicaret etiā,
& quādo agitur de probādo, ſed vt patet ex tex. & ip-
ſa glo.in cōſ.152.nu.44.vol.2.id tantummodo habet
locū,cum agitur de improbando matrimonio.Quid
plura? hoc idem tā apertè,vt mihi videtur, quod ſci-
licet glo.prima in conſi.237.in cōſi.307.nu.57. vol.2.
ad caſum diſſoluēdi matrimonij ſe reſtringat ex eiuſ-
dem ratione colligi poteſt,vt nihil ſupra poſſit.inquit
enim,quia tolerabilius eſt aliquos cōtra ſtatuta homi
num dimittere copulatos, quam cōiunctos legitimè
contra ſtatutum domini ſeparari,cap. licet ex quadā
de teſtibus,& ſic innuit,quod ad probandū matrimo-
nium non requirantur probationes exactæ, eo quod po-
tius feratur dimittere copulatos,quàm illos ſeparare,
quia grauior tunc eſt cauſa matrimonialis,quādo agi
tur de ſeparatione, quam cū de probatione, nam tūc
eſt fauorabilis. nulli ergo mirū videri debet, ſi requi-
rantur probationes exactæ,quādo agitur de diſſoluē-
do,non cum de comprobando, nam quos Deus con-
iunxit,homo nō ſeparet. primo namque caſu dicitur
cauſa grauis, vt modo diximus: & maximè id notat
Felyn.in dict.cap.in literis.num.6.verſic.ſed hæc ad-
uerte. huc accedit, quod ſi rectè inſpiciantur verba
tex.& glo.in d.cap.in literis. nec probant in diſſoluē-
do matrimonio requiri teſtes omni exceptione maio
res,ſed duntaxat probatæ vitæ,& opinionis: quæ qui-
dē qualitas quātopere diſtet ab illa, omni exceptio-
ne maiores,egregiè obſeruauit Per.de Monca. in ad-
dit.ad Crot.in trac.de teſtibus par.9.nu.395.ad,quod etiā
cōferunt,quę animaduerſa ſunt ab Alcia.in tract.pręſ
ſump.regul.3.pręſūp.2.nu.10.nec ego ſolus id ſentio,
quod ſcilicet, vbi agitur de probando matrimonio
nō requirantur teſtes omni exceptione maiores.in hāc
enim deſcendit ſnīam,& Dec.in conſ.163.nu.13.quo
in loco poſito diſcrimine inter matrimoniū contra-
hendum,& diſſoluendum, illud apertè concludit,vt
cum tractatur de pbatione matrimonij ſimpliciter,
ordinaria ſufficiat probatio: nec requiratur extraor-
dinaria, quia in matrimonio ſolus cōſenſus ſatis eſt.
hoc idem met reperit, in conſ.342.nu.1.volens ea, quæ
contra id ſolent afferri,præcipuè.c.1.de conſanguin.
& affinit.ſibi locum vendicare,vbi agitur ad ſepara-
tionem, nam cum matrimonium iam contractū ſit,
& corporum venerea cōiunctione confirmatum, nō
eſt ita leniter ab eo recedendum, propter ſcandala,
quæ ex eo oriri poſſent, & propterea teſtes digniores
debere adhiberi, nō ſic cōſiderari poteſt in matrimo-
nio probando,in quo nō tantus timor,nec tantū ver-
ſatur præiudicium, vt in matrimonio iam cōtracto,
& cōſumato. eandem ſententiam cōprobat Soc.iun.
in cōſi.29.circa præſentem cōſultationē.nu.8.& ſeq.
* verſ.nō obſtant allegata. vol.2. vbi * cōmunem dicit
idem ſenſit Fran.Aret. in cōſ.13. nu.poſt.27. hoc idē
voluere Cepol.in conſ. ciui. 3. col. 3. verſ. & quod in
cauſa matrimoniali. Alex.in cōſ.146.in cauſa,& lite.
nu.27.verſ.nec obſtat,ſi aliquis. lib.5. Zaſ.in conſi.2.
nu.30.vol.2.& in conſ.3.nu.10.eo.vol.2.

Verumtamen quoniam liberę ſunt hominū volū-
tates,& ſtudia,in eorum gratiā,qui volunt in probā-
do matrimonio requiri teſtes omni exceptione maio
16 res priori loco cōcluſionē ampliabimus,† vt nedum
ad matrimonij probationem teſtes eſſe debeāt omni
exceptione maiores verū etiā ad hoc,vt probent, eſt
neceſſe,quod articuletur,& probetur iſta qualitas,ip-
ſos ſcilicet eſſe omni exceptione maiores,quia iſtud
eſt requiſitum præcipuum ad teſtes,& ad qualitatem
probationis, cum hoc ſit fundamentum intentionis
agentis,& producentis teſtes,alioqui improbata red-
deretur eius intentio,vt colligere eſt ex contex.l.cum
actū.ff.de neg.geſt. & ita docuit egregiè Ang.in l. 1.
§.ſi quis neget.ff.quemadmodum teſtam. ape. cuius
* pronunciati author fuit Bart. ibidem quē * commu-
niter Doctores ſequuntur,vt teſtatus eſt Grat.in cōſi.
2.nu.35.lib.2.quo in loco refert, Bartolum admone-
re ibi aduocatos,vt cauti ſint in facienda probatione
filiationis teſtium: eandem ſententiam cōſulendo ſe
quutus eſt Alex.in cōſi.44.nu.2.lib.2. cui acceſſit Iaſ.
in cōſil.153.colum.7.nu.5.verſic.decimotertio cōtra
iſtos teſtes.volum.2. vbi hoc dictum ſingulare, & in-
ſigne cenſet.hoc idem tenet Roland. à Vall.in cōſi.
3.num.56.volum.1.

17 Ab hoc tamē ſenſu † declinare videtur Imo.in d.l.
1.§.ſi quis neget.ff.quemadmodū teſtam.ape.dum di
ſtinguit, an lex requirat teſtes optimę opinionis in ſu
premo gradu, vt tunc ſcilicet ea qualitas probāda ſit,
quod ſi deſideret qualitatē bonæ opinionis ſimplici-
ter,non ſit neceſſe qualitatem hanc procedere.

18 Sed cōtra Imo. † ſtat Corne.in conſi. 152. circa fi-
nem.volum.1.& in conſi.78.colu.4. poſt mediū.verſ.
omitto,quod teſtis.volum.3. vbi voluit, quod quādo
in teſte requiritur qualitas,quod ſit perſona honeſta,
& fide digna etiam in poſitiuo gradu, illa debeat p-
bari. cui adhæret Crauet.in tract.de antiquit.tempor.
1.par.ſed quæritur.à nu.38. vſque ad nu. 41. qui alios
idem affirmantes citat.

19 Poſteriori loco cōcluſionem † ampliabis,vt huiuſ-
modi teſtes etiā teneantur iurare, vſque adeo, vt nec
partes poſſint tale iuramentum remittere,vt obſerua-
uit glo.in cap.tuis.de teſtibus,& ibi Abb.Quod tamē
intelligendum eſt, niſi agatur de cōfirmando matri-
monio: quia tali caſu partes poſſunt remittere iura-
mentū partibus,vt tradidere Abb.& Fel.in d.c.tuis,vt
etiā placuit Spe.in tit. de teſte.§. vlt.verſ.& no. quod
non valet,ſecus eſt, quoad diſſoluēdum matrimoniū:
quia tunc remitti nō poteſt per partes iuramētum, vt
habetur ex adductis per Albe.de Malet.in tractat.de
teſt.capit.7. num. 75. & ita communiter * teneri aſſe-
rit Ioan. Cro.in tract.de teſtib.7. par.num. 172. verſ.
fallit tamen.

Primo loco tibi nunc erit limitāda eadem cōclu-
20 ſio, vt locum ſibi non vendicet in mediatore, † ſiue
proxeneta,qui licet alias non ſit teſtis omni exceptio
ne maior, tamen pro matrimonio cenſetur idoneus
teſtis, vt deciſum reliquit Pet. Beninten. in deciſ. 61.
in cauſa vertente. poſt.nu.3.& ſeq. idem voluit Rui.
in conſil.34. reuocatur. nu.7. vol.4. ex rationibus ibi
per eum adductis, & Mar. Soc. iun.in conſi.29. circa
præſentem.nu.16.cum ſeq.vol.2.

21 Ab his tamen diſſentire videtur † Barba. in conſi.
45.ſcribitur belliſſimè.nu.16.& ſequen.verſic. modo
deducendo. volum.1. ſed de hac re nos in concluſio.
Proxeneta.

22 Secundo limitare poteris, † vt concluſio vera non
ſit in matrimonio Nobilium, Magnatū,& Principū.
in his enim matrimonium nō probatur per teſtes,ſed
requiritur ſcriptura,vt docuit Bald.in rub. de reſcrip.
nu.2.qui ad hoc citat tex. in auth.maximis.C.de iud.
& idem tradidit Marſi.in rub.C.de prob. num.22.

23 Tertio velim limites, vt non procedat † in parēti-
bus vtriuſque ſexus, hi enim, licet aliàs non ſint ido-
nei teſtes pro filijs,vt l. parētes, & ibi Cyn.verſi. iuxta
legē iſtam.C.de teſtibus, tamē in cauſa matrimonia-
li pro filio,vel filia,deponere poſſunt,vt ſancitum eſt
in c.videtur,qui matrimo.accuſ.poſ.& habemus à gl.
in c.ſup eo.il 2.in verſ.ſolutio, pater, & mater.vbi et
Hoſti.

Hoſtien.in prin.& ibi But.col.1.in fi.verſ. ſolutio, dicit glo.vbi ēt Abb.nu.8.de teſtib.& vna mente * oēs id ſenſiſſe ſcribētes affirmauit Bertr. in conſ. 209.nu. 1.vol.2.atq; Zaſ.in conſ.3.nu.43. verſ. rurſus difficultatem.vol.2.& in conſ.9.nu.3.vol.1.& in conſ.4. nu. 28.verſ.tamen in cauſa matrimoniali.eo.vol.2.reſpōdit etiam Dec.in d.conſ.163.col.pen.verſ.ſed ad hoc reſpondetur.quibus adhæret Pariſ.in conſ.55.vol.28. & ſeq. vol.4.

24 Quod & procedit † in quocunque alio coniuncto, vt dixit glo.1. in d.cap.ſuper eo.verſ.ſolutio.& * communem ſcribentium eſſe ſententiam eſt teſtatus Bertran.in d. conſ.299. num.1.vol.2. & ita etiam reſpondit Soci.iun.in d.conſ.29.num.11. & ſeq.volum.2.& Aufrer.in additio.ad 4.deciſ. Capel.Thol.verſi.item admittuntur.

25 Iſtud velim declares, vt verum ſit, † niſi conſtaret parentes, & alios coniunctos incredibili ardere deſiderio,vt matrimonium,ſuper quo deponunt, optatū finem conſequeretur tunc etenim vti ſuſpecti nō eſſent accipiendi in teſtes, ita admonuit Fel.in d.c. ſup eo.col.pen.in fi.verſ.ſed vbi.de teſtib. & quamplures ex conſulentibus in contingentia facti reſponderūt, vt Ale.in d.conſ.153.col.3.in prin.verſ.tñ illud verū. lib.5. Pariſ.in cōſ.55.nu.34. verſ.quid modo. vol.4.& Dec.in d.conſ.310.col.1.verſ. nam primo repellitur.

26 Id tñ temperare poteris, † vt locum ſibi no vendicet, ſi parentes & coniuncti prædicti ſint admodum vitæ integri,& honeſtæ perſonæ:nam ob vite probitatem non debent repelli à teſtimonio perhibēdō pro filijs in cauſa matrimoniali,vt monuit Iaſ.in conſ.2. verſ.quod ſi quiſpiam.nu.18.vol.2.

27 Secundo declares hanc tertiam limitationem,† vt vera non ſit, ſi probatum erit mulierē fuiſſe carnaliter cognitā: nam quia eo caſu agitur de iniuria illata toti familiæ, teſtimonium coniunctorū admitti non debet,ſic declarauit Dec. in cōſ.133.col.2.verſ.tertio conſiderandū.& Pariſ.in conſ.58.nu.15.& clarius in conſ. 59.nu.25.verſ.& idem voluit.vol.4. & idem dicere debemus, ſi alia de cā mulieri infamia inureret: nam & ſi non probaretur carnaliter cognita, tamen hoc caſu ratione communis iniuriæ,parentes,& coniuncti non eſſent teſtes ammittendi,vt idem Pariſ.reſpondit in d.conſ.55.nu.35.verſ. prout & fortius.vol. 4.& Zaſ.in conſ.4.nu.24.ver. prout etiam.vol.2.& in conſ.3.num.47. verſ. tertio, prædicta comprobantur. volum.2.de veritate tamen huius tertiæ limitationis conſulas Gabriel. commu.concluſ. libro 1. concluſ. 9.per tot.tit.de teſtibus. quo in loco vberrimè examinat materiam hanc, & affert ibidem quamplures limitationes, & declarationes, quæ hic non ſunt tranſcribendæ.

28 Quarto limita concluſionē non procedere † in familiaribus bonæ vocis,& probatæ vitæ:nā licet regulariter non ſint omni exceptione maiores,& non admittantur, tñ concurrente huiuſmodi qualitate admittunt̄,& probant, extat ad hoc contex.in d.c.in literis de teſtib.ꝙ & no.Alex.à Scala inter conſ.matri. conſ.57. nū.3. vbi inuehitur in procuratores imperitos, qui abſque aliquo diſcrimine repellunt famulos à teſtimonio. perinde quaſi non ſint ad hoc idonei, & nihilominus ſi vitæ ſint integri admittuntur,per illum tex.in c.in literis. quem ſequuti ſunt Bal. ibid.& in l.2.C.de teſti.& Ro.in conſ.420. & plurimos alios more ſuo adducit Gab.in d.concl.10.nu.19.

29 Quinto limitabis, † qñ ageretur de matrimonio clam facto; nā tunc admittuntur teſtes aliàs inhabiles, & non requirūtur omni exceptione maiores, ita conſulendo rñdit Alex.in conſ.156.viſo proceſſu inter Apolloniā. nu.10.verſ. poſſet ēt rñderi. lib.5. idē ꝓbauit Dec.in ſæpè allegato cōſ.163.nu.13.ver.quarto pōt etiam reſpōderi. & in conſ.3. viſis & diſcuſſis. in fi. vt etiā retulit Alc.in tract.præſumptio.regu.prima,præſump.39.nu.5.quod nec latuit Are.in cōſ.23.

30 nu.17. nec mirū: in matrimonijs enim † clam factis ſolent contrahentes adhibere teſtes amiciſſimos, & quibus plurimum fidunt, non eſſe matrimonium intempeſtiuum manifeſtaturos, vt conſiderauit Mar. Carar.inter conſ.matr.conſ.16.nu.10.

31 Huic ſñiæ † repugnat Ruſ. in conſ.149.nu.32.vol. 5.& in conſ.150.nu.19.eo. vol.5. eandem confirmat ſibi contrarius Alex.in conſ. 143.col.1.& 2.lib. 2.& in conſ.99.nu.11.lib.3. vbi expreſsè loquitur de matrimonio clandeſtino. hæc quoque placuit Cæph.in conſ.384.col.1.& in conſ.82.nu.44. cū ſeq.ab eadem ſtetere Didac.Couar.epit.2.par.c.8.§.12.nu.2. Boſ.in ſuo tract.crim.tit.de oppoſ. cont.teſt.num.97. Rol.à Val.in conſ.50.nu.1.& 12.lib.1. atque Gram. in cōſ. 26.qui de hoc fuſius loquitur per tot.

32 Sexto limita procedere, † qñ matrimonium eſſet probatū per duos teſtes non omni exceptione maiores, ſecus ſi per plures,& aliæ cōiecturę per pſūptiones concurrerent.tunc enim per teſtes ſimōi,licet nō omni exceptione maiores, probat̄ matrimonium,vt cautū reliquit Barb.in cōſ.4.vol.3. & in cōſ.26.vol.4. quem ſequit̄ Dec. in d.cōſ.163.nu.8. & Decij limitatione comprobat Gab.in d.concl.9.nu.6.de teſtib.

33 Huiuſmodi aūt teſtes † in cauſa matrimoniali ſufficit, ꝙ deponant, & cōueniant inter ſe in facto principali,licet in nonnullis,quæ illud ipſum factū circūſtant inter ſe diſſentiāt.hæc enim repugnantia nō attendit̄ ita cōſuluit Alex. in conſ.109. in fi.li.1. & ante eū voluit gl.in c.dudum.in verſ.ſubſtantia.de conuerſ.coniug.& in c.cū eccleſia.de cauſ.poſ. & ꝓpric. & Bar.in l.eos.ff.de fal.ac Bald.in l.1.col.penul.C.de teſt.& in l.qui ſñiam.per illum text. C.de pen.& in l. 1.ad fi.C.ſi vnus ex plurib.& iterū Ale.ad hæc cōſuluit in conſ.93.in cauſā inquiſitionis.col.4.ver.nō obſtat ēt ſi diceretur.eo. lib.1.& illud ſequutus eſt Laur. de Pin. inter conſ.matri.conſ.71.num.14. & ante eos hoc idē cōprobauit Spec.in tit.de teſtā.§. iā de interrogatorijs.nu.17. qui loquitur ēt in fortioribus terminis, nempè qñ inter teſtes non conueniret de loco: nam cum de facto matrimoniū poſſit bis contrahi, debent teſtes inter ſe conciliari,quod bis, vel diuerſis in locis ſit contractum matrimonium.

34 Contra tñ voluit † Io.And.in addit.ad ipſum Spec. vbi ſupra,qui illum reprehendit, ꝙ incaute poſuerat ibi illud ſingulare. & vr̄ idem ſentire etiam Alex. in conſ. 153.col.3.verſi.& potiſſimè.lib.5. vbi voluit,vt nedum teſtes conueniant in ſubſtantia & effectu,ſed etiam in cortice verborum, per ſingularem doctrinā Ant.de But.in c.nihil obſtat.de verb. ſig. & ibi Abb. idem videtur eſſe deciſum in Capel. Thol.q.309.

35 Sedari poterunt † hæ inter ſe diſſentientes opiniones, ſi dicemus, ꝙ aut ſunt plures teſtes examinati,& duo ſaltē ſunt cōteſtes in facto principali,& tūc ſufficiūt, licet alij nō ſint cōcordes: aut duo tñ teſtes deponēres inter ſe nō conueniūt,& tūc nō reducunt̄ ad concordiā,& hoc caſu ꝓcedit opinio Io. Andr.ſuperius adducta. q̄ qdē opinionē ſequutus eſt ēr Fed. de Sen.in cōſ.162. in caſu D. Griffolæ. & idē Io.And.in c.noſtro.de teſt.& Ant. de But.in c.cū tu.de teſt.& referēdo ſequit̄ Alex.in conſ.152.ver.accedit.gā.li.2.

36 Primo limitare † poteris hāc poſteriorē opinionē procedere, qñ ageretur de infringendo alio matrimonio per probationem alterius,quia tunc officeret illa teſtium repugnantia: ſecus autem,quando ageretur cauſa tantummodo matrimonij, quia tunc non ita grauis exiſtimatur,quinimò perquam fauorabilis.ita not.ipſe Laur.de Pin.in d.conſ.71.num.15.per doctr. Crot.in tract.de teſti.par.4.nu.149.

37 Secundo velim limites, ꝓcedere, † qñ teſtes eſſent directo cōtrarij, nēpè, ſi vnus deponeret matrimoniū contractū ſub imagine crucifixi, alter Virg.Mariæ: nā tunc nō poſſent cōciliari, vt ſenſit Alc. in d.cōſ.143.

verſ.infringitur.li.2.& huic eſt illud ſimile de Suſanna à Daniele liberata ab infamia ſibi irrogata ab illis ſenibus illius ſpecie deceptis. vnus enim dixerat vidiſſe caſtiſſimam illam fœminam cum iuuene colloquentem ſub ſchino, alter ſub pino: & meritò dederunt pœnas. vt ex Daniele patet. c.13.ſecus ſi depoſitio eſſet diuerſa,& aliquo modo poſſet conciliari, vt in caſu, ſuper quo conſuluit Laur.de Pin.in d.cõſ.71. nu.15. Verũ cũ de hoc argumenti genere de ſingularitate.ſ.vel teſtiũ repugnantia ſuo loco,id eſt, in concluſ.teſtis, fuerimus loquuti, ideò illuc te lector reiicio ſed interim vidẽda tibi erit ad hoc fertiliſſima cõcl.Gab.in cõcl.2.de teſtib.vbi id examinat vberrimè.

CONCLVSIO MXXIIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo præſumatur matrimonium per annuli ſubarrationem.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium præſumitur per annuli ſubarrationem.*
2 *Matrimonium non præſumi per ſolam annuli ſubarrationem, niſi cum hac præſumptione alia concurrant.*
3 *Matrimonium legitimè contrahitur facto, vel ſigno.*
4 *Matrimonium vt per annuli ſubarrationem probetur, quæ probanda ſint, & nu.6.*
5 *Matrimonium non probari nec induci per annuli miſſionem, cum legitima ætas in contrahentibus deeſt.*

Ad alium nunc matrimonij probãdi modũ deinceps tranſeo, qui fit per præſumptiones; in
1 ter quas eſt illa de annuli ſubarratione. † per illã enĩ pſumitur matrimoniũ, teſte gl.in c.vlt.de deſpõ.imp. & in c.tenor.in ver.ſubarrat.de re iud. p text.in c.noſtrates,& 1.c.feminç.30.q.5.& ibi Arch.& idẽ in c.cũ omnis.32.q.2. hoc idẽ ſequuti ſunt Abb.in rub. C.de ſpon.nu.11.Barb.in cõſ.6.vol.1.Are. in cõſ.13.n.4.& ſeq. hanc eandẽ præſumptionẽ inter cæteras enumerat Dec.in cõſ.163.ſub n.2.verſ.2.eadẽ pbatio.|Pariſ. etiam in conſ.60.nu.42.vol.4.in eandem deſcendere ſñiam ij quos ſupra adduximus in cõcl. annuli ſubarratio. qb. addimus Pet.Albig.inter cõſ.matr.cõſ. 67. nu.8.& Pau.Merend.inter eadẽ conſ.matr.cõſ.86.nu. 32.& quos adducit Fel.in c.illud in fi.de preſump.
2 Hanc concluſ. primo loco velim limites, † vt non procedat, qñ vltra ſubarrationem annuli nihil aliud concurret; alio namq; nõ pbato illud non eſt ſignũ matrimonij, ſecundũ Abb.in d.c.illud n.4.& latius in d.c.vlt.nu.7.de deſpon.impu.eiuſdẽ fuit ſñiæ Pari.in d.cõſ.60.n.47.cũ ſeq.fieri.n.põt illã traditionẽ annuli eſſe factã a'ia de cã, q ad inducendũ matrimoniũ, vel ſaltem in ſignum ſponſaliorũ de futuro, non aũt matrimonij contracti, vt ẽt conſiderauit Galea.Maluet.int.cõſ. matr.cõſ.83.nu.23. verũ ſi probareẽ præceſſiſſe tractatũ proculdubio præſumereẽ matrimoniũ, vel ſaltẽ ſi ſponſalia de futuro, vel matrimoniũ pſumereẽ, ſi ſubarratio eſſet facta per ſponſum ſponſæ præſenti, prout paſſim fit, qa tunc præſumitur conſenſus ſaltẽ tacitus: nã verba nõ ſunt neceſſaria, quini
3 mo facto, vel ſigno † legitimè contrahitur matrimoniũ; & hic eſt caſus, ſuper quo allegauit Lap.in alleg. 56.nũ.10.q referunt Pariſ.in cõſ.60. nu.49. Dec.in d. cõſ.163. & alij ibi.n.ipſe Lap. tractat hũc articulũ ſatis luculenter,& ab hac opinione ſtat Bal.in l.cum te verſ.ſed pone, anteq. C.de dona. ante nup. q & pbauit Did.in epit.c.4.nu.3.par.2.vbi de magis ** cõi opinione atteſtatur: ſponſalia vero de futuro preſumunẽ per annulum, qñ fuiſſet miſſus ſponſç ad oſtendendũ ſe eſſe paratum ad contrahendum, vt ex his conſtat, quæ allegat Galeat.Maluet.in d.conſ.83.num.23.vel præierint verba apta ad ſpõſalia tantummõ, & tũc p illã miſſionẽ annuli induciẽ pſumptio ſponſaliorum tm̃, non aũt matrimonij: nã traditio annuli per ſe nõ eſt indiciũ alicuius contractus, ſed ex his, q pceſſerũt cognoſci põt, ſicut dr̃ de arris, Inſti. de contrah.emp. in prin. & per Abb.in d.c.vlt.nu.7. de deſpon.impub.
4 Secũdò limitabis,& intelliges, † vt nõ ſufficiat ſimpliciter probare delationẽ annuli, ſed eſt etiã probãdum ipſam mulierem illum geſtare tanq coniugatã, ſciente, vidente, & patiẽte viro: multas enim paſſim videre eſt fœminas geſtantes annulum, licet nõ cõiugatas, vt aſſeruit Abb.& Anto.de But. in d.c.illud de pſump.& ſequutus eſt Pariſ.in cõſ.25.nu.36.vol.2.
5 Tertio limitare poteris locũ ſibi non vendicare, † cum ætas legitima ad contrahendum matrimoniũ deeſſet in contrahentibus, etenim tunc per illam miſſionem annuli non inducitur matrimonium: ita cenſuit Abb.in d.c.vlt.nu.4.
6 Quartò limita concluſionem non eſſe veram; † qñ ſimpliciter annulus eſſet traditus in manu mulieris, non aũt eſſet facta immiſſio in digito: quoniam tunc potius præſumeretur donatio, quam matrimonium, ſiue ſponſalia, vel eſſet datus annulus à parentibus, iuxta ſententiam Ant.de But.in d.c.vlt.de deſpon.impub.in fi.& ibi Abb. qui tamen aduertit obſeruandã eſſe in hoc caſu loci conſuetudinem.

CONCLVSIO MXXV.

ARGVMENTVM.

Qua ratione probetur matrimonium, & ex tractatu,& cohabitatione coniugum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium præſumitur ſi vir, & mulier, vt cõiuges inuicem ſe habeant, tractent, & cohabitent. Contr.nu.2.*
3 *Matrimonium præſumitur per tractatum, & cohabitationem ſi præceſſerit verbum de futuro, & promiſſio de contrahendo.*
4 *Matrimonium per longam cohabitationem, id eſt per decennium præſumi, alias ſecus.*
5 *Matrimonium ex tractatu, & cohabitatione præſumitur de iure ciuili, ſecus canonicõ.*
6 *Matrimonium non præſumitur ex tractatu, & cohabitatione, cum agitur de retractando alio matrimonio, vel ad præiudicium alterius matrimonij.*
7 *Matrimonium præſumi ex tractatu, & cohabitatione concurrentibus alijs coniecturis.*

1 Oritur præterea pſumptio matrimonij † ex tractatu, quo vir & mulier, vt coniuges, alter alterũ ſe habet; veluti eandẽ domũ incolendo, eidem menſç accumbẽdo,& vnà in eodẽ lecto cubando: ita dixerunt vnanimiter Abb. Anto.de But. Imo.Fel.in c. illud de pſump. & ab hac opinione nõ fuit alienus Bal.de Peruſ.int.conſ.matri.cõſ.3.nu.21. vbi vult, q ſi duo per longum tp̃s, nempè decenniũ tanq vir,& vxor, ſimul habitauerint, præſumatur matrimonium; & filij inde geniti legitimi cenſeantur. Bal. ſñiæ accedit Iac. Leonis int.conſ.matr.conſ.50. nu.1.& 4.vt & facit Mar.Garat.inter eadem cõſ matrim.conſ.17.num.3.& inter eadem Ang.de Vbal.in conſ.45.nu.10.cũ ſeq.& Nicol.Superan.ibid.in cõſi. 65 nu.3.atq; Burſ.latiſſimè in conſ.98. nu.7.& ſeq.
2 Quam tñ ſententiam improbat † Alci.in tract.preſumptio.reg.2. præſumptio.5. vbi voluit per cohabitationẽ nedum præſumi matrimoniũ, ſed potius fornicationem, per c.aliter tertia queſt.5.& in hanc opinionem deſcendiſſe videtur Hoſt.& Ioan. And.in d. c.illud de preſump.qui dixere non ſufficere huiuſmodi tractatũ,& cohabitationẽ, quinimo fama viciniæ concurrente.idemque ſentit Io. de Imo.in d.c. illud, & in l.2.col.9.C.de ſeruit.& aqua. ver.nũc de quinto puncto.

puncto.& in l.1.ff.de proba.in lect.ant.Pariſ.quoque
in conſ.59.nu.9. vol.4. videtur hanc eandem ample-
cti;ſicuti & facit Alex.in conſ.150.col.3.verſ.præter-
ea alter.li.5.quem etiam referendo ſequitur Gram.in
conſ.26.nu.6.cum ſeq.

Concordes efficere poteris has inter ſe diſſentiẽtes
opiniones, ſi primo loco poſteriorem hãc limitabis,
3 & intelliges non procedere,† qñ præceſſerit verbũ de
futuro & promiſſio de contrahendo; quia tunc per
huiuſmodi actus præſumeretur matrimonium eſſe
ſequutum, vt voluit Ang.in ſumm.in verſ. matrimo-
nia,§.2.nu.6.ꝙ & placuit Gram.in d.conſ.26.ſub nu.
53.verſ. nec obſtat, quod Franc. ibi, quia non probat
id fuiſſe poſt promiſſionem, ſecus autem ſi non præ-
ceſſiſſent, nam tunc non præſumitur matrimonium,
teſte Caphal.in conſ.139.nu.11.vol.2.

Eandem poſteriorem opinionẽ ſecundo velim li-
4 mites,& intelligas locum ſibi nõ vendicare,† qñ co-
habitatio eſſet per longum tp̃s, nempè per decenniũ,
tunc enim p̃ſumi matrimonium patet ex his, quæ in
priori opinione deduximus. & ad idẽ rñdit Alex. in
d.conſ.150.col.4.verſ.cõſtat aũt,lib.5.idem tenet Ti-
raq.in trac.de præſc.§.1.glo.ver. dix ans verſ.6.

5 Tertiò limita, & intellige illam verã eſſe † de iure
canonico,ſecus de iure ciuili, p l.liberi,ff.de rit.nupt.
vt docuit Accurſ.in l.concubinatus,ff. de concub.&
refert Alc.in d.reg.2.præſumpt.5.in prin. hoc ẽt con-
ſiderauit Zanch.in tract.differ.inter ius canon. & ci-
uile.ꝙ prius aduertit Bal.in c.tranſmiſſa,de reſtit. ſpo-
liat.ſic ſenſit & Fel.in d.c.illud,ſub nu.12.

6 Quarto limitare & intelligere poteris,† locũ habe
re,qñ agitur de retractando alio matrimonio, vel ad
præiudiciũ alterius matrimonij, quia tunc nõ ſufficit
ille tractatus & cohabitatio, vt * oẽs ſenſere ſcriben-
tes.in d.c.illud,& quos adducit Pariſ. in d. cõſ.69.nu.
7.8.& 9.& Alex. in d.conſ.150.& 151.lib.5. ſecus ſi
ageretur de probando ſimpliciter matrimonium.

7 Quintò limita, & intellige, † concurrentibus alijs
coniecturis pro matrimonio, quoniam tunc præſumi
tur,iuxta ſententiam Dec.in conſ.163.ſub nu.2.verſ.
accedit etiam copula.

CONCLVSIO MXXVI.

ARGVMENTVM.

Per dotis inſtrumentum matrimonium pro-
bari.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per dotis inſtrumentum probatur.*
2 *Matrimonium ſemiplenè tantum probatur per dotis in-
ſtrumentum.*
3 *Matrimonium probat̃ per dotis inſtr̃m quoad contrahen
tes,& matrimonium enunciantes, ſecus quoad tertium.*

Extat & alius probandi matrimoniũ modus,
1 † per inſtrumentum ſcilicet dotis : nam
ſi in eo contineatur mulierem viro promiſiſſe, veluti
centum nomine dotis, nedum probatur ipſa dotis p̃-
miſſio,ſed etiã matrimonium, vt rogatus dixit Deci.
in cõſ.35.nu.2.permotus ex doctrina Bal. in c. ſeries,
col.2. verſ.extra not. arg. de teſtib. & huc ſpectat lex
3.ff.de iur.dot.

2 Primò limita concluſionẽ non procedere† quoad
plenam probationem, ſed tñ quoad ſemiplenam, vt
obſeruant ſcribentes in c. illud, de præſumpt. vbi vl-
tra inſtr̃m requirũtur alia adminicula, quod inſigne
relatu putauit Rom.in ſing.446. nunquid per inſtru-
mentum:nec ab hoc vr̃ diſſentire Alex. in conſ. 21.
verſi.pro hoc.lib.1.& id latè proſequitur Fel. in d.c.il
lud,nu.3.& ibi Abb.nu.6. & additio. author ad eun-
dem.idem voluit Iaſ.in conſ.168.nu.18.vol.4.

3 Secundò limita habere locũ, † quoad contrahen-
tes, & matrimonium enunciãtes, ſecus quoad tertiũ,
authore Bal.in auth.ſi qs in aliquo,n.6.C.de edep.&
in l.2.C.de re iud.cui adhæſit Alex. in d.conſ.21.li.1.
vt & tradidere Bur.in d.c.illud,Gozad. in cõſ.42.vol.
2.Floria.in l.ſicut,§.ſed ſi quæratur,ff.ſi ſeru.vẽdicet.

CONCLVSIO MXXVII.

ARGVMENTVM.

Pro matrimonio in dubio præſumi: & quate
nus iſtud verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pro matrimonio in dubio præſumitur.*
2 *Matrimonij fauore pluralitas actuum præſumitur.*
3 *Pro matrimonio in dubio non præſumitur, cum illud
ad optatum exitum perduci non potuit, vt cum vir ad
coeundum eſt impotens.*
4 *Pro matrimonio in dubio non præſumitur, vbi illud ſemi
plenè tantum eſt probatum.*
5 *Pro matrimonio in dubio non præſumitur, quando addu
ceretur impedimentum a iure diuino proueniens.*
Contrarium,nu.6.
7 *Matrimonij nõ contracti præſumptio oritur propter in-
æqualitatem perſonarum.*
8 *Pro matrimonio contracto pendente lite ſuper primo etiã
clandeſtino non præſumitur.*
*Hinc limitatur opinio Vincen. in c.2.de clandeſt. deſponſ.
de qua,nu.9.*
10 *Pro matrimonio clandeſtino in dubio non præſumitur.*
11 *Matrimonia clandeſtina ſemper odioſa fuiſſe.*

Matrimonij cã fauorabilis adeo,eſt,vt
legũ latores maximas, ac
penè innumeras fauoris prærogatiuas hanc fuerint
proſecuti,vt habemus in c.vñ, qui matrim.accuſ.poſ.
& à Fel.plurima referunt̃ in c.1.in prin.vt lit.nõ con
teſt.& in rub. de ſponſa. præ cæteris tñ memoratu di-
1 gna vna eſt collata, vt pro matrimonio † in dubio p̃-
ſumat̃,iuxta tex.& ibi Dec.in c. vlt.de re iudi. & in c.
ex literis,iuncta gl.de prob.& in c. ſi qs acceperit, 33.
q.1.atq; in c.licet ex quadã,in fin.de teſt. ꝙ & paſſim
probãt iuris interpretes,vt Abb.in c.tua nobis, de de-
ſpon.impub.Dec.in conſ.133.Fran.Mar.in dec. Del-
phi.87.nu.10.in 1.par. Pariſ. in cõſ.53.nu.3. lib.4.cõſ.
2 58.nu.7.eo.lib.hinc pluralitatẽ † actuũ,quæ aliàs præ
ſumi non ſolet, fauore matrimonij iuris p̃ſumptione
induci probat tex. in c. per tuas, vt ita cum intelligit
Hoſt.de cond.appoſi.& cõnfirmauit Aret. in cõſ.15.
& poſt eũ Hier. Grat.int.conſ.matrim.conſ.75.nu.7.

Verùm hæc concluſio ſic authoritatibus ſtabilita
non ita generatim eſt intelligenda. Primò namq; li-
3 mitanda eſt,vt non habeat locũ,† quando matrimo-
nium ad optatum exitum perduci non potuit, vt cũ
vir ad coeundum eſt impotens,vt conſulendo confir
mauit Iaſ.in conſ.88.col.2.vol.1.

Præterea ſecundo loco procedit eadem cõcluſio,
4 vbi matrimonium † eſſet probatũ plenè, ſed propter
probationes aduerſarias probatio dubitationem ha-
beret; ſecus vbi matrimonium eſſet tñ ſemiplenè p̃-
batum,ita limitat Alex. de Neuo.int.conſi. matrim.
in conſ.35.nu.30.& Ang.de Gaſt.int.eadem, cõſ.34.
nu.5.an autem tunc deferatur iuramentum in defe-
ctum probationis à nobis infra explicatum eſt.

5 Tertiò limitare poteris,vt vera ſit † qñ allegaretur
impedimentum à canonum conſtitutionibus indu-
ctum,ſecus quando adduceretur impedimẽtum à iu-
re diuino proueniens, tunc enim ceſſante matrimo-
nij fauore ſeruanda eſſet regula iuris cõmunis,vt pro

reo in dubio præſumatur,ita declarat Abb. in d.c. licet ex quadam,nu.5.de teſt.

6 Quam quidem limitationem † impugnat ibi Are. in pen.not.per tex. in d.c. videtur, qui matrim.accuſ. poſ.& in c.ſua nos,de conſ.& affi.quæ capitula inducit Fely.& in illis pro Abb. reſpondet in d.cap.vlt.in prin.de ſent.& re iud.

7 Quartò limitabis, † nam propter inæqualitatẽ perſonarum non contracti matrimonij præſumptio oritur,ſi credimus ita atteſtanti Curt. in l.cum quædam puella,nu.22.ff.de iur.omn.iudi. quem adducit & ſequitur Ceph.in conſ.52.nu.63.lib.1.& Nic. Ant.Grauа.int.conſ.matrim.conſ.82.nu.45.

8 Quintò velim limites † in matrimonio contracto pendente lite ſuper 1. etiam clandeſtino, nam licet matrimonium lite pendente cõtractum valeat, vt in c.cum app.vbi Abb.de ſponſal. & tradũt Fran. Mar. in deciſ.713.in 1.par.& Ang.de Caſt.int.conſ.matri. conſ.31.nu.1.tamen cum fuerit doloſe factum, & in fraudem primi, pro eo præſumi non debet, ſicut pro altero matrimonio, ita declarando ſenſit Dec. in d. conſ.163.nu.7.

9 Hinc oritur limitatio ad opinionem † Vinc.in ca.
* 2.de clandeſt. deſpon. * communiter receptam, teſte Soc.in conſ.119.vol.3.& in conſ. 270.vol.2.nimirum ſecundum matrimonium publicè cõtractum præferri primo clãdeſtine celebrato,quod probatur vno integerrimo teſte & fama,etiam ſi ſecundum duobus teſtibus tantum probaretur: nam non procedit ſecundo matrimonio contracto lite pendente ſuper 1.etiã clandeſtino.ita ſenſit Dec.in d.conſ.163.ad ꝙ adducit Imo.in conſ.125.in cauſa, quæ vertitur, & ſequitᷣ Did.lib.4. decret.par. 2.§.6.nu.11. vbi videre poteris alijs etiam modis declaratam Vinc.deciſi.

10 Sextò limitatur cõcluſio † in matrimonio clandeſtino, vt habemus ex c.1.& 2. & ibi Abb. & alij id aſſeruere de clãdeſt.deſponſ.idẽ voluit Hoſt. in ſumm. eiuſdem tit.vt & reſponſum eſt à Soc. in conſ.17.vol. 1.& à Barb.in conſ.54.lib.1.& à Cur. iun.in conſ.64. nu.3.atque à Boer.in cõſ.40.nu.4. ꝙ etiam antea placuit Bal in l.1.C.de interdic.matr.hoc idem cautum reliquere Ant.Galeat.Mulat.int.conſ.matr.conſ.84. nu.2.& inter eadem Pet. Albigan.in conſ.63.nu.5.& Sigiſ.Brun.in conſ.74.nu.34.

11 Licet enim † ante Conc.Trid.ſeſſ.24.c.1. de refor. matrim.valerent indiſtinctè clãdeſtina matrimonia, modo legitimè poſſent probari, vt d.c.1.& ibi Abb. & dixere Pariſ.conſ.53.nu.1.& conſ.54.num.5.lib.4. Bero.q.107.& Ceph. in conſ. 286.nu.16. tamen ſummopere odioſa ſemper fuere,vt in c.1.30.q.1.& patet ex d.c.1.de refor.matr.

CONCLVSIO MXXVIII.

ARGVMENTVM.

Teſtes publicatis atteſtationibus, ijſdemq; deductis pro matrimonio recipi poſſe ſuper articulis eiſdem, vel directo contrarijs,quod etiam declaratur.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonij probatione recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationibus.*
Et cur, num.2.
3 *In matrimonio ſpirituali,veluti monachatus recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationibus.*
4 *Beneficialibus in cauſis recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationibus, & cur.*
5 *In matrimonij probatione recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationibus,ſiue ſimus in eadem inſtantia,ſiue in alia.*
6 *In matrimonij probatione recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationibus ab eo,qui ſtat pro matrimonio:ſecus ab eo, qui contra matrimonium ſtaret.*
Contrarium,nu.7.
8 *In matrimonio non poſſe recipi teſtes publicatis atteſtationibus ab eo,qui eſt contra matrimonium,quando periculum animæ in diſcrimen vocaretur, ut ſi allegaretur aliquod impedimentum perpetuum.*
9 *In matrimonio recipi poſſe teſtes publicatis atteſtationib. etiam ab eo,qui ſtat contra matrimonium, cum agitũ de probando impedimento ad dirimendum matrimoniũ iam contractum,ſiue ad impediendum contrahendum.*
10 *Matrimonij impedimẽto non probato recipi poſſunt teſtes publicatis atteſtationibus, licet agatur de matrimonio contrahendo.*
11 *In matrimonio non poſſunt produci teſtes poſt publicationem,cum agitur de gradu prohibito ſola lege poſitiua canonica. Contrar.nu.12.*
13 *In matrimonio recipi poſſe teſtes poſt publicatas atteſtationes,ſi prius præſtetur iuramentum purgationis à ſuſpicione ſubornationis.*
14 *Matrimonij in cauſa non recipi teſtes didicitis atteſtationibus,cum agitur ſuper proceſſu cauſæ matrimonialis, & ſuper illius validitate.*

Singularis quoque eſt,nec obliuioni tradenda,illa fauoris prærogatiua,quæ à ſum.Pontif.in matrimonij gratiã fuit intro-
1 ducta, id eſt, vt teſtes † ẽt publicatis atteſtationibus, ijſdemq; didicitis, recipi poſſint ſuper articulis eiſdẽ, vel directo cõtrarijs, ſic ſancitum eſt in contex. c. cũ
* in tua,de teſt.quem ita * communiter intelligi teſtatur Abb. ibi.nu.7. & in eandem ſentẽtiam adducitur contex.in c.ſeries, eod.tit.& ibi not.Are.& Abb.exploſa Vinc.& Gofr. contrarium ſentientium intelligentia;id enim ſenſit gl. in c.iurauit, & in ca.cauſam matrimonij,& ibi Abb.de prob.& gl. in cap.ſicut,de ſponſa.& in c.1.de cõſang. & affin.vbi Abb.nu.12.& idem Abb. in c.ex tenore, nu.7. & in c. fraternitatis, & ibi Fel.& Marſ.de teſt.& vna cũ his ſenſere Anch. & Imo.in clem.2.eo.tit.Spec.in tit.de teſte,§.ſatis videtur,nu.10. & ibi Io. And.in addit. Soc.reg.403.15. fallen.& fallen.37.& 46.& Abb.in c.atteſtationes,de deſpon.impub.Fel.in d.rub.de ſponſ.nu.4.Ang.in §. quia verò,in auth.de teſt.& in auth. qui ſemel,col.1. C.de prob.Bal.in auth.nunc ſi hæres, col.1.C.de litigioſ.Lanfr. de Oria. in c.quoniam contra, §.teſtium depoſitio,col.14.de proba.Marſi.ſing.128. Menoch. de arbitr.iud.lib.1.q.34.nu.7.& int.conſ. matri. Ant. Fran.de Doct.in conſ.69.num.1.Iac.Leon.conſi.40. nu.5.& Fran.Mar.q.Delph.752.nu.3.par.1.

2 Conueniunt quoq; in huius rei reddenda cã: † ex eo enim id fieri exiſtimant, quod peccati periculum imminet,& propterea nedum publicatio,ſiue in cauſa concluſio,ſed nec etiam ſententia obſtaret,quæ idcirco nunquam tranſit in iudicatum, vt probatur in c.lator, & in c.conſanguinei,& vtrobique Docto.de ſent.& re iudi.& in c.fraternitatis,de frigid. & malef. de quo pleniſſimè per Did. in epit.4. decret. ſecunda par.1.8.§.12.nu.12. & per has rationes ita conſulẽdo tenet Rui.conſ.130.nu.12.vol.4.& ita DD. Rot.conſentire ait in deciſ. 9. nota quod poſtquã,in antiquis.

* Amplianda nunc eſt 1.huiuſmodi * communis,&
3 recepta concluſio,vt vera ſit, † etiam in matrimonio ſpirituali, veluti monachatus, teſte Fel.in d. c.fraternitatis,num.9.quod adducit glo. in c. præſens,in verbo, patrem,20.queſt.1.idem Fel.in c.cauſam,in prin. de probat.

4 Et proximè adhæc idem in cauſis † beneficialibus tradit Maria.in d.c.fraternitatis,verſ.quadrageſimus prim.quia & in his animarum periculũ timori ſubornationis præponderat, vt refert & ſequitur Meno. in

d.q.34.

d.q.34.nu.8.quibus addas Fel. poſt alios in c.ad peti-
tionem,col.7. in prin. de accuſar.
5 Ampliatur ſecūdo locū habere, ſiue† ſimus in ea-
dem inſtantia,ſiue in alia,iux.ſententiam Abb. in d.
c.iurauit,nu.6.per gl.in d.c.ſeries, idem decidit Fran.
Mar.in d.q.Delph.752.n.3. cum in huiuſmodi cauſa
ſententia,vt diximus, non tranſeat in iudicatum.
6 Limitatur modo eadem concluſio,vt procedat† in
eo, qui eſt pro matrimonio , ſecus tñ in eo,qui ſtaret
contra matrimoniū in præiudiciū ipſius , ita limitat
Io.And.in d.c.ſeries,de teſt.quaſi hoc fauore tñ ma-
trimonij ſit introductū,iuxta c.vlti.de ſent. & re iud.
& quod hoc ſit pręcipuè in gratiam matrimonij ſan-
citum,gl.vlt.in d.c. ſeries,& in d.c.iurauit ,prout has
gl. adducit,& ponderat Nic.Superant.int.conſil.ma-
trim.conſ.65.nu. 1.qui plures congerere tentat in hāc
7 ſnīam.Contrariā tamen ſententiam,†quod imò con-
cluſio noſtra habeat locum , ſiue quis ſtet pro matri-
monio,ſiue contra matrimoniū,tueri conatur Abb.
in d.c.iurauit,nu.6.& in d.c. ſeries , nu.5.& vtrobique
adducit tex.cum gl.pro hac ſnīa,in c.1. de cōſang. &
affin.& idem not.Fel.per illum tex. in d.c.cauſam,in
a.not.de prob.cum non tantū fauor matrimonij hoc
efficiat, qui ēt verſaretur in eo diſſoluendo, qñ cōtra
Dei legem contractū eſſet,vt ait Abb.in d.locis: ſed
ratione peccati cuitādi,vt dicunt oēs in d.c.ſeries , &
in d.c.iurauit , vtroq; caſu locum habere poteſt.
Quare conciliando opiniones per hanc rationem,
8 limitanda eſt 1.opinio,vt procedat,† cum diſputatur
ſuper contractu matrimonij: vt quia vnus cōtractum
dicat,& alter neget: tūc enim pro matrimonio nullū
imminet peccatum ,cum poſſit ,qui negat de nouo
contrahere,ideoq; ſibi pręiudicare ex tacito conſen-
ſu reſultante ex publicatione , vt declarat Abb. in d.
c.iurauit,nu.5.ſecus quando periculum animæ in di-
ſcrimen vocaretur , vt ſi ab eo , qui ſtaret contra ma-
trimonium , allegaretur aliquod impedimentū per-
petuum , vt voluere Ioan. Cal. & Ant. in d. c.ſeries,
quos refert , & ſequitur Abb. ibi. & in d. cap.iurauit,
atque Felyn.in d.c.lator,nu. 3. de re iud. & in his ter-
minis procedunt illi text.vt etiā tradit Nic. Superan.
in d.conſ.65. nu.2.
9 Ampliabis hāc limitationem,† ſiue agatur de pro-
bando impedimento ad dirimēdum matrimonium
iam contractum , ſiue ad impediendum contrahen-
dum,vt docuere gl. Abb. Anch. & alij in d. cap. 1. de
conſang. & affin.
10 Declara hanc ampliationem procedere,† nō pro-
bato impedimēto : tunc enim adhuc publicatis atte-
ſtationibus poſſunt recipi teſtes, licet agatur de ma-
trimonio contrahēdo , quia ſalus animæ in eo verſa-
tur, ſi contraherent ſubſiſtente impedimento , ſecus
probato impedimēto, quia nullum adeſt periculum,
ſi non contrahent,cū ſponſalia poſſint pari conſenſu
diſſolui,ita inquit Cald.in d.c.iurauit , quē ibi ſequū-
tur Abb.& Felyn.& ita intelligunt gloſſ.ibi,& in d.c.
ſeries,quam differentiam conſtituebant inter cōtra-
ctum matrimonium,& contrahēdum, cum hac ſpe-
cie ſolum ad ſalutem animæ reſpiciatur , ſicut dum
in ea concluſione, an ſententia lata in cauſa matri-
moniali tranſeat in iudicatum,de quo in d.c.lator,&
in d. cap. conſanguinei, de re iudic. propter quod
Abb.in d.cap.iurauit, nu. 4. hanc conſtituit conclu-
ſionem inquiens, vbicunque in cauſa matrimonia-
li ſententia tranſit in iudicatum obſtare publicatio-
nem ,tranſire autem vbi vitium ſententiæ per partes
contra quas fertur eſt remiſſibile , nimirum quando
non imminet peccari periculum , & ibi idem ſequi-
tur Fely.num.2.de quo in d. cap. fraternitatis,& latè
in d.cap.lator.
11 Sublimitari modo poſſe videt† limitatio firmata ,
quoad impedimentum,procedere, quando allegare-
tur impedimentum legis diuinæ, ſecus ſi ageretur de
gradu prohibito ſola lege poſitiua canonica , tunc
enim nō reperiri permiſſum producere teſtes poſt pu-
blicationem,ſed melius eſſe dimittere copulatos, te-
nuit Imol.in d.c. ſeries. col. 3.
12 Verùm eſt aduertendum,† q cum & eo caſu ſubſit
ratio peccati,et ſententia non tranſeat in iudicatum,
non videtur poſſe procedere dictum Imol. à quo per
hāc rationem recedit Fel.in d.c.lator, nu.3.de re iud.
Secundo loco limita primariam concluſionē no-
13 ſtram ita demum veram eſſe,† ſi prius pręſtetur iuſm
purgationis à ſuſpicione ſubornationis, vt placuit
Bal.in d.c.iurauit,quē ibi ſequitur Fel.et in d.c.ſeries,
& pro ſingulari pronūciato refert Hipp.Marſ.in ſing.
128. teſtes ēt produci poſſunt. idem cenſuit additio.
author.ad Afflict.in deciſ. 33. nam huiuſmodi teſtes
non ſunt ab omni ſuſpicione immunes:ideoq; etiam
requiruntur clariores probationes elidentes hāc ſu-
ſpicionem,vt reſponſum eſt à Iac.Leon.inter cōſilia
matrimonialia,cōſ.49.nu. 56.requiriq; aliquam cau-
ſæ cognitionem , ſcilicet quales teſtes ſint , cur prius
non ſint producti , & an adſit cauſa legitima tradit
Abb.in d.c.iurauit,nu.6.in quo caſu te iudicis arbitriū
verſabitur,vt etiam ſentit idem Abb.in d. cap. ſeries,
nu.5.& Fran.Mar.d.q.Delph.752.ad finem.
14 Tertiò limita , † quando agitur de vinculo matri-
monij,& teſtium productio fit ſuper eo,quod reſpicit
veritatem facti,ſecus ſi ageretur ſuper proceſſu cauſę
matrimonialis, & ſuper illius validitate, ita docuit
gloſ.2.in c.conſtituti, il 2.de teſt.quam tenet Hoſt.&
ſequuntur communiter Doct.vt teſtatur Abb.ibi ,&
probat Fel.nu.1.quia diſputatio ſuper proceſſu cauſæ
non pertinet ad ſalutem animarū , ſed magis ad quā-
dam iuris ſubtilitatem.

CONCLVSIO MXXIX.

ARGVMENTVM.

Per famam viciniæ concurrentibus cum illa alijs adminiculis probari matrimonium: & an ſit ſatis pro adminiculo vnicus teſtis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probari per famam vicinia concurrentibus cum illa alijs adminiculis.*
2 *Matrimonium non probari per famam,& vnicum teſtē tantummodo,& cur, nu.3.*
4 *Matrimonium ſpirituale nec per famam cum vnico tantum teſte probari.*
5 *Matrimonium ſpirituale,& carnale, inter ſe æquiparari.*
6 *Matrimoniū probari per famam cū vnico teſte, cum nō agitur de præiudicio alterius matrimonij , alias ſecus.*

Sequitur & ille modus, quo poteſt probari
matrimoniū , nempè per famam
1 viciniæ† concurrentib.cum illa alijs adminiculis, de
quibus in c.illud,de præſump.& ibi omnes ſcribētes
conſil.matrimon.in conſ.67. nu. 9. Idem ſenſit Aret.
in conſ.13. qui dicit ſemiplenè probari,quod tamen
videtur contra context.d.c.illud , quia in illo cauetur
cogēdam eſſe mulierem ad ſeruiendum viro affectu
coniugali , & ſic videtur probatum plenè matrimo-
nium, prout etiam ibi omnes ſcribentes notant. &
Dec.in conſ.163.nu.3.
2 Hanc concluſionē limitabis non procedere,† ſi cū
fama concurreret tantū vnicus teſtis , quia tunc non
probaretur matrimonium , ſecundum Alex. in conſ.
143.quoniam abūdè,lib.4.& Dec.in cōſ.133.nu.3. &
in conſ.340.col.1.& in c.cū cauſam,col.vlt. de prob.
verſ.2.

verſ.2.limitat. quod etiã ſcriptum reliquere Rip.in l.
admonẽdi.in fin.ff.de iureiuran.Iaſ.in cõſi.3.colum.
vlt.volum.2. Marſil.in l.de minore. §.plurimũ. colu.
13.ff.de queſt.Grat.in conſi.38. colum.4.volum.2.&
Ioan.de Selua in tract.de iureiuran. par.3.q.vlt.nu.3.
3 Ex eo, quod cauſa matrimonialis † æquiparetur crimi-
nali,quod quidem quando verum ſit,aliàs diximus.
4 Ampliare poteris hanc primam limitationem etiã
procedere in matrimonio ſpirituali,vt monachatus,qa
nec ad illud probandũ ſatis eſſe famam cũ vnico te-
ſte,tenent Iaſ.in l.3.ff.de iureiuran.& Cyn.in l.vlt.C.
de tranſactio.Anto.But.in c.vlt.de iureiur.& Abb.in
c.pen.de raptor. Quod ea ratione confirmatur, nam
5 matrimonium † carnale, & ſpirituale æquiparantur,
vt colligere eſt ex tex. cap. inter corporalia.de tranſ-
lat.prælat.& refert ſequendo Ioan.à Silua.vbi ſupra,
nume.4.
6 Attamen hæc eadẽ limitatio † poteſt ſublimitari,
vt nõ habeat locum, quãdo non ageretur de præiudi-
cio alterius matrimonij:tũc enim per famã cum vni-
co teſte probaretur matrimoniũ, vt ad hoc extat de-
ciſio. Capel. Tholoſ.172.per doctrinam Innoc. in c.
preterea,de teſtibus,& in d.cap.illud de preſum.ſecus
autem ſi ageretur de præiudicio alterius matrimonij
publicè,& in faciem eccleſiæ contracti,vt voluerunt
Io. And. Vincen. Io.de Lignan.in c.2. de cland. deſ-
pon.ſuper gloſſ.quos refert etiã eadem deciſ.Tholoſ.
172. & ibi Aufrer, & in huiuſmodi facti ſpecie con-
ſuluit Ruin.in conſi.149.ſub num.42.vol.5.idem tra-
didit Didac.in 4.decretal.in 2. par.c.6.nu.11.

CONCLVSIO MXXX.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur illa matrimonij probatio, quæ fit per confeſſionem coniugum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur per confeſſionem coniugum.*
2 *Matrimonium probatur per confeſſionem coniugum etiã ſi ipſa confeſſio eſſet tantum probata per vnum teſtem, & alter deponeret de actu matrimonij.*
3 *Matrimonium etiam probari per confeſſionem viri, & mulieris,quoad euitandam pœnam.*
4 *Matrimonium non probari per confeſſionem coniugum abſente parte factam.*
5 *Matrimonium probari per confeſſionem coniugum abſente parte factam de æquitate canonica.*
6 *Matrimonium probari per confeſſionem coniugum geminatam abſente parte factam.*
7 *Matrimonium non probari per confeſſionem coniugum, quando agitur de infringendo matrimonio.*
8 *Matrimonium ſpirituale,veluti monachatus, non probari per confeſſionem monialis in præiudicium ipſius monachatus.*
9 *Confitenti credi in ſui præiudicium in foro pœnitentiali.*
10 *Iudicem non teneri fidem habere confeſſario contra matrimonium pro quo præſumitur.*

Accipite nunc aliam rationẽ, qua matri-
monium probare poſſitis, ea eſt
1 per cõfeſſionem † coniugũ,vt monuit glo. in c.ſuper
eo.in verſ.confeſſionem de eo,qui cognouit cõſang.
& ibi Abb.colum.2.ſub nu.2.verſ.2.caſu.Idem etiam
probauit Hoſtien.in ſumma de ſponſ. & matrim. §.
qualiter cõtrahatur.colum.2.verſ.ſed ſi ambo cõfitẽ-
tur.Alios adducit Dec.in cõſi.163.ſub nu.1.verſ.hoc
idem cõfirmatur,ab his quoque ſtetit Martin. Garat.
int.cõſi.matrim.in cõſi.16.n.9. & huic opinioni etiã
adhæret Geor.Prior.inter eadẽ conſi.matrimo.cõſil.
42.nu.4.ex tex.in cap.2.de clandeſt.deſpon, & in cap.
cum cauſa.de rapt.idque vidit Pariſ. in conſil.15.nu.
15.volum.2.
2 Hæc tibi prius eſt amplianda concluſio,† vt etiam
vera ſit, ſi huiuſmodi confeſſio eſſet tantum probata
per vnũ teſtem, & alter deponeret de actu matrimo-
nij,tunc nempè videretur probatum matrimoniũ,ita
refert Iac.Leonis.inter cõſi.matrimo.cõſi.51.ſub nu.
5.verſ. & quod plus eſt ex Doctor. Barto. in l. admo-
nendi.ff.de iureiur.& alios etiã adducit Mart. Gar.in
conſ.16.num.14.ſed animaduertendum eſt Bart.non
ita dixiſſe, ſed duntaxat duas ſemiplenas vnam ple-
nam probationem facere, veluti vnus teſtis, & con-
feſſio facta abſente parte, ſicque præſupponit con-
feſſionem eſſe ſufficienter probatam,ſaltem per duos
teſtes,quia vnus teſtis non probat.
3 Secũdo amplia procedere, † etiam quo ad euitan-
dam pœnã, ſicuti ſi deprehenſa fuerit fœmina cũ vi-
ro concumbere, certè ſi vterque fateatur inter ſe ma-
trimonium cõtraxiſſe pœnam ſtupri ſubterfugient,vt
voluit glo.quæ ſecundum Doct. nõ reperitur alibi in
iure in l.pen.ff.de fideiuſ. quam etiã commẽdat Bal.
in l.vnica, C.de confeſ. & ſequitur Lanfr. de Oria.in
ſua prax.c.7.de confeſ.nu.18.verſ.5.
Primo limita hanc concluſionẽ non habere locũ,
4 quãdo huiuſmodi † cõfeſſio eſſet facta abſente parte,
quia tunc matrimonium non probat,per l. certũ.§.ſi
quis abſente.ff.de cõfeſ. vt & not. in c. ſi cautio.de fi-
de inſtrum.& in terminis de matrimo.Alex.cõſ.154.
viſo themate.col.pen.volum.5.alios cõgerit Gabr.in
concluſ.1.de confeſ.nu.19.& nos ſupra tetigimus, in
concluſ.347.in verb.confeſſio nu.10.& ſeq.vbi latius
examinauimus materiã cõfeſſionis abſente parte fa-
ctę,cui addendũ putauimus in hoc articulo de matri-
monio Fran.Ven.int.conſ.matrim.conſi.61.nu.14.&
Paul. Menoch.inter eadem conſi.86.nu.36.& Ant.
Galeat. Maluet.inter eadem con.84.nu.10.
5 Sublimitabis hanc limitationem † non procedere
de æquitate canonica, quia ſecundum eam probatur
matrimoniũ, etiã ſi confeſſio ſit facta abſente parte,
vt notant Anto.Card.& Imo.in d.cap.ſi cautio.& de
communi teſtatur Dec.in conſi.163.ſub nu.11.verſ.
prætetea. quem etiam adduximus ſupra in dict.con-
culſio. 347. nu. 12. licet corruptè citetur ibi in conſi.
88.hanc eandem opinionem ſequitur Hierony.Grat.
inter conſi.matrimo.conſi.75.num.9.
6 Secundo ſublimita,† quando confeſſio eſſet gemi-
nata, nam tũc licet facta abſente parte probat matri-
monium.ita voluit Dec.in d.cõſi.163. nu.2.per doct.
Bart.in l.cum ſimus.C.de agric.& cenſi.lib.11.& tra-
didere ſcribentes.in d.cap. ſi cautio.ſubdentes, quod
ſaltem faciet ſolemnem præſumptionem per not.à
Barto.in d.l.admonendi. col. 10.verſ.item quarto, in
fi.ff.de iureiur.& ab alijs ibidem relatis.
Secundo loco limitatur primaria concluſ.vt verã
7 nõ ſit,† quãdo agitur de infringẽdo matrimonio, qa
tunc confeſſio coniugum non probat, nec ob eã ſolã
dirimendum eſt matrimonium, vt ad hoc extat con-
tex. vnà cum glo. vbi etiam omnes ſcribentes in d.
cap.ſuper eo.de eo,qui cognouit cõſanguineam.eiuſ-
dem fuit ſententiæ. Dec.in conſ.133.viſo proceſſu,&
illum refert ſequẽdo Anto. Gal. Maluc.in conſi.ma-
trim.conſi.87.nu.2.& Ang.de Caſt.ibid.conſi.33.nu.
2.& Ioan.Iac.à Can.conſi.19.nu.3. Pariſ. etiã in cõſi.
59.nu.17.volum.4.atque Couar.in 4.decre.par.1.c.4.
§.1.ſub num.5.
Amplia hanc limitationem, procedere, etiam in
8 matrimonio ſpirituali, † nempè monachatus, nec
enim in eo ſtatur cõfeſſioni monialis in præiudicium
ipſius monachatus, tex. eſt in c. viduæ de regul. in c.
quod interrogaſti.27.diſt.& refert ipſe Io.Iac. à Can.
inter conſ.matrimo.conſ.19.nu.5.
9 Sublimita modo in foro pœnitẽtiali, nã in eo cre-
ditur ipſi confitenti in ſui præiudiciũ iuxta ſententiã

glo.

Digitized by Google

glo. in cap. tua nos. de ſponſ. in verſ. qualiter, & in c. ſignificaſti. de homicidio. & eo caſu ſacerdos cōfeſſarius ipſi confitenti poterit pœnitentiam iniungere, ne ſecommiſceat, cap. veniens. de eo, qui cognouit conſanguineā c. inquiſitori. de ſenten. excommu. & c. mulier. de iureiu. ſequitur Hoſtien. in ſumma, titu. de eo, qui cognouit conſang. §. vlti. verſi. illud noto. & refert idem Io. Iac. à Can. d. conſi. 19. nu. 6.

Huiuſmodi tamen ſublimitationē intellige procedere duntaxat in foro pœnitentiæ, & ad conſulendū animæ confitentis, vt dilucidè diximus ſup. in cōclu. 337. nu. 4. in verſi. confeſſio coram ſacerdote, quibus præſentia annectimus rationē diuerſitatis. nempe qa iudex exterior verificare dēt ex his, quæ exteriora ſunt, & ſecundum præſumptionē iuris, & canonum.

10 Quare ſi quis † cōtraxiſſet ſponſalia de futuro, & poſtea ſit ſecuta copula, licet alter eorū coniugū fateretur cōfeſſario acceſſiſſe ad mulierē affectione fornicaria non autem coniugali, & ipſe confeſſarius iuſſu ipſius confitentis in apertū referat huiuſmodi confeſſionē, nihilominus iudex exterior non tenetur fidē habere ipſi confeſſioni cōtra matrimoniū, pro quo prǽſumitur prǽſumptione iuris, & de iure: præcedētibus. enim ſponſalibus, & ſubſecuta copula præſumitur cōſenſus ad matrimoniū, c. veniens. il 2. c. is, qui fidem dedit de ſponſ. de qua re nos infra, cū examinabimus, quomodo pſumatur matrimoniū ex copula ſecuta. at iudex interior cōfeſſarius ſcilicet, iudicat ex defectu cōſenſus coniugalis, qui ſibi cōſtat ex cōfeſſione ſibi facta, cui credere debet: non enim quis præſumitur immemor ſalutis ſuę, vt not. gloſ. in d. c. tua nos per c. ſancimus 1. q. 7. & ibi voluerūt Ab. Ant. de But. & Præpoſ. in d. c. is. qui fidem dedit ꝙ, & placuit Anch. in reg. poſ. colum. 7. de regu. iur. in 6. ad idem reſpondit Soc. in conſ. 28. volum. 1. & hoc ij ſenſere, quos adducit Cou. in epit. 4 decr. par. 1. c. 4. §. 1. nu. 9. & Arnal. Alb. de agnoſ. aſſert. hęret. q. 25. nu. 8. & 9. vbi inuenit cōtra Rom. in l. ne ſpeciali. C. de teſt. & aduerſ aſſecſas.

CONCLVSIO MXXXI.

ARGVMENTVM.

Ex copula ſubſecuta poſt ſponſalia matrimonium probari, & quouſque id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur ex copula ſubſecuta poſt ſpōſalia. Et cur num. 2.*

3 *Matrimonium adeo probatur ex copula ſubſecuta, poſt ſponſalia, vt non admittatur probatio in contrarium, nec admittatur confeſſio coniugum contra hanc præſūptionem, vt nu. 4. Contra. nu. 6.*

5 *In cauſa matrimoniali non ſtatur confeſſioni litigantis.*

7 *Matrimonium non probatur ex copula ſubſecuta poſt ſponſalia in præiudicium alterius matrimonij.*

8 *Matrimonium probatur ex nixu ad copulam poſt ſponſalia, etiam non ſecuta copula. Contrarium, nu. 9.*

10 *Matrimonium probatur ex copula etiam metu mortis ſubſecuta poſt ſponſalia.*

11 *Matrimoniū probatur ex copula ſubſecuta poſt ſpōſalia, etiā ſi ſponſus preſente ſponſa, & cōſentiente proteſtatus eſſet, nolle pro huiuſmodi copula matrimonio conſentire.*

1 Ad hæc matrimoniū præſumitur, † ex copula ſubſecuta poſt ſponſalia de futuro, tex. eſt in c. is, qui fidē dedit. de ſponſ. & probatur in c. veniens il ij. eo. tit. & in c. illis. & in c. ſuper eo. de condi. appoſit. & ibid. gloſ. & ſcribent.

2 Cōcluſionis noſtræ ratio eſt, † quia oritur præſumptio peccati, nempè fornicationis, & ideo potius eſt præſumēdum matrimonium, & ſic actus, licitus, quā delictū, l. merito. ff. pro ſocio. l. Quintus. de dona. int. vir. & vx. c. abſit. 11. q. 3. c. 2. de agnat. verſ. & præcipue in matrimonio. c. per tuas, & ibi gloſ. & Doc. de cōd. appoſi. & ſequit. Ant. Fran. de Doc. int. conſi. matri. conſi. 69. nu. 28. & latius Mart. Grat. ibi conſi. 17. nu. 4. & ſeq. nec ab re diximus ex copula ſubſecuta coitus enim præcedens ſponſalia nō inducit huiuſmodi præſumptionem. ex tex. in d. c. is, qui fidem dedit. & in d. c. veniēs. il ij. & ibi Ab. & Soc. in conſi. 28. colu. 3. volum. 1. Gram. conſi. 26. & alios ad hoc adducit Cou. in 4. decret. par. 1. c. 4. §. 1. num. 13.

3 Hanc concluſionem ampliabis, † adeo verā eſſe, vt non admittatur probatio in cōtrariū, cū ſit præſumptio iuris, & de iure, vt obſeruauit gloſ. in c. is, qui fidē dedit in d. c. de illis. & ibi ſcriben. atque gloſ. in c. ferrum. 50. diſt. vt & nos tradidimus ſup. in prin. tit. de præſumptio. q. 10. nu. 48. & ſeq. Quinimo huiuſmodi

4 ampliatio † adeo locū habet, vt nec etiā admittatur confeſſio coniugum contra hanc præſumptionē, ſi credimus Ab. in d. c. is qui fidē nu. 5. cui adhæret Feli. in c. quanto nu. 3. de præſumpt. quod, & placuit Alc. de præſump. in 2. par. nu. 9. quod, & ea ratione confir-

5 matur: nam in cauſa matrimoniali † nō ſtatur cōfeſſioni litigantis, per cap. ſuper eo. de eo, qui cognouit conſanguineam. ibi, propter eorum confeſſionem tantum ſeparari non debet.

6 Hęc tamē opinio nō placet † Coua. in 4. decre. par. 1. c. 4. §. 1. nu. 4. eaque promouetur ratione. nam licet non ſtandum ſit confeſſioni litigatoris, contra matrimonium, tamen ſi litigans, & contendens pro matrimonio fateretur aliquid aduerſus dictū matrimoniū, eſſet ipſi credēdum, & ad hoc allegat gloſ. in c. atteſtationes. de deſponſa. impu. in verſic. euaſiſſe. quam ibi Abb. dicit ſingularem. & Roma. in ſing. 614. in c. tu audiſti l. fi. C. de tranſac. prope fin. eo quia nō præſumitur. quod quis velit ſibimet contradicere.

conſang. vxoris ſuæ. Brunel. in d. concluſ. 29. nu. 2. &
Franc. Mar. d. quæſt. 754. in fin.

Quæ aũt ad ſingulorum impedimentorum proba-
tionem pertinent, ſuis locis opportunis examinanda
relinquuntur, ne eadẽ ſępiùs repetantur. Intereà illud
non præteribo, circa huiuſmodi impedimẽta aliquã-
34 do diſpenſari, quæ diſpenſatio, † cũ pendeat à volun-
tate principis, præſumitur difficilis, & ẽt impoſſibilis,
licet ſit de ſolitis concedi, vt reſpondit Ioan Baptiſta
Plot. inter conſ. matrim. conſ. 87. nu. 10. Quæ autem
35 † ſint iuſtæ cauſæ diſpenſandi, & quibus caſib. diſpen-
ſetur, & quæ narranda ſint, hęc omnia tibi ſoppedita-
bit Abb. in c. quia circa, de conſang. & affinit. & poſt
alios Mandoſ. in tract. de ſignar. grat. fol. mihi 43. &
Nauar. in manuali confeſſ. c. 22. nu. 87.

CONCLVSIO MXXXVI.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur matrimonium clande-
ſtinum, & an ex eo præcipuè, quòd illud
contractum ſit nõ præmiſſa denunciatio-
ne publicè in eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium clandeſtinum ex eo probari, quod illud cõ-
tractum ſit non præmiſſa denunciatione publicè in ec-
cleſia. Contra. & verius. nu. 4.*
2 *Matrimoniũ in faciem eccleſiæ quando dicatur contrahi.*
3 *Matrimonij clandeſtinitas, quibus in caſibus conſideretur.*
5 *Matrimonium clãdeſtinum ex eo probari, quod celebra-
tum fuerit ſecreto, ſine teſtibus, vel cum duobus teſti-
bus tantum.*
5 *Matrimonium ne dicatur clandeſtinè contractum, non ſo-
lum requiruntur quinq; teſtes, ſed etiam debent ipſi te-
ſtes a ſponſis ad id fuiſſe adhibitos, & rogatos.*

Matri-

1 Matrimonium eſſe clādeſtinè † cō-
tractum ad effectū
illegitimitatis prolis, ex eo probari poterit, ſi cōſtabit
contractū fuiſſe non præmiſſa denunciatione publi-
cè in eccleſia, iuxta diſpoſita in c 1. cum inhibitio. in
* prin. de cland. deſponſat. vbi * communiter Doct. hoc
affirmant, quos refert, & ſequit̃ Soc. in conſ. 46. diſpu-
2 tatur in puri. nu. 48. lib. 2. nam dr̃ in faciē eccleſiæ † cō-
trahi matrimonium, quando proponuntur edicta, &
ſeruatur forma de qua in d. c. cum inhibitio, et ita cō-
cludunt Inn. Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. in c. ex te-
nore. qui fil. ſint legit. vbi præterea animaduertunt
non ſufficere matrimonium contractū fuiſſe conuo-
catis amicis, & nemine excluſo, prout obſeruant Lō-
bardi, ſed præter hęc ꝓponenda ēt ſunt edicta, & hoc
idē ſenſit Soc. ſen. in cōſ. 17. ſupradicta cauſæ poſitio.
poſt nu. 5. verſ. quinimò cum ſit actus. vol. 1. & huius
ſnīæ etiā fuit Præpo. in c. ꝙ nobis, eo. tit. & iuxta hāc
opinionem pulchrè reſpondit Ruin. in conſ. 14. nu.
10. lib. 3. quo in loco etiā reſpondet ad auctoritatem
Oldr. in conſ. 256. & quorundam aliorum aſſerētium
contrarium. iſtud quoq; eſt amplexus Ceph. in conſ.
3 503. lib. 4. vbi col. pen. tres caſus † in propoſito diſtin-
guit; Primus eſt, qñ nullum ſubeſt impedimentū, &
tunc clandeſtinitas nō ſpectatur, nec vlla attenditur,
quoad validitatē matrimonij, & legitimitatē prolis.
Secundus eſt, vbi ſubeſt aliquod impedimentū, dum-
modò non ſit impedimentū gradus prohibiti, & tūc,
ſi matrimoniū ſit cōtractū in faciem eccleſię, & ſaltē
ꝑ alterū ignoretur impedimentū, hoc caſu matrimo-
niū ſuſtinetur, & filij legitimi putātur, ēt ſi nō ſit ſer-
uata forma d. c. cum inhibitio. Tertius, & vltimus eſt
caſus, qñ ſubeſt, vel conſanguinitatis, vel affinitatis
impedimentū, & tunc ſatis non eſt matrimoniū cō-
trahi in faciē eccleſię corā amicis, & conſanguineis,
ac nemine excluſo, ſed ante omnia requiritur forma
ſpecialis tradita in d. c. cum inhibitio, alioqui matri-
moniū clandeſtinum rectè cenſetur, & proles ex eo
matrimonio concepta illegitima putanda erit: vt ibi
per eundem Ceph. & dicebat coram me in vna Plac.
hęreditatis illorum de Zambertis Mag. Dom. Nico-
laus Supranus ex vna aduocatus, q doctè, & ſubtili-
ter conabatur hāc partē tueri: & idē affirmabat alius
excellens coaduocatus Do. Io. Matthæus Amizonus
Placent. et hanc opinionē de iure ſcripto non habere
dubitationē prodidit Soc. iun. in cōſ. 86. nu. 53. vol. 2.
** vbi ita magis ** cōiter ſcribentes voluiſſe affirmat.
4 A contraria ſtabat ſnīa † præclariſſim. dom. Petrus
Antonius Petra partis aduerſæ patronus, & huius ci-
uitatis Placentiæ aduocatus inſignis, qui, itidē veris,
& ſolidis rationibus partes ſui Clientis tuebatur, & ꝓ
hac opinione, ꝙ ſcilicet ſufficiat matrimoniū fuiſſe
contractum palam in faciē eccleſiæ cōuocatis ami-
cis nemine ſerioſe excluſo, ēt non ſeruata forma d. c.
cū inhibitio. eſt in terminis reſponſum Oldr. in conſ.
256. Clemens Epiſcopus. nu. 4. & ſeq. de quo etiam p
Abb. in d. c. cum inhibitio, nu. 9. de clandeſt. deſpōſa.
* & hanc eſſe * cōem Theologorum, & Canoniſtarum
ſnīam docet Io. Lup. in ſuo tract. de matrim. in 2. par.
princ. nu. 14. vbi nu. 18. oſtēdit hanc ēt fuiſſe opinio-
nem Inn. in d. c. cum inhibitio, & in d. c. ex tenore in
contrarium ſuperius allegati, idē docuit Crot. in cōſ.
304. nu. 8. lib. 3. Hoſt. etiam in priori opinione cōtra-
ria citatus ſequitur hanc partē in ſumma. tit. de clan-
deſt. in §. quot modis. dum præſupponit, quod bene-
dictio, & bona ſint ſolemnitatis, quę requirūtur ho-
neſtatis, non neceſſitatis cauſa. idem Hoſt. id confir-
mauit, qui in d. tit. in ver. quæ igitur. quando loquitur
de matrimonio regis Franciæ, præſupponit bann. et
facta nulli eſſe vſui, & nihil obeſſe prætermiſſa, licet
tutius eſſet, ſi fierent. hoc idem tradidit Io. And. in c.
conſtitutus de conuerſat. quem refert Io. Lup. loco
ſuperius citato, nu. 10. & veriſſimum hoc eſt arbitra-
tus Card. Zabarel. in d. c. cum inhibitio, col. 2. & in d.
c. conſtitutus. & idem cauit in d. c. ex tenore. ſubdens
ibi, ꝙ licet Io. And. vnū ſemel dixerit, ꝙ requirantur
banna, tñ mentem concludentem eiuſdem Io. And.
fuiſſe, vt non requirerentur. ſed tñ ſufficeret, quod pu-
blicè ſit contractū matrimonium, vt refert idē Lup.
in d. tract. de matrim. in 2. par. prin. ſub nu. 10. nec ab
hoc receſſit Spec. in tit. de clādeſtinit. & Petr. de Peru.
in d. c. cū inhibitio. & latè hanc opinionē proſequi-
tur, & defendit Rol. à Val. in conſ. 93. nu. 25. vol. 3. ſe-
quens, & referens multos ibi congeſtos, reiecta opi-
nione Inn. & aſſeclarū, ac ſpreta diſtinc. Ceph. in cōſ.
503. vol. 4. quatenus ipſe voluit, quod obſtante impe-
dimento ſanguinis, omninò ſint ſeruandæ ſolemni-
tates, de quibus in d. c. cum inhibitio. quibus accedit
Gram. in conſ. ciuil. 168. per tot. dū admonuit ex ſen-
tentia Theolog. & Canoniſt. per eum ibi citatorum;
requiſita in dictis iuribus nō eſſe de eſſentia, & forma
matrimonij, & legitimationis prolis, ſed tm̃ de ſolē-
nitate, & ad decorem ipſius inducta. idem firmat Io.
Lup. in d. tract. de matrim. in 2. part. prin. num. 14. vbi
* * cōem dicit hanc eandem ſnīam ſequutus eſt Ruin.
ſibi contrarius in conſ. 51. nu. 15. vol. 5. & in cōſ. 100.
nu. 2. in fi. vol. 3. idem ēt voluit Ceph. ſibimet diſſimi-
lis in conſ. 82. nu. 26. & ſeq. & conſ. 276. nu. 15. volu. 2.
dum ibi aſſerit matrimoniū non dici clandeſtinè cō-
tractum ſi publicè corā teſtibus, & amicis ſit celebra-
tum, idq; poſtremò obſeruauere Dec. in cōſ. 153. Iaſ.
in cōſ. 156. vol. 4. & Crot. pulchrè in d. cōſ. 304. n. 7. &
* plurib. ſeq. lib. 2. vbi dicit hāc cōem, * & verā opinio-
nē, quā ēt approbat Alex. in c. pen. & vlt. q fil. ſint leg.
hāc ēt opinionē defendit ex multis rationib. & aucto
ritatib. Did. Cou. in 4. decret. in 2. par. c. 6. in prin. n. 10.
ibiq; teſtat̃ hāc opinionē eſſe morib. receptā, & opti-
mè affirmat Anch. in d. c. pen. nu 4 q fil. ſint leg. verſ.
quęro, qñ matrimoniū dicat̃ contrahi in faciē eccle-
ſiæ. dicens ibi durū eſſe tenere opinionē Inn. & aſſe-
ctatorum, & ꝙ imò ſufficiat matrimoniū cōtractum
eſſe cōuocatis amicis, & palā, ac publicè, q a hoc mo-
do dr̃ ſeruata mens d. c. cū inhibitio. licet non ſit ſer-
uata cortex verborum dictæ conſtitutionis. Et vt no-
ſtrā afferamus hāc ſnīam, arbitror nō eſſe recedēdum
ab hac poſteriori opinione, vt quoad fieri poſſit fa-
ueamus matrimonio, & legitimitati prolis: nā, vt ꝓ-
ditū reliquit Inno. in d. c. cū inhibitio, de cland. deſp.
non oportet in hac materia matrimonij multū ſubti-
lizare pp periculum illegitimitatis. & idem ibi tenet
Zabar. Anto. & alij, quos refert, & ſequitur Lup. in d.
tract. de matrim. in 2. par. ſub nu. 18. & hinc dixit col-
lect. in c. ex tenore, n. 4. qui fil. ſint leg. & Inn. in d. c. cū
inhibitio, nu. 3. quod eccleſia debet tolerare, & excu-
ſare matrimonium quantum poteſt, pp idem pericu-
lum illegitimitatis, & in eandem deſcendit ſententiā
Dec. in conſ. 153. col. 2. & Pariſ. conſ. 13. col. 3. vol. 2.
5 Secundo loco matrimoniū clandeſtinum † probari
ex eo, quod celebratū fuerit ſecreto ſine teſtibus, vel
cum duobus teſtibus tantum, me docuit Soc. iun. in
conſ. 86. diſputatur in præſenti, nu. 47. vol. 2. motus ex
doctrina Bar. in l. 2. C. de his, qui ex publ. ratio. lib. 10.
vbi tradidit, quod ſi aliquid cōſueuit fieri publicè, vt
matrimoniū, & aliquis contraxit matrimonium co-
ram duobus teſtibus, quod tunc dicatur clàm contra-
xiſſe matrimonium, & ad id citat cōtext. in l. vlt. ff. de
rit. nupt. quam ſententiam Bar. ſequitur ēt And. Barb.
in conſ. 26. clementiſſimū Deum, col. 1. in prin. lib. 4.
& ipſi bene fauet gl. in c. cū inhibitio, in verb. clande-
ſtina, de cland. deſponſ. dum dicit tribus modis poſſe
nūcupari matrimonium clandeſtinum, & inter alios
modos primo loco ponit matrimonium dici clāde-
ſtinum, quando celebratur ſemotis teſtibus. Nam qñ
matrimonium ſit contractum non adhibitis ſaltem
quinque teſtibus clandeſtinè dicitur factum, vt poſt
Capr. Pariſ. Ruin. & alios quos allegat, aſſeruit Ceph,

in conſ.82.nu.26.& ſeq.& in conſ.276.num.15.

6 Iſtud amplies velim,† vt nedũ requiratur numerus quinq; teſtium,ne matrimonium dicatur clãdeſtinè contractum, ſed etiam debeant ipſi teſtes à ſpõſis ad id fuiſſe adhibitos,& rogatos, ſecũdum eundẽ Ceph. poſt alios,quos citat in conſ.503. num.15.

CONCLVSIO MXXXVII.

ARGVMENTVM.

De collegio quem eſſe per matriculam probari, in qua huiuſmodi deſcribi ſolent, & quouſque id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Matricula probat in ea deſcriptos eſſe de collegio,& in aſſerentem contrarium onus probandi transfert.*
2 *Pro matricula in dubio præſumitur.*
3 *Matricula probat in ea deſcriptos eſſe de collegio,etiã ſi ſint cancellati,niſi appareat,quod legitimè fuerint cancellati.*
4 *Notarius præſumitur qui deſcriptus eſt in matricula notariorum. Contrarium,nu.5. Conciliatio,nu.6.*
7 *Notarius præſumitur, qui deſcriptus eſt legitimè in matricula notariorum,alias ſecus.*
8 *Matricula probat in ea deſcriptos eſſe de collegio,cum exercent artem, vel ea, quæ ad collegium pertinent, alias ſecus. Contrar.num.9. Intellige,vt num.10.*

1 Matricula, in qua† ſcribi debẽt nomina eorũ, qui ſunt de collegio, adeò pbat in ea deſcriptos eſſe de collegio, vt faciat haberi p priuatis eos,qui nõ ſunt in ea ſcripti, iuxta ſnĩam Accurſ. in l. eos.C. de offic.mag. mil.Bar.in l. matriculam.C.de agen.in re.libro duodecimo. & in l.ſcriniarios. C.de teſtam.mil. & in l.petitionẽ. C. de aduoc.diuer.iudic.cui adheret Bal. in l.ſcrinarios, & trãſfert onus probãdi in aſſerentẽ deſcriptũ in ea nõ eſſe de collegio,vt voluit Bar.in l.vlt. C.de reb.cred. & in l.Titiæ textores,ſ prin.ff.de leg.1.in l.illa,de ver. oblig.& in l.is põt.ff.de acquir.hæred.ꝙ comprobat, & Bald.in l.2.C.de bonor.poſſeſſ.ſecundum tab.& in l.mulier.ff.ſol.matr.Ang. ẽt in §. his omnib. in auth. de hered. & falc. & ratio eſt, quia in dubio præſumiẽ

2 pro matricula,†quia cõfert quaſi poſſeſſionẽ. ita Bal. in d.l.ſcriniarios,per l.ſolemus, C.de fid.inſtr.& facit tex.in l.ex eo tempore. ff.de mil.teſt.

3 Amplia, vt iſtud etiã ſit verũ in illis,† qui fuerunt cancellati in matricula,qui, cũ pro eis cãcellata matricula faciat preſumi,nõ habetur pro nõ ſcriptis,niſi aliaſ appareret,quod legitimè fuiſſent cancellati, ita notat Bald.in d.l.ſcriniarios.per ea,quæ habentur,& notãtur in l.ſi præſes,C.quomodo,& quãdo iudex.& in authen.ſi quis,C.de teſti.quo in loco etiã ſubiũgit ſtandũ eſſe arbitrio iudicis, nunquid fuerit legitimè, vel nõ legitimè cãcellatus,cũ ex eius officio determinari debeat,etiã lite nõ cõteſtata,quia agitur ad factũ iudicis,nõ ad factũ partis,id eſt, vt iudex declaret, & faciat per ſuum notariũ ad perpetuã memoriam regiſtrare id,quod ſit iuris, prout etiam inquit fuiſſe de mente Iac.Butr.in auth.qui ſemel,& quan.iud.

4 Hinc infertur, quod† quis eo ipſo præſumitur notarius, quod reperitur ſcriptus in matricula notariorum:ita voluerẽ Bald. Sal. Rom. Caſt. & Cor. in d.l. ſcriniarios.idem Bald.in l.2.ff.de offic.præt. & in l.2. C.de ſent. Ang. in conſ. 140. Lud. Rom. in l. in iſta, col.9.ff.de verb.ob.Iaſ.in d.l.2.in 4.limitatio. vbi appellat illam veram, & * communem opinionem.

5 Contrarium tenuit† Matt.Sillim. quẽ refert,& ſequitur Ioan.Andr.in addition. ad Specul. in titul.de inſtrumentorum editione, §.reſtat, in ver. & ſcias. per text.in l. Herennius, ff. de decurionibus. iuncta gl.vbi habetur, ꝙ quamuis fuerit deſcriptus in albo, non tñ præſumatur decurio, & iſtam opinionẽ dicit * de iure* veriorẽ Alb.de Roſ.in l.cõpreſſimus. col. 1. C.de fid.inſt.& hoc idẽ approbanr Bar.& Inn.& Fel. in c.1.de fid.inſtr. nu. 19. qui adducit rationem huius opinionis, videlicet, quia matricula non aſſerit tpe deſcriptionis illum fieri notarium, ſed aſſerit eum de præterito factum eſſe, ergo non probat illum actum præteritum,per notata in auth.ſi quis in aliquo. C.de eden.& per Inn.in c.quoniam contra.de prob.

6 Veruntamen ad ſedandas†has ſcribentiũ lites, poterit adduci id,quod dixit Fel.in d.c.1.eo. num.19.& voluit Alex.in d.l.ſcriniarios.& Ant.de But.d.c.1.de fid.inſt.videlicet diſtinguẽdo, vt ſi loquamur in matricula cõfecta a auctoritate ſuperioris, qui potuit eos notarios creare,& notariatũ conferre,procedat prior opinio,quòd præſumatur pro ea, & illi deſcripti pręſumanẽ tales:ſi verò confecta ſit ab alijs,quibus non competit talis facultas creandi notarios, tunc matricula facit ſolum quandam præſumptionem,non aũt probat titulũ, & ideò quamuis notarij regulariter in ciuitate conſtituant collegium, & habeant matriculam,tñ talis matricula non probabit quem notarium eſſe,ex quo ipſi non habent auctoritatem creandi.

Et ex hac opinionum conciliatione elicere poſſu-
7 mus limitationem ad concluſionem,† vt ſcilicet illa procedat quando deſcripti in matricula conſtaret,ꝙ aliàs legitimè fuerunt deſcripti, & re vera reperiũtur tales,quales eſſe deberent, vt poſſent deſcribi in matricula,vt quia accedant alia neceſſaria: nam tũc pro illis bene præſumitur, ſecus ſi non legitimè reperiuntur aſcripti; quia tali caſu pro non ſcriptis habentur, & matricula ipſis nihil prodeſt, cũ matricula per ſe non ſufficiat,nec probet quẽ eſſe notarium,vel ſcholarem,ſi re vera nõ eſt,ita notat Bal.in d.l.ſcriniarios. per ea,quæ notantur in l.pen.ff.ex quib.cauſ.manu.& in l.eos.C.de offic.mag.mili.idem voluit Bart. in d.l. ex eo tempore.ff.de teſtam.milit.& huc ſpectant ſuprà adducta in contrariam opinionem.

8 Secundò limita,† vt etiã tunc matricula probet in ea deſcriptos eſſe de collegio,quando exercerẽt artẽ, vel ea,quæ pertinent ad collegium,vel matriculam, aliàs ſecus:ita limitat Bar.in d.l.petitionem.C.de aduoc.diuerſo.iud.per text. in l. qui ſub prætextu. C.de ſacroſ.eccleſ.& in d.l.ſcriniarios.C.de teſtam. milit. cum quo ſenſit Fel.in d.c.1.de fid.inſtr.nu.19.per tex. in l.1.in prin.ff.de tribu.& ratio eſt, vt ibidem inquit Fel. quia ſine exercitio perditur nomen.

9 Contrarium † voluit Ant. de Butr. in c.maiores in prin.de baptiſ.quam ſententiã confirmant ea,quę dixit idem Feli. in c.1.in 8.fallen.de prob.de deſiſtente ab actu, qui ideò non perdit nomen præſertim cum quis præſumatur talem artem, & ſpectantia ad collegium exercere,adeò vt negans debeat illud probare, vt obſeruat Bal. in rubr. C. de exercitor.

Qui priorem opinionẽ ſequi maluerit,illam intel-
10 ligat ſaltẽ quò ad priuilegia†illius collegij, & matriculæ,quib.frui non licet niſi in ea deſcripti exerceant ſpectantia ad collegium,prout ipſemet Bar. declarat in d.l.qui ſub prætextu.& in d.l.ſcriniarios. & Bal. in auth.habita.col.8.C.ne fil.pro patr. & idem Bar. in l. ſub prætextu.C.de ſuſcep.& iur.lib. 12.

CONCLVSIO MXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Medicorum dicto quibus in caſibus ſit adhibenda fides,& quomodo,& quatenus.

SVMMARIVM.

1 *Artifici credendum eſt in arte ſua.*

2 *Medicis fides eſt habenda in ijs, quæ ad artem medicam pertinent.*
3 *Medicorum teſtimonio alicuius ægritudo probatur.*
4 *Medicorum iudicio ſtandum eſt ſuper corruptione aeris, & ſuper bona, vel mala citati valetudine.*
5 *Medicorum teſtimonio credendum eſt, an vulnus lethale ſit necne.*
6 *Medicorum dicto ſtandum eſt, an vulneratus deceſſerit ex vulnere, an cuſtodum culpa, vel negligentia.*
7 *Medicis creditur venenone, an alia de cauſa, qs interierit*
8 *Medicis eſt adhibenda fides ſuper vulnere teſtantibus, an ex eo ſit in facie vulnerati remanſura cicatrix.*
9 *Medicorum teſtimonium ſuper vulnere recipitur, etiam deductis teſtificatis.*
10 *Medicis credendum eſt, an teſtator fuerit furioſus, an ſanæ mentis.*
11 *Medicis etiam nõ doctoratis creditur in ijs, quæ ad medici nam pertinent, modo illi ex communi loquendi conſuetudine medici dicantur.*
12 *Medici qui dicantur.*
13 *Medicorum appellatione qui veniant.*
14 *Medici non doctorati medicorum doctoratorũ inſignia geſtantes incidunt in pęnam falſi.*
15 *Medicis creditur, etiam ſi nõ reddant rationem dicti ſui.*
16 *Medicis creditur, etiã ſi non pducantur in figura iudicij*
17 *Medicis creditur, etiam ſi vnus ad alterius dictũ ſe reijceret, ſeque alterius iudicio ſubſcriberet.*
18 *Medicis non creditur electis ab vna parte tantũ, vel alia ignorante, vel inuita, vel ſine iudice.*
19 *Medici à iudice eligendi quo pacto eligendi.*
20 *Medicis creditur modo diligens iudicis inquiſitio pcedat.*
21 *Medici ſuper vulnere teſtantes intra quod tempus iudicium ferre debeant.*
22 *Medicos ad minimum duos eſſe eligendos, vt illorũ dicto fides habeatur in ijs, quæ ad medicinam pertinent. Niſi partes vnum tantum elegiſſent, & vno tantum fuiſſent contentę, vt num.23.*
24 *Medicus vnus tantum ſatis eſt, cum in ciuitate vnicus ſolum reperitur.*
25 *Medici vnius electio non eſt ſatis, etiã ſi in ciuitate vnicus ſolũ reperiatur, cum agitur de cã ardua, vt de hominis morte: nam è ppinquioribus locis alij cõuocãdi ſunt Medici. Secus è longè remotis: ibid. Contr. nu.26.*
27 *Medici vnius electio non ſufficit, et ſi in ciuitate vnicus tantum reperiatur, cum is imperitus eſſet.*
28 *Medicus, vt dicunt, nouellus imperitus præſumitur.*
29 *Medici vnius electio non ſufficit, et ſi in ciuitate vnicus tantum reperiatur, cum in ea extaret ſtatutum, vt plures debeant adhiberi. Niſi procederetur ſola facti veritate inſpecta, vt nu. 30.*
31 *Medici vnius dicto creditur concurrentibus alijs coniecturis, quæ illius dictum adiuuarent.*
32 *Medici vnius dicto creditur cum inter plures adeſſet peritiſſimus publicè electus.*
33 *Medici vnius dicto creditur, quando is probaret innocentiam, vt vulnus illatum non fuiſſe lethale.*
34 *Medicis creditur iuratis.*
35 *Medicis vt credatur iurare debent in præſentia partis, vel ad id vocata.*
36 *Medicis ſpeciatim deſtinatis ad officium viſitandi ſatis, ſi initio officij ſemel iurauerint, nam tunc non tenentur iurare in qualibet viſitatione.*
37 *Medici iurare tantum tenentur de credulitate.*
38 *Iuramenti forma à medicis præſtanda.*
39 *Medicorum iudicium, & ſententia nunquã tranſit in iudicatum. Contrar. nu.40.*
41 *Medicis peritis examinatis, & publicatis poſsũt alij peritiores in contrariũ examinari non obſtãte publicatione.*
42 *Statutum loquens de teſtibus non habet locũ in medicis peritis adhibitis ad teſtificandum ſuper ijs, quæ pertinẽt ad artem medicam.*
43 *Medicis inter ſe diſſidentibus, an ſcilicet vulneratus ex vulnere deceſſerit, in dubio contra percuſſorem inquiſitum præſumendum eſt, nimirum vulneratum ex vulnere deceſſiſſe. Contr. nu.44.*
45 *Vulneratus ex vulnere præſumitur mortuus, cũ vulnus eſt illatum in loco periculoſo, in quo mors ex tali vulnere ſequi ſolet: ſecus ſi in loco non periculoſo. nam tunc cõtra percuſſorem non iudicatur, medicis etiam ſuper hoc diſſidentibus.*
46 *Medicis inter ſe diſſidentibus, an vulneratus ex vulnere deceſſerit, in dubio contra percuſſorẽ non eſt præſumendum, cũ numerus, & dignitas medicorum, qui ſunt cõtrarij, eſſet æqualis, vel omnes dicerent veriſimilia.*

TRITUM EST, & in omnium ore verſatur
vetus illud adagiũ, Artifi-
1 ci † credendũ eſſe in arte ſua; & meritò ſanè. nã eos,
qui illius rei, quæ in controuerſia verſatur, naturã be-
nè calleant cõſulendos eſſe oſtendere voluit, & Imp.
Iuſtinia. in §. ꝙ autem. autſien. de non alienand. aut
permutãd. reb. eccl. Quo circa ad hoc optimè dicere
ſolebat Spec. in §. videndũ reſtat. nu.26. verſ. hoc quo
2 que de probat. medicis † fidem adhibendã eſſe in ijs,
quæ ad artem medicam pertinent. cuius ſpeculatoris
doctrinã refert, & probat Iodoc. Damohud. in Enchi.
par. aut ſimili. iu. in verb. medicus, & obſtetrix.
Ex hoc verò axiomate multa cognitu perutilia di-
manarunt. Primò enim colligitur, ꝙ alicuius ægritu-
3 do † medicorum teſtimonio pbatur, vt viſum eſt Bar.
in l. cõtumacia. §. pęnam. ff. de re iudi. idq; egregiè p-
bat Gordian. Imper. reſcriptũ in l. ſemel. C. de re mili.
lib. 12. quo in loco reſcripſit, militẽ è militia ægritu-
dinis ergo nõ debere mitti, niſi medicis hoc denun-
ciantibus. huc item ſpectat, quod ait idem Bart. in l.
1. ff. de ventr. inſpicien.
4 Secundò loco ex eodẽ fit, vt medicorũ iudicio † ſu
per corruptione aeris, & ſuper bona vel mala citati
valetudine ſit acquieſcendum, vt decidit Fran. Marc.
deciſ. Delph. 319. nu. 12. par. 2.
Tertius nõ minus vtile ex eodem elicio, cõfugiẽ-
5 dũ eſſe † ad medicorum teſtimonium, an vulnus ſit
nec ne lethale, cum id per ſe iudex plenè cognoſcere
nequeat, & ꝙ illis tunc credendũ ſit, teſtatur Bart. in
procem. ff. orum in prin. col. 4. verſ. itẽ nota. quæ ſnia
omnes fere ſcribentes habet aſſeclas, vt doct. in c. ſi-
gnificaſti. il 2. de homicid. & in c. propoſuiſti. de pro-
bat. Spec. in tit. de homicid. nu. 4. Veronen. in cõſ. 23.
num. 17. & in conſ. 61. nu. 4. Angel. in tract. maleſi. in
verſ. vna percuſſione, & vulnere. in princ. Dec. in cõſ.
415. in prin. eundem Bar. in tract. de percuſ. colum.
pen. verſ. quid ſi eſt percuſſus. & in l. ſi rixa. ff. de ſicar.
& plurimos alios adductos à Boe. q. 323. nu. 21. & idẽ
dicit Alexan. in conſ. 148. in prin. lib. 2. & hanc ſentẽ-
* tiam * ab omnibus receptam ait Placc. lib. 1. delicto.
ca. 23. num. 6.
Superiori quoq; proximum eſt, nos eorundẽ medi
6 corum dicto † eſſe debere parentes, an vulneratus ex
vulnere, an verò cuſtodientiũ culpa, vel negligentia
deceſſerit. ita voluit Alb. in d. procem. ff. orum. nu. 14.
& in 3. par. ſtat. q. 36. incip. itẽ quid ſi aliquis. & ita in
praxi ſeruari dixit Boſſ. tit. de homic. n. 112. quẽ refert
Clar. in praxi crim. §. homicidium. num. 43. qui tamẽ
dicit tutius eſſe quoad hoc iudicãtis arbitrio relinquẽ
* dum eſſe: itaq; cõcludi * cõiter per Doct. ex allegatis
per ipſum. ad quod multos adducit Menoch. de arb.
iud. cau. caſ. 275. nu. 1. lib. 2. cent. 3.
7 Ab eodẽ pronunciato exijt, vt credatur † medicis
venenone, an alia de cauſa qs interierit, vt reſpõſum
eſt ab Alex. in conſ. 116. lib. 3. quẽ refert Boſſ. in tit. de
delict. nu. 7. qui addit ex eodem iudicium medicorũ
præferri confeſſioni ipſius inquiſiti: tu ipſum videas.
8 Ex eodem manat, † fidem medicis adhibendã eſſe
ſuper vulnere teſtantib. an ex eo ſit in facie vulnerati
remãſura cicatrix, vt docuere Bar. & alij in d. l. ſemel.
C. de re milit. lib. 12. ex quo Angel. in d. tract. maleſi.

in verb.cicatrix.admonet iudices,vt mittãt medicos ad videndum,iudicandum,& referẽdum,an cicatrix ſit remanſura,de quo p Ang.in conſ.144.incip.ſuper primo quem refert Aug.ad Ang.in d.verſ.cicatrix.

9 Quod adeò verũ eſt,†vt eorundem teſtimoniũ ſuper hoc recipiatur etiã deducitis teſtificatis, vt grauiter,& doctè docet Bald.in c.cum cauſam,col.1.de prob.vbi id obſeruatione dignũ arbitratur; vt & cenſuit Marſ.ſing.66.publicatis. quem referẽdo ſequitur Menoch.de arbit.iud.cau.q.34.nu.9.lib.1.

10 Poſtremò oritur ex eadem concluſione,†vt iiſdem medicis credatur, an teſtator fuerit furioſus, an ſanæ mentis,iuxta ſententiam Bar.in l.2.ff.de teſtam.& in l.1.ff.de vent.inſpicien.

11 Primò amplianda eſt eadẽ cõcluſio,vt vera ſit,†in medicis etiam non doctoratis,modò illi ex communi loquendi conſuetudine medici dicantur: ita ſenſit Bar.in l.ſciendum,§.illud.ff.de ædil. edict. hoc idem aſſeruit Io.de Ana.in rubr.de magiſt. quos refert, & ſequitur Fel.in d.c.propoſuiſti,in fi.quod verò nõ ſit neceſſe,quod medicinæ inſignia fuerint conſequuti, probat Alex.in conſ.15.col.vlt.nu.11.lib.1.hancque receptam dicit ſententiã Plac.d.c.14.nu.19.& ſolent ideò adhiberi chirurgi,& tonſores, teſte Clar. in d. §.
12 homicidiũ,nu.43.nam medici dicuntur, †qui alicui parti corporis medicinam adhibẽt,vt inquit Bar. per illum tex.in l.1.in prin.ff.de varijs,& extraord. cogn.
13 quare illorum appellatione † veniũt etiam obſtetrices,& qui dolores dentium,ſeu auricularum curant, niſi id faciant per incãtationem,vt loquutus eſt Bal. in l.1.C.mand.& poſt alios Boer.in d.q. 323. nu. 20.

Verùm ad maiorem huius ampliationis explica-
14 tionem non eſt ignorandum,†quod licèt medicis ẽt non doctoratis credatur,eos tamen huius eſſe conditionis,quod ſi monilia deaurata geſtent, incidant in pœnam falſi,vt in eandem prolabuntur,ſi equorum, vel mulorum phaleris inauratis incedãt ,vtpotè qui ea ſibi indecora inſignia ſumere præſumpſerint, licet etiam eſſent licẽtiati,vt concludit Fran. Mar. Conc. Delph.q.34.par.1.

Secundo loco ampliatur eadem concluſio,proce-
15 dere,etiam ſi iſti † medici nõ redderent rationem dicti ſui: ita generatim de peritis in arte loquendo,dicit Dec.in d.c.propoſuiſti,nu.11.poſt Aret.in c.cauſam, de teſtibus. Decium verò referendo ſequitur Alb.in conſ. 20. num.15.

16 Tertiò velim amplies,† etiã ſi iſti medici non producerentur in figura iudicij,ſed die feriata examinarentur,vt viſum eſt Ang.in l.2.in prin.ff. de fer. & ibi Roma. idem probauit Aret. in l.1.§.vlt.ff.de verbor. obligation.

17 Quartò poteris ampliare, † etiã ſi vnus ad alterius dictum ſe reijceret,ſeq; alterius iudicio ſubſcriberet, vt placuit Ang.in l.ſi quis,§. 1.ff.de eden.et ſẽſit Dec. in d c.propoſuiſti,nu. 15.

18 Limitanda nunc eſt concluſio,† vt locũ non hẽat, cum fuiſſent electi medici ab vna parte tantum alia ignorãte,vel inuita,vel ſine iudice, eligi namq; dẽnt partium cõſenſu, vel ipſis diſſentientibus à iudice,ſic aſſeruit Io.And.in addi. ad Spec.tit.de homic.eiuſdẽ fuit ſentẽtiæ Gand.in tract.malef.ſub rub. de homic. in quæſt. quæ incipit, Quæſtio eſt dubitabilis. quem refert Aug.ad Ang.co d.2.verſ.ex interuallo.& habemus à Bart.in d.procem.fforum.& in d.l.1.ff.de vent. inſpi.atq; ab Abb.Fel., in d.c. propoſuiſti , nu.6.& ab Ang.in l.hac edictali ,§.is illud, C.de ſecund.nup.

19 Sublimitandum eſt, ꝙ diximus,de iudice,†vt id facere debeat in præſentia partis;cõtra quàm mittitur, vel ipſa citata,vt poſſit,ſi velit, opponere contra electos,eidemq; hora,& die viſitationis præfinita,vt de his tradit Bar.in l.Th eopompus,nu.8.ff.de dot.prele. cui alij conſentiunt, vt ait Didac.Couar.lib. 2.var.reſolut,c.17.nu.5.in 6. & 9.concl. qui alia etiã affert ex Bart. ad huiuſmodi peritorum materiam facientia.

20 Limita concluſionẽ ſecundo loco procedere†modò diligens iudicis inquiſitio præcedat, qui impoſita medicis relatione de ipſa ab illis diligẽter inquirat, omniaq; in publicos libros referenda curet: ita docet Bar.& ibi Ang.in d.l.ſemel. eidem opinioni accedũt Bal.& ibi Aret.ac Fel.atq; Dec. in d. c.ꝓpoſuiſti.vbi additio.author ad Abb.nu.11. eandẽ ſequũtur Io. de Ana.in d.c.ſignificaſti,& Rui.in cõſ.53.nu.11.vol.5.

21 In hoc tamen ſunt monẽdi†medici,& chirurgi,ne feſtinanter,& ex abrupto ſententiam ferant, ſed diù deliberent,quod ab ipſis ſemel eſt ſtatuendum: expectentq; diem ſeptimam, intra quod tempus conſueuerunt apparere accidẽtia de febre,ſyncopi,ſpaſmo, & alijs iſtiuſmodi à medicis conſiderandis, ſecũdum Guidonem de Cauliaco in ſua chirurgia, tit. de vulneribus,c.1.col.7.quem ad hunc propoſitum adducit Boer.in d.q.323. col.vlt.

22 Tertiò limitatur concluſio,vt vera ſit†in pluribus medicis, vt probat text. qui in multitudinis numero loquitur in d.c.ſignificaſti,nõ igitur ſufficit vnus, ſed ad minimùm duo debent adhiberi,vt teſtat̃ Bar.in d. l.ſi in rixa.cui accedit Ang. in l.qui luminibus. ff. de ſeru.vrb.prædior.idẽ voluit Ang. de malef. in d.verſ. vna percuſſione.& ibi Aug.in additio.ꝙ & cõfirmauere Luc. de Pen. in d.l. ſemel. Paris de Put. in tract. ſind.in ver.tortura.c.officialis poſuit,col.2.& alij relati à Boer.d.q.323.n.23.vt ẽt cẽſuere Ruin. in d.cõſ. 53.nu.12.vol.5.& Alex.in d.conſ.148.col.2.vol.2.ad idẽ nonnullos alios refert Menoch. de arbi.iud.cauſ.
* caſ.114.nu.27.lib.2.cent.2.idq; * communi conſenſu à ſcribentib.fuiſſe probatũ aſſerit Corad.in praxi fol. 414.nu.7.licèt aliud de cõſuetudine ſeruari dicat Caſon.in praxi fol.10.nu.6.vt refert Clar.in d. §. homic.

23 Sublimitabis primò hanc limitationem † nõ procedere, quando partes vnum tm̃ elegiſſent, & vnico fuiſſent contentæ, teſte Bart. in d.procem.fforum, in prin.hoc idem placuit Rom.& alijs in d.l.1.§. vlt. ff. de verb.obl. Ang.in §.ꝙ autem, in auth. de nõ alien.
* ac Fel.in d.c.propoſuiſti,nu.7. * & cõem ſententiam dixit Aug.ad Ang.in d.ver.vna percuſſione,vel alia.

24 Sublimita ſecundò,†quando in ciuitate non reperiretur niſi vnicus,authore Bar.in d.l.1.ff.de vent. inſpiciend.ad idem reſpondit Corn.in conſ.194.in fin. vol.2.vt & conſuluit Alex.in conſ.35.col.3.lib.3. &
* *omnes id ſenſiſſe aſſerit Anan.in d. cap.ſignificaſti, nu. 14. in fin.

25 Declarãda eſt primò hmõi ſublimitatio,†vt locũ ſibi nõ vendicet in arduis, quemadmodũ ſi ageretur de hominis morte: tũc enim opus eſſe à propinquioribus locis alios conuocare medicos, tradidit Abb. nu.5.quem ſequitur Aret.& Fel.n.7.in d. c.propoſuiſti.quæ tñ declaratio non procederet,ſi locus, è quo eſſent conuocandi medici,eſſet itinerum lõgo interuallo diſiunctus,vt tradit Fel.loco ſuperius adducto.

26 Contra tamen,† quod immò indiſtinctè procedat communis ſublimitatio etiam in arduis, tenet Ang. in d.l.hac edictali,§.his illud,C.de ſecun.nup.quem refert,& comprobando ſequitur Dec. in d. c. propoſuiſti,num. 10.

27 Declara ſecundò non habere locũ, † ſi in ciuitate non reperiretur bonus,& peritus, vt placuit Bald. in additio.ad Spec.tit. de homic. quẽ referẽdo ſequitur Aug.ad Ang.d. verſ. una percuſſione,uel alia.in quo
28 aduertas medicum,†ut dicũt,nouellũ imperitũ præſumi,ut author eſt Ang. in l.1. §. peritiã. ff.de poſtul.

29 Declarabis tertiò, ut uera nõ ſit,†ſi in ea urbe lege municipali cautum ſit,ut plures adhibeantur,ſic probat Bal.in d.procem.fforũ,& Aug.loco nuper relato.

Subdeclara hanc declarationem non procedere,
30 †quando procederetur ſola facti ueritate inſpecta, ut reſponſum eſt à Rom.in conſ.20.uiſo puncto,col. 2.nu.8.uerſ.præterea, & hoc coadiuuant.

Sed vt

Sed vt redeamus vnde digreſſi ſumus ad tertiã nẽ-
31 pè limitationẽ,† ſublimitatur eadem tertio loco, cõcurrentib. aliquibus coniecturis, quæ medici vnius dictum adiuuarent, veluti ſi vulneratus ſuperuixerit aliquibus dieb. & vulnus illatum eſſet in loco non admodum periculoſo: nam tunc vni fides eſſet habẽda: teſte Bal. in conſ. 109. incip. proponitur quod Titius. vol. 2. quem ſequitur Dec. in d. c. propoſuiſti. nu. 11.
32 Sublimitatur quartò, † quãdo inter plures adeſſet peritiſſimus publicè electus: tunc illi ſoli credi tradit Bar. in l. 1. per illum tex. C. de põd. & aur. illat. lib. 10. vt & decidit Boer. in d. q. 323. nu. 4. & cum iſte ſit ad hoc conſtitutus dicitur officialis & ideò credi illi dẽt in ſpectantibus ad eius officium vt reſpondit Ruin. in conſ. 56. col. 3. volum. 1. atque Gramm. in conſil. ciuil. 24. col. 2.
33 Poſtremò ſublimitanda eſt, † quando medicus ꝓbaret innocentiam, vt vulnus illatũ non fuiſſe lethale: nam tunc vnum ſatis eſſe conſuluit Corn. in conſ. 194. in fi. vol. 2. & Gabr. de teſte concl. 1. nu. 35.
34 Limito nunc quartò concluſionem ipſam † ita demum procedere iſtis medicis iurantibus ex ſententia Bar. in d. proœ. ffor um. per gl. in l. comparationes. C. * de fid. inſtrum. & vna mente * omnes id tenuiſſe teſtatũ Crot. in tract. teſti. part. 7. num. 2. idem cenſuere Didac. lib. 2. variat. reſolutio. c. 13. poſt nu. 4. & Rebuff. in l. vnic. num. 490. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. profe.
35 Id ampliabis, † vt non ſolum debeant iurare, ſed etiam in præſentia partis, vel ad id vocata iurare, vt monuit Bar. in d. l. Theopõpus nu. 10. de dot. præleg. * quẽ Doct. * cõiter ſequũtur, vt per Didac. in d. c. 13. nu. 5. licet poſſint poſteà referre abſque præſentia partis, ex Fely. in c. quia iudicante. num. 8. de præſcrip. & Cur. iun. in conſ. 53. col. pen.
36 Declara modò huiuſmodi limitationem † non ꝓcedere in ſpeciatim deſtinatis ad officiũ viſitaudi: nã non tenentur iurare in qualibet viſitatione, vel relatione, ſed ſufficit, ꝙ initio officij ſemel iurauerint, authore Clar. in prax. crim. §. homicidium, n. 43. & Fel. in d. c. propoſuiſti, qui alijs etiã modis declarat, quos per te videre poteris.
37 Tu tamen ſecundò loco † declara pręmiſsam limitationem intelligi tantũ de iuramẽto credulitatis, vt ex ſupra deductis cõſtat. & aſſeruit Bart. in tract. teſti. col. 5. verſ. teſtis dicit. idq; placuit Io. And. Abb. & alijs in c. fraternitatis. de frigid. & malef. ꝙ examinantur Doct. in d. c. propoſuiſti: cum res occulata fide nõ qãt percipi, quo caſu non iuratur de veritate, ſed tantum iudicio intellectus, vt ibi. & quod de credulitate tãtũ * iurare teneantur * communem eſſe opinionẽ teſtantur Anan. in d. c. ſignificaſti. nu. 13. & Clar. pòſt eum in d. §. homicidiũ. nu. 43. Verùm id clarius explicauit Hora. Mandos. in addit. ad Rom. in d. cõſ. 20. ſub nu. 5. in litera F. ſuper verb. admittitur, quem videas.
38 Formam autem iuramenti † à medicis pręſtandam his verbis tradit Abb. in d. c. propoſuiſti. n. 11. nimirũ, quod non moueantur priuato odio, neque amicitia, & quod id, quod deponunt perceperint ſecundũ peritiam ſuæ artis, & quod credant ita eſſe.
Ex iſta declaratione, quod iſti de credulitate iurare debeant, colligo nonnulla obſeruatione digna. Et
39 quidem primò, † eorum iudiciũ, & ſententiam nunquam tranſiſſe in iudicatũ, adeò vt ſi appareat, ꝙ relatio medicorum nõ fuerit bona, poterunt ẽt poſt tẽpus datum ad appellandũ peritiores aſſumi, & iudex mutabit ſententiam, vt ſenſit Io. Andr. in additio. ad Spec. d. tit. de homicid. verſ. ponc. quaſi tunc conſtet de falſitate primę probationis; tum quia eſt ſententia lata cũ atteſtatione de credulitate, vt inquiunt Butr. in d. c. propoſuiſti, Bald in l. ab hoſtib. §. 1. ff. ſol. matr. Rapha. & Roman. in l. admonendi. ff. de iureiuran. * Anan. in d. c. ſignificaſti. Fely. qui de * communi dicit in d. c. propoſuiſti. & ibi additio. author ad Abb. nu. 11. idẽ Bal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. Alex. in conſ. * 103. col. 4. lib. 1. & * communem dicit Afflict. ſuper. 1. conſti. regni. rub. 14. nu. 47.
40 Contrariã ſunt ſequuti ſententiam † Abb. & Arct. in d. cap. propoſuiſti. & hanc partem in puncto iuris * * veriorem dicit Fel. in d. c. ſignificaſti. num. 8. et Dec. in d. cap. propoſuiſti. num. 14. vbi videas Fely. declarantem aliquibus modis priorem opinionem communem.
Secundò loco elicio ex eadem, quod ab eo, quod
41 modò diximus non longè diſtat, † vt examinatis, & publicatis iſtis medicis peritis, poſſint alij peritiores in contrarium examinari, non obſtãte publicatione, de qua paulò ante meminimus; & id prætereà cõfirmãt Bal. Dec. Fel. in d. c. propoſuiſti: idem Abb. Imo. & Arct. in c. cauſam matrimonij. de probatio. atque Fel. in d. c. fraternitatis. col. 6. & ibi additio. author ad Abb. de frig. & malef. ſiue id fiat officio iudicis, ſiue ad inſtãtiam partis, vt idem Fel. ait in c. cum cauſam. col. 1. in fi. de probat. & Lanfran. de Oria. in c. quoniã contra. col. 14. §. teſtium depoſitiones. de teſtib. atq;
42 Corn. in conſ. 27. col. 4. vol. 3. Colligo poſtremò, † vt cum iſti impropriè dicantur teſtes, ſtatutum loquens de teſtib. nõ habiturum ſit locum in iſtis peritis iuxta ſentẽtiam Fel. poſt eos, quos adducit in d. c. propoſuiſti. & ibi Dec. nu. 15.
Quinto loco redeundo ad primariam concluſionẽ
43 declarant ſuperiora procedere † medicis inter ſe concordibus, alioqui in dubio, quãdo medici vario modo loquerentur, contra percuſſorẽ inquiſitum preſumendum eſſet: nimirum vulneratũ deceſſiſſe ex vulnere: ita docet Bald. in c. 1. in princ quibus cauſ. feud. amit. quem refert, & ſequitur Dec. in d. c. propoſuiſti. nu. 11. eidem accedunt Hipp. Marſ. in l. 1. §. diuus. nu. 21. ff. de ſicar. Paris de Puteo in d. tract. de ſin. in ver. tortura. c. officialis poſuit. col. 2. quod & videtur confirmari ex d. c. ſignificaſti. de homicid.
44 In contrariam, vt deſcendamus ſentẽtiam, † quod in dubio iudex pronunciare debeat vulneratum nõ eſſe mortuum ex vulnere vrget reſponſum Bald. ſibi contrarij in conſ. 320. vol. 2. & Gramm. in conſ. 2. nu. 9. quos referendo ſequitur Menoch. de arb. iud. cauſ. caſ. 275. in fi. lib. 2. cent. 3. idem Bal. in conſ. 195. vol. 1. & Cuma. in conſ. 134. col. 2. quos refert idem tenẽdo Marſ. in conſ. 7. nu. 59. dicens tex. in d. c. ſignificaſti procedere, quo ad pœnam irregularitatis tantum, & quo ad forum animæ, non verò quo ad pœnam mortis, & ſanguinis.
Tu verò conciliãdo has opiniones ſubdeclarabis
45 primò ſupra relatam declarationem verã eſſe, † qũ vulnus fuit illatum in loco periculoſo, in quo ex tali vulnere mors ſequi ſolet. tunc enim cũ probatio negatiuæ ſit difficilis, ſtatur affirmantibus, & iudicatur cõtra percuſſorem: ſecus ſi vulnus ſit illatum in loco non periculoſo, vt aſſeruere Dec. in d. c. propoſuiſti. & in conſ. 415. nu. 3. & ante eũ Cępol. in d. conſ. 28. col. vlt. & in cõſ. 61. nu. 13. Fel. in c. presbyterum. col. 1. in fi. de homic. Boer. in d. deciſ. 223. col. pen. Soc. in conſ. 178. vol. 1. & Gram. in conſ. 49. nu. 6.
46 Subdeclaratur ſecundò locum habere, † quando numerus, & dignitas medicorum, qui ſunt contrarij, eſſet æqualis, vel omnes dicant ea, quæ ſunt veriſimilia; alioqui credendum eſt, vel maiori parti, vt dicit Afflict. in deciſ. 1. vel veriſimiliora deponentibus, vt de omnibus teſtatur Cæpo. in d. conſ. 61. vbi etiã habetur non credi de vulnere lethali duobus medicis, ꝗ viderunt vulneratum viuum, pluribus, qui inſpexerunt mortuum referentibus contrarium. Cætera ad hanc materiam ſpectantia ſuo loco.

CONCLVSIO MXXXIX.

ARGVMENTVM.

Cum præſumatur eius culpa ægrotum deceſſiſſe, qui nullum, vel imperitum ei adhibuit medicum, qui dixerit aliquem id feciſſe, quid probare debeat, & qua ratione, & quo modo illud procedat.

SVMMARIVM.

1 *Medicum nullum, vel imperitum adhibens ægroto mortis occaſionem præſtitiſſe dicitur.*
2 *Vulnerato nullum, vel imperitum adhibens medicū, præſumitur culpa ſua occidiſſe.*
3 *Medicus imperitus cum eſt adhibitus vulnerato, vulneranti non imputatur, ſi ille deceſſerit.*
Vt de eo, qui tarde adhibuit medicum, vt nu. 4.
5 *Medicum nullum, vel imperitum vxori ægrotanti vir adhibens præſumitur illius culpa ipſam interiſſe, adeo vt is priuetur lucro dotis.*
6 *Viri culpa vxorem deceſſiſſe dicens, quod ei ægrotanti non adhibuerit medicum, probare debet ab illo facile medicum adhiberi potuiſſe.*
7 *Viri culpa vxorem deceſſiſſe dicens, quod ei ægrotanti imperitum adhibuerit medicum, probare debet, illum inuenire potuiſſe peritiorem.*
8 *Viri culpa vxorem deceſſiſſe dicēti, ꝙ ei ægrotanti nullum, vel imperitum adhibuerit medicum, ſatis erit, ſi probabit ipſum virum vxori ægrotæ medicum non adhibuiſſe; modo illa ægra eſſet in ciuitate, ſeu loco inſigni.*
Peritorum copia in ciuitate, ſeu loco inſigni ipſo iure præſumitur, ibidem.
9 *Locus inſignis quis dicatur.*
10 *Viri culpa vxorem deceſſiſſe dicēti, ꝙ ei ægrotanti nullū, vel imperitum adhibuerit medicum, ſatis erit ſi probabit ipſum virum vxori ægrotæ medicum nō adhibuiſſe, nedum ſi ipſa reperiebatur in ciuitate, vel loco inſigni, ſed etiam ſi eſſet propinqua loco, vbi veriſimiliter adſit copia medicorum. Contr. nu. 11. Concil. nu. 12.*
13 *Virum nō adhibuiſſe medicos vxori ægrotæ poteſt probari per vicinos, & aſtantes.*

1 Medicum † qui non adhibuit ægroto, vel imperitum adhibuit, eum dici præſtitiſſe occaſionem mortis, reſpondit Vlp. in l. quod ſi nolit. §. culpam. ff. de ædil. edict. Hinc fit, vt
2 vulnerato, † non adhibens medicum, vel imperitum adhibens, præſumatur culpa ſua deceſſiſſe, vt conſultū eſt à Corn. in conſ. 263. in litera M. vol. 3. ſic tradidere Doct. in d. §. culpam. & decíſum reliquit Boer. q. 323. & quando eſt adhibitus medicus imperitus,
3 † quod non imputetur vulneranti ſcripſit poſt eos, quos allegat Fel. in c. presbyterum. col. 1. de homic.
4 & de eo, † qui tarde adhibuit medicum, reſpondit Marſil. in conſ. 7. nu. 49.
5 Sic ēt vir † non adhibens medicum vxori aduerſa valetudine laboranti præſumitur culpa ſua illā commutaſſe vitā cū morte, adeo vt is priuetur lucro dotis, iuxta ſententiam gl. & Doct. in l. ab hoſtib. §. ſi vir. ff. ſol. matr. ibiq; de imperito agitur. & vtroq; Petrus Rodius dec. Lituanica. 1. nu. 64. & 71. ſed in hac facti ſpecie videamus, quomodo probetur hæc mariti culpa, quæ omnia fere, & ad vulneratū referri poterunt.
6 Medicum igitur ſi quis dixerit, † quod vir nō adhibuerit in curādo vxorem ſuā, & ſic quod culpa ipſius deceſſerit, probare tenetur, ꝙ facile medicū adhibere potuiſſet: ita docet Bart. in d. l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir vxorē. ff. ſol. matr. & in l. idem quærit. ff. pro ſocio. & in l. ſi ſeruū. in fi. ff. de verb. obl. & ibi Imo. & idē Bar. in tract. teſtium. in verſ. lata culpa. ad idē reſpondere Corn. in conſ. 336. in litera R. volu. 1. & in conſ. 123. in litera I. eo. vol. 1. atq; Dec. in conſ. 480. nu. 4.
7 Id amplia, vt idem ſit iūdicandū de eo, † qui dicit maritum adhibuiſſe medicum imperitū, debet enim probare, quod inuenire potuiſſet peritiorē, vt liquet ex iis, quę modo tradidimus, et id aſſeruit Campeg. in tract. de dot. par. 5. q. 3. nu. 3.
8 Hoc idem ibi declarandū eſt, vt verum ſit, † ſi vxor eſſet ęgra in ciuitate, ſeu in loco inſigni, vbi pręſumitur ipſo iure copia peritorum, ex l. ſi duas. §. eſt autē. ff. de excuſ. tut. & gloſ. in l. vlt. C. de teſta. & ideo tunc ſufficit probare tantum, quod medicū non adhibuerit, ex mente Bart. in d. ver. lata culpa. & in d. l. idem quærit. & in l. bonorum. ff. de bono. poſſ. & Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. idem Bar. & Ang. in d. l. ſi ſeruū. ff. de verb. obl. Inn. in c. ſtatutū. de reſcrip.
9 in 6. quibus in locis habetur inſignem † locum dici ēt ſi eſſet caſtrum, & non ciuitas, modo ibi ſit merum, & mixtum imperium, & locus cauſarum.
10 Ampliatur hæc limitatio, vt locum hēat † nedum ſi vxor reperiretur, vt dictū eſt, in ciuitate, aut inſigni loco, verum etiam ſi eſſet propinqua loco, vbi veriſimiliter, & præſumptiuè adſit copia medicorum, arg. eorum, quæ tradit Bal. in d. l. iuris ignorātia. & Rom. in l. ſi vero. §. de viro. 43. fall. ff. ſol. matr. & iurib. hoc idem comprobat Dec. in d. l. iuris ignorantia. nu. 16. atque Aret. & Imol. in c. 2. de conſtitutionib.
11 Contrà tamen tenuere † Bar. in d. l. idem quærit. ff. pro ſocio. ibi dicēs virum non cogi mittere ad aliam ciuitatem. & Ang. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt.
12 Conciliādo hos inter ſe authores † dicas, quod aut ciuitas, & inſignis locus eſt lōge diſiūctus, & non pōt ad illum accedi, niſi ęgerrime; tunc vera eſt poſterior opinio; alioqui prior locum habebit, ita docet Dec. in d. l. iuris ignorantia. nu. 16. q ita intelligit Bart. in l. cōtinuus. §. item qui inſulam. ff. de verb. obl. & in terminis noſtris ſentit idem Bar. in eo. tract. teſtimon. d. verſ. lata culpa, qñ quantitas patrimonii, & perſonæ qualitas requirit, & nos ſupra retulimus ex Felyno.
Illud autem, quod diximus, virū ſcilicet non adhi-
13 buiſſe medicos, probari poterit † per vicinos, & aſtantes; quib. veriſimiliter notus poteſt eſſe acceſſus medicorū, maximè in diutino morbo, uel ex interrogatione medicorū, qui dicant, ſe non acceſſiſſe: ita cenſet Bar. in eo. tract. teſtimon. d. verſ. lata culpa. In uniuerſum autem quomodo probetur culpa, & negligētia ſuprà diximus in concluſione Culpa.

CONCLVSIO MXL.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & quando mediator poſſit, vel non poſſit eſſe teſtis ſuper contractu, in quo mediator fuit.

SVMMARIVM.

1 *Mediator, ſiue proxeneta quis dicatur, & eius officium.*
2 *Mediator non poteſt eſſe teſtis ſuper contractu, in quo mediator fuit.*
3 *Mediator nō poteſt eſſe teſtis, etiam ſi ab altera parte producatur. Contr. nu. 4. Conciliatio, nu. 5.*
6 *Mediator etiam non habens ſalarium non poteſt eſſe teſtis.*
7 *Mediatoris libro non eſſe credendum.*
8 *Mediator poteſt eſſe teſtis ambabus partibus conſentientibus.*
9 *Mediator teſtificans ambabus partibus conſentientibus facit plenam probationem.*

10 *Mediator*

Digitized by Google

10 *Mediator teſtimonium ferre compellitur ambabus partibus conſentientibus.*
11 *Mediator poteſt eſſe teſtis fauore matrimonij.* Contrarium, nu. 12.
13 *Mediator poteſt eſſe teſtis fauore dotis. Contrar. nu. 14.*
15 *Mediator poteſt eſſe teſtis ita diſponente ſtatuto.*
16 *Mediator poteſt eſſe teſtis, cum veritas aliunde aperta non poteſt haberi.*
17 *Mediator poteſt eſſe teſtis, cum producitur pro illa parte, quæ ſtat contra contractum, in quo fuit mediator.*
18 *Mediator poteſt eſſe teſtis in probanda aliqua qualitate actus iam perfecti.*
19 *Mediator iudicis officio non repellitur, quia poſſit teſtificari. Amplia, vt nu. 20.*
21 *Mediator poteſt recipi teſtis pro teſte inſtrumentario.*
22 *Mediator ab extraneo productus poteſt teſtimoniū ferre.*
23 *Mediator in crimine ſimoniæ poteſt eſſe teſtis.*
24 *Mediator pōt eſſe teſtis in probando cōtractu matrimonij.*
25 *Mediator poteſt eſſe teſtis in probando crimine repetundarum.*
26 *Mediator teſtimonium ferens facit ſemiplenam probationem, Contrar. nu. 27. Conciliatio, nu. 28.*
29 *Mediator poteſt eſſe teſtis, cum nuntius eſt, ſeu mandatarius, vel perſuaſor in genere.*

1 Mediator, ſiue proxeneta † ſignificat eū, qui inter contrahentes eſt conciliator, & medius. l. fi. ff. de proxen. eſtq; ſpecies amicabilis compoſitoris, cui merces extraordinaria conſtituit, vt per Io. Bat. in tract. de arbi c. 3. lib. 1. eiuſque officiū eſt tractare, non aūt concludere, niſi ad id ſpeciale mandatum habeat, vt per Bal. in l. multū. a. col. ver. venio ad tertium. C. ſi quis alte. vel ſibi, huiuſmo-
2 di aūt mediatorem, † ſiue proxenetā, quò ad rem noſtram attinet, ad teſtimonium non recipi ſuper contractu, in quo mediator extitit, probaē in §. q; verò. in auth. de teſti. & probant vtriuſq. iuris gloſſatores. Iuris canonici in c. 1. de teſti. in 6. & in c. Romana. in ver. teſtem. eo. tit. in c. ſi epiſcopus. 1. q. 1. in ver. mediator. iuris ciuilis in §. in his verò. in verb. adnumeratorem. in auth. de iuſti. cau. & fid. in §. pen. in auth. de teſt. & hanc ſniam probat Bar. in l. omnib. C. de teſti, & Abb. in c. licet Helv. de Simon. & pro regula ponit Camp. in tract. de teſti. reg. 85. tenet Abb. in c. cx literis. nu. 3. de tranſact. in c. inſuper. nu. 11. de teſti. Fel. in c. cum à nobis. eo. tit. Bart. in l. deferre. §. idē decreuerunt. ff. de iur. fiſci. Bal. in c. 1. de teſtib. in 6. & ibi Ancha. ſenit. Io. And. in c. dilectorum. de teſtib. cogen. Alex. conſ. 212. nu. 17. vol. 6. & in cōſ. 117. vol. 8. But. in d. c. cū à nobis. Alb. in l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. Imo. in l. ſi cui legetur. §. fi. ff. de leg. 1. Inno. in c. cū olim. de priuile. Domi. d. c. 1. de teſti. in 6. Lāfran. in c. quoniam cōtra. §. teſtium depoſitiones. nu. 119. de proba. Crott. qui ita * communiter concludi dicit in tract. de teſtib. in 4. par. nu. 176. Dec. conſ. 463. nu. 12. Pariſ. cōſ. 58. nu. 82. vol. 4. & nouiſſimè Gab. latiſſimè de teſtib. concl. 20.

3 Amplia hmōi concluſionem † procedere, etiam ſi altera pars inſtaret, & mediator ſponte, & volens ad teſtimonium perhibendum accederet, vt probant plures ex ſupra relatis, tenet Inno. & Fel. in d. c. dilectus. de teſtib. cogen. Aufr. in trac. de teſtib. nu. 67. tradit gl. in d. §. in his verò. & adduci ſolet tex. in d. c. 1. de teſtib. in 6. per locum à ſpeciali. & hāc partē tenet Alex. in conſ. 13. col. 5. vol. 1. per rationē gl. in d. §. q; verò. quæ in contrarium ſolet allegari, & etiā magis * communem opinionem dicit, & meliorib. rationibus munitam, & idem dicit in conſ. 128. ponderatis narratis. vol. 2. & in conſ. 19. in his, quæ in themate. col. 6. vol. 4. & veriorem, & magis * communem eſſe teſtatur Soc. Iun. in conſ. 12. nu. 17. lib. 2. & poſt alios Petr. Benintend. deciſ. Bonon. 61. nu. 1.

4 In contrarium tū † quod imo ſi mediator ab altera parte producatur, poſſit libens teſtimonium reddere, adducitur gl. in d. §. quia verò. q̄ allegat Bald. & dicit eſſe veritatem in d. l. omnib. C. de teſt. reprobato Bar. ibi Bal. ſequitur Saly. ibi. & in l. nullum. ff. eo. tit. idē tenet Iac. de Beluiſ. & Ang. in d. §. pen. in auth. de teſtib. quos refert Apoſtil. ad Bal. in d. l. omnib. Curt. in tracta. de teſtib. concluſ. 43. & hanc partem tenuit Alba. de Maletris, in tract. de teſtib. num. 63. Nepos à mont. Alba. in trac. item de teſtib. nu. 120. Alb. in ſimili trac. de teſtib. par. 4. col. 10. verſ. videndū eſt. aſſerit hanc etiam * communem opinionē, ſequiē Barb. conſ. 40. col. 10. verſ. 8. vol. 3. Apoſtill. ad Fel. in d. c. dilectorum. Alex. conſ. 1. nu. 86. vol. 7. & in conſ. 43. nu. 4. eo. vol. Cor. cōſ. 33. Viſa copia proceſſus. col. 5. vol. 2. Soc. iun. conſ. 29. nu. 16. vol. 2. Aret. in §. 1. nu. 15. inſti. de teſta. & communem, & veram dicit Socy. iun. conſ. 31. nu. 19. Menoch. qui alios refert conſ. 92.

5 Concordati tū poſſunt † iſtę opiniones, ſecundùm Abb. in d. c. dilectorum. nu. 3. de teſtib. cogen. vt ſ. admittatur mediator volens ad teſtimoniū ēt vna parte contradicente, ſed quāta fides ei adhibeatur, relinquatur iudicātis arbitrio, qui ex circunſtantijs, & qualitate cauſæ conſideret; & hanc concordiā dicit probabilem Alex. in conſ. 127. nu. 9. vol. 7. & Abb. citato loco refert, & ſequitur Curt. Sen. in allegato tract. de teſtib. concl. 44.

6 Ampliatur ſecundò procedere † concluſionem, ēt quod iſti mediatores non haberent ſalarium; nam nihilominus repellerentur ratione affectionis; gl. in d. §. pen. ver. prohibitione. in auth. de teſtib. affectat. n. compleri id, propter quod laborauit, hac etiā de cā, ne illi imponatur, quod minus cautè ſe geſſerit. Ioan. And. Butrig. & Imo. in d. c. dilectorum. Sequiē Alex. d. conſ. 13. col. 5. Caſſanæ. conſ. 18. viſo proceſſu. col. 5. nu. 11. Soc. iun. allegato. cōſ. 12. nu. 18. vol. 2. Corn. conſ. 81. vol. 3. Ruin. conſ. 99. nu. 5. vol. 5.

7 Ampliatur tertiò ēt † in mediatoris libro; nā cuius teſtimonium non admittitur, nec eius ſcriptura recipitur; & cūm non credatur voci viuæ, minus crediē mortuæ; ita Bald. in l. 1. col. fi. ver. ſed quid in his, qui ſcribunt ea, in quib. verſantur. C. de eden.

8 Limitatur modo principalis concluſio † non procedere ambabus partibus conſentientibus, vt tradūt omnes ſuprà citati, & ponit pro limitatione ad regulam Campeg. d. tract. de teſt. reg. 85. Menoch. poſt ſupra citatos de arbit. iud. lib. 1. q. 73. nu. 29.

9 Primo ampliatur, † vt tunc dictum mediatoris faciat etiā plenam probationem dato, q; eſſet vnicus. Lanfr. de Orian. in d. c. quoniam cōtra. §. teſtium depoſitiones. nu. 119. de proba. ex Inno. & hoc eſt generale, vt partib. cōcordantibus ſtetur dicto vnius, Bart. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Iaſ. in l. 1. qui dicit * communē Sch. ff. de verb. oblig. Dec. in c. veniens. ad fi. de teſtib. Caſſan. conſ. 37. col. 1. & ſeq. de quo videas pleniſſimè Duar. lib. 2. variar. reſol. c. 13.

10 Ampliatur ſecundo huiuſmodi limitatio, † vt tūc etiam compellantur mediatores teſtimonium ferre, vt eſt textus & ibi per Doct. in d. §. quoniam verò. & tradunt omnes. in d. c. dilectorum. & in d. c. 1. Feder. Schenck. in tract. de teſtib. nu. 41.

11 Limitatur ſecundò principalis concluſio, † vt admittatur mediator fauore matrimonij, Socyn. iun. d. conſ. 29. nu. 16. vol. 2. Ruin. conſ. 34. nu. 4. vol. 4.

12 Contrarium † tenuit Alex. in cōſ. 154. ver. præterea. col. 2. vol. 5. & in conſ. 150. col. 2. eod. vol. Dec. conſ. 133. col. 3. & inter conſ. matrimo. Dion. de Pan cis in conſ. 61. nu. 13.

13 Limitari poteſt tertiò † proximè ad ſuperiorē limitationē fauore dotis, ita conſulendo tenuit Rui. citato conſ. 34. nu. 2. ſequitur Menoc. d. conſ. 92. nu. 87.

14 Contrarium ſin dote conſuluit Soc. iun. conſ. 12. nu. 11. vol. 2. Alex. alleg. conſ. 13. col. 5. Caſt ren. conſ. 150. in 2. par. nu. 4. [illegible]

Limitatur

Digitized by Google

15 Limitatur quartò non procedere, vbi extaret ſtatutum diſponens, ꝙ mediatori credatur, vt eſt Ianuę cōſtitutum lib.1. ca.19. ſub rubr. de fid.adhib.penſar. ſeu proxenet. nam valet huiuſmodi ſtatutum etiā in vno tantū proxeneta ratione euidētis vtilitatis, & neceſſitatis, vt tradit Benue.ſtrac.in tract.de aſſecurato. glo.39.nu.4. quādo autē ſtatuto induci poteſt, vt vnico tantum teſti credatur ponit Fel.in c.veniens de teſti.& Doct.in c.ſuper eo.tit.& in c.2.de.proba.

16 Limitatur quintò, † quando aliundè veritas aperta haberi nō poteſt, Corn.conſ.63.viſis ſcripturis.col. 3.vol.1.tūc enim in ſubſidium admittitur mediator. Mill.in reper. in verb. teſtis proxeneta. & per citatos per Hypp.Marſ.ſingu.633. quod adducit Menoch.d. conſ.92.num.87.

17 Limitatur ſextò nō procedere, † quando mediator produceretur in teſtem pro illa parte, quæ ſtat contra contractum: nam tūc ceſſante ſuſpicione, quæ illum vrget propter affectionem ad actum, quam habere præſumitur, admitteretur pro teſtimonio dicendo, Gaſp.& Cald.in d.c.dilectorum.& Io.And.quos adducit Mill.in repert. d. ver. teſtis proxeneta. Corn. d. conſ.63. col. 2.

18 Limitari ſeptimo † poteſt proximè ad rationem ſuperioris limitationis, quādo actus iā ſortitus eſſet effectum, nec ageretur de eius retractatione, ſed tm̄ de ꝓbanda aliqua qualitate actus iam perfecti, vel de probandis aliquib. quæ præceſſiſſent contractum. Alex. conſ.127.in fi.vol.7.& Sali.in l.nullus. ff. de teſt. ver. ſed eoncur.& idem Alex.conſ.164.col.1.nu.5.

19 Limitatur octauò † procedere concluſionē, modo pars ꝓponat. nam non repellit officio iudicis, ex quo partium conſenſu habilitari potuit Alex. in l. differre.ff.de iure fiſci.& in l.4.§.hoc aūt iudiciū de damn. infect.& Anto. in c.cū dilectus. de conſ. quos refert Apoſtil.ad Abb.in c. ex literis. in litera D.de trāſact.

20 Ampliatur hæc limitatio ꝓcedere, † licet ex actis conſtaret Iudici teſtē productum fuiſſe mediatorem: quia tunc tam etſi de eo notoriè conſtet, tm̄ illud notorium non releuat ab onere ꝓponendi Anto.in d.c. dilectus, qui dicit ſe ita conſuluiſſe, & ſequitur Imo. & Alex.in d.§. hoc autem iudicium.nu.20.

21 Limitatur nonò propoſitam concluſionē † nōn ꝓcedere in teſte inſtrumentario, pro quo recipi poteſt mediator, videtur enim tūc receptus, & adhibitus de cōſenſu partium. Bal.in auth.ſed nouo iure. in 4.col. C.ſi cer.pet. Alex.cōſ.18.in 4.par. Abb.in d.c.ex.literis.in 2. not. & generaliter teſtes inſtrumentarij poſſunt eſſe etiam inhabiles tanquā approbati à contrahentibus. Iaſ.in l.1.colum.3.ff.de ſer. Crauet.conſ.56. num. 10.

22 Limitatur decimò, † quādo produceretur ab extraneo, glo.in d.c.Ro.de teſt.in 6.quam ad hoc adducit Fel.in d.c.cum à nobis.extr.eod.tit.in fi.

23 Limitatur vndecimò † in crimine Simoniæ, quādo agitur ciuiliter, & emolumentū exinde non fuerit aſſecurum, tex. eſt in c.1.de teſti.in 6. & ibi gloſſ.& oēs Millis.in reper.in d.ver.teſtis proxeneta. Felin.in d.c. cum à nobis.in fi.de teſtib.

24 Limitatur duodecimò † in probando cōtractu matrimonij, Car.in cle.1.q.3.de vſur. aduerte tamen, qđ mediator Simoniæ patitur pœnas ſimoniacorū, Ab. in c.cum ſuper nu.3. de confeſſ. & mediator contractus vſurarij tenetur ad reſtitutionem vſurarū, in ſubſidium tamen: eſt magis * communis opinio, vt ex allegatis per mand.ad Lap.allegat.94.in litera H.

25 Limitatur decimotertiò † in crimine repetundarū, ſiue, vt dicunt, barratariæ. Paris de Put.in tract.ſindic. in verb.teſtis, & dictum eſt in concl. Barrataria.

26 Limitatur decimoquartò † quo ad ſemiplenā probationem. Soc.iun.d.conſ.29.num.15.conſ.31.nu.18. ſequitur Menoch. citato conſ.92.nu.85.

27 In contrarium † tamen facit, ꝙ mediator nō poteſt dici teſtis omni exceptione maior. Corn.cōſ.81.viſa copia.ad fi.vol.3. adducit Rom.in conſ.382. quò ad primū conſultationis articulum.verſ.2.ꝙ & probant ſupra relati in prin.ideo nō videtur, ꝙ poſſit etiam facere ſemiplenam probationē, ad notata per Doct. in l.admonendi.ff.de iureiur. Alex.cōſ.32.vol.1.cōſ.19. col.pen.vol.4. Marſ.conſ.65.nu.36. cum adductis latè per Maran.in Spec.ord.iu.par.6.actu 9.nu.4. & ex hoc infertur, quòd ad mediatoris dictum non poteſt deferri iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, vt tradit etiā Benintend.deciſ. Bonon.77. nu. 6.& deciſ.61.num.3.

28 Conciliari poſſet † iſtud diſſidium, vt ꝓcedat limitatio quoties aliqua præſumptio concurreret pro eo, pro quo mediator deponit: nam cōcurrente præſumptione teſtes, qui repelli poſſent, habenī pro integris, vt dicit Gul.de Cun.in l. ſi duo patroni; quē ibi refert Alex.nu.7.ff.de iureiur.& ibi Apoſti.ad hoc citat eūdē Alex.in conſ.56.in fi.vol.2.vel ſecundo quādo cōcurrit alius teſtis, ēt in dictò ſingularis, nam tunc licet non adiuuet dictum, operari tamē debet ad integrādam perſonam mediatoris, ita in ſpecie Rui.cōſ. 54.nu.6.lib.4.quem ſequitur Menoch. d.cōſ.82.n.86. & Benint.d.dec.Bon.61.n.5. & vulgare eſt apud oēs, teſtis habilitatē ſupplere alterius imperfectionem, Bar.& alij in d.l.ſi quis ex argentarijs. in §.cogentur. ff.de eden. Caſtr.conſ.126.in fi.inci. nō ſequendo ordinem.vol.2. Pariſ.conſ.120.vol.1. ſicut etiam numerus ſupplet, quando eſt defectus in perſona, & non in dicto Ruin.conſ.149.nu.37.vol.5.& in conſ.150.nu. 18.eod.volum.

29 Limitatur decimoquintò, & vltimò † intelligi debere, ꝓut poſuimus in proxeneta, & mediatore: ſecus ſi tm̄ eſſet nuntius, ſeu mandatarius, vel perſuaſor in genere, vt per Soc.iun.alleg.cōſ.29.nu.17. vol.2. & ꝑ Cor.d.conſ.62.in lit.H. vol.1. vel quod extrinſecum miniſterium præſtitit in conuocandis partib. ſeu teſtibus, non tm̄ ipſe actum conuentionis perfecit, ſed partes per ſe cōuenerunt, vt per Bal.in conſ.469.inci. tria dubia.nu.4.vol.2.qui dicit proxenetā dici, & qui accepit pretium, & qui gratuitò operā præſtat, modò per eum fiat conuentio, & forum, vt ipſe loquitur.

CONCLVSIO MXLI.

ARGVMENTVM.

Quæ probanda ſunt ab agente ad æſtimationem melioramentorum, & ad impenſarum propter ea factarum deductionem.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta quæ dicantur.*

2 *Melioramentorum diuiſio.*

3 *Melioramenta conſtare debent, ut ad illorum æſtimationem, & ad impenſarum propterea factarum deductionem agi poſſit.*

4 *Melioramenta probāda ſunt ab ea allegante, quiq; in eis ſe fundat.*

5 *Melioramenta non præſumi, & eſſe difficilia probatu.*

6 *Melioramenta ad effectū æſtimationis, & deductionis nō ſolum conſtare, & probari debent, ſed etiam probandum eſt, facta eſſe a poſſeſſore ipſo, uel domino, qui prætendit impenſas, uel ab altero, cui ipſe ſucceſſit.*

7 *Melioramenta facta eſſe, & a ſe facta non ſolū probandū eſt ad effectum deductionis; uerum etiā ex his alterum, aut ſcilicet neceſſaria, aut utilia, non ſolum uoluptaria.*

8 *Melioramenta utilia eſſe ſufficit probare poſſeſſori bonæ fidei, ut ea deducat, ſecus poſſeſſori malę fidei, cui præter hoc probandum etiam eſt ea neceſſaria fuiſſe.*

Melio-

9 *Melioramenta fuiſſe voluptaria nõ ſufficit probare quoad deductionem per æſtimationem, ſecus quoad abraſionẽ in bonæ fidei poſſeſſore.*

10 *In Melioramentis probandis quantitatis impenſarum factarum probatio non ſolum requiritur, ſed etiam ipſius meliorationis.*

11 *Melioramenta non ſolum probanda ſunt, ſed etiam deterioratio rei, quando euenit caſus, vt is, qui meliorationes prætendit, rem deterioraſſet ante facta melioramenta.*

12 *Exceptio retentionis cauſa melioramentorum non admittitur in iudicijs non admittentibus exceptionẽ requirentem altiorem indaginem.*

13 *Melioramentorum æſtimatio probatur per teſtes deponentes de eorum valore.*

14 *Melioramentorum domus æſtimatio non per quoſcunq; teſtes, ſed per architectos, & in arte peritos.*

15 *Melioramentorum domus æſtimatio cum per architectos, & in arte peritos probanda eſt, illa qualitas architecti, & in arte periti articulanda eſt, & probanda.*

16 *Melioramenta non poſſe probari per architectos, & in arte peritos, qui ea conſtruxerint.*

17 *Melioramentorum æſtimatio ſi per teſtes non fuerit probata, fieri poterit a iudice ex officio ſuo.*

18 *Melioramentorum æſtimatio ſi per teſtes non fuerit probata, fieri poterit a iudice ex officio ſuo ꝑ rei euidentiã ſubijciendo rẽ oculis, ac ſe de melioramentis informando.*

19 *Melioramentorum æſtimatio facienda eſt ſecundum tempus reſtitutionis rei, non ſecundum illud tempus, in quo facta ſunt melioramenta.*

20 *Melioramentorum æſtimatio debet fieri non iuxta valorem ædificij conſiſtentis, ſed æſtimari debent rudera, & materia, quæ ex dirupto ædificio vendi poſſet.*

Contrarium, nu. 21.

22 *Fructus percepti in emptore bonæ fidei, & in grauato reſtituere, quando extenuent melioramenta: remiſſiuè.*

23 *Melioramenta ſuper re eccleſiaſtica, vel alibi facta nõ probari per ſimplicem aſſertionem prælati, in præiudicium eccleſiæ.*

Antequam ad melioramentorum pro
bationis materiam deſcen
damus, videndum prius nobis eſt, quæ ſint ea, & quo
pacto diuidanť, vt clariora fiant, quæ dicturi ſumus.
1 Melioramenta itaq; † ſiue meliorationes dicũtur,
quæ meliorem rem reddunt, & efficiũt, ita rei affixa,
vt ſeparari non poſſent. ex l. ꝙ dicitur, in fi. cum l. ſeq.
ff. de impen. in res dotales factis. idem rñdit Caſtr. in
conſ. 377. in 1. par. vbi etiam agit, qua in rẽ differant à
ſeparationibus, & inſtrumentis. idem habetur à Bou.
in conclu. 44. nu. 6. Horum verò melioramentorum
2 † alia ſunt naturalia, alia induſtrialia, & alia ciuilia,
ſicut de fructibus diſtinguiť à Bart. & ibi gl. in l. ex di-
uerſo. ff. de rei vend. & ab Abb. in c. grauis. de reſtitu.
ſpol. hanc diſtinctionẽ tradit Bero. vbi ẽt effectus ex-
* ponit, & ſingula mẽbra declarat in concl. 96.* cõſuetũ
in his melioramentis ea adhibeť diſtinctio, vt alia
ſint neceſſaria, quæ ſi facta non ſint, res aut peritura,
aut deterior futura ſit, vt vetera ædificia reficere; flu-
mina auertere: vites, arbores in locum de mortuarũ
ſufficere, l. impenſæ neceſſariæ. & ibi not. ff. de impen.
in res dot. fact. ip l. pecuniæ. in fi. ff. de alim. & ciba. l.
nonnulla vtilia, quæ meliorẽ reddunt rem, aliqua vo
luptaria, quæ ſpeciẽ duntaxat ornant, non ẽt augent,
vt viridaria, vt cautum eſt à Paulo I. C. in l. impenſæ.
vbi Alc. ff. de verb. ſign. & à Bar. & alijs in l. in fundo.
ff. de rei vend. & à Doct. in l. domos. ff. de leg. 1.
3 Vt aũt ad æſtimationem † iſtorũ melioramento-
rum, & ad impenſarum ppea factarum deductionẽ,
ſeu propter eadem retentionem quis agere poſſit iux
ta l. ſi in area. & ibi plenè Doct. ff. de condic. indeb. &
l. adeò. §. ex diuerſo. ff. de acq. rer. dom. & plenè diſtin
guit Sal. in l. domũ. C. de rei vend. Ang. Are. in §. cer-
tè. inſtit. de rer. diuiſ. & Cor. in conſ. 122. volu. 2. & in
conſ. 86. vol. 4. Conſtare debet prius de melioramẽtis
arg. l. diuus. poſt prin. quod etiam obſeruauit Cæpha.
qui hoc tradit in conſ. 213. nu. 3. lib. 2.
4 Probariq; debent iſta melioramenta † ab eo, qui
ea allegat, in eisve ſe fundat, iuxta l. qui accuſare. C.
de eden. Parit. in conſ. 33. nu. 53. vol. 1. ſiue agat, ſiue
excipiat, vt cenſuere Docto. in d. l. in fundo. ff. de rei
5 vendic. quia non præſumuntur, † & videntur eſſe dif-
ficilis probationis, & liquidationis, vt conſulendo re
ſpondit Cur. iun. in conſ. 165. nu. 10. & ſeq. & num. 2.
vol. 2. quod & animaduertit Bero. in conſ. 37. num. 6.
vol. 2. & Dominus Burſat. in conſ. 151. col. fin. vol. 2.
ad id etiam reſpexit Anch. Regien. in concl. 46. in 1.
par. vbi id fieri debere per architectos, & peritos ad-
monet: iſtud etiam placuit Rol. à Vall. in cõſ. 28. nu.
30. & 31. vol. 1. Cæph. in conſ. 311. nu. 94. vol. 3. quib.
adhæſit D. Caualca. deciſ. 28. in add. nu. 2.
6 Superiora ampliantur, † vt non ſolum conſtare de
beat de melioramentis, & ipſorum probatione, verũ
ẽt debet ꝓbari, ꝙ facta ſint à poſſeſſore ipſo, vel Do-
mino, qui prætendit impenſas, vel ab altero, cui ipſe
ſucceſſit vt viſum eſt Caſtr. conſ. 268. viſo ſupraſcri-
pto puncto. col. pen. ver. ad vnum tñ aduertendũ. vol.
2. in nouis. & poſt eum Menoc. in tract. recuper. poſſ.
rem. 15. nu. 567. ad quòd conſulas Soc. iun. in cõſ. 62.
nu. 3. vol. 1. Rodoan. in tract. de reb. eccle. non alien.
§. conductores. nu. 2. fol. mihi 420. reſpondit idẽ Pau.
Caſtr. in conſ. 270. ſub nu. 4. vol. 2. & acceſſit Caualc.
in deciſ. Fiuizanen. dec. 28. nu. 3.
7 Secundò amplia, † vt non ſolùm probãdum ſit ad
effectum deductionis facta eſſe melioramenta, & à
ſe facta, verùm etiam ex his vtrum malit fuiſſe, ſcili-
cet aut neceſſaria, aut vtilia, non ſolũ voluptaria, ita
ſenſere Bar. & alij in d. l. in fundo. nu. 54. & Curt. iun.
in conſ. 165. nu. 14. vol. 2.
8 Declarandũ eſt hoc procedere † in bonæ fidei poſ
ſeſſore, qui deducit melioramẽta neceſſaria. l. qua ra
tione, in prin. ff. de acq. rer. dom. §. ſed certè illud inſt.
de rer. diui. vt arbitratus eſt Tiraq. de retra. conuen. §.
7. gl. 1. nu. 2. & 4. idẽ aſſerunt Boer. in d. dec. 44. ſiue ha
beat titulũ directi dominij, ſiue vtilis, ex l. Colonus.
in prin. ff. locati. vt ſcripſere DD. in l. Senatus. §. Mar-
cellus. ff. de leg. 1. in l. 2. vbi Iaſ. nu. 17. C. de iu. emph.
ad idẽ rñdere Rui. in conſ. 24. nu. 10. lib. 1. Pari. in cõſ.
33. nu. 55. lib. 1. & Rol. à Val. in cõſ. 28. nu. 15. & 16. &
ſi ſciat rẽ eſſe ex cã fideicõmiſſi reſtitutioni ſuppoſi-
tã, vt cenſuere Bello. in cõſ. 65. nu. 12. ex l. domos, vbi
* *oẽs. ff. de leg. 1. & Rui. in conſ. 165. in fi. lib. 4. eoãſi
melioramẽta, vel res perierint, teſte Tiraq. de retrac.
conuen. §. 7. gl. 1. nu. 10. & etiã vtilia deducere docẽt
Bart. & oẽs in d. l. in fundo Bello. d. conſ. 65. nu. 13. &
Boer. d. dec. 44. ſecundum declarationes Bar. in d. l. in
fundo. Secus in malæ fidei poſſeſſore, cui quo ad de-
ductionẽ impenſarum nõ ſufficit probare vtilia me-
lioramenta, q̃ nõ deducit per æſtimationẽ l. domum,
in fi. C. de rei vend. ſed ſolũ detrahit ea nõ perempta,
vt placuit Lorio. in l. fructus, ver. impen. vtil. ff. de reg.
iu. ſed debet probare neceſſaria fuiſſe, vt ipſe ẽt dedu-
cat, d. l. domum, vbi DD. vt etiam viſum eſt Alc. in d.
l. impenſæ, nu. 3. ff. de verb. ſig. & idem concludit Bar.
d. l. in fundo. vbi declarat etiã quid iuris ſit in bonæ
fidei poſſeſſore à principio, & ex poſt malæ, & quid ẽ
contra in eo, qui fuit malæ à principio. & poſtea bo-
næ, de quib. omnib. & de eo, qui dubitat, & de deten-
tore, & colono videas copioſiſſimè, differentem Me
noch. d. remed. 15. qui exactiſſimè, omnia explicat,
eaq; diligenter conſiderabis, vt in materia probatio-
nis ſcire poſſis, quãdo tibi ſit probãda neceſſitas, ſiue
vtilitas melioramentorum.
9 Declaratur autem † quod dictum eſt non ſufficere
probare voluptaria fuiſſe melioramenta, procedere,
quo ad deductionem per æſtimationẽ, ſecus per abra
ſionẽ in bonæ fidei poſſeſſore, vt colligitur ex d. l. in
fundo,

Digitized by Google

fundo. vbi Bar. declarat, & l. pro voluptarijs. ff. de impenſ. in res dotis factis. eadem explicat Alc. d. l. impēſæ. nu. 9. quomodo malæ fidei poſſeſſor etiam nō detrahat, niſi facilis ſit ſeparatio, conſulas Bar. in d. l. in fundo. & Menoc. loco citato. nu. 545.

10 Ampliatur tertiò, vt his probandis † melioramētis requiratur non ſolum probatio quantitatis impenſarum factarū, verum ēt ipſius meliorationis, vt dicatˀ nedum ꝙ impenſarum eſt, verū ēt & in quo meliorata res ſit pp impenſam, ſic teſtatur Neguſ. in tract. de pign. in 4. memb. 5. par. nu. 11. qui nos idcirco monet, vt in probando concludamus tam circa quantitatē impenſæ, quam meliorationis, rem ſ. eò pretioſiorē eſſe propter impēſas, quam antea foret, vt ibi per eū, adducit tex. gl. & Doct. in d. l. in fundo.

11 Amplia quartò, vt non ſolū † probāda ſint melioramenta, ſed ēt deterioratio rei, qñ eueniſſet caſus, vt is qui meliorationes prętendit, rem deterioraſſet ante facta melioramenta. tunc enim ad hoc, vt attēdantur melioramenta, debet etiā haberi ratio deteriorationis, & eius æſtimatio fieri, vt cōpenſetur cū lucro, & quod ſupereſt pro melioramento habeatur, etiam ſi melioratio, & deterioratio eſſent in diuerſis rebus, vt declarat Bar. in l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. & probat Cur. iun. d. conſi. 165. nu. 14. par. 2.

12 Ex hac concluſione, † ꝙ melioramenta ſint probanda, infertur, ꝙ in iudicijs non admittentibus exceptionem requirentem altiorem indaginem, non admittatur exceptio retentionis cauſa melioramentorum, vt conſultū eſt à Caſtr. conſ. 326. lib. 2. & d. cōſi. 268. eo. lib. in nouis. de quo videas Menoc. d. rem. 15. nu. 568. qui adducit contrariā ſnīam loquētes. Cūm igiť conſtiterit facta eſſe melioramenta à poſſeſſore, verſariq́; in caſu deductionis, erit probanda quātitas meliorationis, quæ per eſtimationem probatur.

13 Aeſtimatio † aūt hmōi melioramentorū probabitur per teſtes deponentes de eorū valore, ꝙ ſ. tm̄ poſſent vendi homini ſcienti, & intelligenti conditionē & qualitatē rei, vt dr̄ generaliter in teſtibus probare volentibus æſtimationem alicuius rei, vt habemus à Bar. in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iur. fiſci & à gl. in l. mortis cauſa capimus. §. vlt. ff. de do. cau. mor. hoc idem aſſeruere Ang. & Imo. in l. pretia rerū. ff. ad leg. fal. & Doct. in l. 1. §. ſi hæres præcepto fundo. & ibi Iaſ. nu. 9. ff. ad Treb. & in hac hypotheſi noſtra reſpondit Cur. iun. in alleg. conſ. 165. nu. 18. & de probatione valoris rei habetur pleniſſimè per Fel. in c. cum cauſa. il 2. de teſtib. & à nobis explicabitur in concluſ. valor. quo ex loco poteris, quæ ad meliorationem pertinent quo ad valorem excerpere.

14 Declaratur ꝙ dictum eſt æſtimationē † hanc melioramentorum, & ædificiorū per teſtes probari, non abſolutè pcedere in quibuſcunq; teſtibus, ſed requiri teſtes architectos, & in arte peritos, probat tex. in §. ꝙ autem, & ibi gl. in authen. de non alien. & ideo in probandis melioramentis ædificij non ſufficit, quod teſtes ſint magiſtri, verùm requiritur, quod ſint architecti, ad hoc. vt dicantur legitimi æſtimatores, iuxta ſententiam Spec. tit. de fructi. & intereſſe. circa fi. cui accedit Cur. iun. d. conſ. 165. nu. 20.

15 Ampliať hoc adeò verum eſſe, † vt articulanda, & probanda ſit huiuſmodi qualitas, alioqui non crederetur eorum dicto, licet dicerent ſe eſſe peritos, cum non ſufficiat fabros eſſe, aut opifices, niſi ſint architecti, aut in arte periti: ita in hac facti ſpecie conſuluere Aret. cōſ. 83. col. pen. & Cur. iun. d. cōſ. 165. nu. 10. & in vniuerſum qualitas requiſita in teſte debet probari, authore Bart. in l. de ætate. ff. de minor. vt & docuere Doct. in c. propoſuiſti. extr. de proba. & Io. Pet. Anch. in ſuis familiarib. 99. concl. 47. nu. 11. in 1. par.

16 Limitať modò in his magiſtris † & architectis, qui conſtruxere melioramenta, illis enim tanq̃ teſtibus de facto proprio deponentibus, eò ꝙ aut laude vel dedecore digni fortè eſſent iudicandi, non eſt credendum, vt conſultum eſt à Cur. iun. d. conſ. 165. num. 21. adducit Bur. in c. cùm à nobis. extr. de teſti. & in c. cū ex literis & ibi Docto. de tranſact. ad idem reſpondit Alex. conſ. 76. vol. 2. & in cōſ. 141. nu. 9. vol. 1. cū alijs adductis à Io. Anch. d. concl. 47. in fi.

17 Secundò huiuſmodi melioramentorū † eſtimatio ſi nō fuerit probata per teſtes, fieri poterit à iudice ex officio ſuo, iuxta doctr. Bar. in l. ſi ꝙ ex Pamphila. ff. de leg. 2. cuius ſententiā confirmat Marian. Soc. iun. in conſ. 62. nu. 8. vol. 1. & hoc modo rei valor probari poteri, vt not. per Ang. in d. l. pretia rerū. ff. ad l. falc. & per Bar. in l. vinum. ff. ſi cer. pet.

18 Tertiò ēt probari poterit † ex eodemmet officio per rei euidentiā ſubijciendo rem oculis, ac ſe de meliorament is informando iuxta l. ſi ruptione. ff. fin. regund. ſic viſum eſt Cur. iun. in d. conſ. 65. nu. 22.

Declarandum nūc eſt, ꝙ dictum eſt ſup. de meliora19 mentorum † æſtimatione, faciendā eſſe illam eſtimationem ſecundùm tps reſtitutionis rei, non ſecundum illud tempus, in quo facta ſunt melioramenta, vt ſentit Bar. in l. domos. ff. de leg. 1. vbi Caſtr. Ang. & Alex. & Iaſ. qui hanc * communem opinionem eſſe teſtantur: in eandē deſcenſum eſt ſnīam à Boer. cōſ. 44. num. 12. Cor. conſ. 158. col. vlt. vol. 3. Alb. in d. l. in fundo. Rui. conſ. 38. in fi. li. 1. & conſ. 117. nu. 1 li. 3. & conſ. 16. nu. 6. li. 4. Capic. deciſ. 93. in fin. Rol. à Val. conſ. 28. nu. 14. & conſ. 30. nu. 6. & à Neguſ. d. 4. mem. nu. 16. ver. 6. concl. Verumtn̄ cùm id non ſine aliqua dubitatione non procedat, & diſtinctione indigeat, ad hoc tibi erit adeundus Menoch. qui iſtud egregiè enucleat. d. remed. 15. nu. 557. Burſ. quoque videas declarantem hanc cōem opinionem in conſ. 71. nu. 22.

20 Declaraſ ſecūdò, vt pdicta æſtimatio † debeat fieri non iuxta valorem ædificij conſiſtentis, ſed eſtimari debeāt rudera, & materies, quæ ex dirupto ædificio vendi poſſet, vt hanc eſſe magis * commu. opin. dicit Bero. concl. 96. poſt nu. 4. verſ. ſi verò feudum.

21 Contra † tn̄ rn̄dit Bal. in materia feudali. in c. 1. §. vaſallus. in tit. hic finiť lex. & in auth. excipitur, poſt nu. 2. C. de bon. quæ lib. & hanc opinionē eſſe æquiorem. & quod in iudicādo eam ſequeretur dicit Clar. lib. 4. ſenten. §. feudum. concl. 88. ver. ſed quæro.

22 Quando aūt fructus † percepti in emptore bonæ fidei, & in grauato reſtituere extenuent melioramēta, conſulas Boer. in d. deciſ. 44. nu. 15. vſque ad nu. 23.

Verumtn̄ antequā hinc degrediamur, illud ſuperpondij loco adijciemus: ꝙ melioramēta huiuſmodi
23 † nō probanť ſup re eccleſiaſtica, vel alibi facta, nec ab illo petēte aut eius, aut horū per ſimplicē aſſertionē prælati in præiudiciū eccleſię, ſed aliunde p legitimas pbationes veniunt probanda, vt profitendo ſcripſit Bal. in l. iubemus. in prin. circa fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & conſultus rn̄dit Rui. in conſ. 157. nu. 7. cum ſeq. li. 5. ꝙ & aſſeuerauit Abb. in c. fi. de præſcri. vbi ēt Fely. nu. 11. verſ. generaliter autem. idem voluit Cra. in conſ. 483. nu. 4. & 6. vol. 3. & Anch. Regien. concl. 52. nu. 10. & 11. in 2. part. nec ab iſtis receſſit D. Caualc. in dec. 28. nu. 2. & deci. 46. nu. 152.

CONCLVSIO MXLII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur memoriam non extare in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Memoriam non extare in contrarium cum agitur de præſcriptione, vel poſſeſſione probari per teſtes, & quid depo‑nere debeant, ibid. & nu. 2.*

Memo-

3 *Memoriam non extare probari non poſſe per ſcripturã. Contrarium, nu. 4.*

5 *Memoriam non extare probari debere per teſtes, qui ſint ætatis annorum 54.*

6 *Memoriam non extare probari debere per teſtes deponentes de viſu, & de reliquo de auditu.*

7 *Memoriã non extare probari debere per teſtes deponẽtes de cõi opinione, ac publica voce, & fama: ſecus ſi ſimpliciter dicerent nunquam vidiſſe, vel audiuiſſe contrarium.*

8 *Memoriam non extare probari debere per teſtes deponẽtes de communi opinione, & fama eorum, qui verisimiliter ſcientiam huiuſmodi rei habere, vel ſcire potuerunt: non vero de fama totius populi.*

9 *Probatio affirmatiua, memoriam ſ. extare, potior eſt negatiua probatione, memoriam non extare.*

10 *Memoriam extare poſſe probari per ſcripturam.*

1 Memoriam non extare in cõtrarium, † quã ſcilicet agitur de præſcriptione, vel poſſeſſione, aliove ſimili, probaĩ per teſtes deponentes, ꝙ ſemper viderũt ita eſſe, & nunq̃ viderunt, vel audiuerunt contrarium, & ꝙ cõis ſit, & ſemp fuerit opinio, ꝙ ſic fuerit & ꝙ non extet cõtrarij, vel initij memoria, ita docet glo. ord. in c. 1. in ver. memoria de præſcr. in 6. cuius ſententiam ſunt ſequuti Hoſt. Inn. & Io. And. & Ant. de Butr. in c. quid per nouale, col. 4 de verb. ſign. & idem vĩ voluiſſe Alex. in cõſ. 136. col. 6. ſub nu. 18. ver. præterea hic aliquo modo, vol. 2. per l. ſi arbiter. ff. de prob. & per doctr. Bal. in l. 2. §. itẽ Labeo, ad fi. ff. de aq. plu. arc. & not. in d. c. de præſcr. in 6. & per Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. atq; Inno. in c. veniens, nu. 3. de verb. ſig. ad idẽ decidit Capic. in dec. 101. in cã Tremitana, id etiam ſenſit Hercul. in trac. de probat. nega. nu. 321. & Pap. in ſua pra. in for. in act. contest. verſ. ſemitus æquaductus nu. 19. verſ. fallit in ſeruitute aquæd. vbi inquit

2 teſtes deponere debere † nullũ hodie viuere, q viderit veluti ſeruitutẽ imponi, & conſtitui, & nunquam vidiſſe, vel audiuiſſe aliquos qui dicerẽt ſe vidiſſe, vel audiuiſſe à maioribus ipſam ſeruitutẽ imponi, vel cõſtitui, vel ab aliis audiuiſſe, qui vidiſſent, vel audiuiſſent, & ſe ſemper audiuiſſe a maiorib. dici, &c. & ibi. ſuccurrit aduocatis, & procuratorib. quo pacto ſibi cauere debeant pro formandis titulis, hoc pterea ſequuntur Io. de Pla. in l. vlult. no. 1. de aquæduc. lib. 11. Cœpol. in trac. de ſer. vrb. præd. c. 19. nu. 5. Old. in cõſ. 177. col. 4. verſ. præterea etiã verũ eſſet Caſſa. in cõſu. Burg. tit. des iuſt. 3. rub. 1. in §. 2. nu. 8. cum ſeq & in tit. des foreſtes §. 2. in fi. ver. licet ſimiliter & Do. Rotæ, vt p Mohed. dec. 352. & Ant. Aug. lib. 3. cõtro. dec. 173. q̃ quidẽ nondũ ſunt Typis traditæ. Pariſ. in conſ. 142. nu. 22. vol. 1. Guid. Pap. in cõcl. 193. in fi. & cõcl. 357. Alc. in conſ. 16. col. 5. ver. nec obſt. ẽt ſi rñderetur, vol. 5. & in conſ. 577. col. 4. vol. 6. Corn. in conſ. 263. col. 8. ver. licet ẽt talis prob. it, vol. 4. Cran. de antiq tẽp. par. 4. ver. materia iſta ſingularis, nu. 38. Sig. in cõſ. 70. nu. 19. Spec. in tit. de prob. ver. vlt. quæritur vſq; ad fi. §. & alij, quos congerit Pariſ. in conſ. 27. nu 97. vol. 1.

Primò amplia concluſionẽ eò vſq; procedere, vt

3 probatio huius negatiuæ † memoriã ſ. non extare per ſcripturã, non valeat, iuxta ſnĩam Alex. in d. conſ. 16. col. 5. ver. confirmo hoc. vol. 5. per doct. Io. And. in d. c. de præſcrip. in 6. & refert Cran. de antiq. tẽp. part. 4. verſ. materia iſta. nu. 39. & Balb. in tract. de præſcrip. par. 3. prin. concl. 6. nu. 25. & ſequitur Gemin. in d. c. 1. col. 4. circa fi. de præſcript.

4 Huic tñ contraria ſnĩa † põt defendi ex iis, quę ſcripſit Hercula. in ſuo tract. de proban. nega. num. 167. quo in loco inter alios modos negatiuam probandi illum commemorat, per inſpectionem ſcripturæ, ex doctr. Bar. in l. vlt. C. de reb. cred. qui iſtud legati exẽplo demonſtrat. illud enim non eſſe factum probatur per inſpectionẽ teſti, in quo de legato nulla mentio reperiĩ, & de nõ ſolutione collectæ: idem docet ipſe Bar. in d. l. vlt. exemplo planũ facit, vt ſcilicet probeĩ non ſoluiſſe ex inſpectione libri, in quo collectæ notabantur, quem ſequitur Bald. in l. non iuſtum. C. de eden. & alij, quos refert ipſe Hercul. in d. tract. de proba. negat. nu. 167. cum ſeq. vſque ad nu. 174.

Primo velim limites, & intelligas procedere hanc

5 concluſionẽ, † ſi teſtes fuerint tales, qui veriſimiliter poſſint habere notitiam de eo, ꝙ deponunt, vt ſi fuerint minimum ętatis annorũ quinquaginta quatuor; ſecus autem, ſi minoris ætatis, vt author eſt Gemi. in c. 1. col. 4. verſ. ſed quærit Lapus de præſcrip. in 6. quẽ remiſſiuè refert etiam Balb. in ſuo tract. de præſcript. par. 3. prin. concl. 6. nu. 27. ad idem reſpondere Pariſ. in conſ. 27. nu. 97. vol. 1. & Burſ. in conſ. 87. nu. 31. vol. 1. idẽ docet Mil. in ſuo reper. in verſ. teſtis ad probandum memoriam; ubi voluit, ꝙ vel ſaltem ante 40. annos, quo teſtis audire incepit illa, quæ deponit, fuerit doli capax: id poſtremò confirmauere Bert. in ſuo tract. de gabel. 1. par. num. 28. vbi voluit teſtes debere maiores eſſe quadraginta annis. Rebuff. in tract. de deuin. concl. 13. nu. 99. & Caſſa. in conſ. 54. nu. 51.

6 Secundò limita, & intellige † concluſionẽ veram eſſe, dummodò huiuſmodi teſtes deponant per quadraginta annos de viſu, & de reliquo auditu, vt inqt Lap. in c. audiuis, de præſcrip. quem refert ſequendo Mil. in ſuo repert. in verſ. teſtis ad probãdum memoriam, & Baldat. in allegat. 122. nu. 1. & Bert. in eo tracta. de gabel. 1. par. nu. 28.

7 Tertiò poteris limitare, & intelligere, † vt locũ habeat concl. ſi teſtes deponant de cõi opinione, ac publica voce, & fama non extare memoriam; ſecus ſi ſimpliciter dicerent nunquam vidiſſe, vel audiuiſſe contrariũ; ſic format Aret. in c. licet ex quadam, col. 1. verſ. tu autẽ aduerte, de teſti. & col. 2. ver. & aduerte dicit gl. ſuper alleg. in c. 1. de præſcr. in 6. tenendã,

* quæ quidem * cõiter eſt approbata, & ita conſuluere Rapha. Cuma. in conſ. 77. viſo libello, col. 1. verſ. ſed ſecundũ, & Alex. in cõſ. 136 col. 6. vol. 2. vt ẽt dixẽmit Capic. in eadẽ deci. 195. nu. 2. ꝙ & placuit Bal in ſuo tract. de præſcr. par. 3. prin. concl. 6. ſub nu. 24.

8 Sublimitabis hanc limitationẽ † & intelliges ſufficere, ſi teſtes deponant de communi opinione, & fama eorum, qui veriſimiliter ſciẽtiam huiuſmodi rei habuerunt, vel ſcirẽ potuerunt; nec requiritur, ꝙ deponant de communi opinione, & fama totius populi: ita cenſuit Ant. de But. in d. c. quid per nouale, ver. aduertẽdum, de verb. ſign. vbi lariſſimè. idem voluit Spe. in tit. de probat. verſ. vlt. quæritur, & refert Balb. de præſcrip. vbi ſuprà. nu. 26.

9 Quartò limita, & intellige concluſionẽ † locũ ſibi vendicare, ſi ex parte aduerſa non eſſet probatũ memoriam extare, ſecus ſi probaſſet; quia tunc illa probatio affirmatiuæ memoriam ſcilicet extare, potior eſſet probatione negatiuæ, vt ſenſit gl. vlt. in d. c. 1. de præſcrip. cui accedit Spec. tit. de proba. §. 1. col. 6. ver. quid ſi teſtes, per glo. ſing. & vulg. in l. diem proferre, §. ſi plures, in glo. magna. ff. de arbit. iudic. & ſequitur Franc. in d. c. 2. cir. fi. de præſcrip. in 6. refert ſequendo Balb. in d. tract. præſcr. par. 3. prin. concl. 6. nu. 27.

10 Amplia hanc limitationem, † vt eo vſq; procedat, ꝙ per ſcripturam poſſit probari huiuſmodi affirmatiua, memoriam ſcilicet extare, ꝙ non poteſt fieri de negatiua, vt nuper probauimus in 1. amplia. ita obſeruauere Io. And. Gemin. & Franch. in d. c. 1. de præſcrip. quod ſequuti ſunt Alex. in conſ. 75. col. 3. verſi. ſecundo poteſt reſponderi, vol. 4. Curt. iun. in conſi. 174. col. 8. Balb. in alleg. tract. de præſcrip. vbi ſup. & Cran. in tract. de antiq. temp. par. 4. verſ. materia ſub num. 4.

Cætera huc ſpectantia docebimus in cõcluſionibus obliuio, Præſcriptio, & Tempus.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO MXLIII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus præſumatur quis mendacium dicere, & in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium quid ſit.*
2 *Mendacium committi non ſolum non dicendo veritatem, ſed etiam illam tacendo.*
3 *Mendacium non præſumi.*
4 *Mendacij præſumptio eo magis excluditur quo de digniori, & honeſtiori perſona agitur.*
5 *Mendacium dicere facile præſumitur pollicens maria, & montes, vt fertur.*
6 *Mendax præſumitur contra mendacem agens.*
7 *Mendax in vno in omnibus præſumitur mendax.*
8 *Iuro damnum paſſi credi debere diſponente ſtatuto, periuri aliàs damnum paſſi iuramento non eſſe credendum.*
9 *Teſtis in vno verus, in alio falſus, in omnibus præſumitur falſus. Quod amplia, vt nu. 10.*
10 *Mendacium in omnibus dicere non ſolum præſumitur ſemel mendax, ſed contra ipſum oritur etiam non modica ſuſpicio circa alia genera malorum.*
12 *Mendax ſemel & in præteritũ, & in futurum mendaciũ dixiſſe præſumitur, Contra nu. 13. Concil. nu. 14.*

1 Mendacium † ꝙ eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi, vt verbis vtar Accur. in l. de ætate, §. ſi cũ eſſet, in verbo, mendacij, ff. de interrog. act. vt eſt traditũ in c. nec ratiocatio, 22. q. 2. ꝙ committitur † non
2 ſolùm non dicendo veritatem, ſed ẽt illã tacendo, vt aſſeruit gl. in c. ne quis, 22. q. 2. & in c. primum, ead. cã & quæ cum ſit de genere malorum, nunq̃ præſumit;
3 † vnuſquiſq; enim regulariter bonus præſumitur, vt varijs in locis probat, vt in c. dudũ, & in c. vlt. de præſumpt. in c. 1. ver. extimat. de ſeruti. & in l. cũ pater, §. rogo, ff. de legat. 2. ſic cenſuit Craue. in conſ. 60. nu. 7. idem probauit Alc. in tract. præſump. in 3. reg. pſum. 2. & in reg. 2. præſump. 8. cum ſimilib.

4 Concluſionem hanc ampliabis eò magis † eſſe veram quo de digniori, & honeſtiori agitur perſona, quæ nullo modo præſumitur mendacium proferre, vt reſpondit Soc. iun. in conſ. 46. nu. 16. vol. 1. & corroboratur ex ijs, quæ latè tradũt Doct. & præcipuè Fel. in c. ſuper his, de accuſ.

5 Primo limitanda eſt, vt nõ habeat locum † in illo, qui maria, & montes, vt vulgò dr, pollicetur: nam illi nulla fides eſt adhibenda, cum facilè mendacium dicere præſumatur: ita inquit tex. iuncta gl. vbi ẽt Bart. in l. non omnes deſertores, ff. de re milita.

6 Secundò limita non procedere in aliquo, † qui ageret contra aliquem mendacem, nam ipſe agens mendacium dicere præſumitur, cùm mendax præſumat quis contra mendacẽ, vt conſtat ex allegatis per Contar. contra Zenam in 1. confeſſ. & ideo confirmant, q̃ habentur in l. ſollicitatione, vbi præcipuè Bart. C. de dona. ante nupt. & in l. qui fidem, ff. de tranſact.

7 Tertiò limitatur, qñ † quis in vno mendacium dixit, nam in omnibus etiam mendax præſumitur, arg. not. in l. vlt. ff. de rei vend. & in auth. contra qui propriam, C. de non num. pec. huc itẽ pertinet reg. ſemel malus, de reg. iur. in 6. idẽ aſſeruere Pariſ. conſ. 90. nu. 29. vol. 1. Caſt. conſ. 140. col. 2. uerſ. ſuper tertio quæſito. Marſil. in ſing. 74. in c. tu habes regulam, & Alc. in tract. præſumpt. in reg. 2. præſump. 7. cũ ibi adductis.

8 Hinc vnũ memoria dignũ colligo, † ꝙ ſi lege municipali caueat, ut eius ſacramẽto illati damni fides habeat, qui damnũ perpeſſus eſt, & alicui damnũ ſit illatum, qui quondam peierauerit, eius tunc iuro nõ credatur, ſed aliter debeat probare, q̃ per ſacramentũ de ſuo damno, ita grauiter, & doctè ſcripſit Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſte, §. 1. in addi. incip. allegat Py. ꝙ ẽt clarius dicit Barb. in c. per tuas, per gl. ibi. de ſimo. per tex. & gl. in c. paruuli. 22. q. 5. quẽ contex. vnà cum gl. allegauit idem Bar. in tract. char. in 2. q. ſui tract. col. 9. verſ. quartò limita. hoc idẽ probat ex Bal. dicto in auth. & qui iurat, C. de bon. aut. iud. poſ. ubi per illum tex. concludit illũ, qui releuatus fuit à ſatiſdatione per iuratoriam cautionẽ, amittere priuilegium, ſi ſemel præſtiterit iuratoriam cautionem: quod etiam voluit Rom. in l. 3. col. 9. uerſ. quid autẽ ſi debens cauere, ff. ſol. mat. & tradunt ſcribentes in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cautio.

Aliud eximium pronũciatum ex ſuperioribus eli-
9 cio, ꝙ teſtis in vno verus, † in alio falſus, in omnibus pſumatur falſus: ita ſenſere Bar. Bal. & alij ſcribentes in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. idẽ Bal. in l. certi condictio, §. qm, ff. ſi cer. pet. col. pen. & in cap. 1. in 2. col. de conſti. in c. cũ adeò, col. 1. de reſcri. Abb. in c. 3. in fin. de fide inſtr. Card. in clem. 1. in fi. de teſti. gl. in c. ſi ad ſcripturas, diſt. 9. atq; ipſe Bal. in l. vlt. in 4. contr. C. de edict. diui Adr. tol. & in l. 2. C. de fideicom. lib. & in l. 1. §. ſi qs ſimpliciter, ff. de uerb. ſig. vbi etiam Ang. &
* Imo. in vlt. col. & hanc * cõem opin. teſtat Marſil. in ſing. 76. quo in loco adducit quandã limitationẽ ualde elegantẽ ad hoc, vt hmõi teſtis falſus non repellatur à teſtimonio, & illi in parte, in qua uerũ dixit, cre-
* dat. ex eodem ergò pronunciato * cõiter recepto ſequitur. vt teſti, qui aliàs perhibuit falſum teſtimoniũ,
10 de quo in c. teſtimoniũ, de teſti. non credat, † nec facit indiciũ, nedum ad torturã, ſed nec ad informandã inquiſitionẽ. ita conſuluit Fulg. in conſ. 173. & conſi. 107. & Dec. in cõſ. 189. quos refert, & ſequitur Alc. in tract. pſump. reg. 2. præſum. 10. nu. 2. ubi ſubiungit huiuſmodi dictũ ẽt procedere in ſocio criminis, q aliàs facit indiciũ ad capturã, & ad informandã inquiſitionẽ, & in aliquib. caſib. ẽt ad torturã, ut hr per Ang. de Arim. in tract. malef. Ang. in uerſ. fama publica, col. 5. ſed ſi fuerit repertus ſemel mendax & periurus, illi nõ credit ad talia proſequenda, cũ deficiat fundũ teſtimonij, ꝙ eſt fides ipſa, d. c. teſtimoniũ, & c. ſicut, de teſti. ꝙ præ cæteris multa dicit obſeruatione dignũ.

11 Primò amplia tertiam limitationẽ, † ꝙ nedum mẽdax ſemel, mendacium in omnibus dicere præſumatur, ſed contra ipſum oritur ẽt non modica ſuſpicio circa alia genera malorum, propter magnam connexitatem, quam habent inter ſe vitia, ut probatur etiã à fortiori in c. ſi gens Anglorũ, diſtin. 56. ubi ex una ſpecie delicti paterni præſumuntur filij affines pluribus, & diuerſis delictis.

Secundò amplia prædictam tertiam limitationẽ,
12 † ut non ſolum procedat quò ad futurum, ſed etiam quò ad præteritum, ut mendax ſemel, & in præteritũ, & in futurũ præſumitur mendacium dixiſſe, & dicturus: ut ad id arg. ſunt ea, quæ habẽtur in §. ult. in auth. de teſtib. ubi uidua fornicatrix præſumitur idẽ feciſſe marito uiuente, & l. 2. qui, C. de adulr. huc tẽdit quod no. Caſtr. in conſ. 103. & Alb. in ter. par. ſtat. q. 32. cùm alijs concordibus, ut per aliquos recentiores in l. de quib. ff. de quæſt. & Marſ. in d. ſing. 74.

13 Contra hanc ampliationẽ † ſenſit Iac. de Belui. in ſua quadã diſputatio. q̃ poſuit in l. omnimodo, C. de inof. teſt. ubi Alb. eã ad uerbũ refert; idẽ uoluit Alc. in l. ult. C. de q. & hæc opinio confirmat ex eo, ꝙ uoluere Abb. Imo. Io. de Ana. et ibi latè Fel. in c. fraternitatis, de hær. dũ tenent, ꝙ licèt Notarius fuerit condemnatus, quod confecerit inſtrumentũ falſum, non ideò cætera prius facta præſumenda ſint falſa.

14 Sed has diſsẽſiones † tollere poterimus, ſi dicemus priorẽ opinionem uerã eſſe ad præſumptionem tñ, quæ oritur contra ſemel mendacem, et quò ad præteritũ; poſteriorem uerò, quò ad probationem plenã,

prout

prout ſe ipſum melius declarãs teſtatur Alc. in tract. præſump. reg. 2. præſump. 7. verſ. quarto intellige.

CONCLVSIO MXLIIII.

ARGVMENTVM.

Quando faciat, vel non faciat mendacium indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium facere indicium ad torturam. Contrar. nu. 2. & 3. Conciliatio. nu. 4. 5. & 6.*
7 *Mendacium tunc facit indicium ad torturam, cũ data fuit copia ipſius indicij, ſeu mendacij reo cum termino cõpetenti ad illud purgandum. Quod intellige, vt nu. 8.*

1 Mendacium facere indiciũ ad † torturam probant Bar. in l. fi. ff. de q. Rom. in cõſ. 8. Ang. de Aret. in tract. malef. in ver. fama publica, in 17. car. verſ. nonò quæro, Paris de Put. in tract. ſind. in car. 96. in vlt. col. & in car. 105. in 1. & 2. col. & in car. 107. col. 1. ante fi. Marſ. in ſing. 103. in fi. vbi dicit ſe hoc practicaſſe, dũ erat Capitaneus Valis Lugani, facit l. vnius, §. teſtes, ff. de q. Put. d. tract. col. 1. verſ. viſo de iud. car. 82. Ancha. cõſ. 288. Boſ. in ſua pract. cri. in tit. de indic. & cõſid. ante tort. nu. 36. Marſ. in d. l. fi. poſt prin. in verſ. vlterius, Bar. hic nu. 6. ff. de q. & in cõſ. cri. 51. n. 67. Franc. Brun. in ſuo trac. de indi. & tort. in 3. q. 1. par. n. 18. Fel. in c. literas, col. 3. de præſcr. & hãc opinionẽ in practica obſeruari teſtaĩ Paris de Put. in d. ſuo tract. car. 441. poſt nu. 2. quẽ refert, & ſequit Gram. conſ. 5. nu. 5. & ad hoc ẽt citat Bat. in ſuo trac. de q. & Luc. de Pen. in l. quoties, C. de dignit. lib. 12. & cõem hanc partẽ dicit Nouel. in ſuo tract. ad defenſam. car. 15. poſt nu. 5.

2 Contrarium † tñ voluit And. de Iſer. qui ob nimiã authoritatem Euangeliſta in regno appellari ſolitus eſt à Doct. in conſti. regni, ſi damna clandeſtina. quẽ refert Gram. in d. conſ. 5. nu. 5. ab illa recedendo, & in voto 30. nu. 15. illũ approbãdo, quo in loco dicit hoc ẽt fuiſſe de mente Bart. in d. l. fin. licet in contrarium
* * cõiter interpretetur rationibus ibi per eum, prout ẽt benè animaduertit Put. in d. car. 441. poſt num. 6. & eadem mẽt ſñia fuit Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 5. q. 21. nu. 39. & ipſemet Gram. d. voto, & nu. atteſtatur
* hanc eſſe * communem opinionem, prout ẽt eam dixit Pract. Carre fo. 95. nu. 119. & Iul. Clar. in d. lib. dicens, ꝙ ſi eſſet iudex, niſi aliud adminiculum cõcurreret ex ſolo mendacio non poneret quẽ ad torturã, nam hoc putat' tutius in hac varietate opinionũ, in qua tñ dicit hoc eſſe relinquendũ arbitrio iudicis cõſiderata qualitate perſonæ, & rei, ſuper qua eſt mẽdaciũ, ſeu variatio, an ſcilicet ſit talis, in qua veriſimiliter poſſit cadere obliuio, & an circa ſubſtantialia negotij, & an in cõtinenti ſe correxit, nã tunc talis variatio diceretur potius emendatio, quem mendacium.

Quæ oĩa videntur facere ad limitationem q̃ ponit Marſ. ad primã opinionẽ, tenentem ꝑꝑ mendacium quẽ torqueri debere, in conſ. 5. nu. 67. cum ſeq. quo in
3 loco dicit primã opinionem non procedere, † qñ mẽdacium eſſet circa aliquod, quod & ſi verè, quis confeſſus eſſet, non tñ illi præiudicaſſet, vt puta ſi quis interrogatus, an ſe reperit à caſu in loco aliquo rixę, & negat ſe interfuiſſe cùm verè interfuerit, tunc enim non ideo eſt torquendus: nã reperire ſe à caſu in loco alicuius rixæ, ſimpliciter non eſt de genere malorũ, vel prohibitũ, ꝙ idem Marſ. comprobat per doctrinã Iac. Butr. in l. Lucius, ff. de infam. vbi dicit, ꝙ ſi aliqs
4 † eſt meus affinis aliqua affinitate, quæ nota, & manifeſta non repelleret eũ à teſtimonio pro me, ſi tñ in eius depoſitione dictã affinitatẽ negaſſet mentiendo, non tñ per hoc eius dictũ annullatur, ꝙ ẽt ſenſit Ang. in conſ. 194. in fi. 2. col. Iaſ. in l. ſi ex falſis, in vlt. col. C. de tranſac. & idẽ Marſ. in reper. l. fi. C. de prob. cat. 45. Alex. conſ. 154. col. 2. vol. 5. faciunt dicta per Fel. in c. ſuper literis, in 2. col. de reſcript. verſ. primò cõcluſis, & no. per eundẽ in c. in noſtra, in col. 16. circa prin. eo. tit. ad quæ add. optimè dicta Ro. in cõſ. 369. in pen. col. ante fi. & in arg. facit text. in c. dudũ, in ver. conſiderantes, de præben. in 6. vbi dicit ꝙ taci-
5 turnitas † alicuius qualitatis, quã ex preſſa nihilominus princeps literas conceſſiſſet, non vitiat literas.

Secundo limita primam opinionẽ, vt non habeat
6 locũ qñ quis negaſſet † in ſua rñſione ea, de quibus in inquiſitione, ẽt ſi erat deinde probatum contrariũ eius, ꝙ negauit, nã tunc nullo modo põt torqueri, cũ inquiſitio, & rñſio in criminalibus habeatur loco litis conteſtationis in ciuilibus, & ſicut conuentus in ciuili, ꝙ poſſidet rem meã, ſi negat talem rẽ poſſidere litem conteſtando & dicendo, nego narrata, prout narrantur, nõ incidit in pœnã l. fi. ff. de rei ven. prout dixit Bat. in l. ſi dubitetur, in §. ita demũ, ff. de fideiuſſ. Iaſ. in §. omnium, col. 20. in fi. Inſti. de act. Io. de Imo. in d. l. ſi dubitetur, & l. ita demũ, & in l. ſed hoc ita, ff. de re iud. Marſ. latè in ſing. 242. ita negando cõtẽta in inquiſitione contra ipſum formata non incidit in aliquam pœnam ſtatutam negãtibus, ita determinat Marſ. in alleg. ſuo conſ. 51. nu. 70.

7 Tertiò limita primam opinionẽ † habere locum ſeruatis ſeruandis, videlicet data copia ipſius indicij, ſeu mendacij, reo cum termino competenti ad illud purgandum, ita idem Marſ. in d. conſ. 51. nu. 71.

8 Quod intellige, † ſi talis copia petatur ab ipſo reo, ita Alex. de Neuo in cõſ. 86. nu. 4. quẽ refert & ſequit
* Clar. in ſua pract. crim. in §. fi. q. 49. nu. 4. & de * communi teſtatur Alb. in l. vnius. §. cognituri, nu. 3. ff. de quæſt. quem refert Iaſ. conſ. 175. col. fin. verſ. 2. allegó.
* lib. 1. & de * communi teſtatur etiã Nouel. in tract. ad defenſam, fol. 89. in primis verbis, & ita intelligendũ eſſe, ꝙ dicit ſeruari Boſſ. tit. de indi. nu. 74. cũ ibi per eum latè adductis, teſtatur idem Clar. d. §. fi. q. 64. nu. 28. prout ipſemet Boſſ. d. loco nu. 79. ſe ipſum declarat iuxta Clar. intelligentiam. vbi tenet iudicem inquiſitum non teneri per ſe offerre, aut dare copiam
* indiciorum ante torturam, & de communi * opinione teſtatur, ac ita practicari dicit, quidquid voluerit Barb. in conſ. 47. car. 3. col. 3. verſ. præterea.

CONCLVSIO MXLV.

ARGVMENTVM.

Statuti mens ambigua, quomodo dicatur certa.

SVMMARIVM.

1 *Mens ambigua ſtatuti ea certa eſſe præſumitur, & dicitur, quæ hactenus interpretatione fuerit explicata.*
2 *Interpretatio legis vim legis habet.*
3 *Interpretatio præſcripta dicitur legis textus.*
4 *Interpretatio vera ſumatur a forenſi conſuetudine.*
5 *Interpretationi, quam dedit conſuetudo, ſtandum eſſe, etiã ſi opus ſit ſtatuti verba impropriare.*
6 *Mens ambigua ſtatuti vt per interpretationem poſſit declarari, neceſſe eſt, vt illa interpretatio habuerit locum per decennium, & ſaltem bis executa fuerit.*
7 *Statuta ita debere interpretari, vt nequeant à ſapiente iure reprehendi.*

1 Mens ambigua ſtatuti † ea certa eſſe pſumit, & dicitur, quæ hactenus fuerit interpretatione explicata, ita ſtatuit Paulus I. C. in l. ſi de interpre-

terpretatione.ff.de ll.optima enim inqt iſte, eſt legũ interpres cõſuetudo. Et ideo ſi de interpretatione legis quæratur,in primis inſpiciendũ erit,quo iure ciuitas retro in hmõi caſib. vſa fuerit,hoc ẽt alio reſpõſo cõfirmauit idẽ Pau.in.l.minimè, & Calliſtratus, in l. nã Imperator.ff. eo quorũ ſnĩam poſteriores legũ interpretes probauere, vt Alban.in conſ.27.nu.10.ꝙ &
2 ea rõne patet.nam interpretatio habet vim † legis,vt obſeruant ſcrib. in cle.exiui.§.itẽ ordo, vbi præcipuè Card.de ver.ſig.& in d.l.minimè,& in d.l.nam Imperator. ff.de ll.iun.l.de quib. ff.eod. cum etiã interpre-
3 tatio preſcripta † dicatur legis textus,ita inquit Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.col.3.ad fi.& interpreta-
4 tio vera † ſumatur à forenſi conſuetudine,vt cõſulẽdo teſtatur Dec.in cõſ.11.nu.9.quod ẽt ſenſit Pariſ.in cõſ.53.nu.97.& 100.vol.1.atq; Alex.in cõſ.22.nu.4.l. 7.idem roboratur ex c.cũ dilectus de cõſue.& authoritate Are.in conſ.159.in fi.& Soc. in conſ.269.verſ. nono cõprobatur.col.vlt quo in loco ex mente Ant. a But. in d.c. cũ dilectus cõſuluit ſtandum eſſe inter-
5 pretationi,† quàm dedit cõſuetudo, etiã ſi opus eſſet verba ſtatuti impropriare, nam inquit Bal.in c. 1. de feu.ſi.cul.non amit. in prin.veram interpretationem a practica, & a communi obſeruantia ſumi, prout etiam voluit Dec.in d.conſi.11.

Intellige tamen huiuſmodi mentis ſtatuti ambi-
6 guitatem † non ex vnica interpretatione declarari illaq; ſequuta ſtatim mentem prius ambiguam,certã deinde apparere. namq; neceſſe eſt, vt talis interpretatio locũ habuerit per decennium,& ſaltem bis executa fuerit,vt queat declarare ſtatutum,& pro mente ſtatuti haberi,ita inquit tex.vna cum glo.in d.l.Imperator,& in d.l.de quibus,in ver.inueterata,& apparet ex authoritatibus ſupra citatis, in quibus omnibus locis DD. loquũtur de interpretatione certa per longum tempus,& per conſuetudinem, & de interpretatione præſcripta, prout videre eſt.

In hac verò ſtatutorum interpretatione optime,
7 † idq; ſæpiſſimè,dum de iure reſpõdit, admonere cõſueuerat Bald.in ſuis cõſilijs, vt ſcilicet qui interpretãtur ſtatuta,debeant ita interpretari,vt nequant à ſapiente iure reprehendi, motus ex contex.l. Saluius Ariſt.ff.de leg.præſtan.cuius admonitionem non improbauit, ſed probauit, nec ſemel, ſed ſæpè ac ſepius Cor.in ſuis conſilijs, & in primis in conſ.44. vol.4. & in conſ.85.vol.3.& Soc.iun.in conſ.76.nu.10.vol.2.

CONCLVSIO MXLVI.

ARGVMENTVM.

Coniecturis malam mentem probari, & quæ ſint illæ.

SVMMARIVM.

1 *Mentem malam ex ijs eſſe, quæ in animo conſiſtunt propterea non poſſe directo probari.*
2 *Teſtes deponentes affirmatiue de mente mala nulli redduntur tanquam ſuſpecti.*
3 *Mens mala coniecturis probatur.*
4 *Mens mala præſumitur ex eo, quod quis arma gerat, & proferat verba crudelitatem præſeferentia.*
5 *Mens mala preſumitur ex appoſitione pactorum, & iuramentorum inſolitorum in inſtrumento.*
6 *Mentem malam quis gerere præſumitur ex precedentibus, & ſubſequentibus malis verbis ipſius.*
7 *Lingua cor eſt Imperator. & mens eſt radix verborum, & ſubſtantia prima.*
* &*communem noſtrorum eſſe ſententiam, de qua p interpretes in iure Pontificio in c.cum dilectus,quod met.cau.reſpondit Rom.in conſ. 369. circa primum propoſitæ conſultationis articulum.colu.4.in 2.dub. nu.10.vt etiam deciſum fuit à Dominis Rot. in deci. 35.ſi quis in cauſa profana. circa med.quorum ſententiam probauit Nic.Mil.in ſuo reper.ver.metus iuſtus dicitur inferri,quod ēt aſſeuerauit Hier. Gig. in tract. penſio.q.36.& Coua.in epit.in 4.decret.lib.par.2.§.4. c.3.nu.12. verſ.8.

51 Cuius limitationis ratio eſt: † nam licèt iniuſta excommunicationis ſententia apud Deum non liget, cū æterni tribunal iudicis illum reū non habeat, quē iudex iniuſtè condemnat,c.cum æterni. de re iud.lib. 6 c.cui eſt illata.& c.ſi ad tempus.q.3.& c.ſi qs nō rectè.q.34.tamen is parere debet,ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate cōſcientiæ abſolutus tenebatur, vt dr̄ in c.hic etſi.13.q.3. & quamuis non noceat quò ad Deū, nocet tn̄ quò ad participianda eccleſiaſtica ſacramenta,& quò ad eccleſiā militantē,vt ſancitum eſt in c.à nobis.il grāde. de ſent.excō.& concludit gl. in d.c.ſi qs nō rectè. q. 34. vt alia multa in hāc ſniam refert egregiè Rom.in d.cōſ. 369.col.4.n.10.11.& ſeq.

52 Decimoquartò limitabis eandē † in virgine oppreſſa à tyranno,in qua præſumitur metus, teſte Bal.in l. eam quam. col. 6. verſ.& ſcias. C.de fideicom.

53 Decimoquintò velim limites, † vt metus iuſtus ēt inducatē ex timore mūtationis ſtatus, vel iacturæ honoris proprij: cum viris bonis iſte metus maior, quā mortis eſſe debeat,vt inquit Paulus I.C.in d.l.iſti quidem.ff.de eo,quod met.cau.& not. gl.in d. c.cum dilectus.in ver.nec metu mortis.ext.eo.quod met.cauſ. quam ſequutus eſt Rom.in d.conſ.369.col.5. nu. 14. verſi. nec dixerit quiſpiam.idē decidit Thom.Gram. in deciſ.5.in cauſa Pauli,nu.10. & in deciſ.18.in cauſa magnifici,ac ſtrenui militis Titij. n.12.quib. in locis adducit Bal.idem ſentientem in l.vt vim.ff. de iuſtit.& iur.vt & tradidit Ariſt. Ethic. lib. 3.c. 99. dum de fortitudine loquitur,quem ad hoc refert Mandoſ. in addit.ad conſ.Rom.369 ſub eo.nu. 14. in litera L. ſuper verſ honoris proprij.

Decimoſextò eandem cōcluſionem poteris limi-
54 tare,vt locum ſibi non vendicet † qn̄ periculum immineret amiſſionis omnium bonorum: nam is iuſtus metus dicitur,& cadit in conſtantem virum, vt conſtat ex contex.& ibi gl.in c.2.de his, quæ ui.ita docet Bar.in l.ſi ob turpem,ff.de cōdictio. ob turp.cauſ.cui accedit Bal.in l.1.in fi.C.quod met.cau. & hunc metum,mortis metui æquiparari confirmat ex eorūdem Bar.& Bal. authoritate ipſemet Gram. in d. deciſ. 18. nu.2.idē facit Rol.à Valle in cōſ.2.in cā præſētis petitorij.nu.55.cū ſeq.vol.1.Ruin.quoq; in conſ.23.nu. 9.lib.1.Dec.in d.conſ.690.nu.8.& Crauet.in conſ. 49. nu.7.quos ad idē refert Menoch.de arb.iud.cau. caſu 135.in fi.lib.2,cēt.2. patrimoniū quoq; hoīs vitā exiſtimari vulgato pūerbio ex Heſiodi carmine patet.

Pecunia eſt anima miſeris mortalibus,quod adducit vnà cum multis alijs,Couar. in d.epit. in 4. decre. lib.par.2.c.3.§.4.nu.18. ver.13.

Decimo-

55 Decimoſeptimò limita,† nã ſimplex præceptũ regis iuſtum metũ inducit, iuxta ſnĩam gl. in c. conuenior.23.q.8.& in c.fuerunt 7.diſt.& in l.ſi per impreſſionem.C.quod met.cauſa,vt rñdit Dec.in conſ.219. col.2.nu.2.quã limitationem latius declarabis,vt nos fecimus in cõcl.193.in c. blanditias principũ per tot.

CONCLVSIO MLVI.

ARGVMENTVM.

Metum coniecturis eſſe probandum,& quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Metum alleganti incumbit onus probandi.*
2 *Metum difficilis eſſe probationis.*
3 *Metum coniecturis probari. Et cur.nu.4.5.& 6.*
7 *Metum publicè illatum per aſpectum poſſe probari.*
8 *Metum quandoq; per iuramentum probari.*
9 *Metum coniecturis probari,modo ea plenè probentur.*
10 *Coniecturæ,& indicia,quibus probatur metus qualia eſſe debeant,arbitrio iudicis relinqui,& nu.12.*
Contra.nu. 11.

Cum igitur metus regulariter non preſumaĩ, vt in ſuperiori cõcluſione abundè de-
1 monſtrauimus,iccircò fit,vt allegãti metum† incumbat onus probandi,ſic tradidere Bal.Aret.& cęteri in l.interpoſitas.C.de tranſact. arg. l. qui accuſare.C.de eden.& in hypotheſi metus reſpondere Alc.in conſ. 97.nu.34.Port.Imo.in conſ.101.nu.8.Plot.in l.ſi quãdo.num.77.C.vnde vi,Rebuff.in tract.de reſcin.contract.gl.12.art. vnic.nu.2.

Verùm cũ is ex eorum caſuum genere ſit, qui ſunt
2 difficilis probationis,†vt cenſuit Pariſ.conſ.53.nu.61. & in conſ.60.nu.21.vol. 3. cuius ſnĩam probauit Menoch.de arb.iud.cau.caſu 116.nu.17.lib.2. cent. 2.ob
3 id metũ cõiecturis,†ac indicijs poſſe ꝓbari,credidere gl.& cæteri DD.in l.metũ.C.ꝙ met.cau. & gl.in c.cũ dilectus.in ver.metũ,circa med.ext.ꝙ met.cã,& in c. cõſultationi,in ver.incõſtanre, de ſpon.& ita affirmarũt Bald. in l. ſi qs hoc genus.C.de epiſ.& cler.& in l. interpoſitas, poſt gl.ibi.C.de trãſ.Dec. in l.in omnib. cauſis pro facto.nu.5.6.ver.venio ad ſiñ.ff.de reg.iur. Ang.in l.1.§.qui onerandæ.ff.quar.re. actio non dat. Pau.de Caſt.in conſ.177.in c.cõtra ſuperius. in antiq. qđ eſt conſ.174.vol.1.in nouiſ Bart. in l. ſi ob turpem cãm.ff.de cõd.ob turp.cau.Cyn.in l.carcerẽ. C. quòd met.cã Bal.in conſ.23.vol.3.Anch. in conſ.299. viſa ſupradicta facti.nu.1.& in cõſ.410.ponderata.Raph. Comenſ.in conſ.68.per tot.Alex.in cõſ. 156.nu.1.& ſeq.lib.5 Alba.in cõſ.77.n.24.Alc.in tract.preſ.reg.3. preſ.7. n.3.Mart.de Gar.inter cõſilia matr.cõſ.15.nu. 14.& 15.vol. 1.& Alex.de Imo.int.ipſa conſ.21.nu.8. Menoch.in tract.de arb. iud. caſu 136 nu. 1.Corn.in cõſ.41.incip.videtur.litera I.vol.2.Bart.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi Prætori.q. 8.quẽ ibi ſequitur Iaſ.ff. de oper.nou.nũc.Beltr.in conſ.336.nu.6.vol. 1.Bal.in c. cãm matrimonij,in prin. de off.deleg.Boer.in deciſ. 101.& Cacher.dec.Pedem.179.nu. 1.Cæpol. in conſ. ciui.2.nu.9.& Rebuf.in tract.de reſcind. cõtract. art. 1.gl.12.nu.14.& Soc.iun.in cõſ.77.nu. 45. vol. 1.Alc. in reſpon.162.nu.11.& in conſ.5.in princ. & in conſ. 504.nu.5.& conſ.241.nu.2.cum ſeq. & conſ. 367. nu. 10.Menoch.in cõſ.1.nu.273.Inn.in c.bonæ. de elect. Dec.in c.vlt.de appel.Alex.in conſ.98.nu. 6.cũ ſeq. vol.3.Affl.lib.1.de conſtit.Saly.rub.11.nu. 21.& ſeq. Couar.par.2.epit.c.3.§.4.n.8.vbi ẽt atteſtatur de * cõi nu.14.& 15.Crot.conſ.100.Por.Imo. conſ. 5.num.9. Celſus Vgo conſ.14.& conſ.120.nu. 67.& 68.& ſeq. Illuſtr.Card.Alba.in ſuis lucubra.ad Bar.vbi amplè. in rub.ff.quod met.cau.Gram.conſil. ciui.9 r.vbi latè Soc.iun.in conſ. 47.nu.32. vol. 3. Rimin.conſ.15.in prin.Brun.in conſ.82.nu.5.Cæph.conſ.295.nu.10.cũ ſeq.Nat.conſ.50.nu.9.cũ ſeq.& conſ. 105. nu.11.vol. 1.atq; Burſ.conſ.82.nu.13.vol. 1.

Quam concluſionẽ ea rõne confirmo etenim me-
4 tus†communiter ſolet clam inferri, vt obſeruauit gl. in l.ſi cum exceptione.§.in hac actione.in ver. ignorantiam.ff.ꝙ met.cau. quam ad hoc ibi no. Ang.& Alex.in conſ.24.animaduerſis his,col.3.nu.8.verſ. 2. præſuppono.no.2.vnde ſufficit leuior probatio, arg. l. vlt. de teſt. cogen.& ita in hac facti ſpecie tenet Alex.in conſ.156.viſo proceſſu.nu.1. vol.5. quod idẽ voluere Corn.in conſ.41.col.3.vol.2.& in conſ. 124. nu.4.vol.3.Alba.in d.conſ.77.nu.9.Bal. in l. decernimus.C.de ſacroſ.eccleſ.Alc.in cõſ.162.nu.11.Rebuf. in eodem tract.de reſcind. contract.d.gl.12.nu.14.
5 Quòd enim fit ſecrete;†nõ bene poteſt probari viſu,vt loquutus eſt Bal.in l.ſi quis in hoc genus, verſi. adde tamen vnum.C.de epiſc.& cler.& idem Zab.in clem.1.ver.notari in 2.not.de hæret.vbi inquit ſecretum illud,quod probari non poteſt,& Fel. in c.1 col. 8.in prin.ver.quando autem dicatur fieri publicè, de fide inſtrumentorum.
6 Huc accedat etiam alia ratio, † quia metus cõſiſtit in mente:nam cum metus ſit inſtãtis periculi, vel futuri cauſa mentis trepidatio,vt definit I.C.in l.2.ff.ꝙ met.cau.& Anch. in conſ.299.atq; Burſ.conſ.72.nu. 10.& metus dicatur quaſi mentẽ tenens, vt ait Card. in clem.cauſam.§. verum de elect. idcircò fit difficilis probatio, & propterea confugiendum eſt ad cõiecturas,& indicia,vt latè diſſerit Boer.in ead.dec.100. per totam,& ante eum Alex.in cõſ.98. quoniam per excellẽtiſſimum,col.2.nu.6.libr.3. vt etiam iſtud poſtremum optimè confirmat idem Alex.in d.conſ.24. nu.20.& 42.lib. 2.

Primo loco limitabis hanc concluſionẽ non pro-
7 cedere †quando metus eſſet illatus publicè,quia tũc poteſt probari oculis, & per aſpectũ, vt hactenus ab Inn.in c.ſuper hoc.de renun.quẽ ſequitur Bal.in d.c. cauſam matrimonij.in prin.quouſq; refert etiã Boer. in d.deciſ.101. nu. 2. cui accedit Plot. in l.ſi quando. nu.76.C.vnde vi.eidem aſſentitur Burſat.in conſ. 72. nu. 16.vol.1.
8 Secundò velim limites,vt quandoq; †poſſit etiam probari per iuramentum, vt c.ſtatutum. §. cum vero eiuſdem de reſcrip.lib.6. id tamẽ eſt ſingulare in illo caſu,vt placuit Dec.in d.l. in omnibus cauſis. nu. 11. de reg.iur.& Boer.in eadem deciſ.101.nu.2.
9 Tertiò intellige eandem cõcluſionẽ, †veram eſſe, quando huiuſmodi coniecturæ, & indicia fuerint legitimè,exactè, ac plenè probata, vt non eſt. ff. quod met.cau.ita ſentit Boer.in d.deciſ.191.in fi.ſic cẽſuere Alc.in conſ.504.nu.7.& cõſ.5.nu.27.& Por. Imol. in conſ. 72.nu.15.vol.2.
10 At quæ,& quales huiuſmodi † coniecturæ, & indicia eſſe debeant pleriq; iudicis arbitrio relinquũt, vt Bal.in l.ſi quis hoc genus.verſ. adde tamen vnum.C. de epiſc. & cleri.& idem in conſ.26. punctus,volu.3. Anch.in d.conſ.229.Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi. prætori.q.8.de oper.nou.nunc.Dec. in l. in omnibus. cauſis.nu.7.ff.de reg.iur.vbi alios alleg.& inter alia.l. 3.ff.ex quib.cau.maio.25.ann.reſt.quæ tamen id non
11 probat,ex illo enim textu† probatur tãtummodo in arbitrium iudicis eſſe poſitũ, quis ſit iuſtus metus, & an ſufficiat ad reſcindendum actum,non autem quæ probationes ſiue coniecturæ requirantur, vt ex illis verbis,ibi,ſed non ſufficit quolibet terrore adductum timuiſſe,ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt, adeò vt iudicis tantum ſit iudicare qualitatem metus,vt hoc idem conſiderauit Menoch.in ſuo tract. de arb. iud. caſ.136.nu.2.idem aſſerit Cornel.in conſ.41. litera I, volum. 2.

12 Attamen vera eſt hęc opinio, † vt ſcilicet qualitas ꝓbationis relinquaꝰ arbitrio iudicis, vt tenet ipſe Menoch. vbi ſup. per Iaſ. in l. interpoſitas nu. 4. in fi. C. de tráſa. ꝙ etiá not. glo. Inn. & DD. in c. cum dilectus. in verſ. mortis. ext. ꝙ met. cau. Bal. poſt glo. in d. l. interpoſitas. C. de tráſac. & in l. 2. C. de his, qui propter met. iud. non app. & in cóſ. 346. quę ſt. vol. 5. & in §. ſacramenta de pac. iura. firman. Euer. conſ. 19. col. pen. atteſtaſ de * cómuni. Pariſ. cóſ. 60. nu. 25. vol. 4. vbi de * cómuni. Mád. in reg. canc. 34. de ann. q. 71. n. 9. & 10.

Verum ex quib. cóiecturis, & indicijs iudex arbitrari poſſit, facile ex iis, quæ in ſuperiori cócl. à nobis fuere tradita lector colliget, ad illam igitur me reijcio.

CONCLVSIO MLVII.

ARGVMENTVM.

Sit ne magis credendum duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille negantibus, vel aſſerentibus de ſpontanea voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Duob. teſtib. deponentib. de metu quam mille negantibus, vel aſſerentib. de libera voluntate magis eſſe credendum, & cur, nu. 2. Contr. nu. 3. Concil. nu. 4.*

5 *Teſti vnico pro metu deponenti, quam mille negantib. vel ſpontaneam voluntatem affirmantib. magis eſſe credendum Contr. nu. 6. Concil. nu. 7.*

8 *Teſtib. mille pro ſpontanea volútate deponentib. quá duob. de metu magis eſt credendum, quando pro illis mille adeſſent præſumptiones, & coniecturæ.*

9 *Teſtib. mille deponentib. pro libera voluntate, quá duobus de metu magis eſt credendum, quádo milli ille adducerét aliquas circunſtátias: ex quib. deprehendi poſſet actum fuiſſe liberæ voluntatis, & non per metum.*

Metus probatio magis cóficitur ex teſtibus, affirmantib. quá negátib. qua propter DD. illá conſtituût concluſioné, quod magis ſit cre-
1 dendú duob. teſtib. deponentib. de metu, † quá mille negantib. vel aſſerétib. de libera volútate, ſic Inno. in c. ſuper hoc de renunc. in glo. quæ incipit, & hoc vnú, ita reſpondete Alex. in conſ. 156. nu. 3. vol. 5. & Bald. in cóſ. ſciſmaticis, ꝙ poſuit in rub. C. ſi quis aliq. teſt. ꝓhibu. & idé Bal. in l. obſeruauere. §. ꝓficiſci. q 13. ff. de off. proc. vt et tradidere Ang. in l. ſi quis ad ſe fundú. C. vnde vi, & Alb. de Roſ. in rub. ff. ꝙ met. cau. idé ſæ pius aſſeruit Barb. vt in conſ. 4. col. 1. vol. 1. in cóſ. 60. col. 4. eo. vol. 1. in conſ. 71. col. 5. vol. 2. & in conſ. vlt. col. 5. ante fi. eod. vol. 2. & in conſ. 99. col. 3. vol. 3. & in c. cám matrimonij, nu. 22. de off. deleg. atq; Dec. in conſ. 100. col. pen. eandem ſniam ſunt ſequuti plerią; alij iuris interpretes, vt Alc. de præſump. reg. 3. ꝓſump. 7. nu. 5. Fel. in c. in noſtra. col. 2. de teſtib. Láceſ. * Dec. in l. turpia, in fin. princ. ff. de leg. 1. Ant. Corſ. in verſ. teſtis, ſing. 10. in c. mille teſtes Boe. in ſing. 16. ver. peſtis. Goz. in conſ. 9. col. 2. in fi. Gram. in cóſ. ciuil. 51 & cóſ. 91. col. 2. & in deci. 103. nu. 60. Gtat. cóſ. 38. col. 4. vol. 2. & in conſ. 83. col. 2. & ſeq. eod. vol. Boer. dec. 100. nu. 3. Abb. in c. 1. col. 2. ꝙ met. cau. Rom. in rubr. de atb. col. 7. Ang. in l. 1. ff. ꝙ met. cauſ. Láf. in rub. de cá poſ. & proprię col. 7. Marſ. ſing. 325. Loſr. cóſ. 17. col. 3. Pariſ. cóſ. 53. col. 7. vol. 4. & in conſ. 60. col. 3. & conſ. 139. col. 5. vol. 4. Iaſ. in §. quadrupli. col. 23. Inſt. de act. idé Iaſ. & Dec. in l. interpoſitas. C. de tráſact. & * Dec. in l. in omnib. cauſis. nu. 8. ff. de reg. iur. & de * cói opinione ipſe Dec. atteſtatur in c. fin. col. fin. de app. Alba. in conſ. 77. nu. 12. Alc. in conſ. 162. nu. 11. Cou. * de ſponſ. 2. par. c. 3. §. 5. nu. 10. de * cómuni Suarez in ſuis commun. opin. in litera M. nu. 157. Burſ. in conſ. 72. num. 48. poſtremo Rebuff. de reſciſſion. contract. artic. vnic. glo. 12. nu. 15.

2 Ratio autem à Doctorib. ea redditur, † ná deponétes ſuper ſpótanea, vt ſic loquar, voluntate deponunt de actu mentali, & inuiſibili, q ſoli Deo notus eſt, alij verò deponentes de metu atteſtanſ de minis, & tormentis, vel ſimilib. quæ ſenſu corporis percipiunſ, ita tradit Inn. in d. c. ſup hoc de renunc. & Abb. in c. 1. ꝙ met. cau. & ad idé rndir Alex. conſ. 156. viſo proceſſu. nu. 3. vol. 5. & Barb. in cóſ. 5. col. 1. vol. 1. & in cóſ. 61. col. 5. eo. vol. 1. & refert Dec. in d. l. in oíb. cauſis nu. 8. ff. de reg. iur. & ita declarat Imol. i c. ſup hoc, de renú.

3 Contrariú voluit † Signo. de Homod. in cóſ. 75. nu. 76. qui aſſerit illam opinioné procul à veritate alienã eſſe, & non eſſe allegandam, vt ita ſentiat ex eo mouetur, quia voluntas, & conſenſus excludit omné violentiam expulſiuam, & voluntas ſpontanea ꝓbatur per actú extrinſecum facti, vel verbi, vt l. potuit. C. de iur. delib. & l. de quib. ff. de leg. cũ alijs, q ibidem apud eundem: hanc ſniam videtur & amplecti Ang. in l. non veriſimile. ff. quod met. cauſ. & Dec. in c. vlt. col. vlt. de app. licet ibi atteſtatur contrariá opinioné * eſſe * cóem idem Aret. ſequitur in d. c. in noſtra. col. 6. in fin. de teſtib. cum igitur etiá metus conſiſtat in méte, vt in ſuperiori cóclusione diximus, & mens, ſiue animus ſoli Deo ſit notus, meritò eadé ratio militat in depoſitione ſuper metu, ſicut ſuper ſpontanea voluntate, & ideo nó videtur, quòd magis credendú ſit, modo ſint pares affirmantibus, quá negantib. metú.

4 Conciliabis has opiniones fœdere diſtinctionis † nã aut teſtes de metu depoſût ſimpliciter ſup eo, & aũ * metú inductiuos nó deducût, & tunc nó eſt eis magis credendú, aut ꝓbant actus, ex quib. veriſimiliter metus inferri potuit, & tunc magis credédú: ita videtur voluiſſe Bal. in l. ſi qs in hoc genus, C. de epiſ. & cle. & in l. vlt. de hęred. inſt. in fi. & Barbat. in c. 1. de ijs, q met. cauſ. atq; Alc. in d. reg. 3. præſump. 7. nu. 7. de præſump.

* Sequendo tamen priorem opinionem tanquá * cómuné, & rationis magis conſentaneá, cú facilius poſſit metus deregi, quam libera voluntas, illá ampliabis

5 veram eſſe, et ſi vnicus † táum teſtis deponeret ꝓ metu, quia illi magis crederetur, quá mille negantib. vel ſpontaneam voluntaté affirmantibus, vt probat Cępol. in caut. 144. & reſpondit Alciat. in conſ. 162.

6 In aliá verò deſcendit † ſententiá ipſe Alc. in reg. 3. præſump. 7. in fi. de præſump. vbi aſſerit hanc eandem opinionem nunquam ſibi placuiſſe, cum ſit cótra regulá c. licet vniuerſis de teſt. & contra mentem oíum ſcribétium, præſertim Alex. in conſ. 156. vol. 5. & cóſ. 98. vol. 3. & Corn. conſ. 41. colum. 3. vol. 2.

7 Intelligas priorem opinioné † procedere, ſi vnicus teſtis deponeret de metu, & cum ipſo alij teſtes de auditu concurrerent; nam talis probatio ſufficit, vt voluit Aret. in conſ. 13. quem refert etiam Boer. in deci. 101. nu. 9. At quando vnico teſti ſit credendum, conſulas id lariſſimè tradentem Gabr. tit. de teſtib. concl. 1. de qua re nos etiam infra ſuo loco.

Primò velim limites principalem Concluſionem
8 non habere locú, † qñ pro deponentibus de ſpótanea voluntate adeſſent pſumptiones, & coniecturæ, cú iſti cæteris præferantur, vt ſenſit Barbat. conſ. 60. vol. 2. & cú eo Cępol. conſ. ciuil. 2. nu. 24. atq; Alcia. conſ. 104. nu. 8. & conſ. 5. nu. 27. & Burſ. in conſ. 72. nu. 43. eiuſdé fuere ſniæ Ang. in l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ met. cau. Iaſ. in l. interpoſitas. col. 1. in fi. & ſeq. C. de tráſact. & in cóſ. 227. col. 13. vol. 2. Dec. in l. vlt. col. vlt. nu. 27. de appel. n. 27. & Rim. inter cóſ. marti. cóſ. 77. n. 2. vol. 1.

Secundo loco limitare poteris, locú ſibi non védi-
9 care, quando deponentes † ꝓ libera volútate, adducerent aliquas circunſtantias, ex quibus deprehédi poſſet actú fuiſſe liberæ voluntatis, & nó per metum. ita declarat Ant. de Bur. in d. c. ſuper hoc, de renunc. quẽ refert ſequendo Cępol. in conſ. ciuil. 2. col. 3. in fi.

CON-

CONCLVSIO MLVIII.

ARGVMENTVM.

Miles cum quis non præſumatur qui probe-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Militem ſe aſſerenti incumbit onus probandi.*
2 *Nemo præſumitur priuilegiatus niſi doceat de priuilegio.*
3 *Miles probatur per teſtes deponentes de actibus, & inſigni-
bus, ex quibus quis arguitur miles, & doceant illũ crea-
tum militẽ legitimè cũ ſolemnitatib. requiſitis, vt nu. 4.*
5 *Miles probatur per literas illius, qui illum militem crea-
uit, eiuſdem iuramento, & ſigillo roboratas.*
6 *Miles probatur iuramento aſſerentis ſe militem, ſi cõpar-
uerit cum inſignibus militaribus.*
7 *Miles probatur ex matricula in qua milites deſcribi ſolẽt.*
8 *Miles vt quis dicatur, quæ ſint ab eo quærenda.*

1 Militem †ſe aſſerens id probare debet, arg.
l. actor, C. de prob., & ibi ſcribẽ. &
in hac noſtra facti ſpecie ſic ſancitum eſt in l. 1. C. de
appar. magiſtr. mil. lib. 12. qui ſeſe, inquiunt Imp. in
officijs magiſtrorum equitum, ac peditum militare
monſtrauerint, ab omni nominationis iniuria excu-
ſentur, alioqui gaudere non debent priuilegijs, & im-
munitatib. officij, vel militiæ, vt ſanxit Imp. Theod.
in l. probatorias, C. de diuerſ. offi. lib. 12. ita ſenſit, &
Aufrer. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 141. nemo enim præ-
2 ſumitur priuilegiatus, †niſi doceat ſe priuilegiatũ, vt
c. cum perſonæ, de priuileg. in 6. ita inquit Io. de Plat.
in d. l. 1. C. de appar. magiſtr. milit. lib. 12.
3 Probatur autem quem eſſe militem †primo per te-
ſtes, qui deponant de actibus, & inſignibus, ex quibus
quis arguitur miles, ita cẽſuit Aufrer. ad d. deciſ. 141.
per gl. in l. maritus, C. de procurat. & per Sal. in l. 1. eo.
tit. id etiam voluit Io. de Plat. vbi ſuprà in d. l. 1. C. de
appar. magiſtr. milit. lib. 12.
4 Quã probationẽ limitabis, & intelliges, †vt nõ ſatis
ſit, ſi teſtes deponerent de actibus tm̃ militiæ, vtporè
qui exercuerit militiã, & ſtipẽdia receperit, nõ. n. per
hoc probatur eũ fuiſſe militẽ, niſi doceat, ẽt ſe legiti-
mè creatũ militem cum ſolemnitatibus requiſitis, vt
l. pen. ff. ex quib. cauſ. maio. cui ſnĩæ fauet l. ſi ſolem-
nib. C. de fid. inſtr. & ꝑ hæc ita ſenſit Io. de Plat. in l. 1.
C. de fugit. colon. lib. 11. & ibi adducit alia exẽpla, nẽ
pè de datio, de filio, & de Tabellione: nam licèt quis
probaret ſe datium exercuiſſe ob id nõ eſſet probatũ
ſe datianũ, niſi probaret ſe habuiſſe datiũ cũ ſolẽni-
tatibus, ſicuti nec filius probatur eſſe alienus, licet ꝓ-
baretur recepiſſe ab illo alimẽta, nec tabellionẽ eſſe,
qui fecit inſtr̃a, niſi probaret ſe cũ ſolemnitatib. fuiſ-
ſe creatũ, de quibus omnibus nos ſuis locis dicimus.
5 Præterea miles probatur †per literas illius, qui illũ
creauit militem, quæ quidem literæ ipſius iuramẽto,
& ſigillo roboratæ eſſe dẽnt, arg. §. ꝙ aũt, vt lic. matr.
& au. & auth. hodie, C. de repud. & l. ſi qua ꝑ calum-
niã, C. de epiſ. & cler. et c. poſt ceſſionẽ, de ꝓb. ſic aſſe-
uerauit Aufrer. ad alleg. deciſ. 141. Capel. Thol. ꝙ ẽt
ꝓbauit Io. de Plat. in d. l. 1. C. de appar. magiſtr. milit.
6 Amplius probatur quis miles †per iuramentum ip-
ſius aſſerentis ſe militẽ, ſi comparuerit cũ inſignibus
militaribus, iſque bene audiat, per l. non omnes, §. à
Barbaris. ff. de re milit. & l. ſtigmata, C. de fabric. lib.
11. & c. ſi iudex laicus, de ſen. excom. in 6. idq́; placuit
Io. de Plat. in d. l. 1. C. de appar. magiſtr. milit. lib. 12. et
Aufrer. ad d. deci. 141. Capel. Tholoſ. & huic ſenten-
tiæ ſuffragantur obſeruata à Bal. in proœm. decret. in
ver. Gregorius, nu. 26. ibi enim cenſuit militem præ-
ſumi, quia publicè militaria arma, & inſignia, nem-
pè enſem, & calcaria aurata geſtet.
7 Huc accedit, quod ex matricula, †in qua milites
deſcribi ſolent, miles probari poterit, vt ſcriptum re-
liquere Io. de Plat. & Aufrer. in iiſdem locis ſuperius
citatis, per l. ſi duas, §. vlt. ff. de excuſ. tut. de quo ali-
qua habes ab Herc. in ſuo tract. de proban. negat. nu.
170. & à Petr. Duen. in reg. 55. ſub nu. 5. verſ. porro.
8 Poſtremò vt quis dicatur miles †debet ab eo diligen-
ter quæri, an ſit ad militiã idoneus, vt reſcripſere Imp.
Seuer. & Antonin. l. 1. C. qui milit. non poſ. lib. 12. &
præſtare iuramentum ſe mortem pro republica non
euitaturũ, vt l. milites, & ibi gl. ff. ex quib. cauſ. maior.
ideò talia probare debet.

CONCLVSIO MLIX.

ARGVMENTVM.

Si de voluntate militis ambigatur, an is vo-
luerit in condendo teſtamẽto priuilegio,
an communi iure vti, in dubio præſumi
eum communi iure teſtari voluiſſe, & an
perpetuo id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatum, & inteſtatum eundem paganum nõ poſſe ſimul
decedere.*
2 *Militem poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro alia in-
teſtatum.*
3 *Militem in dubio præſumi voluiſſe vti iure cõi in conden-
do teſtamento. Cur ita ſit alios alia ſenſiſſe, vt nu. 4.*
5 *Militem in dubio præſumi voluiſſe teſtari iure ſingulari,
quam communi, cum verborum à milite prolatorũ pro-
prietas potius ad ius ſpeciale, quam commune tendit.*
6 *Miles in eo actu condens teſtamentum, qui ei tanquã pri-
uilegiato conceditur, in dubio præſumi voluiſſe teſtari
iure ſpeciali, quam communi.*
7 *Militem in dubio præſumi teſtari voluiſſe iure ſpeciali, quã
communi, cum alias actus non teneret, niſi ex priuilegio
militi conceſſo.*
8 *Militem in dubio præſumi voluiſſe teſtari iure ſpeciali,
quam communi, quando via iuris ſpecialis eſſet æquior.*

Nullus eſt, qui vel à limine, vt aiũt, ius ſalu-
tauerit, q ignoret, ius noſtrũ non pa-
1 ti eundẽ †in paganis, & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe,
vt Põponij I. C. verbis vtar in l. ius noſtrum. ff. de reg.
iur. earum enim rerum naturaliter inter ſe pũgna eſt,
vt teſtatus, & inteſtatus quis ſit. Verùm, ꝙ paganis nõ
2 licèt, liceat militibus †ex Imp. ſanctionib. & Iuriſcon-
ſultorum rñſis, quorum teſtamenta iuris vinculis nõ
ſubijciuntur, cum pp ſimplicitatẽ militarem quõ ve-
lint, & quõ poſſint, ea facere his cõcedatur, vt inquit
Imp. Ant. in l. quanq̃. C. de teſt. milit. ita ſancitum eſt
ab Imp. §. hrẽditas plerunq, verſ. nõ aũt vtiq; Inſtit. de
hær. inſt. & in l. 2. C. eo. de teſta. milit. & conſultũ fuit
ab Vlp. in l. ſi miles vnũ. ff. eo. & à Paulo. in l. ſi duob.
ff. eo. ti. ſed nõ ſemel euenire ſolet, vt de volũtate mi-
litis apertè cõſtare nequeat, an is voluerit priuilegio
cõive vti, ob id tutiorẽ eligẽtes viã Imp. atq; Iuriſcõ-
ſulti voluere, vt in dubio præſumatur, eum cõi iure
3 teſtari †voluiſſe, ſic ex Imp. Alex. reſcripto colligitur
in l. in teſtamento. C. eo. tit. vbi ſubſtitutio reciproca,
ſiue breuiloqua facta ꝑſonis imparibus cõtinet vul-
gares ſubſtitutiones tm̃, quæ poterãt fieri cuilibet eo-
rum: ſed pupillarem ſubſtitutionẽ, quæ non poterat
fieri, niſi tm̃ alteri eorũ, non continet, nec ẽt cõtinet
ſubſtitutionẽ militarẽ, quamuis illa potuiſſet fieri ex
priuilegio militũ cuilibet eorũ, ita ẽt elicitur ex eiuſ-
dem Imp. Ant. ſcrip. in d. l. quanquã. C. eo. vbi inſtitu-
tio hæredũ à milite facta per quotas, ſm̃ illos trahitur
ad omnia bona. quam ſententiam multis ex noſtris

obſeruatione dignam cenſuere, vt Dec. in d. l. ius noſtrum. nu. 8. de reg. iur. & prius hoc Alex. in conſ. 12. nu. 21. ver. probatur etiam hæc opinio, vol. 3. Soc. iun. in cōſ. 128. nu. 229. vol. 1. & Marc. Mant. in ſing. 215.

4 Hāc traditionē nōnulli rationibus † cōfirmare sūt conati alij aliam reddidere, ſunt qui ſenſere, id ēa potiſſimū de cauſa fieri, quod ius cōe ſingulari ſit potētius, ex ingenioſiſſimi Papiniani rñſo in l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſta. vbi ſtm̄ teſtm̄ militis è militia miſſi, quod intra annum cōfecerat, nec perfecerat, rumpit primū iure militari factū, dum adhuc militabat, nō communi alii dixere id propterea eſſe, quòd priuilegiū videatur eſſe quoddā ius extra ordinem, quod non debet haberi in cōſideratione, ex Paulo. in l. 4. in 2. reſponſo. ff. de fideicommiſſ. libert. verum hæ rōnes bonę ne, an malę ſint, viderit q illas oppugnat Ale. in tract. præſump. reg. 3. præſump. 36. nu. 2. & 3. vbi nouam, verioremq; vt ipſe aſſerit affert. ob id, inquiens, illud euenire, φ ius ſpeciale ſeu priuilegium tanquam deuians à iure cōi, ſit reſtringendū, per reſcriptum Iuſtin. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. & auctoritatem Bart. in l. 2. ff. de conſtit. princ. quam ibidem ipſemet Ale. vt intuenti patebit, confirmat.

Nos interea concluſionē ipſam, quam cæteri probant, ſequendo, primo loco limitabimus, vt non hēat
5 locum, † cum verborū à militē prolatorū proprietas potius ad ius ſpeciale, quam commune tēderet: quid ni enim tunc liqueat militem, iure ſingulari, quam communi teſtari voluiſſe: nā ſi quis, exempli gratia, à milite fuerit in paganicis tantum inſtitutus, nō habebit in eo locum ius accreſcendi, vt iure communi fieret, in caſtrenſibus modo liquido probetur militē caſtrenſia bona ad illum pertinere noluiſſe, nec è cōtra, ſiue in illis aliquis fuerit inſtitutus, & repudiauerit, ſiue nullus fuerit inſtitutus, quapropter quæ reliqua fuerint ſine hærede bona, ad veniētes ab inteſtato pertinebunt: cum, vt ſupra demonſtrauimus, poſſit miles decedere pro parte teſtatus, & pro alia inteſtatus, vt in hoc themate ab Imp. Anton. A. Floro militi fuit reſcriptum in l. 1. C. de teſtam. milit. & ibidem ab eodem Aug. Septimo militi. in l. 2. vt hoc idem auctoritate ſua corroborauere Vlp. in d. l. ſi miles vnū, & Triphoninus. in l. miles ita, in prin. ff. eo. tit.

Secundò tibi limitanda eſt eadē concluſio, vt non
6 procedat in eo actu, † qui militi tāquam priuilegiato conceditur: qualitas enim, ſecundum quam agit, eſt attendenda. l. non iccirco. C. de iur. & fact. ign. l. cum proponas. §. 1. vbi Ang. de inof. teſt. etenim ſi miles capite damnatus ex militari delicto, ſuper bonis caſtrenſibus teſtamentum confecerit, cum militari iure non communi fuiſſe teſtatum apparet, vt hoc ei permittitur ex Vlpiani reſponſo in l. ex militari. ff. eo. tit. de milit. teſtam. & in l. ſi quis filio, §. irritū. ff. de iniuſt. rup. & irri. fact. teſtam. quod pagano neutiquam licere, dixit Caius. in l. eius, qui. §. 1. & vlt. ff. de teſtam.

Tertiò loco limitare poteris, vt vera non ſit, cum
7 aliàs actus non teneret, † niſi ex priuilegio militi cōceſſo: nā tunc potius præſumendū eſt, eū fuiſſe vſum priuilegio, vt actus ſuſtineatur: hinc eius militis teſtamentum iure militari fuiſſe probatum rñdit Vlp. in l. 3. ff. de mil. teſtam. φ morte præuētus imperfectum reliquerat, etiā ſi iure communi teſtari voluiſſet. non enim aliter ratum erat futurum teſtamentum: nam in pagano ſecus eſſe reſcripſit Imp. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. & §. ex imperfecto. C. de teſtam.

8 Quarto limitatur, vt locum ſibi non vendicet, † qñ via iuris ſpecialis eſſet æquior: nam tunc caperemus illam præſumptionem, tanquam quę tenderet in humaniorē partem, iuxta c. eſtote, de reg. iur. hinc propterea dicebat Bal. in l. precibus, in 9. oppoſ. C. de impub. & aliis ſubſtit. φ ideo præſumatur miles in compendioſa ſubſtitutione vti iure cōi intra tempora pubertatis, qa talis præſumptio ſit humanior, ne excludatur mater pupilli, eademq; vxor ipſius teſtatoris: nam præſumitur voluiſſe excludere à iure paterno. l. vlt. C. de inſt. et ſubſt. priuilegiū igit̄ licet eſſet ęquius, videretur potius iſta via intentata. hæc oīa copioſius explicantē cōſulas Alc. in eo. tract. præſump. reg. 3. d. præſ. 36. p tot. vbi limitationes alias adducit ad concluſionē gñralē, priuilegiatū in dubio potius vti iure cōi, quā ſpeciali. Nobis hæc pauca ad noſtrū thema propoſitum ſpectantia in medium protuliſſe ſit ſatis.

CONCLVSIO MLX.

ARGVMENTVM.

Qua ratione milliare probetur; & de dietis nonnulla.

SVMMARIVM.

1 *Milliare probari per menſuram.*

2 *Milliare quot conſtet paſſibus.*

3 *Pythagoras Herculani corporis mēſurā ex Piſano ſtadio, φ Hercules ſuis pedib. fuerat metatus, ratiocinatus eſt.*

4 *In probando milliari conſuetudinem, communemq; vſum eſſe inſpiciendum.*

5 *Milliaris menſuram expenſis petentis eſſe faciendam.*

6 *Milliaris menſuram fieri debere per viam frequentiorem, breuiori etiam relicta.*

7 *Milliaris menſuram fieri debere per viam breuiorem, cū agitur de ſpatijs locorum ratione ſolius diſtantiæ.*

8 *Millia vicena paſſuum eſſe dinumeranda in ſingulos dies.* Contrarium, nu. 9. Conciliatio, nu. 10.

11 *Milliaria quinquaginta pro vna dieta aſſignari in itinere maritimo.*

12 *Dieta an conſideretur ſecundum conſuetudinem potius, quam legalem diſpoſitionem, remiſſiue.*

13 *Milliare probari per famam, & vulgi opinionem.*

1 Milliare per menſuram † probari euidenter cōſtat, quę mēſura erit faciēda ad hoc, vt ſciamus p quot milliaria ſe extēdat territoriū, vt dicit Hieron. à mon. in tract. fi. regun. c. 26. nu. 13.
2 hæc aūt menſura † pro vnoquoq; milliari mille paſſuum erit facienda, vt colligi pōt ex l. 1. ff. ſi qs cautio. & l. in itinere, & l. mille paſſus. ff. de verbor. ſignif. tot enim paſſibus milliare conſtare adnotauit in dict. locis Accur quē ſequūtur Doct. inquirentes, cuius mēſuræ ſit paſſus huiōi, quod poſt alios tractat Hieron. à mon. in allegato tract. fi. regun. c. 26. vbi, & pedū mēſuram, quibus conſtat paſſus, & alia pertinentia latè explicat. milliare aūt ſolitū fuiſſe pedis menſura deſignari cognoſcere licet ex Gellio noc. Attica. lib. 1.
3 c. 1. q ex Plutar. tradit, Pythagorā † ſubtiliter Herculani corporis mēſurā ex Piſano ſtadio, φ Hercules ſuis pedibus fuerat metatus, ratiocinatū fuiſſe. Verùm cū milliarium, & paſſuū menſura nō apud omnes peræque gentes hodie conſtituatur, ſed alijs longior, alijs breuior ſit, vt vſu cōpertū habemus, et dicit Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 2. nu 8. aliter q̄ per menſuram mille paſſuū milliare erit probandū,
4 conſuetudo itaq; † cōmuniſq; vſus erit inſpiciendus, & ſiūt vulgi opinionē res determinanda, vt per Caſtr. quem ſequitur Alex. & declarat in d. l. 1. num. 6. quod etiam ſentit Bart. in d. l. in itinere, dum inquit pedem intelligi ſecundum ciuitatis conſuetudinem.

5 Declaratur modò huiuſmodi menſurā † expenſis petentis eſſe faciēdam, Bar. in tract. teſtimonij. nu. 55. quomodo autem menſor ſit eligendus, & quid agere debeat, ſumi poterit ex traditis per Hieron. à mon. in citato tract. fi. regund. c. 26. nu. 31. cum ſeq.

6 Declaratur ſecundo huiuſmodi menſuram † fieri debere per viam frequentiorē breuiori etiam relictā, Hoſt. Ioan. And. Abb. & Felin. in cap. olim. de excep.

Arch.

Digitized by Google

Arch.in c.ſtatutum,§.cum verò,in verſ.à fide, de reſcript.in 6.Spec.tit.de citatio.§.1. verſ.ſed quid ſi reus Alex.conſ.22.vol.4.& attendi potius viam terreſtrē, quàm maritimam poſuit Ant.de Butr.in c.nonnulli, de reſcript.& in d.c.olim,vbi Abb.nu.5.maximè hyberno tempore,Imol.in l.continuus,§. cum ita.ff de verbor.oblig.

Hæc tamen declaratio vera eſt ita demum,quādo
7 ambigitur,†quot milliaribus diſtent loca inter ſe ratione itineris, ſecus ſi ageretur de ſpatijs locorum ratione ſolius diſtantiæ, tunc enim menſura fieret via breuiori,& ēt per aerem.declarat Bar.& Ang.poſt eū in d.l.1.ff.ſi quis cautio.& in l.3.ff. de verb. ſignif.& in tract.teſtimo.nu.55.& habetur per Alex.in conſil. 22.vol.4.qui tū debere reſpici communem vſum loquendi admonet poſt Caſtr.in d.l.1. ex quo infertur declaratio ad ſtatuta de milliarium diſtantia loquētia,& habetur per Fel.in d.c.cum olim,nu.4. & 5.vbi plura de mēſura diſtantiæ,& maximè reſpectu dietarū,circa quas dietas obiter ſciēdū eſt in ſingulos dies
8 vicena millia † paſſuum eſſe dinumeranda, ex Caio I.C.in d.l.1.ff. ſi quis cautio. cū quo pugnare videtur
9 Venul.in l.continuus,§.cum ita.ff.de verb. obl. dum totam rē ad iudicē,ideſt,ad bonū virū remittit.Hanc
10 antinomiam poſt Accurſ.plures diſſoluere†ſunt conati,quos refert Menoch.de arb.iud.cent.1.caſ.2.lib. 1.qui demum probat ſnīam, quæ & Bald.fuit, vt per Alex.in d.l.1.num.23.ff.ſi quis cautio. ꝙ vicena milliaria in ſingulos dies conſtituantur, vt voluit Caius, ſed habeatur reſpectus ad hominis conditionem,nimirum,valetudinis,ſexus ętatis,& aliorum:ꝙ totum ad iudicem,ideſt,virum bonum pertinere declarauit Venul. & hæc in terreſtri itinere: nam in maritimo
11 †quinquaginta milliaria pro vna dieta aſſignari,tradidit Bar.in tract.de inſula.§.nullius.nu.1.Cæpol. in tract.de marit.nu.14.Feli.in c.cū olim, & ibi Dec. de excep.Diplouat.ad Alex.in d.l.1. Caſt. in l.de precario.ff.ad l.Rhod. de iactu. Hierony. à Mon. in alleg. tract.fi.regund.c.7.nu.13. ꝙ non eſſe perpetuū,ſed ex cōi vſu procedere dicit Menoch. citato loco. nu. 11. ſenſiſſe Gomes.ad reg.cancel.de veris not.q. 5.in fin. vbi aliquid ponit de iſta cōputatione. Et ſi ſcire vis,
12 an dieta cōſideretur†ſm̄ conſuetudinē potius, quam legalē diſpoſitionē,& de illius computatione, adeas Doct.in c.nonnulli,de reſcript.& in c.ſtatutū,§.cum verò.eod.tit.in 6.ſed vt ad propoſitā milliarij probationē reuertamur,illud ēt ſcias ꝓbari milliare aliter,
13 quā per dimēſionē,ꝓ famā† ſcilicet, & vulgi opinionem , vt ſi inter loca milliare vnum,vel plura cōiter nuncupentur,vulgari enim famæ ſtandū eſſe in propoſito,niſi probet̄ contrariū,tradit Bar.in alleg.tract. de teſtib.verſ.vicena milliaria,nu.55.&in d. l. continuus,§.cū ita.Quod nos expoſuimus in cōcl.diſtātia, vbi etiam videre eſt ad rem conferens, quas rationes teſtis examinatus ſuper diſtātia loci reddere debeat.

CONCLVSIO MLXI.

ARGVMENTVM.

Quæ indicia oriantur ex minis contra minantem.

SVMMARIVM.

1 *Minæ indicium faciūt, & præſumptionem ad torturam contra minantem.*

2 *Minæ faciunt indicium cōtra illum,in quem iactatæ fuerunt, ſi minans occiſus,vel quid aliud paſſus fuerit. Quod declara,vt nu.3.*

4 *Minæ maius faciunt indicium contra minantem,quando poſt ipſas minas ex paruo temporis ſpatio ſequutum ſit tale delictum.*

5 *Minæ nedum faciunt indicium ad torturam contra minātem, ſed etiam præ ſe ferunt animum deliberatum.*

6 *Animus,& voluntas ex verbis,nedū ex factis declaratur.*

7 *Minæ præcedentes delictum animū deliberatum arguūt, quando fuerunt factæ ab illo, qui ſolebat illas exequutioni mandare,& exequi, quod minabatur.Cont.nu.8.*

9 *Minæ prolatæ pro inſtanti dolore, & ira faciunt ceſſare animum deliberatum.*

10 *Iracundiæ,& doloris calore quando aliquid dicatur factum,& quouſq; ira, & impetus doloris durare præſumatur,vt dicatur abeſſe animus deliberatus, remiſſiuè.*

11 *Minę prolatę per iactationē faciunt indiciū ad torturā.*

12 *Minæ prolatæ per iactationem a malæ cōditionis homine, & talia iactata exequutioni mandante,faciunt indiciū ad torturam.*

13 *Iactatio ſimplex non ſufficit ad quæſtionem,niſi aliæ coniecturæ accedant.*

14 *Minæ quando faciant,vel non faciant indicium ad torturam contra minantem,diſtinctione declaratum.*

15 *Indiciorum ad torturam ſufficientium ex minis prouenientium cognitio relinquitur iudicis arbitrio.*

16 *Minari quando quis dicatur.*

1 Minas indicium,† & præſumptionem facere ad torturam contra minantem,veluti cum quis minatus eſt velle patrare delictū, quod poſteà fuit patratum,hæc fuit concors*omnium ſcribētium ſnīa,in l.metum,per gl. ibi.C. quod met. cauſ.& l.vlt.ff.de hær.inſt.de qua*communi teſtatur, & eam ſequitur Boſ.in tract.crim.in tit.de indicijs, nu. 44. & idem Boſſ.dicit omnes alios criminaliſtas hoc infallibiliter tenere in omnibus ſuis tract. idē voluere Iaſ. in l.ſi ſuper.C.de tranſact.Cyn.in l.1.C.ſi quis Imper. maledix.vbi*communiter ſcriben. Ant.in c. 3. loco. de prob.vbi Abb.col.vlt. Guid. de Suza. in tract. ſuo de tormen.in ver.quę,& qualia,atq; Pur.in ſuo tract. Synd.chart.mihi 110.verſ. & an ſi qui dixerit.vbi ad hoc refert caſum memoratu dignū, qui euenit cuidā mulieri , quæ ira percita , cum è feneſtra conſpexiſſet neſcio,quē proſequebatur odio , in illū ſic alta voce exclamauit, *Io te farò tagliare le gambe fra poco tempo*, ꝙ audiens quidam illi infenſus , contra quem fœmina minas iactauerat,de inferēdis illis grauiſſimis vulneribus cogitare cœpit,ſperās fore, vt criminis culpa in illā eſſet conferenda,quę cogitatio,cū ex voto illi ſucceſſiſſet,inimicūq; grauiter vulneraſſet,continuo rumor in fœminam ortus eſt.hæc itaque capta, & in quæſtionem ꝑ minas vocata faſſa fuit ſe cauſaſſe , vt ille vulneraretur, quæ damnata,cū luiſſet pœnas,cognitū poſteà fuit immerito in illā fuiſſe animaduerſum.Hinc propterea concludit idē Pur. in hoc plurimū iudicis prudētiā deſiderari ob fallaces indiciorū probationes,quod ēt placuit Marſ.in conſ.crim. nu. 13.ita quoq; ſētēre Menoch.de arbitr.caſ.361.nu.39. Blan.in l.fi.ff.de q.nu. 179. vbi latè Caſſon.in tractat. malef.tractatu.7.c.1.Mar. Ant. Man.conſ.325.nu.9, & 40.Spec.in tit.de præſump.§.ſpecies,verſ.ſed pone. P.minatus eſt. Alb.in l.metum.C.ꝙ met.cauſ. Bal.& Imo.in d.l.vlt.ff.de hær.inſtituen.Fel.in c.cum oportet,nu.10.de accuſ.Marſ.in ſua pract.in §. diligenter, nu.85.Gand.in tract.malef.in tit.præſumpt. & indit. dubi.col.pen.ver.octauum etiam,vbi dicit, talia verba minatoria extra iudicium aſſeueranter prolata,licet præiudicium plenum non inferant, tamen præſūptionem inducere, & indicium.l.quidam.ff.de prob. l.vlt.C.de teſtib.& l.neq; profeſſio, eod.tit.

2 E contra ēt minæ†faciunt indicium contra illum, in quem iactatæ fuerunt,ſi minans occiſus fuerit,vel quid aliud paſſus,ita ait Blan.in d.l.fi.nu. 181.in fi. & 182.per tex.in l.1.§.cū quis latrones.ff. de quæſt.& ꝑ ea,quæ dixit Bar.in l.1.quan.licet ſine iud.ſe vend.& Ang.in l.quemadmodū.ff.de inoff.teſta.vbi aiunt,ꝙ ob timorem ille, qui minatur mortē alteri poſſit illo

actu ab illo, cui minæ factæ ſunt occidi impune, &
opinionem Blan.ſequutus eſt Menoch.in d. tractat.
de arbitrar. caſu 361.nu.39. in fi. & omnes criminal.
hoc idem tenere affirmat.hoc idem voluit Caſon. in
d.trac. 7.nu.14.vbi etiam aſſerit ſcribentes contra ip-
ſum animum deliberatum præſumere, ex quo metus
ſit vna ex cauſis impellentib.ad maleficia, diſtinguit
3 tñ hoc eſſe verum, † qñ conſtat ipſum minatum cœ-
piſſe rixam,ſecus autem ſi minans cœperit: nam tũc
præſumitur, quòd minatus fecerit ad ſui defenſionẽ.
Et huic repugnat,quod dixerunt Bart.& Ang. in d.l.
quemadmodum.dum voluerunt, quòd ob timorem
minatus poſſet minantem occidere: nam dicit hoc
verum non eſſe, quia nõ dicitur factum cum mode-
ramine,ſecundum ea,quæ notantur in l.vt vim.ff. de
iuſt.& iur. Minatus tamen inquit nõ punietur pœna
ordinaria quia pœnã homicidij iuſta cauſa, & dolor
diminuit,vt not.in l,quicquid calore.ff.de reg. iur.
4 Primò amplia concluſionẽ ipſam, † vt tãto magis
procedat,& minæ grauent rem, & maius faciãt indi-
cium, quando poſt ipſas minas ex paruo tẽporis ſpa-
cio ſecutũ ſit tale delictum,breuitas enim tẽporis in
ſimilibus eſt magni effectus: nam ex temporis breui-
tate præſumitur dolus,vt teſtatur gl.ſing.in l.ſi in vẽ-
tre.§.vlt.in vlt.gl.ff.de priuil.cred.vbi Bar.& Ang.di-
cunt,quod ſi probatur,Semproniũ collocutum fuiſſe
cum Titio,& ignoretur,quid ei dixerit, & ſtatim Ti-
tius occiderit aliquem, ex breuitate, ſeu modicitate
temporis pręſumi Sempronium cõſuluiſſe Titio, vt
occideret illum.idem not. Bald.in l.1. in 3. col.C.de
ſeru.fugit.& in l.multum,C.ſi quis alteri,vel ſibi,col.
2.Alex.conſ.69.col.2.vol. 2. cui ſentẽtiæ fauent quæ
dixit Rim.in l.1.§.hoc repertũ. ff. ad Sylleia.& quod
voluit Pet.de Anch.in conſ.72.incip. viſis diligenter
actis,& Domini in c.ponderet,diſtin.50.& quod ob-
ſeruauit Ang.in l.ſi cũ dotem,§.ſi mulier.ff.ſol.matr.
vbi ait, quod ſi aliquis mercator debitor meus dede-
rit mihi expromiſſorem,qui fugam ſtatim arripuerit,
ipſum mercatorem præſumi in dolo, & ideò nõ eſſe
liberatum, quod dictum ſequuntur cæteri ſcribentes
in l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.& hoc idem voluit Marſ.
d.conſ.3.nu.14.15. 16.
5 Secundò amplia,vt minæ† nedum faciant indiciũ
ad torturam, ſed etiam pręſeferant animũ delibera-
tum,atq; ſint ſigna præcogitationis,& penſamenti,ſi
is,cui factę ſunt,reperiatur mortuus,& minans fatea-
tur ſe illum occidiſſe, ita loquutus eſt Gand.in ſuprà
citato loco.Alb.in tract.de ſtatut.par.3.q.64. Boſſ.in
trac.crim.in tit.de homic.nu. 63.Caſon.d.tract.7.c.1.
Menoch.vbi ſuprà Blanc.in d.l.fi. nu. 179.quod pro-
cedit etiam ſi illa verba minatoria antecedentia de-
lictum,minans dixerit ſua malignitate, arg.text.in l.
cũ ratio,§.ex bonis.ff.de bon. damnat. & l.ſi non cõ-
6 uitij, C.de iniur.nam ex verbis quoque † nedum ex
factis animus,& voluntas declaratur,l.ſi tantum,§.ei
qui.ff. de ædilit. edict. verba enim ſunt declaratio il-
lius,ꝙ quis in corde habet. nec verbis exprimitur, ꝙ
mente prius non cogitetur.l. Labeo.ff.de ſuppellect.
lega. eoque etiam quia tali caſu effectus,& executio
verborum prolatorum declarant animum,ita fuiſſe
de interficiendo,prout minando propoſuerat, ſic ait
Blan.in d.l.fi.& loco citato,vbi de hoc latè diſſerit.
Alb.tñ in d.tract.de ſtat.par.3.q. 64. dicit tunc mi-
7 nas,†præcedentes delictum, animum deliberatũ ar-
guere, qñ fuerunt factæ ab illo, qui ſolebat illas exe-
quutioni mandare,& exequi, ꝙ minabatur, quod ẽt
placuit Boſſ.in d.tract.crimin.in tit.de homic.nu.63.
& idẽ Alb.hoc affirmauit in d.l.metũ.C.ꝙ met.cauſ.
8 * Contrariũ†ſenſit Caſon.in d.tract.7.nu.10.vbi di-
xit, minas præcedentes delictũ facere indicium ani-
mi deliberati,dummodò cõſtet,vt iam dictũ eſt, mi-
nantẽ occidiſſe eum,cui minatus eſt,& hoc procede-
re indiſtinctè,nulla habita conſideratione, an minãs
fuerit ſolitus minas exequi.idẽ voluit Blan.in d.loco
citato,vbi reprehendit in hoc Alb.& dicit dictum il-
lius procedere tãtummodò in caſu, in quo ignoratur
occiſor, ſecus autem qñ præſupponitur homicidiũ
factũ, quo caſu cum ſequutũ ſit illud, quod iam mi-
nans prædixit,dicendum, eſt quidquid euenit,de vo-
luntate minatoria verba proferẽtis eueniſſe, cũ nihil
ſit verbis expreſſum, ꝙ prius mente nõ fuerit cogita-
tum,per dictam l.Labeo.ff.de ſuppellect.leg. & cum
talis ſit animus,qualia verba proferuntur. l. is qui, §.
diuus.ff.de tut.& curat. dat. ab his. ad hoc faciunt ẽt
ea,quæ tradit Gand.in d.verſ.octauũ, & hãc tandem
* cõem eſſe opinionẽ teſtatur Menoch. in d. caſu 361.
nu.39.vno caſu exceptio,in quo talis cõis opinio ve-
9 ra non eſt,cum ſcilicet minæ prolatæ† pro inſtãti do-
lore,& ira fuerunt,veluti ſi maritus vxorẽ cũ adulte-
ro deprehẽdat,& fugiat adulter, maritusq; minetur,
& paulò poſt is adulter reperiatur occiſus, vel ſi pa-
ter eſt ab aliquo cæſus,& fugienti homicidæ minetur
filius,deindè is homicida occidatur à filio, non dicitẽ
filius,vel maritus occidiſſe præmeditatè,& delibera-
tè,ſed iuſto dolore,& ira commotus, & ideò non ve-
niũt puniẽdi ex deliberato aĩo: nã ꝙ calore iracũdię
fit,ad pœnã non eſt trahendum. d. l.1.C.ſi quis Imp.
male. Alex.conſ.181.col.2.verſ.prætereà.vol. 2. Hip.
in d.§.diligẽter,nu.36.Blan.in d. loco citato.nu.186.
10 Quãdo autem † aliquid dicatur factum calore ira-
cundiæ,& doloris,& quouſq; ira, & impetus doloris
durare præſumitur,vide latè, & diſtinctè per Boſſ. in
tit.de homic.nu.59.nu.3.ſeq & latius etiam per Dec.
in l.quod calore.ff. de reg. iur. vbi format quæſtionẽ
infrà quantũ tempus poſſit dici,quod delinquens ira
à principio ſuccenſus adhuc dicatur ea ira delictum
commiſiſſe, & concludit hoc etiam dici poſſe infrà
triginta dies. & hoc idem Senat. Mediolan. tenuiſſe
teſtatur idem Boſſ. in loco citato.
11 Tertiò amplia concluſionem,†vt etiã procedat. ſi
verba minatoria fuerint prolata per iactationẽ: nam
tunc quoq; faciunt indicium ad torturam, & ſi con-
ſtet minatoria iactantem delictum commiſiſſe deli-
beratus animus etiã exindè arguitur, ita tenet Blanc.
in d.loco citatus.nu.184. quæ allegat Iac. de Belu. in
ſua pract.in tit.de quæſt.col.5.verſ. quartum eſt, col.
8.verſ.item ſi ſe iactauit accuſatus.Bald.in conſ.275.
vol.2.Alex.in d.conſ.181.col.2.verſ prætereà, vol. 2.
Hip.in d.§.diligenter,in ſua pract. nu. 36.
12 Quod intellige procedere,†ſi hoc qualitas perſonę
iactantis poſtulat, veluti, ſi eſſet homo malæ condi-
tionis,& talia iactata exequutioni mandantis, prout
hoc modo intelligit,& declarat dictus Blan.ex men-
te Bald. d. conſ. 275. & Alex.in d.conſ.181.& Put.in
tract.de ſynd. in ver. an ſtetur dicto. col. 3. verſ. an ſi
* probetur, & idem Blanc.* omnes Doct.ad hoc con-
corditer ſe reducere teſtatur.
Alc.quoq; in l.fugitiuus. ff.de verb.ſign. per illum
tex.ibi,licèt id ſe facturum iactauerit, dicit iactatio-
13 nem ſimplicem†non ſufficere ad quæſtionẽ,niſi alię
coniecturæ accedant,vt quia inimicus eius eſſet, vel
alioquin percuſſor, & reprobæ vitæ.
Ad maiorẽ modò totius concluſionis declaratio-
14 nem diſtingue†principale dictũ hoc modo: aut ille,
qui minatus eſt,ſolitus eſt,quod minatẽ exequi, & eſt
vir potens, & iſto caſu præſumptio eſt contra ipſum
ad torturã: aut minans eſt homo vilis, impotẽs ad ta-
lia,nec ſolitus minas exequi, & tũc non præſumitur
cõtra eũ,nec quoad purũ delictũ, nec fortius, quoad
* præmeditatũ,ita ex * cõi Doctorum opinione diſtin-
guit Blan.in dicto loco citatus.n.183. & præcipuè ex
mente Spec.in d.tit.de præſumpt.§.ſpecies. & Alber.
in d.l.metum.C.quod met.cauſ.Bal.& Imo. latè in l.
vlt.col.pen.verſ.vlt.inducit.ff.de hæred.inſt.& Iaſ.in
d.l.1.C.de ſer.fug.& Fel.in c.cum oporteat nu. 11.de
* accu.& Imol.in d.l.vlt.ipſe quoq; de iſta * communi
diſtin-

diſtinctione teſtatur, & ſub iſta intelligi debet, id, ꝙ dicit Alex. in d. l. metum, & quod dicit Abb. in c. ſcribā. de præſump. & alij permulti quos allegat Brun. in tract. de indicijs. col. 13. verſ. quæro vlterius. & Hip. in ſua prac. in d. §. diligenter. nu. 85. & hāc diſtinctionē eſſe verā ex experientia ipſa, q̄ eſt rerū magiſtra, apparere inquit d. Blanc. in loco citato, vbi ēt tradit documentū ad tuendū illos, qui verba minatoria proferūt ex cōſuetudine, & nil aliud gerere ſciunt, niſi ſe terribiles verbis oſtēdere. & eſt, ꝙ ad tollendū indiciū cōtra ipſos minarū debent producere teſtes ad probandam loquacitatem ipſorum, ſeque ſolitos eſſe verba ſimilia proferre, nec exequi deponentes.

Verū diſtinctio ſupradicta, & cognitio indiciorū
15 ad torturam † ſufficientium ex minis prouenientium relinquitur omnino arbitrio iudicis, put dicit Meno. in d. tract. de arb. caſu 361. nu. 39. in fi. & Pur. in d. tracta. de ſindicatu. verſ. & an ſi quis dixerit. per ea, quæ dixit Bal. in l. 3. de epiſc. audien. ꝙ ſcilicet in criminalibus oculus iudicis præſtat arbitrium ad torturam & idem voluit Boſ. in trac. de indi. & Damoud. in prac. crim. in tit. de quæſt. & omnes criminaliſtæ.

16 Minari autem dicetur † quis, ſi his verbis cōtra aliquem vſus fuerit, videlicet, ꝙ traheret minato vnam pennam de ala, vel ꝙ faciet illum malè capitare vel ꝙ nocebit illi, ſi poterit, vel iactauerit de illo occidēdo & ſimilia alia verba, de quibus agit Gand. in d. loco citato. & Caſon. in d. tract. 7. & Albe. in d. l. metū, C. quod met. cau.

CONCLVSIO MLXII.

ARGVMENTVM.

Tria ſimul à minore eſſe probanda, vt reſtitutionem in integrum obtineat; & quæ illa ſint, & quo pacto debeant eadē probari.

SVMMARIVM.

1 *Minor vt reſtitutionem in integrum obtineat debet probare, quod contraxit tempore minoritatis.*
2 *Minor vt reſtitutionem in integrum obtineat, debet probare læſionem.*
3 *Læſio non præſumitur, ſed eſt probanda.*
4 *Minor læſionem clarè debet probare, cum petit reſtitutionē ante ſententiam.*
5 *Minor vt reſtituatur debet probare enormem læſionem.* Contrarium, nu. 6.
7 *Eccleſia vt reſtituatur debet probare enormem læſionem.* *Et quæ requirantur vltra enormem læſionem, vt nu. 8.*
9 *Eccleſiam etiam vltra præfinitum petendæ reſtitutionis tēpus audiendam eſſe cum læſio fuit enormiſſima.*
10 *Læſio enormis quæ dicatur iudicis arbitrio relinqui, & ibidem quo pacto id ſit intelligendum.*
11 *Læſionem enormem venire ſemper, quotieſcunque in ſtatuto, & materia pœnali, & odioſa de ea ſit mentio.* Quod limita, vt nu. 12. Contr. nu. 13.
14 *Minori, qui vult reſtitui aduerſus probationes omiſſa, in termino non eſt neceſſe probare læſionem, ſed ſatis eſt eam tantum allegare.* Contr. nu. 15. Concil. nu. 16.
17 *Minor abſque alia læſionis probatione reſtituendus eſt, cū ille non appellauit, uel appellationē non eſt proſequutus.* Contr. nu. 18. Concil. nu. 19.
20 *Minori ſatis eſt, cum ab eo læſio probanda eſt, læſionem probare præſumptiuè.*
21 *Minori actori præſumptiua probatione læſionem probare ſatis eſt: ſecus eidem reo: nam tunc non eſt opus alia probatione.*
22 *Minor in criminalibus eſt reſtituendus aduerſus confeſſionem abſque alia læſionis probatione.*
23 *Minor in atrocibus non admittitur ad reuocādam ſuam confeſſionem.*
24 *Minor in omnibus caſibus, in quibus præſumitur læſus re ipſa eſt reſtituendus abſque alia læſionis probatione.*
25 *Minor vt in integrum reſtitutionem obtineat probare debet, quod aduerſarij dolo ſuaue facilitate fuerit circumuentus.* Contrarium, nu. 26.
27 *In libello reſtitutionis non ſufficit narrare ſe minorem læſum, ſed vlterius debet adijci, quod ſua facilitate, vel dolo aduerſarij id euenit.* Contra. nu. 28.
Conciliatio. nu. 29.
30 *Minor ſi non fuit læſus dolo aduerſarij, vel ſua facilitate, adhuc illi competit in integrum reſtitutio ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur.*
Quod limita, vt nu. 31.
32 *Minori non ſufficit probare ſe minorem læſum dolo aduerſarij, vel ſua facilitate ad hoc, vt reſtituatur, ſed eidem probandum eſt, ſe adhuc eſſe intra quadriennium conceſſum ad reſtitutionem petendam.*
Contrarium, nu. 33.
Conciliatio, nu. 34.
35 *Minor eſt reſtituendus nedum ſi læſus ſit damnum patiendo, ſed etiam ſi læſus ſit in non aſſumendo lucrum.*

Vt minor reſtitutionē in integrum obtineat probanda ſunt illi tria copulatiuè.

1 Primò quòd contraxit † tempore minoritatis, ex l. ſi minorem. C. de in integ. reſt. l. minorib. ff. eo. tit. l. doli. circa fi. ff. de noua. l. ea quæ. C. de temp. in integ. reſt. peten. vt reſpondit Pau. conſ. 53. col. 1. in 2. vol. cui ſe ſubſcripſit Rebuf. in 2. tom. commen. in conſti. reg. Gal. in tit. de reſt. art. 1. gl. 3. nu. 2.

2 Secundò probare debet læſionem: † nā non vtique eò ꝙ minor eſt, ſtatim & circumſcriptum ſe docuit, vt l. nam & poſtea. §. ſi minorib. ff. de iureiu. l. minorib. l. vlt. C. de reſti. in integ. & c. auditis ext. eo. ad idē reſpondit Pariſ. conſ. 53. nu. 61. vol. 3. & in conſ. 12. nu. 34. vol. 1. quod & comprobat tex. in l. quod ſi minor. §. non ſemper. ff. de minor. vt & ſenſit Dec. conſ. 436. ex l. ait Prætor. §. non ſolum. & l. verum. §. ſciendum. ff. de mino. neque enim præſumitur læſio; † ideo
3 probanda eſt, teſte Gozad. in conſ. 44. nu. 8. Rui. cōſi. 119. nu. 13. lib. 5. Abb. in c. 1. de reſtit. in integ. num. 2. imò cauſa reſtitutionis in integrum eſt principaliter læſio, non autē perſona minoris, ſiue fauor illius ætatis; quod inde probatur: nam huiuſmodi reſtitutio propter læſionem minoris tranſit ad hæredem eius etiam maiorem, & ſic competit etiam demortua illa perſona minori, quod ſecus eſſet ſi talis reſtitutio inſeruiret ipſi minori, prout minori, non autem prout læſo. ita inquit Afflic. & ita fuiſſe deciſum teſtatur in deciſ. 211. nu. 1. & idem voluit Bart. in l. Interdum. ff. de mino. & in l. nō ſolum. ff. de reſt. in integ. mino. & firmat Dy. in c. priuilegium. de regu. iur. in 6. quod & placuit. Oldrad. in conſ. 224. & eidem Bart. in l. quia tale. ff. ſol. mat.

4 Primò amplia, vt id maximè procedat, qn̄ † petitē reſtitutio contra ſententiam, quia tunc clarè probari debet læſio, per tex. in l. vlt. ibi probationum more. C. ſi minor maio. ſe dix. quia reſtitutio aduerſus ſententiam eſt magni præiudicij, cum ex ſn̄ia ius quæſitum tollatur. l. Iulianus. ff. de condi. indebi. iun. l. ſi nō ſortem. §. hæredi vbi glo. ibi. Iac. in l. 1. C. qui, & aduerſ. quos, & ideo per iuramentum probari non poteſt c. cum veniſſent. de in integ. reſt. & docent Saly. & alij in l. 1. C. ſi aduerſus rem iud. idem voluit Rebuf. in ſupra citato tit. de reſt. art. 1. gl. 3. nu. 15.

5 Secundo amplia non ſolū † eſſe probandam læſionem, ſed etiā vltra minimam: modica enim non ſufficit ad reſtitutionem, ſed enormis requiritur, vt probat ex l. Scio. ff. de reſt. in integ. & ibi Doct. idē cenſet gl. in c. 1. & ibi Abb. n. 2. ext. eo. hoc idē cēſere Ceph. in cōſ. 3. nu. 173. Capic. dec. 109. Dec. in c. maioribus de præ-

* de præb.nu.1. vbi dicit hanc * communem Soc. iun. conſ.84.nu.42.vol.2.Pariſ.conſ.99.vol.1.Cor. conſi. 179.nu.10.vol.4.Rui. conſ.119.nu.13.vol.5. Burſ.nu. 34.Hoſt. Ant.de Bur.in 2.oppoſi.& Card.in 2.oppoſ. & Pet de Anch.in 2.no.in d.c.1.de in integ. reſtit.Io. And.in c.cum ex literis, in primis verbis.vbi ẽt Hoſt. Card.& Abb.in 1.not.ext.eo.tit. Ino.in c.coram, eo. tit.Grat.conſ.4.col.vlt.vol.1.Belt.conſ.169. & conſi. 199.col.3.vol.1.Alex.in cõſ.27.col.2.vol.1.& in cõſ. 222.col.3.vol.2.Iaſ.in cõſ.63.col.5.& ſeq.vol.3. Soc. in conſ.57.col.9.vol.4. Gomes. in §.pœnales,col.2. Inſti.de act. Bal. in l.ſi in emptione.ff.de min.Rui.in cõſ.119.nu.14.vol.5.Spec.in tit.de reſti.in integ.§.1. col.pe.Dec.in cõſ.616. Alex.in l.1.§.nũciatio.col.9. ver.2.limita,ff.de ope.no.nun.& Gozad.cõſ.44.n.8.

6 Contrarium † ꝙ ſcilicet pro modica læſione detur reſtitutio, voluit idem Rebuf.in d.tit.de reſt.art.1.gl. 2.nu.11.per l.ſi oleũ, in fi. cũ l.ſeq.ff.de dolo, & dicit nullo iure caueri,ꝙ enorme debeat eſſe damnũ in reſtitutione minoris: imò gl. dicit illum pro leui damno reſtituendum, in l. in cauſæ,§. idẽ Pomponius, ff. de mino.& ipſe affirmat etiam minorẽ poſſe reſtitui, ſi iuſtam habeat affectionem, ad hoc allegans tex.in l.ſi in emptionẽ.ff.eo.tit.& ita ſeruare curias Franciç teſtatur,idem voluere Rom.in conſ.90. col.vlt.verſ. item & quod. Azo in ſumma de præd. mino. circa fi. Bal.in l.1.C.ſi aduer.vend.pig.vbi etiam Cyn.Ange. Caſt.Sal.Imo.in c.cũ cõtingat,col.61.verſ.itẽ aduerte,de iur.iu.Brun.in conſ.41.col.9. Barba.in conſ.34. col.5.vol.4.& in cõſ.10.col.4.vol.1. & Odo.in d. leg. Seio.ff.de in integ.reſtit.

** Tenendo primam opinionẽ magis ** communẽ,
7 Primò amplia,vt ẽt talis probatio enormis † læſionis procedat in eccleſia,quæ vt reſtituatur debet illã probare,vt ſancitũ eſt in c.1.de in integr.reſt.& ibi Abb. in ſecundo notab.vbi ait,ꝙ vt eccleſia reſtituatur,in-
8 ter alia requiritur, † ꝙ ſit læſa, & læſio ſit enormis, & ꝙ de tali læſione manifeſtè appareat, non ꝙ talis læſio debeat eſſe notoria, ſed requirit ꝙ ſit manifeſta, id eſt,ꝙ per teſtes, vel alia legitima documenta ꝓbetur,requiritur etiam,ꝙ læſio proueniat ex illo actu,& contractu,aduerſus quem eccleſia petit reſtitui,& ꝙ ſit intra tempus reſtitutionis petendæ, ſcilicet intra quadriennium à tpe læſionis,per c.1.de reſtit. lib.6.ꝙ
9 tñ vltimũ requiſitum limitat † in caſu,in quo adeſſet aliqua legitima cauſa, pp q̃ eccleſia ẽt vltra quadriẽniũ deberet audiri, vt quia læſio fuerit enormiſſima, per glo.ſing.in d.ca.1.in fi. vel ſi vixerit Prælatus,qui malè alienauit: quo caſu non currit ipſ quadriennij, & hãc Abb.opinionem ſequutus eſt Soc. iun.in cõſ. 84.nu. 43. verſ. ſunt ẽt qui. vol.2. vbi etiam quænam
10 enormis læſio dicatur † ex opinione Doctorum circa hoc variè tenentium, variè quoq; recitat,& ſtatuit id iudicis arbitrio relinqui,vt ſcilicet debeat arbitrari circa læſionem ex vno de illis modis, quos varios ponunt Doctores,non autẽ,vt ſibi videbitur,& indiſtinctè ex ipſius arbitrio: idem placuit Menoch. de arbi. iud.cauſ.caſ.74.nu.4.li.2.cent.2. licet contrarium tenuerit Dec.in conſ.39.col.vlt. & Rebuf.in d.tract.de reſt.art.1.gl.2.nu.11.per l.1. ff.de iur.delib.& c. ſtatutum.§.inſuper,de reſcrip.in 6.
11 Secũdò amplia, vt in ſtatuto † & in materia pœnali,& odioſa:quotieſcunq; fit mentio de læſione, ſemper veniat enormis: nã modica in illis non vr̃ eſſe in conſideratione: ita ait Dec.in c.maiorib. de præben. nu.3.ad hoc facit quòd voluit Bal.in l.vlt.C.de ædil. edict. vbi tenet, ꝙ ſtatutum loquens de vulnere non habeat locum in vulnuſculo,& ibi Bald.in auth.ſed iam neceſſe,in gl.mag.C.de dona.ante nupt.huc etiã pertinet,ꝙ voluit Alc. in cõſ.104.cir.fi. vol.1.in quo ꝓbat,ꝙ ſtatutum loquens de falſificãte monetã, nõ comprehendat vilem monetam,& minimam.

Limita iſtam ſecundã ampliationem, vt non pro-
12 cedat,qñ † pœna deberet committi in euentum conditionis: nam tunc cõſideratur,quod minimum eſt: quia conditio eſt indiuidua; ita Dec. in d.c.maiorib. nu.4.& 5.idem voluit Ang.in conſ.168.in 2. dub. facit quod tradidere Bal.in rub.C.de contrahen.empt. q.10.& glo.in l.res bona fide,ff.eo.tit. Specu.in tit.de emphyteuſi. §.nunc aliqua. verſ.3. Bart.& Doct.in Auth.qui rem.C.de ſacroſ.eccl.

Limita modò ſecundã ampliationẽ principalem,
13 vt non habeat locum, † qñ res per ſe eſt minima, & nullam connexitatem, vel mixturã habet cũ maiori ſumma,nec per reſtitutionẽ à modico illo dãno eſſet recedendum à contractu maiori ſummæ, tunc enim datur reſtitutio ẽt pro minimo,teſte Hip.Rim.in l.1. §. ſi quis apud, ff. ꝙ quiſq iuris, & poſt eum D. Cæſ. Contard.nunc Reuer.Eps Sugonen.in repet.l.vnicę, C.ſi de momenta.poſſeſſio.limi.8.verſ. ratione reſtitutionis in integr.nu. 25. hoc etiã obſeruauere And. Sic.& Alberi.de Roſa.in l.Seio.ff.de in integ. reſtitu. Dec.in d.c.maiorib.nu.1.vbi d.l.Seio.in hoc limitat, & illam declarãdo intelligit procedere, idẽ voluere Ang.in l.1.ff.eo.nu.6. Io.Annib. in l.poſt contractũ, nu.88.ff.de don.Clau.de Seiſ.in l.1.nunciatio.nu.62. ff.de nou. ope.nun.

Primò præcipuo loco limitat̃ ſecundum requiſitũ
14 tunc nõ procedere, † qñ allegatur læſio in cõtractu, vel aliter extra iudicium:nã tunc anteq̃ detur reſtitutio debet probari læſio,ſecus in iudicialibus,vt qñ qs vult reſtitui aduerſus probationes omiſſas in termino,tunc enim non eſt neceſſe probare, nec probationes habere, quæ poſſunt ius ſuum ſtabilire, nec aliter læſionem,ſed ſatis eſt eam allegare,vt reſponſum eſt ab Ant.de But.in conſ.63. cui accedit Abb.in c. auditis,in 8.not.de reſti.in integ.& in c.ſuſcitata,nu.2.eo. tit.idem cenſent Heric.Boic.in c.corã.eod tit.Capel. Tholo.q.389.Rebuf.in d.tit.de reſtit.art.1.glo.3.nu. 18.l.minor vigintiquinq; annis.ff.de mino.& hoc obſeruari teſtatur Spec.in tit.de reſt.in integ.§.1.verſ.illud præmittẽdum non eſt, vbi tenet,ꝙ ex ſola partis, vel ſui procuratoris allegatione, ꝙ omiſſæ ſint probationes,reſtituatur minor. & idem ſentit idẽ Spe. in d.§.1.in prin.illius §.Ant.de But.in d.c. auditis,in pe. col. Aret.in conſ.66. col.pen.& in d.§. ſi minor.col. fi.vbi Iaſ. col.pen.

15 A contraria † ſtetit ſnĩa Bar. in l. nam & poſtea.§. ſi minor.col.vlt.de iureiu. vbi tenet illũ non eſſe reſtituendum, niſi doceat de probatione, q̃ aſſerit omiſiſſe,& de tali, per q̃ ius ipſius minoris fundetur, eidem Barto.ſnĩæ ſe ſubſcripſit Ang.d.§.ſi minor. col.vlt.in verſ.in glo in verſ.captus,vbi ẽt Sal. col.1. verſ. & ex iſta gl.colligitur,ibi. Rom.in pen.col. vbi ẽt Bald.in col.vlt.verſ. extra not. & ibidem Alex. & Iaſ.qui di-
* cunt hanc eſſe communem * Doctorum opinionẽ, idem confirmauere Alb.in l.minor 25.annis ſi omiſſam,ff. de minor. Imo.in c. auditis,in 1.not.in 1.col. in fi.Bero.dec.79.nu.6.vbi teſtatur Bar.opinionẽ eſſe
** veriorẽ,& cõiorem, ** q̃ ſequitur Pau.de Caſt.in cõſ. 196.col.2.per tex.in l. minorib.C.de in integ.reſtit.& in l.verum,§.ſciendum,& §. itẽ non reſtituatur, ff.de minor.idem voluit Corn. conſ.181.vol.2. & dec.Capel.Tholo.q.54.& q.59.in fi. verſ.aduerte.

16 Cõciliabis has opiniones † eo mõ, quo fecit Alex. in d.l.nã & poſtea. §.ſi minor. col.vlt. licet loquat̃ in themate à noſtro diſpari,prior opinio vera ſit,qñ minor afficeretur damno re ipſa, niſi reſtitueretur,& ſic generaliter, vbi tractaret̃ de damno euitando minor eo ipſo reſtituitur,poſterior autem opinio, qñ non ſequeretur dãnum neceſſariò re ipſa, quo caſu minor, niſi probet ſaltẽ præſumptiuè, vt infra dicemus, non reſtituitur, quam diſtinctionem vr̃ ſequi Iaſ.ibidem dum ſe remittit ad Alex. in d.§. ſi minor in 2.col.ad idem reſpondit nonnullis in locis Ruin.in conſ.135. col.2.& ſeq.vol.1.conſ.88.col.1.vol.4.conſ.59.col.3.

vol.

volu.eod.& in conſi.95.colum.1. & ſeq. & colum.fi. volum.5.

Secūdo præcipuè limitabis ſecundū requiſitum vt
17 locum ſibi non vendicet † in caſu, in quo minor nō appellauit, vel non eſt proſequutus appellationem: nam tunc eo ipſo minor dicitur læſus,ex quo non appellauit,nec opus eſt alia probatione læſionis, ſed tanquam læſus debet reſtitui:ita voluit Ange. in l.fi.col. vlt.C.in quib.cau.in integr.reſt.nō eſt neceſ. vbi Bar. ſibi contrarius col.vlt.& Paul.de Caſtr. in d.l.nam & poſtea.§. ſi minor. & iſtam opinionem ſenſit glo. in l.ſi minor vigintiquinque annis filiofamilias. §.1. in verb.iure deſiderat.ff.de minor.

18 In contrariam deſcendit ſnīam Bart. in d.§.ſi minor. verſ.quæro quomodo vbi voluit minorē qui nō appellauit non dici læſum eo ipſo,ꝙ non appellauit, niſi doceat ſe habere aliquid, propter quod in cauſa appellationis debeat vincere,vbi etiam Ang.col.vlt. & Sal.col.1 & Rom.col.vlt.& Aret.in poſtremis verbis,dum ſe reijcit ad no.per Bar. ibi. idem ſenſit Alc. de præſump.in 1.reg.in 42.præſumpt.hoc idem cōprobauere Gra.in cōſ.110.col.pen.& vlt.vol.1.Beltame. deciſ.38.Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.contū.§.in pupillo.ff.de confeſſis idē Alex. in cōſ.55.col.vlt.& vol.5. Guid. Pap. deciſ.141. Rot. deciſ.87.in nouiſ.Bal.in l. vlt.in fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.nō eſt neceſ.Pau. de Caſtr.in conſ.3.col.2.vol.2. & in cōſ.196.col.1.in fi.vol.eo. Abb.in cōſ.77.vol.2.col.3. Aret.in l.ait Prętor.§.ſi minor.ff.de iureiur.Alex.cōſ.115.nu 4.vol.5. Pau.de Caſtr.conſ.156.n.2.vol.2.vbi inquit,quod quū minor petit ſe reſtitui aduerſus omiſſam appellationē tenetur probare læſionē, & ꝙ non ſufficit ad eam probandā,quod tempus appellandi tranſiuerit, & ꝙ non appellauit,quia poteſt eſſe, quod ſua non intererat appellare, quia fouebat iniuſtam cauſam,& idem etiam conſuluit in conſ.3.eo.vol.idem etiam cōſuluit Dec.in conſ.436.nu.5.vbi alios allegat,& dicit ita quotidie ſeruari in vſu forenſi, vt non detur reſtitutio minori,niſi de læſione probetur,idem deciſum eſt in deciſ.Thol.245.vbi Aufrer. Auped.teſtatur de magis
** **communi,& Paul.de Caſtr.in d.l.vlt.nu.5. dicit in curia Romana ſe vidiſſe ſimpliciter ſeruari,quod dixit Bart.in d.§.ſi minor.

19 Sed tolles hoc pacto has ſcribentiū† lites,nam aut minor,qui habuit contra ſe ſententiam erat actor, & non appellauit, & tunc ſi vult reſtitui ad appellandū habet oſtendere, quod foueat cauſam iuſtam, & ſic, ꝙ eius intereat appellare; aut erat reus, & tunc ſatis perdidit,quod eſt condemnatus, & ſnīa tráſiuit in rē iudicatam, & propter hoc ſolū debet reſtitui ad appellandum:hoc modo diſtinguit Fulgo. in d.§.ſi minor.& in d.l.vlt. C.in quib.cauſ.in integr.reſt. nō eſt neceſ.idem,& affirmauere. Alex.in d. conſ.115.in fi. vol.5.Iac.de S.Georg.in d.l.vlt.in fi.Rui.conſ.68.nu. 26.verſ.quāuis.vol.1.& hanc ipſā veritatē eſſe inquit Caſt.in d.l.vlt.quem ſequitur Anch.in q.42.par.1.

Tertiò velim limites ſecundū requiſitum,vt etiā ſi
20 deberet probatio læſionis ſequi, ſufficit tñ,ſi de tali læſione conſtet iudici per præſumptionē,ſeu per pręſumptiuam probationem,ita ait Aret. in conſ.66.nu. 8.vbi ait hāc etiam fuiſſe mentē Bar. in d.§.ſi minor. dum concludit,quod ſufficit,ſi oſtendatur iudici pręſumptiuè, quod minor poſſet probare idem voluit Anch.in d.q.41. nu. 7. vbi aſſerit ſe ita ſæpius vidiſſe
* ſeruari & hanc opinionem dicit * communem.

21 Subdeclara tamen iſtud procedere,†quādo minor eſſet actor, quo caſu præſumptiua ſaltē ꝓbatio videt neceſſaria:ſecus ſi eſſet reus,& fuiſſet condemnatus: nā tunc non eſt opus aliqua probatione,quia eo ipſo, ꝙ non appellauit, dr̄ læſus, ita docuit Anch. in loco ſupra citato,vbi inquit ita doctrinā Bar.in d.l.vlt. C. in qb.cau.in integr.reſt.nō eſt neceſ. eſſe intelligēdā, cui opinioni cōuenit diſt.Fulg.& aſſeclarum, de qua ſupra in ſuperiori recōciliatione,& hanc Iaſ.in d.§ ſi minor.nu.17.in fi dicit æquam & ſuſtentabilem.

22 Quartò limitatur ſecundum requiſitū,vt nō obtineat,quando eſſemus in criminalibus, in quibus minor venit reſtituendus aduerſus confeſſionem abſq; alia probatione, quia eo ipſo dicitur læſus,ita voluit Alex.in d.§.ſi minor,quam opinionem approbauere etiam Angel. in l.certū.ff.de cōfeſ.in §.in pupi. Marſ. in ſing.449.Gram.in conſ.criuil.16.col.1.& in cōſ.60. col.2.& in conſ.59.col.4. Alex.in conſ.115.col.1.in fin.vol.5.Hippol.in l.1.§.ſi quis vltro.ff.de queſt.Iaſ. in conſ.188.col.1.vol.2.& in d. §.ſi minor. col. 2. in princ.& idem Alex.in conſ.115. vol.5. ſentit idē Bal. in conſ.110.volum. 1. atque Corn. expreſsè in conſ. 192. col.2.vol.4.

23 Id limita tamen non eſſe verum in atrocibus,† in quibus minor non admittitur ad reuocandā eius cōfeſſionē,teſte Marſ.in l.de minore.nu.57.ff.de queſt. quod ante eum docuit Bart.in l.auxilium.n.in ver.nos, ex hac gloſſ.ff.de minor.& ibi etiam tradit,quæ dicātur delicta atrocia.

24 Quintò generaliter limitabis† in omnibus caſib.in quib.minor præſumitur læſus re ipſa; quos refert, & proſequendo limitat Rebuf.d.tract.de reſt.art.1.glo. 3. vbi latè, & diſtinctè per eum.

Tertium requiſitum, quod minor debet ꝓbare ad
25 hoc,vt reſtituatur,eſt quod aduerſarij dolo, ſuaue facilitate fuit circonuētus,iuxta l.verum.§. ſciendū. & ibi glo. in verſ.ꝓbentur.cum §.ſeq.& in l.non omnia ff.de minor.& ibi Bar.n.2.ex l.vlt.C.de reſti. in integ. & ibi Bar.in fi.& in d. §.ſi minor. vbi cęteri ſcribētes Sal.in l.ille à quo.§.qui repudiauit.nu.3. ff. ad Treb. vt ſcriptum reliquere Ana.conſ.48.nu.2.Soc.cōſ.77. in q.3.lib.2.Mand.de æta.mino.q.4. qui allegat. Cur. iun.in conſ.6.nu. 2. verſ. præmiſſis non obſtantib.te-
* ſtantē de * cōi Caph. conſ.3.nu.131.lib. 1. Alciat.in tract.præſumpt.reg.2.præſumpt.42. Craue.conſ.178. nu.8.Dec.conſ.384. Menoch.conſ.100.nu.189. Rebuff.in d.tract.de reſtit.art.1.glo.3.nu.26.vbi rationē adducit huius dicti,quia ſcilicet non videatur circūſcriptus minor, qui iure ſit vſus communi in l. vlt.C. de integr.reſt.

26 Contrarium,† quod imò non opus ſit minori hoc probare,tenuit Barb.conſ.19.col.1.in 4.vol.quem refert Rebuf in d.glo.3.de reſt.nu.27.

Priori adherendo cōmuni opinioni infertur ex ea,
27 quod nō ſufficiat † in libello reſtitutionis narrare ſe minorem eſſe læſum,ſed vlterius debet adijci, qđ ſui facilitate,vel dolo aduerſarij id euenit,alias nō concludere libellus,placuit Bar.& Bal.in d.l.vlt. eidē Bal in d.§.ſciendū.& in c.conſtit. de reſt.in integ.& Rui. conſ.119 nu.15.vol.5. vbi alios allegat.

28 Contra hanc illationē† ſenſit Spec.in tit.de reſt.in integ.§.qualiter verſ.ſed nūquid. & Sal.in d.l.vlt.volentes eſſe admittendū libellum abſq; expreſſione doli aduerſarij,aut facilitatis minoris,modò ex ꝓbatio-
* nibus poſtea conſtet de eis,& ibi Alex.& dicit communem opinionē Imo,in d.c.conſti.de reſt.in integ. atque Rebuf.in d.tit.de reſt.art.1.glo.3.nu. 27.

29 Quod diſſidium † ex ſnīa Caſtr.in d.l.vlt.tolles, ſi dixeris hanc communem vltimā opinionem ꝓcedere,quando nō fuit oppoſitum de ineptitudine libelli. Priorem autem quando fuit oppoſitum, quam declarationem ſequitur Rui.in d.conſ.119.nu.14.

30 Declara quo ad totā concluſionem, † ꝙ ſi minor nō eſſet læſus dolo aduerſarij,vel ſui facilitate,adhuc illi competeret reſtitutio in integrū ſaltē ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur: ita cōſuluit Corn.in conſ.184.vol.3.& ita not.à gl.Bar. & Doct.in l.2.C.de iur.emph.quorum ſententię adhærent Dy.in reg.eū quiſde reg.iur.in 6.Spec.in ti.de loca.§. nunc.aliqua Ant.& Abb.in ſi vigilāti.de ꝓſcrip.Bart. in l.Ariſto.§.vlt.ff.de dona.ipſe,& Ang.in l.1.§.quod autem.

autem.ff.de iti.actuq́ue priua. & glo.in l.1.in prin.C. de patr.poteſtat.

31 Limita iſtud tunc verum eſſe,† qñ aliqua iuſta cauſa allegata,& probata fuit per minorẽ ; ita ait Meno. in conſ.100.nu.307.& ſic ſupradictos Doct. intelligẽdos eſſe affirmat, ſicuti declarant omnes ex illo text. in l.1.ff. ex quibus cauſ. maior.in fi. & Soc.iun.conſ. 72.nu.20.& conſ.118. nu.147.lib.1. Pariſ.cõſ.100.nu. 74.lib.1.Alc.reſpon.108.nu.6.& Alb. conſ.18.col.1.

32 Secundò declara † quo ad totam concluſionẽ, vt non ſufficiat minorem probare ſe minorẽ læſum dolo aduerſarij, vel ſui facilitate,ad hoc, vt reſtituatur, ſed oportet, ꝙ ꝓbet ſe adhuc eſſe infra quadrienniũ conceſſum ad reſtitutionem petendam, de quo in l. vlt.C.de tẽp.in integ.reſti.pet.ita dixere Ant. de Butr. in d.c.conſti.de reſti.in integ.& Abb. in c.1.nu.3.eo. tit.ex l.nam & poſtea,§.ſi minor.ff.de iureiur.

33 Contra hoc † ſtat *cõis ſcribentium ſententia in d.§.ſi minor. & in d.l.nam & poſtea, vbi Iaſ.nu.6.de *communi teſtatur.Corn.conſ.131.col.2.li.4. & huius communis opinionis adducit rationem Iaſ.in loco citato, videlicet, quia nemo debet illud allegare, quod ab aduerſario timet opponi.

34 Has lites componit † Rebuf. ſuprà locò citato nu. 33.hoc pacto,vt ſcilicet opin. But. procedat, qñ pars oppoſuit minorem non eſſe infra tempora reſtitutionis,quo caſu bene tenetur minor quadrienniũ adhuc durare probare,ſecus ſi non fuerit oppoſitum.

Tertiò declara quo ad principalẽ concl. vt minor 35 reſtituat̃,† nedũ ſi eſt læſus,quia paſſus damnũ,ſed ẽt ſi læſus ſit in non aſſumendo lucrum, vt l.ait Prætor. §.vlt.l.& ſi ſine,§.quæſitũ, ff.de minor. ſic reſpondit Cor.in d.conſ.144.col.2.verſ. conſtat enim.

CONCLVSIO MLXIII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus præſumenda ſit minoritas,vel non præſumenda, & quo pacto eadem ſit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Minoritatis gratia multa eſſe introducta.*
2 *Minoritatem in dubio ad ętatem referri.*
3 *Minor verbũ variè in iure ſolere accipi,& nu.4.5.6.& 7.*
8 *Minoritatẽ non p̃ſumi,ſed eſſe probandam. Et cur.nu.9.*
10 *Minoritas præſumitur, quando ad actum conditionaliter requireretur ſtabilitas ætatis.*
11 *Minoritas præſumitur ad euitandũ alterius præiudiciũ.*
12 *Minoritas præſumit̃ ad euitandum alterius præiudicium tunc,cum illud directò præiudicat, & directò tendit in alicuius incommodum,ſecus ſi incidenter.*
13 *Minoritas non præſumit̃, cũ agitur de præiudicio alicuius incidenter,vt actus valeat,modò actus cũ debita forma factus reperiatur.*
14 *Minoris ætatis probationem eſſe difficillimam.*
15 *Minoritatem probari per euidentiam rei nempe aſpectũ.*
16 *Minoritatem probari per inſtrumenta publica.*
17 *Minoritatem probari per inſtrumẽta publica, etiam ſi minor iuraſſet ſe maiorem.*
18 *Minoritatem probari per inſtrumenta publica , etiam ſi probetur per inſtrumẽntum matrimonij , & dotis pro matrimonio contrahendo. Quod declara, vt nu.19.*
20 *Minoritatem per natales probari.*
21 *Minoritatem per natales probari quo ad præſumptionẽ, non quoad plenam probationem.*
22 *Minoritatem probari per librum curati,in quo baptizatorum nomina ab eo conſcribuntur.*
23 *Minoritatem probari per librum patris , in quo propria manu ſcripſit diem, menſem, & annum natalis filij ſui.*
Contrarium, nu.24.
25 *Minoritatem probari per librum patris ſemiplenè tantũ.*
Contrarium, nu.26.
27 *Minoritatem probari per librum patris eiuſdem iuramẽto accedente.*
28 *Minoritatem non probari per librum patris litigantibus inter ſe patre & filio.*
29 *Minoritatem probari per pronunciationem iudicis, ſuper ea latam.*
30 *Minorem quem fuiſſe tempore ſententiæ à iudice latæ probatur per pronunciationem iudicis,ſecus poſt id tẽpus.*
31 *Minoritate probata per iudicis pronunciationem poſſe cõtrarium probari.*
32 *Minoritatem probari per aliquem actum inferentem minoritatem,ex eo,quòd minoribus tantum conueniat,*
33 *Minoritatẽ p̃ſumi ex curatore alicui tanq̃ minori decreto*
34 *Maioritas probatur ex eo , quòd quis fuerit datus tutor, vel curator alicui.*
35 *Minoritatẽ probari ex datione curatoris , quo ad eum, cum quo contraxit vt minor, & qui approbauit curatorem,& cũ eo litigauit:ſecus quo ad alios,niſi ſemiplenè.*
Contrarium,nu.36.
37 *Minoritatem probari ex datione curatoris generalis etiã quo ad alios.*
38 *Minoritas nõ probatur ex datione curatoris,quoad alios, quando aliqua alia coniecturæ, veriſimilia, & indicia, per quæ maior ætas probatur,concurrerent.*
39 *Minoritatem probari ex curatoris datione cum cauſæ cognitione,etiam quo ad alios.*
40 *Minoritatem probari ex corporis aſpectu.*
41 *Minoritas ex aſpectu ne corporis ꝓbetur , iudicis arbitrio relinquitur.*
42 *Minoritas ex aſppectu ne corporis probetur iudicis arbitrio relinqui,cum ſumus in dubio,ſecus in claris.*
43 *Minoritatẽ ꝓbari ex aſpectu corporis p̃ſumptiuè,nõ plenè*
44 *Sentẽtia lata ſuper minoritate ex probatione aſpectus ſemper poteſt retractari ſuperuenientibus alijs probationib.*
45 *Minoritatem probari per confeſſionem partis.*
46 *Minoritatem probari per teſtes.*
47 *Minoritatem probari per parẽtes,ſemiplenè tñ, vt nu.48.*
49 *Minoritatem probari per nutricem.*
50 *Minoritatem probari per conſanguineos,vicinos, compatrem,& eum qui baptizauit.*
51 *Minoritatem probari per teſtes receptos lite non conteſtata ad æternam rei memoriam.*
52 *Minoritatem probari per teſtes,qui aliàs non admitterentur,quo ad excipiendum,non quò ad agendum.*
53 *Minoritatem probari teſtibus deponentibus de veritate, non de aſpectu.*
54 *Teſtis ſuper ætate deponens de aſpectu plenè probat,qñ inter ætatem,quam aſpectus indicat,& illam de qua quæritur tantus eſt exceſſus,vt id,quod quæritur cognoſci poſſit ex aſpectu ſecundum communem hominum peritiam:ſecus ſi modicus eſſet.*
55 *Teſtis ſuper ætate deponens de aſpectu probat , etiam ſi neſciret quis ſit aſpectus tanti temporis.*
56 *Teſtis ſuper ætate deponens ex aſpectu probat, modò reddat rationem concludentem dicti ſui etiam non interrogatus, aliàs ſecus.*
57 *Teſtes deponentes ſuper minoritate deponere debent de termino,a quo incipit ætas,& de fine,ad quem deſinit.*
58 *Aetatis definitio.*
59 *Terminus, a quo incipit minor ætas quis ſit : & quàm ſit difficilis ad probandum, & nu.60.*
61 *Teſtes deponentes ſuper minoritate, quas rationes reddere debent .*
62 *Minoritatem probari poſſe vno ex ijs modis à iure traditis,etiã ſi alius probandi modus a ſtatuto eſſet inductus, qui non contineretur in inuentis à iure communi.*
63 *Minor excluditur à probatione minoris ætatis, & à reſtitutione in integrum propter illam per iuramentũ aſſertiuum maioritatis ab ipſo præſtitum.*

Iſtud

Iſtud amplia, limita, intellige, & declara, vt nu. 64. 72. 73. 75. 76. 77. 78. 79. 80. & 82.

64 *Minor excluditur a probatione minoris ætatis per iuramentum aſſertiuum maioritatis, etiam ſtante ſtatuto tollente vires iuramenti, & diſponente non valere contractum minoris abſque certa ſolennitate, etiam ſi in eo fuiſſet iuramentum appoſitum.*

Id limita, ſublimita, & declara, vt nu. 66. 68. & 70.

Minoritas totidem modis dicitur, quot ſupra dictũ eſt maioritatẽ dici. Sunt enim ex eorum genere, quæ inter ſe conferuntur, & minor dicitur maiore minor. vnde probatio illius ex iiſdem & fontibus deſcendit, ex quibus oritur maioritas, de qua ſupra ſuo loco diximus.

1 Maioritas ergo, † gratia cuius multa in iure interdicta ſunt, vt dicit tex. in l. curabit. C. de act. empt. & tradit Rebuf. qui priuilegia huius ætatis congerit ſuper conſt. reg. Fran. trac. de reſt. art. 2. gl. 4. in dubio ad ętatẽ

2 † refert, ſicut maioritas, vt c. ſuſceptũ, de reſcr. in 6. ſic Bal. quẽ ſequit̃ Anch. in rep. c. 1. de conſt. pro quo facit tex. in l. 1. in prin. C. de imponen. lucra. deſcrip. li. 10. & illũ tex. ad hoc extollit And. Sicu. in rep. l. cũ acutiſſimi, C. de fideic. ad text. in c. is q. in ver. maiorẽ ſepultura. de ſepul. in 6. & in c. lex eſt. in verſ. maiores nátu diſt. 2. vt & ſenſere Fel. ĩ rub. de maio. & obe. nu. 12. Anch. in cõſ. 27. col. 2. verſ. poſtq̃ igit̃. Barba in cõſ. 33. col. 9. verſ. præterea adduco, par. 1. cõſ. 18. col. 2. par. 2. cõſ. 14. verſ. vnde ſolẽnis doctor, col. 2. par. 3.

Hoc aũt modo accepta minoritate minorum non

3 vno modo dr̃: nã & infans † minor appellat̃ vſq; ad ſeptimũ annũ, de quo in l. quiq; ff. de in ius vocan. & in l. ſi infanti. & ibi Bar. & Bal. & Iaſ. C. de iur. delib. l. & infanti, iũcta gl. ff. de adoptio. & ibi Coraſ. vt aſſeruere Soc. in l. 1. §. adipiſcimur, ff. de acq. poſ. Alc. in l. pueri. ff. de verb. ſig. cũ adhuc. atq; Meno. de arbi. iud. lib. 2. cẽt. 1. nu. 9. & de hoc loquit̃ tit. de infant. expo.

4 Pupill⁹ quoq; id eſt, minor † quatuordecim annis, qui tutore indiget, minor nuncupatur, vt patet ex toto tit. ff. & Inſti. de tuto. ad idem etiam extat contex. in c. in præſentia, & ibi gl. & Doct. de probat.

5 Poſtremò dr̃ minor, † qui ad viginti quinq; annos nondũ peruenit, intra q̃ ætatem fragile adhuc, & infirmum eſt conſilium, & multis captionibus expoſitum: ideoque curatorũ auxilio regantur, iuxta l. 1. ff. de mi nor. & de his loquitur ille tit. & inſtit. de curat.

6 Illud ampliabis, ꝙ dicebamus † minorẽ dici eum, qui nõdũ nactus eſt viginti quinq annos, procedere & ſi momentum tp̃is tñ deeſſet ad perficiendũ annũ vigeſimum quintum per tex. apertum in l. denique, §. de minor. & ibi Bar. ff. de minor. quod etiam probatur ex c. ſciendum, de indic. lib. 6. & c. ad noſtram, de reg. atque ex gl. in c. 1. de æta. & qual. in 6.

7 Limita hanc ampliationẽ † veram eſſe in odioſis, ſecus in fauorabilibus, prout illã limitat gl. in d. §. minore. in verſ. momentũ, & regulariter ita cõcludit̃, ꝙ vbi agit̃ de fauore ampliãdo dies cœpta habeat̃ pro cõpleta, vt ſenſit gl. in §. eadẽ lege, & ibi Doct. inſtit. quib. ex cauſ. manumit. lic. vel non, gl. & Doct. in cle. generalẽ, de ætat. & qualit. atq; dñi Rot. in deciſ. 327. in nou. cum adductis in deciſ. Delph. q. 898. nu. 4.

8 Hæc aũt minoritas † non præſumitur, l. de ætate. ff. de minor. vt inquit gl. in c. in præſentia. ext. de proba. & ideo * cõis eſt concluſio, ꝙ fundans ſe in minori ætate, ſiue is actor ſit ad agendũ, ſiue reus ad excipiẽdum, debet illam probare, iuxta l. ſi minorem, & ibi Bar. Bal. & alij, C. de in integ. reſtit. l. cũ te. & ibi Doc. C. de probat. idem Bar. in d. l. de ætate, in 3. q. princ. ꝙ & comprobauere gl. in c. presbyter. 78. diſtinct. & ibi Archi. Spec. in tit. de act. §. 2. verſ. quid ergo. glo. in l. certum, & ibi Bar. §. 1. de confeſſ. Bar. in l. 1. in fi. ff. de excep. ita concludit Io. And. in reg. infamis, de regu. iur. in 6. ſequitur Calder. in conſ. 5. incip. quis habeat probare, in tit. de probat. Imol. conſ. 25. incip. in caſu præmiſſo. Bal. conſ. 264. incip. factum tale, circa fi. li. 1. Alex. conſ. 149. incip. in caſu præmiſſo. vol. 5. Barr. conſ. 93. vol. 1. & habetur in d. dec. Delphi. q. 848. nu. 2. & ita cõiter * concludi dicit Fel. in d. c. in præſentia. nu. 28. & ibi Dec. nu. 50. dicit concluſionẽ eſſe * communem. Neuiza. conſ. 47. nu. 10 Menoch. conſ. 1. nu. 86. Burſ. cõſ. 2. nu. 20. Mandol. ad reg. cancellar. 18. q. 3. & in tract. de ætat. minor. q. 1. & hãc eſſe cõem opi

9 nionem Doct. dicit. Et ratio concluſionis eſt, † quia ſumus in his, quæ curſu temporis mutantur, & ideo q heri erat minor, non præſumitur hodie minor, l. ſpadonem, §. qui abſolutus, ff. de excuſat. tut. Bart. in l. ſi cui. ff. de accuſat. Caſtr. in l. 2. C. de teſt. Alex. cõſ. 100. in fi. vol. 1. Euerar. in cent. legal. loco de tẽpe ad tẽpus. Flor. in l. non eſt neceſſe. de probat. Aret. d. c. in præſentia. col. 4. & Soc. conſ. 89. in cauſa. col. 5. lib. 1.

10 Primò limitatur concluſio, vt nõ procedat † qñ ad actum conditionaliter requireretur habilitas ætatis: tunc enim præſumitur minoritas, & ſtamus regulæ, vt qui dicit conditionẽ eueniſſe probet, iuxta text. in l. in fideicommiſſ. §. Polidius. ff. de vſur. & ita intelligit glo. in d. c. presbyter. Alc. in tract. præſump. reg. 2. præſump. 14. nu. 5. hinc clericus, cui eſt facta cõceſſio præbendæ, ſi eſt ætatis legitimæ, debet probare maioritatẽ ætatis, vt ibi per eũ, vt aſſeruere Doct. in d. l. cũ te. Flor. in l. cũ de ætate, ff. de proba. And. Barb. in d. c. in p̃ſentia. col. 59 ꝙ non tñ ex eo, ꝙ minoritas præſumatur, q̃ quòd iſte dicit ſe legitimam ætatem habere, & ideo eo admittendum, propterea probare debet tanquam ſe in ætate fundans, vt ſupra demonſtrauimus, ad quod reſpondit Barb. in conſ. 75. nu. 6.

11 Secundò limita non habere locum, † qñ præiudicaretur alicui. tunc enim ad euitandum præiudiciũ minoritas, & ætatis inhabilitas præſumeretur, vt ſenſere Bal. & Sali. in d. l. cum te. quod & traditum eſt ab Alc. in d. præſumpt. 14 nu 6.

Hoc declarabis ex eiuſdem ſnĩa, id præiudicium

12 intelligi, † ꝙ directo præiudicat, & directè tendit in alicuius incõmodũ vt in caſu, quẽ ex Bal. refert Dec. in d. c. in præſentia. nu. 28. nimirũ ꝙ ſubſtitutus pupillariter habeat fundatam intentionẽm, ꝙ pupillus ſit mortuus in pupillari ætate, & ideo inſtitutus à pupillo debeat ipſe probare maiorẽ ætatem, q a tale teſtm̃ tendit directò in præiudicium ſubſtituti, l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebel. & ibi Bar. Soc. & in conſ. 89. in cauſa agitata, col. 4. li. 1. Io. B. pt. de S. Seueri. in l. precib. col. 4. C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibi Curt. iun. in 2. col. ſecus ſi tantum nodo incidẽter præiudicaret, tũc enim quilibet contrahens p̃ſumitur habilis ętate, neque actus reſcindi põt abſq; probatione maioritatis, & inhabilitatis, teſte Bald. in l. 1. C. ſi minor ſe maior. dixe. quòd vr̃ eſſe ſancitum in l. ab ea parte. ff. de pb. quem tex. ad hoc adducit Bal. in d. l. cum te. eum quo ſenſere Hercul. in tract. de proban. negat. verſ. 39. infertur. Alex. conſ. 149. col. pen. li. 5. Dec. cõſ. 149. col. pen. li. 5. Dec. conſ. 685. in fi. Abb. in c. cum virum. in 4. notab. de reg. & Dec. d. c. in præſentia, nu. 11. idem voluit Bald. in authen. omnes peregrini, per illũ tex. C. commu. de ſucceſ. vbi propterea dicit, ꝙ producẽs teſtamentum non teneatur probare, quòd ſit factum à maiore quatuordecim annorum, non enim agitur ibi de præiudicio alicuius directo, ſed incidenter tantum ſequitur in l. nulli. C. de epiſ. & cler.

13 Subdeclara, vt vera ſit hæc declaratio, † vt cũ agit̃ de præiudicio alicuius incidenter habilitas ętatis prę ſumat̃ ad actus validitatẽ cũ actus non debita forma factus reperiatur, ita loquuntur Doctores locis ſupra citatis, & tradit Bal. in d. l. cum te. & in l. 1. circa finẽ, per illũ tex. C. de precib. Imperat. offeren. & in l. poſt diuiſionem, C. de iur. & fact. ignor.

Cum itaq; minoritas non præſumat̃, ſed probãda ſit per allegantẽ, probationum modi ſunt diligenter inueſti-

inueſtigandi, quos & ſup. in concl. ætas, attigimus, & hic nonnulla pertinẽtia ſubijciemus, ſi prius illud ad-
14 monuerimus, valde difficilẽ † haberi minoris ætatis probationẽ, & licet difficilis omnis ætatis probatio cenſeatᷣ, cum tp̃s, & annorum numerus facilè labatᷣ è memoria, l. 2. §. duæ, ff. de Carbonia. edict. vt & dicit Inno. c. qualiter, de accuſat. & ideo ad eã admittanᷣ probationes minus ſufficientes, ex ſnĩa Bal. in d. l. cũ te. ad finẽ, dicens, ꝓpter iſtam difficultatẽ confugiendũ eſſe ad cõiecturas, & idem ait Bal. conſ. 213. occurrit dubiũ, in fi. vol. 2. ꝙ admittantur nedum euidentiæ, ſed ẽt veriſimilia non certitudinaria, & in conſ. 19. factum tale. vol. 2. ex Bar. in l. de ætate, nu. 7. atq; Pariſ. conſ. 10. nu. 58. lib. 2. tñ multo difficilior eſt oĩbus ꝓbatio minoris ætatis, ꝓpter punctũ natiuitatis, qui fit in occulto. & probandus eſt, vt dicit Bar. in d. l. de ætate, q. 2. & alij ſequuntur, Cæpol. conſ. vlt. col. 31. Burſ. d. conſ. 74. nu. 10. & ideo cõiunguntᷣ indicia, & cõiecturæ ad plenè ꝓbandũ, auctore Soc. iun. in cõſ. 3. nu. 15. vol. 2. Caſtr. cõſ. 301. vol. 1. & Alc. de pſump. 14. nu. 9.

15 Probatur igitur minor ætas † per euidentiã rei, vt cũ aſpectus qualitas rem manifeſtã, ac euidentẽ reddit, & infert neceſſario minoritatẽ, vt teſtatᷣ Bal. in d. l. ſi minorẽ, de in integ. reſtit. verſ. quæro. & in rub. C. de proba. in fi. Alb. in l. minor viginti quinque annis adito præſide, ff. de minor. quæ euidẽtia excludit omnem probationem contrariam, ſi credimus Bar. in d. l. de ætat. col. 5. verſ. ſed iuxta hoc quæro.

16 Item probatur minor ætas † per inſtrumẽta publica, ex l. oẽs, & ibi Bal. C. de his, qui ven. æta. l. 2. §. ætate. ff. de excuſ. tut. & ibi Doct. l. ſi alterius, & ibi glo. & Doct. C. ſi minor ſe maio. dix. & hæc eſt etiã certior probatio, vt ibi per gl. & tex.

17 Hanc probationem amplia bis, † etiam ſi minor iuraſſe ſe maiorem, adhuc enim non excluditur ab hac probatione per inſtrumenta, d. l. ſi alterius & ibi oẽs, quod quomodo procedat dicetur paulo poſt.

18 Prætcrea amplia, † etiamſi probetur per inſtrumentum matrimonij, & dotis pro matrimonio contrahẽdo, vt cenſet Bal. in additio. ad Spe. de reſtit. in integ. verſ. per inſtrumentum matrimonij, & cum eo Alex. conſ. 21. col. 2. vol. 1. & Fel. in c. in pręſentia, nu. 28. de probatio.

19 Declara hoc procedere † ſolum inter perſonas graues, & honeſtas per locum à communiter accidentibus in eis, vt per Bal. in l. neque natales, in 3. col. C. de probatio.

20 Inſuper probatur minor ætas † per natales, quæ vocantur ſcripturę natiuitatis, vt l. neque natales, l. non epiſtolis, C. de probat. l. 2. ff. de excuſa. tut. & ibi Doct. ac gl. in d. l. cũ te. Bald. ẽt in d. l. oẽs. C. de his; qui ven. æta. imp. antiqui enim ſolebãt liberos ſibi natos profiteri apud acta addito die, & cõſule, patre, & matre, quo facilius ætas probari poſſet, l. 1. C. ſi minor ſe maio. dix. & tradit Rebuf. ſuper conſti. Regn. Fran. tract. de regeſt. ſeu libris baptiſmi. art. 1. gl. 1. in prin. & Alc. in d. præſump. 14. nu. 10. quadripartitam aũr ſcripturã natalium profeſſionis, atteſtationis, cognitionis, examinationis ponit Bal. ex ſententia Nic. de Mat. in d. l. neque natales, 1. col. C. de proba.

21 Declaratur autem hic modus probandi, † vt procedat quoad pręſumptionem, non tamen quoad plenariam probationem, vt placuit glo. d. l. 2. in prin. ff. de excuſat. tut. & Bal. in rubr. C. de fide inſtrumen. & in leg. 1. in 3. colum. C. de confeſſis, & in d. l. neque natales, in 1. col.

22 Ad hæc probatᷣ minor ætas, † qui modus congruit cum ſuperioribus natalibus per librũ, ſiue, vt vocant, regiſtrũ curati, in quo baptizatorum nomina per eũ conſcribuntur, continens quo anno, & die, & qua in eccleſia qs baptizatus fuerit, quiq; patrini fuerint, cũ deſcriptione etiã patris, & matris, ſi oſtendi poſſunt, horaq; inſcripta vbi horologia ſint, & adhibitis duobus, vel tribus teſtibus, vt declarat Rebuf. ſuper cõſti. Regn. Fran. d. tract. de reg. art. 1. gl. 1. nu. 11. & gl. 2. & in d. gl. 1. nu. 7. refert Io. Hugonẽ, in tract. de offi. quatuor prælat. rub. de quat. matr. dicentẽ ꝙ curatus debet quatuor matriculas obtinere. primam pro baptizatis, ſecundam pro decedentibus, tertiam pro cõtrahentibus, quartam de illis, quibus ſubuenitᷣ de bonis eccleſiæ tempore famis, & neceſſitatis, vt tp̃e fertilitatis repetere poſſit, & indemnis reddatur eccleſia, & ibi Rebuf. ponit formam libri curatorum.

23 Probatur ẽt per librum patris, † in quo propria manu ſcripſit diem, menſem, & annum natalis filij ſui, ita ſcriptum reliquit Sal. in d. l. ſi minorẽ. C. de in integ. reſti. per tex. in l. etiam, ff. de proba. voluit Nic. de Neap. per tex. in l. omnis cauſa, in prin. ff. de excuſat. tut. idem ſequuntur Curt. iun. in conſ. 118. nu. 8. Soci. iun. conſ. 3. num. 10. lib. 2. & Mand. in d. tracta. de æta. min. q. 3. nu. 2.

24 Contrarium videtur † velle Alci. d. reg. 14. nu. 10. dum affert alteram intelligentiam ad d. l. etiam.

25 Primò declaratur † hic modus comprobandi, ꝙ procedat ſolum, quoad ſemiplenam, & præſumptiuã probationem, vt docuit Bald. in d. l. l. neque natales, col. 1. cui accedit Landrian. in addi. ad conſ. Bart. 92. lib. 1.

26 Contrarium quòd imo † plenam probationem faciat, tenent Soc. iun. d. conſ. 3. vol. 2. Curt. iun. d. conſ. 118. qui tamen id fatetur accedente teſtimonio matris, & literarum comparatione.

27 Secundò declaranda eſt, vt non habeat locũ, † niſi iuramentum patris accedat, quando viuit: illo autem mortuo mors ſuccedit loco iuramenti, ſecundum ea, quæ tradunt Crau. de antiqu. temp. octaua part. 1. par. prin. nu. 34. & 36. & Menoc. lib. 1. de arbi. iudi. cent. 2. caſu 116. nu. 4.

28 Tertiò declaratur, vt non vera ſit, † ſi pater contra filiũ litigaret, & ab eo eſſet probanda minoritas filij, vt reſponſum eſt à Bal. conſ. 19. lib. 5. ſequitur Crau. loco ſtatim citato. nu. 36.

29 Quin etiã probatur minoritas † per pronunciationem iudicis, ſuper ea latam, iuxta ſententiam Bar. d. l. de ætate, in 8. col. cui aſſentitur Soc. iun. d. conſ. 3. n. 12. pro tali enim pronunciatione pręſumitur, iuxta l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. ex quo debet adiri iudex, qui ſuper ætate pronunciet, iuxta doctr. Bar. in l. eadẽ oratione, ff. de ferijs.

30 Id primò declaratur ꝓcedere, † quoad probandũ aliquem fuiſſe tempore ſententiæ minorẽ, ſecus poſt id tempus, cum ſimus in his, quæ curſu temporis mutantur, d. l. ſpadonem, §. qui abſolutus, & dictum eſt ſup. quicquid voluerit gl. in d. l. ſi minorem, in fi.

31 Secundò declaratur † poſſe probari contrariũ, iuxta cap. vlt. cum ibi traditis à Doctorib. de confeſſ. & docendo rem aliter ſe habentem reuocari ab eodem iudice, & ab alio, vt proſequitur Soc. iun. plenè d. conſ. 3. num. 18.

32 Item probatur minoritas † per actum aliquem inferentem minoritatem, ex eo quod tantummodo minoribus cõueniat, & ad eum idcirco minoritas accedat, ſicut etiam dicitur de maioritate per Abb. in d. c. in præſentia, nu. 39. quem ibi ſequitur Fel. & Dec.

33 Vnde probatio minoritatis proficiſcitur † ex curatore alicui tanq̃ minori decreto, ꝙ facit minoritatẽ præſumere, ꝓ not. per Bal. & Ang. in d. l. cũ te. & Bal. in d. l. de ætate, nã & minor ætas venit acceſſoriè ad hunc actũ, & ideo illam notat, vt & conſuluit Alex.
34 cõſ. 21. col. 2. vol. 1. qui dicit ẽt maioritatẽ † probari ex eo, ꝙ quis fuerit datus tutor, ſeu curator, & pro iudicis decreto propterea præſumatur, ꝙ iuſta ex cauſa ſit interpoſitum, & ſic per minorem, l. ſi quidem. l. ſi præſes. C. de verb. ſign. l. manumiſſio per lictores. C. de manu. vind. & per iſtam rationem voluit id in terminis Sali. in d. l. cum te. col. vlt. qui dat cautelam ijs,

qui

qui sũt dubij de ætate maiori vel minori, vt faciãt ſibi curatores dare ad hoc, vt poſtea facilius minorẽ ętatẽ ꝓbare poſſint, refert, & ſequit Rui. cõſ. 99. nu. 6. vol. 4. Bal. in l. fin. §. ꝙ obſeruari. C. de iuram. calum. plene Alc. d. reg. 2. pręſump. 14. Cor. cõſ. 69. colu. pen. in litera D. verſ. item cõcurrit. volu. 1. Bert. conſi. 38. ex proceſſu. col. 6. nu. 14. vol. 1. Ceph. conſ. 263. nu. 14. vol. 2.

35 Limitatur procedere, vt datio curatoris probet minoritatem quoad eum, cũ quo contraxit, vt minor, & qui approbauit curatorem, & cum eo litigauit, ſecus contra alios, niſi ſemiplenè, & imperfectè per regulã. quod res inter alios acta: vt refert Alex. d. conſ. 21. col. 1. lib. 1. ſequitur Dec. conſ. 149. in 4. colu. per Salic. in d. l. ſi minorem.

36 Contrarium tenuere † Ruin. d. conſi. 99. Alc. de præſump. 14. nu. 10.

37 Primò velim ſublimites procedere † in curatore dato ad vnum actum tantum, & vnũ cõtractum tantũ, ſecus in curatore generali, ex traditis per Ruin. d. conſ. 99. qui ita intelligit Sal. in d. l. ſi minorem.

38 Secundò ſublimita non procedere, † quãdo aliquæ aliæ coniecturę, veriſimilia, ſeu inditia, per quæ diximus, & ætatem probari, concurrerent, teſte Alc. d. præſump. 14. nu. 9.

39 Tertiò ſublimita ꝓcedere, † quãdo datus eſſet curator ſine cauſæ cognitione, ſecus ſi cum cauſæ cognitione, & in contradictorio iudicio, vt ait Alc. ibi nu. 11. per d. Sal. in d. l. ſi minorem. dum, & ipſe firmat, ꝙ ex actis ſimul factis etiã cõtra alios probetur ętas. idem ſenſit Alex. d. conſ. 21. verſ. item quia ille actus.

40 Pręterea probatur minoritas † ex aſpectu corporis, qui illam patefacit, & indicat, facitque minoritatẽ pſumi, text. eſt ad id clarus in d. l. minor vigintiquinq; annis adito pñide. ff. de minori. & ibi Alb. glo. & Bar. in d. l. de ætate. in 3. q. prin. ff. eod. tit. quos ſequutus eſt Spec. in tit. de actore in 2. par. verſ. ſi ergo exceptis. Imo. in l. 3. §. duę. ff. ad Treb. Bal. in l. data opera. in 15. col. C. qui accuſ. idẽ Bal. & Sali. in d. l. ſi minorẽ in l. Deo nobis C. de epiſc. & cler. & in rub. C. de ꝓb. in fi.

41 Primò declara hoc ad iudicẽ ſpectare, † eiusque arbitrio relinqui, qui hominis faciẽ diligenter inſpecta, membrorum qualitate, conditione parentũ, & loco, vnde natus eſt iudicabit quẽ eſſe minorem, aut maiorẽ, vt d. l. minor. & ibi Doc. ſic ſentiũt Gram. deci. 48. nu. 18. Bald. cõſ. 19. lib. 5. declarat Menoc. de arb. iudi. lib. 2. cent. 2. caſu. 118. alij autem, prout teſtes ex hoc non iudicant, quod tamen infra declarabitur.

42 Subdeclara hoc arbitrium datũ † eſſe iudici in caſu dubio, ſecus, cum ſumus in claris tunc enim ſuccedit probatio peuidentiam, de qua ſupra diximus, ita tradunt Alb. d. l. minor. Menoch. loc. citato. nu. 4.

43 Secundò declara ꝓcedere † hãc probationẽ quoad pręſumptionem iuris tantum, pp quam illi, qui ex aſpectu minor apparebit in aduerſarium onus ꝓbandi transferret, nõ tamen quoad plenariam probationẽ, vt contrarium nequeat probari, ſic ſcripſere Doct. in d. l. minor glo. & Bar. in d. l. de ætate, & in conſ. 92. in quæſtione vertente. vol. 1. Bal. in l. ſolam num. 12. de teſt. Mand. in d. reg. cancel 18. 5. q. nu. 10. & 12. & in d. tract. de ætat. minor. par. 2.

44 Infertur ex hac limitatione, † ꝙ ſententia lata ex huiuſmodi probatione aſpectus ſemper poterit retractari ſuperuenientibus alijs probationibus, vt obſeruauere Ant. de But. in c. fraternitatis de frig. & malef. Alex. in l. admonẽdi, ĩ 7. col. ff. de iureiur. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de actore, verſ. 1. nec hæc ſnĩa vnquam tranſit in iudicatũ. idẽ Bal. in l. ſi minore. verſ. quæro vlterius tamquã ſcilicet lata ſuper ꝓbatione pręſumpta, vt inquit Bar. in d. l. de ætate. verſ. 3. videndum eſt Bal. in add. ad Spec. de reſt. in integ. verſ. ſic, & idẽ Bal. in l. 2. in 3. col. C. quan. fiſcus, vel prin. Innoc. in c. tua nos de cohabit. cler. & mulier. Ant. de But. in c. vlt. de iureiu. & tradit per Canoniſtas in c. ꝓpoſuiſti de ꝓba.

45 Item probatur minoritas † per confeſſionem partis, vt voluere Doct. in d. c. in præſentia. Burſat. in cõſ. 75. nu. 6. & Mand. in tract. de ætat. q. 3. & ad dictam regu. conſ. 18. quæſt. 14.

46 Item probatur minoritas † per teſtes, vt dicitur glo. in d. l. cum te. Doct. in d. l. de ętate: & eadem glo. in d. l. 2. de excuſat. tut.

47 Primò amplia probari etiam per teſtes, † qui alias non admitterẽtur, ex Doct. locis citatis, ꝓbatur enim per patrem, & matrem vt l. etiam. ff. de probat. ſic tradidere glo. in d. l. 2. Soc. conſ. 3. nu. 9. vol. 2. c. teſtis idoneus. 4. q. 3. Bart. d. conſ. 92. Cępol. conſ. vlt. col. 13. & Spec. in tit. de teſte. §. 1. col. 2.

48 Declara hoc probare † parẽtes quoad ſemiplenam probationem tantum, vt reſpondit Caſtr. cõſ. 174. col. 1. & 2. lib. 1. & quoad præſumptionem, & indiciũ, ait Inno. in c. cum dilectus. in glo. in verſ. reſpectiuè. de accuſ. & Alex. conſ. 19. nu. 10. vol. 7.

49 Item per nutricem † ſic Bald. in l. de tutella. C. de reſtitut. in integr. per obſtetricem vero, Bart. in dict. l. de ætate.

50 Item per conſanguineos † vicinos, & compatrem, qui baptizauit, vt ſenſit cõſulendo Bart. d. conſ. 92. & in d. l. de ætate. Rebuf. ſuper conſt. Reg. Franc. d. trac. de regiſtr. art. 1. gl. 1. num. 30.

51 Secundò amplia etiam probari † per teſtes receptos lite non conteſtata ad æternam rei memoriam, vt aſſeruit glo. d. l. de ętate. & ibi Bar. poſt Oldrad. & notat in l. 2. C. de ferijs, maximè accedente proclamate generali, iuxta Bal. in d. l. neque natales in 2. col.

52 Limita hanc ampliationem † prodeſſe has atteſtationes quoad omnes quoad excipiendum, nõ quoad agendum, vt voluit Bal. in d. l. cum te. verſ. quęro quẽ effectum per notata per Innoc. in c. ſignificauit. extr. de teſtibus.

53 Limitatur hic modus probandi † per teſtes ꝓcedere in teſtibus de veritate, ſecus in teſtibus, qui ex aſpectu deponunt, vt loquitur Bar. in d. l. de ætate in 2. q. prin. quia in aſpectu quis poteſt facilè decipi, & quia id reſpicit potius iudicium ad iudicem ſpectans, vt ſupra dictum eſt, eiuſdem fuit ſententię. Bal. in l. ſolã. in vlt. col. C. de teſt. & Alex. in conſ. 19. num. 3. vol. 7.

54 Primò ſublimita hanc limitationem, † quãdo inter ætatem, quam aſpectus indicat, & illã, de qua quæritũ eſt modicus exceſſus non cognoſcibilis, ſecundum communem hominũ peritiam, ita quod ſimus in re prorſus dubia, quo caſu iudicis eſt iudicare, iuxt. d. l. ſi minor, ſecus tamen quando eſſet tãtus exceſſus, quod eſſet cognoſcibile, quod quæritur per aſpectum, ſecũdum communem hominum peritiam, tunc enim teſtis de aſpectu probat etiam plenè, ſecundum doctrinam. Bar. in l. cum de ætate. ff. de probat. ſequit Alex. conſ. 19. vol. 7. & tradit Bar. in l. de ætate col. 5. vbi declarat, qui ſit iſte exceſſus cognoſcibilis, & nõ cognoſcibilis, & quomodo teſtes debeant deponere, & articuli ſint formandi.

55 Amplia hanc ſublimitationem, † probare teſtes de aſpectu eo caſu etiam ſi interrogati, quis ſit aſpectus tanti tpis, reſponderent, neſcio, niſi quod eſt aſpectus tanti temporis, vel neſcio ſimpliciter, ita docuit Bart. in d. l. de ætat. col. 6. cũ quo ſẽtit Bal. in d. l. data opera col. 15. C. q accuſ. Imo. ĩ d. l. 3. §. duę. ff. de Carbo. edic.

56 Secundò ſublimita procedere limitationem, † qñ teſtis deponens ex aſpectu reddit rationem cõcludentem ſui dicti, etiam non interrogatus, ſecus alias per not. per Inno. in c. cauſam, quæ inter Archiepiſcopũ, de teſt. Doct. in l. 3. C. de teſt. Bart. in tract. de teſti. & ita dicit Alex. d. conſ. 19. colum. 1. verſ. circa primum fundamentum. vol. 7.

57 Teſtes autem † ſuper hac minoritate deponẽtes deponere debẽt de termino, à quo incipit ætas, & de fine ad quẽ deſinit, ita quod facta computatione annorum appareat, ꝙ quęritur, reddẽdo rationẽ dicti ſui. vt

author

auctor eſt Bar.in d.q.2.ad tradita per Docto.in d.c.in
præſentia,& in d.l.de ætate,& in d.l.cum te.idē Bart.
in d.conſ.92.Bal.in conſ.19.nu.3.vol.5.Alex.in cōſi.
58 29.vol.7.ætas enim,non eſt aliud,† niſi menſura quæ
dam temporis à natiuitate vſque ad obitū decurrēs,
ita ait Iac.de S.Georg. in d.l.cum de ætate, ff.de pro-
bar.& Innoc.conſ.ciui.conſ.17.nu.1.

59 Terminus autē à quo incipit † minor ætas, & qui
debet ꝓbari,eſt punctus natiuitatis,vt reſpondit Soc.
iun.conſ.3.nu.11.vol.2.qui cū fiat in occulto eſt dif-
60 ficillimę probationis,† vt ſup.dictum eſt ex Bar.d.q.
3.& cum notior ſit obſtetricibus,propinquis, vicinis,
per illos magis probatur, qui deponunt, ꝙ viderunt
puerum illū de ventre exeuntē, quæ probatio eſt in-
dubitata,vt per Bar.d.q.2. vel ꝙ natus eſt tpe,quo Im
perator,vel Rex venit in Italiam, vel aliqua alia no
uitas facta fuit, à quo tempore citra ſunt tot anni,ſe-
cundum A car,de Fano in d.l.etiam.Bar.in d.l.de ęta
te,col.4.vel quod talis natus fuit tali tempore,ex Bar.
ibi,cum ratione tamen ſcientiæ dicti ſui ſufficienti.

61 Rationes aūt ſufficien tes † in hac minoritate pro-
banda diuerſæ à teſtibus reddi poſſunt à Doctoribus
approbatæ,vt quia vicinus ſit,conſanguineus, de do-
mo,quia compater,nutricius,vt tradunt Doct.in d.l.
de tut.C.de in integ.reſti.per Bar.in d.l. de ætate.cum
hoc à cōmuniter accidentibus cadat in notitiā iſto-
rum,& ideo ſcire præſumantur,vt dicunt Bart. Alex.
& alij in l.1.ff.ſi cer.pet.idem Alex. conſ.80. col.3.li.
2.quia ſic poſuit curæ, quia habeat de hoc memoriā,
quia ſic ſibi videatꝛ,vt ſcribit Bar.d.conſ.92. ꝗa recor
detur,ꝙ tali die natus ſit,ſic aſſerit Alex.ad Bar.in d.
l.de ætate,Bal.in l.2.C.de tempo.appel.quia per aſpe
ctum corporis ſibi pateat, de quo dic,vt ſup.

Amplia minorem ętatē ſupraſcriptis modis à iure
2 *Moleſtiam ſibi ab appellante illatam probare debet appellatus incontinenti. Contr.nu.3.Conciliatio.nu.4.*
5 *Probatio quando facienda eſt incontinēti admittitur,quæ alias non admitteretur.Contrarium.nu.6.*
7 *Incontinenti verbum intelligendum eſt iudicis arbitrio.*
8 *Moleſtiam ſibi ab appellante illatam probare poterit appellatus probando,quod appellans illum ſpoliauit.*
9 *Moleſtiam ſibi ab appellante illatam probare poterit appellatus probando,quod iniuſte eum turbauit in poſſeſſione ſua.*
10 *Moleſtiam ſibi ab appellante illatam probare poterit appellatus probando quod innouauit & attentauit.*
Quæ duobus modis declara,vt nu.11.& 12.

1 Moleſtiam ſibi ab appellāte † illatam
probare debet appellatus,
prætendens ex eo appellantem renunciaſſe appella-
tioni,c.an ſit.de appellat. & ibi gl.Abb.Dec.& Fran.
atque Fel.in c.ex parte. il 2.de reſcript.
2 Iſtud ampliabis,† vt hoc illi incontinenti ſit faciē-
dum,vt dicitur in textu d.c.an ſit.ibi,paratus eſt incō
tinenti conuincere,vt tradit Dec. ibi nu.6. & ita hæc
verba diſpoſitiuè eſſe adiecta tenet Menoc. in tract.
de arbit.iud.li.2.cent.1.caſ.16.nu.3.
3 Contra hāc ampliationem † tenet gl.in d.c. an ſit.
quæ ſupplet ad tex.verbū,maximè, quaſi ſemper ad-
mittatur probatio infra legitimum tempus.& gl.opi-
nionem ſequitur Io. And.& probat Abb.nu.8.
4 Conciliantur † hæ opiniones diſtinctione,vt prior
procedat, ſi moleſtia deducatur dilatoriè ad effectū
repellendi appellantem,donec ab ea ceſſet,poſterior
verò,ſi deducatur peremptoriè, vt priuetur appellan
di beneficio,ita conciliat Ant.in d.c.an ſit.quem tā-
men non probat Abb.nu.8.

Amplectendo priorem opinionem,quæ verior vi-
detur, quia illa verba non ſunt poſita in tex. abſque
miniſterio,c.ſi quando.de priuileg.in 6.
5 Infertur,† ꝙ quando probatio fieri debet inconti-
nenti,admittitur, quæ alias non admitteretur, teſte
Dec.d.c.an ſit. num.6. ad idem pertinet,quod ſcripſit
Abb.in c.ſuſcitata.de in inreg.reſt.& in c.ſuper eo.in
fi.de offi.deleg.vbi ait, quòd exceptio legitima nō in
telligitur reiecta à ſtatuto, quando incontinenti pōt
probari.idem Abb.in conſ.64.venio ad primum.nu.
4. lib.1.& Dec. qui hanc partem tuetur in c.ex parte.
el 2.nu.48.de offi.deleg.
6 Contra Abbatem † ſentit Alex. in conſ.94.col.1.
ver.nec obſtat.vol.4.& Iaſ.in d.l.iuriſgētium.§.quod
fere.ff. de pact.
7 Declaratur aūt ampliatio † ſupra poſita, vt verbū
incontinenti, accipiendū ſit iudicis arbitrio, vt dixit
Alan.relatus à gl.in d.c.an ſit.& ibi Dec.nu.9. ſequit
Meno.d. caſ.16.in fi. & generaliter ſignificatio illius
verbi arbitrio iudicis relinquitur, vt teſtatur Iaſ. in l.
lecta.col.4.ff.ſi cer.pet.atque Tiraq.in l.ſi vnq̄. verſi.
omnia vel partem aliquam.nu.30.C.de reuo. donat.
8 Probabitur aūt huiuſmodi moleſtia † ab appella-
to, primò probando, ꝙ appellās illum ſpoliauit,d.c.
an ſit.& ibi Abbas,Dec.& alij.Dec.itidem in c.cū te-
neamur.nu.7.eo.tit.de appellat.ſic tradunt Inn.in ca.
ex parte.el 2.& ibi Fel.& Dec.de reſcrip.Bal.in l.præ-
ſcrip.col.16.verſ. præmitte ad euidentiam. C.ſi cōtra
ius vel vtil. publ. idem Dec.in conſ.103. col.3.prope
medium,& Matheſil.not.28.
9 Secundò probando † ꝙ iniuſtè eū turbauit in poſ-
ſeſſione ſua,vt cenſuit Matheſi.d.not.28.Angel.in l.
vlt.C.de tempo.appellat.& Dec.vbi ſupra.
10 Tertiò probando,† ꝙ innouauit & attentauit, vt
author eſt Bald.in c.ex parte.col.6. ver.item ſcias.de
teſtib. vbi habes, ꝙ tunc appellans vr renunciare ap-
pellationi,& ſententia tranſit in iudicatum,teſte Co
raſ.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.101.ff.de
acq. poſſ.Contard.ad l.vnicā.C.ſi de momenta.poſ-
ſeſſio.fue.appella.ver.ampliat.ſeu quaſi nu.129.
11 Declarantur † modò ſupradicta nō procedere, qñ
ſpoliatio & innouatio procederet ꝓp aliquam ſuper-
uenientem ſuſpicionē,quæ illud pullularet, vt decla-
rat Dec.in d.c.cum teneamur.nu.10.de appell.
12 Declara ſecundò † locum habere quoad renuncia
tionem in præiudicium ipſius appellantis, qui inno-
uauit,ſecus quoad fauorem appellati,qui ſi vellet in-
ſiſtere circa appellationē ſemel interpoſitā, cogeret
appellans ad eam proſequendū, vt voluit Abb.in d.
c.ex parte.in gl.2.de reſcrip. & ibi Fel.nu.6. & Dec.d.
c.an ſit.nu.4.& generaliter non pōt appellans renun-
ciare appellationi in præiudicium appellati,vt deci-
ſum fuit à dominis Rot.dec.33.de appell.in antiq.

CONCLVSIO MLXX.

ARGVMENTVM.

Moneta ex quibus probetur falſa.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis crimen quatuor modis committi, ſcripto ſcilicet, dicto,vſu,& facto de quibus ibidem vide exempla.*
2 *Moneta ex eo probatur falſa,quod quis non habens conficiendi authoritatem,illam cuderit.*

Etiam ſi materia, ex qua conſtat nūmus, vera eſſet, verūq; pondus haberet, vt nu. 3.
4 *Monetam cudēdi authoritatem habere probare debet eam cudens, ſiue affirmet, ſiue neget.*
5 *Monetam falſam cudens quibus in caſibus non ſit dignus pœna mortis.*
6 *Moneta falſa ex eo probatur, quod in materia non eſſet bonitas.*
7 *Moneta falſa ex eo probatur, quando non eſt in iuſto pondere, quod ſtatuit Princeps.*
8 *Moneta falſa ex eo probaž, quod imago inſcriptiove Principis fuerit adulterata.*
9 *Indicium ad torturam deducitur & præſumitur contra reum inquiſitum de falſa moneta fabricata, quando in ipſius domo reperta fuerint inſtrumenta apta ad monetas cudendas.*
Secus quando huiuſmodi inſtrumenta eſſent raperta in domo alicuius perſonæ bonæ famæ, & conditionis, quæ nō eſſet ſolita facere, vt nu. 10.

1 Quatuor modis falſitatis crimen † cōmitti. Doctores obſeruauere, ſcripto videlicet, dicto, vſu, & facto: vt de ſcripto afferri pōt exemplum in notario falſum inſtrm ſcribente, aut verū delente, vt liquet ex contex. c. cū Ioannes, & c. inter dilectos. de fide inſtrum. & ex alijs caſibus poſitis in l. 1. §. qui rationib. & in l. Paulus. §. Paulus. ff. ad leg. Corn. de falſ. dicto falſitas patratur, cūm veluti teſtis ſcienter falſum afferat, vel varium teſtimoniū ferat, & Iudex conſulto contra cōſtitutiones falſum iudicet, vt habeamus ex d. l. 1. §. ſed & ſi quis, & §. qui iudicem. §. ſed & iudex. Vſu vero, vt in eo, qui falſis probationibus vtitur. iuxta l. ſi falſo. C. de falſ. Facto poſtremo, vt in eo, qui adulterinam monetā cudit, vt l. 1. & l. qui falſam. ff. ad l. Corn. de falſ. ita tradiderūt Azo in ſum. C. ad leg. Cor. de falſ. Papienſ. in ſua praxi in for. libe. quo agitur ad reſcind. ſenten. in verb. pcurauit, & nouiſſimè Menoc. in ſuo tract. de arbi. iud. caſ. 316. in prin. de primis tribus ſuis locis egimus, nūc de moneta falſa videndum eſt, quæ quidem pluribus modis probatur falſa.

2 Primò igitur modo † probabitur moneta falſa ex eo, ꝙ quis non habens conficiendi auctoritatem illā cuderit, per ea quæ notant Inn. in c. quanto. de iureiurando. & Bart. in l. qui falſam monetam. ff. de falſ. idē etiam voluit Cœpol. in conſ. crim. 77. num. 4. quod etiam placuit Boſ. in ſua praxi. tit. de falſ. monet. nu. 2. ad idem reſpōdit Alex. in conſ. 104. vol. 1. per totū, quibus accedit Menoch. de arbit. iud. in cod. caſ. 316. nu. 18. ſolius eſt enim principis cudere monetas, non autem inferioris, teſte gl. in rub. C. de veter. nu. lib. 10. vt latè per Damaud. in ſua pract. crim. cap. 65. in prin. verſ. non enim ipſius eſt. & Franc. Mar. in deciſ. 152. nu. 1. par. 1. & in deciſ. 684. in prin. par. 2. & deciſ. 261. nu. 4. ead. par. 2.

3 Quam probationem ampliabis veram eſſe, † ēt ſi materia, ex qua conſtat nummus vera eſſet, verumq; pondus haberet: nam nihilominus non probata illa qualitate, ꝙ cudendi authoritatem habuerit, dr falſa moneta, & cudens eſt puniendus pœna mortis, vt docet Boſ. in allega. ſua pract. tit. de falſ. monet. nu. 2. & idem ſenſit Menoc. in alleg. tracta. de arbi. iud. d. caſ. 316. nu. 16. per gl. in l. 2. in ver. obnoxia. C. de falſ. mone. & in l. ſacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. & per Alex. in l. ſingularia. nu. 26. ff. ſi cert. pet. quæ quidem qualitas

4 ſiue auctoritas probāda eſt ab ipſo monetā cudente, nam ſiue affirmet talem auctoritatem habuiſſe, ſiue neget ſe dolo, culpa, aut illicitè id feciſſe probare tenet. & de eo, ꝙ affirmat puulgatus eſt tex. in l. actor. C. de probat. qn negat, ex quo cudere monetas eſt de genere prohibitorum, vt ex ſupra deductis patet, tenetur illud etiam probare, vt l. apud Labeonem. §. §. ſi quis bona. ff. de iniur. l. ſi nō conuitij. C. eo. tit. ſic conſuluit Alex. in cōſ. 36. in prin. & conſ. 111. col. 1. vol. 1. & in conſ. 35. ſub num. 4. verſ. ſed vbi eximitur. vol. 2. & in conſ. 93. nu. 6. vol. 6. & alios allegat Herc. de prob. nega. nu. 6. & nu. 101.

5 Attamen quoad pœnā † mortis limitač à Menoc. in cod. tract. de arbit. iud. caſ. 316. nu. 19. non procedere in eo, qui monetam reprobam, & quæ non poſſit impendi, fabricauit. Item in eo, qui adhuc non perfecit, ſed ſolum aliquid egit, tentauitve: Item ſi ſub nomine alterius Principis, ꝗ ſui, & in alieno territorio fabricauit monetas. Item ob ętatis imbecillitatē, ſicuti etiam ſi monetam viliſſimi valoris cuderit, de qbus omnibus latè apud eundem Menoch.

6 Amplius loco ſuperius adducto probatur † moneta falſa ex eo, ꝙ in materia non extet bonitas, vt quia non ſit de debita liga, aut ſi æs, metallūmve inanter, aut ſi ſtannum, vel electrū inargēter, l. 1. in prin. C. de falſ. monet. & l. quicunq; nummos. & l. ſeq. ff. ad leg. Corn. de falſ. vt cēſuit Damaud. in ſua praxi crim. c. 65. nu. 2. & ita decidit Fran. Mar. deciſ. 87. nu. 7. par. 2. & in deci. 261. in prin. ead. par. 2. & in deciſ. 648. nu. 3. ea. par. 2. & more ſuo multos cumulat Tiraq. in tract. de retract. conſanguinei. §. 1. gl. 20. nu. 13.

7 Ad hæc probatur falſa moneta, † qn non eſt in iuſto pondere, ꝙ ſtatuit Princeps, vt tradidere Doct. in l. leg. Corneliа cauet. ff. ad leg. Corne. de falſ. & ad id extat gl. in c. quāto. quæ eſt 1. in ver. defraudata, & ibi Abb. de iureiur. & in l. 2. C. de veter. nu. pōt. lib. 10. & ſequitur Damaud. in alleg. pract. crim. c. 65. nu. 4. idē voluere Franc. Mar. in dec. 261. nu. 2. par. 2. & in dec. 648. nu. 3. ead. par. 2. & deci. 87. nu. 7. ea. par. & Azo. in ſum. C. ad leg. Corn. de falſ. nu. 4.

8 Inſuper probatur, † ſi imago inſcriptiove Principis fuerit adulterata, aliam ſcilicet imprimendo formā & imaginem, ex l. lege Cornelia teſtamentaria. ff. ad leg. Corneliam de falſ. ita inquit Damaud. in alleg. prax. crim. c. 65. nu. 3.

9 Quintò præſumitur, & † indicium ad torturā deducitur contra reum inquiſitum de falſa moneta fabricata, quando in ipſius domo reperta fuerint inſtrumēta apta ad monetas cudendas, ita aſſeruit Boſ. in ſua pract. crim. tit. de fal. monet. nu. 7. & ante eum Marſ. in l. qui falſam monetam. nu. 106. ff. ad leg. Corn. de falſ. vbi multa ſimilia adducit.

10 Quod limita non procedere, † quando huiuſmodi inſtrumenta eſſent reperta in domo alicuius perſonæ bonæ famæ, & conditionis, quæ non eſſet ſolita talia facere, quia ex tali præſumptione, ſiue indicio non poſſet torqueri, ſicuti etiam quando res furata reperitur penes aliquem præſumitur cōtra ipſum, & eſt indicium ad torturam, vt docet Bar. in l. vlt. col. pen. C. de quæſt. tamen ſi eſt bonæ conditionis, ceſſat hmōi præſumptio & indicium, ita voluerunt Bald. & Ioan. de Imol. in l. fina. ff. de hæred. inſtit. & Salyc. in l. vlt. col. vlt. C. de quæſt. & Marſil. in d. l. qui falſam monetam. num. 115. cum ſequen. ff. ad leg. Cornel. de falſ. à quo non diſcrepat Boſ. vbi ſupra titu. de monet. falſ. numero 8.

CONCLVSIO MLXXI.

ARGVMENTVM.

Moram non præſumi, ſed eſſe probandam: & quomodo quis per interpellationem in moram conſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Mora eſt facti.*
2 *Mora quid ſit.*

3 *Mora*

3 *Mora non præſumitur, niſi probetur.*
4 *Mora eſt delictum.*
5 *Agens hypotecaria probare debet debitorem fuiſſe in mora ſoluendi debitum.*
6 *Debitorem in mora fuiſſe antea conſtare debet, quam per creditorem ad pignoris venditionem deueniatur.*
7 *Moram allegans probare debet.*
8 *Interpellatio conſtituit quem in mora, & ob id de ea conſtare debet.*
9 *Interpellatio requiritur, ſiue tractetur de conſtituendo aliquem in mora quoad periculum interitus, ſiue quoad commiſſionem pœnæ.*
10 *Interpellatio non requiritur ad conſtituendum quem in mora, cum agitur de obligatione ad intereſſe ex mora.*
11 *Interpellatione vnica conſtituit quem in mora.*
12 *Interpellationem trinam requiri ad conſtituendum ſuperiorem in mora. Contra num. 13.*
14 *Interpellatione etiā extraiudiciali conſtitui quem in mora.*
15 *Interpellationē iudicialem requiri ad conſtituendum eum in mora, qui tenetur ſolum officio iudicis, non iure actionis. Et cur.*
16 *Interpellationem factā à procuratore creditoris, vel à negotiorum geſtore conſtituere debitorem in mora.*
17 *Interpellationem non requiri ad conſtituendum quem in mora, quando in promiſſione interuenit iuramentum, Contrarium, num. 18.*
19 *Mora contrahitur abſque interpellatione, quando in contractu, vel promiſſione appoſita eſt dies, & pœna.*
20 *Mora contrahitur abſque interpellatione, quando in contractu vel promiſſione appoſita eſt dies expreſſe, vel tacite inſit ex natura rei. Contra nu. 21.*
22 *Interpellatio tacita non ſufficit, qñ ageretur cōtra pupillū, nec expreſſa ipſi ſoli facta, ſecus contra ipſum tutorem.*
23 *Mora non dicitur probata illo die lapſo, quo ſolutio erat facienda, etiam ſi in contractu, vel promiſſione appoſita eſſet dies, & pœnis.*
24 *Mora non contrahitur ex appoſitione diei in contractu, quando poſt adiectam diem eſſet lapſum modicum temporis ſecus ſi plurimum.*
25 *Interpellatio ſufficit ad probationem moræ, quando illa facta eſt domino, ſicut, ſi ipſius ſeruo.*
26 *Interpellationis verba ſi generalia, & obſcura ſint, non conſtituunt quem in mora.*

1 MOra † cum ſit facti, l. mora. in princ. verſ. diuus quoque ff. de vſur. qua ꝛ etiam ad
id allegāt Menoch. de arbit. iud caſ. 220. nu. 4. & Spec.
ſum. Roma. Pont. c. 67. §. de mora in prin. quę nihil
2 aliud eſt, quā delictum † culpabile in debito ſoluēdo,
vel credito recipiēdo commiſſū, vt ait Sal. in l. ſemel
mora. ff. ſol. mat. & refert Spe. ſum. Rom. Pont. alleg. c.
3 67. de mora in prin. ppea nō pſumatur, † niſi pbetur;
nullus eſt enim, q ignoret facta nō pſumi, ex vulgata
l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlimin. reuer. & l.
quęcūque de Publi. cū ſimilibus, neque etiam delicta
ex peruulgata l. merito. ff. pro ſoc. & huc ea reſpiciūt,
quæ inſigniter deducit Bart. in l. gerit ante penul. col.
verſ. pone debitor in diem. ff. de acqu. hæred. & in diſputatio. 10. incip. debitor in diem. verſ. primo eſt illa,
vbi decidit, q ſi debitori obligato ſoluere ad diē, vel
ſub pœna delata ſit hæreditas ſui creditoris, & ipſe
debitor eueniēte poſtmodū die ſolutionis nō ſoluerit
debitū illis, qui eſſent ſucceſſuri in hæreditate dicto
creditori, pręſumēdū eſſe potius adiiſſe hereditatem,
4 quā morā commiſiſſe, quia mora eſt delictū † per l. quæ
ſe. ff. ſi cer. pet. & l. qui ſine. ff. de reg. iur. & notatur in l.
ſi filius. ff. de interrogato. actio. & illū refert etiā Alexan. in cōſ. 23. conſideratis verbis conuentionum. nu.
11. vol. 7. nec alio tendit, quod notat idem Bar. in l. rē,
alienam. col. vlt. verſ. vnū tamē volo. ff. de pignorat.
5 actio. quo in loco monuit agentē hypotecaria † probare debere debitorem fuiſſe in mora ſoluēdi debitū
per l. ſi debitor. C. de pignor. quam ſententiā videtur
adiuuare illud, quod ſcriptum reliquit Sal. in l. cū ſoluendum. ff. de diſtract. pignor. vt ſcilicet (antequam
6 per creditorem † ad pignoris venditionem deueniatur) conſtare debeat debitorē fuiſſe in mora per text.
in d. l. cum ſoluendi, quem etiam referendo ſequitur
Anto. Negui. in tract. de pignor. & hypothec. par. 6.
prin. membr. 1. in princ. & in terminis quod allegans
7 moram alicuius † illam probare debeat, voluit Purp.
in l. vinum. num. 7. ff. ſi cert. pet.
8 Ideoque ad probandam morā aliquemue in mora
eſſe, cōſtare debet de interpellatione, per eā enim cōſtituiſ quis in mora, caſus eſt in l. ſi penum. ff. quā. dies
legat. ced. l. fideiuſ. obligati. §. vir. ff. de fideiuſſor. &
ita no. Bar. communiter * approbatus in l. ita ſtipulatus. quęſt. 6. principa. nu. 53. ff. de verb obl. & ibi etiam
Dy. vt ad hoc pluriū Iuriſconſultorū reſpōſa pertinēt
vt l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. ff. de colla. bono l. ſi ex
legati cā. ff. de ver. obl. l. mora. in prin. ff. de vſur. l. qđ
te. ff. ſi cer. pet. l. Titia §. vſuras. ff. de leg. 2. & facit qđ
notat. Alc. in cōſ. 59. vol 4. vbi nō dr̄ ſteriſſe per iudicē, vel conſultorē, niſi poſtquā fuerunt interpellati, &
nō fecerunt. Eadē cōfirmant, quę allegat Dec. in cōſi.
2. col. 2. verſ. ſed tamē his nō obſtantibus, &. in cōſil.
605. nu. 2. quibus etiam optimè fauet deciſio illa Pau.
Caſtreſ. in conſi. 101. vol. 2. vbi fideiuſſor promittens
aliquē repręſētare intra octo dies non probaretur ob
hoc in mora eſſe per lapſum illius temporis, niſi etiā
probaretur interpellatio, ſiue requiſitio. illū quoque
refert ſequendo Fel. in c. ſin. autē. col. 4. verſ. quas limit. de reſcrip. & Iaſ. in l. vniuerſa, col. 2. verſ. 10. facit
C. de precib. Imperat. offeren. & in d. l. ſi ex legati cā.
nu. 15. ff. de verb. oblig. idem tradit Hyppol. in rub. de
fideiuſſ. q. 18. nu. 144. ad idem eſt referenda gloſ. in c.
quoniam frequentem. §. porrò. in verſ. canonibus, vt
lit. non conteſta. vbi canonicus abſens ad certum tēpus iuſſu Epiſcopi, ſi non redeat tempore ſtatuto, ob
id non dicitur in mora, niſi probetur interpellatio.
Hanc eandem opinionem ſequuntur Menoc. in trac.
de retinen. poſſeſ. remed. 3. nu. 479. Cephal. in cōſ. 50.
nu. 22. vol. 1. Spec. Sum. Rom. Pont. & d. cap. 67. §. de
mora, verſ. & primo notabimus. Afflict. deciſ. 150. nu.
38. Marc. Ant. Bauer. in ſuo tracta. de mora. in princ.
nu. 1. & Ruin. in conſ. 119. num. 3. vol. 5. & in conſ. 48.
num. 1. eod. vol. 5.
9 Primo loco amplia illud procedere, † ſiue tractetˋ
de cōſtituendo aliquem in mora quoad periculum
interitus, d. l. quod te. ff. ſi cert. pet. ſiue quoad cōmiſſionem pœnæ, d. l. ſi penum. ff. quan. dies leg. ced. &
generaliter quoad alios effectus ex mora prodeūtes,
prout voluit Bart. in d. l. ita ſtipulatus. q. 6. princ. ff. de
verb. oblig. & ſequitur Bauer. in ſuo tract. de mora, in
princ. verſ. & iſtam concluſionem.
Primum limitabis hanc ampliationē, & deinceps
10 & principalem concluſionem nō habere locum, † ſi
ageretur de obligatione ad intereſſe ex mora, qa tūc
non requiritur interpellatio, ſufficit enim pbare quē
eſſe obligatum ad faciendum, & curandum, quod tale quid fieret; ex hoc namque orireť pbatio moræ, &
moroſus teneretur ad intereſſe. ita cōſulendo decidit
Crau. in conſ. 64. in princ. per doctrinam Bald. in cap.
domino guerram. §. ad hæc. in tit. hic finitur lex Corra. quod dictum tāquam egregium refert, & ſequitur
Alex. in conſ. 157. circa princ. vol. 6. & in conſ. 149. in
prin. vol. 7. idem cenſuere Aret. in cōſ. 143. col 4. Iaſ.
in d. l. quod te. col. 8. verſ. 2. adducto. ff. ſi cer. pet. Curt.
iun. in cōſ. 7. col. 4 Ripa in l. 4. §. Cato. col. 23. nu. 59.
ff. de verb. oblig. & Soc. in cōſ. 133. col. 1. vol. 1. & Villalob. in ſuis cōcluſ. in verſ. iuramentum, nu. 125. Cra.
conſ. 192. num. 17. & conſ. 246. nu. 1. & alijs allegat. à
Menoch. de arbitr. iud. caſ. 220. nu. 20.
Secundò velim amplies principalem concluſionē
11 veram eſſe, † & ſi vnica tantum eſſet facta interpellatio, vt docet gloſ. ordinaria in c. ſi Epiſcopus. 18. diſt.
& in

Digitized by Google

& in l.ſi tempora.C.de fid.inſt.lib.10. & patet ex cle-
men.1.verſ.& quis vtitur.de hæret. & in terminis fir-
mauit Bar.in l.qui Romæ.§.Seia.ff.de verb.obl,& in
l.Titia.§.vſuras.ff.de leg.2. idem ſenſere Inn.in c. cū
olim nobis.de elect.Paul.in clem.1.de decim. Bal.in
l.nam ita diuus.ff.de adoptio.Io.Andr.in c. 1.& 2.de
iureiur.gl.& Bar.in l.mora.de vſur.& Fel. hanc com-
munem * cenſuit in c.ex literis. nu.8.de conſtit.& Ti-
raq.in tract.de retract.§.9.glo.3. nu. 23. vbi more ſuo
multos cōgerit,& Plant.in l. quod te. in præfatio.nu.
2.ff.ſi cert.pet.& Menoch.in tract. de arbitr. iud.caſu
220.nu.26.vbi latè examinat, ſicuti & facit Bauer. in
d.tract.de mora.in princ.num.2.atq; Spec.ſum.Pont.
Rom.c.67.§. de mora. verſ. & primo notabimus.
Limita hanc ampliationem locū ſibi non vendi-
12 care,quando inferior † vellet cōſtituere ſuperiorē in
mora,quia tunc trina requiritur interpellatio,ita ſin-
gulariter voluit Ant.Bur. in c.cum cauſa.de offic.de-
leg.per c.1.de ſupplen. negligen. prælat.& Rom.in l.
de pupil.§.ſi qs ipſi.de oper.nou. nunc. & in cōſ.222.
Bald.in c.1. ſi inueſtit.inter dom.& vaſal.idem Ant.
de Butr.in c.ex literis. de conſtit. & notat Hoſt.& Io.
Andr.in c.1.de ſupplē.neglig.prælat.Spec.ſum.Rom.
Pontiſ.in d.c.67.§.de mora. verſ. ſed hoc.
13 Contrarium tamen † ſenſit Rom.parū ſibi conſtās
in ſing.424.incip.ego dixi.per clem.quāuis. de appel.
& per Bart. in l. Titia Seia.§.vſuras.ff.de leg.2. & in l.
mora.ff.de vſur.& in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætо-
ri.in prin.ff.de oper. nou. nunc. quem ſequitur etiam
Alex.in d.l. ſi quis ipſi prætori.& ex his, quæ adducit
in conſ.81.incip.ſtantibus his.poſt prin.vol.4.de quo
videas multa per Bauer.in ſuo trac.de mora.in 1.par.
ſub nu.3. & ſeq.
14 Tertiò ampliare poteris † principalem concluſio-
nem procedere, etiam ſi interpellatio eſſet facta ex-
traiudicialiter, ex illa enim ꝓbaretur mora, teſte gl.
in l.qui Romæ.§.cohæredes.in ver.teſtamento.ff. de
verb.obl.vbi Bart. & Doct.in l.fideiuſſor obligari. §.
vlt.in verſic.reus. ff. de fideiuſſor.& in l.amplius non
peti.in gloſ. magna.ff.rem ratam hab.& per Ruin.in
conſ.206.nu.24. vol.2.
15 Intellige hanc ampliationē † non habere locum,
quando quis teneretur ſolùm officio iudicis, non aūt
iure actionis: nam tunc ad probandum illum eſſe in
mora, neceſſaria eſt interpellatio iudicialis,nec ſuffi-
cit extraiudicialis,vt conſulendo cēſuit Ruin.in cōſ.
135.nu.8.vol. 2. per caſum ſingularē in l.cum poſtu-
laſſem.ff.de damn.infect.& per rationem Bart. in l.1.
de iuriſdict.omn.iud.nempè,quia iudicis officiū nul-
lam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionē.
de act.empt.l.quintus, de annu. legat.& l.hæreditas.
ff.de petitio. hæred.
16 Quartò amplia procedere † principalem cōcluſio-
nem, etiam ſi interpellatio eſſet facta à procuratore
creditoris,vt author eſt Bart. in l.ſi quis inficiatus,vel
per negociorum geſtorē.l.ſi quis.§. mora. & ibi Bart.
ff.de vſur.gl.& idem Bar. in l.ſi ſeruus.§. nunc videa-
mus.ff.de verb.oblig. vbi etiam Alex.
Secundo loco tibi limitanda eſt concluſio,vt vera
17 non ſit,† qñ probaretur . in promiſſione interueniſſe
iurm,tūc enim illud ſufficeret abſq; interpellatione,
vt Doct.tradunt in c.bonæ. de iureiur. idem voluere
ſcribentes in l.quod te.ff.ſi cert.pet.Curt.iun. conſ. 7.
col.4.Alex.in conſ.152.in fi.Goz.in conſ.27.col.3.&
in conſ.31.col.1.in fi.& in conſ.57.col. 3. Dec.in d.l.
quod te.1.lect.nu.11.vbi de * communi opinione at-
teſtatur,& in 2.nu.43.Grau.in conſ. 64.ſub nu.2 Rol.
à Val.in conſ.51.nu.45.vol.1.Menoch. de arbit. iud.
caſ.220 nu.21.Ripa in l.4.§.Cato.nu. 59. & in l. ſi in-
ſulam.nu.91.ff.de verb.obl.Afflict.deciſ. 124.num.5.
Cacher.deciſ. 48. nu. 7. & ibidē alleg.eandem ſniam
ea adiuuant,quæ ſcripſit Fran. Viu. in ſuis commun.
opi.in ver.moræ.ver.ſed hoc limitat non procedere.

18 Contrariū voluit † Bauer.in ſuo tract.de mora.par.
2.nu.21.permotus ex doctrina Bal.in l. cum qui. §.ſi
iurauero.ff.de iureiur.quam putat ſingularem,& per-
petuò menti tenendam, vbi dixit,quòd quando eodē
tempore contrahitur obligatio, & eodem tempore
præſtitum ſit iuramentum, ipſum iuramentum non
habeat vim interpellationis,nec debitorem in mora
conſtituit, ſed neceſſaria ſit noua interpellatio, iuri
etenim non eſt conſentaneum ſecūdum ipſum,quòd
quis eodem tempore obligetur, & cōſtituatur in mo-
ra.l.quod dicimus.ff. de ſolu. hanc eandem opin. ſe-
quitur Spec.ſum.Pōt.in d.c.67.§.de mora.col.3.verſ.
ſed de hoc vide.& Pla.in d.l.quod te.nu.24.& 25.ff.ſi
cert.pet.Iaſ.in l.quoties.col.2.ff.de verb.obl.& Alex.
in d.l.quod te.col.5.& ibi.Curt.iun.nu. 26.& 27.
19 Tertiò limitatur ipſa concluſio,† qñ in contractu,
vel promiſſione probaretur appoſitum eſſe diem, &
pœnā, quia tunc abſq; interpellatione probaretur, &
cōſtaret quem eſſe in mora; dies enim tunc interpel-
lat ꝓ homine,c.potuit in fi.& ibi gl.de loc.ſic itidem
gl.in c.cupientes. §.ſi verò. in verſ.conſenſerint.in fi.
de elect.in 6.vulg.l.magnā.C.de contrah.& commi.
ſtipul.& l.traiectitię.§.de illo.ff.de act.& oblig.idem
ſenſere Corn. in cōſ.77.placet mihi 1.col. ver.ſed ad
hoc.vol.3.refert illū Crot.in memo.ſuo.par.2.in ver.
mora.Bar.in l.4.§.hoc aūt iudicium.in 1.oppo ff.de
dam.infect.Anch.in cōſ.65.nu.9.Bal.in l.ſi poſt tres.
col.antepen.verſ.vlt.q̄ritur.ff ſi quis cau. Affl in dec.
150.nu.38.& in deciſ.399.nu.12.& Dec. in conſ. 452.
nu.8.& 9.& per Cache.in deciſ.48.nu.6.ad idq; mul-
ta refert Burſ.in conſ.84.nu.1.& 2.vol.1.& Neguſ.in
tract.de pign.& hyp.par.6.memb. 3. in prin.
20 Amplia huiuſmodi limitationē † procedere, ſiue
dies ſit expreſſa ab homine,ſiue tacitè inſit ex natura
rei,ita firmauit Bar.in l.ſi ſtipulatus.in 2. q. prin.ff.de
verb.oblig.& habemus à Bald.in l.ſi duo.§. vlt. ff.de
conſt.pec.& à Cyn.in d.l.magnam.C.de contrah. &
commit.ſtip.& in repe.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau in
ver.verbi gratia,promiſi.col. 6. vbi ſi conſtituta pęna
promiſi, vt conſentiret filius meus contractui, cum
legitimæ ætatis fuerit,abſq; alia interpellatione pro-
bata legitima ætate,probat etiam, & dicitur illū eſſe
conſtitutum in mora, & in pœnam incidiſſe,niſi illū
ratum habere curauerit.
21 Contrarium tamen † videtur ſuadere contex.in d.
l.magnam.ibi certo tempore,vt à contrario ſenſu re-
quiritur, quòd dies ſit certa: & ſequuntur Soc.in cōſ.
159.in col.vlt.vol.1.& Bal.in d.l. & ſi poſt tres.col.5.
ver.iuxta hoc quæro.2.ſi quis cau.& in l. ſi pacto,quo
pœnam.col.3.C.de pact. Alex. etiam in l.quoties in
diem.col 1.ff.de verb. obl. atq; Iaſ.in l. vinum.col.5.
ff.ſi cer.pet.& in l.inſulam.col.10.ff.de verb.obl.& in
l.ſi ſtipulatus eſſem.in 4.no.eo.tit. & idem Alex.in d.
l.in inſulam.col.6.in 2.fal. eiuſdē fuere ſenten.Corn.
in conſ.206.col.1.vol.2.Dec.in conſ. 2.col.3.Barb.in
conſ.31.col.pen.lib.1.in conſ. 283. col. 25.verſ.circa
quartum.Pariſ.in conſ.5.col.7.vol.4.& hanc opinio-
nem magis * communem appellat Gabr.in concluſ.
9.ſub nu. 34. de ſolut.
Quam quidem limitat nō procedere, ſi in obliga-
tione dictum fuiſſet,quòd efficeret, vt cōſentiret ela-
pſo menſe,poſtquam fuerit perfectæ ætatis, ex doctr.
Soc.in conſ.283 col.15.ver. circa quartam.volu.2.de
qua tamen limit.aſſerit dubitare Purpur. in d. l.vinū.
col.4.ff.ſi cert. pet.
Attamen qui priori voluerit adhærere ſententiæ,
22 illam limitabit non procedere, † quando ageretur
contra pupillum: nam tūc nequaquam ſufficeret illa
interpellatio tacita,ſicuti nec expreſſa ipſi ſoli facta,
ſecus contra ipſius tutorem,per l.ſi ex ſtipulatu. ff.de
verb.obl.et l.pupillus.in prin.eo.tit.ita teſtatur Corn.
in conſ.77.col.2.verſ.inſuper,quòd mora.vol.3.
Primò ſublimitabis hanc tertiā limitationem, qñ
actor

23 actor† non probat die ſtatuta affuiſſe in eo loco, quo ſolutio erat facienda, vt illam reciperet: nam tunc illo die lapſo, non dicitur probata mora, ita docet Bar. in l. item illa. col. 3. verſ. quæro pone. per illum tex. & per l. arbiter ſi calendis. ff. de arb. ſic placuit Gulielm. Cuma. in d. l. item illa. & ibi ēt Alba. ad fin. & Raph. Ful. & item Bar. in l. cum filius. §. vlt. ad fi. ff. de verb. obl. & in l. continuus. §. cũ ita. circa med. eo. tit. ad idē reſpondit Signo. in conſ. 141. in q. vertente int. Obertinum, vt & tradidere Pet. Anch. in c. ſignificante. de pig. Flo. in l. pecuniæ. §. 1. ff. de vſu. Alex. in conſ. 172. viſis, & opportunè. col. 2. verſ. ad idē facit. vol. 4. & in cōſ. 90. viſo proceſſu. col. vlt. ver. nec obſt. ſi diceretur. vol. 5. & in cōſ. 210. pōderatis his. col. 1. vol. 6. Philip. Dec. in cōſ. 566. promiſit Ant. poſt med. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. in d. l. cum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi qs cau. eodem pertinent, quæ ſcribunt Tiraq. in tract. de retract. §. 9. gl. fi. nu. 57. cum plurib. ſeq. Corn. in conſ. 79. col. vlt. vol. 3. Calc. in cōſ. 64. col. 5. Io. de Ana. qui dicit iſtam * communē in conſ. 5. col. 2. Paul. de Caſt. in l. ſi per emptorem. ff. de act. empt. Goz. in conſ. 66. col. 2. in fi. & Ruin. in conſ. 151. col. 1. & ſeq. & col. 3. vol. 1. & in conſ. 32. nu. 5. vol. 5.

24 Secundò ſublimita, & intellige† procedere eādem tertiam limitationem, quando poſt edictam diē eſſet lapſum plurimum temporis, ſecus ſi modicum, quia non ſtatim quis incidit in moram, ſed debet expectari adhuc ad exiguum tempus veniens etenim intra tempus modicum, pro hoc habetur, ac ſi die ſtatuta veniſſet, teſte gloſſ. 1. in fin. in d. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. vt etiam aſſeruit Purpur. in l. vinum. num. 10. ff. ſi cert. pet. poſt gloſſ. Bald. Roman. Alexand. & Iaſ. ibi. & hæc adiuuāt multa cumulata à Cacher. in deciſ. 71. nu. 50. cũ ſeq. & à Rom. in conſ. 27. in fi. & à Gab. in cōcl. 9. nu. 30. de ſol. vbi latiſſimè ampliat, & limitat illā regulā, diē ſcilicet interpellare pro hoīe.

Quartò limitanda eſt principalis concluſio, & in-
25 telligenda, † quādo interpellatio eſſet facta domino, ſecus autem, ſi ipſius ſeruo: illa enim tunc non ſufficit ad probationem moræ, vt apertè reſpondit I. C. in l. mora. in prin. verſ. & nō ſufficit ad probationem moræ. ff. de vſu. cum alijs ibi à gl. adductis.

Quintò limitare, & intelligere poteris veram eſſe
26 cōcluſionem, † ſi verba interpellationis eſſent certa, & clara, ſecus ſi generalia, & ſub nube, vt ſi creditor ſuo debitori dixiſſet, indigeo mea pecunia, quia ex huiuſmodi verbis non probaretur mora, vt d. l. mora. de acq. hær. Iaſ. in l. ſi ex legati cã. num. 10. ff. de verb. obl. & in l. non ſolum. §. morte. nu. 53. vbi etiã Rube. nu. 476. ff. de oper. nou. nunc cùm illa verba, indigeo mea pecunia, non ſignificent inſtantiam, vt examinat latè Menoch. in tract. de arb. iud. par. 2. caſ. 461.

CONCLVSIO MLXXII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto quis probetur morboſus.

SVMMARIVM.

1 *Morboſum quem eſſe probari per iudicium medicorum.*
2 *Morboſum quem eſſe probari per iuramentum ipſius infirmi.*
3 *Morboſum quem eſſe tunc per iuramentum ipſius infirmi probari, quando id non poſſit fieri p teſtes: ſecus ſi poſſit.*
4 *Morboſum quem eſſe probari per iurm̄ ipſius infirmi, conſiderata qualitate perſonæ iurantis, & inſpecta cauſa.*
5 *Morboſum quem eſſe probari per iuramētum ipſius infirmi concurrentibus aliquibus alijs indicijs.*
6 *Morboſum quem eſſe probari per teſtes domeſticos.*
7 *Morboſum quem eſſe tunc per teſtes domeſticos probari, quando per alios, aut aliter morbus probari non poſſet.*

1 Morboſum quem † eſſe probatur p iudicium Medicorum, Bart. in l. quæſitum. C. de re iud. l. ſi ſemel. C. de re milit. lib. 12. de quo tamen vide, quæ diximus in concl. Medicus, & latius in concl. Peritia. vbi eſt proprius locus; ſicuti in concluſ. infirmitas.

2 Probatur item per iuramentum† ipſius infirmi, vt puta, quando ſe excuſat non potuiſſe proſequi appellationem propter morbum, ita ait Spec. in §. 7. verſi. quid ergo. col. 2. in tit. de appell. per l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tut. ibi, ſi vero ob aduerſam valetudinē: & per l. fi. ff. quod met. cau. quod dicit fuiſſe ēt de mente, & voluntate ſanctiſ. Clemen. Papæ IV. qui ita ſibi Speculatori tanquam ſuo auditori ſeruari præcepit, & ita ſeruauit, dum euenit caſus, idem voluit Card. in clem. ſicut. in 4. q. de appell. hoc idem not. Bar. in extrauag. ad reprimen.

3 Intellige tamen hoc procedere, † quādo talis morbus non poſſit probari per teſtes, vt quia ſe excuſans eſſet de lōginquis partibus, & ideò de facili teſtes haberi non poſſent: nam tunc in eorum defectum locus erit iuramento, aliàs ſi teſtes de eo haberi poſſent per ipſos probandus eſſet modus, nec locum haberet iuramētum, ita idem Card. in d. clem. & loco citato, & Spec. in ſupra citato loco, ver. & col.

4 Secundò intellige † conſiderata qualitate perſonæ iurātis, & inſpecta cauſa, an ſcilicet ſit talis, ſuper quā probatio ſuppletiua per iuramentum fieri patiatur, prout ipſemet Spec. ibi declarat.

5 Tertiò intellige cōcurrentibus† aliquibus indicijs, vt qa facies eius ſe excuſantis, & iurantis ſit extenuata, quaſi hominis ſurgentis ab infirmitate, ita ait Bar. in d. l. quæſitũ, verſ. ſed qualiter probabit. ff. de re iud. per l. minor. 25. annis ex aſpectu. ff. de minor.

6 Secundò probatur per teſtes† etiam domeſticos, ita Bar. in d. l. quæſitum. in fi. per tex. in l. conſenſu, C. de repu. & l. de ſubmerſis. C. de naufra. lib. 11. facit c. veniens, de teſtib. in fi. Abb. in c. cùm tua. quem omnes ibi ſequuntur, de ſponſ. Soc. in conſ. 17. col. 2. ver. nec obſtat, volu. 1. Gramm. conſ. 59. col. 3. verſ. & pariter, Bald. in d. l. conſenſu, verſ. nota, quod per familiares. C. de adminiſt. tutorum. Nel. in tract. de teſtib. nu. 11. verſ. domeſtici.

7 Intellige quoad domeſticos teſtes, † vt ſit verum, quando per alios teſtes, aut aliter morbus probari nō poſſet, ita Soc. in cōſ. 17. col. 1. verſ. & ideò, vol. 1. Cætera ſupple per te in concluſ. Medicus. Peritia: Infirmitas, & ſimilibus, in quibus eſt proprius locus.

CONCLVSIO MLXXIII.

ARGVMENTVM.

Mores alicuius ex quibus probentur atque præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Morum probitas præſumitur, Et cur.*
2 *Naturalis ratio in quolibet homine præſumitur.*
3 *Moribus idoneum quem non præſumi, cùm agitur de eo promouendo ad beneficium, vel in ætatis venia concedenda, vt num. 4.*
5 *Mores probantur per teſtes deponentes de eis ex actibus extrinſecis, & quomodo.*
6 *Morum coniecturam ſumi ex conuerſatione.*
7 *Conuerſatio mala eſt malæ operationis indicium.*
8 *Morum coniecturam ſumi ex ante acta vita.*
9 *Malus non amplius præſumitur malus, quando per triennium honeſtè vixerit. Quod intellige, vt nu. 10.*
11 *Morum probationem quandoq; deſumi ex nominis impoſitione.*

12 *Mores*

12 *Mores paterni filij mores arguunt.*
13 *Mores principis ſubditorum mores indicare.*
14 *Morum probationem deſumi ex regionis qualitate,in qua quis natus eſt.*
15 *Mores filij ex teſtimonio parentum probari.*
16 *Mores ex virtutibus, & vitijs dignoſci.*
17 *Morum probationem deſumi ex ætate, & fortuna eius, de cuius moribus quæritur.*
18 *Morum idoneitatem intrinſecam præſumi, nõ extrinſecã.*

1 **Morum** probitatẽ † præſumi ex eo dignoſcitur, ꝙ boni mores naturali rõni congruunt,mali verò à ratione diſſentiunt.l.ſi quis inquilinos,§.fi.ff.de leg.1.Pariſ.conſ.68.nu.336.lib.4.
2 naturalis enim rõ † in quolibet homine præſumitur. Alc.de præſumpt.reg.1.præſump.38.& quilibet moribus idoneum reputari probat tex.in c. dudum, vbi latè Fel.de præſump. Alc.in alleg.tract.reg.3.præſũp.
3 1.verùm quia hæc præſumptio non obtinet, † quãdo agitur de aliquo promouendo ad beneficium. Card. in clem.1.in 2.not.de conceſſio.preben.Alc.d.reg. 3.
4 præſump.2.Abb.in d.c.dudum,minuſq; in† ętatis venia cõcedenda:Bar.in tract. teſtimonio,in verſ.œconomica prudentia,nu.79.alijſq; in iure cõſtitutis,ſæpè alterius eſt inquirendũ de vita, & moribus,ideoq; vtilis erit inueſtigatio,qbus modis conijci, & probari
5 mores poſſunt. Probabũt † itaq; mores teſtes de eis deponentes ex actibus extrinſecis, vt poſt Rom. adnotauit Milis,in repert.in ver.probari non poteſt litteratura.& qui interrogati reddunt cauſam ſcientiæ,quia vicini,& conſanguinei,Bart.in tract.teſtimo. in verſ. teſtis dum de vita,& morib.nu.14.& quia ſunt ex eodem loco.& diu fuerũt verſati cum eo, de cuius moribus deponũt,arg.c.quoties,de teſtib.Fel.in c.noſtra, eo.tit.propter,quod dicitur, quod debet fieri inquiſitio de morib. electi, vbi natus eſt,& diutius verſatus: nam ibi melius habetur morum notitia.Abb. in cap. ſcriptum,nu.2.de elect. Actus autem extrinſeci mores inferentes plures ſunt: ex quibus non modicã præ-
6 ſtat morum coniecturam † conuerſatio: qualis enim quiſq; eſt,talium cõſortio delectatur, vt dicebat Philoſophus; & ex conuerſatione mores præſumi ponit Bar.in d.tract.teſtimonio.d.verſ.œconomica prudẽ-
7 tia.Hinc mala conuerſatio † eſt malæ operationis indicium. Aret.in tract.malef.in ver. quod fama publica præcedente,nu.10.Brun.in tract.de ind. & tortu.q. 5.par.1.nu.2.Bal.in tract.de quæſt.& tormen.c.1.nu. 10.& per Bar.conſ.29.num.24.vol.3.Arnal.Alber.de agnoſc.aſſer.cath.& hæret.q.32.nu.20.& 21.& qualitatem alicuius,ſeu bonam,ſeu malã, ex conuerſatione probari,dicit Ang.in auth.de Monach.§.1. ver.& hoc ad quæſtionem,& §.cogitan.& nos latius declarauimus in concluſione conuerſatio. quo ex loco ſumi poterunt,quæ ad hanc pertinere videbuntur.
8 Secundò, anteacta vita † non modicam præſtabit morum cõiecturam,vt probatur in l.omnes,§. à Barbaris.ff.de re milit.& ibi gl.Bal.in l.1.ante fi.C.ſi quis omiſ.cau.teſt.nam ſemel malus, malus adhuc præſumitur,vt in reg.ſemel malus,de reg.iur.in 6.quare ſemel ſubmota præſumptione bonorũ morũ, malorũ præſumptio remanebit:hoc tñ temperandũ eſt,prout regula illa temperatur, quando quis honeſtè per trie-
9 nium † vixerit,Ang.in auth.de monach.ibi,triennalis temporis teſtimoniũ.Dec.in conſ.163.col.8. in prin. verſ.4. non deponit, & ex moribus trium annorum habitus in moribus probatur, vt tradit Bart. in citato tract.teſtimo.d.verſ.œconomica prudẽtia,nu.81.qui
10 tamẽ hoc verum † intelligit, niſi magnus habitus vitioſus præceſſerit:nam aliàs ſi poſt perfectam ętatem longo tempore quis vitam geſſiſſet vitioſam,non ſolum triennium requiri, ſed curſum longioris tẽporis exiſtimauit ad hunc morum habitum.
11 Tertiò,nominis ſuperimpoſitio † confert ad morũ probationem:nã ſi nomen prauitatem deſignat,pręſtat indicium contra mores illius ſic nominati, vt in ſpecie tradit Bar.conſ.29.nu.25.vol.4.& faciunt,quæ de turpi nomine dicuntur in l.facta,§.in danda.ff. ad Treb.Fel.in procem.decreta. verſ.Gregorius Epiſcopus,nu.30. & per Io. de Montaig. in tract. de bigam. quæſt.2.nu. 2.
12 Quartò paterni mores † filij mores arguent:nam filios ſimiles eſſe parentib.ratio exigit, vt ſcribit Ariſt. de gene.animal.lib.1.c.19. & cuius pater fuit incõtinens,& filius incontinens pręſumitur,vt per Io. And. in c.ſemel malus.de reg.iur.in 6. & probatur in c.1.& in c.ſi gens Anglorum.56.diſt. quod tamen declarat Alc. procedere ſolùm quò ad ſuſpicionem,præterquã in caſibus à iure approbatis in tract.de præſump. reg.1.præſump. 24.
13 Quinto loco morum indicium,† & præſumptionẽ afferrent principis mores,iuxta illud Platonis, quales in Republica principes, tales reliquos ſolere eſſe ciues:propter quod mali mores,& vita Prælati,faciunt pręſumptionem contra totam eccleſiam, ideoq; nõ fit inquiſitio contra Prælatum, quin fiat etiam ſuper ſtatu eccleſiæ, vt adnotauit Abb.in c.p inquiſitionẽ, num.2. de elect.
14 Sextò ad probationem morum † ſpectanda erit & qualitas regionis,vnde is natus eſt, de cuius moribus inquiritur,patriæq; illius cœlum: optima enim temperies non ſolùm corpori,verùm etiam intelligentię hominis valdè prodeſt,exceſſus autem omnes dimouent,& vt corporis:ita etiam mentis temperamẽtum peruertunt,vt ſcribit Ariſtot.in problem.ſectio. 14. idcircò dicit efferis moribus eſſe,q in nimio,vel æſtu, vel frigore colunt; hinc qualitatem regionis ſpectãs Hiſpanos callidos,& verſutos dixit,gl.in l.dolum, C. de dolo,& Oldr.conſ.84. in fi. & Sclauones mortaliũ nequiores ſcripſit Odofre. in l. Iulianus. ff. de act. emp. & Catalanos fœdifragos,Bald.in c.1.de paci & Boer. quæſt. 179. quod de Pœnis antea dicebatur,vt ait Marc.Tul.lib.1.offic.& plura huiuſmodi recenſet Menoch.de arb.iud.lib.2.cent. 1. nu.48. quod valdè iudici ſpectandum aſſerit ad arbitrandum, qua ætate ante decimumquartum annum, maſculus pubertati proximus dici poſſit.
15 Septimò ad mores filij † probandos paternum teſtimonium maximè erit ſequendum, iuxta text. in l. pen.ad fi.ff. de cura. furio. hinc prohibitio alienationis facta à patre filio in legitima, quia iudicij imbecillitas apud patrem ſuſpecta eſſet, valere abſq; alia probatione tradit Pic.in l.in quartam.num. 123.ff.ad leg.Falc. verum quia de hoc non parum inter Doct. ambigitur, videas Cuch.in tract.de legiti. verſic. nec vſufruct. fol. 111. nu. 20.
16 Octauò mores ex virtutibus,† & vitijs dignoſcẽtur: nam ſingulas virtutes proprij mores ſequũtur,vt latè ſcribit Ariſtot. in eo libello, quem de virtutibus inſcripſit.
17 Nonò deniq; loco ætates,† & fortuna ad mores pbandos non modicũ faciũt:nam & iuuenes proprios ferè habent mores,& ſenes,& medię ætatis viri:ſic & nobilitas,diuitiæ,potentia, & horum cõtraria mores illorũ,qui ſunt huiuſmodi ferè arguẽt,vt proſequitur Ariſto.Rhetoric.ad Theodecten.lib.2.c.12.cum ſeq. dum de moribus agit, & poſt eum,qui de Rhetorica facultate ſcripſerũt:quomodo autem,& ætas,& huiuſmodi fortunam reſpicientes,probẽtur, erit ſuis locis inſpiciendum,in quo ſciẽdum eſt,quod licet aliàs poſſit,vt diximus,in principio morum idoneitas pręſumi, id tamen erit intelligendum † de intrinſeca,vt
18 puta caſtitate,ſobrietate,& id genus,ſecus quo ad hęc quę fortunã reſpicere dicimus,nobilitatẽ,potẽtiam, & ſimilia,quæ extrinſeca ſunt, qbus addi poteſt ſciẽtia,quæ non ineſt à natura,hæc enim non pręſumuntur,vt per Fel.in c.dudum,nu.2. de præſumpt.

CON-

CONCLVSIO MLXXIV.

ARGVMENTVM.

Mortem non præſumi, ſed eſſe probandam, & quatenus id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Mors non præſumitur, ſed probanda eſt.*
2 *Mortem non præſumi ob diuturnam abſentiam.*
3 *Mortem mariti vxor debet plenè per certum nuncium probare, vt matrimonium cum alio contrahere poſſit, cum ille diu abeſt. Contr. nu. 5.*
Et quid in hoc a iuribus ciuili, & Pontificio fuerit alias ſtatutum, vt nu. 4.
6 *Hæres petens ſe mitti in poſſeſſionem hæreditatis ex beneficio l. vlt. C. de edicto diui Adria. tollend. nō cogitur mortem teſtatoris probare, ſed tantummodo teſtamentum exhibere. Contr. nu. 7. Conciliatio, nu. 8.*

1 Mors non præſumitur,† ſed eſt probāda, cum quilibet præſumatur viuere, vt colligit. ex l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. tum et quia mors eſt fundamentum intentionis mortē allegantis, vt animaduertūt gl. & Doct. in l. 1. §. ſi quis ſe neget. ff. quemadmod. teſtam. aper. & in l. ſed ſi. ff. de acq. hęr. idē docet Bar. in l. ſi quidem. C. ſol. matr. & ꝙ mors ſit probāda, voluere Soc. iun. in conſ. 26. nu. 12. vol. 2. & Pariſ. cōſ. 36. nu. 41. lib. 2. & alios allegat Hercul. de probā. neg. nu. 10 quod et placuit Cacher. deciſ. Pedem. 108. nu. 5. Ruin. conſ. 136. nu. 12 vol. 4. Corn. in conſ. 10. litera D. vol. 1. Aufrer. ad deciſ. Capel. Tholoſ. 312. verſic. adde quod prout, & Boer. in deciſ. 288. poſt num. 2. Alex. in conſ. 25. in princ. vol. 4. Anch. in conſ. 401. incip. Stipoſius. in prin. idem cenſuere Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 12. nu. 3. & ſeq. par. 1. & deciſ. 30. ead. par. & in ſua concluſione 14. verſ. infertur 100. & Natt. in conſ. 59. nu. 6. atq; Hieron. Gabr. in ſuis concluſionib. concluſ. 134. nu. 4. quo in loco iſtud extendit ad probationem diei, vt ſi quis dixerit aliquem mortuum fuiſſe tali die, ipſam diem debere probare.

2 Primò ampliabis concluſionem veram eſſe,† & ſi
quis diù abfuiſſet, & nihil de eo tanquā mortuo fuiſ-
ſet auditum, vt de marito, cuius vxor antequam cum
alio matrimonium contrahat, mortem ipſius mariti
3 per certum nuncium probare debet,† vt ſancitum eſt
in c. in præſentia, de ſponſa. in c. dominus, de ſecund.
nupt. & in c. 1. 33 q. 2. quod etiā deciſum eſt in Capel.
Tholoſ. deciſ. 316.

4 Quanquam ſi iuſcīuile inſpiciamus,† ſatis eſt ſpatium quinquennij ad præſumēdam mortem ad hoc, vt mulier poſſit ad aliàs migrare nuptias, vt reſpōdit Julian. Iuriſc. in l. vxores. ff. de diuor. & repu. ꝙ quidē tempus de iure Codicis ab Imp. Conſtantino fuit reſtrictum ad quadriēnium, vt in l. vxor. C. eo. de repud. poſtremò verò loco ab Imp. Iuſtiniano conſtitutum fuit, nullo modo alteri licere matrimonium contrahere propter abſentiam vnius, quātiſcunq; annis alter fuerit abſens, niſi volens contrahere, fuerit factus certior de morte alterius, eo obſeruato, ꝙ ſtatuitur in auth. hodie. & in corpore vnde ſumitur. C. eo. de diuor. quod tñ à iure Pontificio non probatur, cùm ſiñ illud mors plenè, & verè per certum nunciū probanda ſit, vt decernitur in d. c. in præſentia, & in d. c. dominus, & hanc opinio. ſequitur Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſt. ape. vbi voluit mortem probari p veras, et plenas probationes, quia agitur de graui præiudicio, quod idem reſpondit Anch. in conſ. 401. eſt enim graue præiudicium viro, ſi vxor cōtrahat cum alio, & è contra, vt ibi per eum, & idem Bart. in tract. de teſtib. nu. 38. & deciſum fuit à Franc. Marc. deciſio. Delphin. 183. nu. 2. part. 2. ſic cenſuere Abb. & Fel. in c. quoniam, §. porrò, nu. 12. vt lit. non conteſt. & Bal. in l. genero, §. vlt. ff. de infa. & idem Abb. in c. in præſentia, ſub nu. 5. de ſponſa.

5 Attamen hæc opinio† nōnihil habet dubitationis ob contex. in c. quoniam, §. ſin autem. vt lit. non cōteſt. vbi habetur ſatis eſſe veriſimiliter, & præſumptiuè de morte conſtare, nec eſſe neceſſariam illā exactam probationem, & hanc opi. veriorē aſſerit Card. in d. c. quoniam, reiecta altera opinione.

Limitanda eſt primo loco ipſa concluſio, vt non
6 procedat, quando hæres† petit ſe mitti in poſſeſſionē
hæreditatis ex beneficio l. vlt. C. de edict. di. Adria.
tollen. tunc enim non cogitur mortem ipſius teſtatoris probare, cum ſatis ſit teſtamentum exhibere, juxta ſententiam Bar. in d. l. vlt. nu. 11. & cæterorum ibidē ſcribentium. Sal. col. 9. verſ. vnum tamen. Caſt. nu. 9. in fi. Iaſ. nu. 19. Dec. nu. 27. Iac. nu. 22. Corn. nu. 15. Marā. in 2. lect. nu. 113. Curt. iun. nu. 54. qui de cōi atteſtatur Zuccard. nu. 147. & Alex. in conſ. 101. nu. 9. verſ. quo autem ad ſecūdam cautiam, vol. 5. Hip. de Mar. in rub. C. de prob. nu. 176. quam ſententiam ſequuti ſunt Aret. in §. quadrupli. num. 19. in fi. Inſt. de actio. & Duran. de arte teſtament. de acq. hær. cau. vlt. nu. 5. & Aufrer. ad deciſ. 312. Capel. Thol. verſ. adde quod mors magni domini. Nam prætor non permittit inſpicere tabulas teſtamenti, ſi teſtator viuit. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſt. ape. Cū igitur hæres conſentiente Prætore producit teſtamentum, videtur teſtatorem mortuum eſſe, vt tradunt idemmet Doct. quibus non videtur obſtare Alex. ſibimet contrarij authoritas in d. l. vlt. C. de edict. diu. Adria. tollen. nu. 55. dum voluit alijs probabilibus rationibus hæredē teſtamentum apud ſe potuiſſe habere, vt quia teſtator peregrè proficiſcens illud domi reliquerit, iuxta l. vnum. C. de teſt. vel quod ipſemet teſtator manu propria ipſi hæredi illud tradiderit, iux. l. 2. quemad. teſt. aper.

Non videtur inquam aduerſari, quod dixit Alex. per id, quod ipſi Alex. reſpondit Iaſ. in d. l. vlt. nu. 14. vbi inquit, regulam extare, teſtamentum ingredi non concedi, niſi mortuo teſtatore, & ideo ipſi regulæ inhærendum eſſe donec de ſtatu contrario conſtet, vt inquit Bar. in l. 1. nu. 2. ff. ſi quis ius dic. nō obtemper. & Dec. in l. 1. nu. 7. de reg. iur.

7 Contra hanc limitationem ſenſere Alex. vt diximus ſibi contrarium in d. l. vlt. C. de edict. diui Adria tollen. nu. 17. Fulg. ibi nu. 10. & ibi Sapia. num. 23. & præſt. Pap. in for. libel. quo pet. hæred. ex teſta. in verſ. poſſideat, ex illa generali regula, quòd quis præſumatur viuere vſque ad centum annos.

8 Has contrarias opiniones† fœdere diſtinctionis conciliabat Menoch. in tract. de adipiſ. poſ. remed. 4. nu. 669. videlicet prima opinio procedat, quādo hæres exhibet teſtamentum ſibi datum à Notario auctore Prætore, quia pro Iudice eſt præſumptio, quòd non conceſſiſſet teſtamentum tradi, niſi ſibi compertum fuiſſet de morte teſtatoris, & tali caſu procedit illa prima opinio, tanquam communibus.

Altera autem opinio locum habet, quando hęres habuit teſtamentum aliundè, quàm iudicialiter, authore Pręt ore, quia tunc pręſumptio eſſet, quòd illud teſtatori ſubtraxiſſet, vel illi ipſe teſtator tradidiſſet, ita vt ex illa productione illa præſumptione, vel facto oriatur probatio, teſtatorem mortuū eſſe, & ideo mors aliter probanda eſt. Hanc etiam diſtinctionem viſus eſt tenere Sapia. in d. l. vlt. nu. 24. C. de edict. diui Adria. toll. erit ergo cautela pro hærede ad ſe ſubleuādum ab onere probandi mortem teſtatoris, vt curet ſibi tradendam iudicialiter, & auctore Iudice inſtrumenti teſtamenti exemplum.

CONCLVSIO MLXXV.

ARGVMENTVM.

Per famam mortem probari, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Mors probatur per famam, & vocem publicam.*
2 *Beneficium impetrans viuentis, de cuius morte fama percrebuerat, excuſatur a pœna impetrantium beneficia viuentium.*
3 *Mortem probari per famam in cauſis grauioribus, ſecus in modici præiudicij.*
4 *Mors recens non probatur per famam.*
5 *Mortem, quæ contingit in loco viciniori, non valde remoto non ſatis eſſe probare per famam.*
6 *Mortem per famam, quæ ortum nõ habuit a perſonis grauioribus, & fide dignis non ſatis eſſe probare.*
7 *Mortem per ſolam famam, niſi alia indicia, vel adminicula cum ea concurrant, non probari.*
8 *Mortem per ſimplicem famam non probari, quando non concurrit cauſa rationabilis, ex qua fama mortis potuerit ortum habere.*
9 *Mortem per famam, quæ plenè, & vere probata ſit probari alias ſecus.*
10 *Mortis famam teſtes probãtes, quomodo deponere debeant, vt illam concludenter probent.*

Superiori Cõcluſioni libẽter ſubijcio modos, quibus mors probaẽ, vt cuius iam probandi partes erunt, habeat ſtatim vnde ſe poſſit exonerare. Et primo quidem quãplurimi vo-
1 luere mortẽ † poſſe probari per vocẽ publicam, & famã, vt Bal. in cõſ. 407. colu. 3. verſ. tangitur, & quarto, vol. 1. & in cõſ. 366. vol. 2. Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quẽ ad teſt. ape. Iaſ. in l. cũ ea. col. vlt. C. de trãſact. Alexã. in cõſ. 25. col. 1. & in cõſ. 117. col. 1. vol. 4. Corn. in cõſ. 104. col. 2. in fin. vol. 3. idẽ Bart. in tract. de teſti. n. 38. Crau. in conſ. 127. nu. 17. Dec. in l. vlt. nu. 28. C. de edic. diui Adr. tol. glo. in l. ſi quidã. C. ſolu. matr. Cãp. in tract. de teſti. reg. 350. verſ. 2. quia Bart. & Ang. in l. quoties. C. de nauf. lib. 11. idem Bal. in l. 3. col. 3. C. de prob. Sal. in l. quidẽ, col. penult. C. de accu. Spec. in tit. de act. ver. ſed quid ſi iſte, & in tit. de noto. crim. §. 3. verſ. fama Doct. in auth. hodie. C. de repud.
2 Concluſionẽ velim amplies, † vt eo vſq; vera ſit, vt ſi quis impetraſſet beneficiũ alicuius, qui adhuc inter viuos numerabaẽ, de cuius morte fama percrebuerat, excuſaretur à pęna beneficia viuentium impetrãtiũ, c. 1. de cõceſ. præb. tũ ẽt, quia fama publica excuſat à pęna, & à calũnia, vt l. 2. C. de ſer. vel lib. ad decu. lib. 10. & ibi tenent Bart. & Io. de Plat. & idẽ Bart. in l. miles. §. mulier. ff. de adult. ad idem reſpondit Oldra. in cõſi. 304. incip. infraſcriptæ allegationis, preſertim cũ huiuſmodi fama ſit de his, quæ ſunt naturæ cõſentanea, nempè de morte, l. ſi quidẽ, cũ ibi no. C. ſol. mat. nam tũc fama probat, iuxta cauſã credendi, & excuſat credentẽ, teſte glo. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſt. quam extollit Fel. in c. cùm contingat, de reſcri. & in c. in noſtra, in 2. corol. de reſcrip.
3 Eandem concluſionẽ primo limitabis † nõ habere locũ in cauſis grauioribus, ſecus autem in his, quæ modicũ damnum afferre poſſunt: ita declarat Bart. in d. l. 2. §. ſed ſi dubitetur, nu. 1. ff. quemadm. teſtam. ape. hoc idẽ voluere Corn. in cõſi. 10. litera F. vol. 1. Campe. in reg. 150. in tract. de teſti. Menoch. de adipiſ. poſſeſ. remed. 4. nu. 972. Aufre. ad deciſ. 312. Capel. Tholoſ. in princ. & idẽ ad deciſ. 316. Corſet. in ſing. ſuo in verſ. morſ. propè fin. Boer. in deciſ. 288. in princ. & latius in fin. Caſſa. in conſue. Burgun. in proœmio. fol. 10. col. 2. nu. 9. Franc. Marc. in deciſ. Delphi. 183. nu. 2. par. 2. Ale. in conſi. 187. nu. 5. vol. 6. & in cõſi. 25. & in conſ. 117. vol. 4. & Lanfran. in c. quoniam contra, rub. de teſtib. nu. 185. de prob.

Secundo limitanda eſt, quando mors eſt recens, nõ
4 antiqua, † quia tunc nõ probatur per famam, vt cõſtat ex ijs, quæ notauit Bald. in conſi. 398. per ſolam famã, vol. 2. & l. 2. §. ſi dubitetẽ. ff. quead mo. teſtamen. cui accedit Aufrer. ad deciſ. 312. Capel. Thol. in prin. eiuſdẽ fuere ſententię Boer. in deciſ. 288. in prin. Alex. in cõſi. 25. col. 2. & in cõſi. 117. col. 1. vol. 4. Corn. in cõſi. 104. col. 2. in fi. vol. 3. Craue. in cõſi. 127. & idẽ Cor. in cõſ. 10. litera F. vol. 1. Menoc. de adipiſ. poſſeſ. remed. 4. nu. 672. & Fran. Mar. in deciſ. Delph. 183. nu. 30. par. 2.
5 Tertio limitare poteris, † quãdo mors cõtigiſſet in loco viciniori, nõ autem valde remoto. tũc enim nõ ſufficit probare mortem per famam cũ aliæ probationes poſſint ſumi, & teſtes inueniri, vt author eſt Alex. in cõſi. 25. col. 1. vol. 4. & in cõſi. 17. co. vol. 4. & dixit Bart. in l. ſi quidẽ. C. de accuſ. vbi etiã Ang. & Spec. in tit. de act. verſi. ſed quid ſi iſte, & in tit. de no. crim. §. fama, vbi Io. And. in add. eandẽ ſententiã confirmauere Aufrer. in addi. ad deciſ. 312. Capel. Thol. verſi. adde, ꝙ mors antiqua. Cor. in conſi. 10. litera. F. vol. 1. Menoc. de adipiſ. poſ. remed. 4. nu. 672. Goza. in cõſi. 68. nu. 9. Boer. in d. deciſ. 288. colum. 2. ver. & idem ſi agatur Petr. de Barb. int. conſi. mat. conſi. 25. ſub nu. 4. vol. 1. Fr. Mar. deciſ. Delph. 495. num. 27. in fi. par. 1. & Rebuf. in tract. de reg. bap. & ſepul. art. vlt.
6 Quarto limita non procedere, † quando fama ortũ non habuit à perſonis grauibus, & fide dignis: etenim tunc non ſufficit probatio per famam, prout declarat Bar. in tract. teſt. nu. 38. quẽ refert, & ſequitur Menoc. de adipſ. poſ. alleg. remed. 4. ſub nu. 672. & conſuluit Ale. in cõſ. 15. col. 2. verſi. pręterea, vol. 4. & Menoch. in conſ. 60. nu. 21.
7 Quinto limitatur cõcluſio, † niſi cõcurrant alia indicia, vel adminicula cum fama; vt quia ille de cuius morte probanda tractatur, erat ſenex admodum, vel æger, tunc enim talibus præſumptionibus naturæ, vel qualitatibus morbi cõcurrentibus cũ fama, mors probatur, non autem per ſolam famam, ſecundum Gab. de Oſelet. in quodam ſuo tract. de fama. §. nũc ſupereſt, vt ad portum, ver. an autem ſufficiat fama ad probandum mortẽ alicuius, motus ex contex. l. 3. §. eiuſdem, ibi conſentiens fama. ff. de teſtibus, quem refert Boer. in alleg. dec. 288. col. pen.
8 Sexto limitabis, † quãdo non cõcurrit cauſa rationabilis, ex qua fama mortis potuerit ortũ habere, quẽ admodum ſi ille, de cuius morte tractatur mari ſe ipſe crediderit, & orta fuerit tẽpeſtas, quod fuerit expectatus tempore cõgruo, & perquiſitus per loca veriſimilia, nec fuerit repertus, nec nauis inuenta, vel quod cũ magno exercitu ingreſſus ſit bellũ, & pugnę fine impoſito nõ ſit inuentus, quãuis fuerit expectatus, & perquiſitus à cõſanguineis, cũ ſimilibus nã nõ concurrẽtib. huiuſmodi cauſis nõ ſufficit illa probatio per ſimplicem famam, ita voluit Bar. in tract. de teſtib. nu. 38. huic ſentẽtiæ fauet. l. decurionũ filij. C. de pęn. & eidẽ patrocinantur, quæ allegant Alex. in cõſi. 25. nu. 6. & 7. vol. 4. & in conſi. 117. eod. vol. 4. per tot. Aufrer. ad deciſio. 312. Capel. Thol. in fin. Campeg. in tract. de teſt. regu. 350. verſi. 3. 4. 5. & 6. But. in c. in pręſentia, de ſpon. quem etiam refert Petr. de Barb. int. conſi. matrim. conſ. 25. ſub nu. 4. volum. 1. & Rebuff. in tract. de reg. bap. & ſepul. art. vlt.
9 Septimo limita, & intellige procedere, † quando ipſa fama eſt plenè, & verè probata, quæ quidẽ vt ta-
10 lis ſit requiritur, vt teſtes dicant † maiorem partem populi ſic ſentire, nec ſufficit, ſi dicant eſſe publicam vocẽ, & famam, vt monuit Bar. in l. 3. §. eius quoque ad fi. ff. de teſti. & plenius in l. de minore. §. plurimũ, col. 5. verſi. ſed quid ſi dixit. ff. de quæſt. cui adh[illegible] et Dec. in conſi. 929. nu. 18. & in conſi. 133. colum. 4. [illegible] pe fin. num. 4. vbi atteſtatur de communi o[illegible]one

prout etiam facit Crau.in conſ. 41.nu. 1. & ad idē reſponſū eſt à Ruin.in conſ.92.nu.1.& 14. vol.4.à Soc. iun.in conſ.69.nu.24. vol. 1. & à Gram.in conſ.crim. 26.nu.13.14.ſicuti etiam deponere habent, à quibus perſonis fama ipſa habuerit originē, & à quibus ipſi teſtes id audierint, vt non ſemel probauit Ruin.conſ. 51.nu. 14.conſ.52.nu.7.& in conſ.158.nu.23.vol.5.cū non ſufficiat deponere de auditu ab aliquo, vt author eſt Dec.in d.cōſ.429.nu.19.& 20.& ſi teſtes dixerint, non recordari à quibus audierint, nō probant etiam ſi prius dixiſſent,ſe à maiori parte audiuiſſe, vt cēſuit Dec.in c.1.nu. 13. verſ. & ſi interrogatus de appellatio.poſt Bar.quem citat in d.l. de minore, §.plurimū, debet enim aliquos nominare, & poſteà dicere, & audiuimus à pluribus alijs,de quibus nō recordamur, ita docet Bar.in d.§.plurimū , verū qa ſuperius de famæ probatione in cōcluſ.fama,ſatis abundè egimus, idcircò ad alia tranſitū faciens, lectorē illuc reijcio.

CONCLVSIO MLXXVI.

ARGVMENTVM.

Alij duo referuntur modi, ex quibus mors probatur.

SVMMARIVM.

1 *Mortem probari ex defuncti conſanguineorum veſte lugubri,& ſquallida,& quomodo.*
2 *Mortem probari ex teſtimonio duorum, qui dixerunt ſe vidiſſe illum mortuum,& ſepeliri.*
3 *Mortem probari per teſtes conſanguineos.*
4 *Mortem alicuius teſtes probare deponentes tantummodo vidiſſe illum mori.*
5 *Mortem occultam vnico teſte probari.*
6 *Mortem probare teſtes deponentes ſe.interfuiſſe ſepulturę, non tamen vidiſſe cadauer, eo quod feretro tectū,pannisvè inuolutum, ſed quod ſic ab omnibus dicebatur.*
7 *Mortem probare teſtes deponentes de cauſa ſcientiæ,quia ſum vicinus.*
8 *Mortem probare teſtes examinatos nemine citato, ſed tantummodo ex officio iudicis.*

Nunc proſequor alterū probādæ mortis modum,qui colligitur ex defuncti cōſanguineorum
1 †veſte lugubri, & ſquallida: nā ſi ob eius mortē,de cuius agitur interitu ſanguine cōiuncti, veſtimento funebri incedāt induti, eiq; iuſta ſoluerint, propterea mortem probari ſenſit Bart. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur.nu.2.ff.quemadmod.teſtamen.aper.eiuſdē fuere ſniæ Alex.in conſ.27.col.2.vol.7. Corn. in cōſ. 204.col.2.vol.3.Crau.in conſ.227.in fi. Duran.in ſuo tract.de arte teſtandi.tit.de acq.hær.caute.3.nu.3.idē Bar.in l.genero.nu.5.ff.de iis, q nor. infam. vbi Pariſ. & Fulg.nu.3.Veron.in cōſ.50.Boer.in deciſ.288.col. 3.verſ.& idem ſi agatur.Menoch. de adipiſc.poſſ. remed.4.num. 674.Ant. Corſet.in ſing.in verſ.Marſ.in princ.Rebuff. in tract. de reg.baptiſ. & ſepult.art.vlt. & Campeg.in tract.de teſtib.reg. 316.in princ.

2 Probatur etiam mors ex teſtimonio duorum,† qui dixerunt ſe vidiſſe illum vita functū,& tumulo mandari,ita voluit Bar.in d.l.2.§. ſed ſi dubitetur. num.1. verſ.aduertendum tamen.ff.quemadm.teſtam. aper. & in l.ſi quidem,nu.2.verſ.item ſufficit C.ſol. mat.& in tract.de teſtib. nu. 39. vt etiam refert Menoch. de adipiſc.poſſeſ.remed.4. nu. 675. & placuit Alber.de Roſa.in l.conditionem.nu.1.ff.de cond.& demonſt. et Aufre.in additio.ad Capel.Thol.deciſ.312.Corſetus quoq; in ſing.in ver.mors,in fi.

Hanc poſtremā probationē primo velim amplies,
3 vt procedat,†etiā ſi teſtes eſſent ſanguine coniuncti, quia nihilominus probant,ſic mihi probat Io. Andr. in additio.ad Spec.tit.de cōfeſſ. §.poſtremò, verſ.certū alios.& ſequitur Veron.in conſ.50.col.3. & Crau. cōſ.127.in fi.atq; Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed. 4.nu.675. quinimò melius probatur mors per conſanguineos, quā per extraneos, quia potius præſumitur cōſanguineos ſcire mortem conſanguineorū, quàm extraneos,arg.l.de tutel. C. de in integ.reſt.& l.octaui.ff.vnde cognat.& reſpondit Corn. in conſ. 10.col. 2.in fin.volum.1.

4 Secundò amplia locum habere,†etiā ſi teſtes non deponerent illum vidiſſe mortuum, ſed tantummodo vidiſſe illum mori, vt l.ſi quidem.C.ſolut. matr.& ibi Ang.& in d.l.is pōt. ff.de acq. hær.& ita aſſeruere Soc.in l.ſed & illo,§.circa.nu.2.de reb.dub.Fulg.in l. ait prætor,§.hæc verba.nu.7.ff.de neg.geſt.& Aufrer. ad Capel. Tholoſ.deciſ.312.

5 Tertiò amplia,†etiam ſi eſſet vnicus teſtis, quia ei creditur,ſi agatur de probatione mortis occultæ, ſecundum Fel.in c.veniens,col.vlt.de teſtib.& alios citatos per Gabr.tit. de teſtibus concluſ. 1. num.35.14. limitat.

Quartò amplianda eſt eadē poſtrema probatio, vt
6 vera ſit,†etiam ſi teſtes dicerent interfuiſſe ſepulturę, non tamen vidiſſe cadauer, eo quòd erat feretro tectum , pannisvè inuolutū, ſed quòd ſic ab omnibus dicebatur, vt ait Bar.in tract.de teſtib. nu.39.& refert Campeg.in tract.de teſtib.reg.350.verſ.9. & Corn. in conſ.10.col.1.vol. 1.

7 Quintò ampliare poteris,† et ſi teſtes deponētes de morte alicuius ſuper cauſa ſcientiæ dicerent,quia ſū vicinus:nam tunc probare mortem, teſtis eſt Alex.in l.1.ff.ſi cert. pet. vbi etiam Purpur. nu.97.& ante hos Bar.in l.qui duos.col.3. de reb. dub.quos etiam refert Boer.in alleg.deciſ.288. in prin. vicinus enim præſumitur ſcire mortem vicini,arg.l.ſi vicinus.C.de nup. & per Corn.in conſ.10.col.2. vol.1.

8 Sexto loco ampliabis, † etiā ſi teſtes eſſent examinati nemine citato,ſed tantummodo ex officio iudicis,quia nihilominus probant, vt arbitratus eſt Bald. in c.quoniam frequenter,§.porro,vbi Fel. col. vlt.vt lit.non conteſt.quibus accedunt Nicel.in concor.gl. 52.fallen.52.& Gabr.de citatio.concluſ. 1. num.494. limit. 106.

CONCLVSIO MLXXVII.

ARGVMENTVM.

Varijs alijs modis mortem probari.

SVMMARIVM.

1 *Mortem probari iuramento,vbi agitur de leuiſſimo præiudicio.*
2 *Mortem probari per diligentiam exploratorum à iudice miſſorum,& quomodo.*
3 *Mortuus præſumitur qui non inuenitur.*
4 *Mortem probari ex libris curatorum eccleſiarum,in quibus deſcribi ſolent nomina mortuorum, & quo pacto.*
5 *Mortuum præſumi hominem vagum, rixoſum,ac furioſum,qui per quinquennium abfuerit ab eo tempore,quo de vita eius cœpit dubitari.*
6 *Mortuus præſumitur ſenex,qui receſſit,& tandiù abſuit, quod ſi viueret expleret centum annorum ſpatium,& eo amplius.*
7 *Mortuum præſumi eum,de quo fit mentio in inſtrumēto cum aduerbio quondam,concurrente tamen fama.*

1 Sunt preterea qui exiſtimant† mortem probari iuramento, vbi agitur de leuiſſimo præiudicio,huius fuere ſniæ Dec.in l.vlt.nu. 28. in fi. C.de edict.diui. Adr. toll. & ibi etiam Zuccar. num.250. Aufrer.ad deci.312.Capel.Thol.Menoch.de adipiſc.

poſſ.

poſſ.remed.4.nu.671.Lanfr.in c.quoniam contra.tit.
de teſtib.nu.189. de probat.
Nec leuis eſt illa mortis probatio, quæ fit p diligẽ-
2 tiam† exploratorum miſſorum à iudice, qui facta in-
quiſitione, & inueſtigatione referunt illum in rebus
humanis non inueniri, & nuſquã eſſe, vt cenſuit Du-
rand.in ſuo trac.de arte teſtan.in tit.de acq.her.caut.
3 3.nu.3.eo enim ipſo, quòd quis non inuenitur† præſu-
mitur mortuus, ex ſnĩa Bal.in l.& ſi certum, §.ſi vnus
ad Sylla. Aufrer.ad decis.Capel.Tholoſ.312. Pet.de
Barb.inter conſ.inatum.conſ.25.nu.4.vol.1.& Cam-
peg.in tract.de teſtib.reg.350.verſ.10. per doctrinam
Bar.in ſuo tract.de teſti.nu.38.& 39.nam qui nuſquã
eſt, mortuus eſt, vt ex Ciceronis verbis ſatis apparet,
dum de morte ita loquitur in orat. pro Planc.quia iã
nuſquam ſunt, etſi videatur ſecus ſentire Anch.in c.
in præſentia,nu.3. de ſponſ. ſolet etiam ſæpenumero
4 mortis† probatio ſumi ex libris Rectorum eccleſia-
rum, in quibus deſcribi ſolent nomina mortuorum,
ſi extet conſuetudo, vt habeatur fides huiuſmodi li-
bris, & agatur de modico præiudicio, ita tenẽt Crau.
de antiq.temp.1.par.§.vidimus, & abundè, & vtiliter
de libro monaſterij in prin. per l.ſi quidem. C. ſolut.
matr.& Rebuff in tract.de reg.bapt.& ſepul. art. vlt.
at ſi de magno præiudicio ageretur, huiõi liber face
ret ſaltem aliquam præſumptionem: vt rogatus dixit
Imol.in conſ.110.in fi.& Crau.vbi ſupra ſicuti dictũ
vnius teſtis, quod deponit de morte alicuius, probat
etiam præſumptiue, ſecundũ gl.in.l.2.§. ſi dubitetur.
ff.quemadmo.teſtam. aper.Iaſ.in l. vlt. circa fi. C. de
ſacroſ.eccleſ.& Bal.in c.1.§.notandum, qui feud.da.
poſſ. & eundem Crau. vbi ſupra.
5 Huc accedit, quòd mors† etiam probetur, ſi fuerit
demonſtratum, quòd quis vagus, rixoſus, ac furioſus
abſuerit per quinquẽnium, ab eo tempore, quo de vi-
ta eius cœpit dubitari, ſi credimus ita tradenti Bar.in
ſuo trac.de teſtib.nu.39.quem refert Campeg.in ſuo
tract.de teſtib.reg.350.verſ.8.& num.352. & ſequitur
Alex.in conſ.4.col.5.verſ.fortius dicit. Bar.vol.2. cui
accedit Ceph.in conſ.65.nu.44. vol.1.
6 Huic probationi mortis† illa non eſt admodũ diſ-
ſimilis, cum quis iam ſenex receſſit, & tãdiu abſuerit
quod ſi viueret, expleret centum annorũ ſpatium, &
eo amplius, ſic Bar.in ſuo tract.de teſtib.nu. 38.& 39.
& ſequitur Campeg. in ſuo tract.de teſti.reg.350.ver.
7.& Aufrer. ad decis. Capel. Thol. decis. 112. Ruin.
quoq. in conſ.92.nu.10.vol.4.
7 Ad hęc probatur ẽt mors,† ſi de aliquo fiat mentio
in inſtrocum aduerbio, quondam, quia tunc (cõcur-
rente tamen fama) probatur mors, per ea, quæ obſer-
uauere ſcribentes in l.eius qui in prouincia. ff.ſi cert.
pet.& in l.ſi quidẽ.ff.ſolut.matr. ita ſenſit Bal.in cõſ.
407.col.3.verſ.tangitur, & quarto, vol.1.

CONCLVSIO MLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis probetur vulnera-
tum ex illatis vulneribus mortem oppe-
tijſſe.

SVMMARIVM.

1 Vulneratum præſumi mortuum ex illato vulnere, cum in-
tra biduum, triduumve receſſit.
2 Mortuum præſumitur animal ex morbo, quo laborabat
tempore venditionis, cum intra triduum poſt venditio-
nem moritur. Contr. nu.3.
4 Vulneratum præſumi mortuum ex vulnere, cum poſt octo
menſes, etiam intra annum perijt.
5 Vulneratum præſumi mortuum ex vulnere etiam ſequuta
morte poſt longum temporis ſpatiũ, cũ per totũ illud in-
teruallũ in dies morbus ex vulnere vehementius ingra-
ueſceret, & tandem ad eũ ferat, alias ſecus.
6 Vulneratus mortuuſvẽ ſit ex illato vulnere, an ex alia
ægritudine iudicis arbitrio relinqui, & nu.7.
8 Vulneratum præſumi mortuum ex vulneris magnitudi-
ne, & craſſitudine.
9 Vulneratum præſumi mortuum ex vulnere ob armorum,
quibus ille fuit cæſus, qualitatem, & quomodo.
10 Vulneratum præſumi mortuum ex vulnere ob illius dolo-
rem continuum atq; ſpaſmum.
11 Vulneratum non præſumi mortuum ex vulnere ob illius
dolorem continuum, aut ſpaſmum, cum vulnus per ſe
non erat lethale. Contr.nu.12.
13 Vulneratum præſumi mortuum ex qualitate loci vulne-
ris illati, & quomodo.
14 Vulneratum non præſumi mortuum ex illato vulnere,
quãdo ipſum vulneratum, vel eius cuſtodes, in duos
aliqua culpa, aut negligentia conferri poſſit.
15 Mortis multæ probationes in vnum adductæ.

Optimo rerũ vſu magiſtro docemur ali-
quando vulneratos prius interire,
quàm ex plagarum morbo euaſerint, ſiue is interitus
medicorũ inſcitia contingat, qui ſæpenumero impe-
riti vulneris grauitate non intellecta, pro ſalutaribus
mortifera conſcribunt, ſiue vulnerati culpa eueniat,
qui potionibus effuſis, & remedijs reiectis mortẽ ſibi
ipſe accelerat: hinc quærũt noſtri, qua ratione queat
probari vulneratũ ex illato vulnere ab hac vita mi-
graſſe. Et ex multis, quæ mox ſubijciemus cõiecturis,
1 illa primas ſibi vẽdicat,† cum intra biduum illud de-
ceſſerit, nõ verò poſt diuturnum tempus, cũ tunc ex
illo vulnere mors nõ præſumatur: ita grauiter & do-
ctè tradidit Accurſ.in l.vnica.C.de emenda. ſeru.cu-
ius doctrinam ſequuntur ibidem Cyn. Io. Fab. Bar.
Bal.& Lud.Bolognet.ſequuntur, & Bal.in conſ.328.
vol.2. dicens hoc argumentum à natura ſumi: nam ſi
vulneratus illico, veluti intra triduum mortuus fue-
rit, ipſa natura quodãmodo ipsũ eſſe mortuũ ex vul-
nere demonſtrat, & hoc idem adiuuat cõtext. in c.ad
audientiam,de homic.ibi, aliquandiù vixiſſet, quod
ẽt confirmauere Anch.in conſ.283.nu.3.per ea, quæ
ibi adducit Alb.in l.itẽ Mella, §. Celſus, ad l. Aquil.
Floria.in l.ita vulneratus. ff.ad l. Aquil. & Cepol.in
conſ.61.ver.item pp breuitatẽ temporis, & ſic intel-
ligitur tex.in c.ſi qua pœna. diſt. 50. ibi infrà certum
diem, & c.presbyterũ, de homic.ibi, poſt paucos dies
expiraſſet, vt quoq; refert Ant de Butr.in c.2.de cler.
percuſ. Frã.Rip.in tract.de peſte.fol.mihi 82.nu.135.
Iaſ.in l.ſecta,col.14.ff.ſi cert.pet.& Hipp.cõſ.7.nu.27.
& 31.vol.1.nec alio tendit tex.in c.cõtinebat,de ho-
mic.ibi, poſt dies octo expirauit, vt ẽt optimè expli-
cat Boſ.in ſua pract.crim.tit.de homic.nu.15.cũ ſeq.
Hęc cõcluſ.primo loco ampliãda eſt, vt nõ ſolum
2 procedat in hoĩe,† verũ ẽt in beſtia, & aĩali vendito, qđ
infrà triduũ poſt venditionẽ moritur, quia illa mors
præſumitur ex morbo, quo laborabat beſtia tpe vendi-
tionis vt author eſt Io. Andr.in addit. ad Spec.tit.de
emp.& vend.§.ſciendũ, verſ.& nota, ꝙ in vẽditione,
& ipsũ ſequitur Alex.in add.ad Bar.in d.l.ſi in rixa, in
vlt.add.ff.de Sicar.& ibidẽ Marſ.nu.65.& in l.ſtatuli-
ber,col.2.ff.de quæſt.& Io.de Imo. in l.ſi qs cũ aliter.
ff.de q.& Iac.de S.Georg.in l.paciſci,nu.4. ff. de pact.
3 At quod præſumatur† mortem animali contigiſſe
culpa, & negligentia cuſtodis, & paſtoris tenet Luc.
de Pen.in l.vlt.C.de erog. milit.annon.lib.12.
4 Eandem ſecũdo amplia,† et ſi vulneratus mortuus
fuerit ex longo interuallo, nempè poſt octo menſes,
quia præſumitur ẽt mors ex illo vulnere proueniſſe,
per tex.in d.c.2.de cler.perc.ibi, cum poſt octo mẽſes
deceſſerit.& ibi Abb & oẽs ſcribentes.& l.ait, §.1.ff.
ad leg.Aquil.vbi Bald. & Flor.col.1. verſ.item nota
text.

text. quinimò et ſi mors ſequatur infrà annum, præſumitur ſecuta ex illo vulnere, ſecundũ legem Lombardorum, vt in l. in omnib. de plag. & in l. ſi quis ſeruo alieno, & in l. non omnes plagæ, de plag. ſeru.

5 Intelligas huiuſmodi ampliationẽ † veram eſſe, quã per totũ illud lõgum interuallum in dies morbus ex vulnere vehementius ingraneſceret, & tandẽ deceſſerit: nam tunc mors præſumitur ex illo vulnere, vt teſtantur Abb. in d. c. 2. de cler. percuſſ. & Hipp. Marſ. in l. ſi in rixa. nu. 63. & ſeq. ff. de Sicar. vbi concludit, ꝙ data hmõi perſeuerantia de malo in peius nõ atteto ſpacio longioris tpis præſumatur mors ex illo vulnere: idẽ ſatis liquet ex his, quæ not. Boer. in d. deci. 323. nu. 12. vbi ex pſeuerantia vomitionis, & febris ab initio, ac aliorum, quæ vulnerato acciderunt, imminentẽ mortẽ præ ſe ferentiũ inducitur præſũptio mortis ex illato vulnere, & idẽ ſequitur Menoch. de arb. iud. caſ. 275. nu. 4. ſecus aũt, ſi intra illud ſpatiũ vulneratus viſus fuiſſet è lecto ſurgere, & cũ baculo p vias ingredi, ac alia, quæ ſani facere conſueuerunt, feciſſe: tunc enim ceſſat illa præſumptio, & mors præſumitur ex alio contigiſſe morbo, vt conſulti videre Bald. in d. conſ. 328. vol. 2. Cepol in alleg. conſ. 51. & Cor. in cõſ. 194. in prin. vol. 2. & Gomes. in reg. cancel. de infirm. reſignan. q. 11. verſ. ſed qa ex pdictis, vbi trimembrẽ facit diſtinctionẽ, idẽ tradunt Boer. in d. deciſ. 323. nu. 19. & Menoch. in eo. tract. de arb. ind. d. caſ. num. 9.

6 Verùm * cõi Doctorũ cõſenſu relinquitur arbitrio iudicis, † qui iudicare debeat, an mors ſequuta ſit ex vulnere illato, an ex alia ægritudine, vt cẽſuit Bar. in l. ſi in rixa, col. vlt. ff. de Sicar. quem refert, & ſequitur Cepol. in conſ. 40. col. 2. eiuſdẽ fuere ſñiæ plurimi ex noſtris, in primis Dec. in conſ. 415. nu. 7. Canon. in c. propoſuiſti, de prob. Boniſ. de Vital. in tract. crim. tit. de inſultat. & percuſ. num. 16. Soc. in conſ. 178. vol. 2. Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltra. n. 77. & in l. queſtionis modum. nu. 32. de quæſt. & in conſ. 7. nu. 28. Ant. de Butr. in c. 2. de cler. percuſſ. Boer. in deciſ. 223. ſub num. 11. verſ. & ideò ſi poſteà. Gram. in cõſ. 48. nu. 3. Menoch. de arb. iud. caſ. 275. in prin. Gomes. in reg. cancel. de infirm. reſignan. q. 11. verſ. ſed quia ex prædictis, in 2. memb. diſt. & Bal. in conſ. 328. vol. 2. vbi admonet Iudicem, vt cuncta debeat in vtranq; partem examinare, & adhibere medicos in arte peritos, & iuxta eorũ reſponſionem atq; conſultationem ita credendũ, & Boer. in eadem ſæpè citata deciſ. 323. nu. 21, atq; Menoch. de arbitr. iud. caſ. 275. nu. 11.

7 Verùm enim vero ſi medici † ipſi fuerint inter ſeſe diſſidentes, ſi vulnus fuerit magnũ, & in loco periculoſo, magis credendũ erit deponentibus, & referentibus, mortuum eſſe ex vulnere, quã negantibus, ſecundum Bal. in cap. 1. quibus modis feud. amit. quem ibi Card. Alex. ſequitur. col. 3. verſ. quæro vtrũ dominus, & Felinus in c. presbyterum, col. 1. ante fi. de homic. iſtud etiam volnere Cepol. in cõſ. 61. col. 3. verſ. circa tertium, nu. 13. & Boer. in d. deciſ. 323. ſub nu. 10. in fi. & ſub num. 24. Dec. in conſ. 415. nu. 3. & 4. & Boer. in alleg. deciſ. 325. nu. 24. verſ. & quãdo medici, vbi pluribus id corroborat.

8 Potiſſima eſt ẽt coniectura † ad præſumendum quẽ ex vulnere obijſſe, vulneris magnitudo, & craſſitudo, vt l. vulneris magnitudo. ff. de iniur. ſic reſpondere Bal. in conſ. 328. col. 2. ver. item vulneris magnitudo, vol. 2. & in conſ. 237. col. 1. verſ. ſed interdum vulnus. vol. 2. Ang. in conſ. 190. Menoch. de arb. iud. caſ. 275. nu. 5. & ante illum Boer. d. deciſ. 323. nu. 14.

9 Idẽ efficit armorũ qualitas, † quibus vulnus illatũ eſt: nam ſi tale fuiſſet inſtrũm, quod non conſueuiſſet leuem inferre plagam, vtique mors ex illato vulnere præſumeretur, vt in c. ſignificaſti, de homic. & ibi Fel. col. 4. verſ. nota ibi, ratione inſtrumenti, & verſ. nota, ibi, ratione partis. & l. 1. §. diuus, ibi, ſed & ſi claua, & ibi gl. in ver. percuſſerit. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & ibi Ang. & Marſ. idẽ ſenſere Bal. in conſ. 136. col. 1. vol. 2. & in conſ. 328. verſ. item & inſtrumentum, eo. vol. 2. Plac. in lib. 1. epit. delicto. c. 13. nu. 27. verſ. alia erit coniectura. Boer. deci. 323. nu. 15. & Menoch. de arb. iud. caſ. prædicto. 275. nu. 6.

10 Continuus præterea † ipſius vulnerati dolor in cã eſt, vt præſumatur illũ ex vulnere vita fuiſſe priuatũ, vt qa forſan pcuſſus fuerit in locis neruoſis, ex quib. prouenit ſpaſmus, & frequenter mors, vt inquit Bald. in ſæpè alleg. conſ. 328. colu. 2. verſ. itẽ an pp vulnus, vol. 2. ꝙ ſequit Menoch. de arb. iud. in d. caſ. 275. n. 7.

11 Limita hanc coniecturã, † præſumptionem vẽ non procedere, ſi vulnus non erat pſe lethale, quia licet ſuperueniat ſpaſmus, & ẽt moriatur, non præſumitur tamen mors ex eo ſequuta, ſed potius ex negligentia, aut imperitia medicorum, & non tenetur vulnerans de homicidio, ſed tãtum de vulnere, vt placuit Dec. in conſ. 415. nu. 9. & Bal. in c. 1. col. 3. verſ. ſextò quæritur, quib. mod. feud. amit. & Fel. in d. c. ſignificaſti, col. 4. verſ. conſidera vltra omnes, de homic. & Ang. in l. ſi quis in metallum, de pœn. ad quod alia adducit Boer. in alleg. deciſ. 323. nu. 7. & 16. ſic ſenſere cõſulendo Gram. in conſ. 2. nu. 9. & 10. & Cæpol. conſ. 61. & Soc. in conſ. 26. col. 2. & in conſ. 55. col. 3. vol. 1.

12 Dubitat tñ de hac limitatione † Menoch. in tract. de arb. ind. in alleg. caſ. 275. n. 7. ex eo, quia Spaſmus, febriſvè à vulnere oriatur, & propterea vulnus videatur cauſa mortis, & hanc partẽ videtur ſequi Gomes. in reg. cancel. de infirm. reſign. q. 11. ver. ſed quia ex prædictis, in 2. memb. diſtinctio. vbi voluit, quod etſi vulnus non ſit lethale, mors tamen ſit præſumẽda ex illo ſequuta: & qui dicit ex noua cauſa vulneratum eſſe mortuum, probare illud debere, & atteſtatẽ ita dominos Rotæ in quadam cauſa Compoſtellana coram ipſo Gomes. & R. P. D. Nic. tenuiſſe.

13 Mortis quoq; vulnerati † cõiectura ſumitẽ ex qualitate loci, nempe ſi percuſſio, aut vulnus ſit in capite, gula, pectore, & inteſtinis, quia mors præſumitur ex illo vulnere contigiſſe, teſte Bal. in d. conſ. 328. vol. 2. ꝙ approbant Soc. ſen. in conſ. 178. col. 1. verſ. ſecũdo adde, vol. 2. Menoch. de arb. iud. d. caſ. 275. num. 12. & idẽ corroboratur ex tex. in c. presbyterum, de homic. ibi, percuſſit in capite, ſic cenſuere Ang. in l. ſi quis in metallum, C. de pœn. Bal. in cap. 1. §. ad hæc, col. 4. de pa. iur. fir. Fel. in c. ſignificaſti, col. 4. verſ nota ibi, ratione partis, de homic. Cuma. cõſ. 134. viſis denũciationib. ſer. Antonij, in prin. & Corn. cõſ. 174. litera T. vol. 1. Soc. cõſ. 26. primo aſpectu, col. 1. ver. 2. eadẽ cõcluſio. vol. 2. ſecus aũt ſi in parte nõ periculoſa, nẽpè in natica, ꝗ recipit magna vulnera, vt ipſe Bald. inqt in alleg. cõſ. 328. vol. 2. & pbat Boer. d. deciſ. 323. n. 3.

Omnes ſupra traditæ coniecturæ poſſunt limitari ad hoc, ut uulnerãs, uel percutiens poſſit pęnã mortis
14 euadere, † qñ in ipſum uulneratum, uel eius cuſtodes medicoſvè aliqua culpa, negligentiavè cõferri poſſet, tunc enim non præſumeretur mors ex illato vulnere ſubſecuta vt multis exẽplis declarat Boer. ſæpè alleg. deciſ. 323. nu. 20. & Bal. in conſ. 328. col. 1. verſ. ſed pp culpã, vol. 2. & verſ. 136. col. 1. verſ. ſed certum eſſet, eo. vol. 2. ſic ẽt cõſuluere Ceph. cõſ. 28. col. pen. & conſ. 61. Soc. latè in conſ. 178. col. 2. & 3. vol. 2. Bologn. conſ. 5. col. 1. Marſ. conſ. 7. nu. 47. Alex. de Neuo inter conſ. crim. conſ. 87. col. vlt. Gram. conſ. 2. nu. 5. & 6. Plac. lib. 1. epi. crim. c. 13. nu. 27. Io. de Villemata in reper. l. 1. §. diuus, nu. 121. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & Menoch. in alleg. tract. de arb. iud. d. conſ. 275. nu. 10.

15 Probatur ẽt mors † pluribus alijs modis, vt ſi teſtis dicat ſe vidiſſe aliquem capite mutilatum, vel venas gulæ præciſas, & ſanguinẽ effundi, donec frigidus remaneret, & ſine ſenſu, vel ẽt, ꝙ illum tetigit, & inuenit abſq; aliquo motu, & abſq; emiſſione, vel retractione ſpiritus, vel dicat, quòd vidit aliquẽ animam dimittere, uel mori, uel ꝙ uidit illũ proijci in mare,

Digitized by Google

vel flumine, & corpus nunquam reuerſo, vel q vidit aliquem claudi in carcerẽ, vbi nil erat ei exhibitũ ad vitã, & ſimilia, de quibus latè tradit Bart. in ſuo tract. de teſt. nu. 38. vſq; ad nu. 41. incluſiuè, quem refert, & ſequitur Campeg. in tract. de teſt. in reg. 350.

CONCLVSIO MLXXIX.

ARGVMENTVM.

Quantoperè probet aſſertio moribundi in ipſo mortis articulo facta.

SVMMARIVM.

1 *Morti proximum non præſumi mentiri, nec eſſe immemorem ſalutis æternæ.*
2 *Morti proximum non præſumi ſemper verum dicere, nec illum eſſe Sanctum Io. Baptiſtam.*
3 *Morientis aſſertionem in ipſo mortis articulo factam probare contra lædentem, ſaltem ad indicium.*
4 *Contra confeſſionẽ morientis in articulo mortis factã de recepta pecunia ab aliquo non poſſe opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ a confitente, nec ab eius hæredib.*
5 *Morientis confeſſionem factam in articulo mortis in præiudicium tertij, ipſi tertio non præiudicare.*

1 **Morti** proximũ, ſiue moribundum † nõ præſumi mẽtiri, nec eſſe immemorẽ ſalutis æternæ, colligere eſt ex reſcripto Imper. Theod. & Valent. in l. vlt. C. ad leg. Iul. repetun. ſic reſponsũ eſt à Gramm. in conſ. 65. nu. 1. & in not. 3. nu. 4. & ſeq. idẽ voluit Care. in ſua praxi. §. circa quartũ, num. 122. & nu. 356. ita decidit, & Cacher. in deciſ. Pedem. 79. nu. 20. eiuſdem fuere ſñiæ Bal. in conſ. 25. vol. 1. Anch. in conſ. 157. viſa. Gram. in dec. 34. nu. 37. & Marſ. in cõſ. 109. col. pen. nu. 30. & 31. Gram. in deciſ. 42. nu. 10. & in dec. 46. nu. 12. Caſt in conſ. 201. incip. ad bene examinandũ dubia. & p Boer. in dec. 105. n. 6. Pet. Anch. in q. 55. nu. 7. par. 1. & Ceph. in conſ. 276. nu. 34. vol. 2.

2 Licet non præſumat † eſſe Sanctus Io. Baptiſta ſiue euangeliſta, & ſemper dicere verũ, vt verbis vtar Bal. in tit. de pace Conſtan. ver. Vaſalli, il 1. vt ẽt referunt Gram. deciſ. 42. ſub nu. 9. & in dec. 46. n. 12. Marſ. cõſ. 5. nu. 5. Menoch. in conſ. 29. nu. 70. & in tract. de arb. iud. caſ. 89. nu. 30. Oldr. conſ. 92. viſo diligenter. iterũ Marſ. in prac. §. reſtat. col. 2. nu. 12. & author additio. ad Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 4. ſub nu. 4.

3 Ex hac elicio cõcluſione aſſertionẽ † morientis, vel in articulo mortis conſtituti probare contra lędentẽ, ſaltẽ ad indicium, vt expreſsè tenet Ang. in l. ſi quis in graui, §. ſi quis mouẽs. ff. ad Syllauia. cũ cõſtitutus in hmõi ſtatu non præſumat mentiri, vt ait Bal. in cõſ. 25. incip. cauſas ſuper. col. 2. vol. 1. & referũt ẽt Marſ. in cõſ. 5. nu. 14. Brun. in trac. ſuo car. 3. in prin. & Soc. in cõſ. 54. col. pen. vol. 3. Ang. in tract. de malef. in gl. qui index ad probationem ſuæ inquiſitionis, colu. 2. verſ. verum tñ. Boſſ. in ſua pract. tit. de inquiſit. nu. 48. & Gram. dec. 42. nu. 7. & in deciſ. 41. nu. 11. cum ſeq.

Alterum, q ex eadem cõcluſione colligo axioma
4 eſt, quod licet cõtra confeſſionẽ alicuius † de recepta pecunia, ab aliquo poſſit opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ intra biẽnium, vt videre eſt ex toto tit. C. de non num. pec. & præſertim ex l. in contractibus: tñ contra confeſſionem huiuſmodi factam in articulo mortis, hæc exceptio non põt opponi nec à confitẽte, nec ab eius hæredibus ex ratione ſupra deducta, ita dixit gl. cuius doctrinam ſingularem putãt interpretes, in l. 1. in glo. vlt circa medium. C. de falſa cau. adiec. leg. quam gl. ibi plurimum commendat Bal. in 1. col. in fi. & in c. 1. ver. Vaſalli. de pac. Conſtan. & in c. literas, de præſump. idem facit Alex. in conſ. 45. incip. habita ſuper his. col. 4. vol. 1. huic documẽto optimè reſpondet, quod conſulendo ſcripſere Ang. in cõſ. 5. incip. viſis inſtr. & Ant. in c. ſi cautio. col. 4. de fid. inſtr. quibus in locis tradunt, quòd licet aliàs confeſſio ſine cauſa nõ valeat, vt l. 2. §. circa. ff. de dot. excep. fallit tamẽ, qñ facta fuit in articulo mortis, quia tunc valebit nec poterit reuocari, permoti ex relata Accurſ. doctrina, & quod idemmet tradidit in l. 1. in fi. in verſ. apud iudicem. ff. de interrog. actio. ſic item placuit Barb. in repet. rub. de fide inſtr. in 3. car. col. 3. Alex in conſ. 13. incip. ex his, quæ in themate, col. 4. vol. 2. & Cyn. in l. generaliter. C. de nõ num. pec. hoc idẽ adiuuãt ea, quæ retulit Cacher in deciſ. 7. nu. 21.

5 Ab his tamen omnibus excipio vnum, † q eſt, cum huiuſmodi cõfeſſio facta fuit in præiudicium tertij, illa etenim facta in articulo mortis non præiudicat ipſi tertio, vt apertè deciſum fuit ab Affl. in deci. 168. & ita ſenſit Bar. in l. ſi quis. §. ſi quis mon ẽs. ff. ad Syllania. quod latè proſequitur Menoch. in conſ. 30. nu. 44. & 68. vol. 1. ſed nihil eſt, quòd in confeſſionis materiæ explicatione nunc immorer, cum de ea, vt ſcitis, ſuo loco exactè fuerit actum.

CONCLVSIO MLXXX.

ARGVMENTVM.

Clauſula motus proprij, quomodo præſumatur, & probetur.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprij clauſula non præſumitur, & cur.*
2 *Motus proprius præſumitur ex conceſſione facta propter merita.*
3 *Motus proprius probatur ex clauſula ex certa ſcientia.*
4 *Motus proprij vim habere clauſulam, non obſtante.*
5 *Motus proprij vim habere geminatam conceſſionem.*
6 *Motus proprij vim non habere geminatam conceſſionẽ, quando in ſecunda conceſſione, ſeu reſcripto fieret de primo mentio, alias ſecus.*
7 *Motus proprij vim non habere geminatam conceſſionem in beneficialibus, vel priuilegijs.*
8 *Motu proprio præſumi eſſe factam reſeruationem.*
9 *Motus proprius præſumitur, vbi de eo conſtare poteſt per coniecturas veriſimiles, & quomodo.*
Contrar. nu. 10.
11 *Motus proprius an, & quando probetur per coniecturas, vide remiſſiuè.*
12 *Motu proprio præſumitur datum priuilegium clauſum in corpore iuris communis.*
Nec in huiuſmodi priuilegio habere locum retorcutionem, vt nu. 13. Quod limita, vt nu. 14.
15 *Motus proprius præſumitur ex cõceſſione facta ſub vniuerſitate.*
16 *Motum proprium probari, cum de eo expreſſe cautum eſt in ſcriptura gratiæ, ſeu conceſſione.*
Et huiuſmodi literas omnes effectus huiuſmodi clauſulæ motus proprij recipere, vt nu. 17.
Quod declara, vt nu. 18.
19 *Motum proprium adeo per expreſſionem in literis factam probari, vt non audiatur volens probare Pontificem ad partis petitionem conceſſiſſe.*
20 *Gratia an poſſit dici facta motu proprio, qñ cõceſſa eſt ad partis poſtulationem, licet in conceſſione appoſita fuerit clauſula motu proprio, & nu. 21. 22. & 23.*
24 *Motũ proprium probari per reformationem illius ſignaturæ ſolum per cõceſſum, vt petitur, vel ſimpliciter, modo prima ſupplicatio ſit ſignata motu proprio.*
25 *Motum propriũ per teſtes nõ poſſe probari. Et cur, nu. 26.*
27 *Motu propriũ probari p teſtes deponentes, ſe vidiſſe clauſulam motus pprij in literis, licet tunc non appareret.*

28 *Certam ſcientiam poſſe probari per teſtes.*
29 *Motus proprij ſcripturæ amiſſionẽ poſſe probari ꝑ teſtes.*
Quales eſſe debeant huiuſmodi teſtes, nu. 30.
Quomodo deponere debeant ijdem teſtes, vt concludenter probent, nu. 31.

1 **Motus** proprij, clauſulam † non præſumi, habemus in c. ſi motu proprio, de preb.
in 6. tradit Bart. in l. 1. C. de petitio. bono. ſublat. lib.
10. & in l. 1. C. de bon. vacant. eod. lib. & in auth. quas
actiones. C. de ſacroſ. eccl. & in l. quod fauore. C. de
leg. quod probanere Alex. in conſ. 112. nu. 2. viſa copia.
lib. 7. idem Alex. & Dec. in l. 3. ff. ꝙ quiſq; iur. atq;
Fel. in conſ. 31. nu. 16. continet enim in ſe negatiuam
non coarctatam, vt ait Franc. in d. c. ſi motu proprio,
nu. 8. & ibi gl. & operatur clauſulam plenitudinis potestatis,
vt per Fel. in c. cauſam quę. nu. 7. de teſtib. quę
non præſumitur, teſte Alex. in conſ. 10. nu. 6. vol. 7. &
per Fel. in c. cum inter. nu. 6. de excep.
Limitatur hæc cõcluſio pluribus modis, & primo,
2 vt non procedat, qñ conceſſio † eſſet facta pp merita,
tunc enim proprius motus præceſſiſſe præſumeretur,
vt voluit Gul. de Cun. in d. l. 3. & ibi Alb. Alex. Iaſ. &
Dec. hoc idẽ cõprobauit Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 56. ff.
de iuſt. & iur. atq; Fel. in d. c. cãm, ſecũdo. col. 4. de teſt.
3 Secundo loco velim limites, † qñ in conceſſione
adeſſet clauſula ex certa ſciẽtia, quæ habet vim clauſulæ
motus proprij, & ex ea probatur, iuxta ſnĩam gl.
in c. ſtatutum, in §. 1. in verb. literatũ, in fin. de reſcrip.
in 6. ad idem reſpondit Dec. in cõſ. 137. nu. 2. quod, &
placuit Fel. in c. nõnulli, col. 18. de reſcript. & alij plures,
vt Soc. in conſ. 3. nu. 11. vol. 3. Pariſ. conſ. 3. nu. 57.
lib. 3. Menoch. conſ. 2. nu. 330. & in conſ. 103. nu. 47.
immò eſt hęc clauſula ex certa ſciẽtia potentior motu
proprio, vt conſtat ex adductis per Mand. ad reg.
cancell. reg. 16. q. 15. nu. 2.
4 Tertiò poſſet idem dici de clauſula † non obſtante,
quã habere vim motus proprij dixit Abb. in c. 2. nu.
20. de immunit. eccleſ. vt etiam ſenſit Fel. in d. c. nonnulli,
col. 18 de reſcript.
5 Quartò limita, † qñ adeſſet geminata conceſſio, q̃
ẽt habet vim motus proprij, & eum probat teſte Bal.
in l. nec damnoſa, C. de preci. Impe. offeren. idẽ aſſeruere
Alex. Iaſ. & Dec. in d. l. 3. Rom. in l. ſi vero. §. de
viro. n. 56. ff. ſol. mat. Præpoſ. in c. ꝑ tuas, de diuor. huc
ſpectãt quæ ſcripſere Io. And. & alij in c. porrecta, de
cõfir. vti. vel inuti. Dec. cõſ. 33. nu. 2. Soc. cõſ. 3. nu. 11.
* vol. 3. Iaſ. in auth. quas actiones, vbi dicit * communẽ
opinionẽ. C. de ſacroſ. eccl. Pariſ. conſ. 9. nu. 21. vol. 3.
& idem Iaſ. in d. l. nec damnoſa. C. de precib. Imper.
offeren. vbi dicit notãdum, & ita in facto obtinuiſſe.
6 Id primum ſublimitabis locum habere, † qñ in ſecunda
conceſſione, ſeu reſcripto fieret de primo mẽtio,
aliàs geminatio nõ operaretur hunc effectũ motus
proprij, vt voluit Bal. in d. l. 2. C. de pet. bono. ſublat.
lib. 10. quod ſingulare dicit Iaſ. in d. l. nec damnoſa,
in fi. ſequitur Diaz. reg. 86. Principis ſecũda iuſſio.
7 Secundò poteris † ſublimitare dictum Bal. nõ procedere
in beneficialibus, vel priuilegijs, ita Fel. in d.
c. ſi quando, nu. 15. verſ. limitat, de reſcrip. & in c. cauſam
quæ nu. 9. verſ. decimo noto, de teſtib. quibus accedit
Dec. in d. l. 3. nu. 5. ff. quod quiſq; iur. qui etiam
videntur tenere in ijs tantũ, & non in alijs procedere
diſpoſitionem d. c. ſi motu proprio, tanquam nouam,
& rigoroſam, iuxta Rot. deci. 7. licet Rom. de reſcrip.
in nou. licet Fel. in d. c. ſi quando, ponderet Io. Andr.
ad Spec. de cau. poſſeſ. & proprieta. §. quia vero, verſi.
quid de colligantibus, additio. 3. velle, quòd habeat
locum etiam in non beneficialibus.
Limitatur quinto principalis concluſio non eſſe
8 veram in reſeruatione, † quæ ſemper pręſumitur facta
motu proprio, vt probat Aene. de Falc. in tract. reſeruat.
fol. mihi 47.

9 Sextò limitanda eſt concluſio, † vbi poſſet cõſtare
de motu proprio per cõiecturas veriſimiles, vt ſi gratia
facta eſſet abſenti, & ignoranti, adeò vt nõ ſit veriſimile,
immo videatur impoſſibile, quòd ipſe, vel
aliquis pro eo ſupplicauerit, ita deciſum fuit à Dominis
in Rot. dec. 27. licet Roman. de reſcrip. in nou.
10 In contrariam deſcendit † ſnĩam Dominic. à San.
Gemi. in d. c. ſi motu proprio. refert, & ſimpliciter ſequitur
Fel. in d. c. cãm quæ. nu. 9. verſ. 10. noto. Bal. in
c. cum adeo, ad fi. de reſcrip. eo quod fieri poſſit, quòd
ipſe rogauerit ſcriptis, vel alius ꝑ eo, vt ait Fel. in d. c.
ſi qñ num. 55. eo. tit. Franch. in d. c. ſi motu proprio. &
* hanc partem eſſe * cõem teſtatur Rebuf. in concorda.
in forma mandati apoſtolic. in vlt. effectu, verſ. 10.
11 An autem † & quãdo probetur motus proprius per
coniecturas, conſulas Mand. ad reg. cancellar. in 6. q.
reg. 16. nu 9.
12 Septimò limitabis concluſionẽ, † quando priuilegium
foret clauſum in corpore iuris communis, ſiue
ſtatutarij tunc enim dicitur datum motu proprio, vt
docent glo. & Barb. in d. auth. quas actiones, C. de ſacroſ.
eccl. idẽ Bart. in d. l. 1. ad finem. C. de reb. vacan.
lib. 10. & Fel. in d. c. ſi quando, nu. 15. de reſcript.
13 Infertur ex hoc, † vt in hmõi priuilegijs nõ habeat
locum retorcutio, vt aſſerunt Doctor. in d. auth. quas
actiones, & in d. l. 3. ff. quod quiſq; iur.
14 Quod tamen limito, † vt locũ ſibi nõ vendicet, qñ
priuilegiũ reſpiceret proceſſum litis, & nõ deciſionẽ
cauſæ, tunc enim retorquetur contra eum, cui cõceſſum
eſt, vt probat Bar. in l. vlt. C. de fruct. & lit. expen.
cui accedit Bald. in c. ſacramentum, §. in quibus, de
conſue. rec. feu. & ſequitur Alex. in d. l. 3. nu. 5. de quo
tamen videas ibi Dec. & ad illationẽ Staph. in tract.
de lite. gra. & iuſti. fol. mihi 68. nu. 24.
15 Octauò limitatur principalis concluſio, † qñ conceſſio
fuiſſet facta ſub vniuerſitate, vt veriſimile non
ſit, quòd omnes ſupplicationẽ porrexerint, vt qa cõceſſum
fuit priuilegiũ omnibus eccleſijs, vel vniuerſitati,
vt voluit Bal. in d. authen. quas actiones, & ibi
Iaſ. atq; Dec. in d. l. 3. nu. 7. & ibi Alex. & Iaſ. Fel. etiã
d. c. ſi quando, nu. 15. & in d. c. cauſam quæ. de teſt.
Ex ſuperioribus declarationibus vidimus pluribus
modis probari motum proprium præſumptiuè, nunc
videamus quomodo vere probetur. Et receptum eſt,
16 vere motum proprium probari, † cum de eo expreſsè
cautum eſt in ſcriptura gratiæ, ſeu conceſſionis, vt dr̃
in d. c. ſi motu proprio, ad fi. & ibi Gemi. & Fran. poſt
gl. idem deciditur Bellam. deciſ. 746. col. vlt. verſ. & poteſt
reſponderi. & Domini Rot. in deci. 489. in nouiſ.
Sarnen. ad reg. cãcell. reg. de anna. quæſt. 10. Mandoſ.
ad dictas reg. reg. 16. & probant Doct. ſupra citati in
ſuperiori concluſio.
17 Elicio ex hac concluſione † hmõi literas oẽs effectus
hmõi clauſulę motus proprij recipere, de quibus
per Staph. in d. tract. de lite. gra. & iuſti. fol. mihi 66. &
per Rebuff. in concordant. in forma mãdari, & inter
alios proximè magis ad probationis materiam, credi
propterea aſſertioni PP. in eis factę, & de facto alieno
tradunt Lapus, & Anchar. & Zabar. 10. q. in clem. 1.
* de probatio. & idem Lapus allegatio. 7. in fi. & * communem
opinionem eſſe teſtatur Alex. in conſ. 112.
viſa. poſt nu. 2. vol. 7. voluit Soc. in conſ. 266. nu. 27.
lib. 2. ad idem reſpondere Curt. iun. cõſ. 61. nu. 13. vbi
* dicit * cõem Corn. conſ. 239. col. vlt. in litera A. vol. 1.
Aret. conſ. 23. col. 3. verſ. eſt enim ſciendũ, atq; Grau.
de antiq. temp. par. 1. verſ. circa primum. nu. 10.
18 Declaratur tñ hæc illatio, † vt cõtra hanc atteſtationem
de alieno facto motu proprio factam admittatur
probatio, vt declarat Staph. d. tract. de lite. gra.
& iuſti. fol. 71. nu. 55. ſequitur Gabr. in ſuis concluſ. de
prob. concl. 3. nu. 61. quod tñ non admittitur quoad
clauſulã ipſam motus proprij, vt ſtatim uidebimus.
19 Ampliatur adeò ꝑ expreſſionem † in literis proba-

ri hanc clauſulā motus proprij, vt nō audiatur, volēs probare Pontificem ad partis petitionem cōceſſiſſe, quia hoc eſſet arguere ipſum mēdacij, vt ait Io. And. in additio. ad gl. in d. c. ſi motu proprio, & ibidē Fran. Rebuff. in praxi beneficiaria, tit. de clauſ. mādato, nu. 23. fol. 79. narrata. num. ſummi Pontificis, ſuper quib. gratia, vel eius voluntas fundatur, excludunt de iure loquēdo cōtrariā probationē, & plena fides adhibetꝰ tali gratię, vt patet, ex clem. literis noſtris, de prob. vbi videas, quę not. gl. in verb. feciſſe narramus, & ibi ſcribētes in primis car. quos ſequiť Io. Dayma. in cōcordan. inter Leon. 10. & Frāciſ. reg. Fran. tit. de elec. reg. ad præl. nomina. ver. ex certa ſcientia, fol. mihi 169.

20 Subamplia, † vt ſi admitteretur hęc ꝓbatio in contrarium, nō afferret quicquam emolumenti, quia pōt eſſe petitio partis, & tñ Papa motu ꝓprio conceſſerit, nulla habita ratione ad partis petitionem, iuxta ſniam Bal. in c. niſi ſpectabili, nu. 4. de offic. leg. quē ſequitur Cur. ſen. conſ. 66. ſuper præmiſſis, col. 6. ver. cōfirmaꝰ. Dec. in d. l. 3. nu. 3. & in c. ex parte, de reſcrip. nu. 5. & in conſ. 51. & pro tenui. col. 2. & in conſ. 341. num. 4. Gomez. ad reg. cancel. reg. de impet. benef. viuēt. q. 1. ver. nec obſtat. Cag. in l. qui cū alio. in fi. ff. de reg. iur. Dec. in c. cum M. Ferrarien. verſ. ſed adde de conſtit. Menoch. de arb. iud. lib. 3. cent. 2. caſ. 201. nu. 79.

21 Contrariū ſenſiſſe videtur † Soc. iun. in conſ. 77. nu. 98. lib. 1. dū ait gratiam non poſſe dici motu proprio conceſſam pp partis poſtulationem, licet in conceſſione appoſita fuerit clauſula motu proprio, & ꝓbauit Pariſ. in conſ. 79. nu. 23. vol. 4. qui dicit motū proprium procuratum non operari. Soc. iun. ſequitur Menoch. in conſ. nnu. 430. & in conſ. 103. nu. 82. licet improbet in loco ſuprà in contrarium adducto.

* Priori ſniæ, * quæ cōiter à noſtris recipitur, adhærē-

22 do, hic primo limitabis, † vt nō procedat, qñ in eadē diſpenſatione, & ſcriptura princeps ipſe aſſereret id feciſſe ad partis inſtantiam: nam tūc licet eſſet adiecta clauſula motus proprii, nihil tamen operaretur, vt reſponſum eſt à Ruin. in conſ. 41. nu. 14. 15. vol. 1.

23 Secundo loco limita, † qñ aliàs Princeps non conceſſiſſet niſi pars ſupplicationē dediſſet, quia tali caſu dicitur gratia facta ad poſtulationem partis, licet in ſignatura diceret motu proprio, vt ſcribit Dec. in d. c. cum M. Ferrarienſ. col. 10. verſ. non obſtat, quem tamen reprobat Sarnen. in d. reg. de anna. q. 10. nu. 8.

24 Ad hæc ſecūdò ampliabis, † vt probeť ēt motus ꝓprius per reformationē illius ſignaturæ ſolùm ꝑ conceſſum, vt petiť, vel ſimpliciter, modo prima ſupplicatio ſit ſignata motu proprio, intelligetur enim tūc illa reformatio, & ſecūda cōceſſio ēt motu ꝓprio, licet expreſſū non fuerit, vt author eſt Rebuf. in prax. benef. tit. de reform. & correc. bullę. nu. 9. ea adductus ratione, quia fit relatio ad primam, ſiū quam vltima intelligetur, iuxta l. aſſe toto. ff. de hæred. inſt.

25 Amplia tertiò adeò procedere, † vt per ſolā expreſſionē in literis poſſit ꝓbari motus ꝓprius, vt ꝑ teſtes

* non poſſitata ſenſit gl. vlt. * cōiter approbata in d. c. ſi motu ꝓprio, & ibi Doc. & Alex. ac Iaſ. Dec. & alij in d. l. 3. hoc idē confirmauere Domini in deciſ. 7. de reſcript. in no. Bellam. deciſ. 746. & iidē Domini Rot. in deciſ. 9. in antiq. Alex. in conſ. 107. videretur, volu. 7. Vitāl. Camba. in trac. clauſ. in clauſ. motu proprio.

26 Huius ampliationis rō eſt, † ꝗpè, quia motus proprius includit in ſe negatiuā nō coarctatā, ꝙ ſ. nullus ſuper hoc porrexit Pont. Max. ſupplicationē, vt patet ex d. c. ſi motu proprio, & talis negatiua cū nō ſit coarctata impoſſibilis eſt ad probandū l. actor, quod aſſeuerat. C. de prob. c. quoniam cōtra falſam. de prob. c. bonæ memoriæ. il 1. vbi vide not. per gl. in verb. per rerum naturā. de elect. & l. 2. cum gl. ff. de prob. quam rationem in propoſito noſtro afferunt Domini Rot. in dec. 332. aliàs 7. de reſcrip. in nou. & Gem. & Fran. in d. c. ſi motu proprio. in vlt. gloſ. & Barb. in clem. 2. col. 21. & 22. de reſcrip. & in c. nonnulli. col. 6. verſ. nā ille, qui allegat. de reſcrip. & Fel. in c. cum inter priorem. col. 2. de exceptio. atq. Staphil. in d. tract. de lite. gra. & iuſti. fol. 64. nu. 12. & Io Dayma. in cōcor. inter Leon. 10. & regem Franciæ. tit. de elect. reg. ad prelatu. nomina. in ver. ex certa ſciētia. fol. mihi 159. cum ſeq. vbi materiam hanc egregiè declarat.

Declarabis primo hanc ampliationem procedere

27 † qñ clauſula motus proprii non fuit à principio in ſcriptis redacta, & volūt teſtes probare, quod fuit expreſſa, ſecus ſi teſtes deponerent, quod viderunt clauſulam motus proprij in literis, licet tunc non apparet, vel errore, vel alia cauſa omiſſa: vt aſſerit Fran. d. c. ſi motu proprio. col. pen. verſ. nec obſtat gl. hic.

28 Secundò declaratur, quod licet ꝑ teſtes † non poſſit probari motus proprius, poterit tamen probari certa ſcientia, ex qua, vt diximus ſuprà, reſultat motus proprij effectus, vt dixere Domini Rot. d. deciſ. 27. de reſcrip. in nou. per Fel. in c. cum inter. nu. 4. de excep. &

** eſt magis communis ** opinio, vt diximus ſuprà lib. 1. in concl. certa ſcientia. 282. num. 15. de qua re latè diſſerit idem Io. Dayma. vbi ſuprà, fol. mihi 161. verſ. videamus ad Dei laudem, quæ certa ſcientia (quod ei addi poteſt) ex tempore quadraginta annorum præſumitur, cum illud tempus illi clauſulæ æquipolleat, teſte Alex. conſ. 30. nu. 10. vol. 5. quem ſequitur Alba in conſ. 62. nu. 41.

29 Tertiò velim declares, † ꝙ licet motus proprij clauſula ſit probanda per ſcripturam, non per teſtes, tamē ſi ſcriptura ſemel interuenerit, & fuerit amiſſa, poterit tūc illa clauſula teſtibus probari, ita docet Philip. Franc. in d. c. ſi motu proprio. col. vlt. de præb. lib. 6. ꝑ c. cum olim. il 1. verſ. nos vero, de priuileg. & per illū tex. not. Abb. ibidē not. 3. ꝙ licet ſcriptura ſit de ſubſtantia gratiæ apoſtolicæ quoad probationē, quia nō poteſt probari niſi per ſcripturam, tamen ſi ſcriptura, quæ interuenit, ſit amiſſa, poteſt probari per teſtes, q ſcripturam viderūt, ſecundum ipſum ibi, & iſtud eſt, quod voluit Io. de Plat. in l. probatorias. col. vlt. C. de diuerſ. offic. & appa. iud. lib. 12. vbi ait, quod ſi qs amiſerit literas principis approbatorias, & velit probare amiſſionem per teſtes, ſit audiendus, allegat inter cætera d. c. cum olim. & ad hoc etiam ſolet allegari cōtext. in l. teſtium. verſ. ſin vero facta. vbi vide not. per Alb. Bal. & Sal. C. de teſtib. & illum text. dixit ſingularem Abb. in c. ſicut. col. vlt. de probatio. ad hoc ſcilicet, ꝙ in caſu, in quo ſolutio debet ſcriptura probari, ea deperdita poterit teſtibus probari, & hoc probato, quod interuenerit ſcriptura, & probato eius tenore, perindè habebitur, ac ſi ſcriptura appareret, ſecundum Bar. in l. 2. §. diuus. il 1. circa fin. ff. de iur. fiſci. & Philip. Fran. in d. c. ſi motu proprio. col. vlt. & ad hoc citat Bal. & Ang. in l. edicto. C. de edict. diu. Adr. tollen. & hoc idem plurib. confirmat idem Io. Daym. vbi ſuprà, fol. mihi 160.

30 Tertiam hāc declarationem intelliges, † quod vbi teſtes admitterentur ad probandum literas fuiſſe deſcriptas, & inſertam fuiſſe in illis clauſulam motus proprij, quoad probandum amiſſionem illarū oporteret teſtes eſſe idoneos, vt dicit Philip. Franc. in d. c. ſi motu proprio, col. vlt.

31 Præterea eandē intelligere poteris, † quod ad hoc, vt teſtes ſuper hoc producti fidem faciant, deponere debeant, ſe vidiſſe tales literas, & quod in illis erat inſerta clauſula motus proprij, & vt teſtificenť de amiſſione originalis ſcripturæ, requiritur, vt tales teſtes ſint periti, vt ſunt aduocati, iuris periti, uires clauſularū agnoſcentes, prout in ſimili tales teſtes expoſcit Bar. in d. l. 2. §. diuus. il 1. col. 2. in ii. ff. de iur. fiſci. & in auth. ſi quis in aliquo. uerſ. quarto quid ſi ſint plures teſtes, & ibi Iaſ. col. 3. C. de eden. quos referēdo ſequitur idem Io. Dayma. ubi ſuprà fol. mihi 160. ubi nonnulla alia de hac materia, quem uideas.

CON-

CONCLVSIO MLXXXI.

ARGVMENTVM.

Permulta mulieribus eſſe condonata, ob ſexus fragilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum infirma natura quanta ſit.*
2 *Mulieres cum quid faciunt ſine cauſa, vel iniuſta, præſumuntur ex ſimplicitate, & fragilitate id facere.*
3 *Mulieres virorum ſeductionibus præſumuntur non ſolū decipi, ſed etiam propria negligere iura.*
4 *Mulier ſeducta præſumitur à viro in dubio, etiam quoad pœnam.*
5 *Mulier ſeducta non præſumitur à viro, quando in actu iuramentum interuenit.*
6 *Mulier ſeducta præſumitur à viro ex magna læſione, etiamſi iuramentum interuenerit.*
7 *Mulier cum iuramento renuncians bonis paternis, & maternis propter dotem data enormi læſione poteſt contrauenire. Contrar. nu. 8. Concil. nu. 9.*
Quia in enarrãdis probationibus, quæ ad notitiã cuiuſque rei ſingularis pertinent, lõgiori, quam par eſſet, oratione, foret opus, breuitati ſtudens, generales tantum regulas ſubijciam, ex quibus particularia quæq; determinari poterunt, arg. eorum quæ traduntur in l. 1. ff. de reg. iur.

1 Primò igitur regulariter præſumitur notitia † eorũ quæ fiunt in loco, quem quis ſolitus eſt frequentare leg. fi. ff. de decre. ab ord. fac. vbi glo. Alexan. conſi. 81. col. 2. poſt med. lib. 4. Caſt. conſi. 424. incip. ad primũ quęſitũ, col. 2. lib. 2. Crauet. conſ. 168. nu. 6. c. quoſdam capi. quanto de præſump. c. cum dilectus, primo & ibi not. de purgat. canon. l. ſi vicinis. C. de nupt.

2 Secũdo præſumitur notitia eorum, † de quibus eſt publica vox, & fama, Aym. conſi. 57. nu. 10. ex contex. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. capit. 1. de poſtul. pręlat. ad idẽ glo. in l. ſi tutor. C. de peric. tut. l. ſed & ſi §. proſcribere, ff. de inſtit. cap. innotuit de elect. c. ſi vero de ſenten. excommun. Barto. in l. is poteſt col. 3. ff. de acquir. hęred. in l. ſi cui. §. iiſdem. col. 1. de accuſat. Alexan. conſi. 36. colum. 2. volum. 1. cõſi. 187. colum. 3. volum. 2. conſi. 199. colum. 2. eodem volum. Dec. in c. 1. not. 17. de poſtul. prelat. Deciſ. Neap. 69. nu. 18. in non. Fel. in ca. de his. colum. pen. de accuſa. Bart. in l. Celſus, & ibi Balb. nu. 80. ff. de vſucap. Aret. cõſi. 15. colum. fin. Ang. conſi. 160. circa finem. Rny. cõſi. 51. colum. 2. volu. 5. Iaſ. conſi. 150. nu. 4. vol. 4. Marſ. in l. de minore. §. plurimum, col. 16. ff. de quæſt.

3 Hoc tamen temperandum eſt, nõ † habere locum in infirmo, & abſẽte, vt docuit Barto. in d. l. is poteſt. col. 6. verſ. venio ad alias qualitates. ff. de acquirẽ. hęred. quem refert Bonacoſ. in tract. præſump. par. 2. fol. 192. in verſ. infirmus non præſumitur. facit cap. cũ in tua, & ibi Abb. Anto. de But. & alij, qui matrimo. accuſ. poſ. Barb. conſi. 18. col. 2. vol. 3. Iaſ. in d. l. is poteſt, nu. 63. & ibi Rom. Alex. cõſ. 82. col. 3. verſ. & ſufficit, vol. 3. Anan. conſi. 70. in fi. Gramm. deciſ. 36. nu. 23.

4 Tertiò loco regulariter notitia præſumit̃ † ex qualitate facti, nimirum, ſi ſit huiuſmodi quod in notitiã cadat à cõmuniter accidentibus, vnde hæres præſumitur notitiã habere facti ardui, & grauis defuncti, prout dixit Abb. in conſ. 3. quæſt. 16. lib. 2. quem ſequitur Crau. conſ. 168. nu. 5. per c. quanto, de translat. prælat. & ita notitiam ex qualitate facti arguit cõſ. 268. ad fi. li. 4. Alex. in l. peregrè, verſ. tertio fallit. ff. de acq. poſſ. Fely. in c. illorum, col. 2. verſ. vlt. not. de ſent. excommuni. Gnid. Pap. q. 127. & ideo inquit Rom. in conſ. 481. col. 2. verſ. 2. quia præſumendũ, quod dñs præſumitur certioratus à ſuo procuratore de facto graui, & notabili idem voluit Abb. in cõſ. 18. col. pen. in verſ. 3. dixi, vol. 2. Gabr. de reg. iur. concluſ. 5. nu. 33.

Quæ eouſq; procedunt, vt ad hunc effectum, nec obſtet temporis longinquitas, vt per Alex. Fel. Guid. Pap. præcit. locis.

5 Quartò regulariter ex iuramento † ſuper actu interpoſito præſumitur notitia actus, & qualitatis eiuſdem, Marc. Anto. Baue. in tract. de iureiurando, nu. 26. verſ. 14.

6 Quintò pręſumitur notitia eorum, † quę publicè, & ſolemniter fiunt, c. fin. qui matrim. accuſ. c. qđ dicitis. 16. diſtinc. l. ſi filium. C. de lib. cau. Gramm. deciſ. 36. nu. 14. cum plurib. ſeq. Iaſ. conſ. 106. col. fi. vol. 1. & latius in conſ. 46. col. 3. vol. 3.

7 Hinc infertur 1. † præſumi notitiam legis promulgatę, & publicatę, glo. in c. propoſuiſti in verſ. non ꝓbetur. 82. diſtinct. in cap. 2. de conſtit. Alb. in conſil. 35. col. 1. vol. 1. Afflict. ſuper conſtit. fol. 46. alias, ſub rub. de arm. depon. nu. 4. Abb. in cap. paſtoralis. col. 1. in fin. de fide inſtrum. Dec. in cap. ad hæc, colu. 5. de poſtulat. prælat. Sal. in l. ſenatus, in fi. C. de his, qui ſibi aſcrib. Card. conſ. 19. qui exemplificat illationem in edicto ordinarij publicato.

8 Infertur etiam præſumi notitiam † banni publicati, Roffred. de libel. ſuper tit. ſi quis iuſdic. non obtemp. col. 3. Afflict. d. tit. de arm. depo. nu. 4. Bald. in l. doli mali. ff. de nouis. Spec. ti. de cõſtit. verſ. qđ ſi extraneus Caccialup. in l. cunctos populos. col. 69. C. de ſumm. Trinit. & fid. Catho. But. in c. à nobis, de ſent. excom. Iaſ. conſ. 46. vol. 3. Gram. d. deciſ. 36. nu. 14. & 15.

9 Demum deducitur præſumi † notitiam ſtatutorũ, quæ publica ſunt, & omnibus patẽt. Bald. in l. lege. in prin. C. de leg. Bar. in repet. l. quod Nerua. col. 6. ff. de poſ. Alex. conſ. 65. col. pen. vol. 6. Pariſ. conſ. 49. col. 5. volum. 1. Rip. reſp. 20. col. pen. in prin. vol. 1.

10 Quod procedit etiã † in muliere, & ruſtico, vt conſuluit Alex. d. conſi. 65. nu. 37. per l. fin. cum glo. ff. de decret. ab ord. facien. Item nedum in hominibus loci illius, cuius ſunt ſtatuta, ſed etiam in forenſibus, poſt aliquam moram, in illo loco, Bald. in l. 1. col. 12. verſ. circa maleficium. C de ſum. Trinit. Anch. in c. 1. de conſtitu. col. 56. But. in c. 2. col. pen. de conſtit.

11 Hæc tamen quinta reg. locũ habet, dummodo ea, quę publicè fiũt, & ſolemniter, fuerint facta in his locis, in quibus talia publicè fieri sũt ſolita, quæ limitatio erit pro concordia eorum, quę cõtra regulam adducit glo. in cap. fin. 16. diſtinct. vt videtur conciliare Præp. ibi, quem ſeq. Gramm. in d. deciſ. 36. nu. 22.

Nec etiam regularis hęc determinatio ad abſentes
12 extendetur, † Abb. in c. cum in tua nu. 2. qui matrim. accuſ. Rol. à Val. conſ. 9. nu. 43. vol. 5.

13 Sexto loco regula cõſtitui poteſt, † vt notorij notitia prę̃ſumatur, ꝙ notatur in l. omnes. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & conſulendo tradit Alex. in conſi. 81. col. pen. verſ. confirmatur, vol. 4. & in conſi. 94. colu. pen. volum. 5. Abb. in conſ. 100. col. 2. volum. 1. Iaſ. in l. Titius. § Lucius, colum. 2. in fin. ff. de libe. & poſth. Ruyn. conſi. 41. col. 2. volum. 5. Gab. de regul. iur. cõcluſ. 5. nu. 18. ſi notitia præſumitur notorię, & generalis cõſuetudinis. Bald. in rub. de conſuet. rec. feu. Fel. in c. 1. amplia. 3. col. 2. de re iudic. Ioan. de Sel. de beneſic. 3. par. q. 12. Pariſ. conſi. 44. col. fin. vol. 4. Iaſ. in l. prę̃ſcrip. col. 2. C. ſi contra ius vel vtilit. pub. Felyn. in cap. fin. colum. 1. de iudic. & in cap. ſuper literis, col. 7. de reſcript. Barto. in extra. ad reper. in verſicu. non obſtantibus, in fin.

14 Ad hæc 7. loco † præſumitur notitia illorũ, quæ publicè nõ ignorãtur, glo. in l. ſi tutor. in verſ. oſtenderis, ibi vel publicè ſciebat. C. de peric. tut. vbi Bart. Dyn. in reg. ignorantia, in fin. de regu. iur. in 6. Dominic. in c. quod diximus, diſtinct. 28. Barto. in l. abſenti, col. 2. ff de donat. Iaſ. in d. l. is poteſt. col. 12. ff. de acquiren. hęred. in conſi. 46. col. 3. volum. 3. Socyn. iun. conſi. 31. colum. 8. vol. 2. Grammat. deciſ. 35. nu. 15. Innoc. in cap. 1. de poſtul. præl. Bald. in margar. in verb. decreta. & in d. l. ſi tutor, & in capit. quoniam contra. §. 1. vt lit. non conteſta. glo. in clem. 1. de ſepul. in verſi. publicè Dec. in capit. cognoſcentes, in fin. de conſtit. Iaſ. in conſ. 160. nu. 4. volum. 4.

15 Octauò regulariter † præſumitur notitia eorũ, quæ quis inquirere tenet̃, glo. in c. præſumitur, de reg. iur. in 6. Arch. in c. propoſuiſti 82. diſtinct. plures adducit Gab. & ibi declarat. d. concluſ. 5. nu. 31.

16 Nonò ſocius præſumitur † habere notitiam illorum, quæ ſpectant ad ſocium, cum quo conſueuit vti familiariter, per not. in c. poſtquam, de elect. & conſuluit Bald. conſi. 285. Petr. Lomb. colu. 1. lib. 3. & alios adducit Crauet. conſi. 168. nu. 6.

17 Decimò in eo, qui eſt eiuſdem † patriæ præſumitur notitia qualitatis compatriotæ, conditionis, & aliorum, vt per Crauet. d. conſi. 268. nu. 6. quod tamen arbitror procedere in parua vniuerſitate.

18 Vndecimò. reg. erit † præſumi notitiam quantitatis proprij patrimonij, glo. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. & plures adducit Gabri. à quo, & ſumi poſſunt declarationes d. concl. 5. nu. 25.

19 Demũ 2. loco regulariter † præſumitur notitia factorum

ctorum nobilium. quod adnot. Tiraq. qui plures congerit de nobilit. c. 37. nu. 110.

Obſeruandum tamen eſt, hanc regulam, & plures
20 ex ſuperioribus non procedere † in furioſis, nec in cõſtitutis in ætate minori, qui ex eorum captu ad hæc aduertere non potuerunt, vt per Gramm. dec. 36. nu. 23. qui teſtes laudat Alex. conſ. 82. vol. 3. & Ioan. de Anan. conſ. 70. in fine.

Cætera quæ magis ſpecialiter ad iſtam materiam pertinere videntur, ex concluſionibus ignorantia, & ſcientia, aptius colligi poterunt.

CONCLVSIO MCVI.

ARGVMENTVM.

Notorij diuiſiones tradũtur, definitio notorij, quod eſt facti expẽditur, & ex quibus iſtud inducatur & probetur, examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Notorium æquiuocè referri ad manifeſtum, euidens, publicum, indubitatum, & liquidum.*
2 *Notorij diuiſio.*
3 *Notorium in genere quid ſit.*
4 *Notorium facti, quid ſit.*
5 *Notorium eſſe probationem probatam.*
6 *Notorium non eſſe propriam probationis ſpeciem.*
7 *Notorium non recipere dubitationem & negationem dubiam non effici.*
8 *Notorium non recipere dubitationem, etiamſi allegarẽtur aliquæ circũſtantiæ delictum excuſantes.*
Contrar. nu. 9. *Conciliatio, nu.* 11.
10 *Delictum non poſſe dici notorium, niſi prius fuerit ſuper eo cognitum & per iudicem declaratum reo citato.*
12 *Notorium dubium reddi, ſi negetur qualitas ipſius notorij, ſecus ſi factum tantum, & non qualitas facti.*
13 *Notorium facti vt inducatur requiritur euidentia rei.*
14 *Notorium facti interpellati vt inducatur, requiritur euidentia rei.*
15 *Notorium facti tranſeuntis vt inducantur, requiritur euidentia rei.*
16 *Notorium ad inducendum non ſimplex euidentia facti ſufficit, ſed præterea requiritur, quod in publico fiat, & multitudini hominum ſit euidens.*
17 *Notorium ad inducendũ quot hominum ſcientia requiratũ, cùm inter iuris interpretes magna ſit diſſenſio, id iudicis arbitrio relinquere probabilius eſſe, vt & nu.* 18.
19 *Notorium facti vt inducatur, requiritur ſcientia certa, nec ſufficit teſtimonium de auditu.*
20 *Notorium non induci, nec probari per famam.*
Contrar. nu. 21. *Conciliatio, nu.* 22.
23 *Notorium facti de longinquo tempore, vel de longinquo loco probari per teſtem reddentem cauſam per famam, ſecus in facto recenti.*
24 *Illud, quod eſt facti momentanei tranſire in notorium.*

1 Notorium æquiuocè † referri ad manifeſtũ, euidẽs, publicũ, notũ, indubitatum & liquidum, author eſt Ant. de Butr. in tracta. de not. art. 1. nu. 13. & in c. veſtra, col. 20. de cohabit. cler. & mul. quem refert Nic. Mil. in reper. verſ. notorium ſumitur, ſequitur Lancellot. Corad. de off. prætor. in cau. crim. li. 1. c. 9. §. 3. num. 7. nos autem hic de notorio ſtricto magis agimus, quod tñ non vno modo in iure noſtro accipi ſolere tradit latè Menoc. in tracta. de arbi. iud. li. 2. cent. 2. caſu 166. & poſt eum Alphonſ. Hoieda, in tract. de benef. incõpatibili. par.
2 1. c. 13. nu. 73. hoc aũt notoriũ, † ꝙ probatio probata dr̃, aut eſt facti, aut iuris, facti rurſus, aut permanentis,
aut interpollati, aut momentanei: iuris itẽ, aut probationis, & fidei, aut diſpoſitionis, aut p̃ſumptionis ſeu
fictionis, vt per Ant. à Butr. in d. c. veſtra, 19. col. quẽ
refert Mil. in reper. verſ. notoriũ nihil aliud eſt, Capr.
in tract. de notorio in 1. memb. in prin. idem Anto. in
ſimili tract. de notorio. art. 1. & art. 2. vbi vniuſcuiuſq;
notorij definitionẽ, & exempla proſequit̃, & definit
3 primo notoriũ in genere eſſe † probationem indubi-
4 tatã & finitã, nulla diſcuſſione egẽtem, facti aũt † notorium finitã & cõiter indubitatam, probationẽ immediatam ex natura facti, vel rei continuę, vel interpolatæ, aut momentaneæ, ſe oculis hominũ aut maioris partis ita exhibentem, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut negari, vtpotè, cuius vniuerſus populus aut maior pars, eius teſtis eſſe poſſit: q̃ definitionẽ dicit Ant. d. art. 1. nu. 3. ſumpſiſſe ex pontificijs conſtitutionibus, in c. dilectus, de purg. cano. c. fi. de cohab. cleri. & mul. c. de manifeſta, 2. q. 1. & ex doctr. Archi. in ca. Romana, §. ſin autem, in verſ. notorio, lib. 6. de appellat. vbi teſtatur notorium dici, cuius populus eſt teſtis, vel maior pars illius, & in c. 1. de offi. deleg. in 6. ad cuius definitionis confirmationem addas Archi. in d. c. de manifeſta, qui dicit notorium dici, ꝙ maior pars municipij clamat, ad idẽ Bart. in l. ſcriptus, nu. 2. ff. de relig. & ſump. fune. Soc. iun. cõſ. 130. n. 30. li. 2. & hanc eandem definitionẽ poſuit idẽ Anto. in d. c. veſtra, & probauit Capr. p̃citato tract. de notor. 1. mẽb. nu. 3. Mil. in repert. verſ. notorium facti eſt finita.
5 Ex hac definitione infert̃ primò, † notoriũ eſſe p̃bationẽ probatam, ꝙ probat ẽt Bal. in l. 1. circa med. verſ. porrò, C. de reuo. his, quę in frau. & in l. 1. C. quomod. & qñ. iud. vbi dicit, vbi eſt notoriũ non eſſe diſputare, ſed diſputatũ eſſe, & in l. ciues, C. de appel. ꝙ termini notorij conſcientiam iudicis nõ fallunt, nec fallere poſſunt, refert Card. Iacobac. in tract. de cõcil. lib. 7. art. 1. de ſchiſma. ſub Iulio. fol. mihi 424. ad idẽ Marſ. in rubr. C. de prob. nũ. 217. & in praxi crim. §. 2. num. 216. Viuius commun. opinio. in ver. notorium, facit Ioan. Andr. ad Spec. de noto. crimin. §. iam de notor. qui dicit notorium eſſe rei, cui adiungitur, valdè plenam notitiam.
6 Subinfertur ex hac illatione notorium † non eſſe propriam ſpeciem probationis, vt fatetur Fel. in rub. de prob. & poſt eum Marſ. in rub. C eo. nu. 87. qui hoc argumento vtuntur ad probandum confeſſionẽ non eſſe propriam ſpeciem probationis, quia notoriũ inducit, Butr. probat. d. art. 2. nu. 3. dum dicit probationem propriè eſſe, quæ diſcuſſione eget.
7 Secundò infert̃, notoriũ † non recipere dubitationem, & negationem dubiam non effici, vt probatur p̃ tex. in c. ſuper eo. de teſtib. cogend. dicit Abb. in c. tua nos, de cohabit. cler. & mul. num. 4. Felin. in d. c. ſuper eo. nu. 7. & in c. ſi clericus laicum, nu. 5. de for. comp. & in c. coram, nu. 8. verſ. fallit ſecundo, de offi. deleg. Bar. poſt glo. ibi in l. poſt rem, ff. de tranſact. ad quod facit deci. Rotæ 327. ſi contra, in nouis. vbi dr̃ notorium non poſſe eſſe, niſi de eo, quod eſt verum, & habetur ex certa ſcientia, ideo non videtur, quòd poſſit impugnari, ſequitur Milis in repert. verſic. notorium non poteſt eſſe.
8 Ampliatur hoc etiam, † ꝙ allegarentur aliquæ circunſtantiæ delictum excuſantes, nam nõ ideò offuſcaretur notorium, licet adducens circunſtantias, deberet admitti ad probandum, ita tradidit D. Ant. in d. c. veſtra, 22. col. verſ. venio ad ſecundum. quem ad hoc adducit Mil. in verſ. notorium, contra quod allegantur, & ſufficere, ꝙ conſtet iudici factum eſſe notorium, licet aliæ circunſtantiæ non ſint notoriæ, ponit Capr. poſt eos, quos adducit citato tracta. de noto. in 4. memb. nu. 60. & licet allegari poſſit ad offuſcandũ notorium, ſufficere tñ, quòd cauſa attento curſu regulari & naturali, ſit vt indubitata, tradit Butr. d. art. 2. nu. 8. & ſequitur Capr. 2. memb. nu. 2.

Sed

9 Sed tñ contra hæc facit, † ꝙ dr̃ non ſufficere factũ eſſe notorium, puta, ꝙ Seius interfecerit Caium, niſi & ſint notoriç qualitates ipſius facti, ſcilicet, ꝙ nulla defenſio aut excuſatio competat Seio, & hanc eſſe * communem omnium concluſionem poteſt colligi ex Florent. inter conſ. Curt. ſen. conſ. 21. num. 13. & Trot. conſ. vlt. num 28. verſ. nec obſtat, dicit Clar. in pract. crim. §. fi. q. 9. verſ. ſed aduerte, & cùm nullũ ſit maleficium tam notorium, ꝙ non poſſit habere regulariter aliquas excuſationes, ſiue circunſtãtias occultas excuſantes, Io. And. & Anto. in c. 2. de dilat. gl. in c. bonæ, 1. de elect. & in c. cum dilectus, de purgat. canon. Innoc. d. c. tua, Milis in repert. verſ. notorium an excuſet, quos adducit Card. Iacobac. d. tract. de concil. lib. 7. art. 1. fol. 425. & declarat Boſſ. titu. quomo. proc. in crim. not. nu. 4. & 5. ſatis probabiliter vr̃ poſſe dici, notorium negatione dubium reddi, ſecundũ opinionem eorum, quos refert But. d. art. 2. cùm præſertim nihil tam indubitatum eſſe poſſit, quin recipiat ſolitam dubitationem, vt in auth. de Tabellio. circa med. & quamlibet notorietatẽ impugnari poſſe tradit Bellamer. conclu. 404. cuius dicti declaratio inferius ponetur, vbi erit diſcutiendum, an per probationes iudiciales inducatur notorium ante concluſionem in cauſa.

10 Hinc deducitur veritas illius ſententiæ, quæ † habet non poſſe dici delictum notorium, niſi prius fuerit ſuper eo cognitum, & per iudicem declaratum reo citato, vt cõſuluit Aret. in conſ. 165. ſicut Io. col. 5. & 6. verſ. ſecundò principaliter, vbi teſtatur hanc eſſe magis * communem, æquam, & veram opinionem, & idẽ dicit Aemilius Ferr. conſ. 31. nu. 5. lib. 1. & poſt eum Clar. d. §. fi. q. 9. verſ. plus dicunt. nam cùm multa dicantur notoria, quæ non ſunt, c. conſuluit, de appell. Cæpha. conſ. 201. num. 9. lib. 2. requiri declaratoriam * in notorio communem * eſſe teſtatur Viu. in ſuis cõmun. opin. in ver. notorium, Burſ. conſ. 74. nu. 28.

11 Vt tñ hoc diſſidium aliquo modo tollatur † pro conciliatione, declaranda eſt huiuſmodi ſecunda illatio, procedere poſſe in facto omnino & verè notorio, ꝙ nulla põt tergiuerſatione celari, & dubitationem non recipit, & in quo declaratoria nõ exigitur, vt receptum eſſe teſtatur Did. in repet. c. alma mater, de ſenten. excomm. in 6. nu. 9. idẽ Clar. licet de recepta conſuetudine aliter ſeruari dicat d. q. 9. verſ. præterea quæro. cuiuſmodi ẽt eſſe notorium facti permanentis dicit Hercu. in trac. de proban. negat. num. 61. & 62. & poſt eos, quos adducit Burſ. in conſ. 48. num. 11. & in notorio facti permanentis loquitur Abb. in d. cap. tua nos, & factum, cuius etiam qualitas eſt notoria, vt per Bart. in l. ſcriptus, num. 6. ff. de religio. & ſumpt. fun.

12 Secundò ẽt locò declarari poterit, procedere † qñ negaretur factum tantũ, & non qualitas facti, ſecus ſi negaretur qualitas notorij: tunc enim notoriũ dubium redderetur, adeò ꝙ iudex non poſſe ſupplere, abſque informatione, ita declarando tradit Butr. alleg. tract. de notor. art. 2. nu. 6. & in d. c. veſtra, col. 21. quem adducit Mil. verſ. notorium quotieſcunque negatur. & infra probabimus.

13 Tertiò ex eadẽ definitione infertur, † ad notoriũ facti inducendũ requiri rei euidentiam, nimirũ, vt factũ ſe exhibeat quotidie oculis hominum, ita ꝙ alio inſtrõ nõ egeat, But. d. art. 2. num. 10. Capr. 2. memb. nu. 3. & euidentiam facti inducere notorium, ponit etiam Fede. de Sen. conſ. 8. in prin. probat Card. Abb. ad Bar. in l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, num. 10. ff. qui ſatiſd. cogan. veluti, ꝙ palatium priorũ ſit in platea, ꝙ quis teneat pontem ſupra viam, ꝙ detineatur in carceribus oculis hominum ſe exhibentibus, quibus exemplis, & alijs ibi poſitis declarat notorium facti continui & permanentis, idem Ant. alleg. artic. 2. nu. 21. cũ ſeq. Spec. de notor. crim. §. iam de notorio, nu. 10. Capr. 1. memb. nu. 9. Mil. in verſ. notoriũ facti continui, cũ plur. ſeq. Abb. d. c. veſtra, nu. 15. & de huiuſmodi notorio tradit Bal. in auth. ꝙ locum, in 6. q. C. de collat. dum dicit notoriũ eſſe, quod omnes continuo videre poſſunt, refert Iaſ. in dict. l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cogan.

14 Ampliatur idẽ eſſe † in notorio facti interpolati, ſi factum non ſit continuum, ſed interpolatum, vt ſi quis ad vſuras mutuet tenendo pannum rubeum ad oſtium, quo exemplo huiuſmodi notorium declarauit Spec. d. §. iam de notorio, nu. 9. & ibi Io. Andr. declarat Ant. à Butr. d. art. 2. nu. 23. Capr. 1. memb. num. 10. idẽ Ant. d. c. veſtra, col. 28. & ibi Abb. nu. 15. Mil. citato reper. verſ. notorium facti continui, Bal. in d. l. ea quidem. col. 3. C. de accuſa.

15 Ampliatur ſecundò, procedere † in notorio facti tranſeuntis, & momentanei, vt quem fuiſſe in cõſpectu populi omnibus videntibus, vel maiori parte interfectum, & alijs exemplis relatis per Butr. & Capr. cita. locis, adde Bar. in d. l. ſcriptus, nu. 2. ff. de relig. & ſum pt. fune. vnde deprehenſionem in crimine inducere notorietatem ipſius criminis, dicit gl. in c. cũ nõ ab homine, in ver. deprehenſus, de iudic. & ibi Dec. nu. 143. Gram. deci. 36. nu. 80. ad hanc tamen deprehenſionem in flagranti crimine quam probationem faciat, videas Clar. in pract. crimina. §. fi. q. 8. verſ. ſcias tamen, & de facti euidentia nos aliàs diximus in huius operis præludijs, q. 8. hic tamen non omittas ſcire, quòd licet immediatè proueniat huiuſmodi notorium ex natura facti, tamen opus eſſe certificare iudicem de huiuſmodi qualitate notorietatis, But. d. art. 2. nu. 10. & inferius probabimus.

16 Declares modò huiuſmodi tertiã illationem † ex eademmet definitione, vt non ſimplex euidentia facti ſufficiat ad inducendum notorium, ſed præterea etiã requiratur, ꝙ in publico fiat, & multitudini hominum ſit euidens, ita declarat Bald. in l. ea quidem, col. 5. C. de accuſat. dum dicit, ꝙ poteſt aliquis pati euidentem maculam in facie, & tñ non eſſe notoriũ forte, quia domo non exierit, neque in populo comparuerit, ad hoc enim, vt notorium dici poſſit, opus eſt, quòd in publico loco fiat multis aſtantibus, ita vt vniuerſus populus, vel major pars, teſtis eſſe poſſit. vt colligitur ex c. ſcelus, 2. q. 1. Io. And. d. c. veſtra, & ibi Cald. & Ant. de But. col. 25. Archi. in c. fi. de offi. dele. in 6. Milis citato reper. verſ. notorium poteſt eſſe aliquid, Bened. Cap. 2. memb. n. 4. & 7. & in notorio tria requiri, loci qualitatem aſtantium multitudinem, & temporis qualitatem, dicebat Bal. poſt Spe. in l. ciues, ad fi. C. de accuſ.

17 Hic tñ eſt aduertendum, † iuris noſtri interpretes non modicũ in eo variaſſe, quot hominum ſcientia requiratur ad faciẽdum notorium, vt eſt videre apud Spec. de notor. crim. §. iã de notorio, nu. 5. alij totius viciniæ, alij maioris partis, alij trium, nõnulli decem hominum ſcientiam requirunt, quod etiã refert But. d. art. 2. num. 10. & Abb. d. c. veſtra, nu. 16. multi tamẽ ex decem teſtium depoſitionibus notorium induci tenuerunt, quæ fuit ſententia Cyn. in d. l. ea quidem. C. de accuſ. & ibi ſequitur Bal. & in auth. quod locũ, col. 2. C. de accuſat. Fel. in c. cum oportet, nu. 6. de accuſat. Iaſ. d. l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, num. 9. ff. qui ſatiſdare cogan. & ibi Bal. Aymo Crau. cõſi. 121. nu. 2. par. 1. Hieronym. à Mon. in tract. fi. regun. Lancel. Cora. de offi. præt. in cau. crim. lib. 1. §. 3. c. 9. num. 16. Burſ. conſ. 111. nu. 21. Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſ. 116. nu. 2. cent. 2. Hoied. de benef. incompat. part. 1. c. 13. nu. 12. Alb. conſ. 72. nu. 5. qui etiam abſolutè dicit multitudinem teſtium inducere notoriũ. Et quamuis Doct. loquanẽ de decem teſtibus, quod id exempli gratia faciunt, neque ideo negant, quin etiam ex numero ſeptem teſtium notorium inducatur, quem refert Burſ. conſ. 87. nu. 46.

Inter

Inter tot opinionum diuerſitatis id arbitrio iudicā
18 tis relinquendum† vt ſequi Spe.d.§.iam de notorijs, nu.6.quem refert & ſequitur Bart. in d.l. ſcriptus,nu. 2.verſ.alij remittuntur,ff.de religioſ.& ſump.fune.& ſequutus fuit Collectar.d.c.veſtra,ad fi.& in c. intelleximus,nu.5.de adult.& fuit ſnīa Calde.quem ibi refert & ſequit̄ Abb.in d.c.veſtra.& ita concludit Ant. de Butr.cita.tract.de notor.art.2.num.4.qui iudicare poterit ex varijs circunſtantijs & qualitate actus, & tēporis,Capr.in ſimili tract.art.2.nu.5. Mil.in repert. verſ.notorium duo requirit, Menoc. & Hoied. citat. locis.Burſ.conſ.43.nu.26.

19 Quartò ex eadem definitione infert̄ † cōcluſio,ad inducendum notorium requiri ſcientiam certam, nec ſufficere teſtimonium ex auditu,prout in famæ ꝓbatione dicit idem Ant.in d.c.veſtra,ex qua deducitur,
20 notorium non induci † neque probari per famam & communem reputationē, vt tenuit Collec. dec.327. ſi contra petentem,in nou.ſequutus Bal.dec.736. petitioni abſolutionis. quia notoriū vt dicimus, habet originem à ſcientia certa:fama plerunq; à ſuſpicione ſola,& authore incerto,ideoq; differre inter ſe tradit Mil.in rep.verſ.notorium differt à fama,Butr. citato tract.de notor.art.2.nu.4.

21 Contrarium † ꝙ imo notorium inducat̄ & probet̄ per famam,voluere Do. Rot.d.deciſ.327. vbi dicunt ad notorietatis probationem ſufficere, ꝙ deducatur exiſtentia, & exiſtentiæ publica vox, & fama ſimul, ſequitur Mil.in verſ.excōicatus petens,ſed ad declarationem dici pōt primò, ꝙ in caſu illius deciſionis agebat̄ de modico præiudicio, vt aduertit Collectar.
22 in fine.Vel ſecundo loco declarari pōt † procedere, ꝙ dictum eſt notorium non probari per famā in factis recentibus: ſecus in factis valdè antiquis, vel de longinquo loco, in quorum notorietate probāda ſolam famam ſufficere tradit Butr. in c. 1. de fide inſtr. quem refert & ſequitur Aret.conſ.37.ſequendo ordinem,col.2.& famam in antiquis notorium inducere tradit et Bal.conſ.204.nu.6.vol.4.& illos refert Dec. in c.1.nu.45.de appell.Hinc notoriū facti de longin-
23 quo tpe,† vel de longinquo loco probatur per teſtē reddentem cām de fama, licet in facto recenti opus ſit,ꝙ concludat per proprium ſenſum, veluti qa fuit præſens in loco,& vidit populum videre,& maiorem partem,Ant.d.c.veſtra.Mil.in ver.notorium facti de longinquo tempore,ad idē Capr.d.tract.vlt. memb. hinc etiam,quod cōmunis & antiqua credulitas habet pro inconcuſſo notorium dicitur,Baran d.l. ſcriptus,nu.2.ff.de relig.& ſumpt.func.

Hæc autem fama per duos teſtes probabitur. Rot. d.dec.327.Lancellot.de offi.prætο.lib.1.§.3.ca.9.nu. 14.ſuo loco dicetur.

24 Quintò principaliter infertur † ēt illud,quod eſt facti momentanei tranſire in notorium, vt concludit Bal.in auth qui ſemel,col.3.C.quomod.& quan.iud. idem Ant.d.art.2.nu.11.& eſt * communis opinio,vt dicit Troi.inter conſ. Ant.idē Butr.conſ.vlt.num.37. verſ.ex prædictis,quem refert Clar.d.§.fi.q.9.in prin. licet Bart.in d.l.ſi vero,§. qui pro rei qualitate,ff.qui ſatiſda.cogan.& in d.auth.qui ſemel, poſt Iaco.Butr. contrarium ſenſerit.

CONCLVSIO MCVII.

ARGVMENTVM.

Definitio notorij iuris ponderatur,illudque varijs induci, atq; ꝓbari modis oſtendit̄.

SVMMARIVM.

1 *Notorium iuris quid ſit.*

2 *Notorium iuris induci & probari per confeſſionem.*

3 *Notorium iuris induci & probari per cōfeſſionem, ſiue ea facta ſit in iudicio plenario ſiue ſummario.*

4 *Notorium iuris ex incidenti confeſſione induci.*

5 *Condemnationem non poſſe ſequi ex confeſſione incidenti, quæ notorium iuris inducit, ſed tantum aperiri viam iudicij ad inquirendum.*

6 *Notorium iuris induci ex confeſſione etiam ante concluſum in cauſa.*

Contrarium,nu.7. Conciliatio,nu.8.

9 *Notorium iuris non induci ex confeſſione,quæ impugnatur,& contra eam opponitur,vel petitur,tanquam erroneam eam reuocari.*

10 *Notorium iuris non induci ex confeſſione, quæ impugnatur,modo impugnatio colorata ſit.*

11 *Notorium iuris non induci ex confeſſione coactè facta, vel metu tormentorum.*

12 *Notorium iuris induci etiam ex confeſſione extraiudiciali facta in conſpectu populi,vel maioris partis.*

13 *Notorium induci atque probari per acta iudicij.*

14 *Notoriam & euidentem iniuſtitiam eſſe, quæ colligitur ex actis.*

15 *Notoria dicitur nullitas,quæ conſtat ex actis.*

16 *Notorius defectus proprietatis dicitur,de quo conſtat ex actis.*

17 *Notorium inducunt & probant probationes in iudicio factæ.*

18 *Notoriū induci & probari ꝑ teſtes legitimè examinatos.*

19 *Notorium iuris induci ex inſtrumentis,& nu.21.*

20 *Notorius defectus proprietatis dicitur, de quo conſtat ex inſtrumentis.*

22 *Notorium induci ex probationibus in iudicio factis nedū per viam agēdi, ſed in facto etiam per viam exceptionis.*

23 *Notorium induci ex probationibus in iudicio factis etiā ante concluſionem in cauſa.*

Contrar.nu.24. Conciliatio,nu.25.

26 *Notorium nō induci ex probationibus in iudicio factis, quando impugnantur ſaltem colorate.*

27 *Notoriam iniuſtitiam non dici,quæ licet conſtet ex actis, habet tamen dubitationem.*

28 *Notoria nullitas non dicitur, quæ licet conſtet ex actis, habet tamen dubitationem.*

29 *Notorij appellatione in materia ſtricta non venire notorium, quod conſtat ex actis.*

30 *Notorium induci ex probationibus factis in iudicio plenario, ſecus in ſummario.*

31 *Notorium iuris induci ex ſententia.*

32 *Notorium diſpoſitionis fieri,quando ius aliquid probatū in iudicio,vel confeſſatum,vel alias notoriè factum extendit ad aliud factum diſponendo.*

Hucuſque de notorio facti, Notorium autem iuris ſecundū Ant.de Butr.in tract.de notor.art. 1.nu.15.eſt probatio finita
1 † per medium in iure facta aut ex facto iudicialiter diſcuſſo,ſiue alias notorio à iure ſumpta, approbata, ficta, vel præſumpta, ad idem Capr. in ſimili tract.1, memb.nu.12.
2 Ex hoc infert̄ primò,notoriū iuris induci † & probari per confeſſionem,gl.in c.veſtra,de cohabitatio. cleric.& mulie. Bald.in l.à procedente, C.de dilatio. Gram.dec.36.nu.40.Fely.in rub.ext.de prob.num.7. Marſ.in rub.C.eo.nu.87. & probatur in c. cum olim, de verb.ſign.vbi æquiparantur confeſſio & rei euidētia.Fel.in c.ſignificauerunt, nu.4.de teſti. Menoc. reſponſ.1.cau.Finarien.num.139. Dec.in c.at ſi clerici, nu.141.de iudic.plenè Alphonſ. Hoied.de benef. incompa.par.1.c.13.num.73.& de confeſſione facta in iudicio ponit pro regu.Capr.conclu.62.1.memb.nu. 27.& hoc eſſe notorium iuris approbationis, & fidei ponit Mil.in reper. ver. notoriū iuris approbationis, & de confeſſione facta apud acta probatur in l. ictus fuſtium,ff.de his,qui not.infam. Bald.in l.properandum.C.de iudic.& ita adducit Gram. d.dec.36.num.

37.nam

37. nam fit tunc de actis, quę inducunt notoriū, Aret. conſil. 68. circa fi. Affl. deciſ. 176. num.4. & deciſ. 372. in fin. Dec. in c. ſpeciali. §. porrò, num.9. de appellatio.

3 Ampliatur, † ſiue confeſſio ſit facta in iudicio plenario, ſiue in ſummario, cùm non requirat confeſſio ad ſui eſſentiam telam iudiciariam, ſed poſſit fieri ex abrupto, voluit Innoc. in c. cū dilectus, de ordi. cogn. & in c.1. de confeſſ. & in ca.1. de exceptio. & probat Mil. verſ. notorium iuris approbationis, poſt Ant. in d.c. veſtra, col.35. verſ. ſecundum exemplum, qui & hoc extendit ad confeſſionem factam in iudicio ēt nullo, & ſequitur Capr. modo nō ſit nullum ratione incompetentiæ præcitato tract.1. memb. nu.30.

4 Ampliatur ſecundò, † ſiue confeſſio ſit facta principaliter, ſiue incidenter, modò id, ſuper quo confitetur, ſit annexum ei, q̄ principaliter in iudicium deducitur, ita concludit Capr. d.1. memb. nu.31.

Hinc tñ ſcias, quòd licet ex huiuſmodi incidenti
5 confeſſione inducatur notorium, ex ea tñ † non pôt ſequi condemnatio, ſed tātum aperitur via iudici ad inquirendum, vt fuit communi voto deciſum per ſacrum Concilium Neapolit. teſte Affl. dec. 176. nu.4. Abb. poſt Innoc. in c. per inquiſitionem, col. pen. de elect. Fel. in c. at ſi clerici, de iudi. Latè Clar. in pract. crim. §. fi. q.16. verſ. vltimo non eſt omittendum.

6 Ampliatur tertiò procedere † ante concluſum in cauſa, ita * omnes fateri elicit Feli. licet de probationibus in dubium reuocetur, in c. ſignificauerunt, nu.4. de teſti. tenet Ant. de But. in c. paſtoralis, in prin. de cau. poſſ. & propriet. & cum quo tranſit Mil. in verſi. poſſeſſorium recuperandæ intentatum, Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, col.48. ff. de acq. poſſ.

7 Contra hanc ampliationē, q̄ † imo confeſſio non tranſeat in notorium, donec poſſit reuocari, vel contra eam aliquid opponi, tenuit gl. vlt. in c. ex parte, de verb. ſign. & confeſſionem in cauſa ciuili non inducere notorium ante concluſum in cauſa, ponit Affl. dec.176. nu.3. quædam mulier, facit gl. & quæ ibi no. in d. c. ſignificauerunt, in ver. liquere.

8 Ad conciliationem † huius contrarietatis dicendum eſt, quod etiam inferius dicetur, quādo de actis agemus in vniuerſum, primam opinionem procedere iuris præſumptione, quia non præſumitur reuocatio ſeu probatio contra cōfeſſionem factam, & ideo eo ipſo reddit rem notoriam, ſed tamen iſta notorietas eſt commutabilis vſque ad concluſionem in cauſa, quia poteſt reuocari, & contra eam aliquo modo opponi, & ita vno modo conciliat Abb. in d.c. cum olim, nu.3. de verb. ſign. quem ſequitur Fel. in d. cap. ſignificauerunt, nu.4.

9 Ex quo declaratur † primò huiuſmodi illatio, vt non procedat, quando confeſſio impugnaretur, & cōtra eam opponeretur, vel peteretur, tāquam erroneā reuocari; nam tunc cùm eius fides vacillet, non inducit notorium, glo. in c. cum ſit Romana, de appell. Io. And. in d.c. cum olim, Hoſt. in ca. cum ſpeciali, de appella. quos adducit Cap. d.1. memb. nu.34. & confeſſionem non facere rem manifeſtam, vbi allegatur aliquid ad eam offuſcandam. probat Abb. in d. c. ex parte, num.8. de verb. ſign. Roder. Suar. in l. poſt rem, in 2. notab. de re iud.

10 Subdeclara tamē hoc procedere, modò impugnatio ſit colorata, Fel. d.c. ſignificauerūt, nu.4. quē citat ita declarando Reuerendo Contard. in l. vnica, C. ſi de momenta. poſſ. fue. app. lim.8. ver. ratione notoriæ iniuſtitiæ, nu.28.

11 Declara ſecundò, † procedere in cōfeſſione ſpontè facta, ſecus ſi coactè vel metu tormentorum, vt docet Mil. qui etiam declarat in repertorio, verſ. notorium iuris appellationis, ſequitur Cap. d. art.1. nu.35. q & alijs modis declarat, & ſumi poſſunt ex his, quæ ſuis locis tradidimus in materia confeſſionis.

12 Tertiò tñ loco hic declarabis, † confeſſionē etiam extraiudicialem notorium inducere, modò talis confeſſio fuerit facta in cōſpectu populi, vel maioris partis, interuenientibus requiſitis ad validitatem confeſſionis, ꝑpter quæ à iure approbeť, ſecus ſi nō ſit facta corā populo vel maiori parte, quia tunc non pôt dici notoriū ex ea ſequi, vel qñ non interuenerunt requiſita, nimirum ſi abſentia partis, & nemine pro ea recipiente, cùm tunc inducat ſolum ſuſpicionē vehementem, vel notorium præſumptionis, vt latè declarat Cap. d.1. memb. nu.39. cum plurib. ſeq. Mil. in ver. notorium iuris approbationis.

13 Infertur ſecundo loco principaliter, † notoriū induci & probari per acta iudicij: cùm quidquid in iudicio fiat, iudici notorium dicatur, c. cum olim, & ibi Abb. num.3. de verb. ſigni. l. diuus, ff. de offic. præſid. l. qui ſentētiam, C. de pœn. Inno. in c. ex inſinuatione, de appel. & in cap. per tuas, de in integr. reſtit. Bald. in c.1. §. iudices, col.4. de pa. iuram. firman. Aret. conſi. 42. nu.5. Soc. conſ.38. col.8. verſ. ſeptimò principaliter, lib.1. Bald. in auth. ad hoc, col.5. verſ. quæro nunquid ille. C. de vſu. Pariſ. conſ.111. num.7. lib.4. Socin. conſ.36. num.18. lib.1. Dec. in c. ex inſinuatione, nu.19. de appel. & in conſ.191. nu.9. verſ. facit. Rom. conſ.327. ſpectabilis, ad fin. Neuiza. conſ.30. num.3. Ang. in l.1. nu.22. C. de iud. Dec. in l. cum quid, nu.26. ff. ſi cert. pet. Abb. in c. quæſitum, nu.7. de temp. ordin. Decia. conſi.10. num.79. vol.1. Crau. conſ.303. num.5. par.2. Cæpha. conſ.57. nu.32. lib.1. nouiſſimè Borgni. Fiuizanen.14. num.24. & euidentem atque noto-
14 riam † iniuſtitiam eſſe, quæ colligitur ex actis, tradunt * omnes, & ibi Fel. num.10. in c. inter cæteras, de re iudic. Contard. in d.l. vnica. C. ſi de momenta. poſ. fue. appel. limit.9. verſ. ratione notoriæ iniuſtitiæ, nu. 19. Cap. d.1. memb. ad fi. Hoied. de benef. incompati. par.1. c.13. nu.77.

15 Hinc etiam notoria dicitur nullitas, † quæ conſtat ex actis, latè Vant.

16 Hinc notorius defectus † proprietatis dicitur, de quo conſtat ex actis, Crau. conſ.299. nu.7. par.2.

17 Ex hac illatione ſubinfert, † probationes factas in iudicio notorium inducere & probare, gl. & ibi not. Abb. per illum tex. in ca. cum olim, in 2. not. de verb. ſign. Ant. de But in c. fi. in 6. no. de temp. ord. gl. & ibi Calde. & Dom. Ant. in d.c. veſtra, de cohabi. cleric. & mulie. ad idem gl. in c. euidentia, de accu. Innoc. in c. conſtitutus, de fil. presbyt. ad idem Archid. in c.1. de litis conteſtat. in 6. Io. And. in c. quam pernicioſum, ſuper ver. conſtitit. de vſu. & poſt eos Bened. Cap. qui teſtatur ita tenere * communiter Doct. in tract. de noto.1. memb. nu.47. Dec. in d.c. ex inſinuatione, num. 20. de appell. Abb. conſ.17. nu.3 lib.2. Gram. deci.36. nu.37. Soc. conſ.96. col.4. lib.4. Aymo conſ.249. nu. 7. par.2. & ideo probationes rem notoriam facere, quæ debent produci apud acta, & fiunt de actis, tradit Contard. d. limit.9. nu.9.

18 Infertur ex hoc, per teſtes legitimè † examinatos notorium induci & probari, l. vlt. C. de prob. Menoc. de recupe. poſ. remed.2. nu.227. Hoieda de benef. incompatib. par.1. c.13. nu.76. qui latè probant notoriū defectum proprietatis ſatis colligi poſſe ex teſtib. examinatis, quod quomodò poſſit procedere, declarat Menoc. d. remed.1. nu.229.

19 Infertur ſecundò, notorium induci † ēt ex inſtrumentis: nam inſtrā rem notoriam facere ſatis probatur, quia dicitur inſtrm veritas apparens, & probatio probata; Bald. in l. Imperator, col.2. ff. de ſtat. homi. Alex. cōſ.62. vol.7. idem Bal. in l.2. col.2. C. quan. fiſ. vel priu. & in l. quoties, in vlt. verſ. C. de iud. & in l. fin. C. de vſu. pup. Bar. in l.1. in prin. nu.8. & ibi Iaſ. nu.20. ff. de ope. nou. nunc. latiſſimè omnium Tiraq. de retract. lignagier. §.2. gl.1. nu.20. Natt. conſi.51. nu.19. lib.1. Purpur. conſ.490. num.1. & conſ.447. num.1. & conſ.

conſ.600.vol.2.latè Hipp.de Marſ. in rub. C. de probat.num.5.& per Illuſtr.Card.Alb.ad Bart.in l.1.nu. 7.ff.de ope.nou.nunc.

20 Hinc notorius defectus † proprietatis dicitur, de quo conſtat ex inſtrumentis,Rot.deciſ.16. de reſtitu. ſpolia.in nouis,Bellamer. conſ.3.in 5.dub. cum alijs, quos adducit Menoch.de recup.poſſeſ.remed.1.q.17. nu.223.vbi & hoc declarat.

21 Amplies tamen velim hanc illationem, † vt procedat etiam reſpectu eorum,quæ indirectè ex inſtrumento probantur,Abb.in cap.cum olim.num.10.de cenſib.ſequitur Contard.d.limit.9.num.20.

22 Ampliatur modo, † quod dictum eſt probationes inducere notorium, procedere, nedum in probationibus factis per viam agendi, ſed in factis etiam per viam exceptionis,Archid. in c. in primis, 2. quæſt.1. Cap.cita.tracta.de noto.1.memb.nu.50.quod verum eſſe cenſet ſolum, quando exceptio fuit plenè examinata.& ad finem, ad quem opponitur, Mil. in reper.verſ.notorium iuris approbationis.

23 Ampliatur ſecundo loco † in vniuerſũ huiuſmodi ſecunda principalis illatio vna cũ cæteris præmiſſis procedere etiam ante cõcluſionem in cauſa,quod & ſuperius de confeſſione diximus, Inno. in c. ex tenore.de reſcrip.Anto.in c.fin. per illum text. de tempo. ordi.Ioan.de Ana.in c. ſi cõſtiterit, de accuſ.Imol.in c.ex tenore de reſcrip.Barto.in l.fin. ff.de publ.iudic. Ioan.And.ad Specu.tit.de excep.§.dicto.verſ.ſed an reus Aret.in ca.ſignificauerunt.de teſtib.quos omnes refert Socy.in conſ.96.nu.15.vol.4.vbi hanc eſſe magis ** communem ſententiam teſtatur,& veriorẽ dicit,per tex.in d.c.ſignificauerunt, vbi præſupponitur, qđ potuit relinquere de cauſa, & tamẽ eſt diuinare, ꝙ fuerit in cauſa cõcluſum,& per tex.in c.cũ olim.de verb.ſignifi.ad idem Ang.in l.fin.C.de tẽpo.appel.& alij,qui adducuntur à Fely.d.c. ſignificauerunt,nu.4. ad idẽ Crauet.conſ.247.nu.5.par.2. vbi teſtatur hanc ** eſſe magis ** communem opinionẽ ad idẽ Contard. ** magis ** cõmunem videri dicit. d.l. vnica.limita. 9. nu.25.C.de momen.poſ. & hãc ſent. probauit Bella. conſ.204.probationes admiſſe.vbi dicit,quod nõ valet,qđ poſſint impugnari, qa & id fieri poteſt in qualibet notorietate,& idẽ tenet in cõclu.405.nec valet, quod not.Bero.vbi concludit, quod probationes factę in petitorio ante ſuſpenſionẽ petitorij, & cõcluſionẽ,inducunt notoriũ, quod poſt ſuſpenſionẽ petitorij impedit reſtitutionẽ, niſi per aliqualem impugnationem reddantur huiuſmodi probationes dubię, & ibi declarat,ad quẽ iuris effectum procedat glo.in d.cap.ſignificauerunt,in verſ.liquere,quæ adducitur pro cõtraria opin. & hoc tenet idem Bella. cõcl.393. ſi petens reuocari.ſenſit Rot.deciſ.16.ſi contra agentem.col.2.in nouiſ.dum dicit,quod per probationem ante ſuſpẽſionem petitorij factam cõſtare poteſt notoriè de non iure, quia probationes legitimè receptæ inducunt notorium, & iſtud * communiter contra glo.in d.c.ſignificauerint,dicit ibi Philip.col.2. Mil. in reper.verſic.notorium iuris approbationis.

24 Contra hãc ampliationem † adducitur glo. in d.c. ſignificauerũt.in verſ.liquere.de teſtibus,& ibi ſequitur Abb.col.2. Arch.c.de lapſis.5.diſ.& Abb.in c.laudabilem.in fin.vt lite penden.quia aliàs ſęper ex productis diceretur notoriè conſtare,quod abſurdũ videtur, Alex.conſ.69.viſis proceſſibus, col.2. vol. 5. qui adducit DD.Rotę.deciſ.393.ſi in nou. & ſentiunt in deciſ.69. in cauſa appellationis. in antiq. & in deciſ. 383.fuit dubitatum. Abb.cõſ.12.nu.3.lib.2.Iaſ.in l.ſi vnus.§.pactus nu.43.ff.de pact.& in l.eius,qui in prouincia.nu.3.ff.ſi cert.per. Præpoſi.in cap. ex inſinuatione in fi.de appellat.vbi dicit,ꝙ acta faciunt notoriũ,quo ad hoc vt iudex poſſit ſupplere circa illa,quę conſtãt ex actis,ſed quo ad hoc, vt definitiuè pronũciet,requiretur,quod ſit concluſum in cauſa, vt acta faciant notorium,& ideo licet ex actis cõſtet de non iure alicuius, non tamen dicitur notoriè conſtare de non iure illius ante cõcluſionem in cauſa,Put. deciſ. 284.lib.2.Caſſad.deciſ.1.de reſtit.ſpol.Staph. de litter. grat.fol.178.pag.1. & alios adducit Felyn.d.c.ſignificauerunt, qui dicit * omnes ſequi glo.d. verſ. liquere. & hanc partem ſatis videtur probare Abb. d. c. cum olim.dum dicit,quod probatio facta in iudicio redditur quantum in ſe notoria,ſed quo ad rem, ſuper qua eſt inducta, non facit notorium, niſi poſtquam eſt concluſum in cauſa, & nihil obijci poteſt.

25 Sed ad conciliationem † huiuſce contrarietatis, dicendum eſt, primam opinionem procedere iuris præſumptione, quia non præſumitur reuocatio, ſeu contraria probatio:nec enim facta præſumuntur,ſed tamen illa præſumptio eſt commutabilis vſque ad concluſionem in cauſa, quia poteſt contra opponi; ita declarat Abb.d.cap.cum olim.nu.3. de verb.ſign. & ſequitur Felyn.d.cap.ſignificauerunt. num.4.Nat. conſil.51.num.10.lib.primo.

Sed tamen cum hoc caſu fides notorij vacillet, & defenſio non conueniat, verior videtur abſolutè ſecunda opinio,vt per Cap.in tract. de noto. 1. memb. nu. 48. & licet ante concluſum in cauſa dici poſſit liquere,vt voluit plures relati pro prima opinione,nõ tamẽ poteſt dici plenè liquere, vel notorium ex probationibus, tunc induci, iuxta glo.d.verſ. liquere. & ibi Inn. & Abb. prout declarat Corn. conſ.235.pen. col.in lit.E verſ.nõ obſtat d.c.ſignificauerunt. vol.3.

26 Quarè declaratur † ſine dubio nõ procedere,quod dicimus.acta,& probationes inducere notoriũ,quando impugnarẽtur ſaltẽ coloratè, ita quod dubię redderẽtur,Ioã.And.Hoſt.& Abb.in c.cũ ſpeciali.§.porro.& ibi Dec.nu.10.de appel.Præpoſi.in c.eccleſiaſticorum.nu.2.diſtinct.11.Aegid.cõclu.444.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.nu.108. ff. de acqui. poſſeſ. Alex. in l. ait prætor.§. ſi damnetur, ff. de iureiuran. Rip.in d.§.nihil commune,nu. 144.Fely.d.c. ſignificauerunt,nu.4.Dec.d.§.porro.num.3.Rimi.conſ.69. nu.24.Cæph.conſ.241.nu. 34. & inſtrumentum non facit notorium,Bald.in l.. etiam. C. re execu.rei iud. ex quo etiam dicitur probationem, quæ fit per priuilegia,offuſcari,& reddi non notoriam per impugnationem,Fely.in cap.inter.nu.3.de re iud. Dec. in cap. licet cauſam.nu.24.de probat.

27 Hinc infertur notoriam † iniuſtitiam non dici,quę licet conſtet ex actis,habet tamen dubitationem, & offuſcatur,Felyn.in c.inter cæteras.nu.7.de re iud.latè Contard.d.l.vnica limitatio.9.nu.34.

28 Hinc etiam nullitas notoria † non dicitur, quæ eſt velata,& poteſt habere aliquam dubitationẽ. Franc. in cap.dilecti.nu.153.de appel. propè fin. verſ. & intellige.& nu.168.Dec. in ca.ex parte.2.col.5. verſ.5. fallit.de offi.deleg. Cæph.conſ.201.num.10. & conſ. 202.num.16.lib.2. Burſ.conſ.73.nu. 3. Corn. conſ.10. vol.4.Anto.Auguſt deciſ.2.de ſen.& re iudic. Bal.in l.data opera.C.qui accuſ. non poſ.in vlt. car. Tim.in ſubſcrip.ad conſ.Burſ.73.nu.93. qui ait,quod quando nullitas eſt velata,& poteſt habere diſputationem,& dubitationem partium,licet ex actis de ea appareat, tamen admitti non debere ad retardandam exequutionem ſententiæ.

29 Secundo loco declaratur, quod dicimus † notorium dici, quod ex actis colligitur non procedere in materia ſtricta, & in ſtatutis,in quibus appellatione notorij nõ venit huiuſmodi notorium ex actis, Abb. per illum tex. in c. dudum. 1. col.2. de elect. ſequitur Dec.d.c.ex inſinuatione.nu.22.de appel.

30 Tertio declaratur, † quod item diximus probationes notoriũ facere,procedere in probationibus factis in iudicio plenario, alias receptæ in ſummario iudicio nõ inducerent notoriũ, niſi ad finẽ ſummarij iudicij,Capr.dict.tract.de notor.1.memb. num.5. Mil.in reper.

reper. verſ. notorium approbationis, & fidei.
52 Quartò demum infertur, † q̈ quando ius aliquid
probatum in iudicio, vel confeſſatum, vel alias noto
riè factum extendit ad aliud factum diſponendo ſit
notorium diſpoſitionis; nam cõſtito, q̈ aliqua res ſit
in limitibus parochiæ alterius, ius diſponit, q̈ ex fru-
ctibus illius rei debeantur decimæ eccleſiæ parochia
li, & hoc exemplo declaratur notorium diſpoſitio-
nis, Ant. de But. in c. veſtra. col. 33. & ibi Mil. de coha
bi. cle. & Cap. d. memb. 1. nu. 17. ſin autem procedit
fingendo, vt quia conſtito, quòd ſponſalibus præce-
dentibus aliquis ſponſam cognouit, ius fingat illam
vxorem, oritur notorium fictionis, vt declarat idem
Ant. d. tract. de noto. art. 2. nu. 16. quod etiam ſurgere
ex ficta confeſſione, dicit Mil. in reper. ver. notorium
fictionis, at ſi ius procedat præſumendo, vt ſi aliquẽ
vti filium tractet, ex quo inſurgit filiatio, naſcitur no
torium præſumptionis.

CONCLVSIO MCVIII.

ARGVMENTVM.

Sit nec ne probandum notorium, egregiè diſcuſſum.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non eſſe probandum.*
2 *Notorium nullam in cõtrarium admittere probationem. Contrarium, nu. 3.*
4 *Notorium excludere quamcunque contrariam præſumptionem etiam eam, quæ eſt iuris & de iure.*
5 *Notorium non intelligi excluſum, licet aliæ præſumptiones excludantur.*
6 *Notoria non ſolum non eſſe probanda, ſed nec alium iuris ordinem in ipſis eſſe ſeruandum.*
7 *Notorium facti permanentis nulla indigere probatione, ſecus notorium facti momentanei, & tranſeuntis. Et cur, nu. 8.*
9 *Notorium facti tranſeuntis plenè eſſe probandum. Contrar. nu. 10. Conciliatio, nu. 11. 12. & 13.*
14 *Notorium interpellatum probatione indigere.*
15 *Notorium interpellatum non requirere exactam probationem. Contrarium, nu. 16. & 17. Concil. nu. 18.*
19 *Notorium quando dicendum ſit conſtare iudici, vt iudici, vt releuetur quis ab onere probandi, remiſſiuè.*
20 *Notorium cum probãdum eſt, ſufficit probare notorietatẽ facti, licet non probetur veritas ipſius facti. Contrarium, nu. 21. Conciliatio, nu. 23. 24 & 25.*
22 *Accidentia non poſſe intelligi extra ſubiectum.*
26 *Notorietas non dicitur probata ex facti probatione, licet ex notorietatis probatione ſaltem indirectè includatur probatio facti.*
27 *Notorium eſſe probandum extra locum notorij.*
28 *Notorium non releuare ab onere probandi, quando pro forma probatio exigitur.*
29 *Notorium facti negatiui eſſe probandum. Et ibidem, an hoc notorium tranſire poſſit in notorium. & nu. 30. 31. & 32.*

Vidimus notorij diuiſiones, definitiones & illius naturam ſumus proſequuti, ex quibus eiuſdẽ probatio colligi poſſit: nã cũ teſtibus ad probandũ notoriũ productis potius quærenda ſit definitio, q̃ definitum, teſte Spe. de noto. cri mi. §. 8. nu. 16. Fel. in c. cũ contingat. nu. 15. & ex his, quæ inducunt notorium, illius etiam probatio colli gatur, non ab re viſum fuit his immorari. Modo ad reliqua tranſeamus, & cum notorium, vt ſup. oſtendimus, ſit probatio probata, & per ſe ipſum ipſo viſo p-
betur Bald. in auth. qui ſemel col. 3. C. quomo. & q̃
iud. conſtituere poſſumus ſatis certam concluſionẽ,
1 notorium † non eſſe probandum: quod voluerunt
vtr. iur. gloſſatores, gl. in clem. appellanti. in ver. alias
cauſas, de appel. gl. in l. Ciues. C. eo. & in l. 1. C. qui, &
aduerſus quos. Marſ. in pract. crim. §. 2. nu. 216. And.
Gail. de pac. pub. lib. 2. nu. 23. Bal. in l. ſi vero, §. qui p
rei qualitate, & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. em
ptorem. ff. de ac. emp. Marſ. conſ. 38. nu. 1. Alex. conſ.
37. lib. 7. Bal. conſ. 229. nu. 5. vol. 1. Fran. Herc. in tract.
de proban. nega. num. 60. fol. 30. Nouel. in prac. crim,
fol. 15. nu. 13. Cæph. conſ. 82. nu. 52. lib. 1. & conſ. 108.
nu. 15. eo. lib. Capel. Tholoſ. q. 590. num. 1. Inno. in c.
tua nos, nu. 2. ad fi. de cohabi. cler. & mulie. Io. And.
poſt gl. ibi in c. 2. vt lit. non cõteſt. & ibi Fel. nu. 9. Bar,
in l. 1. C. quomo. & quan. iud. But. tract. de noto. art. 4.
nu. 30. Cur. iun. in l. ex quacunque, nu. 16. ff. ſi quis in
ius voca. non ierit. & in l. quod in poteſtate. nu. 7. C.
de in ius vocan. & in conſ. 61. nu. 7. Card. Iacob. de cõ
cil. tit. de ſchiſma. ſub Iul. li. 7. art. 1. fol. 424. Soc. iun.
conſ. 65. nu. 3. lib. 1. Menoc. de recuperan. poſſ. 15. re-
med. nu. 264. Ripa. in l. 1. nu. 80. ff. ſi cer. pet. Alex. in l.
ſi quis bona. §. de illo. ff. de dam. infec. Mantua. conſ.
138. nu. 21. & conſ. 151. vol. 2.
2 Ampliatꝰ adeò procedere † huiuſmodi concluſio,
vt nec probatio in contrariũ admittatꝰ, vt admonuit
And. Gail, de pa. pub. li. 2. nu. 17. citat Affl. in c. 1. §. ſi
quos hom in 2. notab. de pa. tenen. & eius viol. Felin.
in c. Rodulphus, nu. 37. de reſcri. Bal. conſ. 322. in pri-
mis conſiderandum, nu. 1. vol. 4. facit quod dꝰ, noto-
rium non facere, quod poteſt reprobari, vt dicit Abb.
in c. cum olim. de verb. ſignifi. neque id contra quod
obijci poteſt, Bar. d. auth. qui ſemel. col. vlt.
3 In contrarium tamen, † q̈ imo poſſit probari con-
tra notorium per duos teſtes, tenuit Collec. in d. c. ve
ſtra, & in d. c. tua nos, & notorium præſumptionis re-
cipere probationem in cõtrarium, modò non ſit præ
ſumptio iuris, & de iure, tradit Spec. in tit. de proba. §.
videndum reſtat, nu. 9. ad idem Spec. de noto. crim. §.
iam de notorio. nu. 2. faciunt quæ in ſuperiori cõclu-
ſio. tradidimus, notorium poſſe recipere dubitationẽ.
Sed pro concordia dicendum eſt, ampliationem pro
cedere in notorio facti permanentis, quod ex ſubie-
ctis apparebit.
4 Ampliabitur ſecundò procedere † etiam, q̈ in con
trarium adeſſet præſumptio iuris, & de iure: nam illã
notorium ſuperat, vt conſuluit Rom. cõſ. 150. nu. 19.
qui authorem laudat Inno. in c. cũ dilecta. de reſcrip.
in c. cum Bertoldus. de re iud. ſequitur Fel. in c. quan-
to. nu. 4. de reſcrip. verſ. fallit quintò. Alc. de præſum-
ptio. par. a. & ibi latè additio. autho. & notorium ex-
cludere quamcunque contrariam præſumptionem
etiam iuris, & de iure, tradidit idem Inno. in c. frater-
nitatis, de frigid. & malef. quem ſequitur Ripa in l. 4.
§. condemnatum, nu. 16. de re iud. Hinc nõ intelligi-
5 tur excluſum notorium, † licet aliæ exceptiones ex-
cludantur, Bolog. in l. naturaliter, §. nihil commune,
nu. 22. ff. de acq. poſſ.
6 Ampliatur tertio, † vt nec alius ordo iuris ſit ſeruã
dus in notorijs. c. ad noſtram. 2. & ibi Bald. de iureiur.
gl. & ibi Bar. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui notan. in-
fam. Hipp. in pract. crim. §. 2. num. 38. Natt. conſ. 540.
nu. 7. vol. 3. Anch. conſ. 197. nu. 4. plures cumulat Iac.
d. tract. de concil. art. 1. lib. 7. fol. 423. Abb. in ca. quo-
niam de fil. presbyt. in c. olim col. 1. de iniu. Nat. cõſ.
224. nu. 20. & in conſ. 215. num. 20. vol. 1. plures citat
Menoc. de recup. poſ. remed. 15. nu. 260. & hinc dici-
tur teſtes in notorijs non requiri, Spec. de noto. crim.
§. iam de notorio. nu. 1.
7 Declaratur modo præmiſſa † p̃cedere in notorio
facti permanentis, quod per ſe ipſum demonſtratꝰ, &
nulla põt tergiuerſatione celari, prout in notorio fa-
cti permanentis loquitur Innoc. in d. c. tua nos. nu. 3.
Alc.

Digitized by Google

Alc.de p̄ſump.par. 2.nu.16.ſecus in notorio facti mo-
mētanei,& tranſeuntis; hoc enim requirere probatio
nē voluit glo. in c.ad noſtram. de iniur. Io. And.in
c.fi.de for.compet.in 6.& tradit Sal. in l.ea quidē.nu.
37.C.de accuſ.vt dicit Nouel.in prac.crim.n.13.verſ.
& nota.fol.15.& probat And Gail. de pact.lib.2.c.3.
& fuit opinio quorundā, quos refert Spe. d.§. iam de
notorio,nu.11.vbi triplicem circa notorij probationē
8 opinionē affert.† Ratio eſt,quia vt alias diximus, nō
poteſt eſſe,aut dici delictum notoriū,quin aliquā ha-
beat excuſationem,vt cōcludit Aret.in cōſ. 165. col.
5.verſ.2. principaliter, & poſt eū Ferret. conſ. 31.nu.
5.& ideo negatione fieri poteſt dubium hoc notoriū
facti tranſeūtis,& in hoc dubio poterit excuſari:in re
enim dubia mitior pars erit accipiēda,vt per Marſi.in
repetitio.rub. C.de probatio. nu.240. quē adducit ita
declarādo Nouel.in prac.crimin.fol.16.nu.13. & ne-
ceſſatiam eſſe probationem notorij, quādo negatur,
ponit Mil.in reperio.verſ.notoriū quotieſcunque ne
gatur.hinc dicitur plura dici notoria, quæ non ſunt;
ideoque iudicem debere declarare prius aliquid eſſe
notorium,vt alias diximus, & probat Dec. conſ.473.
num.27.ſecus tamen erit,ſi factum ſit omnino noto-
rium,vt declarat Hercul de proban.nega.num.62.
9 Ampliatur modo huiuſmodi declaratio,† qua ſta-
tuimus in notorio nō omnino certo,& facti tranſeū-
tis probationē requiri,adeo p̄cedere, vt plena in hu-
iuſmodi notorio probādo requiratur probatio, Abb.
in c.veſtra.ad fi.de cohabita.cleri.& mulie.glo.Cyn.
& Bald.in.d.l.ea quidē.C.de accuſa.Spec.tit.de noto.
crim.§.1.verſ.qualiter,quos adducit Natt.cōſ.252.n.
8.vol.2. & debere p̄bari ordine iuris ſeruato, & part.
cita.tenet Io.And.ad Spec.d.§.iā de notorio, verſ.te-
ſtis quoq; ſequitur Bal.in c.1.§.damna.de pa.Cōſtan.
tenent Imo.Gem.& Philip.in c.1.de offi. deleg.in 6.
& poſt eos probat Aemil.Ferret.cōſ.31.nu.33.par.1.
10 Contra tamē,† q̄ ſufficiat iudicem recipere infor-
mationem ſuper notorio etiam in cubiculo parte nō
monita, tradit Bal. in l. 1. C. vt quæ deſ. aduo. & ex
mente Archid. in c. cum inter vos. extr. de conſuet.
Viui.comun.opinionum verſ.notorium. Aret.conſ.
126.in cauſa Dom.Antoniȩ,col.2.Mil.in reper.verſ.
notorium quotieſcunque negatur.Soc. iun. conſ.65.
nu.40.vol.1.Ceph.conſ.108.nu.27. lib.1. & teſtib.nō
monitis,vt latè probat Cap.d.tract.de noto.4.memb.
nu.63.& non iuratis.Rom. & Iaſ.in l. admonendi.ff.
de iureiu. ad quod videas latè Fel. in c. literis de te-
ſtib. & quod iudex ſuper notorio poſſit ſe informare
recipiendo teſtȩs parte non monita,fuit ſen. Hoſt. in
d.c.1.de offi. deleg.in 6.quem refert Butr.d.c.veſtra.
11 Ad conciliationē huiuſce cōtrarietatis varij † va-
ria ſenſere, & primo dici poteſt primā opinionē pro-
cedere poſſe,quando iudex procedit ad inſtantiā par
tis,ſecundam autem,quādo procedit ex officio,quaſi
hoc caſu credatur iudici aſſerēti factum eſſe notoriū,
& hȩc fuit opinio Spe.d.§.iam de notorio.nu.17.quē
refert But.d.c.veſtra,& in d.trac.de noto.art.4.nu.33.
quam opin.damnat Aret.in conſ.165.ſicut Io.col.5.
12 Secundo loco ad cōciliationem dici poteſt † pro-
cedere primam opinionem,antequam conſtet de iſta
qualitate,quod notorium ſit factum,tunc enim debet
ſeruari ordo iuris, & plenè probari, maximè contra
abſentem,vel prȩſentem negantem,& quando ſemel
conſtitit de notorio, tunc procedi poteſt ordine non
ſeruato, ſecundum aliam opin. & ita declarat Aret.
d.conſ.165.col.5.ad fin. facit Boſ.tit. quomo. ſit pro-
ceden.in crimine noto.nu.3.& 9.& ad id diximus te-
ſtes non iuratos recipi ſuper notorio fere hoc eodem
modo intelligit Ripa in d.l. admonendi.nu. 198.vel
in notorio facti permanentis.
13 Tertio cōciliari poteſt † prima opinio. procedere,
quando notorium concerneret deciſionem cauſæ;ſe-
cundam autē,quando reſpiceret tantum ordinē pro-
cedendi,& eſſet modici præiudicij,vt per Dec. conſ.
483.nu.28.ad quod Mil.in reperto.verſ.notorium,id
eſt ipſa qualitas notorij.
14 Ampliatur ſecundo idē dici de † notorio interpel-
lato,vt probandum ſit,glo.in c.cū in diœceſi.in verſ.
manifeſtos,de vſu.Saly.in d.l.ea quidē.nu.79.Noue.
in prac.crim.verſ.& not.nu.13.& de notorijs iuris, &
præſumptionis,idem tradit Inno.in d.c.tua nos nu.3.
Abb.d.c.veſtra.ad fi Card. Alb.in l.ſi vero.§. qui pro
rei qualitate.nu.12.ff.qui ſatiſd.cogan. & de notorio
præſumptionis Spe.de noto.crim.§. iam de notorio,
nu.1.Butr.in tract.de noto.art.4.nu.46.vbi tamen de-
clarat poſt eos,quos adducit probatis facti circūſtan-
tijs,ex quib.ſurgit prȩſumptio,non eſſe neceſſe proba
re,quod ius prȩſumitur,quia quȩ ſunt iuris notiſſima
iudici reputantur,l.ornamentorū.ff.de au.& arg.leg.
Subdeclara tamen quod dicimus de notorio in-
15 terpellato, non requiri in eo † exactam probationē,
vt probat glo.d.c.cum in diœceſi, & admonet Abb.
d.cap.veſtra,num.19.
16 Secundo ſubdeclarantur præmiſſa † dum probaui-
mus notorium facti tranſeuntis eſſe probandum, nō
procedere, quando factum geſtum fuit in conſpectu
iudicis ad hoc tantum ſedentis; tūc enim nulla infor
matio requiritur,& qui deliquit,poteſt ſtatim puniri,
glo.in c.Deus omnipotens.§.quando autem crimen.
2.q.1.Alb.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſid.Spe.
de noto.crim.in rub.num.9.& num.23.& ibi latè Io.
And.Corſet.in ſing.in verſ.delictum. Carer. in prac.
crim.in prin.nu.45 Cap.tract.de noto.4.memb. prin.
17 Declaratur modo ſecūdo loco † principaliter prȩ-
miſſa concluſio,vt non procedat,quando non cōſta-
ret iudici factum eſſe notorium,ſed tantū alijs: tunc
enim recipere probationem, ac ſi nō eſſet notorium,
adducitur glo.in c.bonȩ in verſ.recipit.de elect.& ibi
Abb.nu.2.poteſt enim eſſe alibi notorium, & nō iu-
dici, Bellam.conſ.40.num.36. Spe.d.iam de notorio.
num.14.debet autem conſtare ex actis iudici factum
eſſe notorium,Iaſ.d.l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.
nu.13.ff.qui ſatiſd.cogan.& non ſufficere,quod alle-
getur hæc qualitas, tradit Cy. & Bal. in l.ea quidem.
C.de accuſ.Rolā.à Val.conſ.99.nu. 22.lib.1.& quod
notorium alijs,& non iudici,ſi negetur,aliter nō pro
betur, & debeat iudex reum abſoluere ab inſtantia
iudicij, ponit Mil.in reper. verſ. notorium, alijs, ad
quod vide Fel.in c.cum ordinem. nu.14.de reſcrip.
18 Subdeclara huiuſmodi declarationem, vt tamen
in dubio hȩc qualitas notorietatis præſumatur nota
iudici; quando eſſet huiuſmodi, in qua ignorantia
difficile caderet,quæ non eſſet ſupina,vel craſſa, Fel.
in c.cum ordinem.nu.14.de reſcrip.
19 Quando autē dicatur † conſtare iudici,vt iudici de
notorio,ad hoc,vt releuetur ab onere probādi,habe
per Cap.cita.tract.de noto.mēb.vlt. & 4.mēb.nu.55.
20 Subdeclaratur ſecundo, † vt tamen ſufficiat proba-
re notorietatem facti, licet non probetur veritas ip-
ſius facti, Cyn. & Bal.in d. l. eā quidem. C. de accuſ.
Barto.Bal.& Ang.in d.l.ciues,C.de appel.Socy.in.§.
qui pro rei,qualitate nu.6.& ibi Iaſ.num.13. & quod
non requiratur delicti probatio.
21 Sed tamen cōtra † huiuſmodi ſubdeclarationē fa-
cit, q̄ omne notorium requirit duos Comites, appa-
rentiā,& exiſtentiam,vt dicit Bald.in auth.qui ſemel
C.quomo.& qū.col. 3.& q̄ eſt quædā adiectio entis,
& ideò niſi cōſtet de ſubſtantia,nō poteſt conſtare de
notorio,q̄ eſt qualitas,Bal.in c.bonæ.nu.22. de elect.
Dec.in c.conſuluit.1.nu.3.de appella. Fel. in c.ſuper
literis,nu.3.32.de reſcrip. nam impoſſibile eſt proba-
22 re qualitatem ſine ſubſtantia; cum accidentia, † non
poſſint intelligi extra ſubiectū,Iaſ.in rub.de act.n.3. &
ideò p̄bādā eſſe prius veritatē, & poſtea,q̄ notoria ſit
ita tradit Egid.cōcl.737.col.2.Rot.dec.6.col.1.de ex-
cept.in nouiſ.& p̄terea cū p̄batio notorij diſtinguat à

probatione famæ, vt ſuperius demonſtrauimus, non
rectè cõcludent teſtes probantes notorietatem abſq;
probatione facti, vt aduertit Io. And. in add. ad Spec.
§. iam de notorijs, ad fin. Ex quo verior videri poteſt
opinio contraria, ꝙ immo factum ſit probandum, de
qua per Spec. d. §. iam de notorio. & per Ant. à Butr.
d. tract. de notor. art. 4. nu. 33.

23 Sed tamen ad cõciliationem † dici poteſt primò pri
mam opinionem intelligi, quò ad finem procedẽdi,
vt requiratur ꝓbatio notorietatis tantum tàm perſo-
næ facientis, quam ipſius facti, vt per Mil. in reper.
verſ. notorium facti nõ rectè deducitur. ſecunda opi-
nio procedat, quò ad ſentẽtiam definitiuã ferendam,
& tunc requiratur ipſius facti ꝓbatio, ita diſtinguit
Mil. verſ. notorium facti ſi geſtum.

24 Secundo loco cõciliari poteſt † huiuſmodi cõtra-
rietas, vt ſecunda opinio procedat, qñ factum eſt re-
cens, ita quòd de facili memoria habeatur, prima aũt
ꝓcedat in facto antiquo, & ita cõcordando opinio-
nes tradit Io. And. ad Spec. d. §. iam de notorijs, ſequit̃
Ant. d. art. 4. nu. 33. & d. c. veſtra, & Mil. in reper. verſ.
notorium facti, & Bened. Capr. in d. tract. de notor. 4.
memb. nu. 4. Lancel. Cora. in tract. de offic. præto. in
can. crim. lib, 1. §. 13. c. 9. nu. 15. ſed vt verum eſt, quòd
notorium eſſe deſinit, & trãſit in famoſum, qñ teſtes
qui interfuerunt, ſunt mortui, & ꝙ tamen ad ꝓban-
dum notoriũ in antiquis fama ſufficit iuxta ſuperius
tradita, ita abſolutè non eſt vera huiuſmodi declara-
tio, niſi iuxta terminos ſequentes intelligatur.

25 Tertiò loco conciliatur † hæc diuerſitas opinionũ,
vt prima procedat, quò ad directã probationẽ facti;
ſecunda autẽ quo ad indirectam; nam ꝓbandum erit
factum ſaltem indirectè, ꝙ reſultet ex ꝓbatione no-
torietatis, vt quia teſtes dicant fuiſſe factum corã ma
iori parte populi, vt poſt D. Ant. dicit Capr. d. 4. mẽb.
nu. 75. & Corad. d. §. 3. nu. 15. & ita põt intelligi quod
dicit Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 9. verſ. item quæro
nunquid in notorijs.

26 Hic tamen aduertas, ꝙ licet ex notorietatis proba-
tione ſaltem indirectè includatur probatio facti, nõ
tamen è contra ex facti probatione dicetur probata
notorietas: nam nõ ſufficit probare veritatem, DD.
Rotæ deciſ. 327, alias 6. de except. in nouis. Bellamer.
conel. 736. Mil. in repert. verſ. excommunicatus petẽs
abſolutionem.

27 Declaratur modò ſecundo loco principaliter † cõ-
cluſio poſita, vt non procedat extra locũ notorij: eo
enim caſu probandum eſſe probat Salic. in d. l. ea qui-
dem, nu. 79. & ita declarando tradit Nouel. in pract.
crim. fol. 15. nu. 13. verſ. quã plurimos, & ſenſit Are. in
conſ. 165. col. 6. ſic notorium, ꝙ ex actis reſultat ꝓce-
dere in loco, vbi acta ſunt, dicit Vulpel. reſpon. 116.
nu. 3. lib. 1. citat Inno. in c. ex inſinuatione, de appel. &
ſi notorium neget̃ in partibus remotis dari octo dies
ad probandum, ponit Spec. de notor. cri. imin rub.
num. 10.

28 Declaratur 3. loco † non procedere, quando ꝑ for-
ma probatio exigeretur; tunc enim notorium nõ re-
leuare ab onere probandi adnotauit Illuſtriſs. Alba.
ad Bar. in l. cum quid. nu. 3. ff. ſi cert. pet. citat Fel. in c.
ſuper eo. de teſtib. cogen.

29 Declaratur quartò nõ procedere † in notorio facti
negatiui, nã cum nõ poſſit trãſire in notorium erit ꝓ-
bandum Bart. in ſi conſtante. ff. ſol. matr. & ita decla-
rat Nouel. in tract. reg. Soc. iun. conſ. 130. nu. 31. vol. 3

30 Sed tamen, quòd immò factum negatiuũ tranſire
poſſit in notorium, tenuit Bart. in l. decem, ff. de verb.
obl. & in negatiua quem nõ eſſe ſoluendo plures ad-
ducit Herc. in tract. de proban, nega. fol. 30. nu. 60. &
notorium cadere in delictis, & factis negatiuis, ſicut
cadit in delictis, & contractibus affirmatiuis, no. Mil.
in reper. verſ. notorium ſicut cadit.

31 Hæc tamen diſcordia † conciliatur diſtinctione, vt
prima opinio procedat in notorio veritatis; ſecunda
autem in notorio præſumptionis, tradit Ripa in l. ſi
conſtante, nu. 25. ff. ſol. matr. quomod. & ante eũ cõ-
* ciliauit ibi Aret. quem adducit Iaſ. nu. 142. & ita * cõ-
muniter tenere Doct. teſtatur Pariſ. cõſ. 50, nu. 53. ad
quod videas Hercul. citato tract. nu. 63.

32 Declaratur demum nõ procedere, † quando huiuſ-
modi qualitas exigeretur ad fundandum iudicis au-
thoritatem, ſeu poteſtatem: tunc enim etiamſi nõ ne- 2
getur opus eſſe iudicis informatione ad proceſſus va-
liditatem, tradit Capra d. tract. de notor. 4. memb. nu.
56. & latè Mil. declarat in reper. verſ. notorium facti
geſti, facit quòd quãdo qualitas notorietatis eſt fun-
damentum intentionis debet prius de illa conſtare,
vt ex pluribus concludit Ferret. conſ. 31. nu. 5. par. 1.

CONCLVSIO MCIX.

ARGVMENTVM.

Sit nec ne allegandum notorium.

SVMMARIVM.

1 *Notorium allegandum eſſe. Contrarium num. 2. Conciliatio, num. 3.*
4 *Notorium facti permanentis allegandum eſſe.*
5 *Notorium ex actis reſultans non eſt allegandum, ſed iudex in eo ſupplet.*
6 *Notorium ex actis reſultans eſt allegandum in his, quæ requirunt formalem exceptionem.*
7 *Notorium ex actis reſultans excuſare à formalitate proponendi, non ab expreſſione.*
8 *Notorium ex actis reſultans non eſt allegandum, ſed iudex in eo ſupplet, vbi conſtat ex actis reo competere exceptionem quæ inerat obligationi ab ipſo initio, ſecus ſi non ſit orta exceptio ab ipſo initio, ſed ex interuallo, & extrinſecus venerit.* 1
9 *Notorium reſultans ex facto partis eſt allegandum, ſecus ſi ex facto iuris reſultet.*
10 *Notorium eſſe allegandum in præparatorijs iudiciorum.*
11 *Citatus ad locum notorie non tutum non tenetur ad comparendum.*
12 *Notorium iudicis ſuſpicionem allegandam eſſe, licet reſpiciat præparationem iudicij.*
13 *Notorium allegandum eſſe, ad finem ſolius notificationis cum exigitur.*
14 *Priuilegiatum non teneri ad allegãdum priuilegium inſitum in corpore iuris.*
15 *Notorium non eſſe neceſſario allegandum, quando ſapit defenſionem, non impugnationem.*
16 *Notorium non eſſe allegandum, quando ad allegationẽ, & expreſſionem illius, de quo notoriè conſtat quis non tenebatur, niſi interrogatus.*
17 *Notoriam conſuetudinem non eſſe allegandam.*
Contrarium, num. 18. Conciliatio, nu. 19.
20 *Notorium, quod nulla indiget probatione ſufficit allegare poſt concluſum in cauſa.*
21 *Notorium ortum ex iure, ſiue ex facto iuris non eſt allegandum.*

Licet notoriũ, vt ſupra diximus, releuet ab onere ꝓbandi, non tamen releuat ab onere
proponendi, ex quo concluſionem cõſtituimus, noto-
1 rium † eſſe allegandum, vt ꝓbat glo. quam ſingularẽ
vocant in clemen. appel. de appellat. Bal. in l. prima,
colum. vltim. ff. de appel. & in leg. 1. colum. 2. C. quo-
mod. & quando iud, Iaſ. in l. ſi verò, §. qui ꝓ rei quali-
tate, nu. 12. ff. q ſatiſd. cogan. & ibid. not. Cato Sac. &

tenet

tenet Bar.in l.cum,qui ita,col.3.ff.de verb. obli.& in
l.cum quid.ff.ſi cert.pet.col.fi.Ant.in c. veſtra,de co-
habitatio.cler.& mulie.vbi ꝙ notorium non excitat
non excuſat appellantem à grauamine, quin teneat
cauſam grauaminis exprimere,& ꝓponere, licet ſit
notoria,refert Mil.in repert. verſ.notorium nō excu-
ſat.fol.281.gl.in l.ciues,& incolæ, C.de appella.Bar.
in l.ſi vnus,§.pactus,ff.de pac. Bertran. cōſ.149.nu.4.
vol.1.Capr.concluſ.17.nu.9.Abb.in c.vt debitus,col.
de appellat.& ad tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu.
§.idem Pollioni.ff.de adulte.late Carer. in pract.cri.
§.obſeruare,nu.45. Marſ.in rep.rub. C.de prob.num.
220.Ioan.Andr.in c.2.vt lite non conteſt. Nat.conſil.
275.nu.1.Bero.in conſ.18.nu.54. vol.3.Burſ.conſ.43.
nu.26.Io.Crot. conſ.110.nu.8. & notorium non alle-
gatum non prodeſt.Nat.conſ.219.nu.4. & gl.in d.cle
* men. appellanti, eſſe communiter * approbatam di-
cit Ioan.Crot.in repet.l.1.§. hoc autem edictum.nu.
57.ff.de non.ope.nunc.
2 In contrariam tamen † opinionem,ꝙ nec allega-
ri debeat notorium,adducitur gl. in c. accedēs,vt lit.
non conteſta.pro quo facit ꝙ dicimus,in notorijs iu-
dicem ſupplere abſque alia allegatione, gl. in l.1. C.
qui,& aduerſ.quos, Rom.in l.ſi deceſſerit, nu.10. qui
ſatiſd.cog.Cyn.in l.1.C.vt quæ deſ.aduoc.& quos ad
ducit Alex.ibi,nu,3.& in l.1.§.hoc autem iudicium,
& ibi Rip.nu.34.ff.de dam.infect. gl.in ca.1.verſ.vel
publ.de except.in 6.glo.in l.2.in verſi.atrox.ff.de fer.
Nat.in conſ.673.nu.6.vol.4.
3 Sed ad conciliationem dicas, † ꝙ iudex ſupplet, ſi
petatur, vt per Alex.in l.cum,qui ita, §.qui ita, nu.6.
ff.de verb. obli. verū quia & ex DD. plures hoc caſu
loquunt̄,cōciliari poterūt ex ſubiectis declarationib.
4 Amplies tamen primò velim † procedere conclu
ſionem ēt in notorio facti permanentis, ꝙ licet non
debeat probari,vt alias deduximus, debet tamē alle-
gari,Bal.in l.cum fratrem, C.de fideicommiſſ. quem
adducit Soc. iun.in l.naturaliter, §.nihil commune,
nu.102.ff.de acq. poſſ.
5 Limitatur modò primo loco prima opinio † non
procedere in notorio ex actis reſultāte, nam ēt nemi-
ne petente in eo iudex ſupplet.c. cum olim. de verb.
ſigni.gl.in c.euidentia.de accuſat.Inno.in c.per tuas,
de te ſtib.voluit Ant.de Butr.in c.ex tenore, col.1.de
reſcript.Rom.in conſ.42.nu.4. & ibi latè Mandoſ.&
in conſ.51.nu.1.& conſ.127.nu.4.Barb.conſ.52.cōcl.
4.lib.4.Caſſan.conſ.68.viſis proceſſib.num.38.Alex.
conſ.186.circa fi.lib.2.Natt.conſ.341.nu.8.Dec.in c.
* ex inſinuatione,in fi.de appell.& ibi Doct.* cōiter te
nent iudicē poſſe pro parte allegare in hoc notorio
actorum, vt teſtatur Viu. commun. opin.verſ.noto-
rium.& ponit Fel.d.c.cum ordinē.Lancellot.de offi.
prætor.in cauſ.crim.nu. 20.lib.1.c.9.§.3. & ꝙ in his,q̄
ex actis conſtant iudici vt iudici,poſſit de ſe ſupplere
* ponūt * omnes in l.4.§.condemnatū, de re iudic.vbi
latè Ripa.nu.28. Dec.in l. non vr̄ cœpiſſe.ff.de regu.
iu. hinc iudex ex officio repellit agentē ſine actione,
gl.not.in l.vbi pactū,vbi Iaſ.nu.11.C. de tranſact.ple
ne Alex.in d.l.1.C.vt quæ deſ.aduoca.nu.6.
Subdeclata huiuſmodi declarationem in his, quæ
6 † requirunt formalem exceptionem, tunc enim non
ſufficit conſtare ex actis,niſi petatur, & ſic etiā quan-
do inhabilitas procedit parte volente non ipſo iure,
Butr. in ca.bonæ, de electio.qui ex eo infert iudicem
non repellere teſtem proxenetā, licet cōſtet ex actis,
ſi pars non opponat, quia requiritur partis oppoſitio
ad illum repellendum. ſequitur Fely.d.ca.cum ordi-
nem,num.11.de reſcript.comprobat Alex. in l.1. nu.
7.C. vt quę deſ.aduocat.Dec.d.c.ex inſinuatione,nu.
26.de appellatio.
7 Hic tn̄ intelligas hoc caſu notorium † excuſare à
formalitate proponendi, licet non excuſet ab expreſ
ſione, & ideo ſufficere qualitercunq; exprimatur, vt
adnotat Mil.poſt Anto.de But.per ipſum citatum in
repet.verſ.notorium licet excuſet.
8 Secundò ſubdeclaratur poſita declaratio † ꝓcede
re, vbi cōſtaret ex actis reo competere exceptionem,
quæ inerat obligationi ab ipſo initio, vt in pactis in
continenti appoſitis,vel quod tacitè intelligūt,ſecus
ſi non eſſet orta exceptio ab ipſo initio, ſed ex inter-
uallo, & extrinſecus venit: tunc enim ſi actor nō re-
manet in lucro, & non locupletat̄ cū aliena iactura,
iudex non ſupplet, licet ex actis conſtet, iuxta diſtin-
ctionē Bar.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.n.20. ff.de
pact.& in l.cū,quis ita,nu.4. ff.de verb.obli. & ibi latè
* Alc.nu.3. qui dicit Doct. * cōiter tranſire cum Bart.
Rub.in repet.l.pen.§.ad crimē.nu.222.ff.de pub.iud.
An autem caſu,quo iudex debet ſupplere, teneat̄
etiam ſi nolit, vide Rip.in l.4.§. hoc autem iudiciū,
nu.28.ff.de dam. infec.
9 Limitatur ſecundo loco principalis cōcluſio † ꝓ
cedere, qn̄ notorium reſultaret ex facto partis, tunc
enim debet allegari, & proponi, ſecus qn̄ reſultaret
ex facto iuris, tūc enim iudex ex ſuo officio ſupplet,
& pōt procedere abſq; alia partis ꝓpoſitione, ita de-
clarat Barb.in conſ.57.col.6.vol.3.citat tex.in c.affer
te,de præſumpt. Inno.in c.Raynutius, de teſtam.qui
ad fi.dicit iudicem ſupplere de iure, non de facto, &
ita procedit tex.d.l.1. C.vt quæ deſ. aduo.vt ibi ponit
Alc.& Rip.in d.§.hoc autem iudicium.nu.31.
10 Limitatur tertio procedere, † qn̄ qui debet allega-
re notorium eſt præſens,ſecus ſi ſit abſens, nā citatus
notoriè iniuſtè non tenetur allegare,ita declarat Fel.
in d.c.cum ordinem,nu.13.de reſcrip. Viui, commu.
opin.ver.notorium, & hoc eſt, quod dicitur conclu-
ſionem noſtram non procedere in præparatorijs iudi
ciorum,vt per Iaſ.in l.1.§. qui pro rei qualitate,num.
12.ff.qui ſatid.cogan. Lancel.Conrad. de off.prætor.
in cauſ.crim.lib.2.c.9.nu.20.§.31.
11 Hinc infertur citatū ad locum † notoriè non tutū
nō teneri ad comparendū, nec admittendam excuſa
tionem,Innoc.in c.præterea,num.3.de dilatio. & ibi
Abb. & alij, nam huiuſmodi citationes non arctant,
c.cum paſtoralis,de re iudi. & ibi glo.& qui eſt citatus
ad locum nō tutum pp hoſtium incurſiones, poterit
ſtatim appellare coram honeſtis perſonis abſq; eo, ꝙ
excipiat, Card.in c.ex part.1.de appell. & nō eſſe ne-
ceſſariam exceptionem tradit Oldr. conſ.43. quæſt.
ad idē But.& Imo.in d.c.præterea,plenè Fel.d.c.cum
ordinem. nu.13. vbi ſubdeclarat non procedere, qn̄
non conſtaret iudici locum notoriè non eſſe tutum,
& ad declarationis cōfirmationē plura ponit Card.
Iacob.in tract.de concil.li.7.art.1.fol.425.
12 Sublimitat̄ declaratio † non procedere in ſuſpitio-
ne iudicis notoria, quæ licet reſpiciat præparationē
iudicij,& abſens ſit citatus à iudice ſuſpecto,tn̄ eſt ꝓ-
ponenda,& alleganda,Card.in clem. quia cōtingit,
de religio. domib. & poſt eos, quos adducit declarat
Fel.d.c.per ordinem, nu.14. verſ. videtur contra, vbi
declarat non procedere, quando iudici nō conſtaret,
locum non eſſe notoriè tutum.
13 Declara quartò † huiuſmodi concluſionē ꝓcede-
re, & verā eſſe, vt notoriū ſit allegandū, qn̄ exigit̄ ad
finem ſolius notificationis, ita declarat̄ Ripa in l.4.
§.hoc aūt iudicium,num.35.ff.de dam.infect.& poſt
eum Lancel.de off.prætor. in cauſ.crim.lib.1.c.9.nu.
20.& fuit declaratio Imo.in clem. appellanti, de ap-
pellatio. quem refert Fel.in d.c.cum ordinem,nu.12.
Ex quo deducitur argumētum per cōcluſionē, pri-
14 uilegiatū † non teneri ad allegādum priuilegiū inſi-
tū in corpore iuris, quia ſufficit notificatio, & cū ſit
* notoriū,ſatis dr̄ notificatū, quæ opinio eſt * cōiter re
cepta in hāc partem, licet plures contrariū ſenſerint,
vt teſtatur Fel.in d.c. cum ordinem,nu.8.qui egregiè
diſputat hunc articulum in vtrānque partem.
15 Declara quintò ꝓcedere, † qn̄ notorium ſapit de-

ſenſionem, non autem impugnationem, tunc enim
non debet de neceſſitate allegari, Bald.in cap ſingu-
laritet, 4.ext.vt lit.non conteſt.& dr̃ ſapere defenſio-
nem,& ſi impugnaret ſentẽtiam, vel quid aliud, dũ-
modò conſeruet ius ſuum, ſequitur, & admonet per-
petuo notandum Crot. in l. 1. §. hoc autem dictum,
nu.58. ff.de ope.nou. nunc. faciunt ad hanc declara-
tionem quæ dicuntur ad fauorem defenſionis requi-
rere Clarum,& Nouel. ad defenſan.

16 Declarari ſexto loco poteſt non procedere, † quã
ad allegationem,& expreſſionem illius, de quo noto
riè conſtat, quis non tenebit̃, niſi interrogatus: ſtante
enim notorietate, etiam ꝙ interrogetur, non tenetur
exprimere, quia interrogatio tanq̃ notoriè calumnio
ſa poteſt ſperni, ita declarat Ruigl.in d.c.appellanti,
in reper.l.1.nu.53.ff.de ope. nou.nunc.ex quo probat
opinionem Bar.ibi, quod nuncians nõ tenetur expri-
mere cauſam in nunciatione, licet interroget̃ à nun-
ciato, quã notorium eſt & manifeſtum habere ius nũ-
ciandi, de qua ibi per Do.& Rui. probat ibi Soc. iun.
quidquid in contrarium dicat Herma.not.nu.40.

17 Declara ſeptimo loco principalẽ concluſionẽ † nõ
procedere in conſuetudine notoria, in qua ſupplet iu
dex ẽt abſq; allegatione, vt declarauit Odofre. quem
ibi refert Bal.in l.1.C.vt quæ deſ.aduoc. Bal. in auth.
iubemus, in verſ.in omnib.C.de iudic.& in l.filius, §.
veterani, ff. de procur. & ita etiam declarat Rip. in l.
4.nu.35.ff.de dam.infec.alios adducit Aymo, conſi.
104.nu.9.vt etiam ponit Lancel.Conrad.de off.prę-
in cauſ.criminal.§.3.c.9.nu.20.

18 Contrariũ tenet † Alex.in d.l.1.C.vt quę deſ.aduo
19 cat. nu.4. ſed tñ ad conciliationem † dicendũ eſt de-
clarationem procedere poſſe in cõſuetudine, quæ re-
ſpicit ordinem procedendi, quia eſt modici præiudi-
cij, ex ſtylo, & conſuetudine fori, vbi iudiciũ agitur,
ſecus in conſuetudine, quę cõcernit deciſionem cau-
ſæ,& aliàs extrinſecá, vt per Dec. in conſ. 483.nu.28.
& ex officio iudicem poſſe ſuper ſtylo informato ius
recipere, ponit idem Alex.nu.4.& Lancel. de off.præ
to.in cauſ.crim.lib.1.c.9.§.3.nu.6.

20 Declara octauo loco, † vetũ ſufficiat allegare te-
ſtium ẽt poſt concluſum in cauſa, c.dudum, 1.& ibi
Abb.in 4.col.de elect.& in c.tua nos, de cohabit.cle-
ric.& mulier.ꝙ eſt verum tñ in notorio, ꝙ non eget
probatione, vt eſt notorium facti permanentis, vt per
Illuſtriſ.Card.Alban.ad Bar.in l ſi verò.§.qui pro rei
qualitate, nu.12.ff.qui ſatiſd.cog.& notorietatem ſuf
ficere allegare in allegationibus iuris ponit Dec. in
l.cum quid.nu.74.ff.ſi cert.pet.& in conſ.267.col.fin.
verſ.& talis allegatio, Affl.deciſ.178.nu.15. Rumi.in
l.edita.col.14.C.de eden.

21 Declara nono non procedere † in notorio orto ex
iure, ſiue ex facto iuris, ſup eo enim iudex ex officio
abſq; allegatione iudicabit, ca.Raynutius, de teſt.&
ibi Abb.& Imo.idem Abb.in c.afferte, de præſumpt.
Bal.in l.1.C.vt quæ deſ.aduoc.

CONCLVSIO MCX.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur notorium per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Notorium duobus teſtibus probari.*
2 *Notorium teſtibus probari modo hi cauſam ſui dicti etiã non interrogati reddant.*
3 *Teſtium ratio ſuper notorio deponentium legitima & concludens apparebit, ſi illam reddendo concludant certam populi ſcientiã, ita quod poſſit populus directo eſſe teſtis.*
4 *Teſtium ſuper notorio deponentium ratio concludens erit, ſi illam reddendo dixerint, ſcio, quia vidi id fieri in platea plena hominibus. Contrar nu.5.*
6 *Differentia, quam conſtituunt doct. circa materiam depoſitionis teſtium ſuper notorio.*
7 *Teſtis ſuper notorio deponens, q̃ñ præſumatur ſubornatus.*

Quia ſupra viſum fuit notorium aliqñ eſſe
probandum, ideo non inutiliter quæri
poteſt, quomodo teſtes, qui ſuper eo examinentur de-
ponere debeant ad effectum legitimæ probationis
1 Ad quod primo eſt ſciendũ notorium † per duos te-
ſtes probari.gl.in c.Deus omnipotens.§.qñ autem.in
verſ.iudicis, 2.q.1.Spec.in rub.de notor. crim.nu.9.gl.
in c.item ſæpè.44.q.3.Abb.in c.cum in tua.de ſponſ.
* & in c.3.loco, col.1.nu.2. & hanc* communem opi-
nionem dicit Sal.in l.ea quidem, nu.8 a.C.de accuſa.
& tenuerunt Domini Rot. deciſ. 328. Clar. in pract.
crim.§.fi.q.9.verſ. quæro nunc.

2 Modò hi duo teſtes vt notoriũ probent, † cauſam
dicti etiam nõ interrogati aſſignare debebunt. Ioan.
And.ad Spe.tit.de noto.crim.§.fi. Fran.in c.conſuluit,
de appel.nu.3. vbi etiã Abb.nu.2.& in c. cũ cauſam,
col.1.de teſti.Iaſ.in l.ſi vero, §.qui pro rei, nu.14. ff.qui
ſatiſd.cog.Domin.in c.1.col.7.de off.deleg.in 6.Alex.
conſ.25.col.2.vol.4.qui ad hoc citat Inn.in d.c.cum
cauſam, & voluit Capr.in tract. de notor. in ſummario
* bro princ.nu.10.vbi de cõmuni * reſtatur, cuius ea eſt
ratio, quia cum notorium non facile ſenſu corporis
comprehendatur, adeo vt etiam periti titubent, non
eſt ſtandum dicto teſtium ſimpliciter. Multa enim
dicuntur notoria, quæ non ſunt, vt per Abb.in d.cap.
conſuluit.num.2.

3 Cauſa aũt ſiue ratio † dicti teſtium ſuper notorio
deponentium legitima & concludens apparebit, ſi il
lam reddendo cõcludant certã populi ſcientiã, ita ꝙ
poſſit populus directo eſſe teſtis, vt puta ſi affirment
illud ita eſſe notũ, vt nulli inficiationi ſit locus, vtpo-
tè cuius vniuerſæ viciniæ populus ſit teſtis, quæ pra-
xis probat̃ ex tex.in c.cũ dilectus, de purg. canoni.&
placuit Inno.in c.veſtra.de cohabit.cler. & mul. Ar-
chid.in c.Romana.§.cum aũt. de appellat.in 6.& ibi
Ioan. And.quem refert,& ſeq. Capr.præcit. loco.per
alia ẽt ſimilia verba reddi ratio & cauſa ſcientiæ po-
terit, modò eiuſmodi ſint, quę eſſentiam definitionis
notorij,& illius certam ſciẽtiam comprehendant, vt
puta ſi aſſignabunt cauſam per propriũ ſenſum coar
guentem præſentiã populi,& ſcientiam, veluti, ſi te-
ſtis aſſerẽs, notoriũ eſſe aliquẽ occidiſſe Semproniũ,
rñdeat in cauſa ſcientiæ, quia præſens fui. & vidi, to-
tũ populũ, vel maiorẽ partẽ videre, de quo totus po-
pul⁹, & tota vicinia, vel maior pars põt eſſe teſtis, vel
qa vidi maleficiũ fuiſſe factũ in cõſpectu populi, vel
maioris partis, & cũ in effectu in notorio requirat̃ ꝙ
populus ipſe viderit, & ſit teſtis,& nõ fama, ſemp te-
ſtis in dicti ſui ratione reddẽda debet deponere de vi
ſu ipſius,& de notitia, ac ſciẽtia certa populi, vel ma-
ioris partis, vt concludit Capra loco citato ex mente
Bumj, d.c.veſtra. Inno. Archid.de quib. ſup.

Hęc aũt practica ampliat̃ ꝑ Inn.in c.1.de off.dele.
4 in 6. ꝓcedere † ẽt ſi teſtis dicat ſcio, qa vidi id fieri in
platea plena hominib.& ſic nõ exprimat certã ſciãm
populi, ſeq But.d.c.vr̃a. dũmõ platea eſſet capax po-
puli, vel maioris partis, vt refert Cap.loco cit nu. 10.
5 Sed tñ, † qa hmõi cã dicti non includit neceſſariò
ſciãm populi, q̃ requiri diximus in ꝓbatione notorij
nõ vt oĩno concludens. Nã põt eſſe, ꝙ qs viderit fieri
aliqd in aliquo loco pleno hominib.& tñ oẽs illi ho
mine, vel maior pars nõ viderint: nimirũ ſi factũ fue
rit aliqd in angulo plateæ, vt in ſimili,& fere in termi
nis dicit Io. And.in d.§.fi.in lit.E poterit tñ exẽplum
Inn. ꝓcedere in notorio ꝓſumptionis, put ꝓcedit il-
lud, ꝙ ibid.dicit ad ꝓbandum notoriũ ſufficere teſtẽ
dicere, ſcio notorium eſſe, quia vidi interfectorem
corã populo fugientem & latitantẽ, vt aduertit Cap.
præcit.

præcit. loco ex mente Ant. de But. in d. c. veſtra.

6 Notandum eſt ēt † circa hãc materiam depoſitionis teſtium Doct. conſtituere differentiã inter notorium proueniens ex facto antiquo, vel de longinquo loco, & notorium facti recentis, & de propinquo. Primo enim caſu cõcluditur ſufficere teſtes reddere cauſam de ſcientia populi per auditum, & famam. Secũdo verò oportere neceſſario cõcludentẽ cauſam aſſignare per propriũ ſenſum de pręſentia, & ſcientia populi, vt per Capram loco quo ſupra. cui cõuenit Spec. d. §. fi. ver. teſtes quoque, vbi Io. And. in addit.

7 Illud ēt eſt obſeruandum, ꝙ ſi teſtis † interrogatus quid ſit notorium, ignarus iuris afferat definitionẽ, fateaturq; didiciſſe à producente, vel ab aduocato, præſumiẽ ſubornatus, maximè ſi didicerit poſt litem motam, Spec. cita. loco, verſ. & ſi teſtes. Quod ſi dicat teſtis à ſe ipſo didiciſſe ante litem motam quærendũ ab eo erit, quot hominum ſcientia, vel præſentia exigatur ad conſtituendum notorium, & ſi certum numerum aſſignet, quærendum rurſus quomodo nouerit tot hominũ ſcientiam & præſentiam notorij præſumptionẽ inducere, & ſic deinceps, vt conſtare poſſit vtrum teſtis depõnat ex ſubornatione, ſeu potius ex certa ſcientia, à quo, & à Capra eo quem ſupra adduximus loco materiã notorij colligere poteris, ad ſupplenda ea, quæ tibi hic deeſſe videbuntur.

CONCLVSIO MCXI.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probentur noualia.

SVMMARIVM.

1 Noualia probantur probando memoriã non extare de cultura. & deinceps quomodo circa hoc deponere debeant.

1 Noualia probantur † probando memoriã non extare de cultura, & ſi teſtes deponant, quod nunquam viderunt, nec audiuerunt dici ab aliquo, ꝙ ager, qui noualis dr̃, fuerit cultus, & quod imò communis opinio, & fama eſt, quod fuerit incultus, vt docuit Innoc. in c. veniens, de verb. ſignif. lib. 6. quem adducit Aemil. Ferret. in conſ. 195. nu. 2. vol. 1. Spec. de prob. §. 1. nu. 20. verſ. vltimo quæritur, idem Innoc. Ant. de Bu. ac alij in c. quid per nouale, de verb. ſigni. Longoual. in l. imperium, num. 245. ff. de iur. om. iud. faciunt Bar. in tract. de differen. vtr. iur. num. 132. & Hier. Zanc. in eo tract. nu. 216. differ. 140. quomodo autem probetur memoriam in contrarium non extare, alibi diximus, & ponit Hercul. in tract. de proba. negat. nu. 221. quare hæc breuiter attigiſſe ſufficiat.

CONCLVSIO MCXII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus ſit præſumenda, vel non præſumenda nouatio.

SVMMARIVM.

1 Nouationem non præſumi.
2 Nouationem non præſumi ēt noua perſona interueniente.
3 Nouationem non preſumi, quando noua perſona interuenit extra delegationem, alias in delegatione ſemper ineſt nouatio. & nu. 5. Contrarium, nu. 4.
6 Nouationem induci nouæ perſonæ interuentu ope exceptionis. Contrar. nu. 7. Concil. nu. 8.
9 Nouationem non præſumi, etiam ſi terminus prorogaretur, longiorq; dilatio concederetur.
10 Nouationem non induci ex prorogatione termini etiam ope exceptionis. Contrar. nu. 11.
12 Ex temporis prorogatione conceſſa principali debitori fideiuſſores ſimpliciter adhibitos non liberari.
13 Nouatio licet non præſumatur ex prorogatione termini, operatur tamen quod huiuſmodi dilatione longiore pendente non poſſit debitori moleſtia inferri.
14 Nouatio non præſumitur facta, etiam ſi adijciatur obligatio fideiuſſoria, vel pignorum aſſignatio.
Etiam quoad nouationẽ obligationis acceſſoria, vt nu. 15.
16 Nouationem non præſumi etiam ſtatuto diſponente quod ea præſumatur.
17 Nouatio non ſolũ non præſumitur, ſed nouatione præſuppoſita non præſumatur ēt, qui promittit per nouationẽ plus deducere in ſecunda obligatione, quàm in prima.
18 Nouationem præſumi exiſtentibus coniecturis, ex quibus animus nouandi poſſit præſumi.
Contrar. nu. 19. Concil. nu. 20.
21 Nouationem præſumi, ſi dicatur, pro decem, quæ tibi debeo, promitto quindecim.
22 Nouandi animum præſumi, ſi ſuper eodem debito emittantur plures promiſſiones.
23 Nouationem præſumi, quando contractus ſe non compatiuntur.
24 Stipulatio pœnalis an nouet præcedentem, vide remiſſiuè.
25 Nouationem tacitam non præſumi ex pacto nudo niſi interueniente ſtipulatione.
26 Nouationem poſſe præſumi in curia mercatorum ex pacto nudo abſque ſtipulatione.

Licet veteri iure ſufficeret ad obligationẽ nouandam quomodocunq; agere ſiue verbis, ſiue conuentione, ſiue perſonæ nouæ interuentu, l. 2. ff. de nouation. hodie tñ ex Iuſtiniani cõſtitutione non aliter fit nouatio, quàm ſi deſertè contrahentes exprimant, ſe velle priorem obligationẽ aboleri & fieri nouã, vt expreſſè cauetur in l. fi. C. de noua. & in §. præterea, Inſti. quib. mod. tol. oblig. quibus ex locis colligere poſſumus concluſionem, nouationẽ

1 † non præſumi. Quã probat Alex. in conſ. 13. in prin. vol. 2. & in conſ. 60. nu. 2. vol. 6. & Dec. conſ. 97. in caſu propoſito, nu. 5. Fran. Marc. deci. Delph. 412. nu. 1. & deci. 528. nu. 2. par. 1. Menoc. conſ. 95. nu. 35. Alba cõſ. 68. nu. 5. Rub. Alex. cõſ. 5. nu. 4. Hier. Gabriel. cõſ. 155. nu. 17. ex quo hodie faciliores eſſe debemus ad negandã nouationẽ, q̃ ad inducendã, vt per Bar. in l. pen. ff. de prætor. ſtip. quẽ adducit Abb. conſ. 2. nu. 10.

2 Ampliatur, vt procedat † ēt noua perſona interueniente, vt conſulendo docuit Alex. in conſ. 72. circa prin. vol. 2. & in cõſ. 178. nu. 7. vol. 7. & in conſ. 58. nu. 1. vol. 1. Imo. in l. 2. ff. de noua. Soc. in l. qui vſumfructum, col. fi. verſ. 9. concluſ. ff. de verb. oblig. & magis ** cõem ** opinionem dicit Gabriel. tit. de noua. cõcl. 1. nu. 52. & habetur in deciſ. Genuen. 2. nu. 20.

3 Declarabis tñ hoc verum eſſe, † qñ noua perſona interuenit extra delegationem, nam alias in delegatione ſemper ineſt nouatio, vt pbaẽ in l. delegare. 1. ff. de noua. & in l. 2. C. eo. ꝙ ēt nouiſſimo iure obtinere, & ſi nõ expreſſè agaẽ, cenſuit gl. in l. 3. C. eo. tit. de nou. Bar. in l. ſingularia, nu. 10. & ibi Iaſ. nu. 38. & 39. ** qui de magis ** cõmuni opinione teſtatur. & Dec. col. 10. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 10. viſis. num. 1. vol. 2. & in conſ. 60. vol. 6. Dec. conſ. 421. nu. 16. Alba, conſ. 1. nu. 10. qui * communem dicit. Lofrc. conſ. 18. col. fi. Bal. in l. pecuniam, quam. ff. ſi certum peta. Ang. in l. 2. ff. de noua. Imo. & Caſtr. in l. delegare, ff. eo. idem Caſtren. in l. qui vſumfructum, ff. de verb. obli. & ibi ** Alex. & Soc. nu. 9. & 10. qui dicit magis ** communem opinionem eſſe. late Barb. conſ. 37. vol. 1. Purp. in l. certi condic. §. ſi nummos, col. 10. ff. ſi cer. pet. Raphael. in dicta lege, qui vſumfructum, Ruin. conſil. 45. num. 4. volu. 5. Aret. in §. penul. num. 7. Inſtitut.

quib. mod. tol. oblig. Rebuf. in Comment. in coſtitutiones reg. titu. de lit. obligat. nu. 21. art. 1. glo. 9. Hier. Gabriel d. conſ. 155. nu. 7.

4 Contra hanc declarationem † multos tenere dicit Paul. Caſt. in d. l. delegare. in prin. & ibi trad. Ang. ad hanc dubitationem tollendam opus eſſe deciſione Cæſarea, & tenet Roman. col. 9. & Cur. iun. col. 10. in d. l. ſingularia. ff. ſi cert. peta.

5 Ad hoc tamen illud ſcias, † quod procedit in delegatione propria, non etiã in delegatione largo modo ſumpta, vt explicat Dec. in d. l. ſingularia. col. 10. vbi etiam explicat tria requiſita ad propriã delegationẽ, quod delegatus ſit debitor delegãtis, quod promittat per ſtipulationem de mãdato ipſius, & quod tanquã debitor delegantis promittat. quæ proſequitur Gab. d. concl. 1. nu. 20. Hieron. Gabr. cit. conſ. 155. nu. 13.

6 Declarari poſſet ſecũdo loco † ampliatio ſuperius cõſtituta, vt licet ex nouæ perſonæ interuentu, & alijs modis antiquo iure inducentibus nouationẽ, nõ præſumatur hodie nouatio ipſo iure, inducatẽ tamen ope exceptionis, vt dicũt ſenſiſſe glo. fin. in d. l. fi. C. de noua. Bart. in l. pen. col. fi. ff. de præt. ſtipul. Ang. in l. 2. ff.
* de noua. * comunẽ dicit Soc. in cõſ. 21. col. 1. vol. 1. & Alex. in l. 4. §. ſi ex cõuentione, col. 2. in fi. ff. de re iud. & ita ſenſit Bal. in d. l. fi. C. de noua. in prin. & in conſ. 59. col. 2. in 2. dub. Bolog. conſ. 59. col. 2. Rom. in cõſ. 121. nu. 1. vbi Mandoſ. plures congerit pro materia. Imol. in d. l. 1. ff. de noua. Corn. conſ. 33. col. 4. verſ. & eſt theorica glo. vol. 2. Soc. conſ. 64. col. 5. verſ. confirmatur iſtã opin. vol. 3. Fran. Marc. deciſ. Delfi. 412.

7 Verum in contrariam partem † plures deſcendere, inter quos fuere Cyn. Rayn. & Iac. de Beluis in d. l. fi. C. de noua. & iſtam ſententiam veriorem eſſe dicit
** Alex. in d. l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig. & magis ** communem in cõſ. 72. in princ. vol. 2. & videri
** hodie magis communem opinionem trad. Soc. conſ. 89. col. 3. verſ. propterea, & ſecũdo, vol. 5. & in d. l. qui
* vſumfructum. nu. 8. & veriorem, & communẽ * dicit Dec. conſ. 400. nu. 1. & ſequitur conſulendo Alex. in conſ. 10. & conſ. 72. vol. 2. & in conſ. 173. vol. 7. & in
** conſ. 68. & conſ. 72. vol. 6. & magis ** communem teſtatur eſſe Hierony. Gabr. d. conſ. 155. nu. 17.

8 Ad hanc tamen cõtrouerſiam † aduertendũ eſt ad diſtinctionem, quam poſuit Brun. in tract. de augumẽto, in tertia concl. principali, verſ. ceterũ eſt aduertendum, nu. 43. vt eo caſu, quo pactũ nudum ex interuallo appoſitum parit exceptionem, iux. l. iuriſgen. §. igitur nuda. & l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. inducatur ope exceptionis quedam quaſi nouatio, licet non vera, alias vbi pactum nudum non poſſit ratione ſubiectæ materiæ, vt quia plus promittatur in ſecunda obligatione, quam in prima parere exceptionem, habeat locum communis opinio, vt ibi per eum.

9 Ampliari nunc 2. loco poteſt † primaria cõcluſio, vt procedat etiã ſi terminus prorogaretur, longiorq; dilatio concederetur, nam adhuc ex huiuſmodi adiectione dilationis non præſumetur nouatio, vt in terminis tenet Io. de Imo. & Caſt. in l. pen. ff. de preto. ſtip. & ibi Cuma. dicit ſe ita cõſuluiſſe, & tenet idem Caſtr. in l. qui bis, ff. de verb. obli. & conclud. poſt eos Alex. conſ. 72. num. 8. vol. 7. Dec. conſ. 400. nu. 1. DD. Rot. deciſ. 860. penes Titium campſorem in antiq.

10 Subampliabitur etiam, vt ex prorogatione non dicatur inducta nouatio etiã ope exceptionis, vt ſenſit Alex. d. con. 72. nu. 10. & ſuperius citati, & tenet Iaſ. in l. eum, qui. §. ſi hominem, nu. 3. de verborum obligat. & in l. qui bis idem, num. 5. eodem tit. & in l. 3. §. poſt operis. ff. de ope. nou. nunc. & in l. 1. in fin. C. de iud. Dec. in l. lecta. nu. 13. ff. ſi cer. pet.

11 Sed contrariũ † tenuit Bart. in l. pen. ff. de præto. ſtipul. & Alex. in d. l. qui vſumfructũ, & ita tenet gl. Bart.
* & omnes communiter, & indifferenter teſtatur Iaſ. in d. l. qui bis, nu. 8. Cephal. conſ. 66. nu. 22. lib. 1. vbi, ꝙ cenſetur facta nouatio, quia reſultat vtilitas in tẽpore, Aret. d. §. præterea, nu. 4. vbi ita teneri à Bal. & Sal. in practica, & ꝙ ipſe alios cõſuluit, & obtinuit, quem ſequitur, & refert Borgnin. deciſ. 20. nu. 6. idem tenuit
* Grau. conſ. 167. nu. 12. & hãc verã, & * communẽ opinionẽ, nouiſſimè dicit Ioſeph. Lud. cõcl. 4. verſ. fallit ſecũdo, & ꝙ tunc fideiuſſor ſit tutus ope exceptionis, tenuit Fulg. in cõſ. 129. incip. Mattheus Cimator fideiuſſit, quẽ refert apoſt. ad Ale. in d. l. ſi vn⁹, in prin. n. 8.

Sed cum hodie nouatio nõ præſumatur, niſi exprimatur etiã quo ad excipiendum, vt ſupra diximus eſſe magis communem, & verã ſententiam, prior ſententia verior exiſtimãda eſt, vt illã veriorem videri dicit Gabr. d. tit. de noua. cõcl. 1. nu. 66. ex quo infertur pro-
12 pterea ex temporis prorogatione † cõceſſa principali debitori fideiuſſores ſimpliciter adhibitos nõ liberati, vt tenuit gl. in l. ſi cum Hermes in fin. & ibi Bal. & Sal. C. locat. Alex. in l. ſi vnus in prin. nu. 8. ff. de pac. Dec. in l. lecta, nu. 13. ff. ſi cert. pet. & cõſ. 93. ad fi. Alc. d. conſ. 72. vol. 7. Pariſ. cõſ. 38. nu. 14. vol. 1. Rot. alleg.
* dec. 860. Fr. Marc. deciſ. 539. per totã, par. 1. & hãc eſſe cõem teſtatur Bert. in conſ. 188. col. 1. & ſeq. vol. 1. &
** poſt eum veriorẽ, & ** magis communem dicit Gab. qui latè declarat, tit. de fideiuſ. concl. 3. nam prorogatio non eſt innouatio, ſed per eam eadem res repetatur. Rot. deciſ. 331. ad fin. in nouiſ. quam adducit Milis in reper. in verſ. protog. termini.

13 Hanc autem ſecundam ampliationẽ † declares velim, vt licet ex ea non præſumatur nouatio, operetur tamen, quod huiuſmodi dilatione longiore pendẽte non poſſit debitori moleſtia inferri, non vi nouationis, ſed ipſius prorogationis, Imo. & Camp. in d. l. pen. ff. de pretor. ſtipul. & poſt eos ita declarat Alex. præcit. conſ. 72. nu. 8. vol. 7. Gabr. d. concl. 1. nu. 64.

14 Ampliari poterit 3. loco † eadẽmet principalis concluſio, vt non præſumatur facta nouatio, etiãſi adiiceret obligatio fideiuſſoria, vel pignorum aſſignatio, vt tradit conſulẽdo Bal. in cõſ. 266. nu. 1. & in conſ. 318. nu. 3. & 4. vbi quærit, an ex aſſecuratione intelligatur nouatio. Iaſ. in d. l. q bis idẽ. nu. 4. Reb. d. tit. de lit. obli. ar. 1. gl. 9. n. 22. Rõcag. l. 3. in prin. n. 15. ff. de duob. reis.

15 Subampliatur habere locũ † non ſolum quoad nouationẽ principalis obligationis, ſed etiã quoad nouationẽ acceſſoriæ. nam neq; ex datione aliorũ fideiuſſorum, neq; ex aliorũ pignorum aſſignatione pſũmitur nouatio quoad liberãdos fideiuſſores, & pignora primo aſſignata, ita decidit Bar. in d. l. Valerianus. in fi. licet ipſe aliqualiter diſtinguat, & ſequitẽ ibi Caſtren. nu. 5. & ponit ibi apoſt ad Bar. & Afflict. ſup cõſtitutionib. in tit. de his, q. fideiuſſores dare poſſ. nu. 10.

16 Ampliatur 4. hanc concluſionẽ † habere locum ẽt ſtatuto diſponente, quod nouatio præſumatur cõtra diſpoſitionem. l. fin. C. de noua. nã nec ſtatuto hodie poſſe illius cõſtitutionis formam immutari cõſuluit Barb. conſ. 37. colum. 9. verſ. & ſi quiſpiam. lib. 1. quẽ refert Menoch. de recuperanda poſſeſſione, remed. 9. nu. 380. & dicit dignum eſſe, quod perpetuo adnotetur, ſi verum eſt. Idem tamen tenet Roncaga. in d. l. 3. nu. 16. dicens neque conſuetudine, nec ſtatutõ, neq; conſenſu partium poſſe induci nouationem aliter, quàm ſit cautum in d. l. fin. quem retulit Ioſeph Lud. d. concluſ. 4. verſ. ampliatur 3.

17 Ampliatur demum, † vt nedũ non præſumatur nouatio, ſed nouatione præſuppoſita non præſumatur etiam qui promittit per nouationẽ plus deducere in ſecundã obligatione, quam tenebatur in prima. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. Lucas de Pen. in l. vnica. C. de quæſt. lib. 12. nu. 19.

18 Limitatur modo principalis concluſio † nõ procedere exiſtentibus cõiecturis, ex quibus animus nouãdi poſſit præſumi, tunc enim præſumptio, quod nouatio non cenſeatur facta illis ceder, & propter coniecturas dicetur expreſsè conſtare de animo nouandi,

vt

vt ſenſit Cyn.& Ray.in d.l.fi.C.de nou.Imo.in l.dele gare,ff.eo.& in d.l.pen.col.4.ff.de prętor.ſtipul. Alex. conſ.73.col.1.lib.2.& conſ.72.nu.12.vol.6.Affl.deci. 44.nu.15.Bol.conſ.59.col.2.in fi. Menoc.conſ.5.nu. 12.& in conſ.95.nu.36.Alb.conſ.68.nu.5.

19 Contra hanc limitationem † vrget contextus d.l. fi.& d.§.præterea,qui excludit coniecturas & pręſumptiones,prout ibi ponderat Bal.& Aret.in d.§.præterea,& tenuerant plures adducti per Socyn. in d.l.qui vſumfruct.nu.8.ad fi.

20 Sed eſt aduertendū † pro diſtinctione,limitationē procedere quoad manifeſtas coniecturas, quæ ex verbis contrahentiū colligunt̄,valde neceſſitate inſunt, non quoad coniecturas legis, quæ tolluntur per d.l. fi.& ita ſenſit Bal.& expreſſius Sal.in d.l.fin.& ref.& ſequitur Alex.in conſ.13.col.fi.vol.2.& in conſ.173. nu.10.vol.7.& Ang.in d.§.præterea nu.6.

21 Hinc primò deducitur † præſumi nouationē, ſi dicatur,pro decem,quæ tibi debeo,ꝓmitto quindecim, Sal.in d.l.fin.quē adduc.& ſeq.Pariſ.conſ.107.nu.27. vol 4.& ante cum Alex.conſ.13.col.2.vol.2. Loffre. cōſ.24.col.4.facit,quod qn̄ ſecundum pactum eſt diuerſum à primo cenſeri nouationem inductā, tenuit Crau.conſ.167.nu.9.& Thob.Non.conſ.82.nu.15.vt per Ioſeph.Lud.d.concl.4.verſ.fallit primo.

22 Secundò infertur, † ꝙ ſi ſuper eodem debito emittantur plures promiſſiones,præſumitur ex multitudine animus nouandi, & ideo non poterit agi cū effectu,quia obſtabit exceptio nouationis,gl.& Bal.in d. l.fi.latè Barb.conſ.86.magnus,col.8.vol.4.quę ref.& ſeq.Alba.præcita. conſ. 68.nu.5. ad quod vide Caſtr. & Iaſ.in d.l.qui bis idem,nu.3. & 5.

23 Tertiò proximè deducitur, † nouationē præſumi, qn̄ contractus ſe non compatiuntur, vt docuit Bald. in d.l.fi.1.col.& in conſ.318.col.2.vol.1.& ſequit̄ cōſulendo Dec.in conſ. 400.nu.9.verſ. & his ſtantib. & in cōſ.483. nu.6.& tunc nouatio ineſt ex neceſſitate, idē Dec.conſ.464.nu.4.& in conſ.564.nu.14.15.& in l.pacta nouiſſima, nu.2. C. de pact. & declarat Gabr. d.tit.de noua.concl.1.nu.61.cum ſeq.vbi ad hanc cōclu.alias limitationes poſuit.

Limitari ēt poſſet principalis concluſio noſtra, vt procedat in ſtipulatione coæquali,non aūt in ſtipula-

24 tione pœnali.ſed qa lata eſt q̄ſtio,an ſtipulatio † pœnalis nouet præcedentē,videas latè Doctores, & præcipuè Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus, ff.de verb. oblig.& latè Franc.Marc.deciſ.Delph.412.nu.2.par.1.ad declarationem tn̄ eorum, quæ dicta ſunt, illud non omittas,

25 ꝙ licet pacto nudo † poſſit fieri nouatio,iuxta tex.& ibi Bar.in l.ſi mandato meo,§.fi.ff.mandati,tn̄ nunq̄ tacita nouatio poterit præſumi, niſi interueniente ſtipulatione,Bar.& Caſtr.in l.1.ff.de noua. Bald.in l.reſcriptum.§.ſi pacto,ad fi.ff.de pactis.Saly.in l.1.C.de nou.Soci.conſ.89.nu.3.vol.3.Alex.conſ.13.col.pen. verſ.ſecundo reſpondeo,vol.2.ꝙ tn̄ ita poteris intelli-

26 gere,vt non procedat † in curia mercatorū,in qua & pacto nudo abſq; ſtipulatione poterit pręſumi nouatio,Soc.d.l.qui vſumfruct.nu.18.

CONCLVSIO MCXIII.

ARGVMENTVM.

Ob nouercarum peſſimam naturam multa à iure contra illas præſumi.

SVMMARIVM.

1 *Nouercam præſumi malè affectam in priuignos.*

2 *Nouercalibus ſuaſionibus præſumi factum quicquid facit pater contra filios nouercas habentes.*

3 *Renunciationes factas à filiabus nouercas habentibus de bonis, & hæreditate paterna præſumi factas propter inſidias nouercales.*

4 *Nouercam non cogi ſtare cum priuignis propter mutuum inter eos odium præſumptum.*

1 Nouerca præſumit̄ † male affecta in priuignos,quod colligitur ex text. in l.4.ibi,nouercalibus delinimentis.ff.de inoffi.teſt. l.1. C. in quibus cauſis ceſſat longi tēporis p̄ſcriptio. & profitendo tradidit Ioan.de Caron.in repet.rub.C. de ſecund.nup.nu.98. qui citat Caſtr.conſ 185.1.vol. in antiq. & hoc pronunciatū latè illuſtrium ſcriptorum ſententijs exornauit Tiraq. de leg. connub. par. 9.gl.1.nu.196.Hinc quicquid facit pater contra filios

2 † nouercas habentes præſumi factum nouercalibus ſuaſionibus,probauit Caſtr.& ante eum Bal. & Ang. & alij ſequuntur in l.hoc colore, ff.eod.tit.de inoffic. teſtam.& conſul.Bertran.in conſ.22.num.4.vol.3. &

3 ideo etiam renunciationes factæ † per filias habētes nouercas de bonis, & hæreditate paterna factæ præſumuntur propter inſidias nouercales, ideoq́, infringi,& annullari facilius dicebat Curt. & poſt eum Cagno.nu.9.in d.l.hoc colore.

Ex eadē præſumptione & illud emanauit,non co-

4 gi nouercam † ſtare cum priuignis pp mutuum inter eos odium præſumptū, Iac.de Aret. per illum text.in l.ſi diſceptetur, ff. vbi pupillus educari debeat. & ibi Alb.Bal.in auct.hoc locum.C.ſi ſecundo mulier nupſerit,in fi.& in l.ſi ea.C.de cōditionib. inſertis.quos adducit Bellon.conſ.31.nu.5. Siluan.conſ.28.nu.19. hoc tamē iudici arbitrarium poſt plures dicit Cagn. d.l.hoc colore,nu.10.

CONCLVSIO MCXIIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur per teſtes noctis tēpore aliquod maleficium eſſe cōmiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Noctis tempore commiſſum non probatur ex eo, quod teſtes deponant ſimpliciter de viſu, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur. Et cur,nu.2.*

3 *Noctis tempore commiſſum teſtes probare volentes, ſi tantum de viſu deponant ſuſpecti redduntur.*

4 *Noctis tempore ſi quem deliquiſſe teſtes probare velint, deponantque ſe illum vidiſſe ſubijciendo rationē, quia Luna lucebat, vel aliud ſimile huic, vtique probant.*

Contrarium,nu.5.

6 *Noctis tēpore ſi quem homicidiū patraſſe probare velint teſtes, deponantque ſe cognouiſſe homicidam ad vocem, quia eam habent notam,vtique probant etiam plenè. vt nu.8.modo ſint teſtes omni exceptione maiores, vt nu.7.*

Contrarium.nu.9.

Conciliatio.nu.10.

11 *Noctis tēpore ſi quem deliquiſſe velint probare teſtes, deponantq; ſe illum vidiſſe: quia ipſi erant valde vicini, & propinqui,vel vna cum ipſo erant,vtique probant.*

12 *Nocturno tempore maleficium commiſſum vt probetur plenè,probationes alias inhabiles admitti.*

13 *Præſumptionem contra ſe habere eū delicti commiſſi, qui ea nocte,qua commiſſum fuit,inuentus eſt.*

14 *Noctu commiſſa delicta, grauiora dici.*

1 Noctis tempore † cōmiſſum non probatur ex eo,ꝙ teſtes deponant ſimpliciter de viſu, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, vt voluit Bald.poſt Oldradū in l.ſi non ſpeciali, C.de teſt. & in l.Arethuſa,ff.de ſta.hom.& in c.1.§.porrò,tit.q̄ ſiue.prima cau.benef.amit. Ang.in l.1.§. interdū,ff.ſi

pars hæred.pet. & in conſ.194. viſis proceſſib.col.n.4. Gram. conſ.58.nu.1. & vot.21.nu.31. & cõſ.45.nu.7. Cæph.conſ.32 nu.8. Alex.cõſ.4.nu.5.vol.6. Dec.cõſ. 363.nu.2.& conſ.429.nu.14. Aret.in Maleſ.in verſ.cũ pareant,d.inquiſi.ad fi.Boſ.tit.de oppoſ.cõt.teſt.nu. 48.Nell.de teſtib.nu.116.Clar.in prac.crim.§.fi.q.21. Boſ.de indi.nu.172 & voluit gl.vbi Bal.& DD.in l.ſi cũ exceptione,§.in hac,ff.ꝙ met.cau. Bal.in l.1.ff.de jjs,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& in l.non ignorat. C.qui accuſa. Viu.com.opin.in verſ.teſtis deponens de nocte,vbi de * cõi opinione omniũ DD. teſtatur. Cuius
2 pronnnciati ea eſt ratio, † quia cum nõ dicant ꝙ Luna luceret,vel lumen erat accenſum contra naturam deponunt,cum dicunt aliquem de nocte vidiſſe,& idõ à ſeipſis naturaliter reprobantur,vt dicunt DD. locis relatis,& Boſſ.d.nu.172.& Clar.d.q.21.

Hinc teſtatur Old.euaſiſſe accuſatum, contra quẽ erat probatum maleficium per teſtes de viſu nocturno,probando ꝙ illa nocte Luna nõ lucebat, nec alia lumina,per quæ poterant teſtes videre, vt refert Nel. cita.loco,& Ang.d.§.in hac,vbi Cum.& Dec.conſil. 429.nu.15. qua ẽt ratione teſtes quoſdã Athenis falſi cõuictos fuiſſe ſcribit Plut.in Alcibiade. Ad ꝙ facit ſeqnens ampliatio. Nã amplificatur adeò certã eſſe & indubitatam hanc concluſionem, vt teſtes eo mo-
3 do deponentes † ſuſpecti reddantur,vt dicit Viu.eſſe de mente * omnium, d.verſ.teſtis deponẽs de nocte, Dec.d.cõſ.420. & eo vſque ẽt procedit, vt huiuſmodi teſtes nec faciant indicium ad torturam niſi deponãt illum ad vocem cognouiſſe,vt rñdit Bal.profitẽdo in l.ſi non ſpeciali,nu.1.C.de teſta.& veriſimiliter habeant notam vocem rei, vt decipi nõ poſſint. Cot. in memorab.in verb.teſtis deponẽs, Clar.in d.§.fi.q. 23.verſ.ſed quid ſi teſtis,Boſſ.d.tit.de indic.nu.273.

4 Præmiſſa modo limitantur non procedere, † qñ teſtis deponens ſe vidiſſe aliquem delinquentẽ nocturno tpe ſubijceret rationem, quia Luna lucebat, vel aderat lumen lucernæ,vel ignis,adeo quod dignoſci poterat delinquens,quia tunc probat, Iaſ.in d.l. ſi nõ ſpeciali, & in l.ſi non minorem. C.de tranſact. Dec. conſ.163. & in conſ.363.nu.2. & in conſ.429. nu.15. poſt Oldradum Bal & Ang.d.§.in hac.Crot tract.de teſtib.nu.352. Alex.conſi.4.nu.5. & eſt * cõmunis opinio,vt per Viu.d.verſ.teſtis deponens de nocte,& tradunt omnes ſupra relati,ita diſtinguentes.

5 Huic tñ † cõi opinioni, niſi vltra lumen Lunæ interueniat alia certitudo,vel coniectura, non aſſentiẽ Boſſ.d.nu.173.de mente Fel.in c.ſicut,col.3.de re iudic.& Bal.in d.§.porro,& Com.in d.l.ſi non ſpeciali. adhuc enim huiuſmodi teſtes non videntur omnino integri,cum fundãt ſe ſuper lumen Lunæ, quæ habet radios lugubres,fatetur tñ, ꝙ in ciuilibus, & dum ciuiliter agitur, optimè concluderent, non tamen ad torquendum,& condemnandum in criminalib.

6 Secundo loco reſtringitur Concluſio, † vt non habeat locum; qñ teſtis deponeret ſe cognouiſſe committentem homicidium de nocte ad vocem, quia haberet notam,nam talis depoſitio ſaltem faceret indicium ad torturam,vt diximus ſupra, & * vbiq; tenere DD.teſtatur Cot.in memorabilibus,verſ.teſtis depo-
7 nens.Quod tamen de teſte omni † exceptione maiore intelligitur,vt per Soc.conſ.54. col.1.vol. 3.relatũ per Boſſ.cit.loco.

8 Amplia hanc limitationem, † vt nedũ tales teſtes faciant indicium ad torturam,ſed etiam probent plenè, Alex. conſ.24.col.3.verſ. nec obſtat, vol.2.quod dicit fuiſſe de mente Cyn.in d.l.ſi nõ ſpeciali, & Bal. in l.cõuenticulam,in pen.col. C.de epiſ.& cler. Spe. tit.de teſt.§.1.verſ.quid ergo ſi viro,& muliere,Hoſt. & Io.And.in c.2.de conſuet.Cyn.in l.teſtium,in 4.q. C.de teſtib.

9 In contrarium tamen † facit quod cõſuluit Corn. conſ.10.col.5.verſ.& tñ ẽt auditus,vol.1.vbi determinat, auditum vocis abſq; viſu non eſſe tutam probationem,& eſſe * communem opinionem,teſtes deponentes de auditu ſolo non probare,& voces aliorum facilè imitantur,Cyn.d.l.ſi non ſpeciali,Clar.d.q.21. verſ.ſed quid ſi teſtes,& per Boſſ.d.nu.173.

10 Sed poterit hæc repugnantia tolli,† ſi dicamus primam opinionem veram eſſe,qñ teſtimonium de auditu adiuuaretur alijs adminiculis, nimirum quia ꝑꝑ familiaritatem, & notitiam non vr̃ falli poſſe, vt in caſu Alex. ibi enim agebatur de teſtimonio ſororis, quæ optimè præſumitur nouiſſe vocem fratris, argu. l.octaui.ff.vnde cogna.& cum rarò tam benè imitentur voces aliorũ,vt diſcerni nequeant,non vr̃ obſtare dictum Clari,arg.l.nam cum ad ea,ff.de legib. Idem etiam dici poterit, qñ delinquentes eſſent ſoli in aliquo loco; tunc enim multiplicitas perſonarum non poteſt inducere dubietatem circa voces,vt per Corn. d.conſ.10. vbi & de alijs coniecturis idem iudicium fieri poſſe affirmat. Secunda verò opinio poterit habere locum,qñ deponens de auditu eſſet talis, qui de facili poſſet decipi in voce,nec cõcurrerẽt aliqua adminicula; & hæc conciliatio colligi poteſt ex inſpectione ipſorum DD.& innuit Boſſ.d.nu.173.& Clar. vbi ſuprà. Et ꝙ dicit Corne. d. conſ. 10. de teſtibus de auditu, habebit tantum locum in caſu teſtamenti cõdendi,propterea ꝙ teſtator plerunque mutat vocem infirmitate grauatus, quod poteſt fallere teſtes etiam notam vocem habentes, vt tradit Bart. d.l.2. §. item Labeo,ff.de aqua plu.arcen.

11 Tertiò limitatur cõcluſio in teſte,† qui deponeret ſe vidiſſe aliquem maleficium cõmittentem de nocte,quia erat ipſi valdè vicinus,& propinquus, vel cõmorabatur ſimul cum ipſo; nam tunc niſi probetur noctem illam adeò illunem,& obſcurã fuiſſe, vt nec vicini, & valdè propinqui quenquã videre poſſent, vel quòd teſtis eſſet diſtans ab accuſato,per vnam,vt loquuntur DD.baleſtratam,optimè probabit, vt probat Oldr.Ben.de Vad.in Apoſtil.ad Aret.in d.l. non minorem,per Bal.& Ang.in d.§.in hac.& Bal.in d.l. Arethuſa,in ſecunda lectura,quos refert Viu. d.ver. teſtis deponens de nocte:

Demùm circa hæc de nocte cõmiſſa regula põi cõ-
12 ſtituit,† vt ad illa probanda admittantur aliàs inhabiles,vt per Boſſ.d.tit.de indicijs, nu.171. gl. in d.l. ſi cũ exceptione.§.in hac.Bald.conſ.71.vol.3. Alex.conſ. 24.col.3.vol.2. Aymo conſ.178. Alex. conſ.156.col. 4.lib.5.Dec.conſ.163.nu.8.& conſ.183.nu.6. Marſ.in l.domitorum,§.plurium,nu.73.ff. de quæſt.

13 Secunda regula conſtituitur,† præſumptiõẽ contra ſe habere delicti cõmiſſi,qui ea nocte,qua cõmiſſum fuit,inuentus eſt,Nouel.in prac.crim.pag.24.nu. 41.Crau.conſ.35 nu.11.Mart.conſ.83.nu.16.Abb.in c.1.de clandeſti deſponſ. Arguitur enim ex tempore nocturno & dolus,& delictum, facit ca.conſuluit,de offi.deleg.gl.in c. vnico. in ver.occulta, vt eccleſiaſt. beneſ.Bal.in c.2.de fid.inſtru.

14 Tertiò nocte commiſſa † delicta grauiora dicunẽ, Marſ.d.conſ.83 nu.16.Nouel.d.nu.41.Blanc.in l.fin. nu.198.ff.de quæſtionib.

CONCLVSIO MCXV.

ARGVMENTVM.

Cui incumbat onus probandi nullitatem:tũ quomodo ea probetur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatem proponens probare debet.*
2 *Contra nullitatem in dubio iudicari.*

3 Aſſeren.

3 *Aſſerenti teſtamentum, ſiue contractum nullum, incumbit onus probandi.*
4 *Nullitatem ex actis reſultantem, & notoriam nulla nec probatione, nec propoſitione indigere.*
5 *Nullitatem notoriam nunquam cenſeri excluſam.*
6 *Notoriam iniuſtitiam non intelligi reiecta decreto etiam reijciente nullitates.*
7 *Statuti Genuenſis declaratio.*
8 *Nullitatem non eſſe probandam à proponente, quando negatur factum ſimplex pro nullitate.*
Quod amplia, vt num. 9.
10 *Nullitatem probare tenetur excipiens de nullitate proceſſus contra executionem, quãdo ſententia, quæ vitio nullitatis ſubiacere dicitur, dicta eſt parte præſente, & non contradicente, ſed patiente tranſire in iudicatum.*
11 *Nullitas probatur probando pro aliqua nullitatis ſpecie negatiuam, quæ probabitur per reproductionem regeſti, & actorum, ex quibus inſpici poſſit ſolemnia non fuiſſe ſeruata. Quod amplia, vt nu. 12.*
13 *Nullitatem ex actorum reproductione probatam impedire exequutionem.*
14 *De nullitate ſemper poſſe probari ex non actis ex actorum reproductione, etiamſi ſententia tranſitum feciſſet in iudicatum ex lapſu decennij, ſiue etiam fatalium.*
15 *Negatiuam illam non actorũ, ex qua nullitatis probatio inſurgit probari poſſe per teſtes literatos, qui proceſſui, & prolationi ſententiæ præſentes fuerint, ſeu viderint, & examinauerint acta, & proceſſum, in quibus talia non ſint reperta.*
16 *Actum illum, ex quo nullitas prætenditur probari poſſe fuiſſe geſtum, licet per inſpectionem appareat non fuiſſe in proceſſu regiſtratum.*
17 *Nullitatem probari poſſe per partis confeſſionem, & quomodo.*

1 Nullitatem proponens † probare debet ſiue ad intentionẽ, ſicut ad exceptionem, aut replicationem fundandã id faciat,
vt colligere licet ex tex. in c. cum ſuper. de re iud. &
in c. in præſentia, de renuncia. quod ex ſnĩa Guidonis
de Suzaria probat Io. An. ad Spec. tit. de execu. ſent.
§. poſtremo. nu. 6 & in additione incipien. §. ſequẽti,
& conſuluit Ang. in conſ. 247. atteſtatio. quã ſequitur
Franc. in c. dilecto. de appel. quæ concluſio, & ea præ-
ſumptione iuuatur, q̃ ſtat pro validitate actus, de qua
per Alcia. in tract. de præſump. reg. 3. præſumpt. 34. &
2 in dub. contra † nullitatẽ iudicatur. Bald. in l. eã quam
col. 10. verſ. ſed ſubiungit. C. de fideicommiſſis Rota
deciſ. 586. vtrum ſi cõtra. in antiquis. Ægid. concl. 135.
ſi Epiſcopus, & deciſ. 340. fuit dubitatum. nu. 3. in no-
uiſs. & cum ex pluribus nullitas deducatur, debebit
cauſa nullitatis ſpecifica proponi, & probari Domini
Rotæ deciſ. 145. nota, quod intentans, & deciſ. 749.
nota, quod ſi principalis perſona. in antiquis.
3 Hinc aſſerenti † teſtamentum, ſeu cõtractum nullũ
incumbit onus probandi. l. ſi ſcriptum hęredem, & ibi
Bald. C. de prob. Dec. conſ. 11. nu. 8. idem Bald. in l. 2.
C. de edic. Diu. Adr. toll. in fi. & in l. ſcriniarios. C. de
teſtant. milit. & plenè ponit Vant. in tract. de nullit.
titu. à quo, & à quib. nu. 4. faciunt quæ idem Vant. con
geſſit tit. quid ſit nullitas, & vnde dicatur, nu. 26.
4 Declaranda modo eſt hæc cõcluſio, † vt nõ proce-
dat in nullitate ex actis reſultante, & notoria, quę ne-
dũ probatione, ſed nec propoſitione indiget. Ang. in
l. fi. ff. de peti. hær. Alex. in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoca.
Fely. in c. cũ ordinẽ, vol. 8. verſ. prima, declaratio. de
reſcriptis, quod adducit, & ſequitur idẽ Vant. tit. quis
poſſit dicere de nullitate. nu. 52. & ſpectare ad officiũ
iudicis hanc notoriam nullitatẽ tollere, etiam litiga-
toribus ipſis tacẽtibus ponit Card. in clem. 1. q. 19. de
re iud. Alex. conſ. 225. nu. 5. lib. 6. & poſt eos, quos add.
idem Vant. citato titu. quis poſſit dicere de nullitate.
num. 57. ex quo deciditur, hãc notoriam nullitatem
5 quãquam † cenſeri excluſam, latè Gabr. tit. de execu-
tione rei iud concl. 1. nu. 8. & titu. de excep. conc. 1. &
poſt eũ Cóntar. in l. vnic. limitatio. 7. ver. ratione nul-
litatis nu. 63. C. ſi de momen. poſ. fue. app. & notoria
dicitur, quæ nõ habet aliquam dubietatẽ, nec aliqua
diſputatione eſt velata, Franc. in c. dilecto, nu. 153. p-
pè fi. verſ. & intellige. dę appell. Fel. in c. inter cęteras.
col. 5. verſ. intellige de re iud. Dec. in c. ex parte, col. 5.
verſ. 5. fallit. de offi. deleg. Cęph. conſ. 201. num. 10. &
conſ. 202. nu. 16. vol. 2. Gabr. de excep. rei iud. cõcl. 1.
nu. 9. & illud, quod in propoſito dicimus de nullitate
notoria, habet etiam locum in notoria iniuſtitia, quę
nullitati æquipollet, vt latè per Felin. poſt alios in di-
6 cto capitulo inter cęteras de re iud. imò decreto † reij
ciẽte nullitates nõ intelligetur etiam reiecta notoria
iniuſtitia, quia licet iniuſtitia includat nullitatẽ, & ei
qui dicit iniuſtam, ſufficiat probare nullam, vt inquit
Fel. poſt Inno. in c. cũ contingat. in fine. de offi. deleg.
nullitas tamen nõ includit iniuſtitiam, quia verſatur
circa proceſſum, & ius publicũ, & iniuſtitia circa ius
priuatorum, quæ etiam nõ eſt verè nullitas, ſed ſecũ-
dum quid, & ideò nõ cõprehendetur in dicto decre-
to, ſiue ſtatuto. ſicut non comprehendi in verbis ritus
magnæ curię decidit Sacrũ Conciliũ Neapolitanũ,
teſte Afflict. deciſ. 28. quæ faciũt pro declaratione ſta
7 tuti † ſiue decreti Genuenſis reijcientis ſententiarum
nullitates, & exceſſus ex quacũque cauſa, qui nõ fue-
runt propoſiti intra tres menſes, à die, qua ſentẽtia in
iudicatum tranſiuit, vt non excludat notoriã iniuſti-
tiã, vt in ſimili ſtatuto Romano diremere DD. Rotæ
in vna Romana prætenſæ cõuentionis corã R. P. D.
Robuſterio die 7. Nouembr. 1580. moti etiã quia id
ſtatutum eſt cõtra ius, & cum nõ tangat iniuſtitiam,
quæ eſt ſubſtantia, non tangit etiam notorietatem,
quæ eſt qualitas, quæ facit etiam caſum mixtum.
Modo ad rem noſtram redeundo, ſecũdo loco de-
8 claranda eſt concluſio, vt nõ procedat, † quando ne-
gatur factũ ſimplex pro nullitate, vt puta, quia nego
me nunquam fuiſſe in cauſa, vel ad ſententiã citatũ
libellum porrectum, litem cõteſtatam, vel ordinẽ iu-
dicij ſeruatum, quæ per modũ abnegationis, ſi de cõ-
trario non cõſtet, pro legitimè probatis habebunt, vt
ponit idem Vant. tit. de nullita. ſen. à quo, & à quibus,
9 nu. 6. ibiq; hoc ampliat, vt idem ſit, † quando nullita
tis oſtẽdẽdæ cauſa proponeret negatiua alicuius qua
litatis extrinſecæ, quæ ita competit vni, vt non alteri,
vt ſi negetur iudex, aut cõtra perſonam oponatur, nõ
cum huiuſmodi qualitates non pręſumantur. c. cũ in
iure peritus. de offi. deleg. l. 1. C. de mãdatis principũ,
& colligi poteſt, arg. l. non ignorat. C. qui accuſare.
ſatis probat, qui ex his capitib. nullitatẽ propoſuit, ex
eo quod de illis nullibi cõſtet, vt per eũdem Vant. tit.
de nulli. defec. iuriſ. num. 8. & tit. de nulli. ſenten. ex
defec. inhabilit. ſeu mandati comparent, num. 62.
11 Subdeclaratur † modo huiuſmodi declaratio, vna
cũ ampliatione, procedere, quãdo ſententia nõdum
in iudicatum tranſiuit; tunc enim pro ea nõ præſumi-
* tur, vt per DD. communiter * in c. quoniã cõtra in fi.
de prob. ſecus quando ſententia, quæ vitio nullitatis
ſubiacere dicitur, dicta eſt parte pręſente, & nõ recla-
mante, ſed patiente, tranſire in iudicatum, nã eo caſu
propter auctoritatẽ rei iudicarę præſumuntur omnia
iuris ſolemnia nullitatem excludentia, & excipienti
de nullitate proceſſu contra executionem incumbit
onus probandi, vt reſpondit in terminis Inno. in d. c.
cum in iure peritus. col. fin. quem adducit, ſequitur
Rot. in d. cap. cum in iure peritus colum. 12. vbi dicit
* communem opi. maximè ijs. in ipſa * enunciatis idẽ
* Imo. in l. ſciendum vbi etiam * communem eſſe opi-
nionem teſtatur. ff. de verb. obli. Meno. conſi. 100. nu.
5. latè Gabriel. de ſen. concl. 4. vbi plenè declarat, an,
& quando, & quatenus pro ſententia præſumatur,
quod alibi commodius explicabitur.

Hoc igitur poſtremò caſu probanda erit nullitas alio modo, quàm per negationem, vt per Ang. cita. conſ.24. quem adducit Philip. in c. dilecto. quæſtione quinta. in fi. de appell. quare alij modi probandæ nullitatis ſunt inquirendi.

11 Probabitur autem nullitas † probando pro aliqua nullitatis ſpecie negatiuã, quæ cum ſit coarctata ad acta, & proceſſum cauſæ, probari poterit per reproductionẽ regeſti, & actorum, ex quibus inſpici poſſit ſolẽnia nõ fuiſſe ſeruata, nimirũ, qa ibi non apparet de citatione, neq; de poteſtate Iudicis, nec de perſonis, neq; de ordine, vt dicũt Bar. in l.2. C. de errore aduoc. Imo. in conſ. 110. in cauſa, quæ vertitur, in princ. Mil. in repet. verſ. ſent. à qua non eſt appellatum. Dec. cõſ. 483. num. 4. Soc. conſ. 96. colum. 9. circa med. verſic. ſed clarè etiam reſpondetur. lib. 4. & tunc verè, & clarè probat de nullitate, dicit Aymo in tract. de antiq. temp par.2. verſ. ex præmiſſis, nu. 53. Bar. in l. ij, qui ad ciuilia. C. de appel. & in l.1. ff. ſi tutor, vel curator appel. Bal. in l. ſi contra. C. de appel. Alex. conſ. 123. col. 8. vol. 4. & in cõſ. 123. col. 3. lib. 1. & in cõſ. 95. in princ. lib. 6. & per DD. in d. c. quoniam contra, de prob. latè Vant. citato tract. tit. à quo, & à quibus. nu. 12. cũ pluribus ſeq. & cum actorum pluralitas nõ præſumatur; ſufficiet parti reproducenti alia acta negare, & aduerſario prætendenti plura fuiſſe, incumbet onus probãdi, vt latè per Aymo. d. 2. par. prin. nu. 55.

12 Ampliatur adeò procedere † hunc probandi modũ, vt ex eo dicatur probatio fieri incontinenti, vt sẽſit conſulendo Alex. conſ. 33. col. fi. lib. 1. ponit Fran. Here. in trac. de prob. neg. nu. 176. & cũ nullitas hmõi tunc ex actis appareat, poterit dici euidẽs, & notoria, vt latè per Vant. tit. quis poſſit dicere de nul. nu. 51. & Contard. in d. l. vnica, limit. 7. nu. 57.

13 Ex quo deducitur † nullitatem hoc modo probatã impedire executionem, cum non requirat altiorem indaginem, ſed dicatur patens, & aperta, Alex. citato conſ. 33. in fi. vbi hanc eſſe * communem opinionem Doctorum vbiq; docuit, idem tradit Bart. quem alij ſequuntur in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & conſulendo ponit Vegius. cõſ. 46. nu. 9. & quod impediat executionem c. trium conformium conſuluit Oldr. * in conſ. 106. quem plures ſequuntur, & * communem illius partem dicit Bertr. conſ. 84. vol. 1. vt per Gabr. tit. de exce. rei iud. cõcl. 1. nu. 8. vbi latè declarat, an, & quando notoria nullitas impediat executionem triũ conformium, quam impedire executionẽ inſtrũ habẽtis ex diſpoſitione ſtatuti executionẽ paratã, tradit Bened. in tract. de libel. guarentig. par. 2. q. 18. verſic. tertio loco. quem refert, & ſequitur Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 4. num. 893.

14 Ampliatur ſecundo procedere, † etiam quod ſñia tranſitum feciſſet in iudicatũ, ex lapſu decennij, ſiue ẽt fatalium. nam ex actorum reproductione ſemper de nullitate ex non actis probari poterit; ita poſt eos quos adducit, ponit Here. in tract. de proband. negat. nu. 177. à quo, & aliæ ampliationes, & limitationes ſumi poterũt, quæ cum maximè ad præſumptionem, quæ eſt pro ſententia, & ad actorũ probationem, pertineant, hic referenda non duximus.

15 Amplies nũc velim tertio loco † hmõi negatiuam nõ actorum, ex qua nullitatis probatio inſurgit, probari poſſe non ſolum per reproductionem huiuſmodi proceſſus, ſed etiã per teſtes literatos, qui proceſſui & prolationi ſententiæ præſentes fuerint, ſeu viderint, & examinauerint acta, & proceſſum, in quibus talia non fuerunt reperta: eſt enim hæc negatiua coarctata, & ideo probabilis, Ant. in cap. quoniam contra, in vltima charta, col. 1. de prob. quem adducit Mil. in reper. verſ. ſententia, à qua non eſt appel. & per plura concludit Vant. citato titul. à quo, & quibus modis, num. 10.

16 Declara tamen, quæ dicta ſunt ita procedere, † vt nihilominus probari poſſit actum illum, ex quo nullitas prætenditur, fuiſſe geſtum, licet per inſpectionẽ appareat non fuiſſe in proceſſu regiſtratum, vt de negatiua, quæ per ſcripturæ productionẽ probatur, tradit Here. alleg. tract. de proban. negat. nu. 174. & hoc caſu, quando per errorem ſcriptura fuit omiſſa, poſſunt acta per teſtes probari, vt per Caſt. conſ. 60. nu. 2. vol. 1. & alibi attigimus.

17 Demùm probari poterit † hmõi nullitas per partis confeſſionem, nimirum litem non fuiſſe conteſtatã, vel quid ſimile nullitatem inducens nõ fuiſſe factũ, vt ad no. Mil. cit. verſ. ſenten. à qua non eſt appel. Fel. in c. de cauſis, col. 3. ver. 3. concl. de offic. deleg. Vant. & alios adducens d. tit. à quo, & à quib. nu. 20.

CONCLVSIO MCXVI.

ARGVMENTVM.

Numerationem non præſumi, ſed debere probari: & an per confeſſionem probetur.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio non præſumitur, ſed ab eo probanda eſt, qui dixerit eſſe factam.*

2 *Numerationem non probari ex confeſſione de recepto.*

3 *Agenti ex numeratione non ſufficit probare confeſſionẽ de recepto.* Contr. nu. 4. Conciliatio, nu. 5.

6 *Numerationem probari ex confeſſione de recepto elapſo biennio.* Contr. nu. 7.

8 *Agenti ex numeratione non ſufficit probare confeſſionem de recepto, ſecus ſi ex mutuo nulla facta mentione in libello de numeratione.*

Quod intelligas, ſecus eſſe, quando ageretur ex mutui confeſſione: nam nõ obtineret actor, vt nu. 9. Et cur nu. 10.

11 *Depoſitum non probari ex confeſſione de recepto.* Contr. nu. 12. Conciliatio, nu. 13.

14 *Numerationem probari ex confeſſione de recepto in omnibus alijs contractibus, præterquam in mutuo, & dote.*

15 *Numerationem probari ex confeſſione in cæteris contractibus præterquam in mutuo, & dote, quando confeſſio fieret ad obligandum, ſecus ſi tenderet contra confitentem ad libertatem alterius.*

16 *Numerationem probari ex confeſſione per pactum, vel acceptilationem.* Contr. nu. 17. Conciliatio, nu. 18.

19 *Numerationẽ probari ex confeſſione ad liberandum tẽdente elapſis triginta diebus, adeo vt nõ admittatur probatio creditoris in contrarium.*

20 *Numerationem totius probari ex creditoris confeſſione tendente ad liberandum elapſis triginta diebus, etiam ſi nõ fiat expreſſe pro toto debito, ſed dicatur, vt ſolet, pro reſto, ſeu reliquo, quod mihi debebas.*

21 *Numerationem non probari ex confeſſione in contractibus extra mutuũ, et dotem, qñ lex ad excludendã fraudem requireret actualem, & veram numerationem.*

22 *Numerationem non probari ex confeſſione ſolutionis factæ a cedente in inſtrumento ceſſionis.* Contrarium, nu. 23. Conciliatio, nu. 24.

Idem eſt de arris ſponſalitijs, vt nu. 25.

26 *Confeſſionem depoſitarij non facit eſſe ad retractum, ſed opus eſſe, vt conſtet de reali, & vera numeratione ad hoc, vt dici poſſit depoſitum recte factum.*

27 *Numerationem probari ex confeſſione de recepto poſt biennium, non ante. Et cur.*

28 *Numeratio licet probetur ex confeſſione de recepto poſt biennium, poterit tamen confitens poſt biennium probare pecuniam non numeratã fuiſſe.* Contrarium, nu. 29. Conciliatio, nu. 30.

31 *Numerationem probari ex confeſſione de recepto ante biennium fauore piæ cauſæ.*

32 *Numerationẽ probari ex confeſſione de recepto ante biennium*

Digitized by Google

niuu iudicis implorato officio, vt ibidem exemplo declaratur.

33 *Numerationē probari in contractu mutui ex confeſſione ante biennium. Contr. nu. 34. Conciliatio, nu. 35.*

1 Numeratio conſiſtit in † facto, & ideò nullo temporis curſu præſumitur, Aret. in §. idem iuris, nu. 67. Inſt. de excep. & dicēti numerationē eſſe factam incumbit onus probandi, cum maximè non fuiſſe numeratum ſit mera negatiua, cuius naturali ratione probatio nulla eſt, ideoq; probatum intelligatur, eo ipſo, quo contra nō conſtat. l. aſſeueratio. C. de non num. pecun. l. 1. & ibi Fulg. gl. & Bar. in l. 2. C. eo. Bal. conſ. 28. num. 2. vol. 1. Ang. d. §. idem iuris, nu. 5. Ang. quem refert Alex. in l. ſi ſtipulatus. §. Chriſogonus, nu. 12. ff. de verb. oblig.

2 Quod amplificari poteſt etiam † confeſſione de recepto interueniente, vt probant l. adductæ, & text. in l. ſi ex pretio. & ibi gl. Iac. Butr. & Bal. C. de nō num. pec. & in l. 1. & 2. C. de do. cau. nō num. & in l. 1. §. mutuam. ff. ſi quid in frau. patroni. Anch. conſ. 338. viſa copia. verſ. contrarium, num. 2. aliud enim eſt recipere, aliud confiteri recepiſſe, Bar. per illum text. in l. ſi debitorem. ff. de noua. & in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. Veronen. cauſarum ciuil. cōſ. 44. in quæſt. de præſentando in 1. dub. Anch. conſ. 443. primo eliciamus. col. 3. verſ. 7. nu. 4. Soc. cōſ. 3. nu. 4. vol. 1. Afflict. deciſ. 402. num. 2. Tiraq. de contract. connūbio. §. 4. gloſſ. 6. nu. 11. Cacher. deciſ. Pedem. 40. nouiſſimè Ioseph. Ludou. concl. 14.

3 Infertur ex hac ampliatione agētī † ex numeratione non ſufficere probare cōfeſſionem de recepto, adducitur Spec. in tit. de teſte, §. 1. verſ. item pone, egi contra te, Bart. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. & Dec. nu. 11. & adducitur idem Bar. in l. 2. §. fi. eo. tit. Bald. in l. 2. C. ſi cert. pet. Ang. & Alex. poſt multa. in l. ſi ſtipula. §. Chriſog. ff. de verb. obl. & in l. 1. §. ſi quis ita. eod. tit. Aret. in §. ſequens. nu. 9. & ibi Iaſ. nu. 13. Inſt. de actio. Lofred. conſ. 27 nu. 5. & alios congerit Tiraq. d. gl. nu. 18. & hanc ſententiam veriorem dicit Illuſtriſſimus Albanus poſt Alex. in d. §. ſi nummos.

4 Contra hoc dictum † dicitur ſenſiſſe Bal. poſt Nic. de Mat. in l. generaliter, col. vlt. in 9. quæſt. & ibi Saly. col. pen. in 17. quæſt. & idem Sal. in l. ſi ex cautione, verſ. item quæro è contra. C. de nō num. pec quos adducit Alex. in §. Chriſogonus, & Tiraq. d. gl. 6. nu. 13. & Imol. in d. §. Chriſogonus, intelligit illud dictum Spec. procedere, quādo articulatum ſolùm fuiſſet de numeratione, non etiam de confeſſione, & teſtis iurauit dicere veritatem ſuper articulis tantum, non etiā ſuper tota cauſa, vt refert Alex. ibi nu. 13. idem dicit Caſtr. in l. 1. §. fin. ff. ſi cer. pet. & in dicto §. ſi quis ita, num. 4.

Amplectendo illationem ſuperius poſitā, quæ cōmuniter tenetur, in vnam conſonantiam † opiniones

5 redigi poſſent, ſi diceremus cōem procedere, quando negatur numeratio, & opponitur exceptio nō numeratæ pecuniæ: nam aliàs ſi nō opponeretur etiam ante biennium ex confeſſione præſumeretur numeratio, & ita loquitur Sal. in d. l. ſi ex cautione, verſ. quæro quid ſi è contra. prout refert Alex. d. §. Chriſogonus, & ibi ita tenuit poſt med. & Ang. col. vlt. verſic. vlt. oppono. ac Aret. col. 7. verſ. & quia.

6 Secundo loco declarabitur † non procedere, quando fuiſſet elapſum biennium poſt confeſſionē, vel renunciatum legitimæ exceptioni non numeratæ pecuniæ, Bal. in l. vnica. C. de rei vx. act. in princ. & in l. pecuniæ. C. de ſol. Raph. d. §. Chriſogonus, quē refert ibi Alex. & ſequitur, & in l. 1. §. ſi quis ita, & ibi Imol. eo. tit. & Caſtr. d. §. Chriſogonus, nu. 10. & ita dicunt velle Bar. ibi Lofred. d. cōſ. 27. nu. 6. Aret. d. §. ſequēs, inſt. act. nu. 15. Alba. ad Bar. d. §. ſi nummos, nu. 3.

7 Contra tamen hanc ſecundam declarationē † adducit Bal. ſimpl. ſequens dictum Spec. conſ. 50. nu. 3. lib. 2. Ang. conſ. 49. & conſ. 135. quos adducit Apoſtil. ad Caſtr. in d. §. Chriſogonus, nu. 10.

Sed cum elapſo biennio probetur huiuſmodi cōfeſſione numeratio, non videtur de hac declaratione dubitandum, vt etiam dicit Sal. in d. l. ſi ex cautione, quem refert Fel. & ſequitur in d. c. ſi cautio. nu. 85.

8 Declaratur tertio procedere illationem, † vt ſuperius eſt poſita, quā fuit actum ex numeratione, ſecus ſi fuiſſet actum ex mutuo nulla facta mētione in libello de numeratione, tunc enim probata confeſſione, quia diceretur probatum mutuum ciuile, obtineret actor, Bar. in d. §. ſi nummos, intelligit Rom. in l. prædia. ff. de acqui. poſſ. & ante eum Ang. conſ. 103. in q. vertente, & in d. §. Chriſogonus, col. 7. & latius Alex. in conſ. 179. col. pen. verſ. & ita etiam, vol. 2. Iaſ. in d. §. ſequens, nu. 13. & ita format q. Fel. in d. c. ſi cautio, nu. 81. de fid. inſtr.

Hic ſubintelligas hanc declarationem procedere,

9 quādo actum eſt ex mutuo, prout loquitur, ſecus † quā ageretur ex mutui cōfeſſione: nam eo caſu alia ratione non obtineret, nimirum quia ineptè egiſſet ex cōfeſſione, ex qua nō oritur actio. l. Publia, §. fi. ff. depoſiti. Caſtr. d. §. Chriſogonus. ad quod vide Fel. d. cap. ſi cautio. nu. 85. & hoc in mutuo habet locum tunc demū, quando nulla eſt facta mentio de literis, ſeu ſcriptura, vt per Alex. in d. §. Chriſogonus, qui ita dicit ſentire ipſummet. Caſtr. in l. certi condictio, §. quoniam, ad fi. ff. ſi cert. per.

10 Ratio † autē eſt, quia licet in alijs contractibus cōfeſſio inducat tantum probationem, in contractu tamen mutui inducit obligationem ita demum, ſi ſcriptura interueniat, iuxta gl. in l. ſi non ſinguli, in verſi. rei geſtæ. C. ſi cer. pet. vt magis * * cōmunem opinionem dicit Alex. d. §. Chriſogonus. nu. 12. ad quod videas Albanum. S. R. E. Cardinalem ampliſſimum, ad Bar. in l. ſi ex cautione, nu. 2.

Modò ſecūdò ex principali ampliatione infertur, idem in depoſito, quod in mutuo dictū eſt, vt nō ſuf-

11 ficiat † probare illud ex confeſſione, vt conſulendo, voluit Bal. conſ. 218. præſup. ſtatuto, ver. quartus articulus, nu. 5. vol. 1. quem refert Tiraq. d. § 4. gl. 6. nu. 15. quod etiam in eo multo magis obtinere dicit, quia

12 depoſitum re tantum contrahitur. Sed contra † hanc illationem ſenſit Aret. in d. §. ſequens, nu. 15. vbi expreſſè dicit, quod qui ageret ex reali, & actuali depoſito, & ad probandum produceret inſtrumentum cōfeſſionis, obtineret, licet aliud eſſet in mutuo, & idē dicit Bal. conſ. 256. actum fuit depoſiti, lib. 1. & ſequitur Soc. conſ. 143. nu. 3. lib. 1. licet ratio Baldi non inſubtiliter intuenti videatur probare contrarium.

13 Verùm pro declaratione ad cōciliationem † intelligas procedere, quod dicit Aret. quoad præiudicium confitentis, iuxta tex. in d. l. publica. §. vlt. ff. depoſiti, & in l. in contractib. C. de non num. pec. ſecus quoad præiudicium tertij, cuius intereſt, ita declarat Tiraq. d. gl. 6. nu. 15. in fi. dictum aliàs fuit in concluſio. depoſitum.

14 Principalis aūt ampliatio, † qua ſtatuimus ex confeſſione de recepto numerationē non probari, declaratur procedere, quoad confeſſionem mutui, & dotis, contra quam opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ infrà tempora cōſtituta, tit. C. de non num. pec. & tit. C. de do. cau. nō num. & in auth. ibi poſita: Iaſ. & Dec. in l. q pecuniā. ff. ſi cer. pet. Ruin. conſ. 19. nu. 8. vol. 4. & eo ipſo, quod opponitur, dicitur probata non numeratio contra cōfeſſionē, vt per eos, quos latè adducit Herc. in tract. de prob. neg. num. 27. ſecus quoad confeſſionē emanatā ſuper alijs contractibus: nam ex ea probabitur numeratio pecuniæ, & præiudicabit ſtatim, l. publ. ff. depoſiti, l. generaliter, C. de nō nu. pec. Dec. in l. 2. §. creditum, nu. 35. ff. ſi cer. pet.

Fel. in

Fel.in c.ſi cautio.nu.54.de fid.inſtr. Alex.cōſ.191.nu.3.vol.2.Herc.cit.tract.de prob. neg.nu.31.& ꝙ confeſſio creditoris probet veram, & realem ſolutionē, probat tex.in l.pecuniæ,& ibi Bal. C. de ſol.

15 Subdeclaratur modò primò hoc dictū† quoad cæteros contractus procedere, quando confeſſio fieret ad obligandum, ſecus ſi tenderet contra confitentem ad libertatem alterius, tunc enim neq; ex ea probaretur numeratio obſtante exceptione triginta dierum, iuxta tex.in l.in contractib.§.ſuper cæteris. C.de non num.pec.& ibi gl.mag.in l.generaliter. C. eo. & gl.in l.ſi ex plurib.ff.de ſol.

16 Hoc declarandum venit, vt procedat,†quando cōfeſſio continet numerationem, ſeu ſolutionem eius, quòd debetur, ſed ſi confiteretur ſibi non teneri, vel ipſum liberaſſe per pactum, vel acceptilationem, ſtatim præiudicaret: nam cum in huiuſmodi liberationibus non interueniat pecunia, nō poſſunt dici factæ ſpe futuræ numerationis Bat.& Caſtr.contra gl.ibi in l.ſi ex plurib.nu.2.ff.de ſol.per tex. in l.ſi acceptilatū, §.1.vbi idem tenet Bar.ff.de acceptilat. Caſt.in d.l.in contractib.§.ſed quoniam,nu.4. & in d.l.generaliter, nu.14.Rom.conſ.46. verſ. 2.quia poſito.

17 Sed cōtra†hoc videtur vrgere dictū Bar. in l. Aurelio,§.Caius nu.12.verſ.idem puto.ff. de lib.leg.vbi ex verbis,confiteor me recepiſſe, & acceptum ferre,non vſ probari numeratio, quia videntur magis appoſita ad ſolemnizandum acceptilationē,quàm ꝙ in verū, & propterea Alex.in d. l.ſi ex plurib. dicebat ēt cogitandum,ad idem Bar.in l.1.ff. quæ in frau. patroni. & in l.ſi in ſtipulatum,vbi Alex.ff.de don. alios adducit Aret.in §.1.nu.7.Inſt quib. mod. tol.oblig.

18 Dici poſſet,† quod cū confeſſ.per ſe non probet,nō poſſe ēt probare numerationē per acceptilatio.ſed tñ ꝙ accepril. valebit in vim ſimplicis pacti de non petendo,vt declarat Rom.cōſ. 209. qñ erit app.ſup cōtractu, q re celebratur, & operabit excluſionē exceptionis,licet non probet verā numerationē,Caſt.d.§.ſuper cæteris. Cum etiam quando vltra cōfeſſionem adeſt pactum de non petendo, non poſſit opponi huiuſmodi exceptio,Hercul.de proban.neg.nu.32.

19 Secundò declarari debet,vt lapſis† triginta diebus probet confeſſ. ad liberandum tendens, adeò vt non admittatur probatio creditoris in contrarium,Caſtr. per illum tex.d.§.ſuper cæteris,nu.3. & conſ.233.vol.2.& in d. l. in contractib.nu.2.

20 Amplia,vt confeſſio† creditoris probet tūc numerationem totius, etiā ſi non fiat expreſsè pro toto debito,ſed dicatur,vt ſolet,pro reſto ſeu reliquo eius,ꝙ mihi debebas,quia non poteſt dici reliquum, niſi ceteræ partes eſſent ſolutæ,ita Caſtr. per gl. ibi in l. ſi ex plurib.nu.2.ff.de ſol.Alc.in l.poteſt.ff. de verb.ſignif. Bal.& Sal.in l.ſi quidem,in fi.C.de excep. Bal.in l.ab Anaſtaſio.ad fi.C.mād.cum alijs add. per Hercul.qui etiam declarat,de proban.neg. nu. 223.

21 Subdeclaratur modo ſecundo loco, † quod ſupra dicebamus in contractibus extra mutuum, & dotem probari numerationem ſtatim,non procedere,quando lex ad excludendam fraudem requireret actualē, & veram numerationem, vt cōſulendo tradit Soc in conſ.3.nu.6.vol.2.Corneu.conſ.68. Caſtr. & Sal.in l. per diuerſas.C.mand.& plures in hanc ſententiā adducens probat Tiraq.in tract.de retract.conſangui.§.1.gl.nu.75.& ex trad.p ipſum in l. ſi vnquam, in ver.donatione largitus. C.de reuoc.don.

22 Ex qua ſubdeclaratione illud inferri † pōt confeſſionē ſolutionis factam à cedente in inſtro ceſſionis non probare numerationē,vt docuit Bart. in l..per diuerſas.nu.11. & 12.poſt relatos ab eo. C. mand. & ibi Sal.Ang.Caſtr. Bal.conſ.285.caſus coram R. col.vlt. lib.2.DD.Rotæ deciſ.177.ceſſio.in addi. verſ.deindè quæro.in no.Caſtr.conſ.252.viſo quodam,col.2.ver.reſpondetur.lib. 2. Milis in reper. ver. ceſſio actionis præſumitur plures congerit Tiraq.d.§.1. gl. 18.num.79.& Gabr.Rom.tit.de ac. concluſ.5.

23 Cōtra hanc illationē† tenuit Bal. in l.2.circa med. C.ne liceat potent. & alios refert præcitato loco, nu.86.idem Tiraq.& Gabr.d.concluſ. 5. quem adire poteris pro declaratione huius illationis.

24 Hic tamen non omittas declarationem† ſecundā, hāc partem procedere poſſe,quoad præiudiciū ipſius cedentis,ſecus quoad præiudicium tertij, cuius intereſt,cui nullo modo præiudicat,vt apertè ſenſit Bar.in d.l.per diuerſas,nu. 12.qui dicit ita pluries cōſuluiſſe, & refert Tiraq.d. loco.num. 78. & ita etiam intelligi poteſt ſubdeclaratio ſupra poſita, ex latè trad.a DD. in l.2.§.creditum.ff.ſi cert.pet.

25 Secundò infertur, † quod de arris ſponſalitijs conſuluit Soc.conſ.3.vol.1.

26 Tertiò infertur ad retractum † non ſatis eſſe cōfeſſionem depoſitarij,ſed opus eſſe, vt cōſtet de reali & vera numeratione ad hoc, vt dici poſſit depoſitū rectè factū,vt conſuluit Capol. cauſarū ciuiliū d conſ.44.in q. de repræſētatione in primo dubio. & p plura concludit Tiraq.de retractu conuen. §.4.gl.6. nu.16.

Huc uſq; vidimus numerationē non præſumi,neq; per confeſſionē probari. niſi ſecundum diſtinctiones ſupra poſitas nunc ſciendū eſt, quod ēt ſupra attigimus,procedere præmiſſa ante biennium exceptione
27 †non numeratæ pecuniæ oppoſita,poſt bienniū autē confeſſio de recepto probabit numerationē, nec poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſicut nec dotis elapſis tēporibus conſtitutis.l. in contractibus.& ibi omnes notant.C.de non num. pec.Caſt.in l.aſſeueratio.C.eo.tit.Iaſ.in l.qui pecuniam. ff ſi cert.pet.Fel.in c.ſi cautio,de fid.inſtr.nu.57.quia non eſt veriſimile indebitè confeſſum tanto tēpore tacuiſſe.

28 Hoc primo declarandum † eſt ita procedere, vt tamen liceat confitenti poſt bienniū probare pecuniā non numeratam fuiſſe,gloſſ.in l.ſi ex cautione.& ibi Bar.nu.13.C.de non num.pec.Caſt.d l. aſſeueratio.& tenet Ci.Nic.de Mata.Bal. Ang. & Salyc. in d.l.ſi ex cautione,& communis eſt ſententia,vt dicit Aret.in §.idem iuris.Inſt.de excep.num.3. & ibi arguit pro,& contra.Caſtr.in d.l.in contractib in prin. nu.2. qui ex mente Bal.diſtinguit inter exceptionem non numeratæ pecuniæ,& exceptionem triginta dierum, nu.2. & hæc fuit opinio Iac.quem Accurſ. ſequitur.

29 In contrarium tamen † quod poſt biennium non admittatur debitor ad probandum. volens aſſumere in ſe onus probandi,tenuerūt antiqui gloſſatores,Io. & Azo.& plures,quos refert Fely.in d.c. ſi cautio,nu.
30 60.de fid.inſtr.ad quam diuerſitatem ſedandam† tradit Caſtr.in d.l.in cōtractib,nu. 8.diſtinctionem,quæ valdè affinis videtur dictis Bald. in l.ſub ſpecie. circa med.C.de poſtula. quod autem poſt biennium poſſit opponi exceptio doli, & probari aliquibus probabilibus coniecturis, quæ transfert onus probādi in creditorē,tenuit Abb.in d.c.ſi cautio, nu. 10. poſt Hoſt. & in c.ſi.de ſolut.Aret. d. §. idem iuris,nu.6.& ponit Fel.in d.c.ſi cautio,nu.66. verſ. fallit ſexto.

31 Declaratur † ſecundo non procedere fauore piæ cauſæ. Io.Oldendorp. in tract.de iure ſing. priuileg. 14.facit, quod de æquitate Canonica. huiuſmodi exceptio perpetuo poteſt opponi,Dyn. in c. locupletari,de reg.iur.in 6.quem adducit Rom.conſ. 44.nu. 2. ſequitur Marſ. ſing.467.rigor iuris. Bolog. ad Io.de An.conſ.97.in cauſa iſta, col. 2. & tenuit Ang.conſ.165. D. Angelina. circa med.

32 Tertiò reſtringitur non procedere faltem,† quoad iudicis officium,quod poteſt implorari hoc modo,vt iudex nō permittat ipſū moleſtari, niſi creditor ꝓbet pecuniā numeratā,ad ꝙ aliàs non tenetur elapſo biennio ad inſtantiam partis,ſenſit Sal.in d.l. ſi ex cautione Fel.d.c.ſi cautio.nu.65.Marſ.ſing.227. Rol.à Val. cōſ.1.n.57.lib.1.Pariſ.ad Bar.in rub. C. de nō nu.pec.

Quarto

Quartò limita. poſſet non procedere, quod primo diximus ante biennium ex confeſſione non probari
33 numerationem in contractu mutui † quando fieret confeſſio ex cauſa mutui iam facti aliquo certo tempore elapſo, vt tenuit Soc. in l. 2 §. appellata. ff. ſi cert. pet. ſecutus opinionem Simon. Vicēt. de quo meminit Ci. & Sal. in l. generaliter, C. de non num. pec. nam tunc cōfeſſio ſtatim præiudicat, & non poteſt opponi exceptio, etiam ante biennium.

34 Sed in contrarium † eſt* communis opinio, vt dicit Dec. in d. l. 2. §. appellata. quam ibi tenuit Fulg. & Alex. & tenet gl. in l. generaliter. ver. eamq;. C. de nō num. pec. quæ dicit, d. l. non procedere in mutuo ante biennium, & tamen text. ibi loquitur de confeſſione ex cauſa antecedente. Sequuntur ibi DD.* communiter ad idē Aret. in d. §. idem iuris, nu. 24. qui tamen diſtinguit ex mente Sal. & hoc etiam caſu habet lo-
35 cum ratio, † quæ inducit exceptionem non num. pec. ne debitores decipiantur eorum facilitate, vt p Feli. & alios in d. c. ſi cautio. & gl. 1. in d. l. in contractibus. & d. l. aduerſus. quibus nititur contraria ſententia, loquuntur in confeſſione facta ex alia cauſa, quā mutuo. Reliqua, quibus declarant hæc materia, tā ante biennium, quam poſt, proſequere, vt per Fel. in d. c. ſi cautio. & Aret. in d. §. idem iuris.

CONCLVSIO MCXVII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur numeratio per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, vel per alia verba numerationem ſignificantia.

SVMMARIVM.

1 *Numerationem probari per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur.*

2 *Numerationem adeo probari per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, vt nō poſſit aliter accipi, etiam ad excuſandum a falſo notarium, qui ſcripſerit in inſtrumento aliquem numeraſſe, ſi probetur numerationem actualem non interueniſſe.*

Contrarium, num. 3. Conciliatio, nu. 4.

5 *Numeratam non dici pecuniam, quæ præſens ſit, vel in ſacculo, nec tamen numeretur. Contrar. nu. 6.*

7 *Numerationem dici probatam ſtatim ex inſtrumēto, in quo de numeratione notarius teſtetur, nec poſſe opponi non numeratæ pecuniæ exceptionem.*

8 *Numerationem probari ēt ſi in inſtrumento non ſit appoſitum verbū numerauit, ſed notarius teſtetur aliquē confeſſum fuiſſe, habuiſſe, & recepiſſe centum & habuiſſe, & recepiſſe in præſentia mei notarij, & teſtium. Contrarium, nu. 9. Conciliatio, nu. 10.*

11 *Numerationem non probari, quādo notarius teſtaretur in inſtrumento de numeratione facta in eius præſentia antequam rogaretur à partibus.*

12 *Numerationem probari per inſtrumentum in quo notarius de numeratione teſteī qū verba notarij, & inſtri de neceſſitate important numerationem, alias ſecus.*

13 *Numerationem non probari, ſi dicat notarius, Titium confeſſum habuiſſe, & recepiſſe decem, quæ habuit, & recepit, nec addit in præſentia mei notarij, neq; copulam, & quæ habuit. Contr. nu. 14 Conciliatio, nu. 15.*

16 *Numerationē non probari ex illis notarij verbis in inſtrō prolatis, confeſſus eſt habuiſſe, & etiam habere.*

17 *Numerationem non probari ex illis notarij verbis in inſtrumento prolatis, confeſſus eſt habuiſſe, & recepiſſe à Titio dante, & numerante decem, ſecus ſi diceret dando, & numerando, vt nu. 18.*

19 *Numerationem nō probari, etiam ſi notarius in inſtrumento dicat, dedit, & mutuauit.*

1 Numerationem probari per † inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, ponit gl. & ibi Bar. & Bal. in l. ſi ex cautione. C. de nō nu. pec. & idem Bar. in l. ſi debitorem. ff. de nou. Inn. & Ant. à But. in c. ſi cautio. & poſt ea Fel. ibi, nu. 52. de fid. inſtr. gl. in l. ſi ex precio. in ver. circumſcriptum. C. ſi cer. pet. idem Bar. in l. 2. §. fi. ad fi. ff. ſi cert. pet. quem ad hoc etiam adducit Hier. Butigel. in rep. l. ſciendum, nu. 24. ff. de verb. obl. & quod ſi in inſtrumento adſit verbum numerauit, probetur ex eo actualis numeratio, ponit ēt Bal. in rubr. C. de fid. inſtr. col. 4. Alex. conſ. 179. viſis ſcriptura priuata, col. 2. lib. 2. Marian. Soc. cōſ. 3. circa præſentem. ad fin. quos adducit Dec. qui idem tradit poſt Bart. & alios ibi in l. ſingularia, numer. 33. ff. ſi cert. per.

2 Ampliatur adeò procedere, † vt nō poſſit aliter accipi etiam ad excuſandum à falſo notarium, qui ſcripſerit in inſtrumento aliquem numeraſſe, ſi probetur numerationem actualem non interueniſſe, cum huiuſmodi verbum nō poſſit fictè intelligi, vt probauit idem Bar in d. l. ſingularia, nu. 33. & eſt gl. in d. l. ſi ex cautione. quam* communiter approbari dicit Alex. in l. prædia. nu. 4. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. fi. in pen. col. C. com. vt iud. Imol. in d. l. ſi debitorem, &* communem opinionem dicit, Iaſ. in d. l. ſingularia, nu. 48. & ibi Dec. nu. 33. quē refert Diaz. in tract. reg. reg. 492. & poſt eos, quos adducit* communem eſſe teſtatur, Clar. in pract. crim. §. falſum, verſic. notarius autem, & latè declarant Doctor. & præcipuè Iaſ. in d. l. ſingularia.

3 Contra hanc † ampliationem tenuit Bart. ſibi contrarius poſt. Iac. Bur. ab eo relatum in d. l. prædia. ff. de acquir. poſſeſ.

4 Sed conciliari † poteſt, vt per Dec. poſt eos, quos allegat in d. l. ſingularia. nu. 33. verum cum Bart. in d. l. prædia* communiter reprobetur, vt per Alex. & eundē Dec. ibi, & Cur. iun. nu. 3. & Foller. in pract. crim. fol. 162. num. 66. parum curandum eſt de huiuſmodi conciliatione, vt etiam dicit Apoſtil. ad Dec. præcitato loco in litera F.

5 Subamplia procedere † etiam, quod pecunia eſſet præſens vel in ſacculo, nec numeraretur, Bal. in rubr. C. de fid. inſtr. in 4. col. ver. & nota. quem refert, & cōmendat Iaſ. in d. l. ſingularia. nu. 48. ſola enim præſentia non verificatur numeratio, Iaſ. ibi, num. 52. poſt Bart.

6 Contra † quod videtur facere Bal. in cōſ. 247. incip. præmiſſo ſtatuto. vol. 2. vbi dicit, quod pecunia poteſt ſolui in ſacculo, & poteſt dici numeratio, ſi partes confitentur, licet Tabellio cautè faceret, ſi videret actum numerationis, & ipſam pecuniam, ad quod videndus erit Tiraq. in tract. de ret. conuent. §. 4. gl. 6. num. 18.

7 Ampliabis modò 2. loco concluſionem primariā, adeò procedere, vt ex eo ſtatim dicatur probata numeratio, nec poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, gl. & Bar. in d. l. ſi ex cautione, & dictum in concluſ. confeſſio de recepto.

8 Ampliatur tertio, idem eſſe † ſi in inſtrō non ſit appoſitum verbum numerauit, ſed notarius teſtetur aliquem confeſſum fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe centum, & habuit, & recepit in præſentia notarij, & teſtium. Hæc enim verba de neceſſitate concludunt numerationem, vt voluit Bar. & Bal. in d. l. ſi ex cautione, nu. 9. Fel. d. c. ſi cautio. nu. 52. poſt Imo. & Ant. à But. ibi. Rom. in l. prædia. ff. de acq. poſſ. Corn. conſ. 61. in litera B. col. 3. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 143. vol. 1.

9 In contrariū facit, † quod licet pecunia dicatur habita, & recepta, nō tamen ex eo de neceſſitate cōcluditur

Fel. in c. ſi cautio. nu. 54. de fid. inſtr. Alex. cõſ. 191. nu. 3. vol. 2. Herc. cit. tract. de prob. neg. nu. 51. & ꝙ confeſſio creditoris probet veram, & realem ſolutionẽ, probat tex. in l. pecuniæ, & ibi Bal. C. de ſol.

15 Subdeclaratur modò primò hoc dictũ† quoad cæteros contractus procedere, quando confeſſio fieret ad obligandum, ſecus ſi tenderet contra confitentem ad libertatem alterius, tunc enim neq; ex ea probaretur numeratio obſtante exceptione triginta dierum, iuxta tex. in l. in contractib. §. ſuper cæteris. C. de non num. pec. & ibi gl. mag. in l. generaliter. C. eo. & gl. in l. ſi ex plurib. ff. de ſol.

16 Hoc declarandum venit, vt procedat, †quando cõfeſſio contin et numerationem, ſeu ſolutionem eius, quòd debetur, ſed ſi confiteretur ſibi non teneri, vel ipſum liberaſſe per pactum, vel acceptilationem, ſtatim præiudicaret: nam cum in huiuſmodi liberationibus non interueniat pecunia, nõ poſſunt dici factæ ſpe futuræ numerationis Bar. & Caſtr. contra gl. ibi in l. ſi ex plurib. nu. 2. ff. de ſol. per tex. in l. ſi acceptilatũ, §. 1. vbi idem tenet Bar. ff. de acceptilat. Caſt. in d. l. in contractib. §. ſed quoniam, nu. 4. & in d. l. generaliter, nu. 14. Rom. conſ. 46. verſ. 2. quia poſito.

17 Sed cõtra† hoc videtur vrgere dictũ Bar. in l. Aurelio, §. Caius nu. 12. verſ. idem puto. ff. de lib. leg. vbi ex verbis, confiteor me recepiſſe, & acceptum ferre, non vr̃ probari numeratio, quia videntur magis appoſita ad ſolemnizandum acceptilationẽ, quàm ꝙ ſit verũ, & propterea Alex. in d. l. ſi ex plurib. dicebat ẽt cogitandum, ad idem Bar. in l. 1. ff. quæ in frau. patroni. & in l. ſi in ſtipulatum, vbi Alex. ff. de don. alios adducit Arct. in §. 1. nu. 7. Inſt quib. mod. tol. oblig.

18 Dici poſſet, † quod cũ confeſſ. per ſe non probet, nõ poſſe ẽt probare numerationẽ per acceptilatio. ſed tñ ꝙ acceptil. valebit in vim ſimplicis pacti de non petendo, vt declarat Rom. cõſ. 209. qñ erit app. ſup cõtractu, q re celebratur, & operabit excluſionẽ exceptionis, licet non probet verã numerationẽ, Caſt. d. §. ſuper cæteris. Cum etiam quando vltra cõfeſſionem adeſt pactum de non petendo, non poſſit opponi huiuſmodi exceptio, Hercul. de proban. neg. nu. 32.

19 Secundò declarari debet, vt lapſis† triginta diebus probet confeſſ. ad liberandum tendens, adeò vt non admittatur probatio creditoris in contrarium, Caſtr. per illum tex. d. §. ſuper cæteris, nu. 3. & conſ. 233. vol. 2. & in d. l. in contractib. nu. 2.

20 Amplia, vt confeſſio† creditoris probet tũc numerationem totius, etiã ſi non fiat expreſsè pro toto debito, ſed dicatur, vt ſolet, pro reſto, ſeu reliquo eius, ꝙ mihi debebas, quia non poteſt dici reliquum, niſi cęteræ partes eſſent ſolutæ, ita Caſtr. per gl. ibi in l. ſi ex plurib. nu. 2. ff. de ſol. Alc. in l. poteſt. ff. de verb. ſignif. Bal. & Sal. in l. ſi quidem, in f. C. de excep. Bal. in l. ab Anaſtaſio. ad fi. C. mãd. cum alijs add. per Hercul. qui etiam declarat, de proban. neg. nu. 223.

21 Subdeclaratur modo ſecundo loco, † quod ſupra dicebamus in contractibus extra mutuum, & dotem probari numerationem ſtatim, non procedere, quando lex ad excludendam fraudem requireret actualẽ, & veram numerationem, vt cõſulendo tradit Soc in conſ. 3. nu. 6. vol. 2. Comen. conſ. 68. Caſtr. & Sal. in l. per diuerſas. C. mand. & plures in hanc ſententiã adducens probat Tiraq. in tract. de retract. conſangui. §. 1. gl. nu. 75. & ex trad. p ipſum in l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus. C. de reuoc. don.

22 Ex qua ſubdeclaratione illud inferri † põt confeſſionẽ ſolutionis factam à cedente in inſtro ceſſionis non probare numerationẽ, vt docuit Bart. in l. per diuerſas. nu. 11. & 12. poſt relatos ab eo. C. mand. & ibi Sal. Ang. Caſtr. Bal. conſ. 285. caſus coram R. col. vlt. lib. 2. DD. Rōtæ deciſ. 177. ceſſio. in addi. verſ. deindè quæro. in no. Caſtr. conſ. 252. viſo quodam, col. 2. ver. reſpondetur. lib. 2. Milis in reper. ver. ceſſio actionis præſumitur plures congerit Tiraq. d. §. 1. gl. 18. num. 79. & Gabr. Rom. tit. de ac. concluſ. 5.

23 Cõtra hanc illationẽ† tenuit Bal. in l. 2. circa med. C. ne liceat potent. & alios refert præcitato loco, nu. 86. idem Tiraq. & Gabr. d. concluſ. 5. quem adire poteris pro declaratione huius illationis.

24 Hic tamen non omittas declarationem† ſecundã, hãc partem procedere poſſe, quoad præiudiciũ ipſius cedentis, ſecus quoad præiudicium tertij, cuius interſit, cui nullo modo præiudicat, vt apertè ſenſit Bar. in d. l. per diuerſas, nu. 12. qui dicit ita pluries cõſuluiſſe, & refert Tiraq. d. loco. num. 78. & ita etiam intelligi poteſt ſubdeclaratio ſupra poſita, ex latè trad. à DD. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet.

25 Secundò infertur, † quod de arris ſponſalitijs conſuluit Soc. conſ. 3. vol. 1.

26 Tertiò infertur ad retractum † non ſatis eſſe cõfeſſionem depoſitarij, ſed opus eſſe, vt cõſtet de reali, & vera numeratione ad hoc, vt dici poſſit depoſitũ rectè factũ, vt cõſuluit Cæpol. cauſarũ ciuiliũ d conſ. 44. in q. de repræſẽtatione in primo dubio. & p plura concludit Tiraq. de retractu conuen. §. 4. gl. 6. nu. 16.

Huſcuſq; vidimus numerationẽ non præſumi, neq; per confeſſionẽ probari, niſi ſecundum diſtinctiones ſupra poſitas nunc ſciendũ eſt, quod ẽt ſupra attigimus, procedere præmiſſã ante biennium exceptione

27 †non numeratæ pecuniæ oppoſita, poſt bienniũ autẽ confeſſio de recepto probabit numerationẽ, nec poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſicut nec dotis elapſis tẽporibus conſtitutis. l. in contractibus. & ibi omnes notant. C. de non num. pec. Caſt. in l. aſſeueratio. C. eo. tit. Iaſ. in l. qui pecuniam. ff ſi cert. pet. Fel. in c. ſi cautio, de fid. inſtr. nu. 57. quia non eſt veriſimile indebitè confeſſum tanto tẽpore tacuiſſe.

28 Hoc primo declarandum † eſt ita procedere, vt tamen liceat confitenti poſt bienniũ probare pecuniã non numeratam fuiſſe, gloſſ. in l. ſi ex cautione. & ibi Bar. nu. 15. C. de non num. pec. Caſt. d. l. aſſeueratio. & tenet Ci. Nic. de Mata. Bal. Ang. & Salyc. in d. l. ſi ex cautione, & communis eſt ſententia, vt dicit Arct. in §. idem iuris. Inſt. de excep. num. 3. & ibi arguit pro, & contra. Caſtr. in d. l. in contractib. in prin. nu. 2. qui ex mente Bal. diſtinguit inter exceptionem non numeratæ pecuniæ, & exceptionem triginta dierum. nu. 2. & hæc fuit opinio Iac. quem Accurſ. ſequitur.

29 In contrarium tamen † quod poſt biennium non admittatur debitor ad probandum volens aſſumere in ſe onus probandi, tenuerũt antiqui gloſſatores, Io. & Azo. & plures, quos refert Fely. in d. c. ſi cautio, nu.

30 60. de fid. inſtr. ad quam diuerſitatem ſedandam† tradit Caſtr. in d. l. in cõtractib. nu. 8. diſtinctionem, quæ valdè affinis videtur dictis Bald. in l. ſub ſpecie. circa med. C. de poſtula. quod autem poſt biennium poſſit opponi exceptio doli, & probari aliquibus probabilibus coniecturis, quæ transfert onus probãdi in creditore, tenuit Abb. in d. c. ſi cautio, nu. 10. poſt Hoſt. & in c. ſi. de ſolut. Arct. d. §. idem iuris, nu. 6. & ponit Fel. in d. c. ſi cautio, nu. 66. verſ. fallit ſexto.

31 Declaratur † ſecundo, non procedere fauore piæ cauſæ. Io. Oldendorp. in tract. de iure ſing. priuileg. 14. facit, quod de æquitate Canonica. huiuſmodi exceptio perpetuo poteſt opponi, Dyn. in c. locupletari. de reg. iur. in 6. quem adducit Rom. conſ. 44. nu. 2. ſequitur Marſ. ſing. 467. rigor iuris. Bolog. ad Io. de An. conſ. 97. in cauſa iſta, col. 2. & tenuit Ang. conſ. 165. D. Angelina. circa med.

32 Tertiò reſtringitur non procedere ſaltem, † quoad iudicis officium, quod poteſt implorari hoc modo, vt iudex nõ permittat ipsũ moleſtari, niſi creditor ꝓbet pecuniã numeratã, ad ꝙ aliás non tenetur elapſo biẽnio ad inſtantiam partis, ſenſit Sal. in d. l. ſi ex cautione Fel. d. c. ſi cautio. nu. 65. Marſ. ſing. 227. Rol. à Val. cõſ. 1. n. 57. lib. 1. Pariſ. ad Bar. in rub. C. de nõ nu. pec.

Quartò

Quartò limita. poſſet non procedere, quod primo diximus ante biennium ex confeſſione non probari
33 numerationem in contractu mutui † quando fieret confeſſio ex cauſa mutui iam facti aliquo certo tempore elapſo, vt tenuit Soc. in l. 2 §. appellata. ff. ſi cert. pet. ſecutus opinionem Simon. Vicēt. de quo meminit Ci. & Sal. in l. generaliter, C. de non num. pec. nam tunc cōfeſſio ſtatim præiudicat, & non poteſt opponi exceptio, etiam ante biennium.
34 Sed in contrarium † eſt* communis opinio, vt dicit Dec. in d. l. 2. §. appellata. quam ibi tenuit Fulg. & Alex. & tenet gl. in l. generaliter. ver. eamq;. C. de nō num. pec. quæ dicit, d. l. non procedere in mutuo ante biennium, & tamen text. ibi loquitur de confeſſione ex cauſa antecedente. Sequuntur ibi DD. * communiter ad idē Aret. in d. §. idem iuris, nu. 24. qui tamen diſtinguit ex mente Sal. & hoc etiam caſu habet lo-
35 cum ratio, † quæ inducit exceptionem non num. pec. ne debitores decipiantur eorum facilitate, vt p Feli. & alios in d. c. ſi cautio. & gl. 1. in d. l. in contractibus. & d. l. aduerſus. quibus nititur contraria ſententia, loquuntur in cōfeſsione facta ex alia cauſa, quā mutuo. Reliqua, quibus declaratur hæc materia, tā ante biennium, quam poſt, proſequere, vt per Fel. in d. c. ſi cautio. & Aret. in d. §. idem iuris.

CONCLVSIO MCXVII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur numeratio per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, vel per alia verba numerationem ſignificantia.

SVMMARIVM.

1 *Numerationem probari per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur.*
2 *Numerationem adeò probari per inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, vt nō poſſit aliter accipi, etiam ad excuſandum à falſo notarium, qui ſcripſerit in inſtrumento aliquem numeraſſe, ſi probetur numerationem actualem non interueniſſe.*
Contrarium, num. 3. Conciliatio, nu. 4.
5 *Numeratam non dici pecuniam, quæ præſens ſit, vel in ſacculo, nec tamen numeretur. Contrar. nu. 6.*
7 *Numerationem dici probatam ſtatim ex inſtrumēto, in quo de numeratione notarius teſtetur, nec poſſe opponi non numeratæ pecuniæ exceptionem.*
8 *Numerationem probari ēt ſi in inſtrumento non ſit appoſitum verbū numerauit, ſed notarius teſtetur aliquē confeſſum fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe centum & habuiſſe, & recepiſſe in præſentia mei notarij, & teſtium. Contrarium, nu. 9. Conciliatio, nu. 10.*
11 *Numerationem non probari, quādo notarius teſtaretur in inſtrumento de numeratione facta in eius præſentia antequam rogaretur à partibus.*
12 *Numerationem probari per inſtrumentum in quo notarius de numeratione teſteē qū verba notarij, & inſtri de neceſſitate important numerationem, alias ſecus.*
13 *Numerationem non probari, ſi dicat notarius, Titium confeſſum habuiſſe, & recepiſſe decem, quæ habuit, & recepit, nec addit in præſentia mei notarij, neq; copulam, & quæ habuit. Contr. nu. 14 Conciliatio, nu. 15.*
16 *Numerationē non probari ex illis notarij verbis in inſtrō prolatis, confeſſus eſt habuiſſe, & etiam habere.*
17 *Numerationem non probari ex illis notarij verbis in inſtrumento prolatis, confeſſus eſt habuiſſe, & recepiſſe à Titio dante, & numerante decem, ſecus ſi diceret dando, & numerando, vt nu. 18.*
19 *Numerationem nō probari, etiam ſi notarius in inſtrumento dicat, dedit, & mutuauit.*

1 Numerationem probari per † inſtrumentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, ponit gl. & ibi Bar. & Bal. in l. ſi ex cautione. C. de nō nu. pec. & idem Bar. in l. ſi debitorem. ff. de nou. Inn. & Ant. à But. in c. ſi cautio. & poſt ea Fel. ibi, nu. 52. de fid. inſtr. gl. in l. ſi ex precio. in ver. circumſcriptum. C. ſi cer. pet. idem Bar. in l. 2. §. fi. ad fi. ff. ſi cert. per. quem ad hoc etiam adducit Hier. Butigel. in rep. l. ſciendum, nu. 24. ff. de verb. obl. & quod ſi in inſtrumento adſit verbum numerauit, probetur ex eo actualis numeratio, ponit ēt Bal. in rubr. C. de fid. inſtr. col. 4. Alex. conſ. 179. viſis. ſcriptura priuata, col. 2. lib. 2. Marian. Soc. cōl. 3. circa præſentem. ad fin. quos adducit Dec. qui idem tradit poſt Bart. & alios ibi in l. ſingularia, numer. 33. ff. ſi cert. per.
2 Ampliatur adeò procedere, † vt nō poſſit aliter accipi etiam ad excuſandum à falſo notarium, qui ſcripſerit in inſtrumento aliquem numeraſſe, ſi probetur numerationem actualem non interueniſſe, cum huiuſmodi verbum nō poſſit fictè intelligi, vt probauit idem Bar in d. l. ſingularia, nu. 33. & eſt gl. in d. l. ſi ex cautione. quam* communiter approbari dicit Alex. in l. prædia. nu. 4. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. fi. in pen. col. C. com. vt. iud. Imol. in d. l. ſi debitorem, &* communem opinionem dicit, Iaſ. in d. l. ſingularia, nu. 48. & ibi Dec. nu. 33. quē refert Diaz. in tract. reg. reg. 492. & poſt eos, quos adducit* communem eſſe teſtatur, Clar. in pract. crim. §. falſum, verſic. notarius autem, & latè declarant Doctor. & præcipuè Iaſ. in d. l. ſingularia.
3 Contra hanc † ampliationem tenuit Bart. ſibi contrarius poſt Iac. Bur. ab eo relatum in d. l. prædia. ff. de acquir. poſſeſſ.
4 Sed conciliari † poteſt, vt per Dec. poſt eos, quos allegat in d. l. ſingularia. nu. 33. verum cum Bart. in d. l. prædia* communiter reprobetur, vt per Alex. & eundē Dec. ibi, & Cur. iun. nu. 3. & Foller. in pract. crim. fol. 162. num. 66. parum curandum eſt de huiuſmodi conciliatione, vt etiam dicit Apoſtil. ad Dec. præcitato loco in litera F.
5 Subamplia procederet † etiam, quod pecunia eſſet præſens vel in ſacculo, nec numeraretur, Bal. in rubr. C. de fid. inſtr. in 4. col. ver. & nota. quem refert, & cōmendat Iaſ. in d. l. ſingularia. nu. 48. ſola enim præſentia non verificatur numeratio, Iaſ. ibi, num. 52. poſt Bart.
6 Contra † quod videtur facere Bal. in cōſ. 247. incip. præmiſſo ſtatuto. vol. 2. vbi dicit, quod pecunia poteſt ſolui in ſacculo, & poteſt dici numeratio, ſi partes confitentur, licet Tabellio cautè faceret, ſi videret actum numerationis, & ipſam pecuniam, ad quod videndus erit Tiraq. in tract. de ret. conuent. §. 4. gl. 6. num. 18.
7 Ampliabis modo 2. loco concluſionem primariā, adeò procedere, vt ex eo ſtatim dicatur probata numeratio, nec poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, gl. & Bar. in d. l. ſi ex cautione, & dictum in concluſ. confeſſio de recepto.
8 Ampliatur tertio, idem eſſe † ſi in inſtrō non ſit appoſitum verbum numerauit, ſed notarius teſtetur aliquem confeſſum fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe centum, & habuit, & recepit in præſentia notarij, & teſtium. Hæc enim verba de neceſſitate concludunt numerationem, vt voluit Bar. & Bal. in d. l. ſi ex cautione, nu. 9. Fel. d. c. ſi cautio. nu. 52. poſt Imo. & Ant. à But. ibi. Rom. in l. prædia. ff. de acq. poſſ. Corn. conſ. 61. in litera B. col. 3. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 143. vol. 1.
9 In contrariū facit, † quod licet pecunia dicatur habita, & recepta, nō tamen ex eo de neceſſitate cōcludunt

ditur naturalis numeratio, quia potuit pecunia recipi non numerata, & præterea ex præſentia ſola dici recepta, iuxta doctrinam Bar. in d. l. ſingularia, nu. 23. per tex. in l. ſi pecuniam. ff. de ſol. & in l. 1. §. ſi interim ff. de acq. poſſ. ꝓpter quod admonet ibi Bar. notarios ne dicant, numerauit, niſi interueniente numeratione, quod dictum commendat Bald. in cap. dudum, de elect. ſequitur Iaſ. in d. l. ſingularia, num. 53. Alexand. conſ. 35. vol. 1.

10 Sed ſequendo tertiam ampliationē † declarari poterit procedere, prout concluſio loquitur in notario id teſtante in inſtrumento publico; ſecus ſi id fiat in ſcriptura priuata, vt ſi qs ſcribat ſua manu ſe habuiſſe, & recepiſſe, & quod habuit, & recepit, nam hoc ſolum confeſſionem arguit, non numerationem ab altero teſtatam, Bart. in d. l. ſi ex cautione, & ibi Fulg. nu. 2. & Ang. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, vt ibi per Ale. nu. 13. ff. de verb. oblig. Aret. inſt. de litterarum obl. in princ. num. 9.

11 Declaratur modo huiuſmodi cōcluſio † vt nō procedat, quādo notarius teſtaretur in inſtrumēto de numeratione facta in eius præſentia, antequā rogaretur à partibus, vt puta, ſi dicat qualiter heri in pſentia ſua Titius numerauit Sempronio ſcutum nomine mutui, qa cum tūdem vel ſfacere de geſtis, antequā ſit rogatus, nō probat, vt cōcludit Iaſ. in d. l. ſingularia, nu. 50.

12 Declaratur 2. vt procedat, † quando verba notarij, & inſtrumenti de neceſſitate important numerationem, vt in exemplis allatis, ſecus quando probatio de neceſſitate nil concluderet, tunc enim non probatur naturalis, & vera numeratio ex inſtrumento, vt per eundem Bar. d. l. ſi ex cautione. nu. 1. & nu. 9. in 2. le. & ibi Bald. quem refert Fely. in d. c. ſi cautio. num. 52. Fulg. d. l. ſi ex cautione, num. 2.

13 Ex huiuſmodi declaratione infertur † non probari numerationem, ſi dicat notarius, Titium confeſſum fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe decem, quæ habuit, & recepit, nec addit, in præſentia mei notarij, neque copulam, & quæ habuit; cum totum illud referri poſſit ad partis confeſſionem, & de neceſſitate non concludat numerationem naturalem, & veram, vt declarat Bart. in d. l. ſi ex cautione, nu. 1. & in lect. antiq. nu. 9. & ibi Bal. in l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet. Ruin. conſ. 9. nu. 8. vol. 2. Lanfr. de Oria in praxi. titu. de confeſſis, num. 39. qui ponit etiam rationem diuerſitatis inter hunc caſum, & ſuperiorem tertię ampliationis, nimirum naturam relatiui quę, & copulæ, & Aret. inſtit. de lit. oblig. in princip. num. 8.

14 Contra tamen, quod imò hęc verba, quę habuit, & recepit, in propoſito probent numerationem, tenuit Ant. de Butr. & Imo. in d. cap. ſi cautio quos ibi refert Fel. nu. 52. moti, quod huiuſmodi verba non poſſunt referri ad confeſſionem partis abſque ſubauditione, vt dixit, vel prout confeſſus eſt, quæ nimis extranea expoſitio videretur, vt dicit Butigel, in rep. l. ſciendū. nu. 14. ff. de verb. oblig. verum ſi capiamus † vt intel-

15 ligit Bar. notarium protuliſſe in tertia perſona, quæ pars in prima protulerat, nulla opus erit ſuppletione, & omnis abſonus intellectus tolletur, vt ipſe rectè declarat in præcitat. leg. ſi ex cautione. num. 1. quare hanc Bart. ampliationem amplectendo.

16 Ampliari poterit † etiam quod notarius diceret, confeſſus eſt habuiſſe, & etiam habere, Cremen. ſing. 45. pone dicitur ad iſta. Rom. ſingul. 642. tu ſcis, quādo confeſſioni.

17 Item, & ſecundo ampliatur, † etſi diceret in inſtrumēto cōfeſſum habuiſſe, & recepiſſe à Titio dante, & numerante decē, ad huc enim non cōcluditur numeratio, quia iſti ablatiui abſoluti referuntur ad confeſſionem, Bal. in l. vnica. C. de cōfeſ. & in l. ſi ex cautione, in 4. q. C. de non num. pec. & ibi Sal. in pen. col. verſ. quæro quid ſi notarius, Fel. d. cap. ſi cautio. num. 53. Bald. conſ. 28. ad finem. lib. 1. & in l. ſi ex precio. C. ſi cert. petatur, & in c. quoniam contra, in 2. col. poſt Inn. de prob. & in 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. Iaſ. d. l. ſingularia, num. 51. Lanfr. dicto titulo de confeſſio. num. 39. Aret. inſtit. de lit. obli. nu. 9.

Limitabis hanc ampliationem non procedere

18 † quando teſtatum fuiſſet non per ablatiuos, abſolutos, ſed per gerūdia, vt quia dicat, à Titio dando, & numerādo, vt per Bald. in d. l. ſi ex cautione, verſ. 5. quæro, & Fel. in d. c. ſi cautio, num. 521. cum pluribus congeſtis per Apoſtil. ad Bar. in d. l. ſingularia.

19 Secundo infertur ex eadem † declaratione, quod ſi notarius dicat, dedit, & mutuauit, nō probatur numeratio, quia non concludit de neceſſitate mutuum naturale, ſed poteſt intelligi de ciuili, vt probat Bart. in d. l. ſingularia nu. 22. quem alij ſequūtur, Dec. nu. 31. & ibi latè addi. in littera D. & tum excuſatur notarius à falſitate, ſi nō interuenit numeratio, vt per Caſtr. & Alex. d. l. ſingularia, & ibi alij latè pertractant.

CONCLVSIO MCXVIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur numeratio per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Numeraationem probari per teſtes, qui interfuerunt.*

2 *Teſtes alij de numeratione, vere deponentes & alij de confeſſione ſolum coniunguntur ad plenè probandum numerationem.*

3 *Teſtes alij de numeratione deponentes, alij de confeſſione coniunguntur ad plenè probandum numerationem, quando confeſſio fuit plenè probata per duos teſtes, ſecus ſi per vnum ſolum.*

4 *Teſtis vnus de numeratione, alius de confeſſione deponens faciunt ſemiplenam, & pluſquam ſemiplenam probationem.*

Adeò vt tunc poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, vt num. 5.

5 *Teſtem vnum deponentem de numeratione, alium de confeſſione facta præſente parte, quæ probata per duos teſtes plenè probaret, coniungi ad plenè numerationem probandam. Contrar. num. 7.*

8 *Teſtem vnum in mutuo deponentem de numeratione, alium de confeſſione, non probare. Contra. num. 9.*

Etiam ſi teſtes deponentes de confeſſione deponerent lapſum eſſe biennium conceſſum ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt nu. 10.

11 *Teſtes alij de numeratione deponentes, alij de confeſſione non coniunguntur ad plenè probandum, quādo ad plenam probationem requireretur certus numerus teſtium pro certa forma probationis.*

12 *Numerationē probari etſi vnus ex teſtibus diceret me numeraſſe Titio, & alius numeraſſe Caio præſente Titio.*

1 Numerationem † probari per teſtes, qui interfuerunt, conſulendo ſcripſit Bal. in conſ. 28. nu. 1. vol. 1. qui parem vim in propoſito, & teſtibus, & notario attribuit, ad idem Soc. in conſ. 143. nu. 2. vol. 1.

2 Quod procedit † etſi aliqui teſtes de numeratione vera deponerent, & aliqui de confeſſione ſolum, nam nihilominus cōiungentur, & plenè probabunt, Bart. in c. cum cauſam, nu. 26. & ibi Aret. & Fel. num. 10. & Dec. nu. 11. de probat. idē Dec. qui plures citat in cap. licet cauſam, num. 6. eodem tit. Iaſ. in l. admonendi, num. 260. ff. de iureiuran. & ibi Sal. colum. 6. in fin. dicit * communiter tenere DD. quod vnus teſtis de veritate facti, & duo de cōfeſſione plenè probent. ad idem Cor. conſil. 58. columna penultima, in litera E. volum. 1. Caccialup. in dict. l. admonendi, nu. 216.

3 Hanc

3 Hanc tamen ampliationē limites † primo velim procedere, vt fuit poſita, quando confeſſio fuit plenè probata, nimirum per duos teſtes: nam aliàs probata per vnum teſtem tantùm non coniungeretur ad plenam probationem, ſic apertè poſt alios docuit Caccial. in rep. d. l. admonendi. nu. 219.

4 Subdeclara hanc limitationē, † vt tñ vnus teſtis de numeratione, alius de confeſſione faciant ſemiplenam, & etiam pluſquam ſemiplenam probationē, vt voluit Soc. in l. Gallus. §. ille caſus. col. fi. ff. de lib. & poſth. Bald. in rubr. de controuer. inueſt. col. 1. Alex. conſ. 21. col. 2. lib. 4. Aym. in tract. de antiq. temp. par. 4. verſ. ſed etiam, nu. 3. Lofr. conſ. 8. col. 3. Bal. in l. ſi ex cautione. in 12. q. C. de non nu. pec. & in d. c. licet cauſam. & ibi Fel. & in l. Publia. ff. depoſiti.

5 Ex quo infertur † iuramentū poſſe deferri in ſupplementum probationis, vt ex ſupracita. ponit Dec. in d. c. licet cauſam. Iaſ. conſ. 131 col. fi. vol. 1. Calc. cōſ. 19. col. 4. Dec. conſ. 650. col. 2. Pariſ. conſ. 75. num. 15. volum. 1. Soc. iun. qui communem opinionem dicit conſ. 90. nu. 14. vol. 3. & poſt eum Gabr. de teſtib. concluſ. 2. nu. 66.

6 Subdeclarari † ſecundo poteſt non procedere, quādo vnus teſtis deponeret de confeſſione facta præsēte parte, quæ probata per duos teſtes plenè probaret, vt latè per Gabr. de probat. concl. 1. nu. 7.

7 Sed tamen † quando vnus probat de veritate, alius de confeſſione, quæ plenè probata faceret plenā probationem, non fieri coniunctionem ad plenè probādum, licèt dicat plus probare, quàm vnus teſtis, ponit Caccial. in reper. d. l. admonendi, nu. 218. verſ. tertius eſt. ff. de iureiur.

8 Limitatur ſecūdò ampliatio ſuperius poſita † procedere extra contractū mutui, ſecus in mutuo, in quo, ſi aliqui teſtes deponāt de numeratione, & alij de cōfeſſione, deponunt de diuerſis actibus, nimirùm, & de mutuo naturali, & ciuili, Bald. in d. l. ſi ex cautione. & in l. 2. §. fi. ff. ſi cert. pet. & in c. cum cauſam. vbi Abb. & Fel. & Dec. de prob. & Fel. in c. ſi cautio. de fid. inſt. Bal. conſ. 188. præſuppoſito ſtatuto. in fi. lib. 3. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 260. & Caccial. nu. 220. Ruin. conſ. 72. col. 2. vol. 4. & alios congeſſit Gabr. d. concluſ. 1. nu. 5. de probat.

9 Contrarium, † q imò plenè probent, tenuit Abb. ſibi cōtrarius in c. fi. de ſuc. ab inteſta. ſed communiter reprobatur; illum tamen conatur vno modo à repugnantia liberare, Lofr. cōſ. 8. nu. 12. vt in d. c. fi. loquatur, quando confeſſio erat probata per duos teſtes: in d. c. cum cauſam. vbi tenet negatiuam opinionem, & communem, per vnum teſtem tantum.

Sed cum in mutuo diuerſam probationē inducat confeſſio, quæ ad mutuum ciuile refertur, non poterit coniungi cum teſte de vera numeratione, & mutuo naturali teſtante, vt ipſe etiam fatetur. nu. 13.

Ampliatur autē hæc ſecunda limitatio, procedere,
10 † etiam, quod teſtes deponentes de cōfeſſione deponerent lapſum eſſe biennium conceſſum ad opponēdam exceptionem non numeratæ pecuniæ, Lofred. conſ. 27. nu. 16.

11 Limitatur tertio principalis † ampliatio nō procedere, qñ ad plenam probationem requireretur certus numerus teſtium pro certa forma probationis, vt in caſu auth. rogati. C. de teſtib. vbi requiritur probatio quinq; teſtium rogatorum tunc enim ſi duo probant numerationem, & tres cōfeſſionem, nō cōiunguntur, quia nulla illarum probationū eſt in ſe perfecta, Bal. & Sal. in d. auth. rogati. C. de teſtib. quos citat, & ſequitur Caccial. d. l. admonendi, nu. 206. & nu. 222.

Ampliatur demū ſecundo loco principalis cōclu-
12 ſio, † procedere, etſi vnus ex teſtibus diceret me numeraſſe Titio, & alius numeraſſe Caio præſente Titio: nā nihilominus probabunt, & erunt conteſtes, quia non refert, an numeratio fiat Titio, an alij ipſo præſente, & conſulente: ita conſulendo tradit Bar. conſ. 18. in q. lib. 2. Rom. in l. ſingularia, nu. 29. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. 1. §. ſi iuſſerim. nu. 5. ff. de verb. obl. & in l. ſi procuratori præſenti, nu. 4. ff. eo.

CONCLVSIO MCXIX.

ARGVMENTVM.

Pecuniam non fuiſſe numeratam, quibus probetur modis.

SVMMARIVM.

1 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari per confeſſionē creditoris.*

2 *Numeratam non fuiſſe pecuniam non poſſe à creditore inuito extorqueri. Quod intellige, vt nu. 3.*

4 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari per creditoris confeſſionem factam præſente debitore, ſecus eo abſente.*

5 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari per teſtes qui interfuerunt, & dicant nullam numerationem ſequutam fuiſſe eo tempore, aut loco, quo aſſeritur.*

6 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari etiam per teſtes, qui ſolum dicant, numerationem factam non fuiſſe tēpore confeſſionis.*

7 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari per teſtes, qui interfuerunt, quando fuit actum, quod inſtrumentum fieret, & poſtea numeratio.*

8 *Numeratam nō fuiſſe pecuniam probari per aliud inſtrumētum, quo appareat poſt confeſſionem creditorem promiſiſſe ſoluere.*

9 *Numeratam non fuiſſe pecuniam probari ex eo, quod quātitas quædam ſolum fuit recepta.*

10 *Numeratam non fuiſſe pecuniam contra confeſſionem de recepto in mutuo ante lapſum biennij per propoſitionem exceptionis non numeratæ pecuniæ.*

Etiam poſt biennium, ſi probabitur factam fuiſſe proteſtationem ante biennium, vt nu. 11.

1 Non numeratam fuiſſe † pecuniā rectè probabitur per cōfeſſionem creditoris, vt probauit gl. & ibi Bal Sal. & Caſtr. in l. in contractib. ver. nullo modo. C. de non nu. pec. Ang. in §. idem iuris, vbi declarat, nu. 67. Inſt. de except.

2 Quòd intelligendum eſt, † verùm eſſe, ſi fortè creditori ſpontè exciderit huiuſmodi confeſſio: nā aliàs non poterit ab eo inuito extorqueri. d. l. in contractibus. §. de illo, & ibi Bal. & Sal. qui nullo modo cogēdum eſſe dicunt.

3 Hoc tamen intelligit Bar. non † procedere, quando creditor non haberet iuſtā cām recuſandi: & licet nō poſſit fieri poſitio ſuper toto, an fuerit numeratum, poſſe tñ fieri ſuper parte, quæ adminiculetur ad eius probationem: puta, quod vna tantùm numeratio facta fuit, & non plures, vel quod duæ fuerunt, & quod ſi qua numeratio facta fuit, fuit facta tali loco, & tēpore; ponit idem Bar. d. l. ſi ex cautione. in lectura antiqua, nu. 13. & 14. C. de non nu. pec. & Bar. opinionē multum æquam, & quod fortè ſeruaretur in pract. dicit Aret. d. § idem iuris, nu. 70. & 72. vol. 4.

4 Intelligendum eſt, † etiam quod dicimus hāc negatiuam probari per confeſſionem, procedere in cōfeſſione facta præſente debitore: nā aliàs eo abſente huiuſmodi confeſſio nō præiudicaret creditori, Aret. d. §. idem iuris, num. 72. citat Sal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & Ang. in l. rationes. C. de prob.

5 Item ſecundò numeratam nō fuiſſe pecuniā † probabitur per teſtes, qui interfuerunt, & dicant nullam numerationem ſecutam fuiſſe eo tempore, aut loco, quo aſſeritur, vt docuit Aret. qui etiam ponit formā articulandi in hac materia in d. §. idem iuris, nu. 5. & nu. 72. vol. 1.

Ampla-

6 Ampliatur probari etiã † per teſtes, qui dicãt ſolùm numerationem factam non fuiſſe tempore cõfeſſionis: nam licet id teſtimonium non videatur cõcludere, quia numeratio potuit fieri ante, vt dicit idem Nat. d. §. idem iuris, nu. 5. tamen quia confeſſio arguit numerationem factam tempore confeſſionis, nihilominus probabit, vt docuit Caſtr. d. l. ſi ex cautione. nu. 3 & in l. aſſecuratio, in fi. C. eo. & in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus. ff. de verb. obl. latè per Alex. nu. 14. & ad Bar. in l. prædia. ff. de acquir. poſſ. DD. poſt Bar. in l. poſt dotem. ff. ſol. matr.

7 Ampliatur ſecundò probari per † teſtes, qui interfuerunt, quando actum fuit, quod inſtrumentũ fieret, & poſteà fieret numeratio, ex quo rectè arguitur factum eſſe ſub ſpe futuræ numerationis. ita Bar. in d. l. ſi ex cautione, in lect. antiq. nu. 13.

8 Item, & tertiò probari poterit † non numeratã fuiſſe pecuniã per aliud inſtrumentũ, quo appareat, poſt confeſſionem creditorem promiſiſſe ſoluere non obſtantè confeſſione, vt ſæpè fieri ſolere dicit Bar. d. l. ſi ex cautione, nu. 13. & 14 & quod quando poſt cõfeſſionem de recepto, apparet de promiſſione, confeſſio intelligatur facta ſub ſpe futuræ promiſſionis, dicit Rom. ſing. 26. ad fi. eſſe tex. ſing. in l. minor 25. annis, in prin. ff. de min. ſecundum Bal. in l. ſi abſentis, col. 3. C. ſi cert. pet. & ibi plures citant addentes. Dec. conſ. 421. plene nu. 13. & num. 18. Iaſ. in l. legem. ad fi. C. de pact. ad q videas Bar. & ibi addent. in l. pen. §. ſi vir. ff. ſol. matr. Rom. conſ. 445. & conſ. 447. Campeg. de dote. quæſt. 50. latè Herc. de proban. negat. num. 29. & nu. 32. vol. 2. à quibus ſumere poteris declarationes.

Quarto loco probabitur non numerata pecunia,
9 † probando quòd quãtitas quædam ſolũ fuit recepta, vtputa, ſi quis cõfeſſus fuerit ſe recepiſſe mille, ſi oſtẽdat partem ſolùm recepiſſe, nimirum quingenta, numerationem in reliquis non factam eſſe conſtabit, vt ſcribunt Bar. & Bal. poſt gl. ibi, in l. 2. C. de non num. pec. Fel. in c. tertio loco, num. 12. & 14. vol. 2. de prob. Dec. in d. conſ. 421. & cõſ. 422. nu. 14. plenè Herc. vbi etiam declarat, de prob. neg. nu. 271.

10 Demum contra confeſſionem de † recepto probabitur hæc negatiua non numeratam eſſe pecuniam in mutuo ante lapſum biennij per propoſitionem exceptionis non num. pec iuxta tit. C. de non num. pec. & diximus aliàs, & ponit Herc. d. tract. de prob. neg. nu. 27. & 28. vol. 2.

11 Quod habebit locum † etiam poſt biẽnium, ſi probabitur factam fuiſſe proteſtationem ante biẽnium, vt per eundem Hercul. citato tract. num. 224. & num. 225. vol. 2.

CONCLVSIO MCXX.

ARGVMENTVM.

Nuncio ſit necne credendum, & quatenus.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio credendum eſſe. Contr. nu. 2. Conciliatio, nu. 3.*
4 *Nuncio credi in his, quæ concernunt illius officium, aliàs ſecus.*
5 *Nuncio non credi referenti malè acceptum fuiſſe in citando, ſibiq; iniuriam illatam. Contrarium, nu. 6. Conciliatio, nu. 7.*
8 *Nuncio non credi aſſerenti à tertio impeditũ, quominus nocentem aliquem apprehenderet, mãdatave exequeretur.*
9 *Nuncio non credi in his, quæ ſint grauis præiudicij alterius.*
10 *Curſori Papæ nõ credi in his, quæ ſint grauis præiudicij.*
11 *Nuncij teſtimonio non credi in criminalibus.*
12 *Nuncij relationi non credi in criminalibus quoad puniendum, ſecus quoad inquirendum.*
13 *Nuncij dictum quando ſufficiat ad inquirendum, vide remiſſiuè.*
14 *Nuncio publico, & iurato credi, aliàs ſecus.*
15 *Nuncians quo pacto quis probetur. Et eur.*
16 *Nuncio publico credi ſine literis, priuato verò tantum cum literis iudicis committentis.*
17 *Nuncio publico illuſtrem perſonam ſine literis non teneri credere.*
18 *Nuncio publico citante ex parte iudicis delegati non credi ſine literis. Secus ſi nuncius certus, & notus ſit, vt nu. 19. Et portet inſigne nunciorum. Conciliatio, nu. 20.*
21 *Nuncio quãtumcunq; publico non credi, niſi in literis citatorijs inſeratur tenor delegationis; cũ citatio ex parte iudicis delegati emanat ad locum longinquum.*
22 *Nuncio quantumcunq; publico non credi ſine literis in citatione reali, ſecus in verbali.*
23 *Nuncio publico non credi ſine literis quoad citationem, quæ domi fieret.*
24 *Nuncio dicenti, ſe non potuiſſe reperire citandũ ideò ad domũ citaſſe, an credatur: itemq; ſi ſimpliciter diceret citaſſe ad domum, an præſumatur feciſſe perquiſitionẽ, & in citatione ſolemnitates interueniſſe, vide remiſſiuè.*
25 *Nuncio non credi, quando per alium, non per ſe referret.*
26 *Nuncio quidem credi, ſed tamen citatum probare poſſe contrarium per teſtes, vel aliter.*
Etiam ſtante ſtatuto, quod credatur citationi, & relationi facta per nuncium, vt nu. 27.
28 *Nuncio ſuſpecto non credi.*

1 Nuncio credendũ † eſſe docuit Bar. in l. 1. §. de cura carnis. ff. de offi. præf. vrb. & in l. magis puto, §. ne tamẽ. ff. de reb. cor. & in extrauag. ad repr. verſ. per nuncium, ad fi. Rom. qui alios adducit in conſ. 72. & conſ. 497. col. 2. nu. 2. Aret. in tract. malefic. verſ. Petro publico, & iurato nuncio. Fed. in conſ. 119. nu. 12. nulli dubium, ad fi. Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 14. in prin. qui ad hoc adducit textum l. 2. C. de exec. & exac. lib. 12. Guid. Pap. q. 557. Lanfra. in c. quoniam contra, nu. 21. & 22. de prob. Ceph. cõſ. 113. & conſ. 122. nu. 15. & nu. 20. vol. 1. Boſ. in tit. de
* denunciatoribus, nu. 4. & communem * opinionem dicit Tiraq. de retract. conſag. §. 1. gl. 9. num. 11. & 12.
* & * communem dicit Iac. Nouel. in tract. regul. reg. 107. & quoad citationem, ſenuit gl. in c. cum parati, de appel. & qui referuntur à Tiraq. d. gl. 9. nu. 6.

2 In contrariam tamen † opinionem adducitur gl. in c. quoniam contra, verſ. citationes. de prob. & in c. ſicut & ibi Vincent. in verſ. vocatos. de elect. Iac. Bald. in tract. de 1. & 2. decr. & alij tenuere, quos refert Io. And. in addit. ad Spec. de cit. §. ſequitur. verſ. ſed nunquid. nu. 6. qui ideò conſuluit duos nuncios adhiberi, quos cum pluribus alijs refert Tiraq. d. gl. 9 nu. 3. ſed huius ſententiæ argumentis ſatisfacit Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 2. caſu 102. nu. 31. cum pluribus ſeq.

3 Verùm hoc diſſidium tolletur, † ſi id prudentis iudicis arbitrio relinquamus, q qualitate perſonarũ, & negotij penſata, de nuncij fide iudicabit, & prout conuenire videbitur, vel credet nũcio, vel aduerſanti iuramentum deferet ad elidendam præſumptionẽ, quæ eſt pro nũcio ratione publici muneris, ſecundũ opin. Hoſt. in ſum. tit. de contum. §. 2. col. 2. verſ. quod ſi abſens eſt. quam refert, & ſequitur Io. Andr. ad Spec. de cit. d. §. ſequitur, verſ. ſed nunquid. & tenet Collecto. Abb. Franc. & alij in d. c. cum parati. idem Gaufred. quẽ Collect. diximus, in c. cũ dilecti, nu. 15. de dol. & cont. plures cõgeſſit Tiraq. d. gl. 9. nu. 9. & alios adiec. Menoch. d. caſ. 112. nu. 8. Mar. in praxi ord. iud. par. 6. in 1. mẽb. nu. 53. & in his terminis poterit procedere opi. Spec. d. tit. de cit. §. ſequit. ver. ſed nũquid. & aliorũ affirmantiũ ſoli iuramento citati ſtari cõtra fidem nuntij, quos refert idem Tiraq. d. gl. 9. nu. 4. vt etiam ſentit Menoc. præcit. loco, nu. 11. Hoc tamen intelliges, ita

gcs, ita

Google

ges, ita iudci arbitrariũ, vt tamen ſi iudex male arbitretur, licitum ſit appellare, Ioan. Andr. citato. §. ſed nunquid Francus,d.c.cum parati,col.2.quare huiuſmodi ſententia, quod nuntio fides ſit adhibenda plures declarationes recipiet.

4 Primo igitur declarabitur † ꝓcedere in his,quę cõcernut illius officiũ,& ab eo pendent,vt loquũtur ſupra relati DD.& in hoc * omnes conueniſſe teſtatur idem Tiraq.dicta glo.9.nu.19.non tamen in alijs,quę ſunt extra illius officium,plenè Cor.in cõſ.79. col.2. vol.3.Iaſ.in l.age cum Gemin.col.pen.C.de tranſact. plures adducit Apoſt. ad Alc. dicta præſũptione 14. in princ.in his enim ſolum fides eorum probata dicitur.

5 Ex quo inferri poteſt, non credi † nuntio referenti male acceptum fuiſſe in citando,ſibique iniuriam illatam Franc. & Imo, in d. c. cum parati, col.2. ſentit Car.in cle.ſi ante.de dolo,& cont. poſt Ioannẽ And. ad Spec. tit. de contum. §. 1. in additione magna, verſi.circa ſecundum. Guid. Pap.q. 628. & hanc opinionem veriorem * eſſe dicit Alc. qui alios adducit, & ibi addit d.prçſum.14.nu.5.& plures in hanc ſententiam congerit Tiraq.d.glo.9. nu.14. & poſt eum Menoc.d.caſu 102.nu.13. Gab.tit.de cit.concl.4. num.4. Quib.accedat Fran.Mar.deciſ.Delph.51. num.4.

6 Contra hanc illationem † adducitur Flor. in d.cle. ſi ante,in 8.queſtio.tamquam iſtud ſit de connexis relationi, quam opinionem probauit ſtatutum Genue. in crim.lib.2.& conſuet.Fran.& Delph. de qua teſtatur Guid.Pap.d.q.628.non debet de iure.

7 Ad concordiam † poteſt dici poſteriorem hanc opinionem procedere, quando concurrent aliquæ bonæ coniecturæ pro dicto nũtij, tunc enim poterit iudex arbitrio ſuo fidem illi adhibere pro inditio ad torturam, vt dicit Alc.d. præſump. 14.nu. 5. Men.dicto caſu 112.num.14.& 17.

Quod tamen diximus in illatione ampliari poteſt, 8 † magis etiam procedere in nuntijs aſſerentib.à tertio impeditos quominus nocentẽ aliquẽ appræhenderẽt mãdataue exequerentur, vt diſputãdo cõcludit Alc. d.præſum. 14. nu.6. declaratio vero ſuperius firmata poterit ſubdeclarari non procedere, vbi de maximo præiudicio ageretur, vt tradit poſt eos,quos addit Tiraq.præcit.glo.9.nu.22.Ad ꝙ facit ſequẽs declaratio.

Secũdo ergo loco principalis cõcluſio declaratio-
9 nẽ recipit,vt nõ † procedat,quando ageretur de graui ꝑiudicio alterius, Bar.in l. Diuus 2.col.3. ff. de cuſtodia reor.Dec.cõſ.94.col.2.& alios add.Gab.de citatione.d conclu.4.nu. 6. & hoc eſt iuxta opinionẽ Vber. Bob.& Alber.Gal.quos retulit Io. Andr. ad Spe.d.§. ſequitur. verſi. ſed nunquid & Tiraq. d glo.9.nu.7.& rurſus num.30.

10 Ampliatur, vt in his, quæ ſunt † grauis præiudicij non credatur etiam curſori Papæ, licet illius fides magis probetur, ſecundum Rot. deciſ. 355. ſi executor.alias 15.de dolo, & contu.in nouis, quam ita declarat Menoc.d.caſu 112.num.9.

11 Ex hac autem declaratione deducitur, † non credi nuntij teſtimonio in criminalib. vt quia affirmet, ſe feciſſe alicui præceptum ad comparendum ſub pęna confeſſi,& conuicti,vt per Alc.d. præſum.14.ad fi.& quia referat aliquem homicidium commiſiſſe, Bar. in d.l.1.§.cura carnis.ff.de offi.præfec. vrbis.ad quod facit quod non creditur nuntio de facto alieno,vt latẽ per Ceph.cõſ.241.nu.68.cum plu.ſeq.vnde ſi nuntius referat citaſſe aliquem,& citatum ſibi reſpondiſſe nolle comparere, non ſtabitur nuntij relationi, vt tenuit add.ad Spec.ti.de contu §.1.in additio.mag.in fi.ver.circa ſecundam,& hãc * communem opinionẽ dicit Bert.conſ.164.col.1.ver.item quia vol.3.& poſt eum Gabr. qui latè declarat de citat. concluſ.4. ſic non credit eidem de mandato iudicis, Cor. poſt eos, quos adduc.cõſ.79.col.2.vol.3.Gab.d. concl. 4.nu.5.

Illud tamẽ, quod diximus in criminalib. relationi
12 nuntij non credi intelligendum eſt, † iuxta doctrinam Bar.in d.§.cura & ibi Alb.ꝓcedere,quoad puniendum ſecus quoad inquirendum Bal.conſ.34.ſtatuto.col.3.ver.item ſecundum,lib.5.Aret.in § quadru-
13 pli.nu.76. quando dictum † denuntiantis ſufficiat ad inquirendum ponit Clar.in pract. crim.§.fi.q.7.

14 Declaratur modo tertio loco primaria † cõcl.procedere in nuntio, qui ſit publicus, & iuratus, vt per Bar.in d.§.cura.& glo.& alios in d.cap.cum parati.&c. propter iuramentum credi nuntio, dixit Bal.in l.2.C. de ſpot.& Lanfr.de Oriano,d.c. quoniam contra nu. 21.ait credi nuntio, quia iurauit officium ſuum exercere legaliter,ſequitur Cæph. conſ.113.nu.22.lib.1.

15 Hic autem ſcias vellim,† quod probabitur quis nũtius ſi conſtare poterit ex actis de electione ipſius facta per iudicem, & illius iuramento, ſeu ſaltem de commiſſione citandi,quando electio ſpectat ad iudicem. nam alias ſi ex forma ſtatutorum ſit per conſilium,aut aliquo alio modo facienda,probari debebit de electione, vel de quaſi poſſeſſione illius officij, vt declarat Bar.in extrauagan. ad reprimen.in verſi.per nuntium Aret.in tract.maleſi. in verbo, petro publico,& iurato nuntio.Francus in d.c. cum parati.col.6. verſi.circa tertium principale de appellatio.

16 Ex huiuſmodi vero declaratione † infertur etiam, quod nuntio publico quis tenetur credere,etiam ſine literis, priuato vero tantum cum literis iudicis committentis.glo.in c. prudentiam. in prin.de offi.deleg. & in c. propoſuiſti.82.diſt.Fran.& alij in c.cum parati Maran.in Spe.parte 6.1.membro num.45.

17 Limitatur tamen hæc illatio. † vt non procedat,ſi citetur perſona illuſtris,quę nõ poteſt citari ſine litteris,Rom.in l.ſciendũ nu.46.ver. ſecũda cõcl.ff.de verborum oblig. qui dicit eſſe caſum ſingularẽ in l. quoties.ad finem,ſecundũ Bart.ibi,C.de dignit. libr.12.

18 Limitatur ſecũdo in nuntio citante † ex parte iudicis delegati,illi enim nõ credi abſq; literis tradit Bar. in d.exrauag.ad ad reprimen. in verbo per nũtiũ.Sed
19 tamen in nuntio certo † & noto aliter tenetur,vt per DD. Rotæ deciſ.355.ſi executor alias 15.de dolo,& cõtum.in nouis.quã deciſio. ſequitur Milis in repert. in ver.citatio, quãdo ſit per iudicem,& Fel.in c.cũ in iure coſ.2.ver.limita illũ caſum,nu.5.de offi.deleg.dicens,quod vbi quis citatur per nuntium publicũ,puta per curſorẽ papæ,tunc tenetur credere abſq; eo,quod tranſmittatur copia poteſtatis,& ibi adducit deciſionẽ,quã dicit approbatã per Antoniũ in c.cũ parati in pen.col.de appell. & per Rom.in d.l. ſciendũ.nu.49. idẽ firmat Gondiſſal. in ſuo tractatu de leg. in vltim. par.in 4.quæſt.propè finẽ.vbi alleg.Spe.in tit.de citat. §.1.dicit, quod vbi ordinarius citat per nuntiũ ei creditur,ſecus in delegato niſi citaret per certũ, & notũ nuntium, quia tunc eſſet illi credendum etiã ſine litteris,idẽ tenet Franc.in d.c.cũ parati. col.8. vbi addi. Bar.in l.Palatinos.C.de collat.fun.lib.11.idẽ Prepoſ. d.c.cũ parati, col.9.in 2.lim. declarans id procedere,
20 dũmodo ille nuntius publicus † portat inſigne, vt ſi eſt curſor in curia Romana habeat baculũ,quem ſolent geſtare curſores,ſecundũ Bar.in l.eũ,qui.§.ſi dominus,ff.cõmodati, & in l.prohibitũ. C.de iure fiſci.

21 Hoc tamen † ita temperandum eſt, ſecundum Rom.in d.l.ſciendum. numero 50. vt locum habeat in eodẽ loco, in quo eſt facta delegatio, ſecus ſi citatio emanet ad locum longinquum, quia tunc nõ erit credendum nuntio quantuncunque publico, niſi in literis citatorijs inſeratur tenor delegationis, & pro iſta diſtinctione inducit Spec.in tit.de iud.§.ſequitur. verſ.quid de auditorib. & cũ iſta diſtinct. Rom.tranſit Fel.in d.c.cum in iure nu.5.in quo tamen Mar.Soc. dubitauit in tract.de cita.artic.12.in pen.& vlt.col.& in dubio nũtio credẽdũ dicit, qa exiſtẽte dubio ſecurior pars ſit eligẽda,hãc tñ diſtinctionẽ tenet Prepoſ. col.6.

col. 6. in 6. limita. & ibi Phil. Fran. col. 8. vbi dicit, quod licet delegato alias citanti nõ credatur ſine litteris, fallit tñ in nuntio citante ad inſtãtiam delegati, quia dẽt ei credi: quod dicit procedere in eodem territorio, ſed extra territorium nuntio publico vnius territorij non creditur in alio territorio, vt per Barto. d. verſ. per nuntium, ſi tamen deferat litteras, eo ipſo eſt efficax præſumptio, qđ ſit nuntius eius, cuius mandato citat. vt ibi, & per Francum. d. c. cum parati col. 7.

22 Limitatur tunc tertio, vt procedat † in citatione verbali, non tamen in reali: nimirum vbi ageretur de accipendo tenutam, vel pignora, vel capiendo perſonam, quia tunc curſori, & nuntio quantuncunque publico non eſſet credendum ſine litteris, Bal. in d. c. cum parati. de appellatio. quem ibi ſequitur Franc. col. 7. & Præpoſi. col. 9. per Bar. in d. l. Palatinos.

23 Limitatur quartò in citatione, † quæ domi fieret, vt latè per Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defec. citationis, num. 98.

24 An autem nuntio dicenti, † ſe non potuiſſe reperire citandum, ideoq; domi citaſſe credatur; itemq: ſi ſimpliciter diceret citaſſe ad domum, præſumatur perquiſitionem feciſſe, & in citatione ſolemnitates interueniſſe, vide apud Tiraq. d. glo. 9. num. 23. cum ſeq. Burſ. conſ. 74. nu. 63. Roma. conſil. 397. nu. 5. & ibi Mando. in additione, qui latè diſtinguit.

25 Quatò principaliter declares † velim concluſionem propoſitam non procedere, quando per aliũ nõ per ſe referret: nam cum ſit nuntius tanquam teſtis, non poteſt relationem facere per alium; ideoque ipſo infirmo exiſtẽte, & alias impedito debet iudex ad eum mittere Franc. d. c. cum parati. in fin. ex determ. Bal. in d. c. cũ dilecti. de dolo, & cõtuma. col. 4. in fine.

26 Quinto loco declarabis ita habere † locum, vt tamen poſſit citatus probare contrarium per teſtes, vel aliter Lucas de Pen. in l. curioſi. nu. 67. C. de curio. & ſta. lib. 12. Iac. Nouel. in tracta. regula reg. 107. num. 3. Guido Pap. q. 557. aliquis prope finem. Cepha. conſ. 261. nu. 71. lib. 2. Quod ampliatur habere locum etiã

27 ſtante ſtatuto, † quod credatur citationi, & relationi factę per nuncium, vt per Fran. in d. c. cũ parati. col. 8.

28 Demum limitabis nõ procedere † in nuntio ſuſpecto Ang. in l. vt perfectius, col. vlt. verſ. item nota. quod nũtio. C. de annali excep. Decius. d. c. cũ parati, nu. 11. Nouel. dicta reg. 107. nu. 1. Tiraq. d. glo. 9. nu. 8.

CONCLVSIO MCXXI.

ARGVMENTVM.

Quando credendum ſit nutritori, & nutrici dicenti teſtimoniũ pro alumno ſuo, & è contrà.

SVMMARIVM.

1 *Nutritores, & nutrices pro alumno ſuo non poſſe teſtificari, & è contrà.*

2 *Nutritores, & nutrices pro alumno non poſſe teſtificari, dum illum domi educant, & donec durat domeſticitas: ſecus cum parentibus ipſum reddiderunt.*

3 *Nutritori, & nutrici reddenti teſtimonium pro alumno ſuo, quando ſit credendum, iudicis arbitrio relinqui.*

4 *Nutritoris, & nutricis teſtimonium reddentis pro alumno ſuo recipi ad ætatem illius probandam.*

Quia nutricatio amoris, atq; amicitię maximã atq; penè incredibilẽ vim obtinet, vt ſcribit Tiraq. in l. ſi vnq̃. ĩ ver. ſuſceperit liberos nu. 43. C. de reuoc. donat. & in trac. de iu. primog. in pfatione,

1 nu. 65. nutritores, & nutrices † nullo tẽpore pro eorũ alumnis teſtimoniũ idoneũ reddere poſſe nec è côuerſo docuit Sal. in l. teſtis idone⁹. ff. de teſtib. q̃ refert Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. caſu 2. caſu 101. nu. 3.

Sed tamen non ita abſolutè decidendũ alij, quorũ

* communis eſt ſententia, affirmarunt: Sed ita rem tem

2 perãdam † vt nutritores, & nutrices, & è côuerſo, idonei teſtes pro alumno nõ reputentur, dũ illum domi educãt, & durat domeſticitas, habeãtur autẽ pro idoneis teſtib. cum parentib. reddiderũt, & in 2. col. ad fi. & ibi Salic. ſibi cõtrarius. C. de teſtibus, & cõſulendo dicit Soci. Sen. in conſ. 54. nu. 7. verſ. nec obſtat, quod dr̃. vol. 3. ſequitur Albe. de Malet. in tract. de teſtibus

* nu. 26. & Lanf. de Oriano, qui dicit DD. * cõiter ſequi. in repet. c. quoniam contra. §. depoſitio teſtium. nu. 61. de proba. Pet. Placa, epit. delict. capit. 42. nu. 11. Io. Campeg. in tract. de teſtibus, reg. prima, limita. 11. Aufr. in tract. de teſtam. nu. 73. At magis ad arbitrium

3 judicis † referendum, qui amore perpenſo dijudicet, quando nutritori, & nutrici fides ſit adhibenda; ſenſit Io. à Pla. in §. in teſtib. Inſti. de teſtam. & Oliuer. textor, in tract. de ſucceſ. ab inteſtato. in quarto neceſ. ad. cognoſcendum gradum cognationis, nu. 5. quos ſequitur Menoc. in alleg. tract. de arbitra. dicto caſu 101. nu. 5. & tradidit Pert. Monca. in additio. ad Crot. in tracta. de teſtibus, par. 4. nu. 115.

Declarantur autem ſuperiora non procedere, quo

4 ad ætatem † alumni probandam: in ea enim re domeſticũ hoc teſtimoniũ recipi, docet Bar. in l. tutela. C. de in integ. reſtit. & probat, ſi dicat, ſcio, quia nutriui. Aufrer. in tracta. de teſtibus nu. 73. Idẽ Bart. in l. 1. ff. ſi certum peta. Monca. ad Cro. alleg. tracta. de teſtib. par. 4. nu. 118. Quibus autem caſibus domeſtici teſtes non repellãtur, latè diximus in cõcluſio. Domeſtici.

O

CONCLVSIO MCXXII.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & quibus in caſibus pręſumatur ſpontè, non metu præſtita obedientia, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Obediẽtia ſponte, nõ metu præſtita præſumitur, & cur, ibid.*

2 *Obedientiam ſe metu præſtitiſſe allegans, debet probare.*

3 *Obediendo quis ſimpliciter non conſtito de metu, vel de contraria proteſtatione, ſpontè præſumitur obediſſe.*

4 *Obediens in actu, qui conſiſtit in faciendo, ſibi præiudicat, niſi proteſtetur de contrario; ſecus in actu, qui tantum conſiſtit in permittendo. Subdeclara, vt nu. 5.*

6 *Obedire præſumitur coactè ſubditus, ſiue actus conſiſtat in agẽdo, ſiue in permittẽdo. Contr. nu. 7. Cõcil. nu. 8. & ſeq.*

9 *Princeps non præſumitur male accipere ſibi ſubditos.*

10 *Metus probari debet in ſubdito, aliunde, quàm ex reuerentia ſuperiori præſtita, vel quod ſit ſubditus.*

11 *Obedientia præſtita præceptis, & bannis Principis arguit ſubiectionem obedientium Principi.*

12 *Obedientia præſtita præceptis Principis arguit ſubiectionem in ijs, qui poſſunt obedientiam præbere abſque præiudicio alterius: ſecus ſi non poſſunt.*

13 *Obedientia præſtita præceptis Principis arguit ſubiectionem, quando obedientes præſtant illi obedientiam, vt ei ſe ſubijciant, ſecus ſi obediunt quaſi aliud agentes. Contrar. nu. 14. Concil. nu. 15.*

16 *Actus non debet operari vltra voluntatem agentis.*

17 *Obedire alteri nemo tenetur, niſi probetur cã quare teneat̃.*

1 Obedientia † regulariter ſponte, nõ autẽ metu præſtita pſumit̃, ex regula quæ hẽt, Metũ nõ pręſumi, niſi pbetur, arg. l. merito. ff. p ſoc. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & nos latiſſimè oſtendimus ſup. in verb. Metũ, & quidẽ merito

merito. Nam cũ idem ſit præſumere metum ac deli-
ctũ, teſte Alc. de præſumpt. reg. 3. præſump. 7. nu. 1. &
ſemper capienda ſit illa præſumptio, per quã delictũ
excludat, d. l. merito. & Hyppol. in cõſ. 2. col. 1. & ſeq.
Cępol. cõſ. crim. 21. nu. 17. Barbat. cõſ. 77. in prin. vol.
4. Alc. de præſump. in 3. reg. in 1. præſump. & nos latè
ſup. in verb. delictum. in præſentia nunquã, niſi ex ſpe
ciali aliqua rõne quem ad obediendũ metu fuiſſe im-
pulſum dicere debemus, vt mali ſuſpitionẽ euitemus,
iux. c. dudum, & c. fin. de præſumpt. Alc. in reg. 3. præ-
ſumpt. 2. nu. 1. & nos latè ſupra in verb. Malum.
2 Ex hoc dicto primo infertur, quod allegans † ſe
metu obedientiam præſtitiſſe debeat probare, arg.
not. per Bal. Aret. & cæteros in l. interpoſitas. C. de
tranſact. Alc. conſ. 97. nu. 34. Plot. in l. ſi quando. nu.
87. C. vnde vi.
3 Secũdo infertur, quod quis † obediẽdo ſimpliciter
abſq; aliqua alia cõtraria proteſtatione, vel abſq; eo
quod aliundè cõſtet de metu, præſumatur ſpõte obe-
diſſe, & volũtatem illi actui accommodaſſe; ita pro-
bat tex. in c. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. par. c. & c.
olim inter. de reſt. ſpol. illic enim primo ex quo B.
obediuit N. ſimpliciter. non proteſtando, vel non prę
cedẽte aliquo metu, aut actu coactam volũtatẽ infe-
rente, ſibi præiudicauit circa gratiam obtẽtam, quaſi
animo recognoſcendi illũ in ſuperiorẽ obedierit. hic
vero, in quo populus ille obediuit ſimpliciter. ideſt
abſq; aliqua alia cõtraria proteſtatione illi Epiſcopo
prætendenti ius in parochia illorum hominũ, ex quo
tñ obedientiam illi præſtiterunt pę̃ quia excõmunica-
tionis ſententia non ſibi præiudicauerũt, nec fuit ali-
quod ius quęſitum Epiſcopo in parochia: quia cum
excõmunicatio ſiue iniuſta ſit timenda, & ideo ſem-
per metum inferre dicatur, vt in c. ſententia paſtoris.
11. q. 4. & metus ex ea reſultans æquiparetur metui ca
denti in conſtantem virum, ſecundum gl. & Abb. in
d. c. olim. Rom. cõſ. 269. illi homines metu obediiſſe
præſumuntur: qui ex timore obedit, iam non obedire
dicitur, vt in reg. qui ex timore. de reg. iur.
4 Et quod dictum eſt de proteſtatione † ad inferẽdã
non ſpontaneam voluntatem in obedientiæ præte-
ſtatione, ex mẽte Abb. in d. c. olim. nu. 9. põt intelligi,
in actu, qui conſiſtit in faciendo, in quo niſi faciens
proteſtetur de contrario, ſibi præiudicat: iux. doctrinã
Inn. in d. c. olim col. 3. circa finem. ſecus in actu, qui
non conſiſtit in faciendo, ſed tantum in permitten-
do, in quo obediens etiam abſque proteſtatione con-
traria non cenſetur ſpõte obedire, vt idem Abb. ibid.
ea ratione quia in actu poſitiuo magis apparet inten
tio agẽtis, quã in negatiuo: Abſtinens enim, & tacens
non debet haberi pro conſentiente, in ſui præiudiciũ,
quod dici non poteſt in actu poſitiuo, vt idem Abb.
5 Sed ego ſubdeclararem † hãc Abba. declarationẽ,
vt tunc procedat, quãdo abſtinens, ſiue permitens nõ
poſſet etiam non permittẽdo impedire; quia tunc ha-
betur potius pro contradicẽte, iuxta doctr. Io. And. in
c. is, qui tacet. de reg. iur. nu. 3. & Dy. in l. qui tacet. ff.
eo. tit. Sed quando opponendo, & non permittendo
poſſet facere, quominus obediret, ex quo potens nol-
uit, vel non fecit, ſibi præiudicat: & contra illũ eſt prę
ſumptio, quod obediendo voluntariè obedierit, iux.
trad. in d. l. qui tacet. ff. de reg. iur. facit c. 2. de accuſat.
lib. 6. vbi poterant impedire, ne ad inquiſitionem pro
cederetur, infamia non accedente: ſed quia præſens
fuit, & tacuit, nec impediuit, cõſenſiſſe videtur, & fru-
ſtra poſtea nititur infirmare iudicium: ad idem facit.
l. 2. §. voluntatem. ff. ſol. matr. l. ſæpe. ff. de re iud. l. fide
iuſſor. §. pater. ff. de pign. l. 4. §. fi. ff. de fideiuſſ. tut. l.
quoties, ff. ad municip. l. honores. §. pater. de decurio.
Intellige tamen, quod dictum eſt, procedere gene-
6 raliter, & regulariter: ſed in ſubdito † abſque eo, quod
proteſtetur, & contradicat, ſiue in agendo actus cõſi-
ſtat, ſiue in permittendo, ſemper præſumitur obedire
coactus ob ſuperioritatem, & reuerentiam imperã-
tis, niſi expreſſe conſtet de libera voluntate ipſius ad
obediendum: ita nos docuit Abba. in c. quod laten-
ter. nu. 2. de reg. iur. per c. ſuper hoc. de renun. & l. cum
de indebito. ff. de probat.
7 Contra hãc doctr. † Abb. videtur facere, quod ipſe-
met Abb. Zabarel. Anch. Feli. & ante eos Inn. volue-
rũt in c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. vbi conclu
dunt, quòd non præſumitur metus, ſiue coacta volun
tas in ſubditis in aliquo actu ob ſolam reuerentiam
Principis, ſed debeat aliunde de ea conſtare. Idẽ vol-
uit Bar. in l. 1. §. quæ onerãdæ. & ibi Bolog. in prin. lèg.
ff. quarum rerũ act. non da. Bar. Bal. Ang. Alex. Fran.
de Aret. in l. interpoſitas. C. de tranſac. Bal. in l. fi. ff. de
cond. ob turp. cau. Bar. in l. metum, & ibi Iacob. de
* Aurelian. C. quod met. cau. & hanc * communem
opin. dicit Burſ. conſ. 72. nu. 79. vol. 1. cum ibi alleg.
Ad cõciliãdos hos inter ſe differẽtes authores poſ-
8 ſumus dicere; † quòd primũ dictũ Abb. procedat, qñ
illi ſubditi eſsẽt ſoliti tractari tyrãnicè, niſi in omnib.
obedientiam præſtarent ſuperiori, & ſuperior ſoleret
ſæuire in illos ſuis votis non obedientes, vt colligitur
ex gl. in l. 1. ff. quod iuſſ. Bar. in ſuo tract. de tyranni
iſtud confirmat id ꝙ voluere Abb. in c. Abbas. nu. 4.
de his, quæ vi met. & Felin. in c. quia quæſitũ. nu. 2. de
25 Tertiò amplianda erit concluſ. † vt ſi dubiũ ſit, qs fuerit aggreſſor in rixa ad effectum, vt occidẽs dicat̃ occidiſſe ad ſui defenſionẽ probando bonam famã, & vitam pacificam ipſius occidentis, ex hoc præſumitur ipſum fuiſſe inſultatum, & ex conſequenti ob tuitionem ſui ipſius interfeciſſe aduerſarium: qa qui bonæ famæ eſt, inſultatus ſemper præſumitur, vt colligere eſt ex contextu l. non oẽs. §. barbaria. ff. de re militari. & ſpeciatim, de hoc ſcripſere Io. Fab. & Flo. in d. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. fec. dica. quorũ auctoritate id veriſſimum arbitratus eſt Alex. in tract. præſump. reg. 3. præſump. 39. nu. 8. & conſuluit Io. de Amic. conſi. 23. num. 10. & Gramm. conſi. 29. nu. 17. vol. 3. quem refert Fel. in c. dilecti. col. penul. num. 14 voluit ẽt Alex. de excep. quibus conſulendo adhæſit Bertaz. conſ. 1. nu. 13. lib. 2. & cenſuit D. Octa. Vlpell. conſi. 118. & Hercu. de cautio non offen. ca. 30. n. 13. ꝙ ante cum ſcripſit Carrer. in pract. crim. §. circa nu. 139. vbi alias præſumptiones, quibus quis præſumitur aggreſſor, recenſuit, quas per te videre poteris; & ad idem adeas noſtras concluſiones in verb. aggreſſor, & in verb. offenſor, vbi de his abundè diſſeruimus, ꝑ-

26 ut è contra, probando † ꝙ ille, qui repeniur mortuus fuerit rixoſus, præſumitur etiam fuiſſe aggreſſor, & propterea licuiſſe contra eum ſe opponere, vt idem Io. de Amic. d. conſil. 23. num. 6. latè ſcripſit, & illum referendo ſequutus eſt Bertaz. dicto conſil. 1. num. 12 qui alios, idem tenentes citat Quod & prius animaduertit Card. Zabarel. in clem. 1. q. 133. num. 33. de homic. vbi concludit, quod repertis duobus inuicem rixantibus, & ignoratur, vter primò inceperit alterum inſultare, præſumendum omninò eſſe contra magis rixoſum, per tex. in d. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. cui conſenſit Alc. præſumpt. 9. num. 9. & cõprobauit Gramm. not. 24. num. 5. qui in terminis allegat Alber. de Roſa. in d. l. vt vim. ff. de inſt. & iur. Hoc etiam veriſſimum cenſuit Cępol. conſi. 28. nu. 13. & conſilio 29. num. 12. & tradidit D. Vulpell. dicto cõſilio 118. num. 18.

27 Quartò amplia conclu. † vt ea præcipuè locũ ſibi vendicaret, qñ qs occidit illum, qui prior fuit ponere manus ad arma nam ex illo actu cenſetur ꝓuocator & aggreſſor, vt proditum eſt à Blanc. in pract. cri. §. 3. pars defẽſionis. fol. mihi 148. n. 16. & habem⁹ à Cęp. in conſ. 28. n. 5. 7. 9. & in conſ. 29. n. 7. idẽ cẽſuit Franc. Aluarot. in conſ. 74. n. 29. in 1. vol. conſ. crim. Talis. n. qui manus ponit ad arma, ſemper dr̃ habere præſumptionẽ iuris cõtra ſe, vt pulchrè ſcripſit Arc. in conſi. 34. viſis diligenter col. 1. verſ. 2. eſt præmittendum, ex qua præſumptione dr̃ ꝓbata neceſſaria defenſio; quia non eſt expectanda percuſſio, ut rectè dixit Baldus

in d.l.1.num.17.& 18.C.vnde vi.& Cepol.d.conſi.28.
nu.10.Bertaz.latè conſi.101.num.3.& ſeq.& conſi.1.
nu.18.vbi propè infinitos citat. Nam terror armorum
ſufficit. vt iuſta dicatur defenſio, ſecundum Aret. in
tract. malef. in verb. & dictus Titius ſe defendendo.
col.2.verſ.dixi, quod licitas. poſt med. cuius dictum
authoritate plurimorum ſcribentium confirmauit
idem Bertaz. locis proximè allatis.

28 Quam ampliationem † ſubampliare poteris, vt et
procedat in eo, qui habebat enſem ſub brachio expe-
ctātem aduerſarium debentē per viam tranſire; nam
ſi poſtea euaginauit contra eum, licitè interfici pote-
rit, & dicitur occiſus ad defenſionem, vt Author eſt
Bertaz d.conſ.101.num.10.per Cepol.d.conſi.28.n.7
& alios per eundem ibi allatos. nam quoties aliquis
aliquem expectat, vt occidat, licitum eſt, illum expe-
ctantem, & gladio, & ferro repellere, nec poſtea tan-
quam homicida tenetur; quia tanquam defenſor ꝓ-
priæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur, vt probatur in l.
is, qui percuſſorem. C. ad legem Corn. de ſicar. & la-
tè per Cep. conſ.44. num.3.

29 Modò intelligenda † primo loco eſt cōcluſio nr̄a,
vt defenſio pp quam quis, iuxta ſupra narrata, excuſa
tur ab homicidio debeat eſſe facta cum moderamine
inculpatæ tutelæ; prout à Dioclet. & Maxim. Impp.
ſancitum eſt in l.1. C. vnde vi. & à Vlpiano reſpōſum
eſt in l.3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armat. Idem vna
* mente oes * Scribētes ad illa iura, & alibi, vbi de hac
re verba facere, comprobarunt, præcipuè Bald. in d.l.
30 1.num.3. vbi declarando hanc vocem, † cum mode-
ramine, intelligit importare illud, quod ſe defendens
tranſcendere nō debeat inculpatā tutelam; & ſic duo
in defenſione requiri ibi profitetur, tutelam, ſcilicet,
& irredarguibilem ſiue inculpatā: quia culpabilis defen
ſa non eſt permiſſa, & concludit ibi. nu.4. defenſionē
veram, & moderatam eſſe, quanta expedit, & ideo nō
plus facere quam oportet, nec aliter q̄ iudex ex varijs
circunſtantijs arbitrabitur. Hoc etiam voluit Accur.
in d.l.1. in ver. moderatione. C. vnde vi. vbi de hac re
magiſtralem tradit doctrinam; & latius iſtud docet
Blanc. in pract. crim. in 3.p. defenſionis, fol. mihi 146.
num.2. Clar. ēt id confirmauit in pract. crim. §. homi-
cidium verſ. ſcias tamen, & conſuluit Gramm. conſil.
* 64. num.2. qui * communem dicit, quod & plenè exa
minatur per Angel. de Aret. in tract. malef. in verb. &
dictus Titius ſe defendendo. 10. colu. verſi. ex his Car-
rer. item in pract. crim. §. circa nu.95. verſ. circa quar-
tum. Iſtud itidem comprobat Marſi. in conſi.21.n.34
& in conſi.80. nu.54. ver. nam defenſio. Io. de Amic.
conſi.77. verſ. non obſtat. in contrarium, qui pariter
* de * communi Doctorum ſententia teſtatur Cep. etiā
in conſ.42. num.4. & rectè animadue. tit præclarus
Dom. Octau. Vipel. conſ.125. num.16. aliter, ſi aggreſ
ſus excedat modum in ſe defendendo, vtique erit pu
niendus, licet non pœna ordinaria, vt per Clar. dicto
verſic. ſcias tamen.

31 Quod quidem moderamen † circa tria præcipuè
conſiderarunt Scribentes conſiſtere: videlicet, circa
modum ſe defendendi, circa tempus, & circa cauſam
defenſionis. idq́ue probarunt authoritate gl. d.l.1. C.
vnde vi. à qua tradita habentur requiſita huiuſmodi,
& ex recentioribus dixit Blanc. in pract. crim. in d.3.
p. defenſionis. num.2. & ſeq. Clar. in pract. d. §. homi-
cidium verſic. ſcias tamen, & Carrer. pariter in d. pra.
§. circa num.95. & ſeq. ac Bolog. in conſi.36. colum.
5. verſic. verum ſi dicatur.

32 Circa primū de modo ſe defendendi dixerunt, eo-
dem genere armorum, quo quis percuſſus fuit, eodem
ēt genere ſe defendere debere; vt ſi armis inferatur
violentia, armis quoque repellatur, ſi ſine armis ſimi
li modo repellatur. exempli gratia, qn̄ quiſpiam iner
mis inuadit me, ſed pugnis tātum bellaturus, inermis
quoque me defendam, ac illi tantùm pugnis reſiſtam
oportet, ideſt, nō eſt mihi licitum illum gladio per-
cutere, per gl. in d.l.1. in verb. moderamine. C. vnde
vi, & per tex. in d.l.3. §. cū igitur. ff. de vi, & vi arm. &
dixit Blanc. loco proximè citat. num.3. & Carrer. vbi
ſupra, & in §. circa, num.95. & Clar. loco iam allega-
to, ac Io. de Amic. d. conſi.77. verſ. non obſt. & Iodoc.
in pract. crim. c.76. num.14.

33 Iſtud tñ intellige † verùm eſſe: qn̄ qualitas armorū
non excedat: ſecus verò, ſi minuat, vt in caſu in quo
conſuluit Grammat. d. conſi.63. num.3. de illo, qui cū
lancea irruit contra alterum, vbi commune conclu-
dit, quòd aggreſſus aduerſus eum potuit cum enſe ſe
tueri, & aduerſarium vulnerare, quem locum citat
Blanc. d. pract. crim.3. p. defenſionis, num.3. nam ſi ag
greſſus ſe defendat exiguioribus armis, non dicitur
excedere moderamen inculpatæ tutelæ; quia quali-
tas illa, quæ deſideratur, in ſui defenſione non exclu-
dit minoritatem, ſed exceſſum tantum; vt declarat
Carrer. d. pract. crim. d. §. circa d.n.96. per gl. in conſt.
pacis cultum ibidem ſi minoribus credo.

34 Ex quib. inferunt † Doct. ꝙ ſi cum enſe ſit inſultus
poterit inſultatus pugione ſe tueri, & dicetur cū æqua
libus armis ſe defendiſſe, vt à pœna excuſetur. Idē ar-
bitrandum eſt, ſi inſultatus enſe fuſte occidat; ſecus tñ
e conuerſo ſi pugione, vel fuſte quis inſultatur, & ag
greſſus enſe interficiat; quia tunc dicitur exceſſus in
armis reſpectu inæqualitatis earum, vt per eundē Car
rer. loco proximè citato, qui adducit Gramma. Io. de
Amic. & Lanfranc. de Orian. locis ſuperius adductis
ac Mar. in conſi.21. num.38. qui idem confirmat. Pa-
ri modo dicendum erit ſi aliquis inſultat me, cum ba
culo, & ego percutiam cum gladio, quòd non exceſ-
ſet, nec cum moderamine inculpatæ tutelæ id feciſſe
* dici poteſt, vt ita tenere * communiter Scribentes af-
firmat Clar. d. §. homicidium. d. verſ. ſcias tamen.

35 Quod tñ velim temperes, † vt id non habeat locū,
quando exceſſus detur in perſona inſultantis, vt quia
forte ipſe fortior, & robuſtior erat aggreſſo. Nā tunc
permiſſum eſt etiam armis inæqualibus ſe tueri, vt
* * cōiter Doct. in d.l.1. C. vnde vi, & Bal. in l.1. col.1.
verſ. tu aſſeſſor. C. de confeſſ. prodiderunt, & ſequuti
ſunt Blanc. & Carrer. locis iam ſæpè citatis, & Iodoc.
Damhoud. d. pract. crim cap.66. num.14. magis enim
attendenda eſt paritas perſonarum, quàm armorū. ſe-
cundum Bal. in d.l.1. num.4. C. vnde vi. in lec. vbi ex
eo infert, quòd ſi quis plus poteſt cum pugno, q̄ alius
cum enſe, quod in dubio debilis, ne à potente percu-
tiatur cū pugno, poterit ſe defendere cum gladio qa
defectus virium pōt ſuppleri cum lucramine armo-
rum, vt per eundem Bal. in d.l.1. nu.16. in repet.

36 Secundò temperandum eſt illud dictum, † vt nō ꝓ
cedat, qn̄ quis aliter ſe defendere nequiuerit: nam eo
caſu, & armis inæqualibus, aggreſſo vti licebit. ex no.
p Doct. in d.l. is, qui aggreſſorem. C. ad legem Corn.
de ſica. nam curare nō debemus æqualitatē armorum
vbi neceſſitatē euitare non poſſumus; vt dixit Bal. in
repet. d.l.1. nu.13. quia neceſſitas facit excuſabile, qđ
aliàs non liceret. l. qui potuerit. ff. de manumiſſ. teſt.

Quocirca illud in præſentia in dubiū reuocari pōt,
37 † an ſi inuaſor enſe, vel pugione armatus, aggredia-
tur aduerſarium, & aggreſſus inermis reperiatur nec
penes ſe alia arma habeat, quam paruum ſclopetum
(vulgò piſtollam nuncupatum) quod alia de cauſa in
occultò retinebat, & alia via ſibi non erat parata, qua
periculum euadere poſſet, niſi exonerando ſclopetū
contra aggreſſorē, liceat eo caſu ſibi illo genere ar-
morum reſiſtere aduerſario, etiam ipſum occidendo.

38 Et pro parte negatiua † vr̄ dicendum non licere
ex eo præcipuè, quod etſi ſclopetum dicatur exiguū
telum reſpectu enſis, tamē quia habet tractum velo-
cius, eminusq́; offendat, in hoc dicitur valdè excede-
re enſem, & ratione huius exceſſus etiā inæqualitatē
armorū extare: & propterea dicebat Bal. in lect. d.l.1.
num.3.

num.3. C.vnde vi, quod veniens percutere me cũ ſeſo,non mihi licet eum arcu depellere; vt etiã in hũc ſenſum illum citat Maria.Salamo.ibidem nu.6.verſ. iam de inculpata tutela:cuius dictum admodum inſeruire videtur quæſtioni noſtræ.

39 Attamen verius contrarium † cẽſeri oportet, ſi ſupponamus aggreſſum enſe ita arctatũ fuiſſe, vt nõ ſine diſcrimine propriȩ ſalutis euadere queat, vel ſi nõ ſine dedecore fugere ei fas ſit. Hoc enim caſu cõſentaneum eſt, vnicuiq; licere audaciam aduerſarij reprimere, eiuſq; aſſaltum præuenire potius, quàm à plaga accepta tardè vendicare; quia vt Imperarores Valentinianus, Theodo. & Arcad. edixerunt in l. vnica. C. quando lic. vnicuiq; ſine iud. ſe vin. melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt exitum vindicare; neceſſitas enim, vt paulo ante dicebamus ex ſenten. Bal. in d.l.1.C.vnde vi.nu.13.excuſabile, & punibile facit, ꝙ alias non eſſet; & non conſiderant iura æqualitatem armorum vbi neceſſitas ipſa impellit nos. vnde ſi euitare nõ valeo, & fugam arripere non debeo propter vituperium, quod ex ea mihi inſurgit, fas non eſt aduerſarium expectare, vt me cedat, per gl. in l.3. verſic. qui armati. ff. de vi, & vi arma. ſed armis, qualiacunq; ſint, & quȩ ad manus meas perueniunt, illam repellere permitti debet: cum melius ſit ante vulneratã cauſam occurrere, quàm poſt remedium quærere, vt idẽ Bal. dixit in repet. d.l.17.

Alias ſi ita ſtrictè ad corticem ſententiam DD. vt armis inæqualibus defendere nõ ſit licitum, intelligemus per multa incommoda nos inde ſequi eſt neceſſe: nam primo in arbitrio inſidioſi aggreſſoris erit, me manu vacua petere, ego autem, qui fortè fortuna tũc telum teneo, illud obijcere debuero, vt iuſta ſit defenſio. ſic etiã ſi quis pugione me percutere intẽdit; mihi ſtringere enſem contra eum permiſſum nõ erit, ſi inculpata tutela dici non poteſt, quæ longiori telo fit. Quod quidem maximũ abſurdum eſſet, vt admonet Bald. in d.l.1.nu.12. C. vnde vi, qui de impingendo colapho loquitur: & latè id validis rationibus; & textuum ponderationibus tuetur Maria. Salam. in repet. l. vt vim nu.6. vſq; ad nu.10. ff. de iuſt. & iur. vbi poſt multa concludit, ſiue inermem, ſiue armatum aggreſſorem tuum repuleris, vel fuſte, vel gladio, vel lancea, vel ſaxis, vel arcu, vel his omnibus nulla lege prohiberis: ibique quamplura alia ad hanc rem ſpectantia addit, quæ per te videre poteris.

40 In illam tamen deſcenderem ſententiam, † quod ſi retinens ſcopletum in abſcondito, id aliquo dolo faceret, vt aduerſarium traheret ad pugnam, tanquam inermis videretur, & exinde ex improuiſo poſitis manibus ad ſcopletum aggreſſorem interficeret, iſto caſu non excuſaretur, quia potius ipſe prouocator dici poſſet, quam prouocatus, cum poſſet euitare, & noluit, vt fraude aduerſarium deciperet.

41 Idem arbitrarer, † ſi ipſemet aggreſſus cinctus eſſet enſe, & ſcopleto, & cum poſſet ſtringere enſem contra aggreſſorem, & ſe defendere, illum abiecit, & manus ad ſcopletum poſuit occidendo; hoc etiam caſu non cenſeretur neceſſitate interfeciſſe, ſed voluntate, non ad defenſam, ſed ad vindictam; arg. eorum quæ tradidimus in concl.864.nu.10.

Circa ſecundum requiritur, vt temporis æqualitas
42 † ſeruetur hoc eſt ſi ſubitò adortus ſim, me ſubitò itẽ defendã, nec poſt diutina inuaſionis interualla, ſed illicò, & pene è veſtigio, atq; in ipſo primo aggreſſoris furore interficere mihi fas ſit: nã ſi poſt ſpatia aliquot aut interualla tẽporis id homicidium cõtigiſſet, vindicta, & nõ defenſio eſſet exiſtimanda. l. nullos. C. de iudæ. & cælic. cui concordat c. porrò. iuncta glo.2. de diuor. Ad idem eſt tex. l.3. §. cum qui. ff. de vi, & vi arma. no. etiã in d.l.1. C. vnde vi, & in d.l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quorum iurium authoritate, id etiam tradiderunt Carrer. in pract. d. §. circa. num.107. Blanc. in ead. pract. d.3. par. defenſ. num.5. Iodo. Damhoud. pariter in pract. c.76. num.11. & ſeq.

43 Verum tamen † eſt hic animaduertendũ, quod incontinenti, & nõ ex interuallo dicitur defenſio facta, ſi antequã deueniatur ad aliquos actus extraneos, ſed in aggreſſu ipſo, atque in pugnæ cõtinuatione cædes ipſa committatur, l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & ſcripſit Bar. in d.l.1. verſ. circa hoc, C. vnde vi, vbi etiam Alex. & per Abb. in c. olim. col.4. nu.10. de reſtit. ſpol. Blanc. etiã d.3. par. defenſ. nu.6. & Carrer. in co. §. circa nu.108. Damohud. vbi ſupra.

44 Quorum ſententia † eo vſque pro vera accipienda eſt, vt neceſſe habeat occiſor probare defenſionẽ factam fuiſſe incontinẽti, & non ex interuallo, alioqui vltio, & non defenſio præſumeretur, vt latè probat Carrer. d. §. circa. nu.109. ex traditis per Ang. in tract. malef. in verb. dictus Titius ſe defendendo, colum.3. verſ. aduertas, vbi tamen idem Angel. arbitrio iudicis relinquit, an occiſio ad offenſam, an ad vindictam commiſſa fuerit.

45 Secundo intelligenda eſt ſententia † prædictorum de defenſione incontinenti, vt eouſq. vera ſit, vt percuſſori neceſſe ſit probare, feciſſe defenſionem ante factum, & non poſt, niſi mediatè, ſucceſſiuè, vel quaſi mediatè: ſic cenſuit Bal. in d.l.1. num.10. verſ. conclude. C. vnde vi, quem ſequitur Carrer. & Blanc. locis proximè adductis.

46 Hinc cõnſequitur, † quòd ſi inuaſor poſt vulnus illatũ ſtatim aufugiat, & percuſſus currẽs poſt inſequitur, eumq; occidat, non dicitur incontinẽti, & ad neceſſariam defenſam interfeciſſe, ex quo non neceſſitate defenſionis, ſed tumore vltionis, & nõ q a timuit ſe vlterius percuti, ſed vt vindictam de vulnere iã accepto ſumeret prȩſumendũ inſequutũ fuiſſe: ſic proditum eſt à Bal. in d.l.1. in repet. nu.28. verſ.10. quȩritur. C. vnde vi, qui citat Cy. Aret. & alios idem ſentiẽtes, idem cenſuit Carrer. in d. pract. crimin. d. §. circa num.110. verſ. quid ſi aggreſſor. & ſcripſit ante eum Barto. in l. ſi ex plagis, §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & Dec. in d.l.1. nu.10. verſ. ſecus tamen.

47 Quod tamen † temperandum erit primò, vt verum ſit, ſi percuſſor animum repercutiendi nõ habuerit: ꝙ ex coniecturis arbitrio iudicis videndum ſerit, an eo caſu licuerit percuſſo inſequi etiam poſt plagam acceptam, & occidere aduerſariũ: vt nos docet Carrer. eo. loco verſ. tempera tamen, vbi etiam idem ſtatuẽdum eſſe cenſuit, ſi ipſe aggreſſor poſt percuſſionem ſtaret. cum & tunc præſumatur habere animum repcutiendi durante rixa; per Bart. in d. §. tabernarius, & in d.l.1. qui docet id deprehẽdi ex qualitate perſonæ, & factorum: & per Dec. in d.l.1. nu.10. verſ. ſi vero.

48 Hinc admonet nos † Bal. in d.l.1. nu.44. verſ. vltimo concludo. Aduocatum debere eſſe cautum, vt faciat articulum, quòd durãte rixa fuit facta percuſſio à primo percuſſio, & nõ poſt percuſſionem, cum tũc diceretur feciſſe ad vindictam, & non ad defenſionem.

49 Secundo velim declares, † quòd & ſi percuſſorẽ fugientem nõ ſit permiſſum occidere, vt eſt dictum, tñ ſi occideretur poſt vulnus acceptum à percuſſo, occidens nõ debere puniri pœna ordinaria homicidij: quia propter iuſtum dolorẽ ex præambula percuſſione commotus prȩſumitur occidiſſe, quo fit, vt mitius puniri debeat. ſecundum Abb. in cap.1. de iniurijs, & Dec. in d.l.1. nu.11. verſ. & licet, ff. de iuſt. & iur. per no. dictum Anto. de Butr. in d.c. olim. il 1. col. vlt. verſ. in quantum dixi. de reſtitut. ſpol. vbi etiam dicit, quod talis excedens moderamen punitur, ut culpoſus, non vt doloſus. idem obſeruauit Fely. in c. ſignificaſti il 2.
50 nu.14. de homicid. ſentiens id euenire; † quia homo incenſo calore permotus nõ eſt in plenitudine intellectus ad id etiam multa adducit Carrer. in d. pract. crim. §. circa, nu.110. verſ. tempora etiam.

51 Declarã tamen, † vt prædicta locum habeant, niſi

ad

in d.l.1.num.17.& 18.C.vnde vi.& Cępol.d.conſi.28.
nu.10.Bertaz.latè conſi.101.num.3.& ſeq.& conſi.1.
nu.18.vbi propè infinitos citat.Nam terror armorum
ſufficit, vt iuſta dicatur defenſio, ſecundum Aret. in
tract. malef. in verb. & dictus Titius ſe defendendo.
col.2. verſ.dixi, quod licitas. poſt med.cuius dictum
authoritate plurimorum ſcribentium confirmauit
idem Bertaz.locis proximè allatis.

28 Quam ampliationem † ſubampliare poteris, vt ẽt
procedat in eo, qui habebat enſem ſub brachio expe-
ctãtem aduerſarium debentẽ per viam tranſire; nam
ſi poſtea euaginauit contra eum, licitè interfici pote-
rit, & dicitur occiſus ad defenſionem, vt Author eſt
Bertaz d.conſ.101.num.10.per Cępol.d.conſi.28.n.7
& alios per eundem ibi allatos. nam quoties aliquis
aliquem expectat, vt occidat, licitum eſt illum expe-
ctantem, & gladio, & ferro repellere, nec poſtea tan-
quam homicida tenetur; quia tanquam defenſor ꝑ-
priæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur, vt probatur in l.
is, qui percuſſorem. C.ad legem Corn. de ſicar. & la-
tè per Cęp. conſ.44. num.3.

29 Modò intelligenda † primo loco eſt cõcluſio nr̃a,
vt defenſio pp quam quis, iuxta ſupra narrata, excuſa
tur ab homicidio debeat eſſe facta cum moderamine
inculpatæ tutelæ; prout à Dioclet. & Maxim. Impp.
ſancitum eſt in l.1. C.vnde vi.& à Vlpiano reſpõſum
eſt in l.3. §.cum igitur. ff.de vi,& vi armat. Idem vna
* mente oẽs * Scribẽtes ad illa iura,& alibi, vbi de hac
re verba facere, comprobarunt, præcipuè Bald. in d.l.
30 1.num.3. vbi declarando hanc vocem, † cum mode-
ramine, intelligit importare illud, quod ſe defendens
tranſcendere nõ debeat inculpatã tutelam;& ſic duo
in defenſione requiri ibi profitetur, tutelam, ſcilicet,
& irredarguibilem ſiue inculpatã: quia culpalis defen
ſa non eſt permiſſa, & concludit ibi. nu.4. defenſionẽ
veram, & moderatam eſſe, quanta expedit, & ideo nõ
plus facere, quam oportet, nec aliter q̃ iudex ex varijs
circunſtantijs arbitrabitur. Hoc etiam voluit Accur.
in d.l.1.in ver.moderatione. C.vnde vi. vbi de hac re
magiſtralem tradit doctrinam; & latius iſtud docet
Blanc.in pract.crim.in 3.p.defenſionis, fol.mihi 146.
num.2.Clar.ẽt id confirmauit in pract.crim.§.homi-
cidium verſ.ſcias tamen,& conſuluit Gramm.conſil.
* 64.num.2.qui * communem dicit, quod & plenè exa
minatur per Angel.de Aret.in tract.malef.in verb.&
dictus Titius ſe defendendo.10.colu.verſi.ex his Car-
rer.item in pract.crim.§.circa nu.95. verſ.circa quar-
tum. Iſtud itidem comprobat Marſi.in conſi.21.n.34
& in conſi.80.nu.54.ver.nam defenſio. Io.de Amic.
conſi.77. verſ. non obſtat. in contrarium, qui pariter
* de * communi Doctorum ſententia teſtatur Cęp.etiã
in conſ.42. num.4. & rectè animaduertit præclarus
Dom.Octau.Vipel.conſ.125.num.16.aliter, ſi aggreſ
ſus excedat modum in ſe defendendo, vtique erit pu
niendus, licet non pœna ordinaria, vt per Clar. dicto
verſic.ſcias tamen.

31 Quod quidem moderamen † circa tria præcipuè
conſiderarunt Scribentes conſiſtere: videlicet, circa
modum ſe defendendi, circa tempus, & circa cauſam
defenſionis. idque probarunt authoritate gl.d.l.1. C.
vnde vi. à qua tradita habentur requiſita huiuſmodi,
& ex recentioribus dixit Blanc. in pract. crim. in d.3.
p.defenſionis.num.2.& ſeq. Clar.in pract.d.§.homi-
cidium verſic.ſcias tamen, & Carrer. pariter in d.pra.
§.circa num.95.& ſeq.ac Bolog. in conſi.36. colum.
5.verſic. verum ſi dicatur.

32 Circa primũ de modo ſe defendendi dixerunt, eo-
dem genere armorum, quo quis percuſſus fuit, eodem
ẽt genere ſe defendere debere; vt ſi armis inferatur
violentia, armis quoque repellatur, ſi ſine armis ſimi
li modo repellatur. exempli gratia, qñ quiſpiam iner
mis inuadit me, ſed pugnis tãtum bellaturus, inermis
quoque me defendam, ac illi tantùm pugnis reſiſtam
oportet, ideſt, nõ eſt mihi licitum illum gladio per-
cutere, per gl. in d.l.1.in verb. moderamine. C. vnde
vi, & per tex. in d.l.3. §.cũ igitur. ff.de vi, & vi arm.&
dixit Blanc.loco proximè citat.num.3.& Carrer.vbi
ſupra,& in §.circa, num.95. & Clar. loco iam allega-
to, ac Io.de Amic.d.conſi.77.verſ.non obſt.& Iodoc.
in pract.crim. c.76.num.14.

33 Iſtud tñ intellige † verùm eſſe: qñ qualitas armorũ
non excedat: ſecus verò, ſi minuat, vt in caſu in quo
conſuluit Grammat.d.conſi.63.num.3.de illo, qui cũ
lancea irruit contra alterum, vbi commune conclu-
dit, quòd aggreſſus aduerſus cum potuit cum enſe ſe
tueri, & aduerſarium vulnerare, quem locum citat
Blanc.d.pract.crim.3.p.defenſionis, num.3.nam ſi ag
greſſus ſe defendat exiguioribus armis, non dicitur
excedere moderamen inculpatæ tutelæ; quia quali-
tas iſta, quæ deſideratur, in ſui defenſione non exclu-
dit minoritatem, ſed exceſſum tantum; vt declarat
Carrer.d.pract.crim.d.§.circa d.n.96. per gl. in conſt.
pacis cultum ibidem ſi minoribus credo.

34 Ex quib.infeiunt † Doct. ꝙ ſi cum enſe ſit inſultus
poterit inſultatus pugione ſe tueri,& dicetur cũ ęqua
libus armis ſe defendiſſe, vt à pœna excuſetur. Idẽ ar-
bitrandum eſt, ſi inſultatus enſe fuſte occidat; ſecus tñ
è conuerſo ſi pugione, vel fuſte quis inſultatur, & ag
greſſus enſe interficiat; quia tunc dicitur exceſſus in
armis reſpectu inæqualitatis earum, vt per eundẽ Car
rer.loco proximè citato, qui adducit Gramma. Io.de
Amic.& Lanfranc.de Orian.locis ſuperius adductis
ac Mar.in conſi.21.num.38.qui idem confirmat. Pa-
ri modo dicendum erit ſi aliquis inſultat me, cum ba
culo, & ego percutiam cum gladio, quòd non excu-
ſet, nec cum moderamine inculpatæ tutelæ id feciſſe
* dici poteſt, vt ita tenere * communiter Scribentes af-
firmat Clar.d.§.homicidium.d.verſ.ſcias tamen.

35 Quòd tñ velim temperes, † vt id non habeat locũ,
quando exceſſus detur in perſona inſultantis, vt quia
fortè ipſe fortior, & robuſtior erat aggreſſo. Nã tunc
permiſſum eſt etiam armis inæqualibus ſe tueri, vt
* * cõiter Doct.in d.l.1.C.vnde vi,& Bal.in l.1.col.11.
verſ.tu aſſeſſor. C. de confeſſ. prodiderunt, & ſequuti
ſunt Blanc.& Carrer. locis iam ſæpè citatis, & Iodoc.
Damhoud.d.pract.crim cap.66.num.14.magis enim
attendenda eſt paritas perſonarum, quàm armorũ ſe-
cundum Bal.in d.l.1.num.4. C.vnde vi. in lec. vbi ex
eo infert, quòd ſi quis plus poteſt cum pugno, q̃ alius
cum enſe, quod in dubio debilis, ne à potente percu-
tiatur cũ pugno, poterit ſe defendere cum gladio q̃a
defectus virium põt ſuppleri cum lucramine armo-
rum, vt per eundem Bal.in d.l.1.nu.16.in repet.

36 Secundò temperandum eſt illud dictum, † vt nõ ꝓ
cedat, qñ quis aliter ſe defendere nequiuerit: nam eo
caſu,& armis inæqualibus, aggreſſo vti licebit: ex no.
p Doct.in d.l.is, qui aggreſſorem. C.ad legem Corn.
de ſica.nam curare nõ debemus ęqualitatẽ armorum
vbi neceſſitatẽ euitare non poſſumus; vt dixit Bal.in
repet.d.l.1.nu.13. quia neceſſitas facit excuſabile, qđ
aliàs non liceret, l.qui potuerit. ff.de manumiſſ.teſt.

Quocirca illud in præſentia in dubiũ reuocari põt,
37 † an ſi inuaſor enſe, vel pugione armatus, aggredia-
tur aduerſarium, & aggreſſus inermis reperiatur nec
penes ſe alia arma habeat, quam paruum ſclopetum
(vulgò piſtollam nuncupatum) quod alia de cauſa in
occultò retinebat, & alia via ſibi non erat parata, qua
periculum euadere poſſet, niſi exonerando ſclopetũ
contra aggreſſorẽ, liceat eo caſu ſibi illo genere ar-
morum reſiſtere aduerſario, etiam ipſum occidendo.

38 Et pro parte negatiua † vr̃ dicendum non licere
ex eo præcipuè, quod etſi ſclopetum dicatur exiguũ
telum reſpectu enſis, tamẽ quia habet tractum velo-
cius, eminusq; offendat, in hoc dicitur valdè excede-
re enſem, & ratione huius exceſſus etiã inæqualitatẽ
armorũ extare: & propterea dicebat Bal.in lect.d.l.1.
num.3.

num.3. C.vnde vi, quod veniens percutere me cũ ferro,non mihi licet eum arcu depellere; vt etiã in hũc ſenſum illum citat Maria.Salamo.ibidem nu.6.verſ. iam de inculpata tutela:cuius dictum admodum inſeruire videtur quæſtioni noſtræ.

39 Attamen verius contrarium† cēſeri oportet,ſi ſupponamus aggreſſum enſe ita arctatũ fuiſſe,vt nõ ſine diſcrimine propriẽ ſalutis euadere queat, vel ſi nõ ſine dedecore fugere ei fas ſit. Hoc enim caſu cõſentaneum eſt, vnicuiq; licere audaciam aduerſarij reprimere,eiuſq; aſſaltum præuenire potius,quàm à plaga accepta tardè vendicare;quia vt Imperatores Valentinianus, Theodo. & Arcad. edixerunt in l. vnica.C. quando lic.vnicuiq; ſine iud.ſe vin.melius eſt occurrere in tempore,quàm poſt exitum vindicare; neceſſitàs enim,vt paulo ante dicebamus ex ſenten. Bal.in d.l.1.C.vnde vi.nu.13.excuſabile,& punibile facit,ꝙ alias non eſſet; & non conſiderant iura æqualitatem armorum vbi neceſſitas ipſa impellit nos.vnde ſi cui tare nõ valeo,& fugam arripere non debeo propter vituperium,quod ex ea mihi inſurgit,fas non eſt aduerſarium expectare,vt me cedat,per gl.in l.3.verſic. qui armati.ff.de vi,& vi arma.ſed armis, qualiacunq; ſint,& quę ad manus meas peruenient,illam repellere permitti debet:cum melius ſit ante vulneratã cauſam occurrere,quàm poſt remedium quærere, vt idẽ Bal.dixit in repet.d.l.17.

Alias ſi ita ſtrictè ad corticem ſententiam DD. vt armis inæqualibus defendere nõ ſit licitum,intelligemus per multa incommoda nos inde ſequi eſt neceſſe:nam primo in arbitrio inſidioſi aggreſſoris erit,me manu vacua petere,ego autem,qui fortè fortuna tũc telum teneo,illud obijcere debuero,vt iuſta ſit defenſio.ſic etiã ſi quis pugione me percutere intēdit, mihi ſtringere enſem contra eum permiſſum nõ erit, ſi inculpata tutela dici non poteſt, quæ longiori telo ſit. Quod quidem maximũ abſurdum eſſet, vt admonet Bald.in d.l.1.nu.12. C. vnde vi, qui de impingendo colapho loquitur:& latè id validis rationibus,& textuum ponderationibus tuetur Maria.Salam.in repet. l.vt vim nu.6. vſq; ad nu.10. ff.de iuſt. & iur.vbi poſt multa concludit,ſiue inermem,ſiue armatum aggreſſorem tuum repuleris,vel fuſte, vel gladio,vel lacea, vel ſaxis,vel arcu, vel his omnibus nulla lege prohiberis: ibique quamplura alia ad hanc rem ſpectantia addit,quæ per te videre poteris.

40 In illam tamen deſcenderem ſententiam,†quod ſi retinens ſcopletum in abſcondito, id aliquo dolo faceret,vt aduerſarium traheret ad pugnam, tanquam inermis videretur,& exinde ex improuiſo poſitis manibus ad ſcopletum aggreſſorem interficeret,iſto caſu non excuſaretur, quia potius ipſe prouocator dici poſſet,quam prouocatus, cum poſſet euitare, & noluit,vt fraude aduerſarium deciperet.

41 Idem arbitrarer, † ſi ipſemet aggreſſus cinctus eſſet enſe,& ſcopleto, & cum poſſet ſtringere enſem contra aggreſſorem, & ſe defendere, illum abiecit, & manus ad ſcopletum poſuit occidendo ; hoc etiam caſu non cenſeretur neceſſitate interfeciſſe , ſed voluntate,non ad defenſam,ſed ad vindictam; arg. eorum quæ tradidimus in concl.864.nu.10.

Circa ſecundum requiritur, vt temporis æqualitas 42 † ſeruetur hoc eſt ſi ſubitò adortus ſim,me ſubitò itẽ defendã,nec poſt diutina inuaſionis interualla,ſed illicò,& pene è veſtigio,atq; in ipſo primo aggreſſoris furore interficere mihi fas ſit:nã ſi poſt ſpatia aliquot aut interualla tẽporis id homicidium cõtigiſſet, vindicta,& nõ defenſio eſſet exiſtimanda.l.nullos. C.de iudæ.& cælic.cui concordat.c.porrò. iuncta glo.2.de diuor. Ad idem eſt tex.l.3.§. eum qui.ff.de vi,& vi arma. no.etiã in d.l.1. C.vnde vi, & in d.l. vt vim.ff.de iuſt.& iur. quorum iurium authoritate, id etiam tradiderunt Carrer. in pract.d.§. circa. num.107. Blanc. in ead. pract.d.3.par.defenſ.num.5.Iodo. Damhoud. pariter in pract c.76.num.11.& ſeq.

43 Verum tamen † eſt hic animaduertendũ,quod incontinenti,& nõ ex interuallo dicitur defenſio facta, ſi antequã deueniatur ad aliquos actus extraneos,ſed in aggreſſu ipſo, atque in pugnæ cõtinuatione cædes ipſa committatur,l.ſi ex plagis.§. tabernarius. ff.ad l. Aquil.& ſcripſit Bar.in d.l.1. verſ. circa hoc, C.vnde vi,vbi etiam Alex.& per Abb.in c.olim.col.4.nu.10. de reſtit.ſpol.Blanc. etiã d.3.par.defenſ.nu. 6. & Carrer.in eo.§.circa nu.108.Damohud.vbi ſupra.

44 Quorum ſententia † eo vſque pro vera accipienda eſt,vt neceſſe habeat occiſor probare defenſionẽ factam fuiſſe incontinẽti,& non ex interuallo,alioqui vltio, & non defenſio præſumeretur, vt latè probat Carrer.d.§.circa nu.109. ex traditis per Ang.in tract. maleſ.in verb.dictus Titius ſe defendendo,colum.3. verſ.aduertas,vbi tamen idem Angel.arbitrio iudicis relinquit, an occiſio ad offenſam, an ad vindictam commiſſa fuerit.

45 Secundo intelligenda eſt ſententia † prædictorum de defenſione incontinenti, vt eouſq. vera ſit,vt percuſſori neceſſe ſit probare, feciſſe defenſionem ante factum,& non poſt,niſi mediatè,ſucceſſiuè,vel quaſi mediatè:ſic cenſuit Bal.in d.l.1.num.10.verſ. conclude. C.vnde vi, quem ſequitur Carrer. & Blanc. locis proximè adductis.

46 Hinc cõſequitur, †quòd ſi inuaſor poſt vulnus illatũ ſtatim aufugiat, & percuſſus currẽs poſt inſequitur,eumq; occidat,non dicitur incontinẽti, & ad neceſſariam defenſam interfeciſſe, ex quo non neceſſitate defenſionis,ſed tumore vltionis,& nõ q̃a timuit ſe vlterius percuti, ſed vt vindictam de vulnere iã accepto ſumeret pręſumendũ inſequutũ fuiſſe: ſic proditum eſt à Bal.in d.l.1.in repet.nu.28.verſ. 10.quęritur.C.vnde vi,qui citat Cy.Aret.& alios idem ſentiẽtes, idem cenſuit Carrer.in d. pract. crimin.d.§.circa num. 110. verſ. quid ſi aggreſſor. & ſcripſit ante eum Barto.in l.ſi ex plagis,§.tabernarius. ff.ad l. Aquil. & Dec.in d.l.1.nu. 10.verſ.ſecus tamen.

47 Quod tamen† temperandum erit primò,vt verum ſit, ſi percuſſor animum repercutiendi nõ habuerit:ꝙ ex coniecturis arbitrio iudicis videndum erit, an eo caſu licuerit percuſſo inſequi etiam poſt plagam acceptam,& occidere aduerſariũ : vt nos docet Carrer. eo.loco verſ.tempera tamen, vbi etiam idem ſtatuẽdum eſſe cenſuit, ſi ipſe aggreſſor poſt percuſſionem ſtaret. cum & tunc præſumatur habere animum repercutiendi durante rixa;per Bart.in d.§.tabernarius, & in d.l.1.qui docet id deprehẽdi ex qualitate perſonæ, & factorum:& per Dec.in d.l.1.nu. 10.verſ.ſi vero.

48 Hinc admonet nos† Bal.in d.l.1.nu.44. verſ. vltimo concludo. Aduocatum debere eſſe cautum, vt faciat articulum,quòd durãte rixa fuit facta percuſſio à primo percuſſio,& nõ poſt percuſſionem,cum tũc diceretur feciſſe ad vindictam, & non ad defenſionem.

49 Secundo velim declares,†quòd & ſi percuſſorẽ fugientem nõ ſit permiſſum occidere,vt eſt dictum, tñ ſi occideretur poſt vulnus acceptum à percuſſo, occidens nõ debere puniri pœna ordinaria homicidij: quia propter iuſtum dolorẽ ex præambula percuſſione commotus pręſumitur occidiſſe,quo fit,vt mitius puniri debeat. ſecundum Abb.in cap.1. de iniurijs,& Dec.in d.l.1.nu.11.verſ.& licet,ff.de iuſt.& iur.per notdictum Anto.de Butr. in d.c.olim.il 1.col.vlt.verſ.in quantum dixi.de reſtitut.ſpol. vbi etiam dicit, quod talis excedens moderamen punitur,ut culpoſus, non vt doloſus.idem obſeruauit Fely.in c.ſignificaſti il 2. 50 nu.14.de homicid.ſentiens id euenire; † quia homo incenſo calore permotus nõ eſt in plenitudine intellectus ad id etiam multa adducit Carrer. in d. pract. crim.§.circa,nu.110.verſ.tempora etiam.

51 Declarã tamen,†vt prædicta locum habeant, niſi ad

ad extraneos actus traheretur inſultatus; puta, quia grauiori fortuna iactatus cogatur facere interuallū, & practicas ad colligendos amicos; eo enim caſu ſi interficiat, licet interuallum interueniat, tamen incontinenti ab eo dicitur facta defenſio; vt profitendo ſcripſit Fely. in d. c. ſignificaſti. il 2. poſt num. 12. verſ. aduerte tamen de homicid. cui accedit Carrer. d. l. circa, nu. 124. verſ. & circa temperamentum.

52 Secūdo loco limitare poteris, † vt vera nō ſint, quā do hoſtes publici latrocinando inuadunt caſtra aliena: nam tunc poſſunt expelli etiam ex interuallo, cū ſint in perſeuerantia delicti; quia vt dicit Bald. in l. vis eius poſt nu. 1. verſ. tamen aduerte, C. de proba. quādo

53 violentia † eſt ſucceſſiua, & ſemper ineſt in actu primo, & influenti, licitū eſt reſiſtere etiā ex interuallo, & dicitur defenſio incontinenti, nō per interuallum; eo quod eſt cōiuncta reſiſtentia cū vi, vnde ſi per vim homo detinetur longiſſimo tempore, quia vis quotidie committitur, & quotidie naſcitur, quotidie etiam reſiſti poteſt, vt per Bald. ibi. ex cuius authoritate idē cenſuit Mar. in pract. crim. §. attingam. poſt. nu. 19. verſ. item adducit Bald. atque Carrer. in d. §. circa, nu. 125.

Tertio limitabis, vt nō procedat in caſu, in quo ego

54 † accuſaui aggreſſorē meum, & fuit captus, in carceribusq; detruſus; nam ſi poſtea illum video fugientē, poſſū impune occidere, & ſic ex interuallo vlciſci; vt poſt Bald. in l. nullus. C. de iud. ſcriptū reliquit Fely. in c. interfeciſti. nu. 1. de homicid. & plenè per Roman. in l. ſi vero. §. de viro. in 11. fallen. ff. ſolut. matr. Mar. etiā in pract. crim. §. diligēter. nu. 129. & Carrer.

55 d. pract. crim. §. circa nu. 111. ea ratione, † ne delictū fortè remaneret impunitum, vt per Fel. vbi ſupra.

56 Circa vero tertium moderamē † dici poteſt, quod conſiſtere debeat in cauſa defenſionis, vt ſcilicet faciat ad defenſam, nō autem ad vindictam, l. ſcientiā. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Barto. in d. l. 1. C. vnde vi, & reſpondit Io. de Ami. in cōſ. 77. indiuiduæ trinitatis. verſ. 2. non obſtat. & accedunt Blan. d. pract. crim. 2 par. defenſ. nu. 7. & Carrer. d. §. circa. nu. 125.

Secundò loco limitanda eſt principaliter conclu-

57 ſio, † vt locum ſibi non vendicet in officiali nā contra eum exequentem reſiſtere, & ſe defendere nephas eſt, quinimo ſi officialis ſe defendentē occidat, immunis eſt à pœna, l. ſi ſeruus, & ibi not. Bart. C. de his, qui ad eccleſiam confug. & * communem eſſe opinionem dicit Gomeſ. in tract. tit. de captu. reo. c. 9. nu. 6. vbi quamplures ad id citat. & Carrer. in d. §. circa. nu. 73. verſ. 3. limita. qui pariter innumeros congeſſit.

58 Tertio limitabis, † vt id totum, an homicidium ſit commiſſum ad defenſionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, reliquatur arbitrio iudicis, qui qualitates rixantium, armorum, cauſæ, & reliquas circunſtantias inſpicere, & animaduertere debeat, vt teſtatur Abb. in d. c. olim. col. 6. nu. 16. de reſtit. ſpolia. & Mari. Salam. nu. 11. in fin. ff. de iuſt. & iur. Carrer. in eo. §. circa, nu. 100. & nu. 157. Marſi. tā in l. quæſtionis modum, nu. 43. ff. de quæſtio. quibus adhæſit doctiſ. Menoch. de arb. iud. c. 277. num. 5.

CONCLVSIO MCXXXII.

ARGVMENTVM.

Odium non præſumi, ſed ab allegante eſſe probandum: tum odioſum à teſtimonio dicendo contra illum, quem odio proſequitur, repelli.

SVMMARIVM.

1 *Odium non præſumitur, niſi probetur.*

2 *Odium allegans illud probare debet.*

3 *Odio filias a teſtatore fuiſſe excluſas, qui dixerit, probare id eum oportebit.*

4 *Agnatio per maſculos, & diuitias conſeruatur.*

5 *Pater non præſumitur odio, ſed filium potius ſummo amore proſequi.*

6 *Odioſus a teſtimonio dicendo contra illum, quem odio proſequitur, repellitur.*

7 *Odio aliquem proſequens, facile contra illum mentitur.*

8 *Odioſo nec credendum eſt, etiam ſi moriens quid in me dixerit.*

9 *Odium priuatum, non publicum quem repellere à teſtimonio ferendo.*

10 *Odium publicum, & priuatum quod dicatur.*

11 *Odium teſtium quomodo probetur, cum dicatur illos nolle deponere, nec veritati teſtimonium perhibere propter odium.*

1 Odium nō præſumi † niſi probetur; elicio ex eo, quod ſanxit Impe. Iuſtinia. in auth. de teſtibus dum inquit; Si quis verò dicat odioſum præſentem ad teſtimonium ſibi conſtitutum, & approbauerit ſtatim, & quæ ſequuntur, vt id nos ſupra latę probauimus in concluſ. 898. incip. inimicum non præſumi. in prin. vol. 2.

2 Propterea † ei onus incumbet illud probandi, qui illud allegabit, vt l. metum. C. quod met. cauſ. ita ſenſit Spec. in titu. de teſt. §. qualiter autem ſint producendi. nu. 19. verſ. ſed quis probabit, quanquam ibi. ſubiicit attendendas eſſe in hoc circunſtantias, & indicia, quod quidem ijs ferrè modis poterit ab eo probari, quib. & inimicitia probatur, vel præſumitur, de quibus latè diſſeruimus ſupra in d. concl. 898. per tot.

3 Hinc fit, † quod ſi teſtator habēs filios maſculos, & filias fœminas, & filios inſtituerit vniuerſaliter: fœminas vero in rebus certis, & ſibi inuicem ſubſtituerit filios maſculos, & nō fœminas cōditio illa in perſona filiorum appoſita, ſi decederet ſine liberis quod alter alteri ſubſtituatur, intelligatur ex præſumpta volūtate teſtatoris ad liberos extendi: & ſic filię fœminę nō facient fidei commiſſi conditionem deficere: nā teſtator nulla alia ratione inductus videtur, quàm fauore

4 cōſeruandę agnationis; quæ † quidem per maſculos, & diuitias conſeruatur, l. pronunciatio. ff. de verborū ſignificat. & l. 1. §. pen. ff. de vent. inſpi. vnde, qui dixerit, filias à teſtatore fuiſſe excluſas à ſucceſſione propter odium, quo illas proſequebatur, vt fideicōmiſſi cōditionem deficere faciat, id probare debet, cū pa-

5 ter non † præſumatur odio, ſed filium potius ſummo amore proſequi, l. iſti quidem. in fin. ff. quod met. cau. argu. etiā l. 1. ff. de bonis eor. & iſtud odium ſit probandum, §. cauſas. in auth. vt cū de appellat. cognio. vt in hac facti ſpecie conſuluit Soc. ſen. in conſ. 14. viſo teſtamento nu. 2. verſ. ſed hoc non obſtante, cum pluribus ſequen. vol. 3. quem referēdo ſequitur Gozad. in conſ. 89. in hac cauſa Tridentina. in fin. ad id tamen cōſules Fran. Matte. in tract. de cōiect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 14. per torū vbi præceteris latiſſimè, luculēter, & egregiè diſſerit, an hæc conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſine liberis, de maſculis tantum intelligatur.

6 Probato autem odio † alicuius in me, merito fiet, vt ille à teſtimonio dicendo repellatur: ita ſtatuit idē Imper. in d. §. ſi quis vero, & in l. ſi quis teſtibus. C. eo. de teſtib. & iuriſcon. in l. 3. ff. eo. hoc idem nonnullis confirmauit Spec. in d. tit. de teſt. §. 1. incip. opponitur. num. 82. verſ. item quod amore, odio. ſic etiam ſentit Innoc. in c. cum P. Manconella. in fi. de accuſa.

7 Cuius quidem rei ratio eſt, † quia facilè mentitur, qui me odio proſequitur, vt inquit Iuriſcon. in l. 1. §. præterea. ff. de quæſt. & Accurſ. in d. §. ſi quis vero ſuper

8 verb. nō adſit. in auth. de teſtibus. nā nec odioſo † credendum eſt, etiā ſi moriens quid in me dixerit, vt reſpōdit Vlpia. in l. ſi quis in graui. §. ſi qs moriens. ff. ad

Sena.

Senatuſconſ. Sylla. quem tex. ad id adducit Bald. de pact.conſtan.nu.66.verſ.extra quęro.

Quod vero diximus odium repellere quem à teſti-
9 monio, intelligendum eſt†habere locum tãtummodo in odio priuato: ſecus autem in puplico.vt tex. habemus ad hoc ſingularē I c.quoties. ibi, priuato odio de teſtibus, quod ibidē ſequitur Abb.nu.4.verſ.no.ibi
10 priuato odio: illud autem† dicitur odium publicum, cum odio habetur quis, quia peccator, vt cap. odio. 86.diſtinct. priuatum verò, ſecundum Io. Andr. eſt familiare, & carnale teſte etiam Abb. vbi ſupra, ſed ad hæc omnia erunt conſulendę concluſ. noſtræ. 899. incip. inimicum non præſumi, vol.2. quibus in locis huius materiæ odij ſedes eſt.

11 Sed quomodo probabitur odium†teſtium cum dicitur illos nolle deponere, nec veritati teſtimonium perhibere propter odium. Illud per euidētiam facti, vt dolus, vt l. ſi filiusfamil. ff. de iud. ſed dicere poſſumus, quod ſi teſtis admonitus non vult teſtificari, pręſumitur, quod odio, gratia, vel timore hoc faciat, niſi priuilegio, vel alia ratione excuſetur: & ideo eſt cogēdus, præſertim ſi appareant aliqua indicia, vel coniecturæ: vt quia teſtis vicinus eſt, qui non poteſt ignorare, nec vult teſtimonium perhibere: ita docuit Speculin eodem tit. de teſte. §. qualiter autem, nu. 19. verſic. ſed quomodo.

CONCLVSIO MCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis pręſumatur quis ex offendentibus, & inter ſe rixantibus prouocator.

SVMMARIVM.

1 *Offendens præſumitur aggreſſor, & contra eum capienda eſt præſumptio.*
Contrar. num. 2. Concil. num. 4.
3 *Offenſio magis pręſumitur ad defenſam, quam ad offenſam.*
5 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui ſui natura rixoſus eſt, & rixari ſolitus.*
6 *Inſultor in dubio pręſumitur robuſtior, & ad rixam atq; offenſam aptior.*
7 *Inſultor in dubio pręſumitur iunior, qui tamen ſit cordacior, & robuſtior. ſecus ſi imbecillus, & fugax.*
Et cur num. 8.
9 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui aliqua iniuria, vel vulneribus affectus fuit.*
Contrar. num. 10. Concil. nu. 11.
12 *Inſultor pręſumitur in dubio, qui munitus armis acceſſit ad locum expectans alium tranſeuntem, & ibidem ſe armis accommodando.*
13 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui fugientem, vel ſe referētem, auxiliumq; acclamantem proſequitur.*
14 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui grauius vulneratus eſt.*
Contrar. num. 15. Concil. nu. 16.
17 *Inſultor pręſumitur in dubio, qui melius eſt armatus, & potiora habet arma.*
18 *Inſultor in dubio pręſumitur, q melius armatus eſt, quādo non ſolitus ſit talia arma portare: ſecus ſi fuerit ſolitus.*
19 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui dabat operam rei illicitæ.*
20 *Inſultor in dubio pręſumitur homo malæ vitæ, & famę.*
21 *Inſultor in dubio pręſumitur homo malę vitę, & famæ, etiamſi occiſus fuerit a viro bonę vitę, & famę.*
Et cur num. 22.
23 *Offendere aliquem nō pręſumitur diues, & paterfamilias, ob certitudinem amiſſionis bonorum ſuorum.*
24 *Inſultor præſumitur in dubio, qui inimicitiæ cauſam dedit.*
25 *Inſultor in dubio pręſumitur, qui alias minatus fuit de occidendo, & offendendo.*
26 *Inſultor in dubio præſumitur, qui fuit contumax, & contra illum eſſet mandatum exequutiuum de capiendo.*
27 *Inſultor in dubio præſumitur, q prior arma euaginauit.*

1 Si contingat †dubitare, quiſnam inter ſe offendentes fuerit primus, qui offenſionis viam aperuerit, & inſultum fecerit, contra offendentem, non autem offenſum cōcludendum, ac capienda eſt pręſumptio: ſi credimus Bal. in c. I. col. 3 verſ. vitam ſuam defendendo. in tit. de pace tenen. vbi ait, quòd offendens, nō pręſumitur defenſor. Idem animaduertit Boſ. in tit. de homicid. nu. 89. Cępol. conſ. 28. col. 2. & hoc idem ſuadet regu. quæ habet, quòd in dubio pręſumitur contra occidētem, de qua in l. I. C. de ſicar. & in l. ſi non conuicij. C. de iniur. Bal. in l. vt vim, col. pen. ff. de iuſt. & iur.

2 Contra hoc dictum †Bal. tenuit Faber. in §. ius autē gentium, nu. 8. Inſt. de iur. nat. gen. & ciu. Alb. in l. I. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. fe. dica. poſt Iacob. Raue. ibi Fely. in d. c. dilecti, nu. 14. de except. & latè hāc ſētentiam approbauit Boer. q. 237. col vlt. qui alios refert, & hanc eandem opinionem, videlicet offenſorē primum præſumi illum, qui occiſus fuit, veram dicit Menoch. de arb. iud. caſ. 363. nu. 19. & iſtam corroborat dictum Alex. in conſ. 76. col. fin. vol. I. qui ait, of-
3 fenſionem† magis præſumi ad defenſam. Idē tenuit Rimihal. conſ. 44. nu. 5. Marſi. in l. I. nu. 48. C. vnde vi, & in conſ. vlt. nu 28. Grammat. conſ. 29. nu. 14. & Caleſ. conſ. 88. nu. 22. & 27. volu. I. inter conſ. crim. & quē præſumi offendiſſe aduerſarium potius cauſa defenſionis, quàm alia, teſtatur Dec. conſ. 469. num. 7. & 8. Bertr. cōſ. 290. nu. 5. vol. 3. Carrer. in pract. §. circa nu. 129. & 137. Crauet conſ. 151. nu. 18. verſ. alibi. Socin. iun. conſ. 137. nu. 2. volu 3. Caleſ. d. conſ. 98. num. 22. Corn. conſ. 163. col. penul. vol. I. & nouiſſimè Bertaz. conſ. 75. num. 16.

4 Hanc Doct. diſcrepantiam†reconciliare poteris remittendo deciſionem dubij ad iudicis arbitrium, qui ex coniecturis, & præſumptionibus reſultantibus ex qualitate tàm facti, quàm perſonarum poterit diiudicare hanc dubitationē; prout hoc pacto recōciliauit Alciat. de præſump. præſumpt. 39. regu. 3. num. 12. qui ait priorem opinionē procedere, cōcurrente aliqua coniectura cōtra offendētem: poſteriorem verò cōcurrente aliqua præſumptione pro illo. hoc modo conciliauit etiā Menoch. d. caſ. 363 nu. 20. & Bernardi. Faci. Doct. eximius, cuius conſiliū refertur ab Herculano in tract. de caut. de non offen. c. 30. nu. 34.

Vt autem iudex facilius, & rectius intelligat, quomodo ſuum arbitrium proferat circa pręſentis facti contingentiā, ſubiiciemus pręſumptiones, & cōiecturas, quibus Doct. fieri præſumunt, quis ex offendentibus, & rixantibus fuerit prouocator.

5 Primò igitur ille præſumitur, † qui conſueuit ita delinquere, & ſui natura rixoſus eſt, & ſolitus rixari: ſic ſētere Mari. ſing. 217. incip. ter, vel quater. verſ. ſed omnia prędicta Carrer. in pract. crimin. d. §. 6. nu. 146. Card. in clem. I. q. 33. de homicid. vbi dicit, ꝙ ſi duo reperiantū mutilati, nec appareat quis fuerit inſultor, pręſumatur contra rixoſum. Idem voluit Alcia. de ꝑſumpt. reg. 3. pręſumpt. 39. nu. 9. Soc. iun. conſ. 36. nu. 16. lib. 2. Grammat. conſ. 29. nu. 16. & voto 22. & 24. Alb. d. l. vt vim. Cępol. conſ. 28. & 29. nu. 12. Menoc. d. caſ. 363. nu. 12. Hercul. in d. trac. de caut. de nō offē. cap. 30. nu. 14. Bertaz. conſ. 11. verſ. quibus addit. vbi dicit, ꝙ contra perſonam, quę eſt ſolita rixis, & inimicitijs, ac armis ſe immiſcere, & incedere ſemper armatus, & ſocios ſemper plures armatos habere, & ſecum ducere, pręſumitur de priori ꝓuocatione. Idem conſuluit,

Digitized by Google

ſuluit.conſi.121.num.13.quo in loco ponderat,an qs eſſet ſolitus eſſe iratus,& perſona iracunda, & colericus, & nos diximus ſupra in concluſ. aggreſſor, nu.6. in conclu malum. num.55. vol.2.

6 Secundò Doctores † colligunt præſumptionẽ, & coniecturam ex vtriuſq; vita. nam robuſtior,& aptior ad rixam,& offenſam prouocator præſumitur, vt conſultus reſpondit Io.de Amic.conſ.23. nu.6. & Grammat.d.conſi.29.nu.14. qui fortiorem exiſtimat iuniorem. Idem voluit Cep. d.conſ.28. verſ.qualitas annorum,ac Blanc.in prax.crim. in vlt.p.incip.3.p. defenſionis,nu.18.& nouiſſimè Bertaz.conſil.30.num.3.& conſ.121. nu.14. & nos ſupra in d. concluſ.aggreſſor.
7 num.7.& ꝙ dictum eſt de iuniore,† contra quem præſumitur,intellige,ſi iunior erat, & cordacior,& robuſtior;ſecus ſi imbecillis,& lonpes: ita limitat Hercul. vbi ſupra,nu.26. propè finem. verſ.non obſtat, quod contra iuniorem ex mente dicti Bernard.Facij ibi ab ipſo relati; ea ratione, quia cum ceſſat præſumptio
8 proueniens ex iuniori ætate propter imbecillitatem, debet etiam ceſſare præſumptio prouocationis,l.adigere.§. quamuis de iure patro.

9 Tertia p̃ſumptio † qua Doct. mouetur colligitur ex aliqua inimicitia, & offenſione præcedente inter offendentes ſe; nam ille prouocator præſumetur, qui aliqua iniuria,vel vulneribus,iam affectus fuit;ſi q̃dẽ præſumptio eſt,quod deinde vindictæ cauſa in inimicum aggreſſus ſit,ita conſuluit Cepol.conſi.8.verſ.8. ſubeſt.Grammat.conſi.29.num.16. Menoch.vbi ſup. num.3.Carrer.vbi ſupra,num.104.Io.de Amic. d.cõſ. 23.nu.3.Bertaz.conſ.30. num.7.vbi teſtatur ita * communiter ſeruari. & idem in conſi.27. vbi probat perbelle hanc ſententiã ex authoritate Ouidij dicentis, *Puluere, qui lædit,læſus in marmore ſcribit,* & Vig. *Manet alta mente repoſtum iudicium Paridis,ſpretæque iniuria formæ.* Nec eſt veriſimile ſubiungit,quod qui iam aliquem offẽdit, vellet ſine aliqua noua cauſa illum adhuc offendere,ſed vtique eſt veriſimile,quod offẽſus voluerit de offenſione vindictam ſumere.

10 Contra iſtud facit,† ꝙ diximus ſupra, videlicet offenſionem præſumi potius ad defenſam,quàm aliter teſte Dec.conſ.469. num.10.& 678. num.7.& 8. cum alijs relatis à Bertaz. d. conſ.75. num.16.

11 Conciliabis † hanc diſſenſionem,vt ſit locus præſũptionibus, ex facto reſultantibus,& ex perſonis,& ex temporis interuallo,ſecundùm quas iudex arbitrabitur,an offenſio proceſſerit ex iniuria prius recepta,& ſic vindictæ cauſa, an potius animo euadendi à periculo, & ſic ex noua cauſa defenſionis. ꝙ demonſtrat doctrina Bald.in l.1.nu.28. q.10. C.vnde vi,vbi ait,ꝙ ſi aggreſſor primus recedere noluerit à loco rixæ, & primo inſultatus probabiliter timerẽ poteſt,ne illum iterum adoriatur & ideo illum repercutiat, factum ab inſultato cenſetur factum ad defenſam; ex quo apparet offenſorem, vel prouocatorem non ſimpliciter præſumi offenſiuum:hanc reconciliationem innuere videtur Bertaz.d.conſ.75.num.8.

12 Quarta præſumptio † colligitur contra aliquẽ ex ſe offendẽtibus, q̃n quis armis munitus ad locum acceſſit, expectans alterum tranſeuntem, & ibidem ſe armis accommodando; nam præſumitur, ex hoc de offenſione cogitare, maximè ſi fecerit ſigna aliqua, vt quia enſem euaginauerit, & pallium, vt fieri ſolet brachio inuoluerit,vel alia fecerit præparamenta offenſionis nam præſumitur contra eum,l.1.§.vi poſſidere.ff.de vi,& vi arma.ita cenſuit Cæpol.cõſi.28.n.8 & ſeq.Menoch.d.c.363.nu.4.qui probat hanc ſententiam ex loco Ciceronis in oratione pro Milone,dum nititur oſtendere Clodium aggreſſum fuiſſe Milonẽ, quoniam Milo inermem Clodius armatus expectabat. Hanc eandem præſumptionem firmauit Bertaz. d.conſ.128.num.6.Carrer.vbi ſupra,num.141. & 142. Blanc.vbi ſup.num.16.

13 Quintò Doctores † præſumunt contra illũ, qui fugientem, vel ſe referentem, aut retrahentẽ, auxiliũq; acclamantem proſequitur,ita ſenſit Menoch.vbi ſupra,nu.12.13.& Hercul.in d.tract.de caut.de nõ offic. num.20. afferens exemplum in illo, qui clamauerit, ſuccurrite; & ibidem ponderat illum verbum, quod communiter inſultati ſolent dicere,videlicet, *ab traditori,* & concludit, quòd ille, qui tale verbum ꝓfert, cenſetur inſultus,cum vox iſta magis inſultati,quam inſultantis ſit;& alias non quadrat cum illo, qui non eſt offenſus:hæcque omnia fuiſſe de mente Do. Bernardini Facij Doctoris, & ſibi amiciſſimi teſtatur, illiusque conſilium ibidem refert, inquiens, quod fugiens non præſumitur inſultaſſe; & facit tex.in l.capite 5.in fi.de adult.& nos ſupra in dicta concl.aggreſſor, num.9.

14 Sextò præſumitur contra illum,† q̃ grauius vulneratus eſt: ita concludit Gramm. conſi.62. num.6. vbi ait, quòd vbi præceſſit inſultus, ſiue aggreſſus inter duos, & alter eorum reperitur magis grauiter percuſſus, licet alius appareat eſſe etiam vulneratus præſumitur tñ in dubio,quòd ille,qui reperitur magis, & grauius vulneratus fuerit offenſæ prouocator, & aggreſſor. Idem Grammat. referendo tenuit Menoch. de arb. iud.d.caſ.363.num.14.qui ad hoc etiam citat Bolog. conſi.37. Cæpol. conſi.29. idem voluit Blanc.in ſua prax.crim.ubi ſupra num.24.

15 Contra hãc † præſumptionem facit conſilium Cæpol.ſupra citatum a Menoc.29. n.13.vbi uoluit, imò præſumi debere contra inferentem plura uulnera, & grauiora, quoad prouocationem, quia in dubio ille, qui ſuperat,dicitur aggreſſor,niſi probetur contrariũ, teſte Floria. in d. l. 1. §.cum arietes. ff.ſi quadr.paup. fec.dica.& argumen.l.1. C.de ſicar.& in l. non conuicij.C.de iniur.

16 Sed in hoc† dic,ut & paulo ante determinauimus, uidelicet hoc totum relinquendum arbitrio iudicis,q̃ ex coniecturis,& præſumptionibus,ex facto,& perſonis reſultantibus prouocationem in offenſa arbitrabitur prout in hoc eod.caſu dixit Card. d.clem.1.nu. 33.homicid.ubi ait tunc eſſe diſtinguendum,quis eorum fuerit, & conſueuit eſſe magis rixoſus.

17 Septimò conijcitur † contra illum,q̃ melius eſt,armatus,& potiora habet arma,ut arbitratus eſt Carre. ubi ſup n.143.& no.ſupra in d.concl.aggreſſor,nu.12 ad quod faciunt optimè, quæ uoluit Bertaz. conſil.1. num.11. dum ponderat qualitatem armorum ad dignoſcendum,quis nam fuerit prior in offenſa; & hãc qualitatem etiam animaduertit Cæpol. d. conſil.29. num 16.uerſ.8. eſt qualitas armorum. Io.de Amic.d. conſi.23.num.13. Aluarot.conſi.74.num.9. in 1. uol. conſi.crim.& prouocatorem præſumi illum, qui eſt melius armatus,teſtatur idem Bertaz.conſi.27,nu.14 ponendo caſum in illo,qui habet archibuſum à rota enſem,& pugionem, & arma ad defenſam, zachum, & manicas maliæ:et in illo,qui habebat tantum ſpũtonem,et dagham.

18 Intellige, † ut prædicta præſumptio procedat, q̃n quis eſſet magis armatus, non ſolitus talia arma portare:ſecus,ſi arma portaret ex conſuetudine,et ex ſuo ſolito: ita limitat hanc præſumptionem relatus Bernard.Facij ab Hercul.ubi ſupra,cap.30. num.26. propè fi.uerſic.non obſtat,quod Ioannes,et hoc uidetur etiam ſenſiſſe Bertaz. conſi.85. num.15. ibi, et ſolitis armis armatus.

19 Octauò præſumitur contra illũ, † qui dabat operã rei illicitæ;ita Doct.in d.l.ut uim.ff.de iuſt.et iu.Io.de Amic.d.conſ.23.nu.1.et Gramm.conſ.29.nu.8.Aluarot.conſi.74.num.29.et Bertaz.conſ.65.nu.1.

20 Nonò p̃ſumitur † in offenſa prior homo malæ uitæ,et famæ,ut placuit Cep.d.conſ.28. uerſ.9.quia nu. 13.et cõſ.ſeq.n.11.Gramm. d.n.22.nu.10.et conſ.29. nu.16.et 62.nu.3.Boer.deciſ.237.nu.2.Io.dc Amic.d. conſi.

conſ.23. nu.6. Alc.de præſump.regul. 3. præſumptio. 39.num.9. quos ſequitur Bertaz. dict. conſ.27. nu.13. & 128.num.8.

21 Amplia,† vt idem verum ſit, etiam ſi iſte talis fuerit occiſus; nam adhuc cõtra illum remanet præſumptio inſultus,& prouocationis, ſi à viro bonæ famæ, & vitæ occiſus fuerit: ita docuit Ioan. Faber. in d.§. ius autem gentium.col.fi. Inſtit.de iu. nat. gen. & ci. ad idem reſpondit Alex. conſ. 14. incip. ponderatis, col.3.vol.3.Bonifa.de Vital.in tract.de inſult.percuſ. & defenſ.col.3.Ioan.de Amic.d.cõſ.23.nu.10.Grammat.d.voto 24.nu.4.& d.conſ.29. num.17.& conſ.62. nu.5.Carrer.d.§.circa,nu.139.Alc.d.præſump.39.nu. 8.& in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff de verbo.oblig.quos refert,& ſequitur Bertaz. conſ. 128. nu.9. & ratio eſt,

22 † quia qui eſt perſona bonæ vitæ, conditionis, & famæ, præſumitur inſultatus: ita tradidere omnes Doctores proximè relati, & maximè Bertaz. conſ. 121. nu.12.& conſ.1.nu.13.&d. conſ. 128. nu.9. & ex ſola probatione bonæ vocis,& famę præſumi inſultatum quem,non autem aggreſſorem,teſtatur idem Bertaz. conſ.133.cum ibi allegatis.

23 Subamplia,† vt idem præſumendum ſit de homine diuite, & patre familias, cum talis in dubio non præſumatur offendere aliquem,maximè grauiter,ob certitudinem amiſſionis bonorum ſuorum: hanc coniecturam in ſimili animaduertit Abb.conſ.46.num. 5.& Bertaz.d.conſ.85.nu.14.

24 Decimò † præſumitur contra illum,qui inimicitię cauſam dedit;ſic ſcripſere Bertaz d. conſ. 128.nu.15. verſ. ſed & præter hanc. Carrer. d.§. circa. num. 141. Marſi.conſ.41.nu.13.& Blanc. vbi ſupra nu.15.

25 Vndecimò † præſumitur contra illum,qui fuit minatus de occidendo, vel offendendo; vt in hanc deſcendere ſententiam Alexand.dict.conſil.14.colum. penult.ad fin.lib.3.Felyn. in dict.capit. dilecti, num. 14.de except.Mar.dict.conſil.41. num.13.& Cæpol. dict.conſi.29.num.12.verſicu.3.iubeſt. Carrer.dict.§. circa,nume.150. & poſt eos Bertaz. conſil. 27. num. 14.Hercul. ſiue Bernard. Faci. relatus ab illo, vbi ſupra, nume. 26. verſic. 7. quia adducendo exemplum de illo,qui dixit,*fa come tu vuoi,che t'hauerò nelle mani.* & verba minatoria oſtendere aliquem prouocatorem,teſtatur Ioan. de Amic.dict.conſil.23.num.1.& Grammat.dict.conſil.29.num.8.Carrer. dict.§.6. nu. 149. Grammatic. dict.vot. 22. verſi. Item corroboratur.Blanc.vbi ſupra,num.15. Aluarot.dict. conſil.74. nume. 29. & ex verbis ab offendentibus prolatis dignoſci inſultatum, & inſultantem, ſcribit Bertaz. conſil. 1.nume.7.& 8.ponderando verba,*abime a queſto modo*;vel,*io ſono aſſaſſinato*,vel,*tanti contra di me ab*, & ſimilia;de quibus etiam per Cæpol.dict.conſil.29. nume.8. verſicu.3. quia in 2.rixa, & per Corn. conſil. 134.col.3.poſt principium. vol.3.& Marſi. in conſ.4. num.15.& Aluaro.d.conſi.74 nu.6.Bertaz.conſ.121. num.4.& conſil.135. num.3. & quod diximus de minis,vide ſupra latius in concluſione Minæ.

26 Duodecimò præſumitur † contra illum, qui fuit contumax, & contra illum eſſet mandatum exequutiuum de capiendo;quia ſi non eſſet in culpa,ſe conſtituiſſet: quam præſumptionem adducit Hercul.vbi ſupra,capit.30.num.26.verſ.8.coniectura eſt.

27 Decimotertiò præſumitur † contra illum,qui prior euaginauit arma:teſte Aretyn.conſi.34.colum.1.nu. 2. quem refert, & ſequitur Bertaz. conſil. 75. num. 2. Idem voluit in conſil. 121. num.6. cum ibi adductis, & in conſil. 1.nume.7.& conſil.235. nume.4.& conſ. 128.num.1.

CONCLVSIO MCXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Offenſi dictum contra inculpatum non facere indicium ad torturam fusè demonſtratur,& diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 Offenſi dictum contra inculpatũ non ſolum non ſufficit ad eius condemnationem, ſed nec etiam facit indicium ad torturam. Et cur, num.4.
Contrarium, num.6. Concil. num.7.
2 Præſumptio aliqualis non facit indicium ad torturam.
3 Offenſo non credi aduerſus inculpatum regulare eſt.
5 Inimicitia præſumitur ex iniuria atroci.
8 Offenſi dictum non facit indicium ad torturam contra inculpatum, etiã ſi deponat in articulo mortis conſtitutus.
Contr. nu.9. Concil. nu. 10. & 11.
12 Offenſi dictum non facit indicium ad torturam contra inculpatum, etiamſi offenſus ſit bonæ vocis, & famæ, & inculpatus viliſſimus.
13 Offenſi etiam in articulo mortis conſtituti dictum non facit indicium ad torturam contra inculpatum, etiamſi in ipſo mortis articulo haberet in manibus ſacroſanctam Eucharistiam.
14 Offenſi etiam in articulo mortis conſtituti dictum non facit indicium aduerſus inculpatum, non ſolum ad torturam, ſed nec etiam inquirendum.
15 Offenſi etiam in articulo mortis conſtituti dictum non facit indicium aduerſus inculpatum ad inquirẽdum, quo ad tranſmittendam inquiſitionem contra eundem inculpatum: ſecus quo ad inquirendum id, quo ad aſſumendas informationes contra eũ, qui ab offenſo nominatur.
16 Offenſi etiam in articulo mortis conſtituti dictum non facit indicium aduerſus inculpatum ad inquirendum, de iure ſecus de conſuetudine.
Quod ſubintellige, vt num.17.
18 Offenſi dictum non facit inditium ad torturam contra inculpatum, etiamſi offenſus offerat ſe velle ſtare torturæ contra inculpatum ab ipſo. Et cur. nu. 19.
20 Offenſi dictum non facit indicium ad torturam contra inculpatum, etiamſi offenſus inculparet cum iuramento.
Contrar. num.22.
23 Offenſi dictum licet non faciat indicium ad torturam contra inculpatum, tamen is poterit mitti in carcerem propter tale indicium.
Et cur, num.24.

1 Offenſi dictum † contra inculpatum, ne dũ non eſt ſufficiens ad cõdemnationem, cum non probat plenè delictum, vt hanc * communẽ opinionem, teſtatur Plaz.lib.1.delict.ca.13.ſed nec etiã facit indicium ad torturam: ita tenuit Brun. de indicijs.quæſt.3.primæ partis,nu.26. per tex. in l.1. §.ſi qs.ff.ad Carbonia.& l. Seia in prin.ff. ad Velleia. & per tex.in c.ſicut de teſtibus, idẽ voluit Soc.in cõſ. 54.nu.15. volu.3. vbi dicit tale dictum facere aliqualem præſumptionem, ſed aliqualis præſumptio † non
2 facit indicium ad torturam,l.maritus.ff.de quæſtio.& l.1.§.idem Cornelio.& ibi Bart.& in l.fi.vbi idẽ Bart. in vlt.col. ff. eodem tit. & receptiſſimam eſſe noſtrorum ſententiam offenſi dictum non facere indicium ad torturam, ſed ſolum ad inquirendũ teſtatur Dec. conſ.85.nu.7.Burſa.conſi.316.nu.5.& nu.6.& regula-
3 re eſſe offenſo non credi † contra inculpatum, affirmat Bertaz.cõſ.231.nu.2.vol.1.& ita conſuluit Alex. conſi.54.ponderatis,colu.1.in fin. & colum. ſequen. vol.3. Alciat. de præſumpt. regul.3. præſumpt.44.nu. 5.Blanc.latè in repe.l.fi.ff.de quæſtio.nu.390.in verb. mortui depoſitio. Hãc opinionẽ tenuit Didac. varia. reſolu.

reſolut.lib.2.c.13.nu.8. & hanc concluſionem magis * communiter teneri teſtatur Burſ. conſ. 316. nu.6.& offenſi dictum nullo modo probare, nec indicium facere, niſi ſaltem ad aſſumendam informationem cõtra inculpatum receptiſſimum Docto.opinionẽ dicit Franciſ.Belli.conſ.85.nu.7.& ſeq.vol.1.& hãc eandẽ tenuit Alex.conſ.24.nu.15.lib.2.Grammat. conſ.42. * nu.7.Marſ. conſ.5.nu. 14. & hanc * communem opinionem dixit Plaz. loco citato. Conrad.in pract.fol. 248.verſ.37.eſt indicium, & Caſſio. conſ.58.poſt nu. * 28.dicit,quòd ita tenẽt * omnes, & de ſtylo ſeruatur; prout hoc idem teſtatur Mant. conſ.116.in fin. lib.2. ſubdens, quod hoc minimè mutandum eſt.Idem cõſuluit Natt.conſ.354.nu.1.& 2.vol.2. vbi expreſsè dicit,aſſertionem vulnerati nõ facere indicium ad tortură; quia nullus † in cauſa propria eſt idoneus teſtis
4 argum.l.nullus.ff.de teſtib. & l.omnib.C.eod.& quia dicendo ſe à tali offenſum oſtendit ſe inimicũ illius
5 capitalem; nã ex iniuria † atroci præſumitur inimicitia,iuxta ſententiam Barto.in l.3.§.fi.ff. de adim. leg. & inimico teſti nõ creditur,per text.in l.1.§.præterea. vbi glo.& Bart.ff. de quæſtionibus, & videtur etiã de hoc eſſe tex.in l.ſi quis in graui.§.moriens.ff.ad Syllania nu.vbi nõ creditur domino morienti in eo, quod aſſerit ſe percuſſum ab eius ſeruo, & ibi licet Ang.videatur velle,quod talis offenſi inculpatio ſit ſufficiẽs indicium ad torturã,tamen cõtrarium ipſemet tenuit in l.mater.C.de calumnia dicẽs per glo.ibi,iſtiuſmodi inculpationẽ nõ facere indicium ad torturam, ſed liberare tantũmodo hæredem à calumnia,ne temerè videatur accuſare,ex quo motus fuit ad accuſandum ob diffamationẽ ab offenſo moriẽte; & hanc opinio-
* nẽ Ang.& gl.ibidem in gl.1.* communem dicit Bertran.in conſ.137 n.10. lib.2.par.1.concluſionem approbat Marſil.in conſi.2.col.3. Gram.conſil.70.nu.2 & 3. vbi voluit, quòd ex quo inimicitia oritur inter offenſum, & offendentem non poteſt offenſus teſtificari contra offendentem,ita etiam Rolan.à Val.cõſ. 24.nu.25.& ſeq.vol.1. Io.Furri.in conſi.81. nu.26.27. inter conſ.crim.li.2. Id præcipuè aſſerens,quando offenſus non eſt in articulo mortis. hoc etiã conſuluit Bertaz.conſi.167.nu.8.vol.1. in caſu mulieris aſſerentis ſe vim paſſam, cui non creditur aduerſus inculpatum pro quo adducit alios, vt ibi per eum,& quod dictum offenſi non faciat indicium ad torturã, voluit etiam Boſſi.in tit.de inquiſ.nu.48. Pariſ.de Put.in ſuo tract.ſindic.in verb. tortura.
6 Contrarium † tenuit Ang. in d.l. ſi quis in graui.§. ſi quis moriens. ff. ad Syllanianum, quem ſequendo refert Mar. conſ.5. num. 14. & idem tenuit Iacob. de Beluiſ. in pract. crimin. tit. de indicijs. verſ.12. indicium, & idem videtur voluiſſe Boſſ.in tit. de inquiſitio.nu.47.dum ponderat tex. in d.l. ſi quis in graui.§. ſi quis moriens.in verb.credendum.
7 Sed ipſemet Ang. † melius, & grauius loquens, vt dixit Alexan.in conſ.14. nu.5. vol. 3. contrarium tenuit in d.l. mater. C. de calum.prout ſe ipſum etiam corrigendo priorem contrariam ſententiam amplexus eſt Marſ.in d.conſ.2. nu.14.
8 Primò amplia cõcluſionem,† vt etiam procedat,ſi offenſus deponeret in articulo mortis conſtitutus,d.l. 3.§.ſi quis moriens.ff. ad Syllanianum Bald.in l.2.C. de calum.Marſ.conſ.20.nu.14. Gram. conſ. 42. nu.7. dum requirit alia indicia. Cæpol. latiſſimè in conſil. 70.nu.2. Ang.de Aret.in tract.ſuo maleſi. in verb.qui iudex ad probationem ſuæ inquiſitionis.in 2. colum. Bal.conſ.403.incip.quidam fuit in 1.col. vol.3.Marſ.
* ſing.22.incip. confeſſio offenſi. vbi teſtatur ita * omnes tenere in d.l.ſi quis in graui.§. moriens.Soc.conſ. 54. incip. viſis in pen. col. ad finem. vol. 3. vbi dicit, quod talis inculpatio offenſi facit aliqualem præſumptionem, hanc ampliationem tenuit Bertaz. conſ.3. nu.2.& conſ.167.nu.8.vol.1.& Soc.d.conſ.54.nu.13.

9 Contra ampliationem † faciunt ea, quæ latiſſimè accumulat Marſ.in §.diligenter.nu.117. cum ſeq.in ſua pract.vbi pluribus rationibus,exemplis,& authoritatibus contrarium ampliationi conatur defendere,& comprobare:quæ per te videre poteris,ne videar contererere tempus in tranſcribendo.
10 Sed Marſilium † eo in loco contra * communio- * rem Doctor.ſententiam tenere teſtatur Bertaz. conſ. 235. nu. 14. & ideò prior opinio amplectenda eſt, eo magis,quia idem Mar.in hoc articulo fuit varius, & contrarius in conſ.2.nu.14.& tanquam vario non eſt in hoc multum tribuendum ; vt in propoſito dixit Crauc.in conſ.16.in fine, & in terminis de Marſi. tenuit Vulpel.conſil.72 num.1.
11 Vel potius † concordare poteris has inter ſe diſſentientes opiniones ex eo, quòd ſupra nos diximus in concluſ.144.nu.4.in verb.aſſertio vulnerati, ex mente Pariſ.de Puteo ibi allég.
12 Priorem, & communiorem † opinionem ſubampliabis,vt etiam habeat locum,ſi offenſus,à quo emanauit inculpatio,ſit bonæ vocis, & famæ,& ille, contra quem fit inculpatio,ſit viliſſimus: nam nihilominus nõ faciet contra inculpatum indicium ad torturam talis inculpatio.ita ampliationem ſubampliauit Gomez.in tit.de delict.c.13.nu.16. per tex. in d.l.ſi qs in graui.§.moriens.ff.ad Syllanian.in quo inculpans erat dominus, & inculpatus erat ſeruus, & nihilominus nihil ſeruo præiudicauit inculpatio domini ; & propter hoc reprobat Mar.in d.§. diligenter. nu. 117. tenentem, quòd talis offenſi inculpatio in articulo mortis facit indicium, ſi offenſus ſit bonæ conditionis,& famæ,& erat in plenitudine intellectus,& delictum per alios non poterat veriſimiliter probari.
13 Secundò ſubamplia ampliationẽ, † vt vera ſit,etiã ſi conſtitutus in articulo mortis haberet in manibus ſacroſanctam Euchareſtiam;prout ita tenuit Bertaz. conſ.235.nu.3.cum ibi alleg.& Alex. conſ.54.vol.3. Grammat. conſ.70.nu.3. Carrer.in ſua pract. crim.§. 6.nu.357.& Petr.Foler in ſimili in ſua pract. in 2.parte prin.in verb. item quod ſoror venenauit. num. 27. Didac.variar.reſol.lib.2.c.13.nu.8.
14 Tertiò ſubamplia ampliat.† vt nec etiã talis inculpatio offenſi conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad inquirendum,vt aſſeuerauit D. Bertaz.conſ. 8.nu.42.in fi.vol.1.& cõtrarium obſeruantes, iudices imperitos appellat Ang. de maleſi. in vera.qui iudex ad probationem ſuæ querelę.nu.6.ita voluit glo.in d.
* l.mater.C.de calumniato.quam dicit * communiter receptã Villal.ſuper l.22.c.61.nu.8.citatus à Iul.Clar. in §.fi.pract. crim.q. 21.verſ. aſſertio vulnerati. & ita de iure eſſe teſtatur idem Clar. & in q.7.verſ. habes.
15 intellige ſubampliationem, † vt procedat, quoad inquirendum,ideſt,quoad trãſmittendam inquiſitionem contra eum qui de delicto imputatur;ſecus quo ad inquirendũ,ideſt,quo ad aſſumendas informationes contra eum,qui ab offenſo nominatur;nã tũc benè facit indiciũ ; prout hoc modo declarat Iul. Clar. in d.q.21.verſ.aſſertio.& queſ.7.verſ.habes,quo in loco hanc declarationẽ procedere teſtatur,etiã ſi offenſus de illo vulnere moriatur, & in ipſa aſſertione, & inculpatione vſq, ad mortem perſeuerauerit.nam nihilominus non operabitur,niſi ad aperiendam viam iudici, vt poſſit recipere informationes contra inculpatum,nõ autem quoad tranſmittendum illi citationem;& hoc videtur voluiſſe Brun.in tract.in d.queſt. 3.primæ partis.nu.26.dum voluit, quod offenſi aſſertio ſufficiat ad inquiſitionem formandam, & ita poterit declarari Boſſ dum voluit,offenſi aſſ rtionẽ ſufficere ad inquirendum in tit.de inquiſit.nu.47.
16 Secundò ſubintellige,† vt ſubampliatio pcedat de iure,ſecus de conſuetudine, quæ practicatur,quod ſit ſufficiens indiciũ ad inquirendum per tranſmiſſionẽ inquiſitionis contra inculpatum;prout de tali cõſuetudine

tudine teſtatur Iul.Clar.d.queſt.21.verſ.aſſertio.& ita ſeruare communem vſum, & obſeruantiam. Italiæ affirmat Igneus in l.Caius Seius, num. 13.ff.ad Syllanianum,quem loco citato ſequendo allegat Clar.

17 Subintellige † ſubintelligentiam ſupradictā,vt vera ſit,ſi inculpatio offenſi fuerit facta in articulo mortis:ſecus ſi offenſus cõualuerit,& poſtea inculpauerit; quia cū tale dictū habeatur loco denuntiationis,ſiue querelę,niſi alia concurrant inditia,non poteſt ſuper eo procedi, niſi ad inquirendas informationes contra inculpatum,nō autem ad tranſmittendum illi inquiſitionem,ſeu citationem:prout ita ſe ipſum declarat idem Clar.dict.verſ.aſſertio.in princip.

18 Secūdo amplia principalem † concluſionē,vt procedat, etiam ſi offenſus offerat ſe velle ſtare torturæ contra inculpatum ab ipſo:nam niſi alia indicia concurrant, non poterit ex hoc inculpatus torqueri: ita Brun.in tracta.indi.quæſt.5.ſecundæ partis prin.nu.4. & melius quæſtio.7.ſecundæ partis.nu.8.cum ſeq.vbi ponit aliū notabilē caſum in propoſito torturę ſubijciendæ; quod quidā inculpatus ſpontè ingerit ſe torturæ,puta, dicendo, ego non commiſi tale delictum, & offero me ſtare torturæ: & ponatis me torturæ: & quærit nunquid Poteſtas poſſit iuſtè iuſtum volentē ponere ad torturam;& dicit quòd non, niſi aliàs hoc ei de iure liceret;idem niſi concurrerent alia indicia

19 præter inculpationem;ea ratione, † quia homo non eſt dominus membrorū ſuorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam. & quia poteſtas torquendi eſt meri Imperij,& quæ ſunt meri Imperij,non poſſunt pacto priuato concedi,l. defenſores.C. de defenſ.ciuit. & hoc idem tenuit Guliel.de Cune. in l. Imperium.ff.de iuriſdict.omn.iud.l.priuatorum.C.eo.tit.& quia etiam nō poteſt quis committere alteri, quod ipſum percutiat, l.1. §.vſque adeo. ff. de iniu. & pro ampliatione optimè facit, quod idem Brun. d.q. 7.nu.9. ſubiungit de caſu quotidie occurrēti,videlicet qñ aliquis inculpat aliquem de delicto commiſſo, & quia nō habet veras probationes,neque indicia ſufficientia ad torturā,dicit, Dñe Iudex ponatis me, & ipſum ad torturā; & multi fatui,vt ipſe inquit, putāt hoc poſſe,& debere fieri,per poteſtatem ſed contrariū eſt de iure tū qa offenſus,ēt ſi vellet nō debet torqueri, abſq; indicijs; tum etiam quia inculpatus non pōt per ſolam offenſi aſſertionem torqueri, niſi aliundè extent indicia vt ſupra diximus.

20 Tertiò amplia concluſionē,† vt vera ſit,ēt ſi offenſus inculparet cum iuro; quia tunc nec ēt facit indicium ad torturam;& ratio eſt,quia cum ſe faciat inimicum capitalem inculpato, & de propria perſona deponat offenſam,non debet ſtari eius dicto,cū dicatur in propria cauſa eſſe,& per conſequens repellatur à teſtimonio l.lex Cornelia. in prin. cum ibi not. per Bar.& alios.ff.de iniur.& in l.1.cum ibi no. per Bald. C.de rap.virg.l.nullus. ff.de teſt. & in terminis ita argumentatur Alex. d.conſ.14.nu.15.cum ſeq.

21 Contrarium † tenuit Rom.in d.l.ſi quis in graui.§. ſi quis moriens. ff. ad Syllanianum. quem referendo ſequitur Marſ.in d.§.diligēter nu.118. in fi. vbi dicit hoc etiam fuiſſe de mente Bald.in auth.ſi dicatur.C. de teſti.& in c.literas de præſumpt.in fin.& in c.quoniam frequenter. vt lit.non conteſt.

22 Sed deceptus eſt Marſ. † Romanum ad hoc referēdo,cum in diuerſis terminis loquatur Rom. nam ibi loquitur de teſte, non autē de offenſo ipſo, & quærit, nunquid teſtis in articulo mortis deponens faciat indicium,& dicit,quod non,ſi non deponat iuratus,per l.iuſiurandi.C.de teſt.ſed ſufficit talis depoſitio ad informationē iudicis, nec pp hoc poſſit iudex inquirere, cū informatio gratia iudicis non requirat iurm ſecūdum gl. ordinariam in c.1.§. ſi duo ſuper verb. teſtiū d. pac. iur. firm. & maxima eſt differentia,imò non eſt æquiparatio inter partē ipſam offenſam, & teſtē extraneum, cum vnus dicatur eſſe in cauſa propria, & ideò nihil probat, & alius in cauſa aliena, in qua vnicus teſtis iuratus multum operatur circa probationem,& indicia,vt latiſſimè per Gabr.concl.1.de teſtibus. & Bal. citatus à Marſ. loquitur etiam in teſte, in eiſdem terminis,& ſic interpretatus eſt doctrinā.Roman.Dida.var.reſol.lib.2.c.13.nu.8.

23 Benè verum eſt,† quod talis inculpatus ab offenſo, licet non poterit torqueri,aut inquiri, vt diximus; poterit tamen in carcerem mitti propter indicium tale, quod ad hoc dicatur ſufficiens contra ipſum; & ita * fieri paſſim teſtatur Didac.vbi ſupra. & ita *communiter* per Docto. teneri affirmat Gomez.ca.13. delicto-
24 rum, num.16.ea ratione; † quia ad capturam ſufficit ſimplex, & ſummaria cognitio, & iudicis informatio Plaz. libro primo delict. cap.13.num.15. ſubdens * quod ita paſſim ſeruatur, & hanc *communem* opinionem dicit Clar.in d.verſic.aſſertio.& hæc omnia velim adiungas ad ea,quæ ſupra diximus in concl. 144. non ita plenè.

CONCLVSIO MCXXXV.

ARGVMENTVM.

Offenſi exculpatio, quid probet aduerſus inculpatum,& illa proſit necne ipſi inculpato,diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Offenſi exculpatio facta in mortis articulo pro inculpato tollit,& eneruat omnes vires, & effectum omnium præſumptionum,& indiciorum, quæ eſſent aduerſus inculpatum, adeo vt ex eis non poſſit torqueri.*
Et cur,nu.2. Contra.nu.3.
Concil.num.4.9.10.& ſeq.
5 *Offenſi exculpatio nihil prodeſt inculpato, quando verè, & realiter conſtat de offendente: ſecus ſi verè, & realiter non conſtat.*
6 *Remiſſio non poteſt fieri in præiudicium Reip. ſed tantum in preiudicium ſolius remittentis, vel ſucceſſorum eius.*
7 *Præſumptio innocentiæ,quæ reſultat ex confeſſione, & expurgatione offenſi,potentior eſt, quam præſumptio contraria.*
8 *Offenſi excuſatio,quoad defenſionem plus operatur, quam accuſatio,quoad offenſionem.*
9 *Offenſi dicto, & exculpationi tunc demum ſtandum eſt,ſi aliqua indicia externa,& veriſimiles coniecturæ pro ipſo dicto extarent: ſecus ſi pro ipſo dicto nihil vrgeret.*
11 *Præſumptio vna tollit aliam.*
12 *Offenſi exculpatio prodeſt inculpato, etiam ſi offenſus, inculpatum prius inculpaſſet.*
Contrarium,num.13.Concil.num.14.
15 *Offenſi exculpatio prodeſt eo magis ipſi inculpato, cum exculpans, aut ſeipſum inculpat, aut exculpatio eſt in aliquo ſibi præiudicialis.*
16 *Offenſus exculpans aliquem ex pluribus inquiſitis, non propter hoc cenſentur magis grauati.*

Viſo quid operetur inculpatio offenſi cōtra inculpatum,videndū eſt, quid probet exculpatio ipſius.Et in hoc pulchro dubio reperio, quod ſi
1 offenſus † dicat in ſuæ mortis articulo,& iſtud aſſerat, quod Titius eū non offendit,nec vulnerauit,nec etiā in aliqua culpa ſuæ mortis eſt, quod hoc teſtimoniū prodeſt multum ipſi Titio.glo.in l.ſi quis.§.ſi quis moriēs.ff.ad Syllanian.Didac.Couar.variar. reſol. lib. 2. c.13.nu.8.adeo vt tolat,& eneruet omnes vires,& effectum omniū præſumptionum,& inditiorū, quæ eſſent contra inculpatū;ita vt ex eis non poſſit torqueri;quia

2 ti: quia † potentior eſt præſumptio, & fauor innocentię, quę reſultat ex cõfeſſione, & expurgatione defuncti, quam præſumptio contraria, arg. tex. in l. qui cum maior. §. fi. ff. de bon. libe. l. Paulus, la ſecunda. §. 1. eo. tit. tex. in l. mater. C. de calumniatorib. & ita in terminis tenuit Bal. in l. 1. C. commu. de legatis. col. pen. nu. 133. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator exculpauit reum, qui dicebat ſibi damnũ dediſſe, nõ poterit ex indicijs torqueri, qa habet indicium pro ſe, & iſtud dictũ Bart. ſequitur, & reputat vnicũ, & ſingulare Iaſ. ibi. col. pen. numero. idē Iaſ. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cogan. col. fi. in medio. idē Iaſ. in l. 1. ff. de eo per quē factũ erit. col. 2. nu. 9. Aret. in c. 3. loco de ꝓbatio. col. fi. nu. 31. & ibi Dec. in fi. Fel. in c. 1. de pſumpt. col. fi. nu. 18. Ang. de Aret. 12. Additio ad Angel. de Malefi. in parte, ꝙ Iudex ad probationē ſuç inquiſitionis. col. fi. Alex. conſ. 14. nu. 2. vol. 3. conſ. 124. nu. 9. vol. 6. & cõſ. 244. col. 4. nu. 21. vol. 2. conſ. 1. nu. 16. lib. 3. & in conſ. 30. nu. 13. vol. 7. Marſ. in ſing. 22. & in praxi. crim. §. diligēter, nu. 200. & in conſ. 17. col. 2. nu. 10. Gerard. ſing. 55. Alc. depræſumpt. reg. 4. præſump. 4. ad finē. ita etiam tenuit Iul. Clar. in §. fi. q. 52. verſ. poteſt ēt hæc negatiua. in prac. * vbi hanc opinionem * cõem dicit de mente Plot. in d. conſ. crim. diuerſor. conſ. 110. nu. 1. lib. 1. Nouel. in tract. ad defenſ. verſ. an indicia. nu. 9. Blan. in ſua prac. crim. 1. par. defenſ. nu. 132. & cautela 4. nu. 3. Carrer. in ſua pract. crim. §. 6. circa nu. 356. Boſſ. de fauori. defeſ. nu. 10. & clarum innocentiæ ſignum appellat exculpationem offenſi, etiam quod multa indicia concurrerent, Bar. conſ. crim. ibi. nu. 43. & 168. nu. 18. tom. 1. crim. Pariſ. conſ. 6. nu. 11. cum ſeq. vol. 3. Gargen. cõſ. 121. nu. 14. tom. 1. crim. & cõnſ. 121. nu. 14. Gom. in tit. de delictis, c. 13. nu. 17. verſ. ſi verò delictũ Burſat. cõſ. 20. nu. 38. & conſ. 239. nu. 29. & in conſ. 232. nu. 23. dicens, innocẽtiam alicuius plenè probari exculpatione offenſi, indiciaq́ contraria tolli Marſ. conſ. 50. nu. 18. conſ. 61. nu. 34. Caſſane. conſuet. Burgun. de iuſtez. tit. 1. §. 5. nu. 39. & in materia furti, & robariæ loquens idem voluit Tiber. Dec. conſ. 96. nu. 29. volu. 3. facit quòd not. Innoc in c. ad audientiam. de homicid. vbi voluit, quòd ſi aliquis ſit conuictus, quòd conſuluit, & mandauit homicidium fieri, & homicida, ex quo omnino erat facturus, excuſat mandatarium: niſi mandatum, vel conſilium fuiſſet famoſum, vt ibi etiam per Anan. in 7. quæſt.

3 Contra hanc cõcluſionem† facit notabilis deciſio Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. vbi dicit, quod ſi paſſus furtum excuſet furem, dicendo, quod nõ fecit me inuito, nõ prodeſt reo; niſi ſit amicus, videlicet conſanguineus: vt ibi per eum. idem voluit ibidē Angel. facit dictũ Bald. in l. falſus. tertia oppoſitio. C. de furt. & in l. ſi fine. in 3. quæſt. C. ad Velleianum. & melius in l. tranſigere. nu. 22. C. de tranſact. vbi examinat caſum, quãdo offenſus, videlicet furtum paſſus vadit coram Iudice, & dicit Domine Iudex fuit factum de mea voluntate, & ita confiteor, & non admittit opinionem Iac. But. tenentis, quod per huiuſmodi confeſſionem tollatur punitio delicti.

4 Hanc diſſenſionē conciliabis, vt ſtandum ſit† coniecturis, quibus iudex arbitrabitur, nunquid offendēs exculpet animo exculpandi illũ, aut animo veritatis detegendæ, tunc illius ſuſtinebitur, vel non ſuſtinebitur excuſatio. ita conciliat Felyn. in c. 1. nu. 19. de præſumpti. ex mēte Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. & ſuadet hoc ratio; nam aliud ſentiendũ eſt, qñ aliquis inculparet ſe ipſum exculpando alium & inculpãs eſſet in carceribus vel duceretur ad mortem, vel qñ inculparet ſe exculpando aliũ, & inculpãs eſſet extra carceres, & inculpatus in carcerib. qa primo caſu prodeſt illa exculpatio. vt per Bal. in d. l. 1. §. pone teſtator. C. comm. de lega. Alex. in d. §. ſi quis moriens. Marſ. in cõſ. 1. in fi. Carrer. in pract. crim. materia excuſationis. c. 13. in ſecũdo vero nihil operaret, cum verendum eſſet, ne arte culpam in ſe aſſumeret exiſtens extra carceres. vt ſocium liberaret: ita Rim. iun. conſ. 320. nu. 17. Dom. Claud. Bertaz ad cõſ. Bertazzol. ſui patris. in cõſ. 246. litera A. in fi. Item aliud ſentiendum eſt de illo, qui exculpat, & nihilominus habet intereſſe, q̃ de illo, quem negotium non tãgit, vt euenit in illo, qui præiẽdit ruptã pacem eſſe, & illi eſt applicanda pęna, vel pars illius: nam ſi exculpet inculpatũ, vel ſuſpectum, credendũ eſt vtiq; cũ illius exculpatio ſit tanq̃ cõfeſſio partis, inculpato prodeſſe; prout in caſu iſto conſuluit Simon de Præt. conſ. 187. nu. 24. & illum referendo ſequitur Clau. Bertaz. in addito. ad d. conſ. 246. in litera A. verſ. & maximè.

5 Secundo concilia, † ꝙ quando conſtat verè, & realiter, de offendente non operatur exculpatio offenſi, ex quo conſtat, de cõtrario, & hoc caſu procedit ſecunda opinio; ſi vero non conſtaret verè, & realiter, propter offenſi exculpationem, tollitur omnis præſumptio contra inculpatũ. & ita procedet prima opinio, quæ concordia videtur eſſe de mente Gomez. in d. c. 12. nu. 17. dum dicit, quod ſi contra reum inculpatum plenè, & dilucidè fuit probatum delictum, illa expurgatio, & confeſſio offenſi non ſibi prodeſt, nec aliquid operatur, ſed ea non obſtãte, poterit reus definitiuè condemnari ad pœnam ordinariam delicti per gl. ſingularem in l. 2. ff. ad Syllania. in gl. fi. quam ibi tenent & commendant Bart. Alberic. Bal. Angel. * Rom. Cuma. & * communiter Doct. & Gand. in tracta. maleficio. in rub. de tranſactio. & pact. in malefi. facien. verſ. ſed pone, quod quidam mortiferè vulne-
6 ratus; quia in præiudicium Reipublicæ, † & cuiuslibet de populo non poteſt fieri pactum, ſeu remiſſio, ſed tantum in pręiudicium ſolius remittentis, vel ſuc ceſſorum eius, vt in l. transfigere. C. de tranſact. cum materia, & in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vectig. & in l. congruit. ff. de offi. præſid. & per totum tit. ff. & C. ad Turpil. ſi vero delictum verè, & realiter non fuit probatum contra reum inculpatum, ſed tñ contra eum ſunt præſumptiones, & indicia, etiam talia, per quæ torqueri aliàs poſſet, talis exculpatio, & expurgatio offenſi eneruat, & tollit omnes vires, & effectum omnium præſumptionum, & indiciorum, vt
7 ex eis non poſſit torqueri: quia potentior eſt † pſumptio, & fauor innocentiæ, quæ reſultat ex cõfeſſione, & expurgatione offenſi, quàm præſumptio cõtraria argu. tex. in l. qui cum maior. ff. de bon. libert. tex. in l. Paulus. la 2. §. 1. ff. eo. tit. l. mater. C. de calumnia. Bal. in l. 1. C. comm. de legatis. cum iurib. ſuprà adductis.
8 & plus operatur † excuſatio offenſi quoad defenſionem, quàm accuſatio quoad offenſionem Boſſ. in ti. de fauorib. defenſio. nu. 10.

9 Et quod dicta † Bart. Ang. & Bal. ſupra in contrarium adducta debeant intelligi in caſu, qñ conſtat liquidè de delicto, teſtatur Bertaz. in d. conſ. 246. nu. 9. qui illos in locis ſuprà allegatis hoc vnũ velle, & intelligere dicit, videlicet, tunc demũ ſtandum eſſe dicto, & exculpationi offenſi, ſi aliqua extarēt externa indicia, & veriſimiles coniecturæ pro ipſo dicto: ſecus ergo, ſi pro dicto nihil vrgeret, & ſic eſſemus in caſu oĩno claro cõtra dictũ, & exculpationē offenſi, & in delicto probato, & idem voluiſſe Bal. in l. tranſigere. nu. 26. C. de tranſact. vbi dicit ſtandũ eſſe in dubio confeſſioni aduerſarij confitentis dolũ abfuiſſe, niſi facti qualitas manifeſtè (pondera illud verbum manifeſtè) in oppoſitũ declaret. & Bart. ſe ipſum declarat in d. §. rectè. dum concludit poſt multa exculpationē offenſi inculpato prodeſſe, ſi appareant alia indicia pro exculpatione, & ſic ſi non eſſemus in caſu, in quo infallibiliter patens præſupponeretur delictum. & hanc diſtinctionem pro concordia adduxit idem Alex. d. conſ. 1. nu. 16. lib. 3. vbi dixit offenſi exculpationē inculpato poſſe ꝓficere, ſi pro illa adſint indicia, ſi tñ liquidè conſtaret de delicto, punitetur, per l. 2.

per l. 2. cum ibi not. ff. ad Syllania. idem d. cõſ. 14. nu.
2. eod. volumine & d. conſ. 30. nu. 13. lib. 7 & Salyc. in
d. l. tranſigere. C. de tranſact. ſed hanc cõciliationem
10 † reperi tandem in terminis tradidiſſe Clar. in §. fi. q.
ſeq. 52. verſ. poteſt etiam. vbi inquit, quòd prima opi-
nio procedit, quando res eſt dubia; ſed ſi appareret de
veritate in contrarium, videlicet, quod maius eſt, eſ-
ſent indicia valde vrgentia, & proxima delicto, non
eſſet ſtandum huiuſmodi aſſertioni ſaltem ad euitan
dam torturã: & ita practicari teſtaĩ de mente Blanc.
in pract. crim. fol. 18. nu. 101. ſubiungens, ꝙ plerumq;
videmus, quod offenſi, ſiue propter remiſſionem ſa-
ctam offendenti, ſiue propter perſuaſionem amico-
rum, faciunt huiuſmodi exculpationes contrarias ve
ritati, prout etiã dixit Marſ. in ſua praxi. §. reſtat. nu.
13. verſ. itẽ alia eſt ratio. propterea in hoc verſabitur
maxime iudicis arbitrium, vt diximus in prima cõci-
liatione. Quod etiã extantibus indicijs valdè vrgenti
bus, nõ obſtante exculpatione, ad torturam deueniri
poſſit, teſtatur Alc. de præſump. reg. 4. præſum. 4 ad fi.
vbi ait, ꝙ poſſent eſſe indicia contra inculpatum ita
vrgentia, quod tollerent contrariam præſumptionẽ
orientẽ ex atteſtatione ipſius offenſi: q͂a vna præſum-
11 ptio † tollit aliã, l. diuus. ff. de in integr. reſtit. & ceſſat
præſumptionis ratio in caſu, de quo diſputamus, vt ip
ſe Alci. aſſerit. nam potius veriſimile eſt, ꝙ offenſus
inculpatum exculpando mentitus fuerit, ex quo tale
mendacium non videtur tendere in præiudicium ſa-
lutis æternæ, c. 1. & c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. quo in
loco habetur quod mentiri proximo conſulendo eſt
mendacium, in quo non eſt magna culpa, licet non
ſit ſine culpa. Idem voluit Didac. Couar. variar. reſo-
lutio. lib. 2. c. 13. nu. 8.

12 Amplia modo concluſionẽ, † vt exculpatio offenſi
proſit inculpato. etiam ſi offenſus inculpatum prius
inculpaſſet quia tunc primum dictũ, nõ poteſt incul
pato nocere ẽt ſolenne, & iuratum, vt diximus in cõ-
cluſio. præcedenti de offenſi dicto contra inculpatũ,
& ita tradit Marſ. in conſ. 109. nu. 30. Gram. cõſ. 3. nu.
14. Burſ. conſ. 201. nu. 147. & facit, quia plus operatur,
vt diximus, exculpatio offenſi, quoad defenſionem,
quam aſſertio quoad offenſionẽ, Boſſ. in tit. de fauo.
defenſio. nu. 10. & hanc ampliationem tenuit Andr.
de Iſer. in conſt. Regni. ſi damna clandeſtina quã re-
fert Gra. d. loco, vbi ponit exemplum de illo, qui in-
culpauerat aliquem tanquam complicem delicti, &
poſtmodum ductus ad ſupplicium aſſeruit ſe falſo il
lum inculpaſſe, & per ſuggeſtionem alterius, & aduer
te quod Docto. loquuntur de exculpatione facta in
articulo mortis.

13 Sed contra † huiuſmodi ampliationẽ faciunt mul
ta per Marſ. in d. ſua praxi. in d. §. reſtat. nu. 26. & ſeq.
adducta, quæ hic breuibus tñ, adducere non videtur
extraneum, & primo faciunt ea, quæ habentur apud
Bar. in d. l. 1. §. ſi quis moriens. per illum text. ff. ad Syl
lania. vbi iudici in articulo mortis falſam tuliſſe ſen-
tentiam dicenti, & teſti diuerſum ab eo, quod in iu-
dicio dixerat aſſerenti, etiam in mortis articulo, non
credendum eſſe dixit, iſtudque dictum ſecundũ Bar.
* teneri * communiter, dixit Alex. in l. ſciendum nu.
33. in fi. ff. de verb. oblig. Didac. lib. 2. reſolut. d. ca. 13.
* num. 7. in fin. & multi de * communi teſtantes refe-
runtur apud Clar. §. fin. practicæ crimin. in quæſt. 53.
verſ. 2. eſt caſus. Secundo facit Ancha. doctrina in c.
fin. de ſucceſſio. quam ſequitur Fely. in cap. literas. in
penul. colum. de præſump. & quam refert idem Mar
ſil. etiam in §. diligenter. ſuæ practicæ num. 118. & in
ſuo ſingu. 22. vbi dicit, quod ſi vulneratus, ex medici
culpa ſe mori affirmet, non tamen per hoc iuuat per-
cuſſorem. Tertio repugnare videtur; quia ſi teſtator
confiteatur in ſua vltima voluntate, ſe ad reſtitutio-
nem vſurarum teneri, non tamen per hoc præſuma-
tur vſurarius: ita dixit Bald. in cap. in præſentia. in 4.
colum de probat. idem Bald. vbi de hoc articulo la-
tius in conſ. 447. num. 19. & in conſ. 510. num. 2. vol.
5. ſecundum numerum vltimo loco impreſſorum.
Quartò facere poteſt vltra Marſ. id, quod dixit Bald.
conſ. 151. in prin. colum. 3. per tex. in l. rationes. C. de
probat. quod aſſertio facta in articulo mortis de pe-
cunijs depoſitis apud Titium, quas vult dari pauperi
bus, Titio non officiat. Quintò facit contra amplia-
tionem, & proprius. quam ſupradicta ratio adducta
à Marſil. in d. §. reſtat. num. 5. quia iſte, qui exculpat,
extra iudicium hoc facit, & non iuratus, vnde nõ de-
bet ea, quæ in iudicio, & cum iuramento dixerat de-
ſtruere; cum eadẽ in deſtruendo, quæ in conſtruendo
requiratur ſolemnitas, vulgata. l. nihil tam naturale.
ff. de reg. iur. quæ regula per quædã fundamenta pro-
batur à Marſ. in d. §. reſtat. à num. 6. vſque ad num. 12.
Imo dicendum videtur, quòd etiam ſi in iudicio, &
cum iuramento explicaret, non tamen primo dicto
nocere poſſet, licet illud in aliquo debilitaret, quem-
admodum de teſte eſt iuris notiſſima concluſio, de
qua per Bar. & Rom. in d. §. ſi quis moriẽs. & per Bar.
Bal. & Salyc. in d. l. generaliter. latè Alex. conſ. 124.
num. 6. vol. 6. & Capic deciſ. 142. num. 7. 8. & ſeq. & la
tius per Boeri. conſ. 40. num. 119. & quam vno ore te
neri per Doct. dixit Clar. in d. quæſtio. 53. verſ. quartus
eſt caſus. Sexto, & vltimo facit, quia non omnis mo-
riens eſt ſanctus; imò ita mortis pauore videtur de-
territus, vt ſanum perdidiſſe intellectum videatur;
quod vt plurimum huiuſmodi ſolet euenire; icirco
iſtis tanquam non mentis compotibus non eſt cre-
dendum, argumen. l. hac conſultiſſima. verſ. at cum
humana fragilitas. C. qui teſtamen. facere poſſunt, vt
latè de his per eundem Marſil. in d. §. reſtat. num. 12.
& ſequen.

14 Has autem lites ſedabis hũc in modum † (licet po-
tuiſſent facilè ſupradicta fundamẽta tolli) quod aut
pro inculpatione primo facta erant indicium, præ-
ſumptio, & coniectura; & tunc ſimplex exculpatio,
& reuocatio non prodeſt inculpato; aut pro dicta in-
culpatione nullum concurrebat indicium, præſum-
ptio, & cõiectura, ſed ſola inculpatio ipſius rei, & tũc
exculpatio facta per reum ſuper furca tollere poteſt
indicium inculpantis; & ita multũ conuenire iuri, &
rationi aſſerit Marſ. in d. §. reſtat circa finem, & ita cõ
cludendum dixit in caſu à ſe figurato de illo, qui in
proceſſu contra eum facto coram Iudice, Notario, &
teſtibus confeſſus & in confeſſione perſeuerauit, ꝙ
Titius in crimine de quo fuit inquiſitus, ſibi fuit ſo-
cius: & poſtea lata ſententia condemnatoria ad mor
tem contra dictum reum; dum ipſe reus erat in mani
bus carnificis ſuper furc., & laqueum, ſeu capiſtrum
ad collum habebat, dixit, quia accuſaui Titium, & di
xi, quod ipſe fuit meus ſocius ad committẽdum hoc
delictum, pro quo nunc debeo mori, ideo ne per-
dam, condemnem animam meam, fateor me fal-
ſum dixiſſe, & indebitè illum culpaſſe, ideo dico di-
cta per me non fuiſſe vera, & pœnitet me hoc falſum
dixiſſe, cum ipſe Titius ſit innocens à dicto delicto.
& pro diſtinctione Marſil. faciunt quæ diximus pau-
lo ante in alia conciliatione ex mente Alcia. in reg.
4. d. præſumpt. 4. in fin. de præſumpt. & Iul. Clar. in §.
fin. quæſtio. 52. verſic. poteſt etiam dum voluit aſſer-
tionem offenſi prodeſſe inculpato, niſi aut ſit delictũ
probatum, & de contrario conſtet, aut eſſent vrgen-
tia indicia contra talem aſſertionem, & exculpatio-
nem.

15 Amplia, vt tanto magis † cõcluſio procedat, ſi ex
culpans, aut ſeipſum inculparet, aut exculpatio eſſet
in aliquo ſibi præiudicabilis; nam tunc cũ habeatur
loco propriæ confeſſionis quoad liberationem incul
pati operatur; prout ſupra dictum eſt exemplum ad-
ducendo de mente Rimin. iun. & Claud. Bertazol. in
addit. ad conſ. Bartho. Bertazol. litera A. de illo, qui

carceratus fatetur delictum exculpando alium, qui de illo delicto fuerat condemnatus, vel inculpatus: vel de illo, qui extra carceres inculpat, ſe exculpãdo, qui de eodem delicto eſt vel carceratus vel condemnatus, & ideo ibidem Clau. ſubiungit, quod cauti Iudices ſolent antequam vel indicia emittãtur, vel reũ conuincant, curare, vt omnes ſocios habeant in carceribus: & ſi quis in ſe culpam aſſumat, poſſit etiam, ac debeat pœnã aſſumere. Aliud exemplũ poni põt de prætendente ruptã eſſe pacem, de quo ſupra, iuxta ea, quæ conſuluit idem Simon de Prætis, d. conſ. 117. nu. 14. quẽ referendo ſequitur idem Clau. in eo. loco.

16 Animaduerte poſtremo ad ſupradicta, ꝙ † occurrente caſu, in quo plures eſſent inquiſiti, & offenſus exculparet ex illis aliquem, non propter hoc cenſentur magis grauati; ità conſuluit Burſa. conſ. 239. nu. 39. & ita de iure eſſe, atq; criminaliſtas tenere teſtatᷓ.

CONCLVSIO MCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Cautio de non offendendo ex quibus rupta probetur, & dicatur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Cautionum de non offendendo quatuor genera.*

2 *Cautioni de non offendendo quis cõtrauenisse dicitur qui intulit grauem, nõ leuem offenſionem perſonæ, cui de nõ offendendo fuit promiſſum.*

3 *Cautio de non offendendo rupta non probatᷓ ex percuſſione in pectore pugno, manu vacua, ſiue manu aperta. Et cur intellige, vt nu. 4.*

5 *Offenſa, quæ in nobili dicitur maxima, in ruſtico pro modica habetur.*

6 *Cautioni de non offendendo quis cõtrauenisse dicitur, qui intulit etiam leuem offenſam, quando inter cautionem præſtantes interceſſiſſent tantum offenſiones leues: & cautio fuiſſet præſtita illarum occaſione.*

7 *Relatiu continet in referẽte cum omnibus ſuis qualitatib.*

8 *Cautioni de non offendendo quis contrauenire dicitur ẽt qui offendit aduerſarium extra territorium, & iuriſdictionem, in qua præſtita fuit cautio Et cur, nu. 9.*

10 *Cautioni de non offendendo quis contrauenire dicitur ẽt qui offendit aduerſarium propter aliquam cauſam antiquam, & aliam, ꝙ ex qua cautionatũ fuit: dummodo præcedat cautionem. Contrar. nu. 11. Concil. nu. 12.*

13 *Pœna in vno capitulo poſita, non videtur in alio repetita, etiam ſi capitula ſint æquiparata.*

14 *Pœna non debet extendi per identitatem rationis.*

15 *Abſurdum non eſt, quod aliquid dicatur fauorabile gratia alicuius finis, & odioſum diuerſa ratione.*

16 *Cautionis de non offendendo promiſſio comprehendit grauem, & leuem, offenſam, cum in ea dictum eſt, non offendere directè, vel indirectè, quoquomodo, vel quomodolibet. Contrarium, & verius, nu. 17.*

18 *Generalitas omnis debet reſtringi ad habilitatem ſecundũ ſubiectam materiam.*

19 *Verba ſunt intelligenda in maiori, & potiori ſignificatu.*

20 *Verba quantumcunque generalia poſita in contractu, debent operari tantum ſecundum naturam cõtractus, & ſecundum naturam rei deducta in contractu.*

21 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta; quando qs non animo offendit, ſed aut iocosè, aut ebrius offendit.*

22 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

23 *Offendiſſe ſe per iocum dicenti, incumbit onus probandi.*

24 *Omne malum prauè præſumitur actum.*

25 *Cautio non offendi non dicitur rupta, ſi offenſus fuerit qs, antequam cautionem ratificauerit.*

26 *Cautionis non offendẽdi ratificatio facienda eſt re integra.*

27 *Cautio non offendendi non dicitur rupta, quando aduerſarius fuit offenſus ex noua cauſa, quæ ſuperuenit.*

28 *Offenſio offenſi in offendentem non rumpit cautionem de non offendendo.*

29 *Offenſio offenſi in offendentem non rumpit cautionem, de non offendendo, tam ſi offenſio fiat ab offenſo incontinẽti, quam ex interuallo.*

30 *Cautio non offendendi non dr̃ rupta non ſolum ex noua cauſa ſuperueniente vera, ſed ẽt erronea. Et cur, nu. 31.*

32 *Cautioni de non offendendo põt contrauenire ex noua cã ſuperueniente, ẽt iuramento vallata. Et cur, nu. 33.*

34 *Cautio non offendendi non dr̃ rupta ex noua cauſa ſuperueniente, etiam ſi ea non eſſet iuſta cã non offendendi.*

35 *Cautioni de non offendendo poteſt contrauenire ex noua cauſa, etiam ſi in contractu appoſita fuerit clauſula, Rato manente pacto.*

36 *Cautioni de non offendendo põt cõtrauenire ex noua cã, etiam ſi in cõtractu cautionis appoſita fuiſſet clauſula, ſub tali pœna toties quoties contraueniatur cõmittenda.*

37 *Cautioni de non offendendo põt contrauenire ex noua cã etiam ſi in inſtr̃o cautionis fuerit pacto expreſſo conuentum, quod per comprehenſos in cautione non poſſit allegari noua cauſa.*

38 *Offenſio ſuperueniens ex ſuperuenienti noua cauſa facta præſumitur, cum offenſio abſque cauſa regulariter non præſumatur.*

39 *Cautio non offendendi eſt ſimilis vſui, qui perſonam non egreditur.*

40 *Cautioni non cenſetur contrauenisse promittens nõ offendere aliquem, ſi illius conſanguineos offendat, niſi de illis ſpecialis mentio facta fuerit.*

1 Omiſſa diſtinctione facta à Doctorib. inter quatuor genera cautionũ † de nõ offendendo, videlicet, à re rei, à re perſonæ, à pſona rei, & à perſona perſonæ, de quib. latè per Hercul. ſuo tract. de cau. de non offen. c. 2. per tot. ad eã deueniemus; quæ frequentius accidit, & frequẽtius in vſu eſt, iuxt. l. vñã ad ea. ff. de leg. & eſt illa, quæ debetur à perſona perſonæ: contra quã quis cõmiſiſſe ex pluri-

2 bus probatᷓ. Et primo quicunq; intulerit † offenſionẽ perſonæ, cui de non offendendo fuit promiſſum, cautioni contrauenisse dicetur, cum hæc, vt diximus, reſpiciat perſonam, quæ non poteſt offendi, quin & ipſa cautio offendatur; dũmodo fuerit offenſa grauis, non autẽ leuis: nam modica offenſa, leuis, & parua in huiuſmodi cautione non videtᷓ promiſſa, nec habetur in conſideratione: ita conſultus reſpõdit Marſ. conſ. 80. nu. 31. cum ſeq. vbi dicit, quod verba poſita in tali cautione, videlicet, non offendere, vel offendi facere, præ ſe ferunt magnã, & grauẽ offenſam, nõ autem leuem, ꝙ & placuit Pariſ. conſ. 165. pacem inter. nu. 14. vol. vbi in fortioribus terminis, cõſuluit, quod ſtante pace, & promiſſione generali, & ſimplici de non offendendo cum armis, vel ſine, ſi pertranſiens impulerit alium, non dicitur pœna commiſſa, ratione de qua ſupra: nimirum quoniam leuis offenſa nõ habetur in cõſideratione. ad quod optimè facit tex. in l. 3. §. fi. & l. 4. ff. de adi. leg. vbi probatur, offenſa fideicõmiſſum reuocari; ſi tamen offenſa fuerit leuis, manet fideicommiſſum; & ibi in terminis hoc not. Alber. in d. l. 4. ante fi. vbi dicit, quod licet offenſa leuis offenſa dicatur per illum tex. tamen non eſt curãda; & hanc eſſe* communem opinionem Doct. teſtatur Hercul. vbi ſupra, c. 27. nu. 8. & 18. quam ſententiã corroborant, quæ latiſſimè Marſ. accumulat d. cõſ. 80. & Pariſ. d. conſ. 165. & Bald. in l. ſi prædium. C. de ædi. actio. colum. 2. quæſt. 4. vbi voluit, quod vulnuſculum modicum nullam habeat in ſe delictum; vt dicit etiam tex. in l. 1. §. perinde. ff. de ædi. edict. idem Bald. in cap. cum adeo. colum. 2. ante fin. de reſcript. dixit examinando materiã de modicis, ſ. & minimis non eſſe laborandum, per dictam rationem: quod ſi ſtatuto

ſtatuto caueatur, vt qui extraxerit ſanguinem alicui in palatio plectatur pœna manus, non debere intelligi de illo, qui percuſſit aliquem in naſo, vnde ſanguis aliquantulum exiuit.& latè ex Ant.Siue in trac. de minimis, poteris colligere leuia modica, & minimã nihil operari, & in præſenti propoſito idem conſuluit Bertazo.conſ.147.num.18. in caſu, in quo quidem percuſſerat cum enſe, vel ſtocho palium alicuius, & ab hac ſententia neminem diſſentire teſtatur idem Hercu.vbi ſupra.cap.27.num.18.verſ.ex quibus omnib.quo in loco illam multis argumẽtis, & rationib.comprobat.

3 Imò ibidem infert ex percuſſione † in pectore pugno, manu vacua, ſiue manu aperta cautionem ruptã non probari, & multò magis, ſi pugno manu vacua ſine dolore conſiderabili quis percutiatur in humeris in ventre, in brachijs, in furis, vel ſimili corporis parte, qua quis non ita facile dolet: ea ratione; quia licet pugnus ſine alio rumore, vel ſanguine ſit iniuria perſonalis, quia tñ perſonam, & corpus non lædit, veriſimiliter non cõprehenditur in promiſſione pęnali nõ offendendo, tũ quia corpori non nocet, nec illud lædit: conſequens lenis eſt offenſa & offenſa in perſonã in materia noſtræ qõnis ſit, cũ nocet pſonæ, ſ. lædẽdo, vel offendẽdo, vel diminuẽdo; qui vero pmittit non offendere pſonã, offenſã intelligit, & ſentit illã, q̃ nocet, & damnũ infert, & dolorẽ pſonæ: ſic multis argumentis, & rationib. conaṫ ſuam illationẽ cõprobare Hercu.ibidem per tot.ad quem te relego, cum ex profeſſo ibi hũc caſum tractet, & omnia diligenter examinet.

Vnum tñ, etſi Hercu.ſententia vera ſit, animaduer
4 tendũ eſt, † non æque omnib. hanc deciſionẽ conuenire: nã ſi inter eos, qui militiam exercent, & profitentur & nobiles viri ſunt, nedum pugnus, ſed ſolum attentatus interceſſerit, nedum cautione de non offendendo rumpetur, ſed ſummoperè rumpetur. Ideo in hoc qualitas perſonæ eſt diligenter diſpicienda; cum veriſſimum ſit, *Che dal ſoggetto, natura, & qualita prende l'offeſa*, prout idemmet Hercu.ẽt animaduertit vbi ſup.nu.18.& ante eum Lap. alleg.76. quo in loco dixit, quod percuſſio facta vacua manu, & vnica ẽt in maxilla, dicitur leuis, niſi circunſtantijs aggrauetur, vt puta niſi fuerit facta perſonæ nobili, vel ſuperiori. hinc concludit diœceſanum poſſe abſoluere ab excommunicatione incurſa propter huiuſmodi percuſſionem in clericum; ibidem Mandoſ.poſt multos ad idem relatos teſtatur hanc Lap.ſententiam etiam veram, & ab omnibus comprobatam: offenſam ex facti, & perſonarum qualitate qualitatem aſſumere dicit idem Hercu.c.26.num.9. vbi ideo hæc in arbitrio
5 iudicis reſidere aſſerit. Nam quæ in nobili † diceretur maxima, in ruſtico pro modica offenſa habetur, ſecundum Ang. & Caſtr.in l. item apud. §.adijcitur. ff.de iniur.& recentiores Bonon.in l.vt vim, nu.95.ff. de iuſti.& iur.

6 Intellige, † ꝙ ſupradictũ eſt de graui, vel leui offenſa, vt non procedat, qñ inter cautionem præſtãtes interceſſiſſent tñ offenſiones leues, & cautio fuiſſet pręſtita illarum occaſione, & ſi contrauentum eſſet, fuit promiſſa pœna; quia tunc cautio huiuſmodi videtur habere relationem ad offenſas præteritas, quarum cã fuit præſtita, quæ cum leues fuerint, conuentio, ſiue cautio etiam in leui offenſa verificabitur, cum rela-
7 tum † contineatur in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus, ſecũdum Bar. in l.ſi ſeruum.§. fi.ff.de leg.1. & l.1.ff.de recept.& hãc limitationem, & intelligentiam admitti Pariſ. conſ.165.nu.20.vol.4. & ideo dixit Moro.d.tract.c.159. in prin.quod pax ex ea cauſa rumpitur, ex qua præceſſit.

8 Amplia modo concl. vt offendens † aliquem dicatur committere in cautionem de non offendendo, ẽt ſi offenderet aduerſarium extra territorium, & iuriſdictionẽ, in qua præſtita fuit cautio: ita tradidere Bar. & Albet.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.pręſ. ꝙ ſcitu dignũ, & eximium cenſuit Marſ.ſing.532.incip.ſuperiorib. dieb. vbi dicit hoc eſſe ſummè obſeruandum pro facientib. pacẽ: & ibidẽ interrogatus à quodã aurato milite in facto rñdit de quodã, qui conſtitutus vna cum alio ſuo aduerſario corã iudice ordinario ſuæ ciuitatis, promiſerunt ſub magna pœna, ſe non inuicẽ offendere: & poſt aliquos menſes vnus ipſorũ reperit aliũ in loco valdè remoto à ciuitate, & iuriſdictione ipſius iudicis, coram quo facta fuit dicta promiſſio de non offendẽdo, & vnus offendit alium, & tandem concludit, ꝙ aduerſarium offendens in loco etiam remoto; nihilominus incidit in pœnã cautionis ruptæ; hoc idem repetijt in repe. l. fi.nu. 20.ff. de iur.om.iu. vbi & Iaſ.in 6.limit.

Idem voluit Gugli.de Cun.in d.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præſ.& hoc idẽ firmauit Herc. vbi
9 ſup.c.47.nu.37.& ratio eſt huius ampliationis, † quia ille, qui promittit non offendere, loquitẽ generaliter, non ſe adſtringens ad vnum magis, quàm ad alium locum: & quia hæc obligatio reſpicit perſonam propterea eum ſequitur quouis ille vadat, ſicut actio. l. fi.C.de præſcr.long.temp.vt dixere Bar.in d.§.ne potentiores, & Herc. vbi ſup.c.9.in prin.

10 Secundò amplia, vt idem procedat, † ẽt ſi offendẽs aduerſariũ offenderit illum pp aliquam cauſam antiquam & aliam, q̃ ex qua cautum fuit, dummodo præceſſerit cautionem; quia cũ ſimpliciter datur cautio de non offendendo, ex quo iſta eſt generalis locutio, vel indefinita, ad omnes cauſas trahetur, iux. not. in l.1.§.& generaliter. ff.de leg. præſt.& in l.ſi plurib.ff. de leg.1.& in dubio pro quacunq; cauſa ẽt in præteritum data cẽſenda eſt, quia timor vr̃, indiſtinctus, & à verbis regulariter non eſt recedendum, l.non aliter. ff.de leg.3.& cautio non debet reſtringi ad vnam tantum cauſam, niſi ad illam ſolam in promiſſione fuerit reſtricta, iux.no.in l. cum pater.§.dulciſſimis ff. de leg.2.& l.regula.§.licet.ff.de iur.& fact.igno.

Contra hanc ampliationem vrgere vr̃, ꝙ idemmet
11 Hercu. † animaduertit in d.tract.c.33. vbi dicit, ꝙ qñ dubium contingit, an aliqui cõprehendantur in cautione, necne, in dubio debere verba interpretari contra eum, qui potuit apertius legem dicere, per l. veterib.ff.de pact.l.quicquid aſtringendæ. ff.de verb.obli. vt Ale.in materia noſtra rñdit in conſ.122. nu.4.lib. 2.cum pœna non debeat habere locum, vbi non fuit expreſſa, l.& ſi quis.§.diuus.ff.de relig.& ſum.fune.tũ etiam, quia in pęnalib. non eſt facienda extenſio ad nõ expreſſa, authore Iaſ. in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, nu.52.cũ ſeq.ff. de verb obli.vbi in materia loquiṫ.& Alex.in conſ.113.col.vlt.nu.9.vol.a.Crau. cõſ.205.col.7.nu.33.Rip.in rub.de iud.nu.15.& Scriben.in l. factum.§.in pœnalib. ff.de reg.iur.eum nec etiam in dubio debeamus pronunciare cautionem eſſe ruptam, & ſic pœnam commiſſam, ex eo, ꝙ ſemper ſit facienda interpretatio benignior, l.ſi de interpretatione. ff.de pœn. vt tradidere Bart.in l. cum pater.§.libertis. ff.de leg.2. Corn. conſ.51.lib.2.& Dec. conſ.406.col.fi.

12 Sed te conciliare poteris, † vt ipſe Hercul. ibidem ſentire vr̃, dicendo, quod aut ſumus ante delictum commiſſum, & tunc interpretandum eſt, & tenendũ omnem cauſam, & omnes caſus, de quibus dubitaṫ, incluſos eſſe ſub cautione, vt delinquendi materia pcidatur, qđ in hoc caſu talis cauſa dṙ fauorabilis, ex quo occurritur maleficijs iux. not.in l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquil.Bar.in l.2.§.exercitum.ff. de his qui no. infa.& in l.quemadmodum, C.de agric.& cenſit.lib. 11.latè per Cagno.in reg.in omnib.in fi.ff.de reg.iur. & ideo venit amplianda, iux.reg.quæ habet, quod fauores ſunt ampliandi, & pœnæ reſtringendæ, de qua. in d.§.in pęnalib.& c.odioſa.de reg. iur.in 6.

Aut agitur de delicto iā cōmiſſo, & pena irrogāda,
tunc qa eſt materia pęnalis, & odioſa, debet reſtringi;
non autem extendi aut latè interpretari, iux. tex. in l.
pen. ff. de pœn. & in d. §. in penalib. & in c. odia, & in
c. in pęn de reg. iur. in 6. ita dicit Bal. in c. 1. col. 1. verſ.
& ſume hinc argumentū. qualiter Do. prop priu. feu.
ꝙ odio pœnæ, ſi pena ex conuentione pro vna parte
fuit appoſita, ad aliam partem non extenditur; quod
etiā confirmat, quod voluere Ant. de But. in c. ad no-
ſtram, col. 1. nu. 8. de emp. & ven. Alber. in par. 1. ſtat.
q. 70. in fi. & Anto. Corſer. in ſing. ver. additio quib. in
13 locis voluerunt, † ꝙ odio pœnæ, ſi pœna in vno cap.
ponatur, nō videať in alio repetita, et ſi capitula ſint
æquiparata. nam pęna non debet excedere ꝓprium
caſum. § pœnæ, de pęn. diſtinct. 1. & Abb. in cap. fi. de
14 iur. patr. dicit, † ꝙ pœna non debet extendi per iden-
titatem rationis: & Io. And. in d. c. diſpēdia. de reſcrip.
lib 6. inquit, quod ex identitate rationis debet extēdi
conſti. ſed non pęna conſtitutionis, & ad rem noſtrā
15 non eſt abſurdum, † quod aliquid dicatur fauorabile
gratia alicuius finis, & odioſum diuerſa ratione, iux.
not. per Dec. in l. venia. C. de in ius voc. vbi & reliq.
ſcriben. & Doctores in l. 1. ff. ſol. matr. & per Tiraq. in
tract. de retract. in præfat. nu. 64.

16 Limitanda eſt primo loco concluſio, † vt non ꝓce-
dat, quoad grauem, aut leuem offenſam, ſi in promiſ-
ſione fuerint poſita talia verba, videlicet nō offende-
re directè vel indirectè quoquomodo, vel quomodo
libet. Nam cum verb. quoquomodo importet omnes
modos excogitabiles, ſecundū Ang. in cōſ. 287. incip.
viſo themate. col. 3. & Cæpol. in conſ. 14. incip. ꝓ de-
claratione, colu. 3. & verb. quomodolibet, importet
modum realem, perſonalem, directum, & indirectū,
vt dicit gl. in clem. 2. de ſent. excom. in verb. quomo-
dolibet. & gl. in clem. 1. in 2. gl. de re iud. & facit gl. in
cap. quamuis. in verb. qualibet. de elect. in 6. ideo non
excluditur leuis offenſa. ita limitat Grat. reſp. 44. nu.
12. in caſu, in quo fuerant appoſita verba, aliqua ra-
tione, vel cauſa, vel modo, &c. quia talia verificantur
in minimo de ꝓprietate l. ſi ſeruum. §. prætor ait. vbi
Bar. de acquir. hæred. & hoc modo argumentatus eſt
etiam Marl. dict. conſil. 80. num. 38. Pari. d. conſ. 165.
num. 7. volum. 4.

17 Contra † tamen hanc limitationem ſentiunt Marſ.
in terminis in d. conſ. 80. nu. 45. cū ſeq. & Pariſ. d. conſ.
165. nu. 14. qui reſpondens ad contraria dicentes, qđ
licet illa verba ſint generalia: debet tñ omnis genera-
18 litas reſtringi † ad habilitatem ſecundum ſubiectam
materiam, vt in l. vt gradatim, in §. ſed, & ſi lege ff. de
mun. & honor. in l. 1. cū glo. C. de ſacroſ. eccleſ. Doct.
in l. 2. C. vbi de ratio. agi oportet, vbi textus dicit à
quocunq. & gloſſ. explicauit hoc verbum in idoneo.
& eadem gl. in l. 1. C. vbi conuen. qui cer. loco dar. ꝓ-
miſ. licet ergo in d. cautione fuerit appoſitū illud ge-
nerale verbū quoquomodo, & c. tñ tale verbum ge-
nerale debet reſtringi ad habilitatem, & ſic ad offen-
ſam grauem, quæ habet lædere, & offendere perſonā,
non ad offenſam, quæ eſt modica, & nullius momēti,
& quę non lædit, nec offendit perſonā, & debet reſtrin-
gi ad offenſam, quæ venit appellatione offenſę, id eſt,
ad grauē, vt in d. l. 3. §. fi. ff. de adim. leg. cū verba ſint
19 intelligēda † in maiori & potiori ſignificatu, l. 1. §. bi-
drium. ff. quando app. ſit. l. 1. §. quam in perpetuū. ff. ſi
ager. vectig. vel emphyt. & appellatione offenſæ in
materia ſubiecta non veniat leuis; vt ita cōiter à Do
ctorib. teneri teſtatur Hercul. vbi ſupra. cap. 27. nu. 18.
20 & verba † quantumcunque generalia poſita in cōtra-
ctu debent operari tantum, ſecundum naturam con-
tractus, & ſecundum naturā rei deductæ in contractu
p l. ſtipulatus. ff. de verb. oblig. & ita declarat Imo. in
c. ex literis. de iur. patr. quē refert, & ſequitur Soc. cōſ.
47. col. 3. verſ. præterea magis. vol. 1. & ita reſpondit
in hac facti ſpecie Pariſ. d. conſ. 165. nu. 20. & hoc idē
conſuluit in hypotheſi noſtra. Bertaz cōſ. 147. nu. 18.
vbi ait, quod talia verba generalia ſunt ciuiliter, & ra-
tionabiliter interpretanda, per Bal. in l. 1. C. de fid. in-
ſtrum. & Iaſ. in l. quicunq; nu. 4. ff. de verb. obligat. &
Crauet. in conſ. pro genero. nu. 81.

21 Limitabis concl. † vt locum ſibi non vendicet, qñ
quis non animo offendendi offenderit, ſed autiocoſè,
aut ebrius offenderit; quia tunc cautio non dicitur
rupta, vt tradit Bal. cōſ. 195. nu. 5. vol. 2. & probatur in
l. 3. §. pen. ff. de iniur. & in l. 1. C. de Sica. & ratio eſt, qa
22 cum animus, † & voluntas nocendi attendatur, & per
illam diſtinguatur maleficium, vt l. 4. C. ad l. Cornel.
de ſicar. & in l. 1. §. diuus Adrianus. vbi Marſ. ff. e. tit. l.
q iniuriæ. ff. de furt. l. ꝙ reipublicæ. ff. de iniur. nō de-
bet dici cautionem fregiſſe ille, qui animum offen-
dendi non habuit ita ſenſit etiam Hercul. vbi ſupr. c.
34. nu. 6. & ſuadet tex. in l. ſi non conuicij. C. de iniur.
vbi iniuria dicta per iocum non cadit in rixam.

23 Aduerte tamen, quod dicenti, & allegāti ſe offen-
diſſe per iocum, incumbit onus probandi; vt teſtatur
Paris de Put. in tract. de lud. num. 64. idem voluerunt
Cyn & Ang. & alij in d. l. ſi non conuicij. C. de iniur.
24 nam omne malum † prauè præſumit actum, c. 1. de pꝛę-
ſumpt. l. prætor ait. §. fi. ff. vi bon. rapt. Iac. de Bellouiſ-
ſu in pract. iudi. in verb. quod dictus reus. nu. 3. verſ. &
ſi iniurias dicat, & Soc. in conſ. 146. col. 3. poſt num. 7.
vol. 1. vbi ita cōmmuni conſenſu ſentire ſcriben. in
d. l. ſi non conuicij, dixit.

Quomodo aūt, & ex quib. animus offendēdi ꝓbe-
tur diximus ſupra in concl. 902. in verb. iniuria. vol. 1

25 Tertio limita, † vt tunc cautio non offendendi nō
dicatur rupta, ſi offenſus fuerit quis antequā cautio-
nem ratificauerit; vt puta quando aliquis ſtipulatus
eſt non offendi ſe, & conſanguineos ſuos, & ante quā
ab vno ex cōſanguineis ratificatum fuerit, idē qui nō
ratificauit, offenſus fuit, vel à ꝓmittente, vel ab iis, de
quib. promittit. nā cū pro prius contentis in promiſ-
ſione proſit cautio de nō offendēdo, quod per eos, id
ratificatum fuerit. ita docuit Hercul. vbi ſup. c. 15. nu.
6. cuius opinionis teſtatur fuiſſe quāplurimos, veluti
Dyn. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem, ff. de iniur. Cyn. in
l. ſi. in 1. quæſt. C. ad Maced. vbi Bal. & idē Bal. in d. §.
ſi quis vxorem. vbi etiam Bar. Ang. conſ. 73. Caſtr. cōſ.
271. lib. 2. & conſ. 195. lib. 1. Abb. in c. accedens. col. fi.
de præb. Bal. in l. nec ei. §. ſatiſd nu. 9 ff. de adopt. Soc.
in l. 1. §. ſi iuſſerim. in fin. ff. de acq. poſſ. Dec. cōſ. 226.
col. pen. & conſ. 464. & idem in cōſ 431. col. fi. loquēs
de treuga. & in l. contractus. col, 4 num. 13. & 17. ff. de
reg. iur. Goza. conſ. 31. nu. 9. Marſ. ſing. 337. ſequutis
homicidi's. Soc. iun. conſ. 103. lib. 3. Cur. iun. conſ. 51.
col. 4. nu. 12. Pariſ. conſ. 12. col. 14. nu. 100. lib. 2. & cōſ.
12. nū. 17. lib. 4. & cōſ. 77. li. 1. Bar. in d. l. ſi vxor. §. ſi qs
vxorem. nu 4. ff. de adul. vbi inquit, quod ſi facta fue-
rit pax ab aliquo pro ſe, & ſuis cōplicibus, & vnus ex
complicibus fuit offenſus, antequam ratum haberet,
non committitur pœna pacis ruptæ.

26 Amplia limitationem hanc † adeo procedere, vt re
integra facienda ſit ratificatio, nā re non integra non
operatur, vt no. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. ſic do-
cuit Bart. in d. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem num. 3. ff. de
adult. quod & placuit Alexand. in conſ. 110. col pen.
nu. 3. lib. 1. eadem voluere Dec. d. conſ. 226. nu. 10. cum
ſeq. & conſ. 247. nu. 6. & conſ. 460. nu. 35. Sal. poſt Bal.
in l. fi. C. ad Maced. huc pertinet, ꝙ obſeruauit Abb.
poſt Ant. de Butr. in c. cum veniſſent. de reſt. ſpol. vbi
dicunt, ꝙ ſi quis nomine meo tanquam geſtor nego-
tiorum meorum accepit poſſeſſionē, & fuit ſpoliatus
antequam habuerim ratum, ratificatio, poſtmodum
ſequuta nihil operatur, ꝙ & idem ſenſerunt Domini
Rot. in decil. 9. alias 150. de reſtit. ſpol. in nouis. & in
terminis quæſtionis noſtræ hoc tenuit Hercu. cap. 15.
nu. 6. in fi, & latius num. 12. vnà cum adductis ab eo
ibidem, vbi proſequitur attinentia ad materiam.

Quarto

Digitized by Google

27 Quartò velim limites, † vt concluſio loci non habeat. qñ interuenit noua cauſa; ita ſentiente Bar. in l. quæro. §. inter locatorē. ff. loc. ex l. aut facta §. cauſas. vbi idem Bar. nu. 1. circa fi. ff. de pen. ſic aſſeruere plurimi ex noſtris tum profitendo, tum ēt conſulendo: in primis Bal. in c. 1. de pac. tenē. in vſibus feud. Ant. de Butr. & Imo. in c. 2. nu. 8. de renun. Pau. Caſtr. in l. qui ſeruum ad fi. per illum tex. ff. de verb. obli. Rom. in l. ſemel mora. nu. 17. verſ. prima. ff. ſolu. matr. Dec. conſ. 531. nu. 7. verſ. & iſta conclu. Roman. conſ. 183. per tot. Marſ. in l. 1. §. fi. num. 25. ff. de fideiuſſ. Rui. in conſ. 10. in fi. vol. 4. Abb. in c. 1. de treug. & pace. Ferrer. in tit. de fer. nu. 68. & hāc * communem & magis * communem opinionem appellat Hercu. vbi ſuprà, c. 13. nu. 3. verſ. hęcq; proculdubio. vbi etiam dixit de hoc vidiſſe pleniſſimum conſilium collegij Maceratæ, vbi & hoc ipſum conſulebatᷣ, & ibidē per multas alias authoritates congerit, & ita de cōſuetudine ſeruari idē teſtatur, rationē adducēs huius limitationis, videlicet quia quælibet diſpoſitio debet interpretari, & intelligenda eſt reb. ſic ſtantib. l. fi. qui ſatiſd. cog. c. cum inter. de renun. c. quemadmodum. de iureiur. & in c. clericus. eo tit. l. fi. C. de non num. pec. vt & dixere Bal. in c. cum M. Ferrarienſis in 5. col. de conſtit. Rom. conſ. 183. nu. 1. verſ. 3. licet l. ſi vnquam. vbi ad hoc latè Tiraq. in prin. C. de reuocan. donat. & Marſ. ſing. 503. ex pace, & treuga.

28 Hinc conſequitur, † ꝙ offenſio offenſi in offendentem non rumpit cautionem. ita ſcribit Bart. in l. cum pater. §. cum arietes. ff. de leg. 2. & in l. 1. §. cū arietes. ff. ſi quadr. feciſ. dica. Docto. in l. cum proponas. C. de pac. & in l. qui ſeruum. ff. de verb. obl. Alex. conſ. 115. col. 2. lib. 4. & offenſum poſſe impune offendentem ſine metu cautionis violatę offendere, dicit Bertazo. conſ. 245. nu. 10. & ita * communiter Doct. tenere teſtatur in d. l. cum proponas. la 2. C. de pact. & Alex. conſ. 113. col. 1. volu. 4. & Marſ. ſing. 377. ſequutis. & hanc * communem opinionem etiam dicit alios referens Thobi. conſ. 110. nu. 3. & conſ. 111. nu. 30.

29 Amplia illationem hanc, † vt procedat, tam ſi offenſio fiat ab offenſo incontinenti, quam ex interuallo, vt probat Hercu. vbi ſup. c. 18. & c. 46. nu. 40. cum ibi alleg.

30 Ampliabis † eandē tertiam limitationem, vt vera ſit, ēt ſi talis noua cā ſuperueniens non eſſet vera cā offendendi, ſed erronea, vt qñ aliquis dixiſſet Titio, cū quo Sempronius habebat cautionē de non offendendo, ꝙ idem Sempronius offendit fratrē ipſius Titij cōprehenſum in cautione, cū id verum non eſſet, & Titius non inſpiciens, an id aliter verū eſſet, arrepto gladio Semproniū offendit: ita probat Herc. vbi ſup. c. 18. nu. 8. per not. per Alex. in conſ. 165. in fi. lib. 4. Marſ. de ſing. 503. cuius axiomatis poteſt eſſe ratio;

31 † quia vt diximus ſupra, non offendendi cautio non rumpitᷣ, niſi offenſio fiat animo offendēdi: ſed iſte nō habebat animū offendendi, niſi eo caſu, quo verū eſſet fratrē fuiſſe offenſum: igitᷣ ex quo fuit repertū fratrem minimè offenſum, offenſio facta pp eam cauſam, dᷣ fuiſſe præter voluntatem offendentis. Quod quidem etiam animaduertit idem Hercu. vbi ſupra, dum requiri in huiuſmodi offenſione dolū abfuiſſe, & credulitatem ortam eſſe à perſona fide digna ad hoc, vt cautio minimè rupta dicatur; in quo tamen dic, vt idem Pariſ. d. conſi. 165. & Alex. q. 114.

32 Secundo velim eandem amplies, † ēt ſi promiſſio de non offendendo fuiſſet iuro vallata; nam nihilominus ex ſuperuenienti non cā poterit illi contrauenire; vt in terminis conſuluit Bertaz. d. cōſ. 248. nu. 7. cū permultis ibi ab eo adductis Idē voluit Pariſ. cōſ.

33 165. nu. 28. eadem ratione, de qua ſup. videlicet, † qa in pacto ēt firmato iuramento ſemper intelligitᷣ eſſe illa clauſula, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente, d. c. quemadmodum. de iureiū.

34 Tertiò amplia, † vt procedat, ēt ſi noua cauſa non eſſet iuſta cauſa offendendi: ita inquit Moro. q. 113. in d. tract. de fid. treg. & pac. cū ibi per eū latè allega. hoc idem ſenſere Bertaz. cōſ. 248. nu. 8. Marſ. d. ſing. 503. & conſi. 119. num. 2. Iaſ. in d. l. qui ſeruum, col. 1. Cur. iun. conſ. 19. col. 1. & 3. Crau. conſ. 233. Dec. cōſi. 331. circa quod vide Gabr. concl. 8. de malef. vbi hoc examinat, & multa congerit; & Moro. q. 114. qui hoc declarat nō procedere in his, quę ſunt de genere prohibitorum, & in ſeq. q. aliam limitationem adducit; ſicut Hercu. in d. c. 13.

35 Quarto amplia, † ēt ſi in contractu appoſita fuerit clauſula, Rato manente pacto, quę ſolet operari ꝙ licēt contraueniatur, contractus tn̄ firmus manet: quia illa non obſtante, offenſus, vel qui aliàs habet nouā cauſam diſcedendi à promiſſione, poterit cautioni contrauenire, cum huiuſmodi clauſula nō operetur in fauorem illius, qui contrauentioni cauſam dedit, & ſic fuit primus contrauenire; vt docuit Hercu. vbi ſupra, c. 18. nu. 5. ad quod allegat Alex. in l. ſemel mora, ff. ſol. mat. & in conſ. 115. col. 2. lib. 4. Anch. conſil. 141. col. 1. Fel. in c. 3. in fin. de iureiu. Rip. in repet. l. fi. q. 33. C. de reuocan. donat.

36 Quintò amplia, † etiamſi in cōtractu cautionis appoſita fuiſſet clauſula ſub tali pœna. toties, quoties contraueniatur committenda: quia illa non obſtante, offenſus prior, nouam cauſam habens promiſſioni impunè contrauenire poterit; quoniam clauſula huiuſmodi operatur in fauorem obſeruantis in odiū contrauenientis, & non in eius fauorem, vt tradidere Bald. Pau. Caſtr. & Saly. in l. qui fidem. ff. de tranſact. & in l. qui ſeruum. ff. de verb. obli. & Alex. in d. conſ. 115. col. 2. lib. 4. quos referendo ſequitur Herc. d. cap. 18. num. 6.

37 Sextò amplia limitationem tertiam, † vt ēt procedat, ſi in inſtro cautionis de nō offendendo fuerit pacto expreſſo conuentum ꝙ per comprehenſos in cautione non poſſet allegari noua cauſa; nam per dictū pactum non cenſetur excluſa noua cauſa vrgens, ſed tantum iniuſta, leuis, vel friuola: ita ſenſit Hercu. vbi ſupra cap. 13. nu. 5. & Bertaz. conſ. 147. nu. 24. & Bero. conſ. 198. nu. 12. vol. 3. & faciunt, quæ * communiter notant Doct. vbi præcipuè Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. dum voluerunt in ſtatuto tollente interpretationem, ſolummodo intelligi de iniuſta, & friuola, & valet argumentum à pacto ad ſtatutum, & econtrà, l. fi. C. de fideiuſſ. vt aſſerit Euerar. in Epit. locor. legal. loco 39. à pacto ad legem.

38 Quod aūt pertinet † ad hanc materiam ſuccurrit, vt illud te admoneam; quod ex quo offenſio abſque cā non præſumitur regulariter, teſte Bar. in l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pen. & Marſ. in l. 1. §. preterea, nu. 77. de quæſt. offenſio ſuperueniens, ex ſuperuenienti noua cā facta prǽſumitur Rom. conſ. 183. vbi Mandoſ. in additio. ad eund. Alex. cōſ. 113. viſo themate, col. 2. vol. 4. Iaſ. in d. l. qui ſeruū, col. 1. ff. de verb. obli. Fel. in c. 3. nu. 3. de iureiu. Marſ. d. ſing. 503. Rui. conſi. 10. vol. 4. Pariſ. conſ. 165. nu. 26. & ſeq. vol. 4. Bertaz. d. conſ. 147. nu. 23. vbi teſtatur hoc ferè ſentire * omnes & ibidem in conſ. 148. nu. 9. & hanc eſſe * communē opinionem teſtatur Pariſ. d. cōſ. 165. & Moro. q. 112. nu. 5. qui de * communi teſtatur Dec. conſ. 380. nu. 2. vbi pariter de * communi: & Bertaz. conſ. 245. num. 12. Bal. in l. ſi prædium. C. de ædil. edic. Alex. conſ. 19. col. 2. lib. 1. & conſ. 110. lib. 4. Dec. in conſ. 406. & cōſ. 531. Alex. & Iaſ. in d. l. qui ſeruum. Gram. conſ. 73. nu. 19. lib. 2. Pariſ. conſ. 168. col. fi. lib. 4. & noua cauſa prǽſumitur præcipuè ſtante temporis diuturnitate, vt decem interuenientibus argum. not. in l. peregrè. ff. de acquiren. hæredit. & per Alexan. in conſil. 115. col. 3. lib. 4. & expreſsè id voluit Hercu. in d. c. 13. num. 8. & maximè ſi aderat amicitia in offenſo, Bertaz. conſil. 147. nume. 21. & Hercula. cap. 36. nume. 21. ad quem remit-

Remitto, cum latiſſimè hæc omnia pertractet. apud quem in d.c. 13. etiam reperies, quid dicendũ de noua cauſa affectata, & de noua cauſa leui, & de riſu, & de verbis altercatorijs, & ex quibus noua cauſa p̄ſumatur: & quod in probatione nouæ cauſæ requiratur citario partis, non ſolum fiſci, & quæ cauſę ſint ſufficiẽtes ad excuſandum quem à pœna fractionis, & quod noua cauſa ſufficit ſemiplenè ꝓbari, & de multis alijs materiam tangentibus ad quæ accedent, quæ voluit Moro. quæſt. 112. cum alijs pluribus ſequentibus, & in omnibus caſibus in materia occurrẽtibus recurre ad ſupradictos duos authores: nam apud illos non eſt q̃d deſiderare poſſis.

Pro declaratione autem totius huius materię, vlti-
39 mo loco ſciendum eſt, † ꝙ cautio non offendẽdi, de
qua nos loquimur vt iam diximus, reſpicit perſonã,
& offenſam in perſonã, & eſt ſimilis vſui, vel vſufru-
ctui, q non tranſit de patre in filios, niſi aliud ex ver-
bis in cautione appoſitis conſtet; ſecundũ Hercul. vbi
ſupra in c. 19. nu. 9. & in c. 25. nu. 1. cũ ibi alleg. & ideo
in illa hi tantum veniunt, qui exprimuntur, & non
alij regulariter. vnde inferũt Doct. quod ille qui pro-
40 miſit, † non offendere aliquem, licet offendat fratrẽ,
vel filium illius, nõ cenſebitur contraueniſſe cautioni, niſi de filijs, & fratrib. mẽtio fuiſſet habita in cautione, idẽ de vxore de pronuru, & de omnib. de quib. ſpecialis, & expreſſa mentio facta non fuerit; vt per Herculan. in cap. 19. & 20. pręcipuè, & quia offenſa verbalis non eſt offenſa in perſonam, non comprehenditur in cautione de non offendendo aliquẽ, niſi hoc expreſsè in conuentione, & cautione conuentũ fuerit, vt animaduertit Bal. in rub. ff. ſol. mat. cum alijs ad hoc alleg. à Bertaz. conſ. 147. nu. 27. & tandem cautionem de non offendendo ruptam apparere ex verbis poſitis in cautione, teſtantur omnes Doct. in omnibus locis ſupra citatis; cui quidem declarationi adiunge aliam declarationem ſupra poſitam, & animaduerſionem, videlicet, an ſimus in caſu in quo agitur de delicto iam commiſſo, & pęna infligenda, aut non commiſſo, ſed de delicto abbreuiando; nam in vno latã, in vltimo ſtrictam facies interpretationem.

CONCLVSIO MCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Quibus in caſibus pro publicis officialibus ſit præſumendum; & in quibus non, & quatenus.

SVMMARIVM.

1 *Præſumendum eſſe ſemper pro officialibus publicis.*
2 *Dolus omnis prȩſumitur abeſſe ab officialibus publicis.*
3 *Officialis tanquam miniſter non prȩſumitur, quod illicitum committat.*
4 *Præſumptio turpis quȩſtus ceſſat in officiali.*
5 *In officiali præſumitur minimum culpȩ propter authoritatem iuriſdictionis.*
6 *Officialis præſumitur iuſtè facere, omnia quæ facit.*
7 *Lex æquiparat factum officialis, & diſpoſitionem legalem.*
8 *Præſumitur pro iudice, vt non videatur dolo pronunciare, niſi euidenter contrarium probetur.*
9 *Officialis non præſumitur facere iniuſtitiam, & cur num. 10.*
11 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
12 *Probationes claræ, veræ, manifeſtæ, & legitimæ requirũtur aduerſus officialem, etiam ſi aliqua criminis ſuſpicio contra eum ſit orta.*
13 *Officium excludit quidem malam prȩſumptionem, ſed non eludit plenam probationem.*
14 *Teſtes omni exceptione maiores exiguntur, ſi quid aduerſus officialem ſit probandum, veluti corruptelæ.*
15 *Teſtium qualitas, quod ſcilicet ſint omni exceptione maiores articulanda, & probanda eſt, vbicunq; ad probationem alicuius caſus huiuſmodi teſtes requiruntur.*
16 *Probatio priuilegiata vt ea, quæ fit per iuramentum non ſufficit aduerſus officialem.*
17 *Quantitas rerum quas officialis per concuſſionem recepit, per iuramentum paſſi concuſſionẽ poteſt probari, data ipſius officialis compulſione, vel violentia aliqua probata.*
18 *Teſtem vnicum non ſufficere ad probãdum quid aduerſus officialem.*
19 *Aſſerenti cũ iuramento ſe dediſſe aliquid officiali pro adminiſtranda iuſtitia, credendum eſt quando officialis, dũ ſtaret in ſindicatu, aufugiſſet: ſecus, ſi non aufugiſſet.*
20 *Teſtes in ſubſidium, qui alias plures defectus patiantur admitti non poſſe aduerſus officialem, etiam ſi veritas aliter haberi non poſſet.*
21 *Præſumitur pro officiali non ſolum in his, quȩ legibus decreta ſunt, ſed etiam in arbitrarijs, non ſolum in definitiua, ſed etiam in interlocutoria ſententia.*
22 *Omnia prȩſumunt à iudice beneſacta, quando q̃d eius cõmittitur arbitrio, debitis circumſtantijs concurrentibus.*
23 *Iudicem malè non agere credendum eſt, & ſi malè, quod minus malè.*
24 *Officialis eſt tamquam iuſtitia animata.*
25 *Bonus vir, & iudex ſunt conuertibiles, ſicut bonum, & ęquum.*
25 *Veriſimile eſt, quod officiali ſubiecta veritate partiũ, fiat, quod iuris eſt.*
27 *Inquiſitio non procedit aduerſus officialem integræ vitæ, ſed corrupti.*
28 *Dicto tertij non eſt ſtandũ aduerſus officialem bonæ famæ qui in hoc fuiſſet mediator in corruptela.*
29 *Officialis bonȩ famȩ non poteſt torqueri, etiam ſi contra eũ eſſet vnum indicium ſufficiens ad torturam.*
30 *Officialem deliquiſſe dicens id probare debet, & ſi in probatione defecerit puniendus eſt: ipſe vero officialis admittitur ad purgationem per ſolum ſuum iuramentum.*
31 *Præſumitur pro officialibus non ſolum ſecularibus, ſed eò magis eccleſiaſticis.*
32 *Prȩſumitur tunc pro officiali, quando ſeruat debitum ordinem in procedendo, ſecus cum ſtatutam a legibus methodum omittit.*
33 *Præſumendum eſt malè de malo iudice.*
34 *Officialis nomen is non meretur, in quo non eſt iuſtitia.*
35 *Probationes legitimæ, & euidentes tunc contra officialem requiruntur quando agitur illius codemnationem, quo vero ad ſubijciendum illum tormentis indicia concludentia in ſubſidium plenæ probationi ſufficient.*
36 *Prȩſumptio mali præcedentis tunc contra officialem viget, quando non eſt integræ vitȩ, & male audit.*
37 *Officialis ſi ſemel aliquid iniuſtè fecerit, præſumitur, quod velit factum ſuum tueri, quacunque via poterit.*
38 *Præſumitur contra officialem, ſi fecit aliquid contemplatione potentioris vel quod aliter ad ſe non pertineat.*
39 *Officiales ementes officia prȩſumuntur omnia mala agere.*
40 *Officia gratis ſunt conferenda.*
41 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*
42 *Pecuniam dans, vt habeat officium, prȩſumitur habere animum indebitè lucrandi, & malè faciendi.*
43 *Officialium reprehenſio, qui emunt officia.*
44 *Prȩſumit lex contra officiales circa negotia de futuro, vt poſſit prouidere circa ea ne delinquant.*
45 *Prȩſumitur aduerſus officiales, quando aliquid factum eſt contra naturam officij.*
46 *Officiales, & iudices propriè dici Prȩſides, Rectores, Poteſtates, & officiales terrarum, adeo vt in vno ex his diſpoſitum, cenſeatur etiam, & in altero ſtatutum.*

1 Pro officialibus publicis † ſemp eẽ p̄ſumẽdũ colligit ex reſcripto Imp. Honor. & Theodoſ. in l. 2. ibi ꝙ non arbitra-

arbitramur. C. de offic. ciuil. iudic. & Impe. Diocle. & Maximia. in l. cum precib. C. de probat. & Imp. Iuſti. in l. vlt. ibi, ſtultum putamus. & ibi Bal. C. de fideicõ. liber. & in authen. vt nulli. iud. §. ſuper hoc autem. & Anton. in l. 1. C. de ſuſcep. lib. 10. hoc idem tradidere Spec. in tit. de inſtru. edit. §. reſtat videre, nu. 10. verſi. quid ſi dum atteſtationes. Bal. in l. errore. ſub num. 2. verſ. quæro, ſi reperiẽ. C. de teſta. ordi. & in l. ſi cautiones. in prin. C. qui accuſ. non poſ. Cyn. in aut. generaliter. nu. 6. C. de epiſ. & cler. & Tho. Gram. in conſ. 35. in cã Magnif. Ant. Barna. nu. 36. relatus à Mandoſ. in comment. ad reg. cancel. 27. de non iudi. iuxta forma ſuppli. q. 20. nu. 9. verſ. altera preſumpt. Cepha. in cõſ. 420. nu. 34. idẽ cõprobauit doctiſ. Bertaz. in cõſ. 180.

2 Dom. Io. Bap. Perinellus, nu. 15. lib. 1. ab ipſis enĩ † officialibus preſumitur abeſſe omnis dolus, vt l. 1. C. de præd. curia. lib. 10. & l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10. ita Bal. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. nec tanq̃

3 miniſter legis preſumitur, † ꝙ illicitũ commiſerit: ſecundum Accur. & Bald. in l. accuſationes. C. ꝙ met. cau. & idẽ Bal. in l cũ nominib. C. qui accu. non poſ.

4 dixit, ꝙ in eo ceſſat † præſumptio turpis queſtus. cum

5 et in eo † præſumatur minimũ culpæ, pp authoritatẽ iuriſdictionis ſuæ cap. accepimus. de æta. & quali. &

6 iuſtè præſumatur † facere oĩa, quæ facit, c. bonæ memoriæ. de elect. Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. & cler. & per not. in c. præſentia. de renuncia. ex eo, quia lex

7 † æquiparat factũ officialis, & diſpoſitionẽ legalẽ, l. 1. ff. de manumiſ. ſecundũ Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. ideircò ipſemet Bal. in l. ſi filius.

8 ff. de indi. inquit, ꝙ pro iudice † præſumiẽ, vt non videaẽ dolo pronunciare, niſi euidẽter contrariũ probe

9 tur. ppea officialis † non pſumitur facere iuſtitiã, vt no. in l. nõ cogendũ. §. 1. ff. de procur. iuxta ſententiã

10 eiuſdem Bal. ibi, quia eſt legis miniſter, † qui debet ſe qui formam legis, & ab illa non diſcedere, l. quæ ſub conditione vbi idem Bal. ff. de conditio. inſtitutio.

11 Nemini namque † officium ſuum debet eſſe damnoſum, vt inquit Caius in l. ſed ſi quis ex ſignatorib. vbi gl. in verb. damnoſum. ff. quemad. teſtam. aper. & African. in l. ſi ſeruus communis. §. quod verò. ff. de furtis. ſic etiam gl. in c. ſanè dilecto. in verb. ſuſtinere. de renunciat.

12 Ampliatur primò concluſio noſtra, † vt ẽt ſi contra officialem aliqua criminis ſuſpicio oriatur in illa probanda, claræ, veræ, manifeſtæ, & legitimæ probationes requirantur, vt in probatione corruptelæ deſiderarunt Impp. Gra. Valen. & Theod. vt ex illorũ reſcripto videre eſt in l. iudices. C. de digni. lib. 12. & Iuſtinia. in auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iudica. ſic in accuſatione Epiſcopi decreuit Felix Summ. Pont. in c. primates. 2. q. 1. idem Ianuario Presbytero reſcripſit Greg. Summ. Pont. in c. Epiphanium. 5. q. 6. & Alex. III. in c. at ſi clerici. de iudi. eodem pertinere vr, quod ſtatuit Caliſt. Pontif. Max. in c. quærendum. 2. q. 7. idem voluit Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. nu. 8. in fi. verſ. decimò quæritur. ff. de offi. procon. & leg. propterea dicebat idẽ Bal. in d. l. ſi cautiones. in prin.

13 C. qui accuſ. non poſſ. Officium quidem † excludere malam præſumptionem, ſed non elidere plenam, & apertam probationem, quòd probauit etiam Luc. de Penn. in d. l. iudices. C. de digni. lib. 12. atq; Mandoſi. vbi ſup. num. 9.

14 Ex hac ampliatione illud conſequitur, † vt teſtes oĩ exceptione maiores, ſi quid aduerſus officialem, veluti corruptelæ, probandum ſit, proculdubio exigantur; vt ex ſupra citatis clarè conſtare poteſt: & optimè probat Paris de Puteo in tract. de ſindic. in verb. probatio. cap. 2. incip. contra officiales in princ. ad idem eſt glo. in d. cap. at ſi clerici. in verb. legitima probatione. vbi ſcriben. de iudi. idem aſſeueraiut Affict. in conſtit. Regni Neap. in c. Regni vulgaris famæ præloquium. in qua conſtitutione cauetur officialiũ crimen corruptelæ eſſe probandum per duos, aut tres teſtes electa, & ſic legitimæ conditionis, vt teſtatur idem Gramma. in d. conſ. 35. nu. 37.

15 Quod velim intelligas, † vt ad obtinendũ in cauſa neceſſe ſit illam teſtium qualitatem omnino pbare, & articulare alioquin agens cauſa cadet. Nã vbicunque ad probationem alicuius caſus requiruntur teſtes optimæ opinionis, vt in caſu noſtro diſponitur, huiuſmodi teſtium conditio articulanda, & probanda eſt, hæc eſt elegans doctrina Ang. in l. vel negare ſub nu. 4. verſ. & not. eſt diligenter. ff. quemadmodum teſtamen. aper. vbi inquit, quod quoties optima fama teſtium, ſeu opinio eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quæ alias plena nõ eſſet, tunc de plena, & optima opinione teſtium prædictorum eſt articulandum, & probandum, & per hoc ibidem infert Angel. quod ſi ſtatutum Bononien. diſponat, vt ad probationẽ mortis alicuius, qui extra territorium dicatur deceſſiſſe, interueniat probatio per teſtes optimæ opinionis deponentes de fama, quod non erit probata mors, niſi probetur illos deponentes eſſe optimæ opinionis, & famæ; quem referendo ſequitur Alex. in conſ. 62. in cauſa vertente inter Petrum Ioan. de Docijs col. 2. nu. 3. verſ. pro hoc benè facit. volum. 1. & in conſ. 43. viſis & ponderatis his, quæ continentur in proceſſu. col. 5. num. 24. verſ. quinimò ſecundum Angel. vol. 4. Marſ. itidem in conſ. 69. proximis ſuperioribus diebus. numerò 3. verſic. nam quando in ſtatuto. Cæpol. quoque in conſ. 57. Franc. de Biſſarijs ſub num. 7. verſic. poſtremo dico.

16 Ex his, quæ tradidimus † illud fit, quòd aduerſus officialem nõ ſufficeret probatio priuilegiata, vt eſt illa quæ fit per iuramentum, cum requiratur legitima pbatio: teſte Io. Andr. in c. pia. de except. in 6 p glo. ibi, in verb. apertiſſimis documentis, & apertè id docuit gl. in l. cum de indebito. in verb. legitimis. ff. de pbat. quam ad id cenſet ſingularem Alexand. in conſ. 119. quæritur ergo. alias incipit, titulus quæſtionis. colu. 3. num. 9. verſ. & notandum eſt verbum legitimè. vol. 2. Iaſ. etiam in l. ſi quando. col. 2. nu. 9. C. vnde vi. ſic placuit Ang. in l. 1. nu. 2. C. vbi de ratio. agi opor. Marſ. in rub. C. de probatio. num. 130. cum multis adductis in hanc ſententiam ab eodem Parid. in d. tract. de ſindi. in verb. teſtis, cap. 2. incip. fui ſemel interrogatus ſub nu. 3. verſ. quid ergo dicendum, & à Gram. in d. conſ. 35. nu. 40. verſ. quod corroborando dico.

17 Illud limitabis, † data ipſius officialis compulſione, vel violentia aliqua probata, poſſet probari quantitas rerum, quas officialis per concuſſionem receperit per iuramentum paſſi concuſſionem, per ea q̃ not. in l. ſi quando. C. vnde vi. & in c. vlt. quod met. cau. & ibi ab Innoc. vt voluit Paris in d. tract. ſind. in verb. pbatio. c. 2. incipien. contra officiales in principio.

18 Secundò infertur, † vt nec per vnum teſtem poſſet quidpiam aduerſus officialem probari; cum hæc non poſſit dici probatio legitima: ſic tradidit Bald. in c. 1. §. 1. in princ. controuer. inueſt. & in c. 1. §. ſacramentum. col. 1. de conſuet. rect. feu. & in c. 1. §. ſi vaſſallus. ſi de feu. defun. conten. ſit. & in c. 1. §. item ſi vaſſallus ſi de inueſt. feu. contro. fuer.

19 Quę tibi limitanda ſunt, † vt non procedant, quãdo officialis, dum ſtaret in ſindicatu, aufugiſſet: nã tunc credendum eſſet aſſerenti cum iuramento ſe aliquid dediſſe officiali, ſecus autem ſi non aufugiſſet: q̃a tũc contra eum probandum eſt teſtibus omni exceptione maiorib. vt ſup. probauimus: & ita intelligendam eſſe glo. in §. neceſſitatẽ. ſuper verb. oſtendit in auth. vt iudi. ſine quo. ſuffr. fiant, q̃ volebat teſtib. vel cũ ſacramento contra officialẽ poſſe probari delictum, arbitratus eſt Ang. ibi. in d. §. neceſſitatẽ. alias §. oportet. nu. 5. verſ. in glo. quæ incipit, cui ſe ſubſcripſit Paris de Puteo in d. tract. de ſindic. in verbo probatio cap. 2. incip. contra officiales. in princ. & in verb. fuga

officialis,c.2.incip.an iudex,vel officialis.nu.5.quando officialis,quod placuit,& Io.de Plat.in l.ſi aliquid verſ. ſed quæro,qualiter probetur. C. de ſuſceptor. p̄po.& archar.lib. 10.

20 Tertiò loco infero,†vt etiam ſi veritas aliter haberi nõ poſſet,teſtes in ſubſidium, qui aliàs plures defectus paterentur,admitti nequirent,vt colligitur ex dictis Soci. in conſ. 118. incipiente viſa narrati puncti petitione.col.5.nu.8.verſ.poſtremo. vol.1. quem refert conſulendo,& ſequitur Marſ.in conſ. 102.pauci ſunt dies.nu.12.& Gramm.in d.conſ.35.nu.34.

Secundò loco eadem noſtra principalis concluſio
21 ampliatur,†non ſolum in his,q̃ legib.decreta ſũt,ſed ẽt in arbitrarijs ſemper pro ipſo iudice, non ſolum in definita, ſed etiam in interlocutoria præſumatur; vt teſtis eſt locupletiſſimus Inno.in c.innotuit.de eo,qui fur.ord.ſuſcep.quem ita refert Bal.in auth.ſed,& ſi qs
22 C.de teſtib.omnia.enim à iudice† præſumũtur benefacta, quando quidpiam eius cõmittitur arbitrio debitis circunſtãrijs concurrentib.teſte Bal.in l.edita.in 2.repet. C.de eden. ꝙ Innoc. authoritate cõfirmat in d.c.innotuit. propter quæ credere nõ debemus,quod
23 †iudex malè agat;& ſi malè, qđ minus malè, vt verbis vtar Io.And.in d.c.accepimus de ætat. & qual. vt refert Bal.in d.l.nõ enim.ff.de adopt.etenim officia-
24 lis†eſt tanq̃ iuſtitia animata,& ideo obſcura eius cõmittuntur arbitrio: quia bonus vir vocatᷣ legis auctoritate ſuffultus.ita Bal.in l.cætera. §.mala.ff.famil.er-
25 ciſ.& bonus vir,†& iudex ſunt cõuertibilia, ſicut bonum,& æquũ; ſecundum eundem Bald. ibidẽ. nã ve-
26 riſimile eſt,†ꝙ officiali ſubiecta veritate partium,fiat ꝙ iuris eſt.l.1. vbi Bald. C. vbi pupill. edu.debe.hinc meritò lex officiali commiſit ea, quę nõ poſſunt ſub regulã certa tradi, vt ex cauſa decernat id, ꝙ ſibi videbitur æquum,vt in l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verb. obl.& in l.1.§.expilatores.ff.de effract. & Bal. in c.1. quib.cau.feu.amit.vbi multa de iudicis arbitrio.

27 Tertiò eãdem concluſionẽ amplio,† vt ſi antea officialis benè audiuerit,nec manus occultas habere ſolitus ſit, contra hmõi integræ vitæ virũ non procedatur inquiſitio,ſed potius conuatur.vt me docuit Bald. in l. ea quidem.col.penul.nu.65.verſ.item quæro an infamatus. C. de accuſatio. quem conſulendo ſequutus eſt Rãph.Cuma.in conſ.135. ad primum col.2 quib. accedit Gramma.in d.conſ.35. num.46. eiuſdem fuit ſententiæ clariſſimus Bertazol.in cõſ.91. vt inſtitiam. nu.6.lib.1.& in d.conſ.180. nu.16. eodem lib.1. quibus in locis aſſerit eo magis pro officiali preſumi,quãdo eſt probata probitas & bona fama officialis.

28 Amplianda eſt primũ ampliatio hæc,† vt nec etiã cõtra hunc bonæ famæ officialem ſtandum ſit dicto tertij, qui in hoc fuiſſet mediator in corruptela, lex enim pro bono officiali ſemper bene preſumitur,arg. l.omnis ꝯ. à barbaris. ff.de re milita. quo in loco Arrianus Iuriſcon.reſpondit militem inuẽtum in itinere non præſumendum eſſe deſertorem, ſi bonus miles ante exiſtimatus fuerit, & propè eius affirmationi credi debere vbi Acc.in verb. bonus miles plures cõtex. concordes adducit. eodem pertinet Vlpiani reſponſum in l.3.§. Iulianus ait ff.de lib. exhiben. ſic cũ plurib.aliis reb. in hanc ſententiam deductis concludit idem Paris in d.tract. ſindic.in verb.teſtis.c.2.poſt num.3.verſ. licet Ioannes Monachus aduerſus Ioannem Monachum qui ſecus ſenſit in c.1.de teſtib.in 6.

29 Ampliatur deinde eadem tertia ampliatio, † vt ẽt ſi cõtra inquiſitum officialem eſſet vnũ indiciũ ſufficiens ad torturam,non tñ de eo quæſtio poſſet haberi,ſi is eſſet bonæ famæ;vt Bald.ſentire videtᷣ in l.vlt. col.vlt.nu.8.verſ.adhuc.C.de probat.& Bal. in l.milites. verſ. not. ꝙ non eſt ſumendum. C. de quæſt.ad idem reſpondit Dec.in conſ.189.lætatus ſum col.pe. in fin.ſub nu. 15.verſ. accedit bona fama. & in hanc rem ſexcentos congerit Marſ.in pract.crim.in §.diligenter.nu.196.verſ.& circa hanc materiam.

30 Quartò primaria concluſio ampliatur, † vt adeo pro officiali præſumatur,vt q dixerit ipſum deliquiſſe,id ab eo ſit probandum, & ſi in probatione defecerit puniri debeat; vt docet Bal.in d.auth.nouo iure.in prin.C.de pœn.iud.qui male iudi. & officialis admittatur ad purgationem per ſolum ſuum iuramentum; vt apertè ſanxit Iuſtinia.Impe. in auth. vt litigan.iurent.ꝯ. ſi quis autem ex litigatorib.

Poſtremo eandẽ principalem concluſionem am-
31 plio, † vt non ſolũ in ſecularibus, ſed eo magis in eccleſiaſticis perſonis hæc omnia procedant; quarum facta lex maximè interpretatur in meliorem partẽ; vt videre eſt ex c.abſit.11.q.3.vnde ſi Abbas corrigat Monachum,lex præſumit pro Abbate:nec competit appellatio,niſi excedatur modus in corrigendo,vt c. ad noſtram de appellat.ita tradit Alcia.in tract. præſumptio.reg.3.præſump.15.nu.2.

32 Limitanda modo eſt eadẽ cõcluſio,† & intelligẽda,vt tunc demum pro officiali præſumatur; qñ ipſe ſeruat debitum ordinem in procedendo; ſecus cũ ſtatutam à legibus methodũ omittit, pro eo enim tunc non eſt præſumẽdum: ita doctè, & ſubtiliter tradidit Cyn.in l.ſancimus. C.de iud.quo in loco Bald.col.3. nu.19.verſ.13.quærit.Cyni dictũ in hoc eſſe notabile aſſerit.quibus aſſentitᷣ Paris de Puteo in d.tract.de ſindi.in verb.appellatio.c.4.incip.ſubijcio pulchrã quæſtionem.ſub nu.4.verſ.præterea cum à themate,& in verb.iudex ca.1.incip.an ſi iudex mandat. ſub nu.22. verſ.pro iudice præſumitᷣ. Hinc dicebat Luc.de Pen. in l.ſi coloni.C.de agri. & cenſit.lib.11.de malo iudi
33 ce† malè eſſe præſumendũ, arg.l. ſi per impreſſionẽ C.ꝙ met.cau.vnde Spe.in tit. de iudic.deleg. in §.excipi poteſt nu.18.verſ. item quod nõ eſt in eo.aiebat,
34 officialis † nomen eum non mereri, in quo non eſſet iuſtitia: vt inquit ẽt Iſidorus in c.forus. in §.in omni. de verborum ſignificatio. & idem in c.1.23. quæſt.2. iuxta illud carmen, ſi re priueris,nec nomen habere mereris,arg.c.cor.epiſcopi in fi.diſtinct.58. & c. quæ ipſis 38.diſtin.& in §.diſcipuli.in fine in prohæm.Digeſtorum.

Limitatᷣ ſecundo ſuperior concluſio,præcipue vero prima ampliatio ad eandem principalem conclu-
35 ſionẽ,vt tũc pro officiali præſumatᷣ, † & cõtra ipſum debeant eſſe euidentes, & legitimæ probationes, qñ agitur ad illius condemnationem.ꝙ quidem huic ca ſui commune eſt cum omnibus criminibus, vt requirantᷣ claræ probationes: ſed quo ad ſubijciendũ illũ tormentis, indicia concludentia in ſubſidium plenè probationis ſufficient; præſertim ſi ſolitus eſſet alias delinquere,nec bene audiret: vt videre eſt ex toto tit. ff.de quæſt. & in relato noſtro officialis caſu ſequuntur iuris Pontificij interpretes; prẽſertim vero Philip. Fr.in c.1.de teſtib.in 6.

36 Tertiò limito,† vt locum ſibi non vendicet,qñ officialis non eſſet integræ famæ,& malè audiret, tũc cõtra ipſum vigeret præſumptio præcedẽtis mali; vt in l.ſi cui.§.ijſdẽ.ff.de accuſat.& in l.3.§. ſi autem.ff. de ſuſpect.tut.hæc enim præſumptio illũ aggrauaret ex l.3.§.ſi eũ.ff.de lib.homi.exhib.& ex l.nõ eſt veriſimile.ff.ꝙ met. cau & in propoſito noſtro dixit idem Paris in codẽ trac.in verb.teſtis.c.2.incip.ſubſemel in terrogatus. ſub nu.5. verſ. aut ipſe officialis. Hinc fit,
37 † ꝙ ſi officialis ſemel aliquid iniuſtè fecerit, præſumatur quod velit factum ſuum tueri quacunque via poterit; iuxta ſententiam Inno.in c. 2. de arb. & in c.
38 diuerſis. de cler. coniug. Idem erit, † ſi fecit aliquid contemplatione potentioris, vel aliter ad ſe non pertinens.tunc enim,ſemper fit præſumptio contra eum, c.benè quidem.in fin.96.diſt.vt docet Alc. in d.tract. præſumpt.reg.3.præſum.15.nu.6.in fi.

39 Quartò eadem concluſio limitatur, † vt nõ habeat locum in officialibus,qui emunt officia;præſumuntur enim

enim tic omnia mala agere; eo quòd lex præſumat,
quod grauent rempublicam, vt in d. auth. vt iud. ſine
quo. ſuff. §. cogitandum. iuxt. ſententiam Ang. in l.
40 vlt. C. de ambi. Sanxit enim Princeps officia † gratis
debere conf. rri, quæ ſi emuntur. emens omnia mala
cogitabit propter auaritiã, quæ in animis officialium
41 inhærens eſt radix † omnium malorũ, vt habemus ex
d. §. cogitandum, vnde optimè dicebat Bart. in l. pro-
curatores. C. de mnrileg. lib 11. ꝙ qui dat pecuniam,
42 vt habeat officiũ, † præſuminit habere animum in-
debitè lucrandi, & malefaciẽdi, & datur materia iu-
dicibus obtinentibus officia per pecuniã furandi im-
punè. Hinc Ang. in d. §. cogitandum. vehemẽter in-
43 uehitur contra officiales, † vt ipſe ait, baratarios, qui
vendunt iuſtitiã, & innocentes auare puniunt, & no-
centes abſoluunt, quando emerunt officia. debent
enim procurare puris vti manibus, & ab omni abſti-
nere mercede, quemadmodum dixit Imp. in d. §. co-
girandũ. Officiales etiam ementes officia grauiſſimè
reprehendit Paris de Put. in d. tract. de ſindic. in verb.
officialis. c. 9. incip. & primo videndum eſt. per tot. &
in verb. officium. cap. 1. incip. officiales non debent.
per tot.

44 Quintò limitabis, † quoad prouidẽdũ circa nego-
tia de futuro; quia lex præſumit contra officiales, vt
poſſit prouideri, ne delinquãt; hoc pacto intelligitur
cõtex. in auth. vt omn. obed. iudi. §. nec latet nos. vbi
præſumuntur officiales magis deferre potẽtibus, quã
iuſtitiam petentib. & ita etiam procedit text. in l. ex
aula. C. de priuileg. cor qui in ſac. pala. & in l. 1. C. de
numera. lib. 12. vbi lex præſumit rapacitatem, & fur-
tum contra numeratios, & l. neminem. C. de ſuſcep.
lib. 10. vbi ſuſceptores præſumuntur vexare prouin-
cias. & tex. in §. ad excludendas in auth. de litigio. &
in auth. de execut. in prin. vbi præſumuntur executo-
res fraudulenti. ita Alc. vbi ſup. nu. 3.

45 Sextò poteris limitare, † qñ aliquid factum eſt cõ-
tra naturam officij: nam tunc præſumitur aduerſus
officialẽ. Iccircò ſi reperiaẽ aliquis in carcerib. mor-
tuus, lex præſumit culpam cuſtodis, niſi probet eum
caſu perijſſe, vt l. vlt. C. de cuſto. reor. eodem etiã mo-
do, ſi carceratus euadat, lex præſumit contra eũdem
cuſtodem, vt ibi probatur; & tradit Bat. in l. ſi quis ex
argẽtarijs. §. vlt. ff. de eden. nec præſumitur, quod fer-
rum, venenum, & ſimilia poſſint in carcerẽ deferri
ſine culpa, & negligentia cuſtodis, l. carceri. in fi. ff. de
cuſto. reor. & propterea in iſtis caſibus tenetur cuſtos
ipſi parti etiam ad intereſſe, vt conſuluit Aret. in cõſ.
38. cõſulitiſſimè domine. per totum. cum multis alijs
ad hanc limitationem adductis ab eodem Ale. in d.
præſumpt. 15. reg. . nu. 4. & 5.

46 Septimò velim concluſionẽ intelligas, † vt non ſo-
lum in Iudicibus, ſed etiã in Præſidibus, Rectoribus,
Poteſtaribus, & officialibus terrarũ ea omnia, quæ
hucuſq; de officialib. diximus, & à iure ſancita ſunt,
adaptentur. & vera ſint: cum & ipſi officiales, & Iudi-
ces propriè dicãtur, Accurſ. auctoritate in rub. vt iud.
ſine quoquo ſuffrag. fiant. quam ſequitur idem Paris
in eo. tract. in tit. de offic. ſindic. & qui ſint ſiudica. c.
1 ſub nu. 11. verſ. ea enim.

CONCLVSIO MCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Quanta ſit habenda fides officialibus publi-
cis in ſpectantibus ad munus ſuum.

SVMMARIVM.

1 *Officiali credendum eſt in bis, quæ pertinent ad officium ſuum; ſecus in non ſpectantibus ad illud.*
2 *Officiali quare credatur in bis, quę ad ſuum ſpectãt munus, iudici non item.*
3 *Officiali referenti ſe citaſſe mandato iudicis non creditur.*
4 *Officiali referenti de contumacia citati, veluti, ſi citatus dixerit, nolo venire, nõ creditur. Cont. nu. 5. Concil. nu. 7.*
6 *Conſequens quando eſt maius antecedente, non videtur conceditur, cui permittitur antecedens, quod eſt minus.*
8 *Officiali dicenti ſe Titium citaſſe perſonaliter, credendũ eſt etiã ſi Titius iureiurãdo neget, ſe citatũ fuiſſe. & nu. 9.*
10 *Officiali non creditur quo ad boc, vt victus non poſſit appellare tanquam contumax.*
11 *Officiali non creditur in graue prẹiudicium alterius.*
12 *Officiali creditur aſſerenti ſibi aliquid commiſſum irrationabile a ſuperiore in graue prẹiudicium alterius, cũ ſuperior eſt in loco, in quo officialis aſſerit ſibi illud fuiſſe commiſſum: ſecus ſi fuerit abſens, quia tunc ad id requiretur ſcriptura.*
13 *Officialium plurium aſſertioni credendum eſſe in prẹiudicialibus.*

1 Officiali credendũ eſſet † in his, quæ perti-
nent ad eius officium: ſecus verò
* in non ſpectantibus ad munus ſuũ omnes * tradidere
* Scribentes in c. cum parati. de appellatio. idq; * com-
muniter ab omnibus eſſe receptũ, dixit Iaſ. in l. pro-
perandũ. §. & ſi quidẽ. col. 2. nu. 8. C. de iudic. & hanc
* eſſe * veriorem opinionẽ aſſeuerauit Lanfr. de Orian.
* in repet. c. quoniã contra. nu. 22. de probat. & ita * cõ-
muniter ſeruari ibid. teſtatur Inol. col. 3. nu. 17. verſ.
in glo. citationes. eiuſdem fuit ſententiæ Cyn. in l. ea
quidem. in penul. quæſt. ver. iuxta præmiſſa quæritur.
C. de accuſatio. & idẽ voluit Clar. in pract. crimin. §.
fi. quæſt. 7. verſ. habes igitur. ibi, bene verum eſt, atque
* * communem opinionem dixit Gemin. in c. venera-
bilibus in §. porro. nu. 5. de ſent. excom. in ſexto, nos
etiam id pluribus comprobauimus ſupra in concluſ.
1115. incip. nuncio credendum. vol. 2. quã quidẽ cõ-
cluſionẽ, licet ibid. latè examinauerimus; tñ quoniã
animaduertimus, poſteà quam illa fuit typis tradita,
plura adhuc nobis in hãc rẽ dicẽda ſupereſſe, propte-
reà hunc in locũ ea enucleanda, & ſuperiori cõclu-
ſioni addenda ſatis, vt arbitror, opportunè reiecimus.
Sed quæret à nobis quiſpiã, quæ ſit diſcriminis ra-
2 tio, † ꝙ ſcilicet huiuſmodi officiali credaẽ in his. quæ
ad ſuum ſpectant munus, iudici non itẽ; huic enim
aliquid aſſerenti nulla fides adhibetur, niſi quatenus
conſtat ex actis, vt patet ex d. c. quoniam contra. de
probatio. arg. etiam c. cum à nobis. de teſtibus.
An quia officiali nuncio ex eo creditur, ꝙ iurauit
exercere officiũ ſuum, & deponit de his, quæ attinẽt
ad illud; iudici vero fides non habetur, ſi velit dicere,
quòd citauit aliquẽ, vel quod lis fuerit cõteſtata co-
ram ſe, & ſic de cęteris; quia iſtud non eſt eius officiũ,
ſed ad illud ptinet admittere acta, & ſententiã dicere
ita cẽſuit idem Lanfr. de Oria. in d. repet. c. quoniam
contra. nu. 21. verſ. in gl. fi. de probatio. An vero, quia
iudex nõ debet duplici officio fungi, hoc eſt, iudicis,
& teſtis. arg. l. quiſquis. C. de poſtul. nũcius autem eſt
tantum teſtis actus ſibi cõmiſſi. ſic Cyn in l. ne in ar-
bitris. circa finẽ. C. de arbi. & placuit Bal. in d. c. quo-
niã contra. nu. 45. verſ. ſed quare non creditur iudici:
quem ſequitur Iaſ. in d. l. properandum. §. & ſi quidẽ.
col. 2. in fi. nu. 8. verſ quare autem. C. de iudi.
3 Et adeo vera eſt cõcluſio noſtra, † vt officiali refe-
renti, ſe citaſſe mãdato iudicis, nõ credatur. nõ enim
illius officiũ ad hoc electum eſt, vt dicat iudicẽ cõ-
miſiſſe. ſic docuit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de
cita. §. ſequitur videre. in addit. incip. Hoſt. in ſumma
rub. in fi. & in add. ſuper verb. computetur. quo in lo-
co notarios ignorantiæ inſimulat, qui dum ſcribunt
relationem citationis officialis, dicunt, retulit t
nuncius, ſe de mandato iudicis citaſſe eadem, & c
ipſius officium non ſit circa mandatũ, ſed circa e
cutionem mandati. eiuſdem fuit ſententiæ Fel. in c. 1.
col. 5. in quarta cõcl. nu. 13. vbi refert Bal. idem velle

in l. his

Digitized by Google

in l.his ſolis.C.de reuocan.don. eundem Io. And.ſe-
quitur Imo.in d.c.cũ parati.n.8.de appellatio.in hoc
tamen ea cõſulas, quæ nos latius ſupra tradidimus in
concluſ.294.incip.citatio,ſi in dubio.per tot. vol. 1.
4 Eandem ſecundo amplia,†vt eidẽ officiali referẽ-
ti de contumacia citati.veluti,ſi citatus dixerit,nolo
venire,quo caſu cenſetur verus contumax, non cre-
datur vt teſtatur Imo.in d.c.cum parati. nu.9.verſ.an
autem vbi Io. Andr. eodem in loco nuper à nobis re-
lato idem ſentire tradit. & in addit. ad Spec. in tit. de
contum.§.1.in additio. magna. idem Imo.in clem.ſi
ante col.8.nu.22.ver.in quarto,& vltimo caſu.de do-
lo,& contum.plures idem ſentientes refert Iaſ.in d.l.
properandum.§.& ſi quidem nu.9.verſ.pulchrum,&
quotidianum. C. de iud. ad idem plurima congerit
Gab.in ſuis concluſ.in tit.de citatio. concluſ.quarta.
lib. 2. quem omnino videas.
5 Totus ab his diuerſus fuit† Bar.poſt Accurſ. in l.ex
cõſenſu.§.vlt.ff.de appellat.& in l.vlt.ff. de in integ.
reſtit. & clarius idem Bart. in l. tres denunciationes.
circa finem.C.quomo.& quan. iud.quorum opinio-
nem illud confirmat: nam ſi commiſſum eſt nuncio
officium citandi,& ei creditur,videntur etiam ea cõ-
miſſa,quæ conſequuntur citationem, & proindè re-
ſponſio citati,arg.c.præthereà.de off. deleg. & l.2.ff.de
iuriſdic. omnium iudicum, hoc idem elicit Abb.ex
d.c.cum parati. nu. 4. in quarto notab. vbi tamen in
hac cõtrouerſia diſtinguit ſub nu.12.ver.in 3.mẽbro.
Quod verò ad illud, quod adducunt ꝓ ſe cõtrariã
opinionem tuentes,nempè officiali credi non ſolum
ſuper nuda citatione,ſed & ſuper his, quæ ſũt vicina,
& proxima citationi,velim animaduertas: nam cum
illa vera contumacia ſit,& ideo ſit quid grauius, quã
ſimplex citatio, propterea quãdo cõſequens eſt ma-
6 ius†non videtur cõcedi ei,cui permittitur antecedẽs,
ꝙ eſt minus;ita apertè docet Bar.in d.l.2.§.1. ſicq; li-
mitat Rom.in l.illud.nu.6.ff.de acquir.hæred.motus
auctoritate contex.admodum inſignis in l. pen. §.il-
lo.C.de neceſſ.ſer.hære.inſti.quos refert Iaſ.vbi ſupra
Præthereà aliter reſponderi poteſt:non enim verũ eſt,
quod reſponſio citati videatur citationi annexa,& ꝑ
conſequens ratione connexitatis debeat credi ipſi
officiali,qa certũ eſt, citationẽ ex omni ſuo gradu ꝑ-
fectam eſſe citato tacente,& ideo ad concludendam
manifeſtã cõtumaciã,oportebit aliter probari, & ad
quã probationẽ faciendã debebit citatus vocari, c. in
nomine Domini.de teſtibus ita reſpondit. Imo.in d.
clem.ſi ante.nu.22.de dol.& cõtum. Ego tñ id omne
7 iudicis arbitrio†relinquendũ eſſe vna cũ prudentiſſi-
mo Menoch.cenſuerim,ita ſtatuenti in tract. de arb.
iud.lib.2.cent.2.caſ.112.nu.19. in fi. qui iudex conſi-
derata qualitate, ac negotij leuitate, vel grauitate,
ſtatuat aliqñ officiali credendũ eſſe, quandoq; non.
8 Inſuper†tãta fides officialis eſt penes iudices, vt ei
credatur,ſi dicat ſe Titium citaſſe, vt dicunt noſtri ꝑ-
ſonaliter, & ſi Titius iureiurando neget ſe citatum;
vt ſenſit gl.in d.c.cum parati.cui adhæret Cyn. in l.ſi
quis decurio.C.de falſ.quãquam nonnullis ea potior
viſa eſt ſentẽtia,vt facti qualitate inſpecta, id omne
iudicis arbitrio ſit committendum ſic viſum eſt Io.
Andr. & Hoſt.in d. c.cum parati vbi Abb.ſub nu.12.
• id communiter à noſtris eſſe receptum ait. idem tra-
dit Bal.in d.c.quoniam contra.nu.45.verſ. quæro,an
relationi nuncij,de probatio.vbi quærens, an nuncij
relationi ſit credendum? reſpondet, ei habendã eſſe
fidem,ſi citatus non neget; ſi vero neget id arbitrio
iudicis eſſe relinquendũ; quemadmodum & in alio
• caſu ipſemet Abb.vbi ſupra,dicit cõem cũ officialis
nuncius negat ſe remiſiſſe,& notarius ſcripſit; vt hoc
eidẽ iudici ſit arbitrariũ, & ſi in hoc poſteriori caſu
Lanfr.in d.c. quoniam contra nu. 23. verſ.ſi tñ eſſet
cõtentio.de probatio.maluerit, notario tanquã per-
ſonæ digniori maiorem fidem adhibendam eſſe.

9 Sed à priori opinione ſtat † Arch.in c.propoſuiſti.
82.diſt.nu.5.de quo meminit Zabarel. in conſ.10.in-
cip.Iacob.executor circa fi.verſ.de nuncio. Sal. in d.
l.tres de nũciationes.C.quomo.& quan. iud. & Ang.
in §.quadrupli inſti.de actio.& in tractat. malefic.in
verb.Petro publico nuncio. quib. ego quoq; me ſub-
ſcribo vna cum Iaſ.in d. §. & ſi quidem.nu. 10. verſ.
quid autẽ,& clariſſimo Menoch.in d.caſ.112.nu.11.
10 Concluſionem ipſam limitabis, †vt euſq; nũcio
officiali credatur,vt poſſit ad definitiuam ſentẽtiam
procedi; quo autẽ ad hoc, vt victus non poſſit appel-
lare tanquã contumax,tunc ipſi officiali fides nõ ha-
betur:ita limitat inſigniter Io.And.in d. c. cum para-
ti.de appell.quem referendo ſequitur idem Lanfr.de
Oria.in repetitio.d.c.quoniam contra.nu.23.verſi.eſt
tamen limitandum.de prob.
11 Secundò concluſionem limitabis, † vt officiali nõ
credatur in graue præiudicium alterius: ita nos limi-
tauimus in d.concluſ.1115.nu. 9. ex mẽte plurimorum
quos ibi videre poteris,poſt Gabr.in d.concl. 4.nu. 6.
de cita.
12 Veruntamen iſtud ſublimitandũ eſt, † quandò ſu-
perior eſſet in loco, in quo officialis aſſerit ſibi aliqd
ab eo commiſſum irrationabile, ſeu ſic ordinatum,
vt faceret;tunc enim cum is, contra quẽ officialis ita
decernit,poſſit ſine vllo negotio adire ſuperiorem,&
videre;an ita res ſe ſe habeat, credendũ erit officiali;
ſecus,ſi Princeps, ſeu ſuperior eſſet abſẽs à loco. quia
tunc non ſtaretur eius dicto, ſed requiritur ſcriptura:
vt voluit Spec.in tit.de probatio. in §.videndũ reſtat.
nu.3.in fi.verſ.quid de auditorib. palatij, de cuius di-
cto plurimum gloriatur Rom.in l.ſciendum. col. 12.
in fi.ſub nu.50.verſ.aut ſit citatio. ff.de verb.obl.& in
conſ.59.ad diſcutiendum veritatem.col.3.nu.6.verſ.
5.videndum eſt, cum quo ſenſit Abb. in c. prætereà.
col.2.ſub nu.5.de dilatio. poſt Ant. ibid. quam limi-
tationem notatu dignam eſſe, quia pulchra eſt dixit
Iaſ.in l.ex quacunq; col.2.nu. 4.verſ.limita non præ-
dicta.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. vbi nu. 5.eandem
confirmat.& ita reſpondit Thom. Grammat. in cõſ.
54.in cauſa ſindicatus.col.vltim.nu.17. & in deciſio.
36.incip.Solon,ex ſeptem ſapientibus.colum.6.in fi.
num. 26. & 27. poſt verſ. quo vero ad quintum vbi
in facti contingentia id ſe obtinuiſſe in d.conſ. 54.te-
ſtatur.
13 Tertiò intelligenda eſt concluſio: † nã licet inter-
dum dubitetur,an vni officiali credendũ ſit in præiu-
dicialib.in eo,quod dicit,niſi quantũ cõſtet ex actis;
attamen ſi eſſent plures officiales ita dicentes, tũc in
hoc non eſſet ambigendum, ſed eorũ aſſertioni cre-
dendum,vt in c.ſtatuẽdum.2.q.6. quod placuit Spec.
in tit.de ſent.& de his,quæ ipſam ſequun. §.iuxt. ſub
nu.17.verſ.ſed pone.quem referendo ſequitur Gram.
in d.deciſ.36.nu.28.

CONCLVSIO MCXXXIX.

ARGVMENTVM.

An, & quando præſumendum ſit officialem fiſci in dubio quicquid habet quæſiuiſſe ex bonis ipſius fiſci, an ex bonis ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis fiſci in dubio quicquid habet, præſumitur quæſiuiſſe ex bonis ipſius fiſci. Contrarium, nu. 2. Ratio contrarij, nu. 3.*

4 *Officialis fiſci induſtrius, & diligẽs in dubio quicquid habet præſumitur quæſiuiſſe ex bonis ſuis, præſertim ſi officium fuerit paruæ adminiſtrationis; alias ſecus eſt.*

5 Officia-

5 *Officialis fiſci in dubio quicquid habet præſumitur quæſiuiſſe ex bonis officij ante redditā rationem adminiſtrationis ſuæ; ſecus poſt redditam rationem.*

6 *Officialis fiſci poteſt torqueri, ſi in reddendis rationibus aliqua furti ſuboriantur indicia.*

7 *Officiales conſocij ipſius fiſci atteſtantes ſe vidiſſe ſuum ſocium ſurripientem pecuniam è fiſco, non ſolum indiciū faciunt veriſimile ad cauſam ſceleris, ſed etiam probationem. Quod declara, vt nu. 8.*

9 *Officialis fiſci probatio admittitur aduerſus eam iuris præſumptionem, nimpè, quicquid habet, id omne eum quæſiuiſſe ex bonis ipſius fiſci, quod, ſcilicet, emerit ea bona ex pecunia propria.*

10 *Probatio tollit præſumptionem; & hæc cedit veræ probationi.*

11 *Contrahens palam bona fide, qui verò clàm mala fide præſumitur contrahere.*

1 Officialis fiſci † in dubio quicquid habet, præſumitur queſiuiſſe ex bonis ipſius fiſci: ſic docuit Accurſ. in l. defenſionis facultas. in gl. vlt. in fi. C. de iure fiſc. lib. 10. eādem videtur ſequi Bal. in l. etiam ſi vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. idem Bal. in l. 1. col. 2. ſub nu. 7. verſ. item vt officialis. C. de hæred. & actio. vendi. & in authen. licentiam. num. 4. verſic. iuxta prædicta not. C. de epiſc. & cler. vbi ait id eſſe ſpeciale in his, qui gerunt adminiſtrationem fiſci. In huiuſmodi enim præſumitur extorſio, vt l. 1. C. de ſalga. hoſpi. non præben. præter ea, quę in hanc deduximus inf. im. ſup. in cōcl. ibid. incip. Bācherium. per tot. vol. 1. plura etiam de hoc reperies apud Pari. de Put. in tract. de ſind. in verb. officialis. c. 1. ſub nu. 10. verſ. ratione officij. cum plurib. ſeq.

2 Ab his tamen † acriter reclamat Bar. in d. l. defenſionis facultas. num. 12. motus ex l. ſi defunctus. C. de arbit. tut. & l. 3. §. multa. ff. de iur. fiſci. cui accedit Guliel. de Cun. in auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. quem referendo ſequitur Bal. in l. principalib. in fi. ff. ſi cert.
3 pet. ea nimirum ratione permotus † ne ipſum ſubtraxiſſe ea præſumamus; quod non eſt dicēdum, d. auth. licentiam. & per d. l. principalibus. tum quia in dubio non debeamus præſumere delictum. l. merito. ff. pro ſoc. & hāc eſſe communem Doct. opinionem refert Dec. in cōſ. 6. n. 2. vnde dicebat Bal. in c. 1. in vlt. verb. de cler. qui inueſt. fac. illam gl. à multis damnari, nec ſeruari de conſuetudine. quē refert Bertr. in conſ. 115. nu. 8. vol. 2. in 2. par. vbi etiam poſt nu. 31. dicit illam gl. à Doctorib. reprehendi. eundē Bal. refert idē Bertr. in conſ. 151. nu. 6. lib. 6. ſubiungens ſecundum cōmunem opinionem ipſammet gl. reprehendi. Hinc Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 68. verſ. officialis. in fi. dicebat, tenendum eſſe; quod imò officialis præſumatur in dubio licitè acquiſiuiſſe, nec aliquid habere de bonis fiſci, niſi id liquidò probetur.

Horum tamen inter ſe diſſidentium virorum conciliatio ex his, quæ infra ſubijciemus, clarè conſtabit.

4 Primò itaq. concluſionem declarabis, † vt non habeat locum quādo officialis eſſet homo diligens, induſtrius, & diues, tunc enim præſumitur, ꝙ ex operib. induſtria, & bonis ſuis quæſiuerit, maximè ſi officium fuerit paruæ adminiſtrationis: ſecus antē ſi eſſet pauper, & negligens, & opulenta geſſerit officia, & diuturno tempore: nā tū contēplatione officij, quæſiuiſſe cenſetur ita contrarias inter ſe has opiniones conciliat Afflict. in c. 1. §. ſi verò caſtaldi. nu. 1. de feu. guar. & caſtal. in vſib. feu. inquiens, ſimilē fieri diſtinctionē in filio, vt ſi pater ſit pauper, & ipſe induſtrius præſumatur quęſiuiſſe ex aduentitia cauſa: ſi verò pater ſit diues, & filius negligēs præſumatur ex bonis patris acquiſiuiſſe; vt not. in l. cum oportet in prin. vbi gl. C. de bon. quæ lib. vt & nos diximus ſupra in concl. 803. in verb. filius. vol. 2. ita etiam diſtinguitur in clerico, vt notant Scrib. in c. inueſtigandum. de pecul. cleric. de quo videndus erit. Cyn. in d. auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. Luc. de Pen. in d. l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. 10. & ea, quæ obſeruauere Doct. in c. cum in officijs. de teſti. & quæ ſcripſit Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verbor. obl. & in l. poſt mortem. ff. quand. ex fact. tuto.

5 Secūdo loco ipſam velim intelligas, † vt procedat antequā officialis reddat rationem adminiſtrationis ſuæ: ſecus verò poſt redditam rationem; ſic declarauit gl. illam, & conciliauit diſſidentes inter ſe ſcribentes Gul. de Cun. in d. auth. licentiā quē poſteà ſequutus eſt Bal. in c. 1. de conten. int. dom. & fideiuſ. in vſibus feud. ꝙ notatu dignū retulit Fran. Lucan. in tract. de fiſco, & eius priuileg. in prima part. prin. nu. 30. ſimile huic eſt, ꝙ animaduertit Io. ab Imol. in c. inueſtigandum. col. vlt. nu. 15. in fine de pecul. cleric. vbi Petro Anch. id in huiuſmodi themate in praxi cōtigiſſe refert: nam quidam adminiſtrauerat negotia cuiuſdam maximi Domini, demum venit ad vrbem cum centū millibus ducatorū an tunc præſumendū, ꝙ ea fuerint quæſita ex bonis Domini, & ex adminiſtratione, an verò ex induſtria? Vnde ait Petrum dixiſſe, ꝙ potuiſſet eſſe induſtria in baratarijs extorquendo ab iſto, & ab illo ſuffultus fauore Domini nec declarat aliter, quid ſit præſumēdū hoc in caſu. Ipſe verò Imo. ibi dicit, ꝙ ante redditā rationē adminiſtrationis præſumitur de bonis Domini quæſiuiſſe: ſecus poſt redditam rationē. hanc eandem diſtinctionē ſequitur, & comprobat Barb. in tract. de præſtan. cardi. in 3. quæſtio. primæ par. nu. 22. verſ. poteſt et proindè Bald. in d. l. 1. ſub d. nu. 7. C. de hæred. & act. ven. dicere ſolebat, tyrannos hodie optimè d. gl. ſeruare; quia rarò, vel nunquam officialis eorum recedit ab eis cum pecunia.

Contrariam verò concluſ. opinionē, quam Bal. in l. quiſquis. in fi. C. ſi cert. pet. probabiliorem, & veriorem dicit, ſi intelliges, vt vera ſit, niſi coniecturæ aliæ in contrarium appareant, quæ omnia notatu digna, quia vtilia, idem dixit Bald. eod. in loco, modo relato. quibus omnibus ea adiungere poteris, quæ in d. cōcl. ipſi ſcripſimus.

6 Hæc amplabis, † vt ſi contra hunc officialem fiſci in reddendis rationibus aliqua furti ſuborirentur indicia poſſit ob id quæſtionib. ſubijci, & torqueri prius tū tortis teſtibus, ſi eſſent perſonæ viles, vel nō tortis, ſi eſſent perſonæ nobiles; arg. eorū, quæ not. in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars debe. lib. 10. ſic docuit Bal. in l. cum oportet. nu. 13. in fi. C. de bon. quæ lib.

Tertiò inſuper eo magis concluſio noſtra locū ſibi
7 vendicaret, † qn̄ conſocij officiales ipſius fiſci atteſtarentur, ſe vidiſſe ſuum ſocium ſurripientē pecuniam è fiſco: nam tunc licet non ſint ad hoc electi, vt denūcient, tū ex eo, quod ſunt conſocij, & deponūt de viſu, & præſentia, non ſolū indicium facerēt veriſimile ad cauſam ſceleris, ſed etiam probationem; præſertim cum probabile ſit (ſecundum conditionem perſonarum) eos verum dixiſſe. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. ita in propoſita officialis fiſci materia reſpondit Cæp. in conſ. 39. incip. Lucius ciuis. nu. 38. & plur. ſeq. vbi hoc, tum authoritatibus, tum etiā rationibus comprobat aduerſus Cyn. in l. ea quidē. in pen. q. verſ. iuxta præmiſſa quæritur. C. de accuſ.

8 Quod poſtremum ſic accipiēdū eſt, † vt verum ſit, qn̄ hi officiales conſocij iuraſſent, ſe denunciaſſe, verum, vel etiā quando in principio officij iureiurando fuiſſent obteſtati detegere, vel denunciare, ſi quid reperirent factū eſſe, vel fieri in detrimentum fiſci, verū ſi non iuraſſent aliquo modo, & eſſent ſimplices denunciatores, tunc iudicantis arbitrio relinquendum eſſet, an deberet eis eā adſcribere fidē, quæ ſufficeret ad denūciatū quæſtionib. ſubijciendū, inſpecta prius, & denūciantiū, & denūciati qualitate, vt l. 3. §. eiuſdē quoq: principis. ff. de teſtib. & ita docuit Bart. in l. vlt. num. 5. verſ. veniamus ad indicia. ff. de quæſtio. vbi commu-

communem hanc eſſe Doct.ſententiam dicit. ad idē plurimos adducit Menoch.in tract.de arbit. iud. lib. 2.cēt.3.caſ.270.per tot. quo in loco doctiſſimè diſſe. rit, quod & in propoſito noſtro tradidit idem Cæp. in d.conſ.30. num. 41. in fi.verſ.ſed poſſet quis dubitare.

9 Quartò concluſionē declarabis,†vt tamen contra hanc iuris præſumptionē admittatur vera probatio ipſius officialis;quod ſcilicet,emerit ea bona ex pecunia propria: nam licet contra ipſos officiales præſumatur, quod ſæpè malignando multa auferant.c.1. §.hoc ita de conten. inter domi. & vaſa. nec etiā huiuſmodi probatio cōtra dictam præſumptionem videatur admittēda ex tex. dicti cap.1.§.ſi verò caſtaldi. de feud. guar. & caſtal. qui vult, quod in duobus caſibus res acquiſitæ per caſtaldum ſint ſuæ, primò ſi illas acquiſiuerit antequam eſſet caſtaldus; deindè ſi eas ſibi comparauerit,poſtquam deſijt eſſe caſtaldus, arg.d.auth.licentiam. cum concedendo in his duob. caſibus tantum,videatur in alijs prohibere.l. cū prætor.ff.de iud.l.maritus.C.de procura.tum ēt, quia qñ ſtatutum fundatur in præſumptione,non eſt neceſſaria alia probatio.l.vlt.in fin.C.ad Macedon. & l. vlt. C.de pign.iuxta ſententiā Bal.in d.c. 1. §. & pro mercede.de feu.guar.tamen his non obſtantibus, admittenda eſt probatio in contrarium:ex eo quod, proba-
10 tio tollit†præſumptionem,quæ cedit verę probationi,per notata in l.vlt.ff. quod met. cau. ita concludit And.de Iſer.in d.c. 1. §.ſi verò caſtaldi.nu.8. verſ.ſed quid ſi durante officio. & ibid. eundē ſequuntur Iac. Aluarot.col.vlt.nu.11.ver.quaro ab extra.& Matth. ab Afflict.col.2.nu.3.verſ. in contrarium eſt veritas. Maximè ſi iuſtè officialis probaret, ꝙ emerit palā,&
11 non clàm quia qui contrahit palàm,†bona fide, qui verò clàm,mala fide præſumitur contrahere, vt not. gl.in l.ſi in emptione.§.vlt.ff.de cōtrah.empt.& Bar. in l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iur.fiſc. vt tradidere ſupra citati Scriben. in primis Iſer. latius.

CONCLVSIO MCXL.

ARGVMENTVM.

Quando officialis aliquid faciens iuſſu Principis ex neceſſitate,an ex ſua libera volūtate id feciſſe ſit præſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis aliquid faciens iuſſu principis ex neceſſitate, non ſua libera voluntate id feciſſe præſumitur.*
2 *Iuſſus ſuperioris vbi præcedit,ibi neceſſitas ſeruilis præſumitur.*
3 *Officialis non poteſt puniri, ſi indebitè torquet aliquem mandato ipſius ſuperioris.*
4 *Obedientia debita, vel promiſſa purgat aliquem delicto.*
5 *Officialis ponens aliquem ad torturā iuſtè,vel iniuſtè, mādato ſuperioris,non tenetur.*
Et ibidem vide cautelam ad hoc pro officialibus, nu.6.
7 *Officialis aliquid faciens iuſſu principis ex neceſſitate, non ſua libera voluntate id feciſſe præſumitur,etiam ſi haberet arbitrium.*
8 *Officialis aliquis faciens iuſſu principis ex neceſſitate, non ſua libera voluntate id feciſſe præſumitur in caſibus, in quibus debet officialis parere.*

1 Officialis †aliquid faciēs iuſſu Principis, ex neceſſitate, non ſua libera voluntate id feciſſe præſumitur,arg.eius, quod tradidit Accur.in l.1.§.quæ onerādæ.ſup.verb.metu ſolo.
2 ff.quar.rer. actio non dat. vbi enim iuſſus†ſuperioris præcedit,ibi neceſſitas ſeruilis præſumitur.l.liber homo.in prin.ff.de hered.inſt.l.at qui natura.§.ſi libero homini.ff.de neg.geſt.

3 Hinc fit,vt in officiales† non poſſit animaduerti,ſi indebitè torquent aliquem,quia parere tenētur, arg.
4 l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.obedientia† enim debita, vel promiſſa,purgat aliquem à delicto.l.liber homo. la 2.ff.ad l.Aquil.quo quidem I.C. reſponſo permotus ibidem Bal.dixit, reiectum fuiſſe quendam libellum,qui dabatur contra neſcio quem officialem Poteſtatis,qui ipſius mandato quēdam torſerat illicitè, dignus enim erat ille venia ob ſuperioris iuſſum.

Ex relata etiam concl. eliciebat Ang. in l.iniuria-
5 rū actio.§.†ſi qs id.ꝙ ff.de iniur. quòd vbi officialis, milesvè,aut alius de familia Rectoris ponens aliquē ad torturam de mandato Rectoris iuſtè, vel iniuſtè, non tenetur per illum tex.iuncta gl.in l. non videtur. §.qui iuſſu.in gl.magna.ff. de reg. iur. propterea ipſis
6 officialibus†conſulit, quod rector oblato libello cōtra aliquem de ſua familia de aliquo iniuſtè facto, ꝙ elapſo tempore dandi libellos contra ſe ipſum,faciat reum conuictū articulari,& probare,ſe id feciſſe mandato rectoris, & hoc etiam rector confiteatur,ꝙ fecit pro officio exercendo,& erit ſecurus vterque,ꝙ eſſe valdè notandum dixit Blan. in tract. de indi. & tortu.q.7.2.part.num.6. eundem ſequutus eſt Thom. Gramm.in deciſ.36.incip.Solon.ex ſeptem ſapientibus,nu. 72. cum plur. ſeq. vbi multa congerit in eandem ſententiam.

7 Concluſionē ampliabis,†adeò veram eſſe, vt ēt ſi officialis haberet arbitriū, & procederet virtute mādati ſuperioris ſtatuenti ſibi certam formam mādati præciſam,non præſumatur tamē ob id,nec intelligatur vſus arbitrio, ſed mandato;& ſic non grauauit ipſe, ſed qui mandauit,arg l. qualē.in 2.reip. ff.de arb.& l. vnum ex familia. §. 1. ff.de leg.2.& in c.nouit.de appellat.& arg.eius,ꝙ not.Inn.in c. ſi pro debilitate. de offic.deleg.ita ſenſit Paris de Puteo in trac.de ſind.in verb.arbitriū.c.1.incip.officialis habens arbitriū ſub nu.6.verſ.ſi officialis habens,quod placuit, & eidem Gram.in deciſ.36.nu.68. vbi nonnullis id confirmat.

Supradicta omnia vnà cum cōcluſione tibi limi-
8 tanda ſunt,& intelligenda,† vt locum ſibi vendicent in caſibus, in quibus debet officialis parere.iuxta diſtinctionem à Blan.traditam in d.q.7.nu.5.quo in loco ea omnia.quæ ſuprà tradidimus, ſic intelligit, & limitat in verſ.intelligo tamen, & ſub nu. 6. verſ.intellige tamen.

CONCLVSIO MCXLI.

ARGVMENTVM.

Omiſſum à teſtatore quando, & quomodo præſumatur conſulto omiſſum:& habendum ſit pro expreſſo.

SVMMARIVM.

1 *Omiſſum præſumitur conſulto id, quod nominatim à teſtatore non eſt expreſſum.*
2 *Teſtator non præſumitur aliud velle, quam quod verbis expreſſit. Quod intellige,vt nu.22.*
3 *Teſtator ſtrictè loquens,ſtrictè etiam eſt intelligendus.*
4 *Expreſſum non dicitur in teſtamento,quam quod eo lecto non reperitur.*
5 *Teſtator quod non loquitur, nec velle præſumitur.*
6 *Omiſſum caſum qui in teſtamēto includi aſſeruerit, ei probandi onus hoc incumbit.Et cur.nu.7.*
8 *Omiſſus caſus non præſumitur conſulto omiſſus, quando veriſimile eſſet,quod ſi teſtator de caſu omiſſo cogitaſſet, idem quoq; de eo diſpoſuiſſet.*
9 *Omiſſus caſus præſumi debet conſultò omiſſus ex præſumpta,& tacita mente teſtatoris, quando eſſet facieda extenſio de perſona ad perſonam.*

10 *Extēn-*

10 *Extenſio de perſona ad perſonam tunc facienda eſt, quando euidentibus coniecturis, & præſumptionibus probari, & conſtare poſſet de perſona omiſſa, de qua teſtator prouidiſſet, ſi cogitaſſet.*

11 *Extenſio de perſona ad perſonam permittitur, quando illa perſona, ad quam fit extenſio, aliquo modo poteſt comprehendi ſub verbis, & mente diſponentis propter qualitatem ei inhærentem, licet de ea perſona in indiuiduo non fuerit cogitatum.*

12 *Extenſio de perſona ad perſonam facienda eſt fauore piæ cauſæ.*

13 *Omiſſus caſus habendus eſt pro expreſſo, ſi per teſtes ille concludenter probetur.*

14 *Omiſſus caſus non præſumitur conſulto omiſſus, vbi aliquid ſequitur ex eo, quod expreſſe diſpoſitum eſt.*

15 *Omiſſum non præſumitur, quod tacitè intelligi, & colligi poteſt ex coniecturis, & mente teſtatoris.*

16 *Omiſſus caſus à teſtatore conſulto non præſumitur, vbi vnum caſum expreſſit, veriſimiliter exiſtimans alium non eſſe euenturum; alioqui illum etiam expreſſiſſet.*

17 *Teſtatorem caſum ſi expreſſerit, qui vt plurimu euenire conſueuerit, non eſt præſumendum illum velle eũ excludere, in quo ſubeſt eadem ratio, & ſequitur idem effectus.*

18 *Omiſſum à teſtatore non præſumitur conſulto omiſſum, quando id, quod deeſt ſubaudiri debet, ne voluntas vltima ipſius teſtatoris corruat.*

19 *Oratio imperfecta ex præſumpta defuncti voluntate perficitur.*

20 *Omiſſum potius obliuione, quam conſulto aliquid à teſtatore poſt decennium omiſſum.*

21 *Omiſſum nõ præſumitur a teſtatore, quod aliquo modo poteſt comprehendi ſub verbis generalibus ipſius teſtatoris.*

23 *Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita ex his verbis à teſtatore prolatis, volo hæreditatem meam, totam, & integram, vel ſine aliqua diminutione peruenire ad Caium poſt mortem filij.*

24 *Teſtator ſimpliciter mandans debere ſolui debita, eſt perinde ac ſi dixiſſet, omnia debita.*

25 *Omiſſus caſus habendus eſt pro expreſſo, vbi ſubeſt eadem ratio in caſu omiſſo, quæ viget in expreſſo.*

26 *Omiſſum non præſumitur, quod eadẽ ratione concluditur.*

1 Quod nominatim † à teſtatore nõ eſt expreſſum, præſumi cõſulto omiſsũ, nec habendũ eſſe pro expreſſo, colligo ex Pomponij reſponſo in l. cõmodiſſimè. ff. de libe. & poſth. etenim ipſe-
2 met teſtator † non præſumitur aliud velle, quã q̃ verbis expreſſit, vt dicebat Tubero relatus à Celſo in l. Labeo. ff. de ſuppel. lega. idẽ colligitur ex Modeſtino in l. Titia cũ te ... §. vlt. ff. de leg. 2. vt & ex noſtris dicebat Rom. in cõſ. 71. nu. 6. qui etiã ſi ſtrictè loquatur,
3 † ſtrictè ſit intelligẽdus, vt inquit Bal. in l. vlt. nu. 1. ff.
4 de poſthu. hæred. inſti.† preſertim cũ nõ dicatur in teſtõ expreſſum, quam quod eo lecto reperitur, l. vxorẽ ff. de manu. teſtam. & l. fideiuſſores magiſtratũ. in prin. ff. de fideiuſ. quib. iurib. adductus Bar. ita determinauit in l. illa inſtitutio. nu. 2. verſ. pretera. ff. de hered. inſtit. quem referendo ſequutus eſt Nat. in conſ. 191. viſo teſtamento not. nu. 5. quod enim teſtator non lo-
5 quitur,† nec velle præſumitur, nec voluntas in corde retenta conſideratur, vt tradidit Bal. in l. 1. §. ſin autẽ ad deficientis. per illum tex. C. de cadu. tollen. cui adhæret Dec. in conſ. 63. pro tenui. col. 3. ſub nu. 3. & in conſ. 89. viſo puncto. col. 2. num. 2. & in conſ. 465. perſcrutatis verbis. col. 2. nu. 7. idem voluit Pariſ. in conſ. 3. nu. 18. vol. 3. & in conſ. 39. num. 3. eo. vol. 3. quos refert, & ſequitur Rol. à Val. in conſ. 51. nu. 8. & in conſ. 56. nu. 5. vol. 3. & in conſ. 30. in præſenti conſultatione. nu. 5. & in conſ. 34. nu. 4. in conſ. 38. nu. 20. in conſ. 43. nu. 20. in conſ. 68. nu. 35. & in conſ. 97. nu. 10. vol. 4. quibus in locis plures cõcordes refert, vt in hãc ſententiã permulta eleganter, & doctè cogerit Fran. Mant. in tracta. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. nu. 5. & 6.

6 Ex his elicitur,† quod qui caſum omiſſum in teſtõ includi aſſeruerit, ei probandi onus hoc incubat, vñ, qui vult dicere in ſubſtitutione aliquem caſum eſſe incluſum, id probare debet, quia ſemper dici poteſt, hoc caſu ſubſtitutio nõ loquitur, vt aſſeruere Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de teſtam. §. 1. ſuper verb. cum patronus. verſ. occurrit. propè finem. & Oldr. in conſ. 21. thema tale eſt. quos in hãc rem adducit Cepha. in conſ. 144. circa primum. nu. 2. & Pariſ. in conſ. 41. Ioannes teſtator. nu. 24. verſ. vt eſt. vol. 3.

7 Cuius rei illa poteſt afferri ratio,† etenim teſtamẽto morte teſtatoris confirmato, nemo poteſt quicquã addere, vel illud mutare, quia lex dicit, ſcriptũ eſt, ita ius eſto; vt egregie probat Bal. in conſ. 301. cõſtitutio Patriarchalis. col. 2. nu. 2. in prin. vol. 2. & in l. lecta. ff. ſi cert. pet. ſed eius tenor ad vnguem eſt obſeruandus, iuxta legem, ſi quis ſtipulatus. ff. de verb. oblibg. & d. l. fideiuſſores magiſtratuum. ff. de fideiuſ. etiã ſi id fuerit ex voluntate ipſius teſtatoris, dummodo non tranſierit ad diſpoſitionem expreſſam, vel tacitam. l. quidam cum filium. ff. de hære. inſti. cum non ſufficiat, ſi teſtator velit, niſi diſponat, vt ibid. dixere Bal. & Imo. & Alex. in l. 3. in fi. C. de liber. præter. Soci. per illum tex. in l. in ambiguo. in vlt. no. ff. de reb. dub. cum alijs ad id luculenter adductis ab eo. Cæpha. in d. cõſ. 144. nu. 4. & ſeq. cum etiam ad præſumendum iudicium teſtatoris, nihil ſit ſubaudiendum, vt dicebat Bal. in conſ. 232. proponitur in facto, quod quidam Mattheus. propè fi. vol. 5. per l. vlt. ff. de manu. teſta. cui accedit Crau. in conſ. 161. nu. 15. verſ. 10. & Fran. Mant. in d. c. 19. nu. 6. vbi nonnulla alia ad id refert.

8 Limitanda eſt primo loco concluſio, vt locũ ſibi nõ vendicet,† quãdo veriſimile eſſet, quod ſi teſtator de caſu omiſſo cogitaſſet, idem quoque de eo diſpoſuiſſet. nã tunc caſus omiſſus nõ præſumitur conſulto omiſſus, & diſpoſitio teſtatoris porrigetur ad caſũ ab ipſo non cogitatum, nec in teſtamento expreſſum; ſic probatur in l. Titius. §. Lucius & ibi Bar. in ſũmar. ac cæteri. ff. de liber. & poſthu. quẽ contex. ad id aureum appellat Cur. ſen. in conſ. 51. nu. 28. & in cõſ. 75. nu. 4. quẽ ad id ẽt adducunt Soc. ſen. in conſ. 37. nu. 7. vol. 3. Iaſ. in conſ. 4. nu. 1. vol. 1. in conſ. 162. in cauſa contradictionis. col. 2. ſub nu. 2. vol. 2. & in conſ. 154. viſo teſtamento. col. 4. verſ. confirmat optimè vol. 4. & Alc. in cõſ. 101. nu. 4. lib. 9. eadem limitatio comprobatur ex l. vlt. C. de poſthu. hære. inſti. l. quoniã. C. de natur. liber. l. qui graui. ff. de iur. codicil. & ex l. cum pr. §. cũ exiſtimaret. ff. de leg. 2. & ad id extat gl. p̃ uulgata in l. tale pactũ. §. vlt. in verb. per exceptionẽ. verſ. item no. ff. de pact. in hanc eandem ſententiam rñſum eſt ab Oldr. in conſ. 25. thema tale eſt, aliquis. nu. 3. verſ. preterea, & à Signo. in conſ. 183. factũ ſic ſe habet. nu. 10 verſ. ex hoc arguitur, & in cõſ. 206. in quæſtione præmiſſa. nu. 3. idem cõſulius reſpondit Alex. in cõſ. 130. attentis verbis teſtamenti. num. 4. vol. 2. & ante eum Paul. Caſtr. in conſ. 378. primo videndũ eſt, vtrum recognitio. col. 2. num. 3. vol. 1. Rom. in conſ. 362. circa primum. prope finem, vbi Mandoſ. in addit. in littera L. ſuper verb. cõſtituẽtes. plurimos conſentiẽtes citat Pariſ. in conſ. 41. nu. 51. vol. 2. & in conſ. 51. nu. 24. & in conſ. 53. num. 24. eod. vol. 2. & multis alijs in locis. * Grat. etiam in conſ. 120. nu. 17. vol. 2. & id * communiter eſſe receptum author eſt Soc. iun. in conſ. 78. nu. 31. vol. 3. & in conſ. 66. num. 7. idem ſenſit Rol. à Val. in conſ. 25. nu. 20. vol. 4. cum multis in hanc eandem ſententiam relatis ab eo Mantic. in d. c. 19. nu. 4.

9 Hanc tñ limitationem intelliges, & ſublimitabis, vt nõ pcedat, qñ eſſet facienda extenſio de pſona ad pſonam: nam tunc ẽt ex præſumpta, & tacita mẽte teſtatoris caſus omiſſus præſumi dẽt conſulto omiſſus, vt clarè apparet ex Vlpiani reſpõſo in l. ſi quis ita. §. ſi quis cũ ignoraret. ff. de teſtam. tutel. vbi I. C. reſpõdit, tutorem non videri datum fuiſſe ei filio, quem pater mor-

mortuum credebat,qui tamen viuus erat. cũ reliquis
filijs tutorem dederit;cũ tamen ex naturali, & pater-
na charitate etiam veriſimiliter dediſſet ei illum tu-
torem,ſi ſciuiſſet eum filiũ habere,& viuere;cum tu-
tela ſit prouiſio filij,& ita per illum text. determinat
Aret.in l.Gallus.§ & quid ſi tantum.col.3.verſ.a. ad-
de.ff.de lib.& poſth.& ante eum ſic docuit Bar.in d.l.
Gallus.in prin.nu.9.ac Ang. in d.§. & quid ſi tantum
nu.5.verſ.alia concluſio inducitur,& Io.ab Imo.in d.
l.commodiſſimè.ff.eod. idem reſpondit Dec. in cõſ.
211.ſubtilis eſt caſus.col pen.nu.5.& in conſ.465.nu.
16.& alibi ſæpè,quod etiam placuit Crau.in conſ.98.
* nobilis,& potens.nu.13.& hanc opinionem * cõem
dicit Rui.in conſ.74.col.5. nu. 12. verſ. præterea glo.
vol.1.& plurib.corroborat Marſ.in ſing.499.licet di-
ſpoſitio,vt & facit Manti.vt ſup. num.8.verſ.2.ſcien-
dum eſt,& Gabr.concl.10.num.9.verſ.tertio limita.
tit.de reg.int.lib.6.

Hoc poſtremum tibi ſublimitandũ eſt,vt locũ non
10 habeat,† qñ euidentibus coniecturis, & præſumptio-
nibus probari,& cõſtare poſſet de perſona omiſſa, de
qua teſtator prouidiſſet,ſi cogitaſſet; nã tunc extẽſio
facienda eſt de perſona ad pſonam;ita ſenſit Bal.in l.
vni.col.vlt.nu.10.verſ.quæro de tali quæſtione. C.de
his,qui ante aper.tab.vbi tenet, quod fideicõmiſſum
conditionale non tranſmittitur etiam ad ſuos, ſecũ-
dum glo ibi,niſi aliquib.indicijs,ſeu cõiecturis appa
reat.quod teſtator idem ſenſiſſet de nepotibus, arg.l.
Lucius.ff.de hæt.inſti. q̃a ſi teſtator cogitaſſet idẽ ſta-
tuiſſet de nepotib.argu.illius teu.in ſui rõne, & l.tale
pactũ.§.vlt.ff.de pact.& hoc qñ aliquid non eſt oĩno
omiſſum,ſed ſequit̃ ad aliquid expreſſũ, & tunc p̃ſu-
mitur cautũ,vt in l.d. Lucius, & in l.iam hoc iure. ff.
de vulg. & pupil.ſubſtit.ſecus qñ aliq̃d eſſet omninò
omiſſum tunc vtiq; habet̃ pro omiſſo, vt d. l.cõmo-
diſſimè ff.de liber.& poſtSu.ſic ibi nominatim tradit
Bal.cũ quo tranſeunt ibid.cæteri.ita ẽt ſenſit Ang. in
d.§.& q̃d ſi tantum ſub d.nu.5.verſ.fallit etiam,& in
hanc ſñiam extat Iaſ.reſponſum in conſ.154.viſo te-
ſtamento ſuperius annotato vol.4. idem ſenſit ipſe-
met in d.§. Lucius,nu.3.& in conſ.148.aggredior col.
3.verſ.quarto facit.vol.4.ac Pariſ.in conſ.30. ex teſtõ
condito num.55.verſ.ſecundo obiecto ceſſat. vol.3.
* vbi nu.60. id humanius, æquius,verius,& magis * cõ-
muniter contra opinionem Aret. & Dec. eſſe aſſerit,
ac affatim corroborat. idem facit in conſ.66.nobilis
Silueſter.nu.68. cum plur.ſeq.verſ. prout etiam. eod.
vol.3.vbi eadem omnia, quæ in d.conſ.50.nu.54.di-
* xerat,repetijt,ac magis * communem Doct. ſententiã
aduerſus eoſdẽ Aret & Dec.nu.73.dicit.eandẽ pluri-
bus corroborat authoritatib. Cæph. in conſ.252.ſcri-
pſit menſibus elapſis.nu.21.verſ.præterea.& in conſi.
11.Magnificus Bartholomæus.num.30.poſt verſ.cui
concluſioni,ac Manti.in d.c.19.nu.9.verſ.3.puto.

Eadem ſublimitatio ad primam limitationẽ ſecũ-
11 do declaranda,& limitanda eſt,† vt extenſio ẽt per-
mittatur de perſona ad perſonam, qñ illa perſona ad
quam ſit extenſio aliquo modo poteſt comprehendi
ſub verbis,& mente diſponentis,pp qualitatem ei in-
hærentem, licet de ea perſona in indiuiduo nõ fuerit
cogitatũ:ſic limitat Aret.in d.§. & quid ſi tantũ. col.
3.in fi.verſ.ſecundo fallit. vbi aſſerit ita intelligendũ
eſſe contex.in d.l.tale pactũ.§.vlt.ff.de pact. Aret.re-
fert,& ſequitur Cur.iun. in conſ.121. præſumit̃ in fa-
cto,nu.14.verſ.nec obſtat præmiſſis.ac Pariſ.in d.cõſ.
50.nu.54.verſ.poſtremo non obſtat.vol.3.& in d.cõſ.
66.nu.67.verſ.cuius opinio.eo.volu.3. quod, & non-
nullis confirmat idem Mantic.vbi ſupra. ſub num.8.
verſ.2.eſt aduertendum.

12 Tertiò illa met ſublimitatio debet ſublimitari, † vt
locũ ſibi nõ vendicet,fauore piæ cauſæ,in qua multo
magis facienda eſt extenſio de perſona ad perſonam
etenim quamuis legatum ab vno relictũ nominatim
ab alio ſubſtituto nõ debeatur,l.Celſus.§.cp alicuius.
ff.de leg.2.& l. in ratione. q̃d vulgo. ff.ad leg. Falcid.
vt etiã obſeruauere Scriben.in l licet Imperator.ff.de
leg.1.in grauã tamen piæ cauſæ ſancitum eſt, vt licet
ab vno nominatim legatum fuerit, tamẽ ab alio etiã
debeatur,vt habemus in l.4.§.Lucius ff.de alimen.le-
ga.quẽ contex.ibid.Bart.extendit ad diſpoſitionẽ piç
cauſæ,& ita ſpeciatim tradidit Rom.in authen.ſimi-
liter in 15.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas volũtates.
nu.65.C.ad leg. Falcid.quod, & cõprobauit Alex.in
l.ſi duobus.propè finẽ prin.verſ. & idẽ videtur dicen-
dum.ac ibidẽ Iaſ.in §.1.in fi.ff.de leg.1.idem Alex.in
licet Imperator.col.3. nu.11.ff.eod.ad idem reſpõdit
Dec.in cõſ.273.in caſu propoſito.nu.2.& ſeq.& Grat.
in conſ.5.& ſi hoc reſponſum. nu. 47.verſ.4. non ha-
bet locum.vol.2.& plenè proſequitur idem Mant.d.
c.29.num.10.verſ.illud autem.vbi multa alia addidit
circa materiam hanc extẽſionis perſonæ ad perſonã.

Secundò præcipuo loco declaranda eſt ipſa cõclu-
13 ſio,& limitãda,† quod licet caſus à teſtatore omiſſus
pręſumitur conſulto omiſſus,nec ſit habendus pro ex-
preſſo, tamen ſi per teſtes ille concludenter probetur,
caſus verbis omiſſus habebitur pro expreſſo, & pro-
culdubio ſupplendus erit, vt colligitur ex l.quoties.§.
ſed ſi nõ in corpore.ff.de hęred.inſtituen.quo cõtextu
permotus Rom.ita decidit in cõſ.385.in caſu præmiſ-
ſo.nu.7.in fi.idem ſenſit Pau.Caſt.conſ.18.ſi bene cõ-
ſideretur.col.2.ſub nu.1.verſ.illud autem conſtat.vol.
2.per d.l.quoties.& l.errore.C.de teſt.ac l.cum propo-
nebatur. ff.de leg. 2. ad idem reſpondit Alex. in conſ.
215.viſis probationibus. col.2.nu.3.vol.2.

14 Tertiò cõcluſionem limitabis,vt nõ procedat,† vbi
aliquid ſequitur ex eo, quod expreſſe diſpoſitũ eſt tũc
enim caſus omiſſus nõ præſumitur conſulto omiſſus,
ſed habetur pro expreſſo;ita declarat Soc.in l.in ambi
guo;nu.7. verſ.tertia concluſio. ff. de reb.dub. & Dec.
in conſ.15.pro tenui facultate, col. vlt. nu.6.verſ.non
obſtat, quod ſi teſtator. & in conſ. 176. viſo themate
col.3.poſt num.4.verſ.non obſtat, quod ſaltem. Rui.
etiam in conſ.108.viſa,ac bene intellecta. nu.16.vol.
2.permotus ex ijs,quę dixit Bar.in l.ſi fideiuſſor.§.me-
miniſſe.ff.de leg.1.& in l.vxorem.§.agri plagam.ff.de
leg.3.dũ voluit,quod illud dicatur expreſſũ, quod ne-
ceſſariò ſequitur ex verbis prolatis hoc etiã aſſeuera-
uit ipſemet Ruin. pluribus alijs in locis, vt in conſ.64.
ſuper primo.nu.10.vol.1.& in conſ. 132. viſis quibuſ-
dam nu.4.vol.2.vbi etiam ad id adducit gloſ.in l.prę-
tor §.1.in verb.expreſſum. ff. de oper.nou. nunc. hanc
eandẽ limitationem noſtrã idem confirmauit in cõſ.
29.quia teſtator.col.4.nu.11. in fi.& in cõſ.177.propo-
nitur col. pen.nu.12. verſ. & per prædicta. vol.2. & in
conſ.79.primo videndum eſt,in fi. vol. 3. Rub. quoq;
Alex.in conſ.68.nu.2.& Pariſ. in conſ.44. ſubſtitutio.
nu.25.vol.2.& in conſ.86.ad veram reſolutionem nu.
* 20.& 21. eod. volum.2. & ita * communiter concludi
idemmet aſſeruit in conſ.87.vidi,& legi. nu. 18. & ſu-
prà eo. vol. 2. & alibi ſæpe ipſe hanc eandem ſenten-
tiam ſequutus eſt, vt apud eund. Mant.in d.c. 29.num.
15.verſ.3.vbi aliquid. vbi id cum authoritatibus, tum
etiam rationibus doctè ſimul, ac eleganter confir-
mat, & declarat. idem placuit Crau.in conſ. 149. Pe-
trus Bilieti.num.11.verſ.octaua coniectura, & in con.
257.teſtator habens nu.6.ver.ad tertium, & vltimum.
* & Nat.in conſ.551.quoniam.nu.21. & ſeq. de * com-
muni etiam dicit Rol à Val.in d. conſ.43. nu.19.vol.
4.idem ſequutus eſt Gozad.in conſ.45.nu.16.

Quartò limitanda eſt cõcluſio, vt locũ nõ habeat,
15 † cum aliquid etiã tacitè diſpoſitioni teſtatoris ineſt,
nam, & eo caſu omiſſum nõ præſumitur, quod tacitè
intelligi, & colligi poteſt ex coniecturis, & mente di-
ſponentis, vt habemus ex l. licet Imper. ff.de leg.1.l.ſi
quis locuples.in fi.ff.de teſtamen.manu.l.nominatim
ff.de condit.& demonſt.l.2.ff. de lib. & poſthum.ff.ſi,

ccc,

cer. pet. & l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. cum ſimil. vt plurib. etiam cõprobat Pariſ. in conſ. 35. nu. 31. cum plur. ſeq. vol. 1. vbi hanc veram, * & *communem concluſionem eſſe ait. idem firmat in d. conſ. 66. nu. 24. eo. vol. 3. præcipuè in fidei commiſſis, vt dictis in locis Pariſ. confirmat, & in conſ. 75. circa teſtamentum. nu. 50. & in cõſ. 77. ſer. Petrus. nu. * 10. vbi de *communi teſtatur. & in conſ. 90. viſis teſtamento. nu. 11. & ſeq. vol. 2. & alibi ſæpè, vt apud eundẽ Mant. vbi ſuprà, nu. 15. quo in loco, nonnullis quæ obſtare videntur, reſpondet. hanc eandem limitationẽ confirmat Rol. à Val. in conſ. 6. Magn. D. Gabriel. nu. 32. & in conſ. 18. ab hoc ſeculo. poſt nu. 18. verſic. non obſtat, & ſecundum. lib. 4. Curt. iun. in conſ. 159. nu. 9. Bero. in conſ. 84. nu. 49. vol. 2. Crau. in conſ. 147. Catharina. nu. 2. & Guid. Pap. in conſ. 135. ſub nu. 1. verſ. ſed quid dicemus, & in ſing. 699. proteſtatio. §. illud videtur. idem nonnullis comprobat Menoch. in conſ. 4. nu. 34. & in conſ. 67. nu. 25. vol. 1.

Quintò eandem concluſionẽ velim limites, vt ve-
16 ra non ſit, vbi teſtator vnum caſum expreſſit, veriſimiliter exiſtimans alium non eſſe euenturum; alioqui illum etiam expreſſiſſet: tunc enim nõ præſumitur hunc conſultò omiſiſſe, ita probatur in l. mulier. in prin. ibi, quia non crediderat, patrẽ: & quę ſequuntur. ff. ad Senatuſcon. Trebel. & in l. 3. C. de inſtitut. &
17 ſubſtit. hinc fit, † vt ſi teſtator eũ caſũ expreſſerit, q vt plurimum euenire conſueuerit, non ſit præſumendus illum velle excludere, in quo ſubeſt eadem ratio, & ſequitur idem effectus; iuxta gloſſ. & cæteros Scrib. in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccl. & gl. in l. 2. in verb. filio præcedente. ibi, ſed hoc frequentius contingit. de vulg. & pup. vbi Iaſ. plurima in hanc rem congerit. col. 3. num. 12. & ſeq. verſ. in ea gl. ibi. & in hypotheſi noſtra ita ſenſit Alc. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. in 2. lect. nu. 25. verſ. item non videtur. ff. de lib. & poſthum. quem referendo ſequitur idem Manti. d. c. 19. nu. 16. verſ. 4. etiam.

18 Sextò limitanda eſt, † vt tunc quod non eſt expreſſum à teſtatore non ſit preſumendum conſultò id ab ipſo fuiſſe prætermiſſum, illudq; debeat haberi pro expreſſo, quando id, quod deeſt ſubaudiri debet, ne voluntas vltima ipſius teſtatoris corruat: ſæpiſſimè enim plus nuncupatum, & minus eſt ſcriptum, vt inquit Vlp. in l. 1. §. ſi ex fundo. & in l. quoties. §. 1. ff. de hæred. inſtituen. cum ſimil. cum imperfecta oratio
19 † ex præſumpta defuncti voluntate perficiatur, vt in l. vnũ ex familia. §. pen. & vlt. ff. de leg. 2 in l. ſi in teſtamento ff. de leg. 1. & in l. verbum volo. C. de fideicomm. proptereà ſi in teſtamẽto poſt legata ita ſcriptum fuerit; in omnibus autẽ aliis bonis mobilibus, & immobilibus Titius, ſubintelligendum eſt, & addendum, hæres eſto, vel hæres ſit; vt tradidere Paul. Caſt. in l. errore. nu. 1. & Fulg. nu. 2. C. de hæred. inſtituen. & ibid. Alex. nu. 5. in fi. ac Iaſ. nu. 1. & 2. circa fin. verſ. ſed illud poteſt ſuppleri. quod egregiè corroborat, & explicat idem Fran. Mant. in d. tractat. de coniect. vlt. volun. lib. 4. tit. 3. nu. 5. verſic. 3. ſimiliter. & in d. tit. 19. nu. 18. ver. nos verò. lib. 3. quo in loco quamplura alia circa hãc materiam doctè tradit. ad quem in præſentia me reieciſſe ſit ſatis, cum luculenter ea enucleauerit.

Septimò concluſionem ipſam limitabis, vt non
20 procedat † poſt decenniũ elapſum, tunc enim potius obliuione, quàm conſultò aliquid omiſſum præſumitur, exempli gratia teſtator condidit teſtamentum appoſita clauſula derogatoria; elapſis decem annis aliud fecit teſtamentum nulla appoſita clauſula reuocatoria, tum profectò obliuione potius, quàm cõſultò ab ipſo illam fuiſſe prætermiſſam præſumendũ erit; & ob id ſuſtinendum erit poſterius teſtamẽtum: vt alibi ſuprà in verb. obliuio. num. 4. & 6. confirmauimus ex ſententia Bal. ſic tradentis in l. ſancimus col. 3. nu. 6. in fi. verſ. quærunt hic Doct. C. de teſtam. & in conſ. 40. ſicut ſapientiſſimè conſultum eſt. vol. 2. quem ſequitur Ruin. in conſ. 11. nu. 10. vol. 2. vbi de * *communi teſtatur. & Pariſ. in conſ. 10. nu. 17. 3. vbi * itidem *communem dicit.

21 Octauò poteris limitare, † vt locum non habeat, quãdo id, quod videtur à teſtatore eſſe omiſſum, poteſt aliquo modo comprehendi ſub verbis generalibus ipſius teſtatoris: nam tunc quod hoc modo poteſt includi, non præſumitur fuiſſe omiſſum: cum expreſſum dicatur illud, quod ſub generalibus verbis continetur; teſte Bar. in l. 1. col. 2. num. 7. verſic. ad * quod ſciendũ eſt vbi cæteri* omnes idem aſſentiuntur. ff. de vulg. & pupil. poſt glo. in l. vlt. C. quod cum eo, qui in alie. poteſta. & idem Bar. in l. ſi quis in principio teſtamenti. col. 3. nu. 10. ff. de leg. 3. quod etiam no. Scrib. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & ad hoc videtur extare gl. in l. negocium. in verbo ſpeciali. C. de neg. geſt. & in l. vlt. in verb. ſpecialiter. C. eo. tit. ita reſpondit Pariſ. in conſ. 33. nu. 21. volum. 4. & paſſim cuncti id admittunt variis in locis. in primis Alex. in conſil. 30. ponderatis narratis. colum. 4. num. 14. in 6. dubio. volum. 5. ex quo colligi poſſunt nonnulla exempla circà hoc. & in conſ. 75. videtur in præſenti. colum. 4. nu. 13. verſ. & ſi dicatur. eo. vol. 5. & Bero. in conſ. 139. num. 16. in conſ. 143. nu. 22. vol. 2. & in cõſ. 76. nu. 103. vol. 1.

Nec huic limitationi obſtat, quod ſuprà in principio concluſionis dicebamus, quod teſtator velle non præſumitur, id quod non expreſſit, & loquutus eſt, ex l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. nam
22 d. §. debet intelligi, vt † procedat, quando quis vellet extendere verba ad caſum, qui non poteſt ſub eis cõprehendi; aliàs ſecus eſt; vt colligitur ex traditis per Caſtr. in d. l. 1. §. ſin autem diſiunctim. nu. 3. C. eod. de cadu. tollen. quem referendo ſequitur Abb. in conſ. 109. iuxta ordinem. numer. 20. uerſic. non obſtant igitur.

Ex hac limitatione ſingulariter elicitur, ꝙ ſi teſta-
23 tor generatim dixerit, † uolo hæreditatem meam totam, & integram, uel ſine aliqua diminutione peruenire ad Caium poſt mortem filij, ex his generalibus verbis ſufficienter ſit prohibita Trebellianicæ detractio in caſu, in quo teſtator prohibere poteſt, ex tex. in l. decem. cum gloſ. vlt. ff. de fideic. liberta. & l. poſt miſſionem. ibi. plenam, & in l. pœnales. §. vlt. ibi. totum. ff. ad leg. Falc. ex eo, quod, vt dicebamus, illud expreſsè dicitur fieri, modo voluntas teſtatoris colligatur ẽt ex verbis generalibus: ita ſenſit Bar. in l. Centurio. nu. 27. verſ. vel quid ſi teſtator dixit. vbi Ang. Imo. Alex. & Aret. ff. de vulg. & pup. quẽ Bar. ita ma- * gis *cõiter intelligi à Scribent. aſſerit Ruin. hanc eandem ſequens opinionem in conſ. 148. pro deciſione eius nu. 7. vol. 3. & per eandem rationem idem ipſe concludit in conſ. 159. quamuis loquendo. nu. 7. cum ſeq. verſ. per prædicta eo. vol. 3. idẽ voluit clarè Bald. in l. precib. nu. 44. verſ. p iſta verba ergò. C. de impub. & aliis ſubſtit. & Aret. in conſ. 12. nu. 7. Alex. etiam in conſ. 201. perſpectis verbis. col. 3. nu. 10. verſ. con- * firmantur prædicta. vol. 6. hancq; *cõem eſſe opinionem dixit Guid. Pap. in deciſ. 537. dixi ſuprà. poſt nu. 2. uerſ. ſed contrarium uidetur ſubiungens, pro hac parte Curiam parlamenti Delphinatus conſueuiſſe iudicare. in eandem ſniam deſcendit Pariſ. in conſ. 9. * num. 10. ubi de *cõi teſtatur. & eandem magis *com- * munem appellat in conſ. 21. nu. 35. uol. 3. magis etiã * *communem dicit Galiau. in d. l. Centurio. nu. 399. & ſeq. ff. de uulg. & pupil. ad idem reſpondit Paul. Caſt. in cõſ. 28. in cã, quæ uertitur. ſub nu. 10. & 11. uol. 2. & ibidẽ nu. 7. uer. in caſu noſtro. rñdet ad §. ſi uerò ex preſſim. in auth. de hær. & Falc. cui præcipuè innitũtur cõtrariã huic ſequẽtes ſniam, & ꝙ Falcidia ẽt uer- * bis gñralib. poſſit ꝓhiberi *cõem opinionẽ eſſe aſſerit

tit Sebaſt. Sap. in l. ſi emancipati. nu. 18. poſt verſ. iuxta hoc quęrunt moderniores. C. de collario, eamque à Doct. impugnationib. latiſſimè tuetur ex recentioribus Fran. Manti. in tract. de cõiect. vlt. volun. lib. 7. tit. 12. nu. 6. cum plur. ſeq. verſi. ſed contrariã opinionem.

Præterea ex eadem limitatione conſequitur, &
24 infertur, † vt ſi teſtator ſimpliciter mandet debere ſolui debita, ſit perinde, ac ſi dixiſſet, omnia debita; ex eo, quod expreſſum dicatur illud, quod continetur ſub verbis generalibus, ex ſupra traditis, vt habemus à Iaſ. in l. ſi fideiuſſor in prin. in 4. no. nu. 8. & ſeq. ff. de leg. 1. quem referendo ſequitur Alba. in d. conſ. 109. nu. 13. cum plur. ſeq. vbi latè id confirmat, tenet.

25 Nonò limitatur, vt non procedat, † vbi ſubeſt eadẽ ratio in caſu omiſſo, quæ viget in expreſſo: nã tunc caſus omiſſus habẽdus eſt pro expreſſo, nec cõſulto præſumitur omiſſus; ita tradit Bal. in l. per diuerſas. per il-
26 lum rex. col. 1. nu. 3. C. mand. quoniam † non preſumitur omiſſum, quod eadem ratione cõcluditur, l. his ſolis. C. de reuocan. dona. per quã legem idem quoque Bal. ſic determinauit in auth. quas actiones col. 2. nu. 4. verſ. ſed ego dico C. de ſacro. eccleſ. & in rub. C. de nau. fœno. & multis alijs in locis, vt latè more ſuo congerit Tiraq in l. ſi vnquam. in verbo libertis. num. 45. ver. quorum ſententia. C. de reuocan. dona. & hoc idẽ permultis confirmat Crau. in conſ. 62. nu. 14. verſ. ſecũdò reſpondeo, & in conſ. 130. nu. 7. & in conſ. 257. nu. 6. Gozad. etiam in conſ. 4. num. 31. quos pro ſe adducit Menoc. in cõſ. 14. nu. 15. vol. 1. quo in loco ex eorundem ſententia dicit ita debere intelligi, & declarari d. §. ſin autem ad deficientis. l. vni. C. de cad. tollen.

CONCLVSIO MCXLII.

ARGVMENTVM.

Alicui iniunctum eſſe onus generatim non præſumi. quo verò ad teſtamenta præſumi impoſitum fuiſſe hæredi, & qui iſtud procedat. poſtremo examinatur, quomodo intelligendum ſit illud, onus remiſſum non præſumi.

SVMMARIVM.

1 *Onus non præſumitur alicui iniunctum, niſi probetur.*
2 *Onus in dubio præſumitur iniunctum hæredi.*
3 *Filius ſi reliquerit matri inſtitutionis iure certam rem, quæ legitimę quantitatem excedat, & diſpoſuerit, vt illa res poſt mortem matris ad alium perueniat, hæres ipſe præſumitur oneratus eam rem ab hæredibus matris redimere, & eis pretium vſque ad legitimam exoluere, eamque rem legatario dare.*
4 *Onus hæredi impoſitum præſumitur, etiam ſi imperſonaliter relictum ſit onus.*
5 *Onus poſt aliquot hæredum gradus imperſonaliter iniunctum, præſumitur iniunctum omnibus gradibus.*
6 *Onus ſi ſcriptum ſit in rem, hęreditas ipſa onerata cenſetur.*
7 *Onus potius cenſendum eſt impoſitum hęredi, quam fideicommiſſario, etiam ſi onus iniunctum ſit ex fideicommiſſo vniuerſali.*
8 *Onus legati quando eſt purum, & fideicommiſſum vniuerſale eſt in diem ab hęrede præſumitur relictum.*
9 *Teſtator dicens alicui, acceptis centum dato fundum Titio, intelligendum eſt, vt ea centum accipiat ab hærede, non ab ipſo Titio.*
10 *Onerari præſumuntur plures hęredes inſtituti omnes pro portionibus hęreditarijs.*
11 *Onus præſumi iniunctum hæredi inſtituto, ſecus hęredi legitimo.*
12 *Onus præſumi iniunctum illi, à quo alias non præſumeretur, fauore piæ cauſæ.*
13 *Onus non præſumi remiſſum.*
14 *Onus remiſſum præſumi, quando imponitur ab aliquo gratia alicuius rei datæ illi, cui imponitur.*
15 *Onus legatum ſequitur quocunque vadat.*
16 *Onerari non debet is, cui emolumentum, & commodum etiam non præſtatur.*
17 *Onus præſumi remiſſum, cum teſtator id, quod prius ſub onere legauerat, vel donauerat poſtea ſimpliciter legat. Quod intellige, vt nu. 18.*
19 *Onus remiſſum cenſeri, quando, id ad quod oneratus eſt hæres, alio modo vel legato, vel traditione teſtatoris peruenit ad eum, cui hæres onus perſoluere debeat.*
20 *Onus remiſiſſe videtur teſtator ſeruum liberum eſſe iubens, ſi rationes reddiderit, & poſtea eum rationes reddere vetans.*

1 Onus † generatim loquendo, cum ſit facti, non præſumitur alicui iniunctum, niſi probetur: vt apertiſſimè dixit Deci. in conſ. 761. in caſu. nu. 9. in fi. quem referendo ſequutus eſt Cęphal. in conſ. 246. nu. 15. vol. 2.

2 Cæterum, quo ad teſtamenta, onus † in dubio præſumitur iniunctum ipſi hæredi, veluti legatum, aut fideicommiſſum, vt ad hoc extat context. ſingularis in l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam. vbi Doctor. ff. de legatis 1. idem colligitur ex l. peto. in princ. ff. de legatis 2. ſic docuit Bar. in l. codicillis. nu. 4. ff. de vſufruct. leg. & in l. quidam nu. 4. verſ. quandoque. ff. de rebus dubijs. placuit etiam Iaſ. in l. eam, quam. nu. 4. verſ. ſed Bal. refert C. de fideicommiſ. quam ſententiam communi conſenſu à ſcribentibus eſſe receptam authot eſt Corn. in conſ. 53. nu. 20. vol. 1. cui accedit Manti. in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. c. 2. nu. 1.

3 Hinc fit, vt ſi filius † reliquerit matri inſtitutionis iure certam rem, quæ legitimæ quantitatem excedat, & diſpoſuerit, vt illa res poſt mortem matris ad aliũ perueniat, hæres ipſe præſumatur oneratus eã rem ab hæredib. matris redimere, & eis pretium vſq; ad legitimã exoluere, eamque rẽ legatario dare. ita concludit Soc. in l. Paulus. la ſecunda. propè finem. de rebus dub. aſſerens ſe ita cum Alexandro præceptore ſuo cõſuluiſſe.

4 Iſtud primò ampliatur, † vt procedat etiam ſi imperſonaliter onus relictum ſit; cum & tunc hæredi impoſitum ſit præſumendum; vt teſtatur Alex. in l. vltim. §. Labeo. nu. 3. & ibidem Iaſ. eodem nu. 3. ff. ſi certum petatur & idem Alex. in conſ. 170. nu. 2. in fine. vol. 2. ac Ruin. in conſ. 177. num. 10. vol. 2. & Soc. ſen. in l. Paulus. la ſeconda: circa finem. ff. de rebus dubijs. vt latius id corroborat Manti. d. c. 2. nu. 2.

5 Quæ ampliatio declaranda eſt, † vt ſi onus poſt aliquot hæredum gradus imperſonaliter iniunctum ſit, præſumatur iniunctum omnibus gradibus, vt reſpondit Bald. in conſ. 279. factum tale proponitur, quidam nomine Paulus. num. 1. in fine. & nume. ſecundo. verſ. nam in caſu noſtro. vol. 1. ad quod etiam videtur reſpexiſſe Bar. in l. quæ conditio ſub num. 1. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi inquit, quod ſi poſt plures vocatos in eodem gradu, onus alicui nominatim iniungatur; ſed ſimpliciter, intelligi iniunctum toti gradui, non alicui ex contentis in eo. ſic conſulit Hieronym. Gabriel. in conſ. 177. Bartolomæus. nu. 35. &
6 36. verſ. facit etiam. Quod ſi onus † ſcriptum ſit in rem hæreditas ipſa onerata cenſetur, adeò vt quilibet ſucceſſor teneatur per fideicommiſſum alteri reſtituere, donec hęditas perueniat ad eum, qui fuit vltimo loco ſubſtitutus, vt tradidit Bal. in l. præcib. num. 49. verſ. tu dic. & ibidem Salic. num. 26. in fi. C. de impub. & alijs ſubſtitutionib. quibus adhæret Car. ſen. in conſ. 42. nu. 8. verſ. accedat ad præmiſſa, & Soc. ſen. in cõſ. 62. n. 10. verſ.

verſ.præterea.vol.3.ac Pariſ. in conſ.30.nu 29.& ſeq. vol. 2. & nouiſſimè in hanc conſuluiſſe ſententiam Tyber. Dec.in conſ.41.nu.51.vol.1.& in conſ.54.nu. 26.verſ.3.vol.2. refert Fran.Manti. ſupra loco citato. nu.6.verſ.neque etiam.

7 Secundo loco amplio, vt locum † habeat, etiamſi onus iniunctum ſit ex fideicommiſſo vniuerſali; nã potius cenſendum eſt impoſitum hæredi, quàm fideicommiſſario; vt voluere Bar. Imo.ac alij in l.Marcellus.in prin.ff.ad Trebellianũ, quod & probauit Aret. in l.1.§.vlt. ad fin.ff.de vulg. & pupill.& ita ſe habe-
* re * communem opinionem refert idem Corn.in d. conſ.53.nu.20.vol.1.

8 Limitabis ampliationem hanc, † vt tunc demũ vera ſit, qñ legati onus eſt purum, & fideicõmiſſum vniuerſale in diẽ: nam tum legatũ ab hærede pſumitur relictũ; ſic ſenſit Bal. in l.vlti. prope.fi. C.ad Trebell. idem reſpondit Crau.in conſ.16.ſub nu.1.

9 Tertio velim amplies, † vt adeo onus præſumat̃ iniunctum fuiſſe hæredi, vt ſi teſtator dixerit alicui, Acceptis cẽtum, dato fundũ Titio hoc ſit intelligendũ, vt ea centũ accipiat ab hærede, non ab ipſo Titio. ita cõcludit Bal.in d.l.ſi ſeruus legatur.§.qui margantã. verſ.item not.ꝙ impersonalitas.ff.de leg.1. vbi Caſt. nu.3.verſ.in tex.ibi, nam cum aſſerit iſtud admiratione dignũ videri, & quemlibet ſecus eſſe dicturum, cum commodum fundi ipſius Titij ſit futurum. hoc tamen ibidem ipſe declarat; cuius declarationẽ cõprobat Socſen.in l. Paulus la 2.in fi. ff.de reb. dub.& Mantic. vbi ſupra nu.3.

10 Hoc vero primum idenimet intelligendũ eſt; † vt tamen ſi plures ſint hæredes inſtituti, prȩſumendũ ſit oẽs in dubio pro portionibus hæreditarijs oneratos eſſe.l.legatorũ.§.in prin.vbi Bart.ff.de leg.2. & l.ſiue à certis.ff.de duob.reis, vt rñdit Dec.in cõſ. 290.nu.15. & re vera ſi nõ ſint expreſſa nomina propria, ſed alia, veluti filia, aut vxor, ſemper cenſetur onus impoſitũ tanquam hæredibus, & ob id pro hæreditarijs portionibus, vt ad id extat tex. eximius in l. Lucius. §. Mænia.ff.ad Trobellianũ, vt tradidit Alex.in l.ſi mihi, & Titio.nu.9.verſ.nec obſtat.ff.de verb.oblig.

11 Secundo declarãdum eſt, † vt illud, ꝙ dicebamus, onus, nempè præſumi iniũctum hæredi, intelligi debeat de hærede inſtituto: ſecus eſt de hærede legitimo, vt per l.pero.ff.de leg.2.dixit Bar.ibid. in prin.ac Imol. ſequutus eſt, cum legati onus teſtamento relictum, præſumatur relictum tanquam ab heredib. ſcriptis, non autem tanquã a legitimis hæredibus; vt tradidit Bald.in l.ſi quis teſtamento per illum tex.ff.de leg. 2. quod quomodo accipiendum ſit doctè te docebit Franc Mantic.in d.c.2.nu.9.& infra.

12 Tertio intelliges, † vt non procedat fauore piȩ cauſæ, quo quidẽ introductũ eſt, vt onus præſumatur iniunctum illi, à quo alias non præſumeret, argu.l.4.§. Lucius.ff.de alimen.& ciba. lega.& ibi Bar.& Rom. in auth.ſimiliter. nu.65.in 15. ſpeciali piæ cauſæ, circa vltimas volũtates.C.ad l.Falc. quem ſequuti ſunt Alex. in l. ſi duob. prope finem prin.verſ. & idem vſ dicendũ.ac ibid.Iaſ.§.5.in fi.ff.de leg.1. & idem Alc. in l.licet Imper. col.3.nu.11. ff.eod. ad Idem reſpondit Dec.in conſ.273.in caſu propoſito.nu.2.& ſeq.& in conſ.182.nu.2. verſ. & ad hoc ẽt facit, & Ruyn.in conſ.116.nu.3.& 4.vol.3.atque Grat.in conſ.5.num. 24.verſ.octauo comprobatur.vol.2. vt & de extẽſione de perſona ad perſonam fauore piæ cauſæ alias dicebamus in concl.1136.in verb. omiſſio.nu.12.verſi. 3.illamet ſublimitatio.

Ad hanc autem materiam, nimirũ, à quibus legata, & fideicommiſſa relicta intelligantur, omnino cõſulas eundem Mantic.in d.cap.2. per totum, vbi affatim id examinat, cum hæc materia huius non eſſe loci videatur.

13 Qua vero ratione onus † non præſumi impoſitum diximus, ea ẽt non præſumi remiſſum, præſumẽdum eſt: nam cũ remittere ſit quid facti, ob id oneris remiſſionem non debemus præſumere, vulgata.l.in bello. §.factæ.ff.de cap.& poſtli.reuer.

Quod poſtremum primo limitandũ eſt, vt nõ pro-
14 cedat, † qñ onus imponeretur ab aliquo gratia alicuius rei datæ illi, cui imponitur: tunc etenim adempta re illa, onus ẽt remiſſum præſumitur veluti, ſi legem Titio centum ea conditione, vt Sempronio fundum tradat, ſi legatum adimam, vel Titius centum illa cõſequi non poſſit, non tenebitur ad onus, & ſi partem tñ habere potuit, minuendum onus eſt pro portione, vt eſt caſus apertus in l. Plautius, & ibi glo. Bar.ac reliqui Scribentes tradunt. ff.de condit. & demon.in l. Pamphilo. §.duas filias.ff. de legatis tertio. ac in l. Titia.ff.de ann.lega.regula eſt enim, quod onus lega-
15 tum † ſequatur quocunq; vadat, l. Caio.vbi Bar.ff.de alim.& ciba. lega.

16 Et certè ratio huius rei ſatis ex ſe patet, † onerari namq; non debet is, cui emolumentum, & commodũ ẽt non præſtetur, & pro portione commodi, onus ẽt imponi põt, vt docet Bar.in l.amiciſſimos in prin. ff. de excuſat.tuto. c.qui ſentit. & ibi glo. & Dyn. de reg.iur.in 6.l.ab eo.C.de fideicommiſ.l. planè la 2.§. vlt.ff.de leg.1.l. Imperator.in prin.ff.de leg.2.

17 Secundo limitat̃, vt locum non habeat, † ſi teſtator id, quod prius ſub onere legauerat, vel donauerat poſtea ſimpliciter leget; veluti ſi mihi à Titio centũ legata ſint ea conditione, vt decẽ Lucio tradam, deinde mihi Titius eadem centum in teſtamento ſimpliciter leget, Vlpianus reſpondit, poſteriorem ſcripturã magis ſpectari oportere, vt onus ademptum videat̃, in l.ſi tibi centum. & ibi Bar. ac cæteri. ff.de adimen. leg.ita reſpondit Oldrad.in conſ.28.viſa donatione. ſub nu.1. verſ.ſecunda eſt ratio.

18 Hoc autem tunc procedit, † & verum eſt, cum eidem perſonȩ idem legatur, ſed ſi diuerſis perſonis, ſecus eſt, veluti, ſi Titio decẽ legentur ea lege, vt veſtes ſeruis faciat, ſi in codicillis eadem quãtitas iubeatur dari Mæuio ſimpliciter, tunc Scæuola in d.l. Caio.ff. de adimen. leg. reſpondit eam ſummam cum onere ad Mæuium transferri, vt in ſupra citato loco dixit etiam Oldr.ac in d.l.Caio.declarauit gl.& Bar.

19 Tertio limito, † quãdo id, ad quod oneratus eſt hæres, alio modo, vel legato, vel traditione teſtatoris peruenit ad eum, cui hæres onus perſoluere debebat, ex tex.l.vxorem.§.in teſtam.& ibi Bar.ff.de leg.

20 Præterea, † ſi teſtator ſeruum liberum eſſe iuſſerit, ſi rationes reddidiſſet, & poſtea eum rationes reddere vetuerit, quaſi puram daturus libertatem, onus remiſiſſe videtur, l.ſi quis ſeruum, vbi Doct.ff.de condi. & demonſtrat.

CONCLVSIO MCXLIII.

ARGVMENTVM.

Præſumatur necne ſemper vera communis opinio.

SVMMARIVM.

1 *Opinio communis vera præſumitur, nec ab ea iudices in iudicando recedere debent.*

Et cur, nu.2.

3 *Opinio communis vera non præſumitur, & ab ea in iudicio recedendum eſt, quando eſt apertè falſa, vel poteſt conuinci probabilioribus, & melioribus rationibus.*

4 *Opinio communis tunc verior præſumitur, quando plurium Doct. authoritatibus eſt roborata.*

5 *Opinio communis verior præſumitur ex plurium Doct.*

authoritatibus, cũ maior ille numerus grauioribus Doct. authoritatibus eſt munitus.

6 *Opinionem communem non eſſe metiendam ab authoritatum numero, & dignitate, ſed à ratione.*

7 *Opiniones duæ quando ſunt inter ſe contrariæ, ſemper ſanior, & verior præſumitur illa, pro qua conſuluit vnũ collegium Doct.*

8 *Opinio magis communis maiorem habet veritatis præſumptionem, quod maiori numero, & authoritate, ac ratione Doctor. roborata ſit.*

9 *Opinio magis communis ſuperueniens non tollit geſta tempore communi contrariæ. Et cur, nu. 10.*

11 *Opinio communis verior præſumitur ex plurium Doctorum authoritatibus, vbi ipſimet authores firmant illam opinionem diſputando, & arguendo circa ipſius veritatem, & deinde ſe reſoluendo.*

12 *Opinio vnius Doct. vel minoris partis ſtans pro matrimonio communi præferenda eſt cõtrariæ, & verior præſumenda.*

13 *Opinio vnius Doct. fauens libertati, teſtamento, & cæteris ſimilib. fauorabilib. cauſis, communi eſt præferenda.*

14 *Opinio vnius Doct. ſtans pro matrimonio, & cæteris fauorabilib. cauſis tunc communi non eſt præferenda, quando opinio verior, & magis probata eſſet in contrarium.*

15 *Opinio Accurſij verior præſumitur, ſi cũ ipſa accedat authoritas alicuius Doctoris.*

16 *Opinio communis plures habens pro ſe gloſas verior præſumitur, & tũc authoritas plurium gloſſarũ vincit vnã.*

17 *Duo vincula magis ſtringunt, quam vnum.*

18 *Opinio gloſſæ verior communi non præſumitur, etiam ſi cum ipſa accedat authoritas alicuius Doctoris, quando ipſa eſſet reprobata ex dictis doctiſſimorum virorum.*

19 *Opinio gloſſæ ſi reprobata non reperiatur expreſſe pro cõprobata debet haberi.*

20 *Opinio communis, quando non poteſt apparere inter varias Doctorum opiniones, tunc pro ipſa communi nulla eſt præſumptio.*

21 *Opinio cõmuni, quã non poteſt apparere inter varias Doct. opiniones, tunc iudex poteſt mediam viam eligere.*

22 *Opinioni Bar. adhærendum eſt in Hiſpania, & Luſitania, quando Doct. inter ſe diſſentiunt, quamuis opinio communis ſit in contrarium.*

23 *Opinio fauens poteſtati clauium potior, & verior præſumitur communi opinione.*

1 Opinionem communẽ † veram præſumi, nec ob id in iudicãdo iudices ab ea debere diſcedere, vt in c. nouimus de verb. ſigni. vbi Anto. de Butr. colligo ego ex contex. l. athletas, ibi, & generaliter oẽs opinantur. ff. de his, qui notan. infa. l. probatis. do. §. Papinianus ibi, vulgo putare quoſdam. ff. de acquir. hære. l. quæſitum, §. ſed ſi fundus, ibi, quam ſententiam quotidie crreſcere, & incaleſcere videmus. ff. de fund. inſtruc. & inſtr. leg. l. ita vulneratus. ibi. dicitur vulgo. ff. ad leg. Aquil. ad idem optimus eſt contex. vbi no. Bal. in l. 1. ff. de ſena. & tex. in l. 1. verſ. & ſanè crebrior. ff. de quæſt. nec deſunt ex iure Pontificio contextus hanc eandẽ ſententiã optimè comprobãtes. ſic mihi probat inſignis ad hoc tex. in c. in canonicis. 19. diſtin. in ca. de quib. 20. diſt. & in c. de iudiciis 3. q. 3. vbi gl. hoc idem confirmauit Abb. in c. prudentiam, in tertio notab. nu. 4. de offi. dele. & in c. 1. nu. 15. vbi Scribentes * omnes. de conſtitut. cui accedit Barba. in conſ. 1. magnus ſcripſit Pſalmiſta. col. 14. nu. 57. verſ. item dicit, quod eſt. vol. 3. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 19. circa primum. nu. 15. volum. 7. Roman. in conſ. 61. licet mihi. nu. 2. Ferdinan. Loazes in §. diui. l. filiusfamil. nu. 171. verſ. multa alia. ff. de leg. 1. Caſſan. in commen. ad cõſuet. Burgun. rub. 9. des mainſmortes. poſt §. 9. l. homme de mainmorte. in quodam conſ. ibi. ab eo inſerto incip. Reuerendus, quondã dominus Io. Roli. nu. 34. in fi. ver. item, & quod plus eſt, quando prædicta oĩa, & multi alii quos adducit Io. Nicol. Arelat. in addit. ad Ale. idem ſentientem in tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 51. ſub nu. 2. in addit. ad verb. quæſtio. adeo vt & nos in præſentia * communẽ opinionem eſſe ſcribentium, communem opinionem præſumi verã dicere vere poſſimus.

2 Concluſionis noſtræ ea videt̃ eſſe ratio. † Hæc enim veritatis præſumptio oritur ex authoritate Doctorũ, nam cum Doctor, & bonus & peritus præſumat̃, propterea tanquam bonus velle, & tanquã peritus poſſe dicere verum præſumitur ſic cenſuit Anto. Mar. Cora. in tract. de commun. opinio. in præfat. nu. 42. verſ. communis enim.

Limitanda eſt primo loco, & intelligenda concluſio, † vt non habeat locum, quã cõmmunis opinio eſſet

3 apertè falſa, vel poſſet conuinci probabilioribus, & melioribus rationib. quod bonus iudex arbitrabitur: nam tunc paucorum iudicio erit acquieſcendum; quod perpetuo notandũ eſſe ait Abb. in d. c. primo. ſub nu. 15. verſ. 2. caſu principali. de conſtitut. pro quo tex. ſingularẽ adducit in l. 1. verſ. ſed neq;. C. de vet. iur. enucle. ſed neq; inquit Iuſtini. ex multitudine authorum, quod melius, & æquius eſt, iudicare; cũ poſſit vnius forſan & deterioris ſnĩa, & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare, ſic reſpondit idem Abb. in conſ. primo, facti contingentia talis eſt in fi. lib. 1. in c. tua nos col. 2. nu. 9. verſ. no. bene hoc dictum. de vſur. in c. prudentiam. col. 1. in 2. notab. nu. 4. de offic. deleg. in c. 3. nu. 4. de cenſib. & Io. And. in d. c. 1. de conſtit. vbi ait, nouam opinionem vnius Doctorũ contra communem in iudicando poſſe teneri, quã eſt melioribus, & validioribus rationibus fundata: quod iudex proſpicacis ingenij facile perpendet. quem referẽdo ſequitur idẽ Abb. in c. 1. nu. 10. verſ. an autem. de ſent. & re iud. & in hanc ſnĩam plurima adducit Barbat. in conſil. 28. ſcripſit belliſſime gentium prædicator. col. 3. nu. 22. & 23. verſ. & ſi dicatur quodammodo audes. volu. 1. atq; quamplura alia. Nicol. Arela. in addit. ad adictã præſumpt. 51. Ale. ſuper verb. de conſtit. idem reſpondit præter illos ibidem relatos, Fr. Curtius iun. in cõſ. 63. pro habenda. col. 2. nu. 3. verſ. ſed quia negare nõ poſſumus, & in conſ. 160. ſupponitur in facto. in fi. nu. 11.

4 Secundo velim eandẽ intelligas, vt procedat, † quãdo opinio illa communis plurium Doctorũ authoritatibus eſt roborata; veriorenim tũc præſumitur ita docet Bal. in l. 3. nu. 1. ff. de off. quæſt. & in l. 1. ff. de ſenator. quem referendo ſequitur Alex. in conſ. 7. videtur prima fronte dicendũ. col. 4. nu. 10. verſ. ſuper hoc tñ. vol. 4. idem ſenſit Abb. in c. ſi vir. in 2. notab. nu. 3. de cognat. ſpirit. de quo videt̃ eſſe contex. in c. nouimus. ibi à plurib. approbata. vbi Ant. de verb. ſigni.

5 Illud tamẽ ſic accipias velim, vt verum ſit, † cum maior ille numerus grauioribus Doctorũ authoritatibus eſt munitus; non enim ſimpliciter Scribentium multitudo eſt cõſiderãda, ſed grauitas, & ratio; vt colligimus ex c. in canonicis 19. diſt. ex l. diui. ff. de iure patro. ex l. pen. C. de condic. indebit. ſic cenſuit Alex. in conſ. 202. viſo themate, & dubijs. col. vlt. nu. 7. ver.

6 non obſt. etiam vol. 7. & quod opinio non ſit metienda ab authoritatum numero, ſed à ratione, facit quercla Plinij iunioris ad Traianum de ſententiis numeratis, non ponderatis. Quinetiam dicebat Bald. in l. ſi qs ad declinandam. §. in omnib. col. 2. ſub nu. 5. verſ. modo eſt videndũ, quia dñs Card. C. de epiſc. & cler. quod vbi de interpretatione legum, vel verborum agitur, dignitas nil operatur, vel. item legato §. parui. ff. de lega. 3. vnde ibid. inferebat, hoc in caſu tñ eſſe curãdum de opinione, & authoritate Pont. Max. magiſtraliter loquendo quãtum de opinione vnius ſimplicis viri; cũ tunc nihil authoritas, ſed ratio patrocinet̃. idẽ ſenſit Ale. in d. trac. de præſum. reg. 1. præſum. 51. nu. 3. hinc Lãcellot Galiaula. in l. Centurio. n. 459. poſt verſ. vlt. ſu concluſ. ff. de vulg. & pupil. dicebat, quod quã ſunt duæ

opinio-

7 opiniones † contrariæ, ſemper firmior, & verior pſu-
mitur illa, pro qua cõſuluit vnum collegiũ Doctorũ
præcipuè, ſi eſt collegiũ plurimorũ ſapientiſſimorũ,
& profundiſſimorũ Iuriſconſultorũ, prout eſt colle-
giũ Papienſe: vt ipſe ibi dicit. ob id Archi. in c. nolite
il 2. nu. 5. ſuper verb. in ſcripturis. 11. q. 3. inquit, in pro
bandis opinionibus, nos non debere inſpicere autho-
ritates, ſed rationes vrgentes: hoc etiam innuere vo-
luit Card. Zabar. in conſ. 77. frater vnice. prope fin. &
Barthol. Bolog. in auth. habita nu. 144. poſt verſ. vlte-
rius facit ad quæſtionem. C. ne fil. pro patre.
8 Vnde cũ magis communis opinio † maiori nume
ro, & authoritate, ac ratione Doctor. roborata ſit, vt
poſt alios tradit Neuiz. in ſyl. nup. lib. 4. nu. 4. in fin. &
ſeq. ſequitur, vt maiorẽ habeat veritatis præſumptio-
nem, cumq́; vna præſumptio maior tollat aliam præ
ſumptionẽ maiorem, l. diuus. ff. de in integ. reſti. & ad
ſatietatem comprobat Fr. Nico. in rub. C. de eden. nu.
47. fit vt magis communis preferenda ſit ipſi commu
ni, vt concludit idem Cora. vbi ſupra, nu. 44. & 45. &
id ſolum ratione maioris præſumptionis, nõ ratione
certitudinis veritatis, quæ in contraria communi pro
baret certam falſitatem.
9 Hinc propterea fit, † quod magis communis ſuper
ueniens non tollit geſta tempore communis contra-
riæ, vt poſt Imo. ſcribit Marian. Salomo. in reſponſa
prudentum. Inſtitu. de iur. natur. gen. & ciui. quem re-
fert, & ſequitur Neuiz. vbi ſupra, nu. 4. verſ. non tamẽ
propterea.
10 Cuiusquidem rei illa ratio eſt, † quoniam cũ eſſet
præſumptio, quæ pro communi vigebat tẽpore, quo
ipſa ſeruabatur, non poſſumus dicere eã falſam dete
gi per ſuperuenientiã magis communis contrariæ, cũ
ea ſolum verior præſumatur; quæ maior veritatis præ
ſumptio cum poſt ea ſuperuenerit, non debet ad præ-
terita extendi iuxta l. leges la 2. C. de leg. cũ ſimilib.
Velim præterea ſupra relatam ſecundã intelligentiã
11 ſubintelligas, † vbi ijdemmet authores firmant illam
opinionem diſputando, & arguẽdo circa ipſius veri-
tatẽ, & deinde ſe reſoluẽdo, iuxta l. vlt. §. mixta. ff. de
munc. & hono. Nam quamuis dicant aliquid incidẽ
ter fortè ad colorem alicuius ſui propoſiti, præſertim
in conſilijs, non propter hoc dicuntur talem opinio-
nem approbaſſe, ſicut in ſimili dicimus de confeſſio-
ne incidenter facta, vel quæ fit ad alium finem; quæ
non præiudicat, vt aſſerit gl. in c. ex pœnitentib. 50. di
ſtin. per Doct. in c. at ſi clerici in prin. de iud. ſic tradit
Alcia. in d. præſumpt. 51. num. 4. vbi etiam num. 6. &
pluribus ſeq. aliam affert intelligentiam ad traditam
concluſionem.
Tertiò præcipua concluſio noſtra eſt limitanda,
12 † qñ opinio vnius Doct. vel minoris partis ſtaret pro
matrimonio, tunc enim illa cõmuni præferenda eſt,
& verior præſumenda; illud eſt inſigne pronunciatũ
Hoſt. in c. ſi vir. de cognat. ſpiri. de quo plurimũ læta-
tur Abb ibidem in ſecundo notab. nu. 3. & idẽ Abb.
in c. vlt. in 2. notab. num. 3. verſ. hinc dixit no. Hoſt. de
ſent. & re iud. atque Fely. in c. 1. col. 2. ſub nu. 2. verſi.
ſingularis opinio, vt lit. non conteſta. & Dec. in d. c.
1. nu. 44. verſ. 3. fallit. de conſtit.
13 Iſtud ampliabis, † vt nõ ſolũ locum habeat in ma-
trimonio, ſed etiam in teſtõ, libertate, & cæteris ſimi-
libus fauorabilibus cauſis; tunc enim vnius Docto-
ris opinio ipſi teſtõ fauens communi etiam opinioni
eſt præferenda, vt egregiè id probat Barba. in conſ. 6.
ſcriptum eſt præclarè col. 2. verſ. & eſt nouum. vol. 1.
Io. Imo. in l. filio præterito. in fi. num. 358. ff. de iniuſ.
rup. teſtam. & ſexcentos congerit. Corat. in tract. cõ-
mun. opin. tit. 9. lib. 2. caſ. 20. nu. 109.
14 Tertiam hanc limitationem ſublimitabis ẽt, † vt
locum non habeat, qñ opinio verior, & magis proba
ta eſſet in contrarium, nam tunc nõ deberet iudicari
pro matrimonio, & alijs fauorabilib. cauſis, tex. eſt ad
hoc ſingularis in l. ſi pars. ff. de inoffic. teſta. ita decla
rauit Andr. Barbat. in conſil. 7. ſcribitur pulchrè. col.
pen. ſub nu. 25. verſ. nec obſtat, ꝙ in dubio eligenda.
vol. 1. ſic enim fauorabilibus cauſis debitores ſumus,
vt alijs iniuſtitia non fiat, c. ex tenore, de fot. compe;
& in ca. vlt. de donat. inter vir. & vxo. vt inquit Dec.
vbi ſupra idem ſentire videtur Abb. in d. c. ſi vir. d. nu.
3. hoc idem multis comprobat Anto. Corſet. in ſing.
in verb. opinio. il 2. incip. vbi Doct. nu. 2.
15 Quartò limito, † niſi cũ opinione Accurſ. accede-
ret authoritas alicuius Doctoris: tunc enim hęc opi-
nio verior preſumitur, & in iudicando cõſequenda,
vt voluit Iac. But. in l. j. C. qui pro ſua iuriſd. cum mul
tis adductis in hanc ſententiam à Dec. vbi ſup. nu. 43.
verſ. ſecundo limitatur. ad idem reſpõdit idem Dec.
in cõſ. 23. diuino implorato auxilio, & pro tenui. col.
4. ſub nu. 6. verſ. non obſtat, ſi dicatur maxima cum
eſt gl. authoritas, vt latè per Iaſ. in l. vt vim. col. 7. nu.
34. verſ. nota ẽt multum illud. ff. de iuſt. & iur. licet ſo
lus Abb. in d. c. capellanus. col. 1. nu. 3. verſ. no. ꝙ inter
plures opiniones. de fer. in hoc contrarium ſenſerit.
de quo idem meminit Iaſ. in l. illam. col. 3. ſub num.
14. verſ. item limita, & tertio. C. de collat.
16 Id quod de gl. authoritate diximus, limitabis, † niſi
communis opinio plures alias haberet pro ſe gl. tũc
enim authoritas pluriũ gloſſarum vinceret vnam, &
communis verior præſumeretur, ſecundũ Bal. in d. c.
1. col. 4. de cõſtit. & in l. precib. col. 12. ſub nu. 42. verſ.
itẽ nõ obſt. gl. in §. ratione. C. de impub. & alijs ſubſti.
17 ſicut duo vincula † magis ſtringunt, quam vnũ. in au
then. de conſang. & vter. frat. in prin. & in auth, itaq;.
C. commu. de ſucceſs. Baldũ ſequit̃ Iaſ. in d. l. vt vim
nu. 35. verſ. limita, niſi habeas. ff. de iuſt & iur. & Paris
de Puteo in tract. de ſindic. in verb. iudicare. c. 3. incip.
an iudex num. 10. in fi. verſ. tñ, vbi gl. arg. l. Aemilius
Largiarius. ff. de minorib. 25. anno. Barthol. Bologni.
etiam in d. auth. habita ſub num. 258. verſ. iſta omnia
intellige vera. C. ne fil. pro patre.
Secundò illud etiam de gl. authoritate velim limi
18 tes, & declares, vt non procedat, † cũ ipſa eſſet repro-
bata ex dictis famoſiſſimorũ, & expertorũ Doctorũ,
vt inquit Lap. in alleg. 47. incip. magiſter hoſpitalis.
19 col. 2. nu. 2. verſ. vnum eſt ſi vero gl. † reprobata non
reperiatur expreſsè, pro comprobata debet haberi, &
tunc dici poteſt, quod eam omnes ſequantur, ex quo
nullus ab ea diſſentit, vt ait Tiraq. de vtroq; retracta.
de retract. lign. igiẽr. §. 35. gl. 4. num. 46. verſ. nam mi-
nores, argum. tex. in l. item quod Sabinus. in fin. ff. de
hære. inſtit. in l. inter omnes in princi. iuncta glo. iux-
ta ſecundam ſolutionem. ff. qui ſatiſdar. cogan. pla-
cuit itidem eidem Bartholom. Bologni. vbi ſupra.
num. 259.
Quintò limitatur concluſio, vt vera nõ ſit, quãdo
20 † non eſſet cõmunis opinio, ſed vario modo Docto.
loquerentũ, vt facilè cognoſci nõ poſſet, vltra eſſet nõ
munis: tunc enim nulla eſſet præſumptio pro cõmu-
ni opinione, ſed plurimum cõduceret tum iudicem
habere propitiũ: nã is poterit, adhærere cui opinioni
maluerit, nec tenebitur in ſindicatu, vt author eſt
Abb. in d. c. 1. ſub nu. 15. verſ. ſi vero, & probauit Bal.
in c. 1. §. iudices. col. pen. de pac. tenen. int. ſub. & iur.
fir. de qua limitatione plura tradit Paris de Puteo in
d. tract. de ſind. in verb. iudicare. d. cap. 3. per tot. & in
hoc etiam caſu, quando inter varias Doct. opiniones
21 † communis opinio non poſſet apparere, in iudicis
manu poſitum eſſet mediam viam eligere, ſic conſul
tus reſpondit Arch. in conſ. 210. incip. inter cõtraria,
& varia conſilia nu. 3. verſ. poſtquam autem atq; do-
cet Bal. permotus ex eodem contex. in l. ſi paterfami-
lias. in prin. in 2. not. ff. de hæred. inſtitu quos referen-
do ſequũtur Alex. in l. Titius. col. 1. in 3. notab. nu. 3.
& 4. ff. ad Senatuſc. Treb. & Dec. in d. c. 1. nu. 45. verſ.
4. conclu. prædicta. de conſtit.

22 Sextò limita, † niſi cõſuetudo obſtaret, vt in Hiſpania, & Luſitania, in quib. decreto regio ſancitum eſt, vt ſi Doctores inter ſe diſſentiant, Bartoli opinioni innitendum ſit, quamuis communis opinio ſit in contrarium: vt ab auditoribus ſuis illarum partium alias ſe audiuiſſe teſtatur Io. Bapt. Caccialupp. in ſuo libello, quem de modo ſtudendi inſcripſit, documen. 5. incip. non curet ſcholaris in fine. verſ. Bartolum etiam.

23 Septimò limitabis, † niſi vna opinio faueret poteſtati clauiũ ea enim potior eſſet, & verior præſumeretur cõmuni opinione, quę eidem poteſtati nõ faueret, ita placuit Hoſt. in c. rurſus, qui Cler. vel vouen. matr. & ibi Io. Andr. propè finem. quos refert, & ſequitur Felyn. in d. c. 1. col. 19. poſt nu. 54. verſ. 5. limita. de conſtitut. multa alia poſſem hoc in loco accumulare, quã do ſcilicet, & in quibus caſibus opinio communis ſit amplectenda, & attendenda; ſed cum plenè in hoc à Coraſio ſatisfactum videatur in d. tract. de commun. opin. præſertim per tot. titu. 9. lib. 2. & à Macagnano Azoguido Bononien. in eodem tracta. de commun. opin. præcipuè lib. 3. à c. 4. vſq; ad c. 10. hinc finem facio, Lectorem ad ea loca vniquique obuia reijciens.

CONCLVSIO MCXLIIII.

ARGVMENTVM.

Declaratur illa probatio opis præſtitę homicidio, quę fit per aſſiſtentiam ipſi maleficio cum armis; poſtremò alij traduntur modi, quibus probatur, quem delicto opem præbuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Opem præſtitiſſe homicidio quis probatur ex eo, quod aſſiſtit armatus homicidæ.*

2 *Opem præſtitiſſe homicidio tunc quis probatur ex eo, quod aſſiſtit armatus homicidę, quando etiam probatum eſt, ipſum ibi aſtitiſſe, vt homicida habilius delictum perpetraret.*

3 *Inquiſitio quomodo formari debeat, vt quis de ope præſtita homicidio condemnari poſſit.*

4 *Opis præſtatio, & factum principale ſimul probari debent aduerſus eum, qui opem præſtitit homicidio ad hoc, vt poſſit agi contra eum.*

5 *Opem præſtans maleficio superueniens ipſi delicto iam pro facto, & conſumato habito, non tenebitur de auxilio, ſed de eo tantum, quod patrauerit, vt principalis.*

6 *Opem præſtans vt ob aſſiſtentiam poſſit de præſtita ope puniri, probandum eſt, quod præceſſerit tractatus, & colloquium, de conueniendo ſimul, ad hocque principaliter fuerint adunati alias ſecus.*

7 *Opem præſtans tenetur de auxilio etiamſi tractatus de conueniendo ſimul non probetur, quãdo clarè conſtat opem præbentẽ in ipſo rixandi actu homicidio cauſam dediſſe.*

8 *Opem præſtitiſſe homicidio quis probatur ex eo, quod aſſiſtit armatus homicidæ, etiamſi arma non ſtrinxerit, nec aliquem fecerit actum.*

9 *Opem præſtitiſſe homicidio quis non probatur ex eo, quod aſſiſtit armatus homicidę, etiamſi arma non aſtrinxerit, vim eſſemus in ſtatuto loquente de auxilio cooperatiuo, & ibi ſem vide rationem.*

10 *Agentes, & conſentientes pari pęna puniuntur, quando conſenſus eſt cooperationis.*

11 *Opem præſtans, vt ob aſſiſtentiam poſſit de ope præſtita puniri, probandum eſt, ipſum ſcienter, non ignoranter opem præſtitiſſe delinquentes.*

12 *Opem præſtitiſſe maleficio, quis probatur ex eo, quod poſt delictum delinquentem illico aſſociatus eſt.*

Et tur, num. 13.

14 *Aſſociatio delinquentis poſt delictum, vt puniatur, quid probandum ſit remiſſiue.*

15 *Opem præſtitiſſe, & is dicitur, qui acclamauerit contra eum, qui offenditur.*

16 *Opem, & fauorem quicunque impendere dicitur, qui offendentem reddit audaciorem, & offenſum timidiorem.*

17 *Opem præſtando mortis cauſam, vel maleficij quando dediſſe, quomodo probetur, remiſſiue.*

18 *Opem fuiſſe præſtitam ante, in & poſt maleficium, quomodo cognoſci poſſit, remiſſiue.*

19 *Opis præſtatio quibus præſumptionibus, & coniecturis tolli poſſit.*

Materiam præſtandę opis alicui maleficio, præſertim homicidio dilucidauimus alibi in verb. auxiliũ in concluſ. 159. vol. 1. verũ cum ſæpenumerò contingat, vt idem argumẽti genus varijs in locis ſub diuerſis vocibus examinandum ſit: propterea Lector, nos tuæ cõmoditati conſulentes, eandem materiã vno loco non plenè, ſed alijs in locis, quo facilius, quæ tibi opus ſunt, reperire poſſis; prout opportunitas vocum, ſub quibus eadem cadit materia, ſeſe nobis offert, explicare cogimur. Inter multiplices itaque probandi modos, quibus quis homicidio opem præſtitiſſe oſtenditur, is Principem ob-

1 tinet locum, † cum quis armatus aſſiſtit ei, qui homicidium patrat; ita loquuntur l. 1. C. de rap. virg. & ea, quæ habentur in l. ſi cuius ope. ff. de adult. de qua probatione late ſupra in d. conclu. 159. diſſeruimus eamque plurimorum auctoritatibus corroborauimus.

Verum illa probatio primo intelligenda eſt, vt pro

2 cedat, † quando probatum eſt ipſum ibi aſtitiſſe, vt homicida habilius delictum perpetraret: alioqui nullius eſſet momenti illa probatio hoc nõ demonſtrato, arg. l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Sena. uſcon. Syllanian. vbi Vlpi. reſpõdit, ſeruum; cui fideicommiſſaria libertas debetur, ob ſui domini necem quæſtionibus non eſſe ſubijciendum, licet ſub eodẽ tecto fuerit, niſi particeps ſceleris fuerit, quem cõtextum ad propoſitum noſtrũ ita inducunt Bar. ibid. nu. 2. & Roman. nu. 1. quos referendo ſequitur Ang. Aret. in tract. de maleſi. ſuper verb. dicto maleficio ſemper aſſiſtit, verſ. & aduertas bene, quod licet, eiuſdẽ ſententiæ videtur eſſe Bar. in l. ſi in rixa. col. pen. ſub num. 10. verſ. tamen aduerte. ff. ad legem Corn. de ſicar. quod apertius idẽ dixit in l. qui ſeruo. §. ſi duo. nu. 2. verſ. aduerte, tamẽ. ff. de fur. ſic tradidit, & Bald. in l. non ideo minus. col. vlt. nu. 39. verſ. iuxta hoc quęro pone, quod duo ſunt. C. de accuſa. aſſerens, eo ipſo, quod probatur, duos fuiſſe ſimul, qui diuerſa vulnera alicui intulerint, non eſſe probatũ de auxilio principalis, & de fauore. hinc infert, quod quãdo ſunt plures in eodẽ loco congregati, quilibet tenetur non de eo, quod alij faciũt, niſi diſtinctè probaretur & clarè, quomodo, & qualiter vnus alteri opem præſtitiſſet, vt no. in l. 3. §. ſi quis. ff. vi bon. rapt. vt, & ſẽtit ipſemet Bald. in l. ſi ita opera. col. pen. ſub nu. 95. verſ. & ſi dicatur, quod ambo. C. de iis, qui accuſ. nõ poſ. quod perpetuò eſſe inenti tenendum dixit Ang. Aret. vbi ſup. ſeque ita de facto Ferrariæ conſuluiſſe ad idẽ reſpondit Cępol. in conſ. 1. ſcio magnificę. nu. 17. verſ. pręterea hoc ꝓpreſſ, & in conſ. 34. ſi vnquam. nu. 11. ver. de iure autem communi, & multis comprobat Hippoly. Marſ. in praxi crim. §. conſtante. nu. 46. ac in l. nihil intereſt. num. 18. verſ. item vltra. ff. ad leg. Cor. de ſicar.

3 Hinc infertur, † quod vt ad hoc, illi, quando fuere plures vulnerãtes, quorum vnus lętale vulnus intulit, qui primus percuſſerunt nõ lętaliter, teneantur de occiſo, poſt illationẽ vulnerũ cuiuſcunq; in inquiſitione apponendum ſit, & dicẽdum: & vnus alteri dicto maleficio, vt habilius cõmitti poſſet, ſemper aſſiſtit. nam tunc q primo intulit vulnus nõ lętale, licet ex ſuo vulnere non deberet puniri de occiſo; tamen quia aſſtitit vulneri lętali cõſocij tenebitur de ope pſtita homicidio:

ſecus

Digitized by Google

ſecus autem ſi in inquiſitione, & accuſatione dicaт, ad prædicta committenda præſtiterunt opē, & fauorem, ex eo, ꝙ ex tali inquiſitione non poſſit ſequi cōdemnatio de auxilio, quia non exprimitur, qualiter auxilium, & fauorem præſtiterint, & ideo dicta verba debent intelligi in benigniorem partem, l. præſes. ff. de pœn. quæ ita ſunt intelligenda; ſi percutiēdo ego præſtiti auxiliū tibi, & tu percutiendo præſtitiſti mihi, & ſic actus meus præbuit opem tibi, & tuus mihi: ſed de iſto meo acto punior, vt principalis: ergo de eodē vt præſtans opē non debeo teneri. debet ergo in dicta inquiſitione dici; ꝙ vnus alteri, & alter alteri opem præſtitit aſſiſtendo dicto maleficio, vt habilius cōmitteret, & ſic vnus præſtitit opem per aliū actum, q̄ per illum, de quo principaliter punitur: ita egregiè docet Bar. in l. qui ſeruo. §. vlt. nu. 2. ff. de fur. quod in praxi obſeruatione dignū eſſe author eſt Ang. in d. verbo dicto maleficio ſemper aſtitit. verſ. ex quo no Cępol. in d. conſ. 1. nu. 17. verſ. præterea, ac Marſ. in d. §. conſtante. nu. 24. verſ. & in eadem materia.

4 Secundo loco intelligenda eſt,† & declaranda, ꝙ vt ad hoc poſſit agi contra huiuſmodi præſtantē opē neceſſe eſt, vt hæc duo ſimul aduerſus eū probentur, nimirum, factū principale, & opis pręſtatio; vt inquit Sal. in d. l. 1. verſ. quæro ſucceſſiuè. C. de rapt. virgi. etenim inquiſitio facta contra eum, qui præſtitit opem delinquenti nō valet, nec ꝓcedit, niſi prius iudici cōſtet de ipſo principali delicto, & de principali delinquenti: ita rñdit Ancha. in conſ. 216. nos Bartholomeus de Salyceto. nu. 5. verſ. præterea. Bar authoritate nixus in l. ſi is, qui tem. §. ſi tu Titium. ff. de fur. nā cum factū accedens non poſſit eſſe ſine principali. d. §. ſi tu Titium. ergo prius de eo liquere oportet. adeo, vt & ſi facta fuiſſet probatio aduerſus principalē, nō rñ officeret opem præſtanti. nec etiam ſententia lata in eum, l. ſi veteris. C. de fid. inſtru. ita docuit idem met Angel. Aret. in d. tract. de malefi. ſup. eod. verb. dicto maleficio ſemper aſtitit. verſ. quæro ad hoc, vt procedi poſſit, ad idem reſpondit Alex. in cōſ. 15. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ col. vlt. nu. 10. verſ. ſecundo reſpondeo, vol. 1. cui conſilio ſe ſubſcripſit, & idē confirmauit Aure. Murinen. in cōſ. 46. copioſè adeo, * ſub fi. conſ. vol. 4. inter conſilia ipſius Alex. idq; * cōmuniter omnes ſequi teſtatur idem Alex. in conſ. 99. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Iacobum. col. 1. in fi. nu. 4. verſ. præterea iſte teſtis. vol. 1. quod & ſenſit in conſ. 127. inquiſitione formata. col. 2. nu. 6. vol. 4. ꝙ placuit, & Marſ. in conſ. 49. domine Deus omnipotens. nu. 12. in conſ. 34. num. 5. & in conſ. 69. nu. 5. & in praxi crimi. §. conſtante. nu. 40. cum plu. ſeq. vbi latè id confirmat, qbus fauent, quæ opportunè, & egregiè tradit D. Clau. Bertaz. in addit. ad conſ. Barth. patris, 100. veritas, in litera B. incip. ſcietis, quod poſtea apertius dixit idem Barthol. Bertazol. in conſ. 143. viſo proceſſu. nu. 9.

Tertio limitanda eſt, vt locum ſibi non vendicet, 5 † qñ opem præſtans maleficio ſuperueniſſet delicto iam pro facto, & conſumato habito: Nam ſuperueniens èt adiuuando, non vř præſtitiſſe auxilium, vel fauorem homicidio; & ſic probādo etiam quod aſtiterit, non tenebitur de auxilio, ſed eo tm̃, quod patrauerit, vt principalis; ita intelligit Ang. in d. tracta. de malefi. ſuper eo. verb. dicto maleficio ſemper aſtitit. col. vlt. verſ. & illud, ꝙ dř, quod dicit eſſe notandum quia ita alias practicari vidit. quem referendo ſequiт Cępol. in d. conſ. 1. nu. 126. ver. circa tertium dubium permoti ex eo, ꝙ ſingulariter tradidit Bart. in l. furtū. nu. 2. verſ. & facit iſte tex. ff. de fur. vbi ait, quod quando eſt habitum pro facto, & aliquis recipit rem furatam, vel aliquid auxilij præſtiterit furi, nō dicitur furto præſtitiſſe auxilium, & ſic furti non tenetur.

6 Quarto declaranda eſt,† nam, vt ad hoc opem præſtans ob aſſiſtentiam, vt ſic dicam, poſſit de ope præſtita puniri, & ſic teneatur ex facto alterius, oportet probare, quod præceſſerit tractatus, & colloquiū de conueniendo ſimul, ad hocque principaliter fuerint adunati, vt l. 3. §. homines, ff. vi bon. rapt. qui quidem tractatus probandus eſt. ſecus ſi cōſtet in facto in rixa pariter fuiſſe principales, nec cauſa faciēdi vnus alteri in loco cōuenitſe, & inſultum feciſſe, & quemlibet illud ꝙ fecit, vt principalem feciſſe, quo caſu præſumerent omnes principales; & prout deliquerunt eſſent puniendi, vt in l. ſi in rixa. ff. ad leg. Corn. de ſica. ita rñdit Ancha. in d. conſ. 216. nu. 4. quem referendo ſequitur Pariſ. in conſ. 152. vidi exemplū. nu. 33. verſ. præterea, vt quis. vol. 4. idem voluit Bart. Teg. in trac. crim. par. 12. num. 10. verſ. quarto relatus à Bertaz. in conſ. crim. 106. non obſtantib. nu. 10. & ſeq. & in cōſi. 292. iſti carcerati: nu. 25. verſ. 3. vbi D. Claudius Bertaz. filius doctiſſimi patris veſtigiis inſiſtens doctiſſimè èt alia ad id adiungit. arg. etiā eius, ꝙ voluit Bart. in l. aut facta. §. vlt. col. pen. nu. 9. verſ. vlterius quęro. ff. de pęnis nempè, ꝙ tunc ciuitas tenetur, & obligatᷣ ex delicto, qñ probatum eſt omnes de ciuitate communicato conſilio, & præcedente deliberatione perrexiſſe ad delinquēdum per l. ſemper. §. 2. ff. quod vi, aut clam. in qua quæſtione ſic cōſulunt, & determinant, Caſtr. in conſ. 104. in cauſa Sfortij. ſub nu. 1. vol. 2. & Ang. in conſ. 165. cum multitudo. nu. 2. & Bald. in conſ. 283. viſa inquiſitione contra cōmune. nu. 1. vol. 1. & Aret. in conſ. 163. ſicut Ioannes. nu. 18. verſ. ſecundo principaliter. eandem declarationē confirmat id, quod ſcripſit Fulgo. in l. ſi quis ſit fugitiuus. §. 1. nu. 2. ff. de ædil. edic. vbi qōnem illam determinās, an ego tenear de ope præſtita amico meo, qui me cōueniēs, dixit, veni mecū, quia volo eſſe in vno negocio meo: & ego arrepto enſe, ſequutus ſum, & cū ipſe aduerſarium ſuū aggreſſus eſt, pedem retuli, nullam ego ob id ferre pœnam debeam, aut non potuerim diſcedere: ſecus, ſi cū potuerim recedere, ſteterim: nā ſine dubio non eſſem innocens, vt eū refert, & ſequiт corroborando èt in l. nihil intereſt. nu. 21. & 22. ff. ad l. Cor. de ſicca. & pro hac declaratione plurima alia cōgerit idē Marſ. in d. §. cōſtante. nu. 45. ver. & ideo ſcias. cum plur. ſeq. & idem dixit in conſ. 67. nu. 44. & in d. conſ. 34. nu. 7. in conſ. 69. nu. 7. in conſ. 81. num. 32. in conſ. 110. nu. 26. & in conſ. 122. nu. 21. & in d. l. nihil intereſt. nu. 19. verſ. item in materia.

Quæ limitatio declarāda eſt, vt non habeat locū, 7 † qñ clarè conſtare poſſit opem præbentem in ipſo rixandi actu homicidio cauſam dediſſe exempli gratia, ſi Titius cū Seio rixetur, & ſuperueniant fratres Seij, qui Titium apprehendant & cauſam præbeant, vt à Seio vulneretur; tunc enim de ope præſtita tenebitur, etiam ſi tractatus non probetur; vt probatur in l. itē Mela. §. ſi alius ff. ad leg. Aquil. vt ait, & Cępol. in d. conſ. 27. nu. 14. verſ. item ſi alius, & in d. conſ. 34. ſub nu. 20. verſ. ſecundum exemplum eſt. Etenim etiā in ipſo rixandi actu poſſunt homines ſimul collecti ſibi inuicem auxilium præſtare, vt apertè dixit Alber. in l. vlt. col. 2 verſ. D. Cyn. de Matarellis. ff. ad leg. Corn. de ſica. & ſenſit Anchar. in d. conſ. 216. col. vlt. quos referendo ſequitur Boſ. in tit. de homici. nu. 24. verſi. breuiter veritas eſt, & ita ſupradictam quartam limitationem declarat D. Octauia. Vulpel. in conſ. 37. nō videtur perpetuum per tot.

8 Præterea † eandē opis præſtitæ probationem, quæ fit per aſſiſtentiam cū armis ipſi delinquenti, amplia uimus in d. concl. 159. num. 2. & ſequen. vt procedat, èt ſi arma nō aſtrinxerit, nec aliquem fecerit actum: nam etiam tunc probatᷣ ipſum opem præſtitiſſe occidenti: vt præter eos, quos ibi retulimus, probat Bart. in d. l. ſi in rixa. colum. pen. num. 10. ff. de ſicar. per l. 3. ff. de vi. priua. Bal. in l. raptores ſub fin. num. 6. verſ. vnum adde. C. de epiſcop. & cler. & in l. 1. nu. 6 C. de ſer. fugi. in l. 1. §. ſerui appellatione. in fi. ff. ad Sylla. &

in c. 1. circa prin. in tit. de benef. frat. Roma. in conſil.
117. hæc præmiſſa. & in d. l. 1. §. ſed in co. ff. ad Syllan.
vt plura adducit ad id Marſ. in d. l. 1. nu. 220. cum ſeq.
C. de rapt. virg.

Quod limitabis, vt locũ ſibi non vendicet, quando
9 † lege municipali cautum eſſet, ꝙ præſtantes auxiliũ
cooperatiuum ad homicidium committendum vlti
mo plecterentur ſupplicio: nã tunc, non comprehen-
deret̃ is, qui in rixa armatus ſtetit, ſed arma non ſtrin
xit, vel vulnerauit: etenim verba illa ſtatuti auxilium
cooperatiuum ad homicidium committendum, in-
telligenda ſunt de auxilio cooperatiuo tendente ad
ipſum homicidium, & ipſi homicidio inhærente, vt
habemus ex l. meminiſſe. ibi, vſq; ad aduentũ ſucceſ-
ſoris. ff. de offi. procon. & leg. ꝙ idem probatur ex l. ſi
vitem §. ſi ad ianuam. ff. quod vi, aut clam, & l. qui fi-
lium. §. 1. ff. ad Treb. atq; etiã eius, quod dixit Bar. in l.
item apud Labeonẽ. §. conuicium. nu. 2. ff. de iniur. q
inferens ad quæſtionẽ ſtatuti dicentis, ſi quis fecerit
inſultum ad domum puniatur in centũ ad hoc, vt ſta-
tutũ locũ habeat, ait requiri, ꝙ inſultus fiat in domo,
vel ſaltem in pertinẽtijs domus: de qua quæſtione diſ
ſerit plenè Alber. de Roſ. in ſuo dicto in verb. ad q̃d,
& Scriben. in l. cætera. §. hoc ſenatus. ff. de leg. 1. ppea
in caſu noſtro, ad hoc, vt auxilium cooperatiuum di-
catur fuiſſe ad homicidium committendũ, oportet,
quod illa cooperatio primario tendat ad homicidiũ
illud, adeo vt requirunt ꝙ ſit vel intrinſeca ad dictũ
homicidium: vt vulnerãdo perſonã occiſi, vel ſaltẽ,
quod ſit adhærens perſonę occiſæ, vt inferendo ictus
aduerſus occiſum, vel contra veſtes, vel arma occiſi,
vel ſimil. & ita in hac facti ſpecie vberrimè rñdit Cę
pol. in conſ. 2. ſup caſu homicidij, per tot. vbi ſex alijs
rationibus id fulcit. ita ẽt intelligit idemmet in conſ.
34. num. 22. & ſeq. verſ. & pro prædicta deciſione, vbi
vna cũ gl ordinaria. in c. 1. in verb. pari pœna de offi.
10 deleg. ait, ꝙ illa iura, quæ dicunt, ꝙ agentes, † & con-
ſentientes pari pœna puniuntur, intelligantur, quan-
do conſenſus eſt cooperationis, quia tunc æqualiter
peccant: quam gl. ſequitur etiam Bal. in d. l. raptores.
ſub nu. 6. C. de epiſc. & cler. hoc idem tradidit gl. in c.
quantæ in verb. conſentientes. de ſent. excommu. cui
adhæret ibidem Butr. aſſerens, id eſſe no. propter ſta-
tuta punientia facientes, vt puniri cenſeantur etiam
opem præſtantes, vbi auxiliũ eſt cooperatiuum, alias
ſecus. idem ſentire videtur in conſ. 27. requiſitus. nu.
12. cum plur. ſeq. quem referendo ſequitur Marſil. in
ſing. 15. ſtatuta communiter extant.

11 Inſuper ad hoc, † vt inquiſitio, & accuſatio aduer-
ſus opem præſtantẽ delicto procedat, debet neceſſa-
rio probari, ipſum ſcienter, non ignoranter opẽ pręſti
tiſſe maleficio, & delinquenti, quo non probato peni
tus inquiſitio corruet, & irrita erit Vnde, ſi ſtatuto ca
ueatur, ꝙ ſi aliquis præſtiterit opem, & fauorẽ ex ban
nito capite plectat, vel ſi quis opem præbuerit, vel fa-
uorem alieni magnati vltimo afficiat ſupplicio, illa
certa nunquã vẽdicabit ſibi locum contra opẽ prę-
ſtantem, niſi probetur, illum, qui opem præſtiterit, ſci
uiſſe ipſum eſſe exbannitum, vel magnatẽ: ita deter-
minat Bar. in l. omnes. num. 2. verſic. item eſt vtilis. &
ibid. Ioan. de Plat. ac Rebuf. C. de agric. & cenſi. lib.
11. per l. vtrum. ff. de parric. vbi præſtas opem parrici
dio, punit̃ ea pena, ſi fuerit conſcius, & nõ aliter, & in
d. l. 1. C. de rapt. virg. & d. l. raptores. C. de epiſc. & cle.
& l. nullus C. de Fabricen. cod. lib. 11. eundem ſequi-
tur Ang. in auth. de eccleſ. tit. §. iubemus. nu. 28. in 5.
not permotus ex l. auunculo. ff. de condict. ob cauſ. l.
q in prouincia. §. idem diuus Marcus. ff. de rit. nupt. l.
apud Labeonẽ. §. ſi quis virginẽ. ff. de iniur. & l. gene-
ro. ff. de infam. ſubiungens, ꝙ is, qui format inquiſitio
nẽ cõtra hunc opẽ præſtantẽ, ſemper ſit cautus, ꝙ di-
cat, ꝙ ſcienter præſtitit opem, & fauorem, ſciens ip-
ſum eſſe exbannitũ, vel magnatẽ: quia in dubio præ-
ſumitur ignorantia. l. verius. ff. de probat. quod com-
probat, & Marſ. in d. pract. crim. §. conſtante. num. 64.
verſ. teneas etiam menti, & pluribus id verum eſſe
oſtendit Pariſ. in d. conſ. 152. nu. 30. cum plur. ſeq. ta-
men iſtud procedit. vol. 4.

12 Ad hæc opem maleficio, † quẽ pſtitiſſe ex eo pro-
babitur, ꝙ poſt delictum delinquentem illicò fuerit
aſſociatus: licet propriè non dicatur opẽ dediſſe ma-
leficio, ſecundum Bart. in l. non ſolum. §. ſi in fo. ff. de
iniur. dicens, ſe vidiſſe multos aſſeſſores errare in hoc
& in l. ſi quis in graui. §. ſi quiſquã. ff. ad Syllan. ita cõ-
cludit idem Bar. in l. in furti. §. ope. nu. 4. ff. de fur. Bal.
itidẽ in d. l. non adeo minus. nu. 32. verſ. quæro, an aſ-
ſocians. C. de accuſa. per l. ſi ventri. §. vlt. ff. de priuile.
cred. ac Ang. in d. verbo dicto maleficio, &c. ver. quę
rit Barth. Blanc. in tract. de indi. tit. de ind. poſt homi.
nu. 201. verſ. aſſociatio, & paſſim cæteri criminaliſtę.
13 Oritur † enim præſumptio conſilij, vel occultæ opis,
per quam cogitur talis probare contrariũ: ita tradit
Fely. in c. ſicut dignum. num. 4. verſ. quarto limita. de
homicid. vbi ait, ſe intelligere id; quod inquit Bal. in
d. l. non ideo minus. nu. 30. Felinum refert, & ſequitur
Marſ. in d. §. conſtante. nu. 65. in d. 4. limit. Fel. & ple-
nius in d. l. 1. nu. 225. cum ſeq. verſ. adde ẽt. C. de rapt.
virg. iſtis accedit, & Franc. Caſo. in tract. de malef. prę
medi. c. 4. de conſuet. delinquen. nu. 2. & ibid. in tract.
5. de indi. malef præme. poſt delict. num. 3. quid vero
14 probãdum ſit ad † hoc, vt aſſociatio puniatur, tradit
Bertaz. in d. conſ. 143. nu. 19. & 20. ac D. Octau. Vul-
pel. in conſ. 99. proceſſus. nu. 8.

15 Quinetiam acclamando † contra eũ, qui offendit,
probari poteſt, quod quis opem præſtiterit: ex genera
li regula, q̃ tradit Bal. in d. l. non ideo minus. col. vlt.
nu. 35. verſ. item quæro, quomodo poſſumus ſcire di-
16 cens, omnem illum, qui † offendentem reddit auda-
ciorem, & offenſum timidiorem, dici impẽdere opẽ,
& fauorem, argum. l. cum dominus, ff. ad Sylla. & in
l. 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. actio non dat. que ac-
clamationis probatio colligitur ex l. 2. §. poruiſſe. ff.
ad Syllan. ita dixit Marſ. ex comm ſententia, quos ci-
tat in d. §. conſtante. nu. 63. verſ. ſcias etiam, quod ſen
ſit, & Caſon. in d. tract. malef. præmedi. tract. 4. de in-
dic. & homic. præmedi. in delict. verb. à facultate. nu.
6. verſ. quinetiam.

17 Quo pacto eũ poſſit probari, † mortis cauſam, vel
maleficij, quem dediſſe opem præſtando, docet Cœ-
pol. in d. conſ. 34. nu. 20. verſ. ſed quomodo & ante id
conſ. 27. nu. 11. verſ. nam dare cauſam ac Marſ. in d. l.
nihil intereſt. nu. 25. ver. capio modo aliam gl. multa
alia etiã ad hanc opis præſtitæ maleficio materiam
congerit idem Marſ. in d. prac. crim. §. cõſtante à nu.
40. vſque ad nu. 78. quæ ſciens omitto; tum ꝙ parum
ad probationem faciant, tum etiam; quia ibi plenè, &
ex ordine ea examinet, quæ idemmet reperit in d. l. ſi
in rixa à nu. 29. ver. vlterius in quantum Bar. vſque ad
nu. 65. ff. ad leg. Cor. de ſicar. vbi eadẽ omnia, quæ hu-
cuſq; tradidimus, ac plurima alia abundè explicauit,
prout facit, & Fel. in d. c. ſicut dignũ. de homi. in ſum-
18 ma quo pacto † cognoſci poſſit, opem fuiſſe præſti-
tam ante, in, & poſt maleficiũ, adeas Bar. in d. l. in fur-
ti. §. ope. ff. de fur. vbi id præcipuè docet; eiuſdẽ veſti-
gijs inſiſtens, idem tradit Ang. in d. verb. dicto malefi
cio ſemper aſtitit, ac Bertachin. in verb. auxilium, ad
quos te reijcio, & nouiſſimè Anto. Gomez. commen.
variat. reſol. tom. 3. de delict. c. 3. nu. 48. & ſeq. verſ. itẽ
octauo, & principaliter quæro.

19 At rogeſ quis, † quibus præſumptionibus, & conie
cturis poſſit tolli opis præſtatio, præſumptio itaque
opis præſtitæ ex aduerſo tolletur, ſi probabitur, cõgre
gationem fuiſſe licitam, & debitam, & non cum ſo-
lis delinquentibus, ſed cum alijs: quod ad illum locũ
ſoliti erant accedere, etiam cum armis, quod nulla
ſuberat inimicitia, ſaltẽ huiuſmodi, quę nos potuiſſet
per-

Digitized by Google

permouere ad ſic ſe cõgregandum, & offendendum ꝙ delinquentes fuerunt plures, qui aliorum auxilio non indigebant; ꝙ ex conſuetudine ſolitum ſit ad rixas accurrere, ex eo, ꝙ timeatur de cõſanguineis, vel vt defendant, vel vt tanquam mediatores ſcandalis occurrant, vel vt rixarum finem contemplentur, ꝙ poſtremo adeo diſtabant ab eo loco, in quo facinus fuit patratũ, vt ex illo concurſu, vel aſſiſtentia nec occiſus timidior, nec delinquẽtes audaciores potuerint effici: prout hæc omnia eleganter proſequit. D. Octauia. Vulpel. in conſ. 96. ex proceſſu. nu. 4. verſ. & licet.

CONCLVSIO MCXLV.

ARGVMENTVM.

Ex quibus quis probare poſſit ſe ordinatũ.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatum ſe aſſerenti non creditur, niſi id probet per Epiſcopi literas teſtimoniales.*
2 *Ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs non gaudet priuilegio clericali. Contr. nu. 3.*
4 *Ordinatus à Suffraganeo debet de eius authoritate ꝓbare.*
5 *Ordinatus nemo præſumitur, & aſſerenti ſe ordinatũ incumbit onus probandi. Et cur.*
6 *Ordinatus in ſacerdotem non præſumitur quod ſit ordinatus ad reliquos ſacros ordines, nec etiã minores. Et cur.*
7 *Qui vult conſequens, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens, quo pacto id procedat.*
8 *Ordinatus in ſacerdotem a viro prouido, & probatæ fidei, præſumitur, quod habeat alios præcedentes ordines.*
9 *Caroli Borromei Card. diligentia in promouendis clericis ad ordines ſacros.*
10 *Nicolai Maſcardi Epiſcopi fratris authoris diligentia in promouendis clericis ad ſacros ordines.*
11 *Ordines minores probantur ex maioribus concurrente tẽporis diuturnitate.*
12 *Ordinatus præſumitur legitimè ordinatus ex diuturnitate temporis, niſi contrarium probetur: & ob id contra aſſerenti incumbit probandi onus.*
13 *Ordinatus præſumitur legitimè ordinatus ex communi reputatione, vt manuteneatur in poſſeſſione beneficij, nõ autem vt adiudicetur beneficium.*
14 *Ordinatus non præſumitur legitimè ordinatus ex cõmuni reputatione, quando conſtaret de vitioſo ingreſſu.*
15 *Declaratio reg. cancel. 33. de trien. poſſeſ.*
16 *Ordinatus non præſumitur legitimè ordinatus ex diuturna poſſeſſione, quando ſuus Epiſcopus nunquam illius beneficium viſitauit.*
17 *Ceſſante ratione, ceſſare debet diſpoſitio.*
18 *Ordines probari poſſunt a clericis peregrinis per teſtes, & indicia. Et ibidem, quæ ſint hæc indicia.*
19 *Ordines clericorum peregrinorum poſſe probari ex ſolo ordinatoris ſigillo, quando illud notum, & aſſertoris eſt: ſecus ſi ſit incognitum, & teſtimoniale.*
20 *Ordinantium ignota ſigilla an probent ordines clericorũ peregrinorum, & nu. 21.*
22 *Ordinatus in ſacerdotem præſumitur habere reliquos præcedentes ordines, quando iam annis 60. elapſis ordines ſuſcepit, & ſemper ita pro ordinato ſe geſſit, cùm nihil haberet ad illos probandos, vt nec teſtes, nec inſtrumenta.*
23 *Ordinatus verè præſumitur ordinatus, quando miſſas celebrauit diuturno tempore.*
24 *Ordinatus verè præſumitur ordinatus ex celebratione diuturna miſſæ, qñ ſumus in dubio ſit necne ordinatus: ſecus vbi ſumus in claris, nẽpe de contraria probatione.*
25 *An ex antiquitate temporis pro ſolemnitate inſtrumenti præſumatur, quando ex eius inſpectione probatur de cõtrario, & nu. 26. 27. & 28.*

1 Ordinatum † ſi quis ſe dixerit ad aliquos ordines ſacros, veluti ad ſubdiaconatum, vel alios etiam inferiores ordines, ei non creditur; neq; talis præſumitur, niſi id probet per ſcripturam, vt per literas ſui Epiſcopi teſtimoniales, vt aſſeuerauit Inno. in c. ſuper his. poſt nu. 10. verſ. ſed quid dices. de accuſat. quem referendo ſequitur Abb. in c. vnic. nu. 3. de lit. conteſt. idem tradidit Fely. in d. c. ſuper his. ſub nu. 18. verſ. ſexta, & vltima concluſio. ex contextu c. legum. 2. q. 1. probatur in c. 1. de tempo ordi. lib. 6. ꝙ habetur etiam per gl. in c. 1. de cenſib. lib. 6. & hoc ẽt placuit Guid Pap. in deciſ. 582. reperitur in ſtrm. ſub nu. 2. per tex. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cler. & in hanc reſpondit ſententiam Alex. in conſ. 117. videretur. in fi. vol. 7. quibus accedit Rebuf. in praxi benefi. titu. de for. lite. tonſu. num. 22. in form. dimiſſ. liter. nu. 34. & prius his ſenſit Spec. titu. de probat. §. 1. ſub num. 8. verſ. alia ordinis. Bertachi. etiam in tract. de epiſcop. in 8. par. 3. quæſt. 16. allegat Bald. in d. l. ſi qua per calumniam. colum. 4. vbi ait credi literis Epiſcopi de ſacerdotio clerici.

2 Et adeo quidem huic neceſſe eſt, † vt de ſuo ordine doceat per literas teſtimoniales ſui epiſcopi, vt ſi apparuerit illum non fuiſſe ordinatum ad clericatũ à non ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs eiuſdem videtur illum non poſſe gaudere priuilegio clericali, vt videre eſt ex tex. & gl. in c. eos. & in c. vlt. & glo. in cap. 1. de tempo. ordi. & quali. ordi. in 6. & ita ſe vidiſſe iudicari in materia beneficialia in cauſa recredentiæ, teſtatur Caſſa. in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 6. inci. meſſiers & ſergens. ſuper tex. ſont creuz. ſub num. 13. verſ. ſed quia hic ſumus.

3 Aliter tamen † ſenſit Guid Pap. in deci. 449. incip. Lucius effectus eſt clericus.

4 Hæc tñ intelligere poteris, vt eum ordinat † à quopiam ſuffraganeo, debeat de eius authoritate probare, cũ nõ ſit ordinarius, arg. corũ quæ not. Fel. in c. cũ in iure perito. de offi. delega. & ita pluries ſe ſeruaſſe multis in caſibus ſibi occurrentibus dixit idẽ Chaſſ. vbi ſupra, tum quia dicitur in bullis Epiſcoporũ ſuffraganeorum, quod poſſunt exercere pontificalia in tali diœceſi, dummodo de Epiſcopi loci procedat licentia; de ea ergò conſtare debet: ita intelligit ipſemet Chaſſ. loco ſuperius relato.

Concluſionis verò noſtræ ratio ea eſſe poteſt, quo-
5 niam in dubio quis ordinatus † non præſumitur, imo rurſus non ordinatus præſumi debet: ſecundum Luc. de Pen. in l. vnic. verſ. 25. C. de quæſtor. lib. 12. & Alc. in tract. præſumpt. reg. 2. præſump. 4. nu. 2 qui ad hoc citat c. presbyteri. 68. diſt. & ideo propter præſumptionem, quam contra ſe habet, oportet eum probare, quod proponit, tanquam ſuæ intentionis fundamentum, l. qui accuſare. C. de eden. & l. eũ, qui. ff. de proba. alioquin ſuccumbet. qualitas enim clericatus non eſt à natura; quia nemo naſcitur clericus ordinatus, ſed conſiſtit in facto, & per eum allegantem debet probari; vt poſt Inno. & Abb. reſpondit Crau. in conſ. 72. dubitatur circa teſtamentum. nu. 2. & Dec. in conſil. 125. in cauſa ſpoliationis num. ſexto, & idem in cap. cum adeo. num. 13. verſic. & notandum. de reſcriptis. quod etiam placuit Rip. in cap. 2. num. 4. de iudic. vt conſultus quoque reſpondit Bertr. in conſ. 307. de gelictis. lib. 2.

6 Eandem concluſionẽ velim amplies, † vt adeo vera ſit, vt nec ſufficiat oſtendere literas, ꝙ ordinatus ſit in ſacerdotem: & ſic; ꝙ ex ordine maiori, & ſacerdotali præſumi debeat, quod præceſſerint ordines maiores ex illo triſo pronunciato: qui vult conſequens, cenſetur velle omne neceſſariũ antecedens. l. ad legatũ & l. ad rem mobilem. ff. de procur. quia hoc non obſtante ſatis non erit, ſed habebit probare literas cuiuſlibet ordinis; vt placuit Inn. in c. 1. nu. 5. verſ. in inferioribus. vbi etiam Abb. nu. 5. verſ. quæro, an ſufficiat.

Digitized by Google

de cler.peregri.idem ſenſit Bellam. in conſ. 30. col.2. circa fin. & apertè tradidit Barto. in l. illud. ff. de acquir.hær.iſtis adhæret Crauet. in d.conſ.134.nu.45.ea potiſſimum ratione;quia potuerit quis de facto,& per ſaltum promoueri ad ordines maiores prætermiſſis minoribus;vt ſæpius experientia docuit,& habetur in tit.de cler.per ſalt.promo. ibiq; Crauet. refellit, quod objiciebatur de regula antecedentis,& conſequentis,
7 declarans illud procedere † in his, quæ pendent à mera voluntate diſponentis: ſecus in alijs, vt eſt in collatione ordinum, quæ quidem non pendeat à mera voluntate ordinandis,niſi præcedant requiſita iuris,vt & ſcripſit Caſſ.in conſuet. Burgun.d.rub.1.§.6.ſub num. 10.verſ.adde alium caſum in fine.

8 Ampliationem hanc primo limitabis † nō procedere,quando quis probaret, ſe fuiſſe ordinatū ad certum ordinem, vt ſacerdotium, à viro multū prouido,& honeſto, ac probata fide:nam tūc præſumendū eſt,quod habeat alios ordines præcedentes nō.n.veriſimile eſt, quod vir circumſpectus, & tantæ fidei ordinaſſet eum ad maiorem ordinem , niſi ſibi cōſtitiſſet de inferioribus ordinib. ſic declarat Innoc. in d.c.1.nu.3. de cleri. peregri.& ibidem Abb.nu.5.idem Abb.hoc cōfirmauit in c.niſi eſſet.nu.3.in.1.not.de præb.arg.eius,quod idem Abb.inquit in c.te nobis.in 1.oppoſ.nu.2.eo.tit. de præb.& Bald.in margar.verb.ordinatio verſ. vlt.licet ſecus dixerit in l. ſi ſolemnib. C.de fid. inſtrumen. ad idem reſpondit Rimin.in cōſ.426.nu.44.vol.3.atq; Fely.in c.vni.nu.2. verſ.item limita.de lit. cōteſta.cuius quidem limitationis exemplum poteſt afferri in il-
9 lo Card. Carolo Borrhomæo Archiepiſcopo † Sancto Mediolanenſi,cuius etiam mortui ſanctitas nūquam intermoritura eſt;qui prius,quam vita excederet,ſemper tāta diligentia in clericis ad ordines ſacros promouendis vſus eſt, vt nulli penitus, quin rite, non per ſaltum,vt dicitur, initiati eſſent,dubitationi locum relinqueret.Cuius ſanctiſſimi viri vitam,mores,& inſtituta cum ſibi ad imitādum nunquam in toto ſuæ vitæ curriculo nō ꝓpoſuerit religioſiſſimus Antiſtes Nicolaus
10 Maſcardus frater † mihi cariſſimus Marianen.in inſula Corno Epiſcopus,eadē,qua Illuſt.ille Card.diuturna circūſpectione in promouendis ad omnes ordines recto ordine clericis in præſentia vtitur,& ſemper antea vſus eſt , cū Brugnati Epiſcopus eſſet adeo vt cunctis compertū eſſe poſſit,cum ſemper,vt in cęteris omnibus , ſic potiſſimum hac in re ſacroſanctæ Tridentinæ ſinodi ſanctiſſimam methodum fuiſſe ſequutum.

Secundo loco eandem ampliationē limitare pote-
11 ris,vt locum ſibi non vendicet, quādo † cum ordinib. maioribus concurreret etiam lōgum temporis ſpatiū vt ſi quis probaret, ſe tolleratum in ſacerdotio ſpatio decem, vel viginti annorum. nam tunc ex maioribus ordinibus probarentur etiam minores : ſic placuit Gem.in cōſ.91.col.1.in prin. quem ſequutus eſt Crau. in conſ.56.nu.45.verſ.puto, quod ex ordinibus.

Nunc autem concluſio ipſa limitanda eſt primum,
12 vt non procedat, vbi tāta eſſet præſumptio † pro ordinato,quę transferret in alium onus probandi;vt ſi multo tempore in ordine ſubdiaconatus,vel alterius ordinis inſeruiuiſſet: eo enim in caſu nō opus eſſet probare,ſe ordinatum;quia ex diuturnitate temporis præſumitur legitimè ordinatus, niſi per excipientem cōtrarium probetur: ſic declarat Inno. in d.c.ſuper his. poſt n.10.verſ.ſed quid dices.de accuſa.& in c.innotuit.vbi etiam Hoſt.verſ.quid ſi aliquis.de eo,qui fu.ſuſcep.ordi.ſequitur Fel.in d.c.ſuper his.nu.18.verſ.ſexta,& vltima, qui dicit vna mēte * omnes id ſentire Scrib.idem docuit ipſemet Fel.in c.olim. nu.2.verſ. quod autē dicit Inno.de lit,cōteſt.& in c.illud.col.3.poſt nu.5.verſ. adde etiam Inno. de præſumpt.iſtis adiunge Abb. idē ſentientē in c.ſicut.nu.23.& per hoc. vbi Fel.nu.29.in prin. & propè fi.verſ. conuenit etiā de re iud.id pręterea determinauere DD.Rot.in deciſ.4.alias 84.vbi cōtra.de ꝓb.in antiq.in deci.9.alias 264. talis eſt opinio de cauſ.poſ.& propriè.in antiq.aſſerentes hāc opinionē tanquā æquiorē ſemper cōſueuiſſe obſeruari. & in deciſ.1.alias 4. poſſeſſor beneficij. de reſt.ſpol.in nou. ſimile eſt huic, ꝙ decidit Bſign.in deciſ. 4. datur articulus.de teſti.vbi per lapſū tpis lōgi pręſumitur authoritatē Epi interueniſſe in hoſpitalis inſtitutione. hoc idem placuit Gem. in conſ. 91. præmiſſo, ꝙ poſſeſſori. dicens,in ordine ꝓbando requiri,quod probet tolerātiā diuturni tēporis.idē ſentit Fel. in c. licet Heri. col. 4.nu.10.verſ.3.concl.de ſimo.quib. aſſentitur Barb.in in repet.l.ſciendū.col.26.ff.de verb.obl.vbi ꝓbauit,ꝙ ſi quis fuerit ordinatus ad ſacros ordines, nec ꝑ teſtes, vel inſtrumenta conſtare poſſit de huiuſmodi ordinatione ob temporis antiquitatem,tamen probatū fuiſſe,ad hos ordines promotum, ſi inter eos, quibus cum dixit ſe pro tali geſſiſſe cōſtabit,arg.l.3.ad S. C. Macedonia.quod etiam ſequutus eſt Soc.ſen.in conſ.258.in cauſa vicariæ. col.2.ſub num.3. vol.2. inquiens, quod vbi quis fuit præſentatus , & inſtitutus tanquam clericus, & accolytus, fundata ſit intentio propter approbationem ſuperioris , vt & confirmauit Craue. in d. conſ.134.nu.40.verſ. nono principaliter iſtis omnibus ſe ſubſcripſit Tiraquel. in tract. præſcript. §.1. gl. 4.in verb.dix ans.verſ.decimoſeptimo huc pertinet.

13 Iſtud tamen limitari debet, vt procedat, quo ad illud,vt quis manuteneatur in poſſeſſione beneficij , nō autē vt ei adiudicetur beneficium,ad hunc.n.effectum nō ſufficit probare cōmunē reputationē, & diu in ordine deſſeruiſſe; ſed neceſſe eſt de vero titulo docere , vt voluere DD.Rot.in d.deci.264.talis eſt opinio.per c.1.de reg.iur.in 6.cui cōuenit,quod idē DD.Rot.determinauere in deciſ.1. alias 343. non præſumitur. de præſumptio.in antiq.quo in loco aiunt,aliquē nō pręſumi legitimum,quantū ad hoc, vt adiudicetur beneficium,niſi probet ſe legitimum: ſecus quo ad effectū, vt quis manuteneatur in poſſeſſione beneficij:quoniā eo caſu præſumitur legitimus, niſi contrarium probetur. quam deciſ. ſequitur, & declarat Crauet. in dict. conſ.134. num. 40. hoc idem habetur ab iiſdem DD. Rot.in deciſ.312.alias 13.nota, quod clericus.de probatio. in antiq. qua de re quamplura nos ſupra in conclu.1.in verb. Abbas,& in concl.304. in verb.clericatus.vol.1. tradidimus;ad ea loca nunc te reijcio.

14 Secundò ſublimitabis eandē limitationem, vt † locū non habeat,quando oſtenderetur cōtrarium, quia fortè cōſtaret de vitioſo ingreſſu,vel ꝓbaretur de non promotione;quo caſu eſſet materia obiectiua,& deberet plenè probari;vt protulit Bellam.in deciſ.154.vtrū ſi in caſu ꝓſentationis,& ita declarat Fel.in d.c. ſicut. nu.; 1.verſ.tertio aduerte de re iudic.inferens ad illud, quod licet prelatus diu tollerauit ſubditū in ſuo beneficio,non poſſit eum compellere ad oſtendendū titulum: tamē poſſe in ſe aſſumere onus probādi defectū tituli,vt etiā not. Abb.in d.c.licet Feli. de ſimo.ex quo
15 iuris axiomate declaratur reg.cācel 33.† de trien.poſ. vt illa ſ.intelligi debeat, quod triennium excuſet ſolū nō docentem de titulo,ſed non impediat volentē probare contrarium;quia illa reg.tantummodo defendit poſſidentē pacificè triennio à poſſeſſione,& nō à proprietate, & ita fuiſſe iudicatū in Rot. teſtatur idē Fel. loco proximè allato. vbi etiā idē eſſe affirmat in poſſeſſione decęnali, quæ defendit poſſeſſorem beneficij excludēdo alium , ſed nō dat poſſidenti titulum hocque comprobat ipſemet Fel.in d.c.illud nu.7.verſ.tertio eſt aduertendum de præſumptio. poſt Hoſt. Abb. & alios ibi congeſtos.per tex.in c. dilecto. de præben.

Tertio ſublimitari poterit eadē prima limitatio, vt
16 locū ſibi nō vēdicet, † ſi ꝓbaret bñficiū nūq̄ fuiſſe viſitatū à ſuperiore;qa forte fuit captus ab hoſtib.vel aliter neglexerit viſitare ꝓuinciā, vt nōnullorū mos eſt. tūc enim ceſſaret rō comunis,per q̄ Doc.cōſiderāt poſſeſſionem diuturnā operari, vt poſſidens aliquid ꝓbare

re

re non teneatur, ex eo quod non eſt veriſimile, quòd ordinarius fuiſſet paſſus talẽ non ordinatum poſſidere, & obtinere beneficium. nam ſi nunquam viſitauit nõ potuit viſitandorum defectus cognoſcere: & ſic
17 ceſſante ratione, ceſſare † debet diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. vnde aliundè, quam ex longæua poſſeſſione neceſſe erit probare, ſe ꝓmotũ, & titulum habere legitimum; vt cenſuit Fely. in dict. cap. illud, nu. 8. verſ. 4. eſt aduertendum. de præſumptio. ac in d. c. ſicut. ſub num. 31. verſ. quarto aduerte de re iudic.

Secundò principaliter limita concluſionem, vt nõ
18 procedat in clericis † peregrinis, quod ordines etiam per teſtes, & indicia probari poſſunt; vt ſtatutum eſt in c. inter quatuor. & c. ſeq. cum glo. de cler. peregrin. quo in loco id confirmauit Inno. num. 1. & Abb. nu. 3. & 4. vbi vnum addit Abb. ex mente glo. quod indicia ſufficientia, & idonea argumenta ad hanc probationem erunt ſigilla Epiſcoporum, vel etiam ipſius Epiſcopi ſolius ordinantis, ſi ſigillum ſit notũ, c. extraneo. 71. diſt. idem Abb. in c. tua nos nu. 3. de cler. peregr. vbi auctoritate Inno. eod. loco firmat. quod ꝑ prælatos teſtificantes de ordinatione poteſt probari ordinatio etiam ſi non ſint ordinatores.

19 Ad id, quod diximus de ſigillo † eſt aduertendũ, q̃d ſi ſigillum eſt notum ordinatoris, per ſe ſolũ ſufficit, & probat præcipuè ſi ſit aſſertoriũ; ſi verò ſit teſtimoniale, & incognitum, tunc etiam mille nõ ſufficerẽt, vt dicit Abb. in d. c. tua nos, ſub nu. 1. verſ. dic ergo, q in hoc ſequitur Ioan. de cler. peregr. & licet nonnulli
20 opinati ſint; quandoque ſigilla ſufficere, † ẽt ſi ignota ſint, ex quo non ita facilè falſificari poſſint, ſicut poteſt vnicum ſigillum ex ſimili illius, quod dicitur de teſtibus, qui licet aliquando duo ſufficiant, tamen quandoq; exiguntur quinque, vel plures, ne quid falſitatis machinetur, l. vlt. C. de fideicom. & l. vltim. C. de teſtam. attamen iſtud, (quod fuit dictum Hug.) nõ placet Hoſtien. in d. c. tua nos, ea ratione, quia non ita facilè corrumpuntur quinq; teſtes, ſicut duo; ſed qui ſculpendo adulterat vnum ſigillũ, facile poſſet adulterare centũ, c. cum olim, de dolo. Nam falſitas ſignorum plurium pẽdet ab vnico adulterante: falſitas aũt corruptionis teſtium pendet à teſtibus, qui plures sũt; & ideò non eſt ita facilè corrumpere plures teſtes, ſicut vnum ſolum, & cum Hoſt. tranſit Abb. ibid.

21 Vt tamen aliqua ratione † hi inter ſe diſſidẽtes auctores concilientur, dicere poſſumus, tradita in dicto c. tua nos, in quibus habetur quinque Epiſcoporum ignota ſigna ſufficere ad probationem ordinum, ꝓcedere, vbi vltra ſigilla huiuſmodi adhiberetur etiã vnicus teſtis, vel ſaltem aliqua vnius ex ſigillis haberetur notitia, ſiue aliæ extarent probabiles coniecturæ; aut ad minus aliqua de eccleſijs illis haberetur cognitio ſaltem per famam: ſic eſt arbitratus Hoſtienſ. in dicto cap. tua nos. & ibi Innoc. num. 1. atque Abb. col. 2. circa fin.

22 Tertiò limitabis nõ procedere in eo, † q iam annis 60. elapſis ordines ſuſcepit, nec habentur teſtes, ſiue inſtrumenta ſuſceptorum ordinũ, eo quod illa fortè amiſerit propter bella, incendia, depredationes, & huiuſmodi; conſtat tamen inter illos, inter quos vitam egit, illum pro ordinato ſe geſſiſſe; hoc enim tunc ſufficit, & erit probatio ſufficiens pro ipſo ordinato; ſic profitendo docuit Abb. in d. c. inter quatuor, num. 4. verſ. quod enim de cler. peregr. arg. eorum, quæ habẽtur in d. l. 3. ff. ad S. C. Macedonia. & c. 2. & 3. de pſby. nõ baptiza. id mihi Placentiæ, dum ibi Reuer. Philippi Seghæ Epiſcopi vices gerem, in facti contingentia eueniſſe verè teſtari poſſum. nam cum Reuerendiſs. Ioan. Baptiſta Caſtellius, ibidem viſitationis munere fungeretur, edictoq; publico cauiſſet, vt de ſuis vnuſquiſq; ſingulis ordinibus per ſcripturas doceret, alioqui ſuſpẽſus eo ipſo intelligeretur; præsbyterum quẽdam à ſingulorum ordine adminiſtratione amouit, quod per inſtr̃a, quæ temporum iniuria perierant, ſe ordinatum nõ probaſſet. Quod cum reſciuiſſet ampliſſimus Card. Alexand. Farneſ. corã teſtatus, palàq; profeſſus eſt illum preſbyterũ aui ſui Pauli III. Pont. Opt. Max. Capellanum fuiſſe, & eundem pro ſacerdote antea ſe geſſiſſe, huiuſmodique verè fuiſſe: cuius iudicio propter tanti viri vitæ integritatem, libens ego acquieui, & eundem præsbyterum in priſtinum, à quo deiectus erat locum reſtitui.

23 Quartò limita concluſionem, vt vera non ſit, ſi † ꝓbaretur aliquem miſſas celebraſſe, idq; ſæpiſſimè, & diu exercuerit, veluti ꝑ decem, vel viginti annos. nã hoc caſu cenſeretur verè ordinatus, nec alia opus eſſet probatione: iuxta ea, quæ tradit Crauet. in d. conſ. 134. num. 42. verſ. non obſtat, quod teſtes, quib. conuenit, quod ſcripſit Dec. in conſ. 135. ad iuſtificationem. circa princ.

24 Iſtud ſublimita † tunc demũ verum eſſe, quando ſumus in dubio. vt ſi in cõtrouerſia verſetur, an ordinatus ſit, nec ne, & probetur hũc miſſas longo tempore celebraſſe, in dubio inquam ex hac probatione ordinatus præſumit̃, ſecus, vbi eſſemus in caſu claro, vt ſi appareat de veritate, & ꝓbatione in contrariũ; quia tunc celebratio miſſarũ nõ ſufficit, ſed ſtatur ꝓbationi certæ de non promotione; vt in his terminis rñdit Crau. in d. conſ. 134. nu. 4. ex eo, quod præſumptiones l. vlt. in princ. ff. ꝙ met. cauſ. l. nuptuia in fin. ff. de iur. dot. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. idẽ penè eſt, ꝙ proditum eſt à Paul. Caſtr. in conſ. 81. iuxta recentiorum impreſſionem, & ſecundum antiquã incip. in cauſa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrem, col. 4. ad fin. vol. 2. & ab Imo. in conſ. 110. in cauſa, quæ vertitur. col. 1. verſ. nec obſtat ſi dicatur, quib. in locis vo-
25 luerunt, ꝙ ex antiquitate tpis, † non præſumatur pro ſolemnitate inſtr̃i, quando ex eius inſpectione ꝓbat̃ de contrario, vt idẽ fuit deciſum à Bellam. deciſ. 154. vtrum, ſi in caſu. & conſ. 10. col. 10. in prin. hoc idem confirmauit Fely. in d. cap. ſicut. nu. 33. verſ. ſeptimo, & vltimo declarãt de re iud. præſumptionem enim, quæ inſurgit ex diuturnitate tpis, non eſſe adeò efficacem quo minus contrarium probari poſſit, vt no. Cy. in l. ſi certis annis, in 10. quæſt. C. de pact. & Bal. in l. 2. in fi. C. de dot. promiſ. atque Alex. in cõſ. 113. ſuper. 1. dub. vol. 1. & Abb. in conſ. 61. col. vlt. verſ. item antiquitas. lib. 1. vbi contra iſtam præſumptionem antiquitatis admittitur probatio in contrarium. cum his tranſit Gabr. Rom. in ſuis concl. lib. 1. tit. de preſump. concl. 1. num. 57. verſ. quarto limita. quo in loco ꝓpè infinitos idem ſentientes congeſſit. idẽ præterea cõprobat Afflict. in deciſ. 107. in cauſa domini Motiæ de Motijs. num. 5. & Dec. in conſ. 164. in cauſa Magnificorum Comitum, num. 13.

26 Ad hoc tñ velim aduertas, † multos contraria hac in re fuiſſe mẽte: inter quos adeſt Anchar. in cõſ. 136. ex conſilijs. vbi ſpeciatim tradit, quod ex curſu longi tpis tollitur omnis defectus, q poſſet allegari in alienatione rei Eccleſiaſticæ, poſito etiã ſi ex inſpectione inſtrumenti conſtaret, quod ſolemnitas illa non interuenerit, quia diuturna ſcientia, & patiẽtia eorũ, quibus cum res geſta fuit, facit, ꝙ actus præſumatur ſolemnis, cum non ſit veriſimile, quod alioqui pars illud toleraſſet, & iſtud ſequitur Dec. in conſ. 342. viſo puncto, & diligenter conſideratis, nu. 13. verſ. nõ obſtat. & in conſ. 409. nu. 12. Soc. iun. conſ. 56. nu. 4. vol. 2 Menoch. in cõſ. 1. nu. 203. vol. 1. Rol. à Val. in cõſ. 2. num. 118. & ſeq. volum. 1. & hanc partem magis poſſe defendi, & ſuſtineri inquit Fely. in d. c. ſicut. nu. 33. verſ. ſed contrarium. de re iudic.

27 Priorem tamen ſententiam † eſſe * cõiter à ſcribentib. receptam, & illã plures habere nu. & põdere DD. qui eam tenuerunt, atteſtatur Socin. iun. in conſ. 56. viſo punct. nu. 22. vol. 2. vbi etiam concordes citat.

28 Ve-

28 Verumtamen† pro reconciliandis his inter ſe differētibus auctoribus, conſiderabis, ꝙ Anchar. in d. conſ. 136. & aſſeclæ in locis ſuperius adductis nō dicunt ſolemnitatem inſtrumenti præſumi ex antiquitate tēporis, etiam quando certiſſimè cōſtat de non ſolemnitate, ſed tantum volunt, id preſumi etiam qñ ex inſpectione inſtrumenti apparet, quod ſolemnitas non interuenerit; ea ratione, vt ipſi dicūt, quia licet in inſtrumento alienationis nō appareat de ſolemnitate, tamen quia in alio inſtrumēto ſeparato potuit interueniſſe, volunt inquam, ꝙ ſtante iſta impoſſibilitate, ſimul cum diuturnitate temporis prǽſumendū ſit, ita eueniſſe, & ſic propter hāc dubitationem, an ſcilicet ſolemnitas interuenerit in alio inſtrumento, ꝙ fieri ſolet ſeparatio ab inſtrumento alienationis, ſecundū cautelam Caſtren. in d. conſ. 81. ſuperius adducti, cōueniunt prędicti Scribentes, quod propter diuturnitatem temporis præſumi debeat, quod interuenerit, etiam ſi ex inſpectione ſecundi inſtrumenti appareat non interueniſſe. Verum iſte non eſt caſus noſter, qa dicimus, quod quando apertè, & certitudinariè cōſtet de non ſolemnitate tàm ex priori, quàm ex poſteriori inſtrumēto, & quod nullus de hoc dubitare poteſt, tunc non obſtante diuturnitate temporis non eſt pſumenda ipſa ſolemnitas; quia nulla eſt efficacior pbatio, quàm illa, quæ ex euidentia facti conſtat: alioqui eſſet dicere falſitatem eſſe veritatem, & ſub hoc ſenſu voluit Fely. intelligere Ancha. & alios, quos ad hanc partem adducit in dicto cap. ſicut, num. 33. verſ. benè fateor. dum citat Alex. in conſ. 373. viſo themate ſupraſcripto ad fin. volum. 3. ſed ſecundum neotericorum impreſſionem eſt conſ. 9. colu. vlt. nu. 9. verſ. ſed non idem. volum. 3. quo in loco habetur, quod ſi Epiſcopus iurauerit non alienare inconſulto Romano Pontifice, & reperiatur facta alienatio, quæ de auctoritate Summi Pontificis nihil exprimat, certè ex diuturnitate temporis non præſumitur dicta ſolemnitas, cū non conſtet verè, ſiue præſumptiuè Pōt. Max. habuiſſe ſcientiam dicti cōtractus, ſecundum ipſum hoc pactum inductum eſt à Fely. ad hoc propoſitum quod, & idem Alex. ſenſit in cōſ. 1. ponderatis his, in fin. primi quæſiti. col. pen. verſ. præterea ex inſpectione. vol. 4. vt & meminit Socin. in d. conſ. 56. num. 21. & vol. 2. de qua re tamèn alibi dabitur fortaſſe commodior diſſerendi locus.

29 Sic ad propoſitam materiam† redeundo, dicimus, quod ſi contra clericum probetur apertiſſimè de eius non promotione, quod non obſtabit longo tempore ſe exercuiſſe in ordinibus ſacris, etiam Miſſas celebrando, per ſupradicta.

CONCLVSIO MCXLVI.

ARGVMENTVM.

Plurimæ traduntur probationes, & explicantur, quibus quis alicuius vrbis originarius ciuis poteſt porbari.

SVMMARIVM.

1 *Origo alicuius ex vrbe aliqua ex eo probatur, quod in ea natus ſit. Et cur num. 3.*

2 *Origine ſua nemo poteſt voluntate ſua ſe eximere.*

4 *Originarij ciues non habitantes in ciuitate, & venientes ad habitandum in ea non comprehenduntur in ſtatuto, quo cauetur, quod ſi ad vrbem incolendam venerit, ſit immunis a collectis, & alijs oneribus per decem annos.*

5 *Originarius ciuis alicuius ciuitatis non poteſt dici, in qua natus eſt fortuitò, & ex matre ibi pertranſeunte. Contrarium, nu. 6. Conciliatio, nu. 7.*

8 *Origo alicuius ex patre, vel maioribus ſuis probatur, qui ex eo loco originem traxerit, cuius ſe originarium probare vult. Quod non procedit in aſcendentibus ſupra proauum, & nu. 9.*

10 *Originaria ciuilitas aui nihil prodeſt nepoti ad ſuam originem probandum, quando pater, per quem debet fieri tranſmiſſio ciuilitatis in ipſum nepotem effectus eſt inhabilis ad tranſmittendum, nempe deſerendo propriam Ciuitatem.*

11 *Origo patris non attenditur, quando cum origine filij cōcurreret etiam domicilium.*

12 *Originem aui ſequitur nepos, ſi eo viuo ſit natus.*

13 *Origo ciuilitatis, quæ contrahitur ratione originis, tranſit ad deſcendentes, ſecus in ea, quæ per domicilium, & incolatum maiorum.*

14 *Originem ſuæ ciuilitatis ſi quis volens probare producat inſtrumentum, in quo eius pater fuit ibi ciuis, an ex hoc videatur probare ſuam ciuilitatem.*

15 *Origo probatur ex priuilegijs à Principibus conceſſis, in quibus quis ciuis alicuius vrbis appellatur.*

16 *Origo probatur ex ſepulchris, & capellis cum literis marmoreis, quæ ſitæ ſint in ea vrbe, cuius originarium ciuē ſe eſſe quis probare vult.*

17 *Origo probatur ex inſtrumentis antiquis, in quibus quis appellatur ciuis talis ciuitatis.*

18 *Origo probatur ex libro æſtimi, in quo quis inter ciues alicuius vrbis enumeratur, & apparet maiores ſuos onera ſubiiſſe, & perſoluiſſe.*

19 *Origo probatur ex communi opinione, qua quis communiter exiſtimatur originem ex tali loco duxiſſe.*

20 *Origo probatur ex priuilegio, quo quis tali ciuitate donatus eſt.*

21 *Origo probatur ex curati libro, in quo baptizatorum nomina profiteri ſolet.*

22 *Originarius alicuius loci verè dici non poteſt quis, ad hoc vt gaudeat ſtatutis, & priuilegijs illius loci; niſi in eo habeat domiciliū, ibiq; maiorem fortunarum ſuarū partem collocarit, & ibidem onera realia, & perſonalia ſoluat.*

23 *Teſtamentum conditum à Florentino habente domiciliū Piſis, debet regulari ſecundum ſtatuta Ciuitatis Piſarū non Florentinæ, & ibidem vide huius rationem.*

24 *Originem ſe trahere ex aliqua familia, domove, quo modo quis probare poſſit.*

Varia, & multiplex eſt pbatio, qua quis alicuius vrbis originarium ſe eſſe ciuem poteſt demōſtrare. Et vt hinc initium ſumam, origo
1 alicuius †ex vrbe aliqua ex eo probatur, ꝙ in ea natus ſit. ſic ſancitum eſt in l. ciues. C. de incol. & vbi quis domi. lib. 10. Ciues, inquit Impp. origo, manumiſſio, allectio, adoptio; incolas verò (ſicut, & diuus Hadrianus edicto ſuo manifeſtiſſimè declarauit) domiciliū facit. ac in l. filios. C. de munici. & orig. eodem lib. 10.
2 ſuam enim ppriam, †ac veram originem vnuſquiſq; adeò ſequitur, vt ab ea ſe eximere volūtate ſua nemo poſſit, vt reſcripſere Impp. Dioclet. & Maximia. in l. origine. C. eod. de municip. & origin. d. l. 10. & reſpondit Vlpian. in l. aſſumptio. in princ. ff. ad municip. ibi, neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt. quo cōtext. permotus ita reſpondit Raph. Cuman. in conſ. 177. ſuppoſitis ſtatutis. poſt nu. 4. verſ. nouiſſimè probatur, atq; Alexand. in conſ. 34. viſis & ponderatis narratis in themate. col. 2. num. 3. volum. 5. quem referendo ſequutus eſt Gramm. voto 10. num. 16. ad idem conſuluit Soci. ſen. in cōſ. 79. vol. 4. idem determinauit Afflictus in deciſ. 384. num. 2. & 8. & Boer. in deciſ. 13. Cephal. etiam in cōſ. 135. num. 23. volum. 1. Menoch. quoque in conſil. 50. num. 9. & 10. volu. 1. ac Burſat. in conſil. 36. nu. 8. volum. 1. concluſionem etiam probant Scribentes in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legat. 1.
3 Naturalia enim, †vt, & ratione id confirmē, mutari non poſſunt, vt ex ſupra allegatis iuribus patet, & tra-

dit

dit Imp. in §. ſed naturalia. Inſtit. tit. de iur. natu. gen. & ciuil. l. ius autem agnationis. ff. de pac. & l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. huiuſmodi enim ciuilitas, quæ ex ſua origine cõtrahitur, naturalis eſt, vt innuit gloſſ. in c. cum nullus. in verb. oriundus. de temp. ordinat. lib. 6. quam ſequitur, & id pluribus corroborat Soc. ſen. in conſ. 35. num. 7. volum. 1. & in conſil. 288. colum. 2. ſub nume. 4. verſ. tertio, quia volum. 2. & Signor. de Homod. in conſ. 166. num. 10. ac Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 45. verſ. & iſtud confirmatur. ff. de adopti. quod etiam eſſe ſingulare dixit Boer. in dicta deciſ. 13. num. 12. verſ. & ratio eſt.

4 Ex hoc infertur, † vt ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, quod ſi quis ad eam incolendã venerit, ſit immunis à collectis, & alijs oneribus per decẽ annos: aliqui verò, qui fuerunt ciues eiuſdẽ ciuitatis receſſerunt, & ad aliam habitandum vrbem ſe cõtulere: qui tractu poſtea temporis patris ſedes repetiuere, volentes gaudere priuilegio, & immunitate dicti ſtatuti; nõ comprehendũtur in illo ſtatuto iſti ciues originarij, nõ habitantes, & venientes ad habitandũ, ita determinat Bar. in l. cum emancipatus. §. ſi pater ex duobus, num. 1. ff. de bonorum poſſeſſi. contra tab. quem referendo ſequitur Alexand. conſ. 4. viſis, & ponderatis, narratis in themate, colum. 2. num. 3. verſ. iſtam partem. volu. 5. ex eo, quòd illi, qui erant ciues originarij poſt diſceſſum poterant cogi ad munera ſubeunda, dicta l. origine. cum ſimil. vnde talibus immunitas concedi nõ poteſt. l. 2. ff. de iur. immun. nam, vt dicebamus, à ciuilitate cauſata ab origine nõ poteſt, quis ſua ſe liberare voluntate, ſed incolatu, & domicilio vtiq; poteſt ſe, ſuaq; liberare; cum in alium locum transfertur, l. incola, la 2. & l. domicilium, & l. nihil. ff. ad municip. vt etiam inquit Caſſan. eundem Alexand. referendo in conſuet. Burgund. rub. 9. §. ſuper text. ne peut perſcripre. verſ. dubitare poſſet. quamuis in hac re aliter ſenſerit Alber. de Roſat. in prima par. ſtatu. quæſt. 77. incipien. adhuc quæro. allegando ita tenere Iacob. de Are. per d. §. ſi pater, quem citat Alexand. in d. conſil. 34. num. 2. verſic. hanc quæſtionem. & Boer. in dict. deciſ. 13. num. 43.

Modo concluſio ipſa limitanda eſt, vt locũ ſibi nõ
5 vendicet † in origine fortuita, vt ſi in ciuitate aliqua ſit quis natus ex parentibus, qui nõ conſtituere ibi domicilium, ſed tranſeuntes erant, vel ad tempus ibi morã trahebant; nam tunc ibi natus illius ciuitatis ob hãc originem fortuitam ciuis non probabitur, vt colligitur ex d. l. ciues. ibi, vnde cum profectus peregrinari videt. C. de incol. & vbi quis dict. lib. decimo. vt ſenſit Bar. in dicta l. filios. num. 4 C. de municip. & origi. lib. 10. quia ad hoc, vt quis ratione propriæ originis ſequatur locum, oportet, quod ſit natus in aliquo loco, in quo parentes cõſtituerunt domicilium, nec erant ibi tanquam tranſeuntes, argu. l. 1. C. de capti. & poſtlimi. reuer. vbi reuerſus cum matre recuperat ciuitatem, licet mater fuerit apud hoſtes, & pepererit, vt in dicta l. filios. inquit idẽ Bart. licet iſtud ſe non firmare dicat, aperiè tamen in hanc deſcendit ſententiam Plat. ibidem, verſic. matris autem originem; quam etiam ſequitur, & ſingulare dictum, ac ſemper menti tenendum, teſtatur Abb. in capit. Rodulphus. num. 9. verſ. ſed eſt dubium notabile, & ibidem Barbat. num. 97. de reſcript. quia qui habet animum ſe transferendi fingitur eſſe non illo loco, l. quæſitum. in fine. ff. de legat. 3. l. hæres abſens. ff. de iudic. & capit. Romana. vbi gl. de foro comper. in ſexto Abbatem etiã refert, & ſequitur Barbat. in conſ. 52. ſcripſit luculenter. nu. 2. verſ. & accedat. volum. 2. hoc idem præterea ſenſere Petr. Cy. Nicola. Bal. Ang. Alberi. Caſtren. in dicta l. huiuſmodi. §. legatum. ff. ad leg. 1. vbi Ange. inquit, ſe hoc audiuiſſe à quodã magno Doctore Vltramõtano. & ibidem Paul. Caſtren. num. 3. verſ. item not. voluit id obſeruatione dignum eſſe, ob ſtatutum, quod Bononiæ, atque in alijs vrbibus viget, quo cauetur, vt nullus Doctor poſſit eſſe de Collegio Iuriſtarum, vel Medicorum, niſi ſit originarius ciuis ipſius ciuitatis; quod ſi mater fortè fortuna abſit, & ibi pariat, fingatur natus in ciuitate, vbi mater fingitur eſſe, l. nihil. ff. de capti. & poſtlim. reuer. ſubdens, ſe iſtud de facto vidiſſe Pataui. Caſtrenſis deciſionem approbat, & Fely. in d. cap. Rodulphus, ſub num. 13. & ſeq. verſ. hanc cõcluſionem. aſſerens, ſe ita etiam de facto vidiſſe in ſe ipſo obſeruari Ferrariæ, in qua idemmet extat ſtatutum, vt ibi latè per eum; iſtud etiam intrepidè determinat Lancellot. Dec. in d. l. hæres abſens. §. proinde. ff. de indi. dicens, hanc opinionem eſſe communem, ſecundum Aug. de Arim. in d. §. legatum. ad quod corroborandum in medium affert deciſionem Bart. in l. 1. nu. 4. ff. ad municip. vbi vult, quod comitatenſis, qui nõ caret omnimoda ciuilitate, l. qui ex vico, ff. eod. ad munic. natus in ciuitate ſua fortuitò non efficiatur ciuis, vt eundem Bart. conſulendo refert Bald. in conſ. 294. iſta cauſa, in princ. volum. 4. ac Socin. ſen. in cõſ. 288. nu. 11. volu. 2. ergò multo minus efficietur ciuis nõ comitatenſis ibidem natus, & proinde remanebit originarius ciuis ciuitatis, à qua diuertit mater, & vbi parentes habebant domicilium. Eodem quoq; pertinere videtur, quod conſultus reſpondit ipſemet Bart. in conſ. 172. dubia occurrentia. nume. 6. in quarto dub. primo libr. quod licet filius ruſtici commorantis in diſtrictu ciuitatis natus fuerit in ciuitate non dicitur per hoc ciuis originarius; quia ex eo, quod natus eſt ex patre ruſtico, & comitatenſi, præſumitur aſcriptius, & patris ſequens conditionem, nec attenditur origo natiuitatis, allegat tex. cum glo. in l. cũ ſcimus, circa fin. verſic. in omnibus itaque. C. de agric. & cenſ. lib. 11. inſuper limitationi noſtræ adhæret Iacob. de Sancto Georg. in dicta l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. nu. 35. & Iaſ. in conſil. 77. placet ſupraſcripta. volum. 3. atque eidem accedere videtur Afflict. in dicta deciſ. 384. num. 4. verſ. & vltra dictam gloſſ. huic poſtremæ opinioni fauet, quòd dum de iure reſpondit, dixit Socin. ſen. in conſ. 35. num. 6. verſic. ſecundo magis, volum. primo.

6 Non defuere tamen plurimi † ijque grauiſſimi viri, quibus cõtraria huic ſententia magis arriſit, nempè, quod filius natus eo in loco, in quo mater nõ erat ẽt manſura, nihilominus dicatur ibi ſortiri originẽ, vbi naſcitur. ex his fuit Io. de Imo. Raph. Cuma. & Alex. ac Paul. Caſtrenſ. ſibi cõtrarius in dict. §. legatum in lectur. Patauia; quia lex diſponit, quod ratione propriæ originis quis ibi dicatur ciuis, vbi naſcitur d. l. ciues. C. de incol. lib. 10. vnde dicebat Cuma. in d. §. legatũ prope finem. ſe ita cõſuluiſſe, & ita de facto ſeruari, & id in puncto iuris ſibi placere affirmat ibidẽ Alex. num. 4. verſ. ſecundo, per illum tex. eandem opinionẽ mordicus tenet idem Cuma. in l. cætera. §. ſed & ſi quis ad opus. pauloante fi. verſ. & iſta faciunt ad quæſtionem. ff. de legat. 1. ex eo, quod in acquirenda origine cõſideratur veritas, nõ patris deſtinatio, d. l. aſſumptio. ff. ad municip. alioqui ſequeretur, quod ſi quis Lutetiam ſe conferret cauſa ibi habitandi, & in itinere vxor pareret, quod filius eſſet originarius ciuis Lutetiæ, vbi pater nunquam fuit: quod eſt abſurdum, ſecundum eũ ibi, & in d. l. cætera. §. ſed ſi parauit quædam in fine. nam, vt, & hic inquit ſi pater vxorem vellet ducere vltra mõtes, & in via pareret, vltra mõtes haberet originẽ. Ad text. verò in d. §. legatum. Imo. ad argumentum verò Bart. quod attendenda ſit deſtinatio patris habentis animum reuertendi, rñdet Cuma. vbi ſuprà, quorum reſponſiones refert Iaſ. in dict. l. legatum. nu. 14. & 15. ac Io. Crot. hanc eandem ſententiã ſequens in repetitio. l. ſi is, qui pro emptore. num. 104. & ſequen. verſ. vltim. notandum eſt. ff. de vſucapi. & Cagno. in rub. ff. de orig. iu. ſub nu. 30. verſ. opinio Alexand. & Felyn. prout in eandem inclinare videtur Boer. in dicta de-

cta de-

cta deciſ. 13. num. 53. dum pro ea adducit. §. ſi quis
igitur. & ibi Angel. in authent. quibus modis natur.
effician. ſui.
Non leuis mea quidem ſententia, iſthæc eſt diſſen-
ſio: in qua ab vtraq; parte ſtant doctiſſimorum Scri-
ptorum auctoritates; adeò vt vtri lector adhæreas par
ti nõ facilè dijudicare queam. periculoſum enim eſt,
vt ex D. Hieron. dicebat Aret. in conſil. 154. in princ.
nec minùs arduum, & difficilè, iudicare de ſententijs
patruum variantibus. equidem in præſentia poſſem
more illius Io. Andr. ſuperius relata opin. varietate eſ
ſe contentus, illudque Palemonis apud Virgilium in
in Eclog. 3. carmen vſurpare.
Non noſtrum inter vos tantas componere lites.
Verùm in hac re, quæ ſæpius ob ſtatuta cõtingit in pra
xi; ita ſiccis, vt aiunt, pedibus nõ eſt tranſeundũ. Rem
7 itaq; penitus intuenti † ea poterit huic controuerſiæ
adhiberi reſponſio. Nã prior opinio procedit ſi filius
cõceptus ſit in loco domicilij, & alibi fortuna editus;
tũc enim ciuis originarius ſuæ ciuitatis cẽſendus erit
eo ꝙ vbi agitur de fauore filij, conceptus habetur ꝓ
nato, vt ait Paulus in l. qui in vtero. ff. de ſtat. homi. ꝙ
ſi natus, & conceptus in loco fuerit, in quem mater
fortè diuerterat, poſterior ſententia locum poterit ha
bere. cum non poſſit fingi natus in loco domicilij, in
quo cõceptus, nec natus eſt, d. l. 1. C. de capt. & poſtli.
reuer. ita nouiſſimè cõciliat Rip. in tract. de peſte, in
2. par. de priuileg. cõtract. cauſ. peſt. in priuile. 18. ſub
nu. 183. verſ. quid tenendum. aſſerens priorem opinio
* nem eſſe * cõem, & ſibi veram videri, ſi hoc pacto in-
telligatur. quem ſequutus eſt Petr. Rebuff. de priuil.
ſchola. priuil. 65. & ſeq. verſ. idem in nato. Nec obſt.
text. in d. l. ciues. quia loquitur in nato in loco, in quo
parentes conſtituerunt domicilium; nos verò loqui-
mur in nato alibi fortuitò; ſecũdum Bar. in d. l. filios.
Reliquum eſt ad eandem tuendam priorem opinio-
nem, vt tollamus dubitationem, quæ aduerſus eam
videtur vrgere. Diximus enim hæc ob ſtatuta debere
obſeruari; at ꝙ dicatur natus in loco domicilij pro-
cedit ex fictione. ſtatuta autem intelligenda ſũt in ca
ſu verò, non ficto. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. ſed
reſpondere poſſumus, quod vbi caſus fictus reperitur
æquiparatus à iure communi caſui verò: tunc ſtatutũ
loquens in materia iuris habet locum ẽt in caſu ficto
e. ad audientiam. vbi Imol. & Abb. de cleri. nõ reſid.
ſic declarat Alexand. in l. 1. §. lex Falcidia. nu. 9. verſ.
3. not. ff. ad legem Falcidiam, quem ſequitur Iaſ. in l.
qui ſe patris, nu. 57. poſt eũdem Alexan. C. vnde libe.
& in caſu noſtro ſic reſpondet Felyn. in dicto capit.
Rodulphus. ſub num. 14. verſ. & ſi diceres, de reſcript.
& in capit. ac ſi clerici. colum. 4. num. 3. circa finem.
verſ. & no. quod vbi ius æquiparat. de iudic. caſus au-
tem fictus eſt æquiparatus vero à lege, per tex. in dict.
l. qui in vtero. ff. de capti. ergo. quod etiam ita diluci-
dat Ripa vbi ſupra num. 184. verſic. ſed remanet vna
difficultas.
8 Præterea alicuius origo poterit ex eo probari, quòd
illius pater, vel maiores originem ex eo loco traxerũt
cuius ipſe ſe originarium probare contendit. Filius
etenim retinet originem ſui patris, ac etiã ſi alibi na-
ſcatur: ita tenet gl. inſignis in cap. 1. §. 1. in verb. alie-
nigenas. de vſuris in ſexto, & probatur in d. l. aſſum-
ptio. §. filius ad municipal. ſic aſſeruere gloſſ. Bart. ac
cæteri in l. libertus. §. patris, & in l. 1. ff. eo. & in d. l. ori-
gine, cum l. ſeq. C. de municip. & orig. lib. 10. & in d. l.
ciues. C de incol. eod. lib. 10. & in rub. C. eodem, ad
municip. d. lib. 10. & in d. l. filios. vbi Scriben. ad idẽ
reſpondit Bal. in conſ. 294. iſta cauſa. vol. 4. cui adhæ-
ret alios in hanc rem referendo Cephal. in conſ. 246.
Magnif Dom. Galeatius Plareſius. num. 1. vol. 2. & vt
latè id comprobat Boer. in d. deciſ. 13. nu. 5. & ſeq. ac
cæteri ad concluſionem relati.
Quod autem de auo, cæteriſq; maioribus diximus
9 limitandum eſt, † vt non procedat in aſcendentibus
ſupra proauum: alioqui neceſſe eſſet nos quærere agrũ
Damaſcenum, in quo natus, creatusuè eſt primus pa-
rens noſter Adam: ſic tradit gloſ. in d. l. aſſumptio. §.
filius. ff. ad munic. quam refert, & ſequitur Ioan. Plat.
in d. l. filios, verſ. item licet filius, & alijs confirmat
Boer. in d. deciſ. 13. num. 7. & 8. verſ. ſed non profectò
* & ita * communiter concludi aſſerit Ceph. in d. conſ.
246. ſub nu. 30. verſ. reliqui autem.
10 Illud itidem, quod de vno † cæteriſque ſupra cum
aſcendentibus diximus, declarandum eſt, & limitan-
dum, vt locum ſibi nõ vendicet, quando perſona me-
dia, veluti pater, per quam fieri debet tranſmiſſio ci-
uilitatis in nepotem, effecta eſt inhabilis ad tranſmit-
tendum, nempè, deferendo propriã ciuitatem; tunc
enim nihil nepoti prodeſt aui ciuilitas: quoniam per
ſona patris incipi debet tãquam perſona proxima, &
immediata. l. ſocium, qui §. 2. ff. pro ſocio. & l. 2. ff. de
condit. ob turpem cauſ. medium autem inhabile im-
pedit tranſitum fieri ad extrema, l. qui ſella. §. vlti. l.
tria prædia. ff. de ſeruit. ruſt. prædio. & l. ſeruitutes præ-
diorum, in fin. ff. de ſeruit. tum etiam quia nemo dat,
ꝙ non habet, l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. & l. ne-
mo plus iuris. ff. de reg. iur. ita ratiocinatus eſt Craue.
in conſ. 163. videndum eſt. nu. 5. vbi alia ad id addu-
cit, que referendo ſequutus eſt Cephal. in dict. conſ.
246. num. 28. & ſeq.
Eandem ſecundam probationem limitabis, vt lo-
11 cum non habeat, † quando cum origine filij cõcurre-
ret etiam domicilium: nam tunc non attenditur ori-
go patris; duo enim vincula, nimirum domicilium, &
& origo propria præualẽt. §. ſi verò pater. Inſtit. tit. de
adopt. & l. te coniuncti. ff. de legat. tertio, vt reſpõdit
Dec. in conſ. 352. num. 1. in fin. & probauit Signor. de
Homod. in d. cõſ. 166. colum. 8. poſt num. 19. verſ. ſed
in caſu noſtro. cui accedit Boer. in d. deciſ. 13. nu. 36.
verſ. & tamen. idque tum ratione, tũ auctoritate ful-
cit Ceph. in d. conſ. 246. num. 20 & num. 36. & 37. vo-
* lum. 2. & ita vno ore * omnes fateri, teſtis, eſt locuple-
tiſſimus Menoc. in d. conſ. 80. nu. 13. vol. 1.
Vlterius illammet reſtringes, & declarabis veram
12 eſſe, † ſi nepos viuo auo ſit editus: quia cum naſcatur
in eius poteſtate, merito ſequitur originem aui; quod
ſi eo mortuo ſit natus, non gaudebit aui ciuilitate, vt
ſuam probare poſſit: ita docuit Bart. in d. l. aſſumptio.
§. 1. nu. 1. & cum eo Io. à Plat. in d. l. filios, verſ. quod
limitat Dyn. per l. 1. §. ſi quis proximior. vnde cogna.
& l. emancipatũ. ff. de Senato. & ante eum Cy. in l. 2.
C. de iuriſd. omn. iud. ad idem reſpondit Alex. in cõſ.
16. in cauſa, & lite inter mag. cominu. Regij. col. 3. nu.
9. verſ. nec ad hęc obſtat. vol. 6. referens idẽ ſentire gl.
& Doc. in d. l. filios. C. de munic. & origin lib. 10. vt &
cõprobat nonnullis Cęph. in d. conſ. 247. nu. 10. lib. 2.
13 Quæ limitatio † ſubintelligenda eſt in ciuilitate, q̃
ratione originis: ſecus in ea, quæ per domiciliũ, & in-
colarum maiorum contrahitur, quę nõ tranſit ad de-
ſcendentes. d. l. aſſumptio. §. 1. & d. l. libertus. §. in pri.
ff. ad munic. potior. enim eſt ciuilitas cõtracta per ori-
ginem ea, quę per domicilium, vel incolatum. d. l. li-
bertus. de pręſcript. Hinc inferebat Alex. in d. cõſ. 16.
14 col. 3. nu. 11. vol. 5. quod ſi quis † volens probare ſuæ
ciuilitatis originem, producat inſtrumentum, in quo
contineatur, quod eius pater fuit ibi ciuis, ex hoc nõ
videatur ꝓbare ſuam ciuilitatem, quia æquiuoca eſt
hæc probatio inſtrumentalis: cum poſſit intelligi, ꝙ
pater fuerit ciuis ratione domicilij, quo caſu, vt dixi-
mus, hæc ciuilitas nõ tranſit ad filium: poſſet etiã ac-
cipi pro ciuilitate contracta ratione originis: in ꝓba-
tione autem, quæ dupliciter intelligi poteſt, fit inter-
pretatio contra probantem. c. in præſentia de prob.
Duabus tamen rationibus hanc Alex. illationẽ ꝓ-
ſternere nititur Io. Crot. in d. l. ſi is, qui pro emptore.
num. 129. & ſeq. verſ. dubia videt. ff. de vſucap. & ſup
hoc

Digitized by Google

hoc cogitandum relinquit. verum ſatis ipſi facere poteris iis, quæ ad ſatietatem examinat, tradit Iaſ. in dicta l. ſi arrogator. à nu. 42. verſ. 2. principaliter vſq; ad nu. 51. ff. de adoptio. vbi quæſtionem hanc plenè proſequitur, nempè, nunquid attēdi debeat domicilium originis, an incolatus, ad quem me reiicio.

15 Priuilegia † etiam à Principibus cōceſſa, in quibus quis ciuis alicuius vrbis appellatur, originem probāt, per ea, quæ notantur in clem. 1. de probatio. ex quo contextu vna cū gloſſ. in verb. feciſſe narramus, habemus verba enunciatiua à principe prolata, plenam fidē facere. cuius gl. meminit etiā Iaſ. in l. ex his verbis. nu. 2. verſ. fac ergo regulam. C. de teſta. milit. ac Cephal. in d. conſ. 246. nu. 4. lib. 2. & nos in hanc ſententiam plura tradidimus ſupra in concluſ. 621. in verbo, enunciatiua verba nu. 2. cum pluribus ſeq. vol. 2.

16 Quin etiam originem † probabūt ſepulchra; & capellæ cum literis marmoreis, quæ ſitæ ſint ea in vrbe, cuius originarium ciuem ſe eſſe planum facere conatur, iuxta doctrinam Bart. in l. monumentorum. C. de relig. & ſumpt. fune. & in l. 1. ff. ſi cer. pet. & ibi Alex. nu. 14. ver. & iuxta hoc. ac Fel. in c. cum cauſam. nu. 8. verſ. in ea. glo. ibi, col. vel lapide, de probationibus.

17 Ex inſtrumentis quoque † in quibus appellatur ciuis talis ciuitatis origo probari videtur, præſertim ſi ſint antiquæ enunciationes. enim huiuſmodi in antiquis probant, iuxta ea quæ traduntur à Iaſ. in dicta l. ex his verbis. ſub nu. 2. in 3. limit. & ibid. à Dec. nu. 24. in 4. fallen. C. de milit. teſta. & in hypotheſi noſtra ſic reſpondit Soc. Sen. in dicto conſ. 79. ſub nu. 7. verſ. hoc idem oſtenditur. vol. 4. & à nobis in dicta concluſio. 621. num. 15. cum pluribus ſequen. in prima limit. ad concluſion. vol. 2. & in concluſio. 106. in verſ. antiquum per enunciatiua verba. vol. 1.

18 Inſuper origo † poterit probari ex libro æſtimi, in quo quis inter ciues alicuius vrbis enumerat, & apparet maiores ſuos onera ſubiiſſe, & perſoluiſſe, pro huiuſmodi enim libro in dubio pſumi, colligitur ex l. vlti. vbi Bart. C. de præd. mino. lib. 11. l. cēſualis. C. de donatio. & ex l. forma. §. 1. & ex eo, quod ibi not. ff. de cenſ. ut vna cum aliis ſcribit Alcia. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 17. nu. 7. & ſeq. & quod ex huiuſmodi libro poſſit probari origo ciuilitatis alicuius elicitur ex iis, quæ tradit Hieronym. de Monte. in tract. fini. regun. c. 64. nu. 4. & quæ nos ſcripſimus in concluſio. 273. in verſ. caſtrum. nu. 4. vol. 1. quod clarè dixit Cæphal. in dicto conſ. 264. nu. 7. verſ. ex libro quoque æſtimi.

19 Ad hęc ex communi opinione † probatur origo, eo quod quis communiter exiſtimatur originem ex tali loco duxiſſe ita reſpondit Ang. in conſ. 194. viſis proceſſibus. paulo poſt princ. & idem tenuit Alber. in 1. part. ſtatu. queſ. 78. item quaro, ſtatuto cauetur, quod ſi quis oriundus. quibus adhęret Boer. in dictā deciſ. 13. nu. 16. verſ. & quomodo probetur.

20 Nec minoris eſt faciēda illa originis pbatio, † quæ ex priuilegio fit, quo quis tali ciuitate donatus eſt. Nā ciues huiuſmodi originarii præſumuntur, & omnibus commodis, cęteriſque pręrogatiuis potiuntur, quibus ipſimet ciues eo in loco nati gaudent, teſte Bart. in d. l. ſi. is, qui pro emptore. in prin. 3. quæſt. nu. 35. vbi cæteri id examinant in fictione inductiua. ff. pro empto. & in l. ſi maritus §. Iuliç. ff. ad l. Iuliam, de adult. l. ſed ſi accepero. ff. de iure fiſci. eundem Bartol. ſequutus eſt Rom. in conſ. 62. col. 3. nu. 5. idque tuentur, & probant Imo. in conſ. 35. in caſu nu. 11. ad Marſil. in conſ. 127. nu. 2. & Grat. in conſ. 61. num. 42. & ſeq. vol. 1. in eandem ſententiam latè conſuluit Pariſ. in conſ. 72. conſultatio. per totum, præſertim nu. 3. & ſequen. & Ruin. in conſ. 227. nu. 2. vol. 1. & id vberrimè declarat Boer. in deciſ. 260. præſuppono primò.

21 Amplius, † quod qs ſit illius ciuitatis originarius, & ciuis, optimè probabit Curati liber, in quo baptizatorum nomina profiteri ſolet, vt apertè demonſtrat Rebuff. in tract. de regeſt nu. 15. verſ. 6. vt apud veteres Romanos in more erat poſitum. Solebant enim liberos ſibi natos profiteri apud acta, adito die, & Cōſule, patre, & matre, quo facilius etas probari poſſet, l. 1. C. ſi minor ſe maio. dixe. quæ ſcripturę natiuitatis vocabantur natales, l. neque natales. & l. non epiſtolis. C. de probationibus. l. pronunciatum. §. vlt. ff. de verb. ſignif. hinc apud Capitolinum memoriæ proditum eſt, Imp. Marcum Philoſophum ſtatuiſſe, vt Romę liberos natos vnuſquiſque ciuium apud Pręfectos ęraris Saturni; in prouinciis verò apud Tabularios publicos, quos ad hanc rem inſtituerat, profiteretur; vt & colligitur ex l. Imperator. la. 1. ff. de ſtat. homi. & ex cap. 11. Euangelii Diui Lucę, vt teſtatur Rebuff. in d. tract. de regeſt. nu. 2. cum plurib. ſeq.

22 Licet autem origo † alicuius ex his, quæ hucuſq; deduximus, poſſit probari, & ob id ciuis præſumatur; tamen in hoc animaduertendum eſt, non poſſe quem verū ciuem, & originariū alicuius loci nuncupari ad hoc, vt gaudeat ſtatutis, & priuilegiis illius loci, niſi in eo habeat domicilium; ibique maiorem fortunarū ſuarum partem collocauerit, & ibidem onera realia, & perſonalia ſoluat. alioqui etiamſi is probet, ſe, maioreſq; ſuos ex aliqua ciuitate oriundos, non tamen ipſius legibus municipalibus, & priuilegiis poſt translatum domiciliū gaudere poterit, ſi ibi incolatum non habuerit, quod ex eo demonſtratur, quia ibi cōueniri non poteſt, niſi illic inueniat. d. l. hæres abſens in princip. vbi etiam Paul. Caſtren. ff. de iud. vt idē Caſtrenſ. in l. 2. §. legatis. ff. eo de iud. in l. vlt. C. vbi in rē actio. id cōprobans ex c. Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6. idem ſentit Soc. in rub de for. compe. verſ. 82. ibi cōclude. nu. 15. & proſequitur Affli. in dicta deciſ. 384. num. 6. vbi permultus id probat, cum num. ſeq. * quam ſententiam * communi Scribentium conſenſu eſſe receptā teſtatur Imo. in c. licet ratione. nu. 10 de for. compet. per quem referendo ſequitur Cęph. in dicto conſ. 246. nu. 19. verſ. nec verus. vbi alios concordes citat. & idem tradit paulo poſt, ibidem nu. 35.

Hinc egregiè conſultus reſpōdit Socin. ſen. in dicto conſ. 79. nu. 12. cum plur. ſequen. vol. 4. quod teſtamē-
23 tum † conditum à Florentino habente domiciliū Piſis, debeat regulari ſecundum ſtatuta ciuitatis Piſanę, non iuxta ſtatuta Florentina, quia domicilium attēdi debet potius, quam origo, cum quis, & propter habitationē pręſumatur originem ſuam deſeruiſſe. l. 2. C. de incol. lib. 10. Bart. in l. pdia. §. 1. ff. de fun. inſtruct. & in dicta l. aſſumptio. §. iuris prudentib. ac in l. domiciliū. ff. ad municip. Sociuū ſequitur Boer. in dicta deci. 13. nu. 23. verſ. & facit. nam cum quis ex loco ſibi originario deſcendit, nec per decem annos reuertitur, nō pręſumitur habere animū redeundi ſi alibi habitare cœperit, & ex euidentibus coniecturis, & ſignis colligat eum alibi commorare velle. veluti, ſi domū vendat, & pdia, quorum preciū alibi trāsferat, & huiuſmodi: nam tunc non gaudebit priuilegiis ciuitatis, in qua manere velle videtur; vt in hāc ſententiam plura adducit Ceph. in d. conſ. 246. nu. 25. & 26. lib. 2. & vberrimè nos id examinauimus ſupra in cōcl. 534. in verb. domicilium. volum. 1.

Et hæc hactenus, quo ad originem ciuitatis pbandam; ſi verò quis probare voluerit, ſe originem trahe-
24 re ex aliqua familia, domove; id commodè oſtendere poterit per teſtes, per famam publicam, nominationem, & inſtrumentum, atq; ex eo, quod arma, ſiue mauis inſignia illius familię gerit, vt in hac facti ſpecie lautiſſimè reſpondit Calca. in conſ. 8. in cauſa pendente. ferè per tot. & nos hæc explicauimus alibi in verſ. conſanguinitas. concluſ. 410. & 412. volu. 1. ad hos communes locos Lector te relego.

CON-

P

CONCLVSIO MCXLVII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur pactum de retrouendendo copioſè declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo à Romanis olim fiduciaria venditio dictum.*

2 *Pactum de retrouendendo per venditionis inſtrumentũ in eo appoſitum probatur.*

3 *Inſtrumentum dicitur probatio probata nulla alia indigens diſceptatione iudicij.*

4 *Pactum de retrouendendo non probatur per inſtrumentũ, cuius imbreuiatura non apparet.*

5 *Pactum de retrouendendo non probatur per inſtrumentũ cuius imbreuiatura non apparet, cum pars vellet ipsũ inſtrumentum de falſo redarguere, ſecus ſi non arguat idem inſtrumentum de falſo. Et cur, ibidem.*

6 *Pactum de retrouendendo probari per coniecturas, indicia, & vehementes præſumptiones. Et cur, ibidem.*

7 *Veritati iura ſemper volunt eſſe locum.*

8 *Pactum de retrouendendo tunc probatur per cõiuncturas quando ſumus in caſu, in quo præſumitur contractus vſurarius, & agitur de probatione fraudis: ſecus cũ agitur de ꝓbatione pacti ad hunc effectum, vt ſequatur retrouenditio, quia tunc vera requiritur probatio.*

9 *Pactum de retrouendendo de iure communi probatur per coniecturas, ſecus in ſtatuto, quod legitimam probationẽ deſideraret. Et cur, ibidem.*

10 *Probatio legitima, quæ dicatur.*

11 *Qualitas ſtatuti neceſſario eſt probanda.*

12 *Pactum de retrouendendo probatur per coniecturas in contractu venditionis, ſecus in contractu dationis in ſolutum. Et cur, num. 13. & nu. 15.*

13 *Datio in ſolutum non dicitur propriè, & ſtrictè vẽditio.*

14 *Statutum loquens in contractu venditionis non habet locum in datione in ſolutum.*

15 *Contractus licet ſimulatus probetur ex modicitate pretij, et pacto de retrouendendo, tamen id non procedit in datione in ſolutum, cum ea non ſit vera, & directa venditio.*

16 *Pactum quando non eſt appoſitum in inſtrumento venditionis probatur per teſtes.*

17 *Pactum de retrouẽdendo teſtes probant, etiam ſi deponant in tractat u ipſius contractus emptionis, & venditionis factam fuiſſe dictam promiſſionem pacti de retrouendendo, & poſtea confectum fuiſſet inſtrumentum puræ venditionis ex interuallo, Ratio eſt, nu. 19.*

18 *Ius poſtquam eſt quæſitum parti non præſumitur, quod ipſa ex ſubſequenti actu ex interuallo renunciare velit.*

20 *Pactum de retouendendo probatur etiam per vnicum teſtem omni exceptione maiorem. Cui poterit deferri iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, nume. 21.*

22 *Pactum de retrouendendo probatur etiam per vnicum teſtem affinem, ſiue cognatum, dummodo ſit pluſquam ſemiplenè probatum. Et eo magis, ſi hæc exceptio, quod eſt affinis, vel cognatus, fuiſſet a patre remiſſa expreſſe, vel tacite. nu. 24.*

23 *Affinis non repellitur à teſtimonio in cauſis ciuilibus.*

25 *Iuramentum ſuppletiuum quando eſt deferẽdum pars aduerſa vocanda eſt.*

26 *Pactum de retrouendendo in contractu interueniſſe ſi probandum ſit, poſſet deferri iuramentum in ſupplemẽtum, probationis, etiam ſi cauſa eſſet ardua, in eaque teſtis deponeret non omnino integer, ſed actor haberet pluſquam ſemiplenam probationem.*

27 *Iuramentum ſupletiuum licet non deferatur in cauſis feudalibus: tamen defertur poſſeſſori.*

28 *Pactum de retrouendendo probatur per verba teſtis etiã dubia, & quomodo.*

29 *Verba dubia teſtis intelliguntur contra producentem.*

30 *Iudex poteſt ex officio repetere teſtem, vt declaret dictum ſuum ambiguum.*

31 *Pactum de retrouendendo probatur per teſtes ſibi inuicem in modico in circunſtantijs, non autem circa negotium principale, diſſidentes.*

32 *Pactum de retrouendendo probatur etiam per teſtes, qui in ſuis depoſitionibus viderentur contrarij, et quomodo vt ibidem.*

33 *Teſtes requiruntur omni exceptione maiores ad conuincendum inſtrumentum falſitatis.*

34 *Pactum de retrouendendo probatur etiam per vnum teſtem cum fama.*

35 *Pactum de retrouendendo probatur etiam per teſtes in ſuis dictis ſingulares, nempè de diuerſis diuerſo tempore factis confeſſionibus. Contrarium num. 36. Conciliatio, num. 37.*

38 *Pactum de retrouendendo probatur etiam per teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus diuerſo tẽpore factis, modo illæ cõfeſſiones fuiſſent à parte acceptatæ. Contraria tamen huic opinio verior eſt, vt num. 39. Conciliatio remiſſiuè, vt num. 40.*

41 *Pactum de retrouendendo non probatur per teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus diuerſo tempore abſente parte extra iudicium factis.*

42 *Pollicitatio a pacto diſtinguitur.*

43 *Multa dicuntur, quæ non fiunt.*

44 *Pactum de retrouendendo probatur per teſtes deponentes etiam de confeſſione à partibus facta, pacti de retrouendendo, nec dicerent de tempore, quod emptor ſtatuit, & præfixit venditori ad rem recuperandam, nec de proteſtatione, quæ coram notario, & teſtibus in iſtiuſmodi caſibus ſolet fieri. Et cur, ibidem.*

45 *Pacti de retrouendendo copia probationis ne pereat, poteſt venditor curare, vt teſtes ad æternam rei memoriam examinentur, quando nullum adeſt inſtrumentum, ſed de eo pacto tantũ cõſtat ex præſentia proborum virorũ.*

46 *Pacti de retrouendendo probandi lapſo termino eſt danda alia dilatio ad idem pactum probandum.*

1 Pactum † de retrouendendo à veteribꝰ Romanis fiduciaria venditio nũcupatum, vt egregiè confirmat Tiraq. de vtroq; retract. de retract. conuentio. in præfa. num. 36. verſ. & cum his
2 per venditionis inſtrumentum † in eo appoſitum cõmodè poſſe probari explorati iuris eſt: nam cum inſtrumentum, modo à iure requiſita contineat, dicatꝰ
3 ꝓbatio probata, † nulla alia indigens diſceptatione iudicij, vt inquit Bal. in l. Imperator. ff. de ſtatu. hom. & in l. quoties. in vltimis verbis. C. de iudic. cui adhæret Socin. in cõſ. 2. in cauſa teſtamentaria. nu. 2. volu. 3. & in conſ. 89. in cauſa agitata. col. pen. nu. 17. vol. 2. cum alijs innumeris ferè adiectis à Marſ. in rub. C. de prob. nu. 1. ſequitur vt omnia in eo contenta, quemadmodum eſt hoc pactum, optimè per illud queant probari, vt nos latè id confirmauimus ſupra in cõcl. 915. incip. inſtrumentum producens, per totum volu. 2. & in terminis noſtris id decidit Boer. in deciſ. 184. dico, quod in princ.

Concluſionẽ hanc limitabis, vt ſi pactum iſtud de
4 retrouendendo † fuiſſet redactum in inſtrumento, cuius imbreuiatura non appareret, non tamen pactum iſtud per dictum inſtrumentum poſſet ꝓbari, vt in hypotheſi noſtra cõſuluit Celſus, Hugo. in cõſ. 58. ſuper nuptialibus, nu. 10. verſ. nec obſtat inſtrumẽtum. vbi ad ſuam corroborãdam hanc opinionem inter alios adducit Bart. in l. cum quidam. in princ. C. de fid. inſtrumen.

ſtrum.atq; Bal.in rubr.eiuſdem tit.col. 6. nu. 20. verſ.
2.q.æro.

Cuius tamen ſententiam tunc demum verã eſſe di-
5 xerim, cum pars † vellet ipſum inſtrumentũ de falſo
redarguere: nã tunc cogeretur aduerſarius oſtendere
protocollum; quod ſi non appareret, pars illa aduer-
ſa non obtineret in iudicio, niſi illud oſtenderet: vt in
his terminis loquutus eſt Bartol. in d.l.cum quidam.
Cum verò nõ verſemur in præſentia in hoc caſu, ſed
in eo ſcilicet an per inſtrumentum probetur fiducia-
ria venditio, crediderim imbreuiaturam non eſſe ne-
ceſſariam, cum nunc non agatur de redarguendo in-
ſtrumento de falſo, eaq; ratione permoueor. Nam cũ
per notarium inſtrumentum rogatum eſt, redactum,
& mundum ipſum tunc eſt verum originale, vt no.
Bar.in l.Sempronius Proculo.ff.de leg.2.quem refert,
& ſequitur Baldus vbi ſupra, & ibidem declarat id ita
debere intelligi.

Et hoc quidem veriſſimum eſt, nec vllus erit vn-
quam, qui id ſine vllo negocio non admittat. Maior
autem ſuboritur dubitatio, quo pacto pactum iſtud,
cum venditionis inſtrumentum illud non continet,
ſit probandum.

Profecto hoc in caſu ſatis erit id probare per con-
6 iecturas, † & indicia, atq; præſumptiones, licet directa
probatio deficiat: nam cum hoc ſit tale negocium,
quod conſueuit celebrari occultè nullis adhibitis te-
ſtibus, nec de ſua natura liquido probari queat, nec
ſoleat, nimirum ſi leuetur probationis onus, nec ita
exacta requiratur probatio, illudq; ſufficiat probare
per coniecturas tales, quales in illo negocio cadunt,
vt l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.& arg.eius, ꝙ
habetur in c.præterea.vbi gloſſ. de teſtib.& eius, quod
not.gl.in l.1.in fi.gloſæ magnæ.ff.de probatio.& l.qui
ex liberis.ff.de ſecun.tab.& Cyn.in l.1.in fi.C.de ſicar.
in l.ſi non conuicij. in 1.oppo. C. de iniur. atque Inn.
in c.cum in officijs.de teſtam. eodem pertinet. l. con-
ſẽſu.§.ſuper plagis.C.de repud.& ita videre eſt in the-
mate, ſuper quo conſuluit Paul. Caſt.in conſ. 143.in-
cip.viſo proceſſu, & atteſtationib. vol. 2. quod quidẽ
conſilium omnes quos videre potui Scribentes, alle-
gant ſub nu.250.ſine vllo volumine: nã cũ illi de Val-
uaſina conuenti voluiſſent habere inſtrumentum li-
beræ venditionis, & ſine pacto de retrouendendo, vt
ibi fuit probatum, ob id noluerunt, quod de dicto pa-
cto appareret ſcriptura, vel teſtes, ſed quod de fide il-
lorum confideret altera pars. hinc Caſt. in d. cõſ. 143.
col.2.ſub nu.2.verſ.dico igitur, ne veritas periret, cui
7 ita ſemper † volunt eſſe locum. l. vlt. ff.de probatio.
reſpondit, ad probationem ipſius pacti ſufficere ve-
hementes præſumptiones, & coniecturas attẽto, quod
partes cenſentur hoc egiſſe, & voluiſſe, quod directæ
probationes, non adeſſent.

Hoc tñ non ita accipiendũ eſt, vt perpetuò verũ ſit:
8 ſed intelligendum, vt procedat, † quando ſumus in ca-
ſu, in quo præſumitur contractus vſurarius, & agitur
de probatione fraudis: tunc enim ſatis eſt, ſi pactum p
coniecturas probetur, & ita loquitur Caſtr. vbi ſupra
ſecus verò eſt, cum agitur de probatione pacti ad eum
potiſſimum finem, & effectum, vt ſequatur retrouen-
ditio, & non, vt redarguatur contractus vſurarius: nã
tunc requiritur vera probatio, de qua paulò poſt di-
cemus. hæc eſt elegans, & verè inſignis, & ſempiternæ
memoriæ mandanda Decij doctrina in conſ. 18. viſo
puncto, & pro tenui facultate mea.col. vlt.poſt nu. 5.
verſ.vel tertio dici poteſt, eamq; menti eſſe tenẽdam
dixit Gozad.in l.1.nu.355.C. de pact. inter empto. &
vendito.& eandem dum de iure in hac facti ſpecie
reſpondit, ſequutus eſt Rol. à Val. in conſ. 50. incip.
quoniam apud omnes.col.1. nu. 7. verſ. nec refragari
videtur.lib. 4. quamuis hac in re fuerit hallucinatus
Celſus Hugo in d.conſ.58.ſuper nuptialibus.num. 9.
verſ. tertium quæſitum.

Illud idem prætereà intelligendũ eſt, vt locum ſibi
9 vendicet de iure cõi † quo iure in hmõi pacto probã-
do admittũtur coniecturæ; ſecus verò eſſet in ſtatuto,
ꝙ legitimam probationem deſideraret: nã tunc om-
ninò requirerentur plenæ, & veræ probationes, & ita
ſtatutum eſſet intelligendum, vt aliquid operaretur,
arg.l.ſi quando.ff.de leg. 1. & c. ſi Papa.de priuil. in 6.
10 ex eo, quòd illa dicatur legitima probatio, † quæ fit
teſtibus, inſtrumentis, & non per iurĩm, teſte gl.in l. cũ
de indebito.in prin.ff de probatio.& in c. at ſi clerici.
in princ.in verb. probatione legitima. de iudic.& ſta-
tuto loquente cum aliqua qualitate, qualitas illa ſta-
11 tuti † neceſſario probanda eſt, vt obſeruauit Bart. in l.
1.§.ait prætor.ff.ne quid in flum. publ. & arg. eius, ꝙ
animaduertit Io. And.in c.1.de homic.in 6. cũ ſimil.
& ita in propoſita hypotheſi cõſultus reſpondit Dec.
in conſ.18.col.3.ſub nu.4. verſ.3.principaliter. & col.
vlt.poſt nu.5.verſ.prætereà illud procedit.

Tertiò quoq; eundẽ pacti de retrouẽdendo ꝓban-
12 di modum declarare poſſumus, † vt locum habeat in
contractu venditionis, non ſic in contractu dationis
13 in ſolutũ; ea potiſſima ratione, † quia propriè, & ſtri-
ctè datio in ſolutũ non dicitur vẽditio. idcircò ſtatu-
14 tum loquens † in contractu venditionis, non habebit
locũ in datione in ſolutũ, vt egregiè concludit Spec.
in tit.de reſcind.vend.§ nunc dicendũ, nu.20.ver.ſed
pone, ſtatutũ eſt, dicens, ꝙ ſi ſtatutum cõcedat facul-
tatem vicino, vel conſorti, vt poſſit rem venditam re-
cuperare, non habebit locum ſtatutum in donatione
in ſolutum. quem referendo ſequitur Alex. in cõſ.76.
incip.viſis dubitationibus præmiſſis.col.3. nu.10.ver.
tamen fallit.col.5.vbi multa ſimilia ad id adducit idẽ
facit Fabia.de Monte Sancti Saui. in tract. de emp.&
vend.in 1.q.prin.nu.7.ver.5.& vltimo fallit, & ſi ſem-
per ad hoc ſoleat adduci.l.eleganter. in prin. ff. de pi-
gnor. actio. quod ſcilicet datio in ſolutum videatur
eſſe ſimilis venditioni, illiusq; vim obtineat, vt ibidẽ
tradit Paul.Caſtr.ad idem eſt context.in l. litis.ff. pro
empt.in l.vlt.ff.ex quibus cau.in poſſeſ.ea.& in l.præ-
dium.in fi.C.de euictio. nam huiuſmodi contractus
inquit ſibi Imp. Ant.vicem tamen vẽditionis obtinet.
Etenim hæc vera ſunt largo modo, ſecus uerè, & pro-
priè, & strictè intelligẽdo; ſi in hac eadem noſtra pa-
cti de retrouendendo materia intellexit, & interpre-
tatus eſt Dec.in eo.cõſ. 18.col.2.nu 3.uerſ.nec obſtat,
quod datio.& col.ult.ſub nu.6.uerſ. non obſtat, quod
probationes.

15 Quod etiam alia ratione confirmatur: † nã quam-
uis omnes ferè admittant cõtractum ex ijs præcipuè
coniecturis probari ſimulatũ ex modicitate pretij, &
pacto, de retrouendendo, illud tamen non procedit
in datione in ſolutũ; cũ datio in ſolutum nõ ſit uera,
& directa uenditio, tum etiam, quia in contractu uẽ-
ditionis pecuniæ numeratio interueniat, in donatio-
ne autem in ſolutum non item; quæ quidem pecuniæ
numeratio homines ad ſe allicit, & ex ea, ut hamo
piſces capiuntur. ita reſpondit Fulg.in conſ.133.in q.
ueſa.col.3.poſt num. 3.uerſ. ceſſabit igitur; cuius do-
ctrinam nuncupatim ſequitur Iaſ. in conſ. 150. uide-
retur.col.2.nu.2.uerſ.2.& fortius.uol.4. & in cõſ. ſeq.
151.contra conſultationẽ.col.3. uerſ. pro eadem par-
te.eo.uol.4.Dec.itidẽ in d.conſ. 18.d.nu.3. & in conſ.
167.in cauſa, quæ coram Reuerendo Vicario. col. 3.
nu.6.uerſ.3.reſpondetur. & in conſ. 209. in caſu pro-
poſito.col.1.nu.4.uer.nam ſunt præſumptiones. & in
conſ.308.in caſu ad nos tranſmiſſo.col.2.nu.5.uerſ.2.
quia quos referendo ſequitur And. Tiraq. de retract.
conuentio.in præfat.nu.27.uerſ.5.illud eſt, & nu.28.&
29.ubi pluribus id confirmat, & refert contra ſentien-
tes, non igitur mirum, ſi cum in contractu dationis in
ſolutum non ita facilè fraus, & ſimulatio præſuma-
tur, in eo legitimæ probationes requirantur.

16 Alius etiam modus † probandi pactũ de retrouen-
dendo

dendo, nimirum, quando non fuit appoſitum inſtru-
mento venditionis, & partes agunt ea mente, vt ſe-
quatur fiduciaria hæc venditio: nempè poterit ꝓbari
per teſtes, arg. l. vbi numerus. ff. de teſtib. & c. in omni
negocio. de teſtibus. vt in themate noſtro conſultus
reſpondit Alexan. in conſ. 122. incipi. viſo proceſſu
vtriuſque cauſæ. colum. 1. ſub num. 3. & 4. vol. 2. à cu-
ius opinione ſtat Gozadin. in d. l. 2. num. 335. circa fi.
C. de pact. inter empt. & vend. & probauit idem Rol.
à Val. in d. conſ. 50. nu. 4. verſ. primaq. facie, lib. 4. atq;
Boer. in d. deci. 183. in prin. nu. 2. eoſdem ſequutus eſt
Cagnol. in d. l. 2. q. 52. num. 180.

Huiuſmodi autem ſecundum pacti ꝓbandi modũ
17 velim amplies, † vt etiam procedat, qñ teſtes depone
rent in tractatu ipſius cõtractus emptionis ſcilicet, &
venditionis factam fuiſſe dictam promiſſionẽ pacti
de retrouendendo, & poſtea cõfectum fuiſſet inſtru-
mentum puræ venditionis ex interuallo, per l. ſi ubi
liberum, ſecundum vnum intellectũ. ff. de acti. empt.
& l. ſi binarum. ff. de ſeruit. vrb. præd. nam poſtquam
18 eſt ius quæſitum parti, † nõ præſumitur, quod volue-
rit ex ſubſequenti actu ex interuallo renunciare, arg.
l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. & c. ſuper
hoc. de renunc. ob id valida erit, & firma ipſius teſtis
depoſitio. & cõcludenter ꝓbabit pactum iſtud inter-
ueniſſe in ipſo cõtractu. Et vt in hanc deſcendã ſen-
19 tentiam ea ratio † ſuadet. nam cum hic teſtis deponat,
ꝙ fuit facta promiſſio tempore venditionis, ſicq; fue-
rit cõtemporanea cum ipſa venditione, ſequitur, qđ
fuit pars ipſius cõtractus venditionis, vt l. fundi partẽ
ff. de contrahen. empti. l. iuriſgentium. §. quinimò. ff.
de pact. & l. lecta. ff. ſi cert. pet. iccircò cũ nõ videatur
ab ea prouiſione receſſum per cõſequens inſtrumen-
tum & ex interuallo factum, nimirum ſi huic teſti ita
deponenti plena ſit adhibẽda fides. Secus ſi nõ in eo
cõtractu, ſed in præfationib. cõtractus fuiſſet dictũ:
quia tunc intelligeretur repetitum in ſequenti contra-
ctu. ita demum ſi fuiſſet in cõtinenti ſubſecutus cõ-
tractus, & nõ ex interuallo. l. item qa, in fi. cũ ibi not.
à Scriben. ff. de pact. & à gl. in l. per retẽtionem. ſuper
verb. rata. C. de vſu, & per reſpõſum Pauli in l. Titia.
§. idem reſpondit. il 1. vbi gl. 1. ff. de verb. oblig. q̃ iura
ad idem allegat Caſtr. in d. cõſ. 143. col. vlt poſt num.
3. verſ. eſt etiam Thomaſius. vol. 2.

20 Secundò amplio † eandem pacti probandi rõnem,
vt etiam per vnum teſtem omni exceptione maiorẽ
poſſit hoc pactum ꝓbari, cum hic teſtis faciat ſemi-
* plenam ꝓbationem, iuxtà gl. cõiter approbatam in l.
admonendi. vbi cõmuniter Scrib. omnes, & in l. bo-
næ fidei. C. de iniur. & de hoc eſt caſus in c. vlt. de ſuc.
ceſ. ab inteſta idem reſpondit Soc. iun. in conſ. 31. nu.
* 5. vol. 2. Port. in conſ. 12. nu. 9. quam *cõiter ab omni-
bus eſſe receptam ſententiam dixit Cur. in d. l. admo-
nendi. num. 292. & in terminis noſtris id ſenſit idem
Caſtren. in d. conſ. 143. col. pen. nu. 3. vol. 2. & Gozad.
in d. l. 2. num. 334. C. de pact. inter empt. & vendit. cui
21 quidem † vnico teſti poterit deferri iuramentum in
ſupplementum perfectæ probationis, vt idem Caſtr.
ait in d. cõſ. 143. paulò ante fin. & Cagno. in d. l. 2. nu.
180. q. 52. ac ibidem Gozad. d. nu. 335. ac Rol. à Val.
in d. conſ. 50. nu. 13. & 14. & ſub nu. 17. verſic. non ob-
ſtant modò, lib. 4. & per id, quod traditur in l. cum in
plures. §. locator horrei. ſecundum vnum intellectũ.
ff. loca. non enim eſt adhuc quæſitum ius parti; nec te
ſtis probabit, ſi deponet, factam fuiſſe in præfationib.
contractus promiſſionem fiduciariæ venditionis, ſed
nõ incontinenti fuiſſe ſubſecutam. hanc ego amplia-
tionem colligo ex reſponſo Alex. in d. cõſ. 122. nu. 2.
* verſ. & poſt quam. vol. 2. & eandem magis *cõiter eſ-
ſe receptam ab omnibus in l. pacta nouiſſima. C. de
pact. & multis alijs in locis, teſtis eſt locupletiſſimus
Boer. in d. deciſ. 183. nu. 16. poſt verſ. & ſimiliter. vbi
etiam eundem Alexan. vbi ſupra citat, & ſequitur.

Submapliabis ampliationem hanc, vt locum ſibi
22 vendicet, † etiam ſi iſtiuſmodi teſtis ita deponẽs eſſet
affinis, ſiue cognatus, dummodò pluſquam ſemiple-
nè fuiſſet probatum; tunc enim hic teſtis, ſtante hac
pluſquã ſemiplena probatione, nõ poſſet repelli à te-
ſtimonio, & huiuſmodi probatio poſſet ſuppleri per
eandem iuramenti delationẽ, per regulam d. l. admo-
23 nendi. ff. de iureiurando. ex eo etiã, quia affinis † non
repellitur à teſtimonio in cauſis ciuilibus, vt obſerua
uere gl. & Doct. in c. accedens. il 1. verſ. ſubeſſe. vt lit.
non conteſta. ita reſpondit idem Alex. in d. conſ. 122
nu. 6. cui accedit Boer. in d. deciſ. 183. nu. 2. vbi ait ita
fuiſſe concluſum Neapoli in cauſa Domini Mon-
tguyon actoris, contra Dominum de Romefort re-
um, & delatum iuramentum ſuppletiuum ipſi actori,
qui habebat, pluſquam ſemiplenè probatum, & la-
tum areſtum die 10. Iulij anno Domini 1533.

24 Et eò magis ſubampliatio procedit, † ſi hęc exce-
ceptio, quod eſt cognatus, vel affinis, propter quam
non dicitur omni exceptione maior, fuerit remiſſa à
parte expreſsè, vel tacitè; vt id nonnullis auctoritati-
bus corroborat Alexan. in dicto conſ. 122. col. 3. nu.
8. verſ. plus dico. & ibi adden.

Eandem ſecundam ampliationem, & hanc ſubam
25 pliationem declarabis, vt cum erit deferendum † ſup
pletiuum iuramentum pars aduerſa vocanda ſit, alio-
qui delatio iuramenti erit irrita, vt probatur ex l. bo-
nę fidei. verſ. cauſa cognita. C. de reb. cred. & per il-
lum tex. not. Ang. ibidem, dicens tamen debere eſſe
aduocatum in hoc, iuncta l. in cauſæ. §. cauſa cogni-
ta. ff. de minor. quem ſequitur Alexan. in d. conſ. 122.
nu. 13. verſ. non obſtat etiam ſi dicatur.

Tertio loco eundem probandi modũ ampliare po
26 terimus, vt etiã ſi cauſa, † qua de ageretur, eſſet ardua
& maximi momẽti, in eaque teſtis deponeret nõ om-
nino integer, ſed actor haberet pluſquam ſemiplenã
probationem, nihilominus ad probandum pactũ de
retrouendendo in cõtractu interueniſſe, poſſet deferri
iuramentũ in ſupplemẽtum probationis: licet omnes
Scribentes negent in huiuſmodi cauſis illud à iudice
poſſe deferri, propter ſuſpitionem periurij, ratione ma
gni commodi, in dicta l. admonendi. ff. de iureiu. & in
d. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. ꝙ axioma confirmo
pluribus tum Cæſarei, tum etiam iuris Põtificij inter-
pretibus, tam publicè profitẽtibus, quam cõſulentib.
vt Abb. in c. mulieri. col. 3. in prin. poſt nu. 6. ver. quod
enim ſi actor. de iureiu. motus auctoritate Summi
Pontific. in c. vlt. §. 1. eo titu. de iureiu. Archi. in ca. vi-
duas. lib. 5. num. 2. in verb. Sacramento. 27. quęſ. 1. &
Hoſt. in ſum. de iureiur. Rom. in d. l. admonendi. col.
17. nu. 104. verſ. determinat igitur. & ibi Alex. in l. 3.
col. 3. nu. 13. verſ. in hoc articulo. & ibi Caſtr. col. vlt.
ff. eo. de iureiur. hinc dicebat Bal. in dicta. l. bonæ fi-
dei. col. vltim. poſt nu. 10. verſ. 3. inſpicitur quantitas.
27 C. de reb. cred. quod licet in cauſis feudalibus, quia
magnæ, & arduę ſunt, non deferatur iſtud iuramen-
tum † tamen vtiq; defertur poſſeſſori; quia poſſeſſio
aliquid adiungit, ſemiplenæ probationi; quod verò
idemmet iuramentum deferatur in ſupplementum
probationis pacti de retrouendendo, etiamſi eſſet
cauſa ardua, reſpondit idem Alexand. in dicto conſ.
122 col. 3. num. 7. verſ. & licet dictum iuramentum,
volum. 2. cui adhęret Roland. à Val. in dicto conſ. 50.
vol. 3. nu. 15. verſ. nec vis fieri poteſt, lib. 4.

Quarto inſuper ſuperiorem ſecundum pacti de re-
trouendendo probãdi modum ampliabis, vt verus ſit,
28 † etiã ſi teſtis per verba dubia deponeret: veluti, ſi di-
ceret pactum illud fuiſſe factum, antequam cõficere-
tur inſtrumẽtum, nec aperiret, an fiduciaria venditio
facta fuerit in ipſa venditione, an in ipſis probationi-
bus venditionis poſtea incontinenti ſubſecutæ. nã fa-
cilè contingere potuiſſet, quod dicta promiſſio fuiſſet
facta ante venditionem, non in venditione, vel facta

in præ-

Digitized by Google

in præfationibus ipſius vēditionis, poſtea ſeorſum ex
interuallo ſecutæ, & liberè factæ, quo caſu intelligi-
tur eſſe receſſum à dicta promiſſione, per ea quæ no-
tat Bart. in d. l. item quia. §. vlt ff. de pact. & in l. pacta
nouiſſima. C. eo. Bal. & Ang. in l. ſi quis cum aliter. ff.
de verb. oblig. nec ob id huiuſmodi depoſitio ambi-
29 gua probaret, ex eo, quod verba dubia † teſtis intelli-
gantur contra producētem, c. in præſentia de probat.
icciroo poſſet iudex cauſæ ex officio repetere eūdem
teſtem, & interrogare, an dicta promiſſio de retrouē-
dendo facta fuerit in ipſa venditione, an incontinen-
ti iuxta ipſam venditionem, ideſt; antequam partes
deuenerint ad actus extraneos, iuxta l. continuus. in
prin. ff. de verb. oblig. & l. duos. §. vlt. ff. de duob. reis,
& not. ſcrib. in l. contractus. C. de fid. inſtru. & in l. in
30 bonæ fidei. C. eo. de pact. & quod poſſit iudex † ex of-
ficio ſuo repetere teſtem, vt declaret dictum ſuū am-
biguum, ſancitum eſt in c. cum clamor. vbi gl. ſup.
verb. confusè. de teſtib. ſic conſultus reſpondit Alex.
in conſ. 238. ponderatis his, de quibus in themate.
colum. 2. num. 4. verſ. videndum eſt igitur. vol. 6. & in
terminis ſuis in d. conſ. 122. col. 3. nu. 5. & 6. verſ. ideo
poſſet iudex. eo. vol. 2.
31 Quintò eundem modum ampliabis, † vt etiam te-
ſtes ſibi inuicem in modico in circunſtantijs, non au-
tem circa negocium principale, hoc eſt promiſſionis
de retrouendendo, diſſidentes, nihilominus pactum
iſtud probent, nec dicantur varij arg. eorum, quæ no-
tantur à Bart. in l. eos. col. 2. nu. 8. verſ. quæro, quæ di-
cātur. ff. ad leg. Cornel. de falſis, & Bal. ac Io. de Imo.
in l. his verbis. §. vlt. arg. illius tex. ff. de hære. inſt. Inn.
in c. fraternitatis. de hæret. quos ſequitur Alex. in cōſ.
5. in cauſa inquiſitionis formatæ. col. 3. nu. 10. verſ. nō
obſtat etiam, ſi diceretur. vol. 1. & in conſ. 105. viſo, ac
diligenter cōſiderato. col. pen. nu. 22. ver. 7. & vlt. vol.
4. vbi multa ad id adducit. & in cōſ. 149. viſo proceſ-
ſu inter Michaelem. col. 3. nu. 10. ver. & in depoſitio-
nibus. vol. 6. in conſ. 88. quoniam omne datum. col. 4.
nu. 17. verſ. nec etiam obſtat. eo. vol. 5. in conſ. 24. ani-
maduerſis his. col. vlt. num. 43. verſ. non obſtat, quod
teſtes. vol. 2. & in conſ. 42. in cauſa, & lite inter Chri-
ſtophorum. col. vlt nu. 19. verſ. prætereà. vol. 3. & * cō-
munem hanc eſſe concluſionem ipſemet dicit in cō-
ſil. 47. abundè. col. 2. nu. 5. verſ. nunc eſt videndū. vol.
2. idem ſenſit Dec. in conſ. 163. in cauſa matrimonia-
li. col. 7. & 8. n. 15. & 16. ver. 11. & multi alij, quos lon-
gū eſſet enumerare, & in propoſito noſtro ad proban
dum pactum de retrouendendo conſuluit idem Alc.
in d. conſ. 122. col. pen. 14. ver. non obſtat, ſi dicatur.
vol. 2.
Subampliabis ampliationem hanc, etiam ſi ipſi te
32 ſtes † in ſuis depoſitionibus viderentur cōtrarij: nam
quando pars principaliter non tendit ad improban-
dum ipſum inſtrumentum contractus, nec teſtes con-
tradicunt expreſſis in ipſo inſtrumento, ſed potius fa-
tentur omnia contenta in eodem; verum deponūt de
ijs, de quibus extra inſtrumentum fuit actum, & con-
uētum inter ipſas partes, nempè, vt pars teneretur al-
teri retrouendere; tūc ēt ſi inter ſe repugnent, proba-
būt pactum iſtud; vnde ſi in præſentia agitur, ꝙ illud
pactum intelligatur repetitum in ipſo contractu ven-
ditionis ex mente partium, nec cenſeatur per ſequen-
tia receſſum à dicta promiſſione, nō icciroo ſequitur
quod per illos teſtes pars velit probare illud inſtrm
eſſe falſum, nec ꝓpterea ſumus in caſu, in quo loquū-
tur ea, quæ not. in l. in exercendis. C. de fid. inſtr. & in
l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtip. & in l. 1. §.
ſi quis neget. ff. quemad. teſtam. aper. & in c. cum Ioā.
de fid. inſtr. nam ſi pars id præcipuè ageret, vt probare
vellet inſtrumentū ipſum contractus falſum eſſe, tūc
proculdubio à cauſa caderet, ſi per huiuſmodi teſtes
illud poſſe probare crederet: cum ad inſtrumentum
33 falſitatis † conuincendum requirant teſtes omni ex-
ceptione maiores, nō ſolū in perſona, ſed etiā in ſuis
dictis, vt nos ſupra latè probauimus in præfa. diuiſ. tr.
de probatio. q. 6. incip. hactenus. nu. 68. cum ſeq. verſ. r.
ſuperiorib. vol. 1. ſed ad probandum pactum iſtud de
retrouendendo, quod eſt quid extra ipſum inſtrumē-
tum, tunc prædicti teſtes non omninò integri vtiq;
ſatis erunt. ita ego elicio ex dictis Alex. in d. cōſ. 122.
col. pen. ſub nu. 11. verſ. nec obſtat etiam ſi dicatur.
vol. 2. qui quidem an rectè ſenſerit, lector tu videris.
34 Sextò, velim amplies, † vt etiam per vnum teſtem
cum fama poſſit iſtud pactum de retrouendēdo pro-
bari, vt conſultus reſpondit Imo. in conſ. 92. incip. vi-
ſis ac conſideratis; cuius ſententię ſe ſubſcripſit Marſ.
in l. de minore. §. plurimum. nu. 8. verſ. adde etiam. ff.
de quæſ. quibus accedit Boer. in d. deciſ. 185. in prin. &
Cagnolus in d. l. 2. nu. 108. q. 5 a. C. de pact. int. empto.
& vendi.
35 Septimò ampliabis, † vt etiam ſi teſtes in ſuis dictis
eſſent ſingulares, veluti, quia vnus deponeret de con-
feſſione pacti de retrouendēdo facta à vendente co-
ram emente, alius itidem de alia confeſſione alio tē-
pore facta præſente parte; tamen cum vnaquæque ex
iſtis confeſſionibus faciat ſemiplenam probationem,
hi teſtes probarent dictum pactū, & ambæ ſimul cō-
iugi poſſent ad plenam faciendam probationem: vt
habemus à Paulo Caſtr. in conſ. 92. quod præfata ſen-
tentia. nu. 6. verſ. in caſu verò noſtro. vol. 2. & in l. Pu-
blia. §. vlt. ff. depoſ. Rom. itidem in conſ. 290. in caſu
propoſitæ conſultationis. num. 7. in l. nuda reſponſio.
poſt prin. ff. de dona ex not. per Bar. in l. cum ſcimus.
C. de agri. & cenſ. lib. 10. quē ad id allegat Alex. in l.
capite 5. ff. de adult. quos vnà cum alijs ad id adducit.
Ruin. in cōſ. 72. ſuper eo. de quo quæritur. in prin. vol.
4. ſed vltra eos, ab eo citatos, idem ſenſere Iaſ. in l. ſi
pacto. num. 5. C. de pact. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. vlt.
nu. 8. ff. de iureiur. poſt Rom. ibidem. idem Iaſ. in §. in
perſonam. nu. 48. verſ. item confeſſio extraiudicialis
inſt. de actio. Marſ. in l. 1. num. 40. C. de ſica. in l. 1. §.
quæſ. ſub nu. 2. ff. de quæſtioni. Bertr. in conſ. 175. non
dubito. nu. 6. vol. 1. in nou. & in conſ. 175. ex incertis.
nu. 6. vol. 2. itidem in nou. Grat. in conſ. 34. in præſen-
ti. nu. 21. vol. 1. Gram. in cōſ. cum. 79. in cauſa honora-
bilis. nu. 12. & Rober. Maran. in tract. de ord. iud. actu
5. ſ. par. iud. nu. 115. & hanc communem * eſſe ſenten-
tiam ab omnibus receptam teſtatur Mandoſ. in addi.
ad conſilium Rom. 250. ſuper verb. determinat. in
litera G. in fi. & in caſu noſtro id aſſerit Caſt. in d. cōſ.
143. nu. 3. vol. 2. quem ad id allegat Rol. à Val. in co.
conſ. 50. nu. 8. & 17. lib. 4.
36 Apertè tamen † huic ampliationi repugnat Ruin.
in d. conſ. 72. col. 3. nu. 6. verſ. nec obſt. no. per Bar. eo.
vol. 4. vbi inquit, quod quando cōcurrunt plures pro-
bationes imperfectæ, quę differunt numero, & ſpecie;
ſicut probatio vnius teſtis de veritate, & probatio fa-
mæ, vel confeſſionis factæ per duos teſtes in abſentia
partis, quod iſto caſu dictæ probationes, quæ differūt
numero, & ſpecie, plenè probant; ſecus quādo plures
ſunt probationes imperfectæ, quæ numero tantū dif-
ferunt, & non ſpecie; quia tunc non coniunguntur ad
plenam probationem faciendam, ſicut qn̄ probantur
diuerſæ confeſſiones in præſentia partis, & alij duo de
alia ſimili confeſſione. Et ibidem Ruinus rationem
reddit: quia iſto caſu dictæ confeſſiones eiuſdem ſpe-
ciei intelliguntur factæ, vt quis habeat plures proba-
tiones, ſecundum Bar. & alios in l. triticum. ff. de verb.
oblig. per l. Sempronius. ff. de leg. 2. proptereà nō de-
bent coniungi, vt ex eis vna tantum probatio efficia-
tur: nam actus agentium non debent operari, vltra
eorum voluntatem. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert.
petat. ſed quando probationes imperfectæ differunt
numero, & ſpecie, vna intelligitur fieri ad coadiu-
uandam alteram: icciroò coniunguntur ad vnā pro-
bationem perfectam efficiendam, iuxta ſententiam

eiuſdē Bart.in d.l.admonēdi,quem Ruin.dicit ita debere intelligi.

37 Verumtamen priorem ſententiam † veriorem eſſe cenſeo, ſolumq; Ruinum in cōtraria fuiſſe opinione propè dixerim. quin etiā ipſemet Ruinus immemor eius,quod ante conſuluerat à contraria,& priori ſtetit ſententia in conſ.40.in fi.eo.vol.4.hanc eandē magis *cōem doctrinā Bartoli vocat Curt. in d.l.admonendi.nu.298.verſ.ego ſequor.ff.de iureiur.ꝙ ſcilicet duę ſemiplenæ probationes in ſuo genere perfectę coniūgantur ad plenam probationem faciendam: ꝙ etiam multis cōprobat: ſubiungens, hanc doctrinā in iudicando eſſe obſeruandā,eandē ſequutus eſt Paul.Caſt. in cōſ.380.iudex eſt miniſter Dei. col.2.nu.7.ver.& ſi dicatur.vol.1.vbi inquit,quod poſito etiā,quod hmōi teſtes de confeſſione deponentes non eſſent cōteſtes, nempè,quia vnus deponeret de confeſſione facta die lunæ,alter de confeſſione facta die mercurij, nihilominus iſtos probare; ea ratione quia non inducantur principaliter ad probandam confeſſionē, ſed ad probandum pactum de retrouendendo, quod ex ipſa cōfeſſione probatur, ſicut dicimus in ſimili,cū quis vult probare,ſe fuiſſe in poſſeſſione iuriſdictionis, & vnus teſtis dicit,quod vidit eum ſuſpendere vnum hominē die lunæ,alter dicit, quod vidit alium ſuſpendere die martis,alter aliū die mercurij;iſti non cēſentur ſingulares in dictis ſuis, licet non conueniant in tempore, quia non inducuntur ad probandū ſuſpenſiones, ſed poſſeſſionem iuriſdictionis, quæ per ſuſpēſiones probatur:& ideò tales concludenter probāt, vt ait Spec. in tit.de teſte.§. iā de interrogatorijs.nu.13. verſ. hinc eſt,quod.& in tit.de inquiſitio.§.1. nu.17.verſ. quid ſi vnus.& nu.18.verſ.& prodeſt hoc. quē ſequitur Caſt. vbi ſupra.idem decidit ipſemet Pau. Caſt.in conſ.21. viſo proceſſu,& inquiſitione.col.4.nu.38.vol. 3. eidē priori ſententiæ ſe ſubſcripſit Alex.in cōſ.53.in cā vertente inter Michaelem. col.3.ſub nu.4.verſ præterea. vol.1.quo in loco reſpōdit,qđ præſuppoſito ēt, ꝙ teſtes de confeſſione deponentes eſſent ſingulares, tū per eos plenè probari, ex eo, ꝙ actus confeſſionis ſit actus reiterabilis, quo caſu nunquam poſſunt dici teſtes ſingulares,vt no.gl.in l.ob carmē.§.vlt.ff. de teſti. ꝑ Inn.in c.qualiter, & quādo de accuſ.& in c.licet ex quadā. de teſtib.pro ca ēt conſuluit Soc.iun.in conſil. 90.nu.13.vol.2. vbi ait,quod quando teſtes deponunt de diuerſis confeſſionibus debiti, dicitur probatū debitū, licet teſtes circa confeſſiones dicātur ſingulares, & ibidem vltra Caſtr.confirmat id authoritate Curt. Iun.in conſ.64.præſupponitur in facto. col.4.in prin. ſub nu.7.verſ.2.principaliter.cum iſtis præterea ſenſit Io.Bap.Ferre.in cōſ.62.ꝓ domino Franciſco.circa fi. nu.8.ver.2.principaliter.vol.1.& in hypotheſi noſtra hoc cōprobauit idē Caſt.in d.conſ.143.col.3.poſt nu. 3.vol.2.atq. Rol.à Val.nuncupatim aduerſus Ruinū in d.conſ.50.nu.17.verſ.præterea dici ēt poſſet lib.4.

Hunc igitur in modum priori ſentētia corrobora-
38 ta;velim primò eam intelligas,† vt procedat,& teſtiū depoſitio ſuper confeſſione pacti de retrouendendo, tunc demum probet, quādo a parte fuiſſet acceptata, & nō aliter:ita tradit Cyn.in l.1.q.6.C.de cōfeſ.vbi ēt Sal.oppoſ.15.& idē Sal.in l.iubemus. C. de liber. cau. vbi infert,quòd non ſufficit, vt teſtes producti dicant confeſſionem fuiſſe factam parte præſente, niſi ēt dicāt,& acceptante. & in l. generaliter. q.6.C.de nō nu. pec.ꝙ placuit,& Crot. in conſ.41.nu.9. Iaſ.in l.poſtquam liti.col.1.n.2.C.de pact.& in l.error.nu.4. C.de iur.& fact.ign. Alex.in conſ.174.in cauſa,& lite inter magiſt. Dominicum.col.1. nu. 2. verſ. præſuppoſito. vol.6.& in cōſ.131. in cauſa inter vniuerſitatem. col. 2.nu.8.vol.4.cum multis alijs ad id adductis à Rol.à Val.in d.conſ.50.nu.12.verſ. vlterius dicitur. lib.4.

39 Huic tamē contraria ſententia† propius ad veritatē accedit,quam ſequuti ſunt Abb.in c.vlt.in 4. no. nu. 5.per illum tex.de ſucceſ.ab inteſta. Dec.in d. l. poſtquam liti.col.1.num.8.C.de pact. & in c. at ſi clerici. nu.21.in fi.de iud.Pariſ.in conſ.74.nu.58.vol.2. Natt. in conſ.260.circa caſum in fi. lib. 2. Soc. in conſ.228. * nu.6.vol.2.& hanc* communem eſſe Doct. ſententiā aſſerit doctiſſimus Burſa.in conſ.2. viſis his. num. 16. vol.1.Alex.in l.ſuus.nu.3.C.de repud.hered.eandem * veriorem,& *communē dicit Alc. in tract.præſumpt. reg.3.præſump.21.nu.8.cum plur.ſeq. verſ. contrariū ergo.vbi plurimis tum authoritatibus, tum rationibus optimè illam corroborat. idem facit Petr. Duen. in reg.119.incip. confeſſio extraiudicialis.nu. 1.verſ. contrariam opinionem, & in propoſito noſtro eandem ſequutus eſt Caſt.in d.conſ. 143. ſub nu. 3.quem ad id allegat vna cum multis alijs Rol.à Val. hanc eandem ſententiam ſequens in d.conſil. 50. num. 18.

40 verſ.vlt imò.Si vero† quo pacto hę inter ſe diſſidētes opiniones conciliari poſſint videre volueris, adeas Gab.in ſuis commu.concl.lib.1.tit.de confeſ.cōcluſ. 2.nu.2.& ſeq.& concl.noſtram.349.in verb.cōfeſſionem extraiudicialem.nu.16.vol.1.vbi latè de hoc.

Ad hæc eadem ſeptima ampliatio tibi limitanda
41 eſt,vt locum non habeat,† quando teſtes deponerent de diuerſis confeſſionibus diuerſo tempore abſente parte extra iudicium factis:hoc enim pacto teſtes deponentes non probātēt fiduciariam hanc venditionem,vt probatur ex l.certum.§.ſi quis abſente. ff. de cōfeſ.vt ſępenumero contingere ſolet,quando venditores inter loquendū,& confabulandū cū ſuis,& alijs conqueruntur in abſentia ipſorum emptorū de ipſis emptoribus,qui reſpondēnt referētibus ſibi querimoniā,ſe contentos eſſe pretium recipere, quandocunq; venditores voluerint, quæ verba videntur potius eſſe
42 quædam pollicitatio,† quæ à pacto diſtinguitur.l.pactū.ff. de pollici. vel videtur tractatus de pacto futuro,ex quo tractatu concluſio pacti nō probatur; quia
43 multa† dicuntur, quæ non fiunt vt ait Bald. in l. cum allegas.col.3.nu.8.verſ.ſcias ēt.C.de vſur. per l. ſciendum.§.edictum.ff.de ædil.edict. & idē in l. multū intereſt.col.2.poſt nu.2. verſ. reſpondeo. C. ſi quis alte. vel ſibi.& reſpondit Alex.in conſ. 13. ex his, quæ in themate col.pen.nu.17.verſ.alij vero teſtes.vol.1.vbi ad id multa adducit.& in conſ.18.viſo proceſſu cauſę vertentis inter Ant.col.2.nu. 2 verſ.quinimò, & fortius.eo.vol. 1. cū multis alijs in eandem ſnīam deductis à Boer.in d.dec.183.col.2.ſub nu. 2. & in propoſito noſtro id abundè confirmat Dec.in d.conſ.18.col. 3.poſt nu. 4. verſ. primus enim teſtis. & in conſ. 310. viſis diligenter atteſtationib.nu.6.& 7.verſ.2.

44 Octauo ampliabis, vt etiam ſi teſtes deponerēt de confeſſione à partibus facta pacti de retrouendēdo, nec dicerent de tempore,quod emptor ſtatuit,& præfixit vēditori ad rem recuperandā,nec de proteſtatione,quæ coram notario, & teſtibus in iſtiuſmodi caſibus ſolet fieri, quod ſcilicet aliàs elapſo illo tempore nō reciperet eum, nihilominus fiduciariam illā venditionē factā fuiſſe optimè probarēt; ex eo, qđ pactū iſtud pōt fieri ſine tēpis præfinitione, & ſine tempore aliquo determinato conſiſtere poſſit; & imputādum ſit emptori,ſi nullum præfixit tempus,nec fuerit proteſtatus, ut ſuprà;ut ita in themate noſtro determinauit ex multorū authoritate,& ratione Boer.in d.deci. 183.nu.12.& 13.uerſ. & prædictis non obſtātibus. ubi ſubiungit ita deciſum fuiſſe Neapoli in fauorē Ant. Lauren.contra Io.Coquart.die 19. menſ.Octob.ann. Domini 1522. motus authoritate Franc. Purp. ita in terminis decidētis in l.cū fundus.in §. ſeruū nu. 14.in fi.ff.ſi cer.pet. ut latius ibidem per eum uideri poteſt.

45 Nonò amplio,† ut ēt cum uenditor modū non habens redimēdi rē fiduciaria uenditione emptori traditā, uel nolēs ante finē conuenti inter eos temporis eā redimere, dubitat, ne in futurū probationis pacti de retrouendēdo copia pereat, ueluti ꝑ mortē teſtiū, poſſit

poſſit enarrare, vt teſtes ad ęternam rei memoriam exa-
minentur, cum nullum de fiduciaria venditione cō-
fectum fuit inſtrumentum, ſed de eo tantum conſtat
ex præſentia proborum virorum, per c. ſignificauit de
teſtib. iuxta ea, quæ obſeruauere Bar. Bal. & cæteri in
auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib. & quæ tradidere Paul.
Caſt. in l. vlt. §. in computatione col. 2. nu. 6. C. de iur.
delib. Alex. in l. vlt. col 6. ſub n. 21. C. de edi. diui. Adr.
tol. & in conſ. 203. ſuper themate, & dubijs. col. 2. nu.
7. vol. 2. & præ cæteris, Soc. ſen. in conſ. 244. conſide-
rata facti contingentia per tot. vol. 2. vbi pulchrè ma-
teriā hanc examinationis teſtiū ad ęternā rei memo-
riam explicar, & in hac noſtra facti ſpecie tradidit
Cagn. in d. l. 2. q. 32. n. 139. C. de pac. inter emp. & vēd.

Hæc tamē, quæ à nobis huculq; de teſtibus ad pro-
bandum pactum de retrouendendo deducta fuere,
46 velim limites, † vt venditori agenti contra emptorē
ad retrouendendum rem, cui emptor negauit pactum
de retrouendendo, cuiq; venditori aſſignatus fuit ter-
minus ad probādum, & qui produxit teſtes in termi-
no, qui tamen citati venire noluerunt: lapſo termino
non ſit danda alia dilatio ad probandum idē pactū,
& ſi per ipſum non ſteterit, ſed per teſtes, quominus
illud probare non potuerit; eo quod inſtare debebat,
vt cogeretur comparere mulcta indicta, & captis pi-
gnoribus; hæc eſt elegans, & inſignis Bal. doctrina in
l. quibus diebus. in princ. ff. de conditio. & demonſtr.
vbi ait nullam legem hac meliorem eſſe ad hoc in
toto iure. eundem Bal. ſequuntur ibi. Paul. Caſtr. nu.
3. verſ. & dicit Bal. & Soc. ſen. nu. 4. verſ. ex quibus de-
ducitur. ad idem reſpondit Dec. in conſ. 677 viſis, &
conſideratis. nu. 3. quos vnà cū alijs in materia noſtra
referendo ſequitur idem Cagn. in d. l. 2. q. 33. nu. 141.
C. de pact. inter empt. & vend.

CONCLVSIO MCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Papæ aſſertioni ſtandum eſſe, & quatenus.

SVMMARIVM.

1 *Papæ aſſertioni ſtandum eſt.*
2 *Papæ literæ, in quibus commendat aliquem iudici ſecula-
ri tanquam Plebanum illius plebis, probant illum eſſe
Plebanum.*
3 *Papæ actus non poteſt eſſe, niſi circa veritatem. Et cur, ibi-
dem.*
4 *Papę aſſertioni quando, & quibus in caſibus ſtandum ſit,
pluribus modis declaratur, remiſſiue.*

1 Summi Pontificis † aſſertioni ſtandum eſ-
ſe, ſtatuit apertè clem. literis. de proba. vbi habetur
Papæ plenariam fidem adhibendam eſſe, quod etiam
elicitur ex c. nobiliſſimus. 97. diſt. & tradidit Bar. in l.
ambitioſa. nu. 28. ff. de decr. ab or. facien. & no. per gl.
* Card. & Imo. & reliquos Scribētes* cōiter in d. clem.
Lap. alleg. 7. diſceptat an literæ. dicens, quod literæ,
2 † vbi Papa cōmendat aliquē iudici ſeculari, tanquam
Plebanum illius plebis, huiuſmodi literę probant illū
Plebanum. & alleg. 121. aliàs 67. incip. clem. ſi ſumus.
& alleg. 121. quantum ad nunciationem. Miſis in re-
per. verſ. verba narratiua, vbi ſe remittit ad alleg. Lap.
ſup. cit. Cald. cōſ. 7. tit. de reſcrip. Io. And. in c. nō licet
de reg. iur in 6. Fed. de ſen. conſ. 117. caſus talis eſt, Io.
Old. conſ. 258. Inn. Epiſcopus Fel. in c. nonnulli. §. ſūt
& alij verſ. amplia 4. etiam ſi in reſcripto. de reſcript.
Gem. conſ. 53. pro examinatione dictorū dubiorum.
col. 3. verſ. nec obſtat, ſi dicatur. Soc. conſ. 266. in cau-
ſa, quæ vertitur. nu. 32. vol. 3. Ruin. cōſ. 227. nu. 6. vol.
1. conſ. 148. nu. 8. vol. 4. Tiraq. de vtroq; retract. par. 1.
nu. 49. gl. 14. §. 1. Ant. Gab. latè concl. 2. tit. de prob.
3 Nec id quidem mirū videri debet, cū actus † Sum.
Pont. non poſſit eſſe niſi circa veritatem, cum veritas
ipſa Deus ſit, cuius vices in terris Pont. gerit, ac ideo
ſanctus, & beatus ac etiā meritò verax exiſtimatur,
vt inquit Ioſeph Ludo. concl. 14. verſ. infertur 4.
4 Pluresque tum ampliationes, tū limitationes ad hāc
concluſionem annectere poſſem, quæ quoniam in
verbo Princeps, & in verbo aſſertio, latiſſimè tractata
ſunt, conſulto omitto.

CONCLVSIO MCXLIX.

ARGVMENTVM.

Paries, quibus ſignis, & quomodo communis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Parietem eſſe communem, vel proprium alicuius, ſignis
quibuſdam ipſis parietibus affixis probatur.*
2 *Oneris quidquam alienæ rei imponere non licet.*
3 *Impoſitum ſi ſit aliquid in re imponens ius habuiſſe impo-
nendi præſumitur.*
4 *Paries præſumitur communis, ſi in eo à duobus tigna im-
miſſa ſint.*
5 *Paries quibus ſignis communis præſumatur.*
6 *Paries tunc communis præſumitur ex tignorum in eū im-
miſſione, vel alio ſimili ſigno, qū ambo ſunt in poſſeſſio-
ne muri, & non conſtat magis de iure vnius, quam alte-
rius. ſecus ſi ex aliquo appareret de potiore iure alterius.*
7 *Paries non præſumitur communis, quando conſtat alterū
ex vicinis ab initio ſua impenſa parietem fabricaſſe: nā
tunc ſi tigna immiſſa vicinus habeat, vel ſeclarius, aut
aquarolum, vel quid huiuſmodi nō præſumitur murus
communis, ſed potius cenſetur habere iure ſeruitutis.
Quod declara, vt nu. 9.*
8 *Paries tunc præſumitur communis, etiam ſi conſtet alterū
ex vicinis ab initio ſua impenſa murū fabricaſſe: quā-
do ille vicinus qui parietem ab initio ædificauit, habuit
precium conuenium, adeo vt dimidiam parietis partem
vendidiſſe videatur.*
10 *Parietem communem eſſe, vel proprium alicuius, probatur
ex iudicio, & relatione peritorum.*
11 *Parietem communem eſſe, vel proprium, probatur per inſi-
gnia, quæ vulgo arma familiæ dicuntur depicta in ipſo
pariete. Et cur, ibidem.*
12 *Paries ædificatus inter duas domos, in dubio præſumitur
communis pro diuiſo inter dominos domorū cuiuſliber
vſque ad medium parietis cuiuſlibet ex latere ſuo.*
13 *Parietem cōem pro diuiſo communem præſumi, in dubio.*
14 *Paries communis pro diuiſo, vel indiuiſo, ex quibus ſignis,
& coniecturis probetur. & nu. 15.*

1 Parietem eſſe cōem, † vel proprium alicu-
ius ſignis qbuſdā ipſis parietibus
affixis, probari poſſe manifeſtum eſt. Cum enim lici-
2 tum non ſit, † quidquam oneris alienę rei impon re,
l. quemadmodū. §. ſi protectum. ff. ad l. Aqui. l. qui vi-
tem. §. ſi ad ianuā. ff. quod vi, aut clam. Sabinus. ff. cō-
mu. diuid. l. ſi ædes. §. co. tit. l. quidam Hiberus. ff. de ſer.
3 vrba. præd. ſequitur præſumptio, quod ſi aliquid † im-
poſitū ſit, imponens habuerit ius imponendi; ita cō-
cluditur per Bar. & Doct. in l. damni infecti. §. cū pa-
rietem. qui legitur cū l. inter duos. ff. de damn. infect.
Ang. in d. l. quidā Hiberus. Cæp. i trac. de ſer. vrb. pręd.
c. 40. nu. 13. cū ſeq. Parit. in conſ. 116. nu. 9. cū ſeq. vol.
4. & conſ. 63. in prin. vol. 1. Ruin. conſ. 55. nu. 6. & ferè
per tot. vol. 4. Corn. conſ. 213. num. 1. verſic. prout in
ſimili paries communis vol. 4. & cōſ. 90. nu. 14. vol. 2.
quod etiam ſenſit Hieronym. Gabr. conſil. 109. per

4 totũ, hinc eſt, quod ſi in pariete † impoſita ſigna ſint à duobus, paries communis præſumatur, vt dicit Cępo in d. trac. c. & num. alleg. Item ſi feneſtras habent 5 in d. pariete, vel caminum, vel neceſſarium, Item ſeclarium, aquarolum, canale, fiſtulas, balneum, puteũ, ciſternam, fontẽ, lauellos, annulos ferreos, lampades, ferreas, muros affixos, & perforatos ferrea inſtrumẽta ſupra quibus perticæ ponuntur pro extendendis ad Solem veſtibus, vel linteaminibus, candelabra, cæteraq; huiuſmodi ſigna, ex quibus facile eſt conijcere, cuius paries ſit, vt ponit Cæp. ſup. cit. loco Hier. Gabr. d. conſ. 149. & omnes ſup. citati Doct.

6 Limita primam concluſionem, † vt non procedat, quando vnus ſolus prius eſſet in poſſeſſione totius parietis, puta quia haberet feneſtras penetrantes totum murum, vel claues ferreas in eodem immiſit perforantes totum murũ, iuxta tradita à Bart. in l. 1. ſi quis propterea. ff. de iti. actuq; pri. nam tunc licet ab alio vicino fuiſſent immiſſa tigna, vel qd ſuper eo fuerit ędificatum, non præſumeretur paries communis, ſed debebit immittens tigna, vel ædificare volens probare de iure immittendi, aliàs iniuſta dicetur facta immiſſio, & tolli poterit per illum, qui poſſidet propria authoritate, vel poterit agere interdicto vti poſſidetis: ita reſpondit Rui. cõſ. 55. nu. 5. cũ ſeq. vol. 4. vbi dicit, quod cõcluſio noſtra procedit, qñ ambo vicini ſunt in poſſeſſione muri, & non conſtat, quis illorũ murum ædificauerit, & ſic qñ non apparet magis de iure vnius, q̃ alterius; nã tunc donec ꝓbetur contrarium põt præſumi, q̃ murus ab illis communiter poſſeſſus ſit cõmunis, ibiq; ſubiungit, q̃ quatenus Doctor. dicunt p immiſſionem tignorum murus probatur communis, intelligendum eſt quoad qualitatem communionis, videlicet an pro indiuiſo, an pro diuiſo: ſed non præſupponitur murus communis, vt quia in eo ſolo edificatus: nam quoad dominium ipſius hoc non operãtur tigna, aut alia ſigna: cum quoad dominium ipſius hoc non operantur tigna, aut alia ſigna: cum iſte nõ ſit concludens modus probandi dominium: nec iſte modus probandi dominium traditur per Doct. in locis, vbi declaratur, quomodo dominiũ probetur, & hoc quando ambo ſunt in poſſeſſione muri, & nõ cõſtat magis de iure vnius, quam alterius: ſecus ſi ex aliquo appareret de potiore iure alterius: quia non obſtantibus talibus ſignis immiſſis, & appoſitis ceſſaret pſum̃ptio cõmunionis, & illa immiſſio præſumeretur iniuſta, tanq̃ facta cõtra potiora iura alterius & ita ex omni ſententia cũ Cæp. in d. c. de parie. & muro, teſtatur.

27 Ampliationē hanc ſubampliabis,† vt ēt ſi is,qui ſe ad illud probādum aſtrinxerit, nempè partum ſexto, vel octauo menſe natum non potuiſſe viuere, non probat, tamen debeat in iudicio obtinere. ita ſenſit Sal.in d l.cū virum.vbi Iaſ.nu.4.ver.3.not.elicit limitationem ad reg.Bar.quæ ſolet allegrari in l.1.§.quęſitū.ff.de aqua quotidia.vbi ait,quod ſi aliquis aſtrin-

28 xerit ſe†ad aliquid probandum, nec probet,cā cadat; non enim hæc habet locum, vbi quis habet intentionem ſuam fundatam ex diſpoſitione legis, quia licet aſſumat onus probandi per teſtes, vel inſtrumenta,& non tamen cauſam amittit:eoq̃ illa probatio nō re-

29 quirebatur:nam quoties aliquid†de neceſſitate nō requiritur,ſi illud interponatur, & ineptè, non nocet. l. vnica.in prin. C.de rei vxo.actio.ſimile eſt, ꝙ tradit gl.in l.vinum.in fi.gl.magnæ.vbi Iaſ.ff. ſi cer.pet.

30 Partum verò†octauo, vel ſexto menſe fuiſſe natū, & ob id abortiuū, ſecundum cōiter accidētia probare fere impoſſibile mihi videtur:quam enim rōnem depoſitionis teſtes ad hoc probādum inducti aſſignare poſſunt,q̄n quidem nec parentes id ſciant? tempus

31 †etenim cōceptionis neſcitur, teſte gl. in c. cum enixa.diſt. 5. imo latet ipſas mulieres cōceptus initium, ex eo, ꝙ antequam inflatus fuerit vterus, vt perſæpè accidit,coire,atq; concipere ſoleant,vt ait Ariſt.cod. lib.7.de natu.anim.c.4.hinc Cagn.in d.l.1.nu.195.ff. ſi cer.pet.dicebat ſe multas nouiſſe mulieres, quæ tumidum habentes ventrem ſe prægnantes putabant, & pro talibus habebantur pluribus menſibus, poſteà cunctis euaneſcētibus nullum vnquam edidiſſe partum;& aliàs,quæ non putabant ſe grauidas peperiſſe. quod etiam Patauij in ſua quadam vicina contigiſſe refert, quæ credens ſe laborare dolore ventris, ac neſciens ventrem plenum eſſe filium edidit. quamuis ergo in rerū natura certū ſit, natum ante ſeptimū, & in octauo menſe non eſſe vitalem; ſecus in ſeptimo, nono, & decimo; per teſtes t\u0303n, & ſigna nullo modo fieri poſſe videtur, vt poſſit probari; niſi fortè hone-

32 ſta† aliqua filia cōtracto matrimonio duobus primis diebus ex viro prægnans remanſiſſet poſteà ſtatim mortuo,ſi hæc pareret,ſeptimo,octauo, nono,vel decimo,cognoſci,& iudicari tunc poteſt, ſaltē præſumptione iuris,tp̄s partus aliter non:ita loquutus eſt idēmet Cagn.in d.l.1.nu.196.cum ſeq. ff.ſi cert.pet.

33 Sed quo pacto poterūt articuli†ad id ꝓbandū concipi?Et certè primo erit articulandū, mulierē partum quidē ediddiſſe, ſed abortiuū, & reuera talē,qui de iure non poteſt verè dici filius, quod probabitur per teſtes, qui eum viderunt mortuum non mouentē brachia,neq; manus nec pedes,nec alia ſigna uitæ facere per tot horas,& à tali t\u0303pe,uſq; ad tale tēpus, quo quidem t\u0303pe ſemper fuerint præſentes,& in illo loco, ubi erat infans.Præterea quod eum viderunt exire de vētre,& vtero matris, quo quidē t\u0303pe erat mortuus, nec aliqua ſigna vitæ habebat. licet enim iſta probatio ſit quodammodo in genere,t\u0303n iuncta cum præſumptione iuris plurimum afferet adiumenti; præſertim cum ſit negatiua multum prægnans, & coarctata loco, & tempore. Articulandum poſtremò erit, q\u0303d communiter,& vt plurimū mulieres, quæ moriuntur ex partu propter nimiam feſtinationē, & accelerationem, propter dolorem, aut aliam culpam mulierū, ſolent emittere partus abortiuos, qui in ipſo partu moriuntur,& ſi quid præterea articulandum erit,prudens aduocatus conſiderabit facti ſeriem, quā præ manibus habebit, & ex ea prout ſibi libuerit, & licuerit atque utile erit,articulos elicere poterit. Quod vero in hoc caſu noſtro hoc pacto ſint articuli concipiendi, teſtis eſt locupletiſſimus idem Caſa. in ſæpè citato cōſ.19. in 7.dub.nu.37.& ſeq.quem omnino uideas: nā multa in hac facti ſpecie ſcitu digna tradit.

CONCLVSIO MCLII.

ARGVMENTVM.

Quibus coniecturis, & præſumptionibus partus ſuppoſitio probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Probationes leuiores req\u0303ri in his, quæ ſūt difficilia ꝓbatu.*
2 *Partus ſuppoſitio probatur cōiecturis, & præſumptionib.*
3 *Probatio per præſumptiones ſatis eſt in his, quæ ſolent occultè patrari.*
4 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi probetur, mulierē, quæ criminis ſuppoſiti rea eſt, id ætatis fuiſſe, vt veriſimile non ſit, eam partum illum nunc edidiſſe.*
5 *Mulier excedens 50. annos raro, aut ferè nunquā concipit: & ſi pariat, mirabilis iſte partus cenſetur, & nu.8.*
6 *Mas maior annis 60. facilè nequit procreare.*
7 *Nuptiæ apud Romanos lege Papia erāt ꝓhibitæ inter maſculum maiorem ſexagenario, & maiorem, vel minorem quinquagenaria; & inter maiorem quinquagenaria, & maiorem, vel minorem ſexagenario.*
9 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi mater diu ſterilis fuerit, & vſq; ad illud tempus, in quo ſe peperiſſe dicit; & ibidem nu. 10. plures huiuſmodi coniectura ſimul traduntur. Et nu.11.*
12 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi mulier, poſtquā aſſeruit ſe prægnantem, nunquam paſſa ſit ventrem ſuum inſpici, nec fuerit eius venter cuſtoditus, nec poſtea tempore aſſerti partus ſit adhibita præſentia perſonarum, prout à iure requiritur.*
13 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi mulier, poſtquā aſſeruit ſe prægnantem nunquam paſſa ſit ventrē ſuum inſpici, etiam ſi ipſa per ſuum procuratorem petierit, vt ſuus venter inſpiceretur, ſed tamen noluerit, nec paſſa ſit inſpici, vt quia ſæpiùs de loco ad locum ſe tranſtulerit.*
14 *Vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt.*
15 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi quis deponeret, ſe vidiſſe decidere è ventre mulieris eo tempore, quo ſe grauidam aſſerebat paruam quandam culcitram.*
16 *Prægnantem mulierem fuiſſe non continuo ſequitur, etiā ſi ipſa paſſa ſit, quod venter inſpiceretur, & tangeretur, & aliquæ mulieres deponerent ſe vidiſſe, & tetigiſſe vētrem durum, & tumefactum: vt ibidem latius habetur.*
17 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi mulier poſt mortē mariti ſe nunquam prægnantem dixerit per longum temporis ſpatium. Et cur ibidem.*
18 *Partus ſuppoſiti probatio plurimū adiuuaretur ex eo, ꝙ tempore quo mulier dixit ſe peperiſſe, nullus adfuerit.*
19 *Partus ſuppoſiti præſumptio eſt, ſi filius, quē ſe modo peperiſſe mulier aſſerit vtriq; parenti fuerit diſſimilis. Et cur, ibidem.*
20 *Partus ſuppoſitio probatur per famam.*
21 *Partum fuiſſe ſuppoſitū matri confitenti, & aſſerenti, an, & quando credendum ſit. Contr. nu. 22.*
23 *Partum fuiſſe ſuppoſitum matri aſſerenti credendū eſt, quando aliæ coniecturæ ſimul cum matris confeſſione concurrunt.*
24 *Partus ſuppoſitio probatur ex confeſſione matris, etiam ſi teſtes in ea probanda eſſent ſingulares quoad locum, & tempus. Et cur ibidem.*
25 *Singularitas teſtium duplex, obſtatiua, & adminiculatiua: & quid ſit vnaquęque ipſarum.*
26 *Partum fuiſſe ſuppoſitum maioribus præſumptionibus militantibus ſtandum eſt, etiam ſi filius aſſertus à parentibus pro vero filio ſit tractatus.*
27 *Præſumptio vna maior tollit aliam.*
28 *Partus ſuppoſiti præſumptiones ad hoc, vt locum habeāt, neceſſario requiritur, quod tempore ſimulationis partus ſuppoſiti ſubſit cauſa, cur id fiat.*
29 *Partus ſuppoſiti præſumptiones ad probādum ſuppoſitionem ipſam ad hoc, vt locum habeant, non eſt neceſſe, quod illę ſint à lege approbatæ, ſed tantum ab homine.*

* verb.denegari.& id * omnes, ſequi inquit Socy.in d. conſ.90. nu.1.vol.2.

13 Quam præſumptionē ampliabis, † vt vera ſit, etiā ſi mulier per procuratorem ſuum petierit, vt ſuus vēter inſpiceretur, ſed tñ noluerit, nec paſſa ſit inſpici, vt quia ſæpius de loco ad locū ſe tranſtulerit: nā ubi
14 opus eſt facto † verba non ſufficiūt l. ſi procuratorē. §. ſi ignorantes .ff. manda.& c.1.de eo, qui mit.in poſ. cau.rei ſeruan. ac docet Bar. in l. ſi quis, §. nunc videamus.ff.iud. ſol. in quam ſnīam plurima adducit. Alc. in conſ.21. viſo proceſſu ſatis longo.nu.7.vol.1.

Eandem partus ſuppoſiti præſumptionē plurimū
15 adiuuaret, ſi quis deponeret, † ſe vidiſſe decidere è vētre mulieris eo tēpore, quo ſe grauidam aſſerebat, paruam quandā culcitram. præſumitur enim illam ea de cauſa vtero impoſuiſſe, quo tumidus is appareret, & ſe ferre vterum ſimularet. ita docet Boſ. in eo. tit. de par.ſuppoſ. poſt nu.10. verſ. quod eo maximè.

16 Quinimo † ēt ſi paſſa ſit, vt venter inſpiceretur, & tangeretur, id aliquæ mulieres deponerent, ſe vidiſſe, & tetigiſſe vētrem durum, & tumefactum; non tñ ob id continuo eis habenda eſſet plena fides, eā pregnātē fuiſſe. Nam facillimè cōtingere pōt mulieres illas in arte peritas non eſſe, nec integras, nec conteſtes, & nō ſine ſuſpicione. inſuper euenire pōt, illā, quæ aſſerit fuiſſe prægnantē, habuiſſe ventrē durū, & tumefactū ex aliquo morbo, vt in multis videre eſt, quæ nō ſunt prægnantes. Preterea, ſi inſpexerint, & tetigerint vterū tectum veſte. vel ēt in tetula: potuit enim mulier aliquo ſuper impoſito reddere ventrem ſuū tumidiorem: nec plena fides eis eſſet adhibenda, ēt ſi dicerent dum tetigerunt, ſe ſenſiſſe puerum in vtero: qa ſi mulier voluit ſe fingere grauidam, potuit ēt tunc trahendo ſpiritū mouere ventrem, & ita mouendo dicere tangenti: ſentiſne? & eā inducere ad credulitatē. & minus ei eſſe credendū, ſi iſte tactus eſſet factus inſtāte ipſa muliere; & minus ēt, qn̄ appareret ex proceſſu illam fuiſſe ſolicitam circa hoc, ſcilicet, vt tangeret, etenim credibile eſt, eam omni actu vſam fuiſſe, vt ſe grauidam fingeret, & maximè tunc tpis, dum voluit tangi, oēs artes paraſſe, quo tangētes induceret ad credendum, ſe grauidam eſſe, vt egregiè has præſumptiones proſequitur idem Boſ. ibidem ſub d.nu.10.

17 Amplius, & illa cōiectura † nonnihil vrget, vt preſumamus partum fuiſſe ſuppoſitū; vt ſi mulier poſt mortem mariti ſe nunquam prægnantem dixerit per longum temporis ſpatiū. mulieres enim, vt quotidiana nos docet experientia, certiſſimè prægnantes cognoſcuntur, ſaltem poſt duos menſes à die cōceptionis, & quam citiſſime ſigna conceptionis apparent, vt conſulendo in hac materia noſtra docet Soc. in d. conſ.99. poſt nu.19. ver. in primis enim.

18 His adde quod ſi tēpore, à quo mulier dixit ſe peperiſſe, nullus adfuerit, plurimum adiuuaret ēx hoc partus ſuppoſiti probatio, vt tradit Soc. vbi ſupra, nu.20. ver. item nullum.

19 Quin etiamſi, ſi filius, † quē ſe modo peperiſſe aſſerit mulier vtroque parente diſſimilis fuerit, nec patrē matremve ne ex ore quidem referat, ex hoc poterit vrgentiſſima ſuppoſiti partus præſumptio colligi. nā vt & illud vulgatiſſimum carmen teſtatur.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri; De quo per glo. in l. quod ſi nolit. §. qui mancipia in verb. non infamatæ. ff. de ædil. edic. & Soc. in d. conſ.90. nu.21.

20 Per famam † etiam poterit probari partum fuiſſe ſuppoſitū; quæ quidē ſola ſufficit in his, quæ ſunt difficilis probationis vt latè probat Iaſ. in d. l. ſi quis ex argētarijs. §. an vero hæredi. ff. de eden. & in l. cū ea. col. vlt. C. de tranſ. vt nos abundè ſupra tradidimus in cōclu.753. nu.20. vol.2. & alibi ſæpe. & ad rem noſtram id voluit idē Boſ. in tit. de par. ſuppoſ. nu.20. verſ. non omittitur. & Soc. in d. cōſ.90. nu.16. cū ſeq. verſ. & præcipuè. & poſt ſing.21. verſ. item & publica vox.

21 Huc accedat † confeſſio matris dicentis fuiſſe partum ſuppoſitum; ei enim credendum eſſe tradidere Boſ. & Soc. iiſdem in locis nuper à nobis relatis. ille nu.22. verſ. vnū eſt. hic ſub nu.4. cum plur. ſeq. ver. ſed vlterius procedēdo: nā ſi ſponte facta fuerit, vera præſumitur, & ei ſtandum eſt, donec contrarium probet: non enim eſt præſumendum, q mater cōtra ſeipſam, & proprium filium, ſi talis fuiſſet, mētita fuerit, vt docet Lanfr. de Oria. in c. qn̄ contra. in ver. cōfeſſiones. ver. in ſecundo caſu in criminalibus, de probat. & eo magis, ſi facta fuerit ad exonerationem conſcientiæ in articulo mortis. tunc etiā ſi abſente parte facta fuerit, plenè probabit vt multorum authoritatibus id comprobat Fel. in c. olim nu.8. ver. fallit ſeptimo. de reſcrip. quem referendo ſequitur Marſ. in ſingu.202. tu ſcis regulam illam, ſub nu.2. verſ. eſt alius caſus, & Lanfr. de Oria. in d. c. qn̄ contra. in d. verb. confeſſiones. verſ. vnum tamen eſt menti tenēdum. dū inquit, de æquitate canonica, maximè in his, quæ ſtimulant conſcientiā, ſtatur confeſſioni etiam abſente parte factæ. Quod etiam, & eo maximè locum habebit, ſi ſæpius repetita fuerit confeſſio, & cum eo concurrant multæ coniecturæ: nam cum cōfeſſione criminis extraiudiciali aliæ coniecturæ cōcurrunt inducitur plena probatio: ita tradit Tindar. in tract. de teſti. c.6. nu.1. cum ſeq. quem refert, & ſequitur Fely. in d. c. olim, ſub nu.8. verſ. fallit octauo de reſcrip.

22 Contra tamen † hanc confeſſionem matris obſtare videtur, quod docuit Bar. in l. filium definimus. nu.2. verſic. quærunt Doct. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. vbi ait, patris, vel matris aſſertioni non eſſe credendum, ſi deponat, talem non eſſe filium ſuum, quia patris, vel matris aſſertio prodeſſe poteſt, & non obeſſe filio, ex l.1. §. ſi quis. ff. de Carb. edic. cum multis alijs ad id à nobis allegatis ſupra in cōcl.788. in verb. filiatio. nu.2. verſ.1. amplia. vol.2.

23 Superior tñ præſumptio † intelligenda eſt, vt procedat, qn̄ aliæ coniecturæ ſimul cum matris cōfeſſione concurrunt: tūc enim ei ſtandum eſſe aſſeuerauit in terminis noſtris Alc. in tract. præſump. regu.3. præſumptio.3. nu.10. cum ſeq. propterea dixit Bal. in d. l. filium definimus. quod dictum matris cum fama ſufficiat. nec in hoc vis eſſet facienda. ſi matris dictum, eſſet extra iudicium probatum, quia de hoc non laborant Doctr. in d. l. filiū definimus. loquentes, quando extraiudicialiter id aſſerit: teſte Boſ. vbi ſup. nu.22.

Eandem partus ſuppoſiti præſumptionem, quæ ori
24 tur ex confeſſione matris, ampliabis, vt vera ſit, † etiā ſi teſtes in ea probāda eſſent ſingulares quo ad locū, & tempus: nam cum hic agatur de probando ſimpliciter, & in genere, q illa ſic confeſſa ſit nimirum ſi teſtes hoc pacto de confeſſione, quæ eſt quidem actus reiterabilis, deponentes ipſam probent: ad hoc probādum adduco Baldi doctrinā inſignem in tub. de controuerſ. inueſti. col.1. verſ. eſt ergo duplex, vbi inquit,
25 quod quædā eſt ſingularitas teſtium obſtatiua, † qn̄ ſcilicet agitur de probādo aliquo actu in ſpecie: quędam verò eſt adminiculatiua, quando agitur de probādo actu aliquo in genere qui ſit reiterabilis, & hoc ſecūdo caſu dictum vnius teſtis, licet ſit aliquo reſpectu ſingularis adminiculatur alteri, & cum eo coniūgitur ad probandum, qn̄ cōcordat in genere, & ſic in eo, de quo agitur; tex. eſt ad hoc ſingularis in l. qui ſententiā. C. de pœnis. quem ad hoc allegat Bald. in l. de quib. ff. de legi. l.1. C. de teſta. teſte ēt Barb. in cōſ.29. illud afferā in mediū col.7. verſ. modo in propoſito noſtro vol.1. & in conſ.25. præclarè ſcripſit Plato. col.2. nu.2. cum plur. ſeq. verſ. præmitto etiam vol.2. vbi ad id, quam plurima adducit & in conſ.70. præclare ſcribitur primo Regum. col.7. verſ. & ſi quiſpiā opponat eo. vol.4. quib. in locis inter cæteras authoritates adducit gl. idē ſententē in c. cū Eccleſ. Sutrina. de cau. poſ. & propriè. in c. dudū. de cōuerſ. coniug. & in l. ob

carmen.§.vlt.ff.de teſtib.in hanc quoque ſententiam
præſertim in caſu noſtro de partus ſuppoſitione per-
multa adducit Socin.in d.conſ.90.nu.9. cum plu.ſeq.
* vol.2. vbi nu. 10. dicit hanc eſſe * communem Doct.
ſententiam.

Superius à nobis traditæ præſumptiones amplian-
26 dæ ſunt, vt etiam ſi filius aſſertus † à parentibus pro
filio vero fuiſſet tractatus,è contra vero maiores præ-
ſumptiones militarent, quod ſcilicet eſſet partus ſup-
poſitus, ſtandum eſſet his præſumptionibus:ex eo,q a
27 vna præſumptio, maximè † maior tollit aliam l. di-
uus.iuncta glo.in verb.exiſtimari. ff.de in integr.reſti.
vt tradit Bald.in l.non ignorat. col.2. C.qui accuſ.nõ
poſſunt.idem ſenſit Lapus alleg. 94. quidã præsbyter
num.6.Rom.itidem in conſ.156.honorãde domine.
num.4.verſ. ad hoc enim Marſ. etiam in conſ.8.in cã
* num.6. eamque glo.in d.l.diuus * communiter eſſe ꝓ-
batam dixit Cur.iun.in conſ.35. D. Benedictus.nu.6.
& in propoſito noſtro ita tradidit Boſſ. vbi ſupra nu.
12. verſ. item loquor. præſertim ſi iſte tractatus eſſet
ſuſpectus,vt idem ait,num.30.

Ea etiam,quæ à nobis hactenus explicata fuere,in-
telligenda ſunt,ꝙ ad hoc,vt ſupra relatæ præſumptio
28 nes † aliquid operentur, neceſſariò requiritur, quod
tẽpore ſimulationis partus ſuppoſiti ſubſit cauſa, cùr
id fiat:ita docet Bart.in l.poſt contractum. colu.2.nu.
3.verſ.ſecunda præſumptio. & nu.7. verſ. quartus ca-
ſus eſt.ff.de dona.& in conſ.65.factum eſt tale,propo-
nitur Petrus Nicolæ.num.3.verſ.ſed ad hoc eſt dicen-
dum.lib.1.quem ſequitur Are.in conſ.65. in præſenti
conſultatione.col.3.poſt.nu.2. verſ.in contrarium ar-
guitur. ad idem reſpondit Alexan. in conſil. 57. viſa
breui caſus narratione.col.1. ſub num. 3. verſ. & hæc
procedunt. vol.5.veluti,ne feuda nullis extantibus fi-
lijs maſculis, tranſirent in fiſcum, vt declarat Boſ.in
eod.tit.de partu ſuppoſſ. num. 16. verſic. & aduerten-
dum eſt.

Præterea intelligi debent,vt neceſſe non ſit, quod
29 † illæ præſumptiones ſint à lege approbatæ, ſed tan-
tum ab homine.nam cum duplex ſit preſumptio,alia
30 † legis, alia hominis, vt egregie declarant Abb.in c.
accedens.col.2.de accuſatio. & Bald. in l. ea quidem
col.2.C.de accuſ. præſumptio vero legis ea ſit, quan-
do lex præſumit ſic eſſe, vt quod contractus ſit vſu-
rarius,ſi interuenit pactum de retrouendendo,modi-
citas pretij, & quod contrahens ſit ſolitus fœnerari,
iuxta c.ad noſtram.de empt.& vend tũc hæc preſum-
ptio dicitur liquidiſſima probatio. & non ſolum præ-
ſumptio, ſed etiam quælibet coniectura probata à le-
ge facit liquidiſſimam probationem. vt tradũt Scrib.
in l.licet Imperator. ff.de leg. 1. præſumptio vero ho-
minis ſit, quando iudex ſuſpicatur ex diuerſis actibus
ita eſſe; propterea tunc lex non requirit hanc proba-
tionem legis,& ita colligitur ex Felin.in c.afferte.nu.
10.de præſump. vbi loquitur de præſumptione homi-
nis, vt in hanc rem plurima adducit Boſ. vbi ſupra
nu.34.verſ.ſed dic contrarium.

31 Tertiò velim eadem intelligas † vt vnaqueque ha-
rũ præſumptionum duobus ſaltem teſtibus ꝓbetur
* *iuxta glo.communi ſcribentium conſenſu approba-
tam in l.vlti.in verb.vel indicijs.C.fam.ercíſ.vt aſſer-
uere.Doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. vt latiſſimè
id nos examinauimus ſupra in concl. 894. incip. iudi-
cium quodlibet per tot.vol.4.

32 Iſtud tamen ſubintelliges,vt verũ ſit,† quo ad indi-
cium,ſecus vero quoad præſumptionem.quæ etiã po-
teſt oriri ab vno ſolo. differũt enim inter ſe indicium,
& præſumptio,teſte gloſ.in l.2.in verb.legitimis.ff.de
ex cuſ.tut.& Bald.in d.l.ea quidem.col.2. C.de accuſ.
& ita in themate noſtro intelligit Boſ.vbi ſupra n.36.

33 Porrò probabitur ſuppoſitus partus † plenè p duos
teſtes iuxta vulgatã.l. vbi numerus.ff.de teſtib. & c.in
omni.eod.tit.de teſtib. etiã ſi fuerint mulieres, vt pro-
batur ex l.ex eo.ff.eo.de teſtib.& in l. qui teſtamento.
§.mulier.ff.de teſtam. & in c. ſuper eo. vbi Abb.in 3.
not.de teſtib. & latè reſpondendo in hoc caſu noſtro
de partus ſuppoſitione,docet Dec.in conſ.342.in cau
ſa partus ſuppoſiti.nu.1.ver.his præmiſſis.

Quam probationem ampliare primo poteris, etiã
34 † ſi iſtæ mulieres deponerent cõtra ſuã matrem,& fra
trem;eo. enim in caſu etiam optime probarẽt partus
ſuppoſitionem. nam veriſimile non eſt,ꝙ ita fuiſſent
atteſtatæ,niſi res ita ſe haberet, argu.c. literas de præ-
ſumptio.vbi decreuit Sum.Pont.veriſimile eſſe,ꝙ in
præiudicium fratris teſtificando quis verum dicat,cũ
igitur hoc veriſimile ſit,in cõtrarium requirẽtur pro-
bationes fortiores,& efficatiores.ca. quia veriſimile.
de preſumptio.vbi Abb.in 2.not.ad idẽ eſt tex.in l.nõ
eſt veriſimile. in prin.ff.ꝙ met. cau. ita.Spe. in tit. de
prob.§.vlt.nu.10. verſ ſic.5.in fin. ſic etiam tradidere
Bald.& Alex.in l tranſactione.C. de trãſact. idẽ Alc.
in conſ.99.in caſu prædicto.nu.13.verum vnde vol.3.
& in hypoteſi noſtra Dec.d.conſ.342.col.1.ſub.nu.1.
verſ.ſecunda ratione.in quam ſentẽtiam permulta in
medium profert Rui.in conſ.158. viſis, & diligenter
ponderatis nu.18.cum ſeq.verſ.& tanto magis.vol.5.

35 Secundò ampliabis, † etiam ſi mulieres illæ fuiſſẽt
participes,& criminis ipſius ſociæ,ipſeq; interueniſsẽt
ſuamque operã exhibuiſſent in ipſa partus ſuppoſitio
36 ne.nam licet criminis ſocius † non videatur teſtis ido
neus cõtra ſocium,l.vlt.C.de accuſ.l.quoniã liberi. C.
de teſtib.adeo vt etiam nõ faciat inditium,vt placuit
Alex.ita reſpondenti in cõſ.89. viſo themate inquiſi-
tionis.col.3.nu.10. verſ.quinimo.vol.3.& in cõſ. 128.
quoniam abunde.in fi.vol.4.cũ multis ad id adductis
37 à Rui.in d.cõſ.158.nu.1.cũ plu.ſeq.vol.5.tamen † qñ
agitur de tali materia,in qua alij teſtes haberi nõ poſ-
ſunt,vtrique criminis ſocius admittitur,vt animaduer
tit Bal.in l.quoniam col.1.verſ.quarto igitur.C.de te-
38 ſtib.vbi cõcludit,quod cõiuratio † facta inter aliquos
probari poteſt per ipſos cõplices criminis per tex.in c.
vlt.de teſtib.cogen.vbi gloſ.& Abb. inquit, ꝙ admit-
tuntur,quia ex natura negotij,& criminis per alios ꝓ-
* bari non poteſt, & hanc communem * eſſe regulã in
iſtiuſmodi caſibus teſtatur Dec.in d.conſ.342.num.3.
ver.ad hoc reſpõdetur, vbi plura adiungit in hãc rem
39 quin etiam ibidem ſubiungit hos teſtes,† qui propter
naturam negotij in defectum aliorũ admittuntur,tali
caſu integros teſtes videri, & omni exceptione maio-
res,de quo eſt tex.in c.tertio loco.de probatio.vbi iſti
teſtes,qui alijs deficientibus recipiuntur, etiam ad re-
probandum inſtrumentum admittuntur;ergo cenſen
tur omni exceptione maiores, quia ad reprobationẽ
inſtrumenti requirũtur teſtes omni exceptione maio-
res.l.optimam.C.de contrah.& cõmit. ſtip. ſic etiam
declarat idem Dec.in c.3.loco.in vlt.not.col.2. nu. 8.
verſ.& iſti teſtes.quem referẽdo ſequitur Hieron.Gig.
in conſ.29.cauſa admodum ardua eſt nu.36.verſ.qui-
nimo, & quod in caſu noſtro ſocius criminis admit-
tatur docuit idem Dec.in d.conſ.342.nu.1.verſ.prima
eſt.eiuſdem fuit ſententiæ Rui.in dicto conſ.158. nu.
27.verſ.præterea.idem voluit Crauet.in conſ. 178.vi-
ſo proceſſu nobilis Laurentij col. 1.num.3. verſ. hoc
ita ſuppoſito.quod placuit etiam eidem Hirony.Gig.
in d.conſ.29.nu.35.verſ.& ex prædictis.

40 Præterea dum Scribentes tradunt, † ſociũ criminis
nõ debere admitti ad teſtimonium dicendũ cõtra al-
terum ſocium, intelligendum eſt quando producitur
ad probandũ delictũ contra alium,qui comparticeps
fuit in delicto,& ſic ad eum potiſſimum finem,vt ille
puniatur criminaliter,vel ciuiliter,quod nõ contingit
in caſu ſuppoſitionis partus. nam in eo agitur cõtra il
lum,qui fuit ſuppoſitus,& ſic cõtra tertium, qui nihil
deliquit,& qui in delicto nihil participauit;nec agitur
ad pœnam contra illum,ſed ad bona principaliter,&
actionem,quæ ex delicto nõ deſcendit. vnde iſto caſu

ſaltem

ſi liceat debet admitti ille, qui fuit particeps delicti cũ
alio, & non cum reo, qui cum agit, tunc enim ceſſant
rationes, de quibus in l. vlt. C. de accuſ. ita declarauit
Ruy. in d. conſ. 158. nu. 18. verſ. 3. etiam vol. 5.
Tertiò velim amplies eundem probãdi modũ par-
41 tus ſuppoſiti per teſtes ẽt mulieres, vt † habeat locũ
ẽtſi de earum commodo ageretur in conſequentia,
arg. l. 1. §. 1. ff. de auth. tuto. & vt videre eſt in teſtibus,
qui pro ſua vtilitate, vel collegij admittuntur, c. inſuper
eorum nuncius. de teſtib. ſic glo. in §. cogitandum. in
verbo teſtes. in Auth. de monach. not. Bar. in l. in tan-
tum. §. vniuerſitatis. de rer. diui. cum multis alijs ad id
relatis ab eodem Dec. in d. conſ. 342. nu. 4. verſ. ſecun
do contra. ſubiungens tales teſtes non ſolũ in ſubſi
dium, ſed abſolutè admitti; teſtem ad id laudat Abb.
in d. c. tertio loco. & in d. c. inſuper. vbi ait Hoſtien. &
* Doct. * communiter ita ſentire.
42 Quartò poteris ampliare, † etiã ſi vna ex illis teſti-
bus reperta variauerit, & ſe correxerit; tunc enim ni
hilominus probabũt ſuppoſitionem partus, ex eo, quod
43 dicta teſtium † ſunt iuuanda, & non calumniãda, vt
dicit Bald. in l. de quib. col. vlt. verſ. quid ſi teſtis. ff. de
44 legi. & quod dicta teſtium † ſint intelligenda, ne ca-
ptioſa ſint, authore Aug. in l. ex militari in fi. ff. de te-
ſta. mili. & eo maximè, ſi variatio nõ ſit in facto prin-
45 cipali. teſtium enim repugnãtia † inſpicitur in facto
principali, nõ in acceſſorijs, teſte Bar. in l. eos. col. 2. ff.
de falſis. quem vna cum multis alijs referendo ſequit
Dec. in d. conſ. 342. nu. 5. & 6.
Quintò amplianous eũdẽ modus probandi par-
46 tus ſuppoſitionem, † vt etiã ſi mulieres illæ teſtes cri-
minis participes iurati fuerint, ſe non manifeſtatu
ras alicui tractatum de ſupponendo partu, nec ipſam
ſuppoſitionem, nihilominus probent illud crimen, ſi
planũ ex fecerint illud, & contra iuramẽ depoſuerint,
& ſic contra propriũ iuſiurandum venerint, periuræque fue-
47 rint. Etenim licet iure cautum ſit teſtem † propter
periurium repelli à teſtimonio dicendo, vt c. teſtimo
nium de teſtibus, illud tñ eſt verum, quñ quis venit cõ
tra iuſiurandum licitum, & quod erat ſeruandum: ſed quãdo
fuit temerarium, & ſeruari non poterat ſine peccato,
ſicut iuramentum iſtud de non reuelando tractatum
de ſupponendo partu, nec ipſam ſuppoſitionem; tũc
non dicitur contraueniens, etiam abſolutione non
præcedente periurium incurriſſe, nec ratione periurij
poteſt à teſtimonio repelli, vt obſeruauere Scrib. in c.
intimauit. in c. dilectis. il 1. de teſtib. in c. olim. de ac
cuſ. & in c. quia plerique de offi. ordi. ſic ſenſit Hoſt. in d.
c. teſtimoniũ. & ad idẽ tendit Card. Zaba. in conſ. 35.
incip. quidam habens vnum filium legitimũ. verſ. ad
* primum. cum plu. ſeq. & hanc * communẽ eſſe Doct.
ſniam teſtatur. Archi. in c. quicunque nu. 4. in fi. 6. q.
1. & in propoſito noſtro ita declarauit Rui. in d. cõſ.
158. nu. 20. verſ. non obſtat, dum ſecundo dicebatur.
48 Sexto poteris eundem ampliare, † etiã ſi ab aduer-
ſa parte fuerit ipſis teſtibus oppoſitum, quod tanquã cri
minis participes, & ob id criminoſi à teſtimonio ſint
repellendi, præſertim ſi taſſi fuerint in ipſo crimine ſe
ſocios præſtitiſſe, per d. c. teſtimonium de teſti. & per
not. per Bar. in l. ſi duo patroni. §. idẽ Iulianus. ff. de iu
reiu. nã quñ crimen contingit cauſam, vt quia mouet
quæſtio ſtatus, ſicut quñ dr̃ partum fuiſſe ſuppoſitum,
& mouetur ẽt quæſtio bonorum, quæ pendet à præce
denti, & teſtis aſſerit ſe fuiſſe participem illius crimi-
nis, ſi pars, contra quã deponit, negat crimen, & partum
fuiſſe ſuppoſitum, tũc pars ad repellendum non põt
ſe fundare ſuper ſua aſſertione delicti, quam ipſa pars
impugnauit, l. Papinianus, §. meminiſſe. ff. de inoff. te
ſta. & in c. ex eo. de reg. iur. in 6. adeo vt ẽt iudex ex of
ficio nequeat repellere teſtem prætextu criminis, quod
per partem negatur eſſe commiſſum, ẽt ab ipſo teſte;
quia ſtandum eſt aſſertioni partis ẽt in ſui præiudicium
l. 1. C. de cõfeſ. ſecus ſi opponat crimen contra teſtẽ,
& probetur per partẽ excipientem. etenim tũc repel-
litur, d. c. teſtimonium, & idem ſi probetur ex aſſertio
ne ipſius teſtis, quam pars, contra quã depoſuit, non
impugnauit; ſicut accidit, quando crimen non cõtin
git cauſam, tunc enim poterit repelli ad inſtantiã par
tis, & vbi pars non exciperet, iudex ex officio teſtem
poſſet repellere, l. quos prohibet, & ibi Bald. ff. de po-
ſtul. cum multis alijs ad id deductis à Ruy. in d. conſ.
158. nu. 21. ver. non obſta tertiam tertio. vol. 5.
49 Septimo amplia, vt locũ ſibi vendicet, etiã † ſi ab
aduerſa parte per teſtes numero plures, ſed tñ viles,
pauperes, & abiectæ conditionis fuerit contra proba
tũ, ſe vidiſſe puerũ naſci, & interfuiſſe illius natiuita-
ti; qui vero deponerẽt partum fuiſſe ſuppoſitũ eſſent
nobiles, & numero lõge inferiores: nã illis nobilibus
maior fides erit habenda, etiã ſi fuerint pauciores, vt
egregiè probat in c. in noſtra de teſtib. & ibidẽ id te-
nuit Hoſti. ac alij, vt in caſu noſtro teſtatus eſt Rui. in
d. cõſ. 158. nu. 26. verſ. item non obſtat. Sed hæc hacte
nus. Poſſem enim hoc in loco plura alia, quæ ad teſtiũ
depoſitionem, tum ẽt perſonam eorundem pertinẽt
adiũgere; ſed in præſentia hic lector contentus erit, quod
ſi ea cognoſcere tibi eſt in optatis adeas Deci. Ruin.
Soc. & Boſ. eiſdem in locis ſuperius à nobis relatis hi
ſuo voto hac in re optimè ſatisfaciẽt. nobis in præſen-
tia ſatis ſit cões locos oſtẽdiſſe, vnde ſuppoſiti partus
alias probationes, & præſumptiones elicere queas.

CONCLVSIO MCLIII.

ARGVMENTVM.

Pater, & mater, an, & quando, & quomodo in filiorum cauſis teſtes eſſe poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Pater, & mater nec pro filijs, nec contra filios teſtes eſſe poſ ſunt. Et cur, nu. ſeq.*
2 *Patris amor erga filios, & filiorum in patres, quantus ſit.*
3 *Pater, & mater non ſolum in cauſis filiorum prohibentur eſſe teſtes, ſed etiam alij aſcendentes in deſcendentiũ cauſis in infinitum.*
4 *Mater pro filio non poteſt eſſe teſtis. Et cur, ibid.*
5 *Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij etiam emancipati. Ratio duplex eſt, vt nu. 6. & 7.*
8 *Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij ſpurij, illegitimi, naturalis, ſiue inceſtuoſi. Et cur, nu. 9.*
10 *Pater adeo repellitur teſtificari in cauſa filij, vt ẽt iudex, ſi vellet, & declararet, quod pater, vel filius admitteretur huiuſmodi declaratio nulla ſit futura.*
11 *Pater non poteſt eſſe teſtis etiam in cauſa, quam filius agit procuratorio nomine.*
12 *Pater non põt eſſe teſtis etiam in cauſa, quam filius agit procuratorio nomine ſi ageretur de facto filij, ſecus ſi nõ ageretur de facto, & commodo filij.*
13 *Filius nec pro nec contra patrem poteſt eſſe teſtis. Et cur, ibidem.*
14 *Pater, & mater in ætate filij probanda poſſunt eſſe teſtes.*
15 *Pater pro filio in cauſa religionis teſtimonium dicere põt.*
16 *Pater pro filio poteſt eſſe teſtis in cauſa correctionis, vel prohibitionis peccati.*
17 *Pater in cauſa filij poteſt eſſe teſtis, quando aduerſarius, contra quem producitur, conſentiret, patrem eſſe teſtem.*
18 *Pater pro filio adoptiuo poteſt eſſe teſtis.*
19 *Pater pro filio adoptiuo tunc poteſt eſſe teſtis, quãdo diſſoluta fuit adoptio; ſecus ſi non ſit diſſoluta.*
20 *Pater pro filio poteſt eſſe teſtis, quando ipſe filius condidit teſtamentum in expeditione, & teſtatus eſt de caſtrenſi peculio. Quod intellige, vbi ante miſſionem filius condidit teſtamentum, ſecus ſi poſt, vt nu. 21. Ratio iſtius differentiæ eſt nu. 22.*

23 Pater

Digitized by Google

23 *Pater, & mater in cauſa matrimoniali pro filijs, ac filiab. teſtes eſſe poſſunt Etiam in fratre, ſorore, & in quocunque alio coniuncto id procedit, vt nu.24.*

25 *Pater deſcriptus teſtis in inſtrumento inter ipſum filium, & aliũ confecto, & à partibus rogatus, rectè teſtificat.*

26 *Pater deſcriptus teſtis in inſtrumento inter ipſum filium, & alium confecto, & à partibus rogatus, tunc rectè teſtificatur, quando pars contraria cognoſcebat teſtes, & ſciebat illos eſſe parentes, & affines: alioqui ſecus.*

27 *Pater pro filio poteſt eſſe teſtis, quando eſt in collegio. nam tunc poterit pro filio dare fabam.*

28 *Pater pro filio poteſt eſſe teſtis, in caſu l. quoties. C. de naufrag. lib. 11.*

29 *Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, quando cauſa agitaretur inter duos filios.*

30 *Pater pro filio poteſt dicere teſtimonium in cauſa ſtatus.*

1 **Pater** & mater, † qui hac vna parentũ voce, dicunt, nec pro filijs, nec cõtra filios teſtes eſſe poſſunt: ſic rñdit Paulus Iuriſcon. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. teſtis idoneus (inquit ille) pater filio, aut filius patri non eſt, quæ lex hiſmet conceptis verbis referẽ in c. ſi teſtes. ver. itẽ teſtis idoneus. 4. q. 2. & 3. hinc ẽt reſcripſere Imp. in l. ſi parentes. C. eod. parentes, & liberos inuicẽ aduerſus ſe, nec volentes ad teſtimonium admittẽdos eſſe quibus in iurib. glo. & cęteri interpretes leges concordes adducũt in eandem deſcendere ſñiam, quotquot teſtium materiam explicauere, vt Spe. in tit. de teſte. §. 1. nu. 2. verſ. item, ꝙ eſt parens, ſeu pater, & ibi Io. And. in addi. in litera F. ſuper ver. id velit. Alb. de Roſa. in tracta. de teſti. par. 1. nu. 1. qui * cõem dicit Nel. à Sancto Gem. in tract. de teſtib. nu. 7. verſ. pater, & mater Lanfr. de Oria. in cap. quoniam contra. §. teſtium depoſitiones. nu. mihi 74. verſ. & primo quæro. de probat. Campeg. in tract. de teſtib. reg. 1. Soc. in reg. 506. incip. teſtes parentes. in prin. Crot. in tract. de teſtib. 4. par. nu. 1. & ibi Petr. de Moncad. in addi. litera A. in verb. pro filijs. nu. 109. & ſeq. Gab. in ſuis cõmu. concl. lib. 1. tit. de teſtib. concl. 17. nu. 1. & ſeq. & Rebuf. in trac. de reprob. & ſalua. teſti. in verb. parentes. nu. 376. ac Arc. in conſ. 13. viſo diligenter themate. col. 7. nu. 9. ad fin. verſ. & præmitto. & ſexcenti alij, quos longum eſſet connumerari, qui referuntur à relatis authorib. & in re tam clara, & in legibus determinata plures authores cõgerere ſuperuacaneum eſſe duco. etenim (vt dici ſolet) vbi legem habemus, ſuperfluum eſt gloſſas, & Doctores allegare, teſte gl. in l. ſed licet. ff. de offi. preſid.

Nec aliam ob cauſam iſtud fuiſſe ſancitũ crediderim, quam ob amorem, † quo mutuo ſe ſummè proſe-
2 qui parentes, & filij præſumuntur, argu. l. iſti quidẽ in fin. vbi glo. ff. de eo, quod met. cau. dicens ibi glo. in verb. magis, patrẽ diligere plus filiũ, quam ſe ipſum l. ſi pupillorum. §. ſi pater. ff. de reb. cor. l. nec ei. ff. de adopt. §. vlt. inſtit. de noxa. nullus enim amor vincit paternum. l. vlti. in prin. C. de cur. furio. adeo vt pater, & filius cenſeantur vna, & eadem perſona, l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit. & §. hac authoritate. 35. diſt. tũ maximè; qm̃ vox patris, vox filij ſit, & ècontra. §. ei & §. poſt mortem. Inſti. de inuti. ſtipu. & vbi eſt vnus, alter eſſe vr̃. l. cũ ſcimus. ad fi. C. de agri c. & cenſ. lib. 11. & filius dicatur pars viſcerũ matris, c. ſi ad matris de conſec. diſt. 4 ſic in propoſito noſtro dixit Rebuf. in d. tra. de reprob. & ſalu. teſti. in verb. parentes num. 376. in quam ſententiã infinita prope, de more cõgerit Tiraq. in l. ſi vnquam in præfa. à nu. 3. vſq; ad 37. in primis. nu. 15. C. de reuoc. donat. hic vnus tibi ſit inſtar omnium in hac materia amoris parentum erga filios, ſi quid tibi occurrerit, & ad Alciatum ẽt confugias in trac. præſum. regu. 1. præſumpt. 1. & plurib. ſeq. præſumptionib. in quibus quam plures declarat præſumptiones, quæ à parentibus in filios procedere, & contingere ſolent.

3 Ampliatur primò loco concluſio, † vt non ſolũ in patre, & matre procedat, ſed etiã in alijs aſcendentib. in deſcendentes in infinitum: ita tradidit gl. in d. l. parentes. per l. quiq;. §. 1. ff. de in ius vocando cui accedit Spe. in d. §. 1. ſub nu. 2. ibi, & hoc in aſcendentib. quem refert, & ſequitur Lanfr. de Oria. in d. §. teſtiũ depoſitiones nu. 74. in fi. idem voluere Cyn. in d. l. parentes nu. 1. & Gab. in d. concl. 17. in prin. ac alij ferè omnes ad concluſionem ſupra relati.

4 Secundò amplio, vt habeat locum, † vt diximus, ẽt in matre, quæ & ipſa teſtificans pro filio non ꝓbat; appellatione enim parentis, & matrem cõtineri, ſcribit Iuriſcon. in l. appellatione parentis, vbi plenè Rebuf. & præſertim ver 3. ff. de verb. ſign. ſic ſenſere Spe. vbi ſup. eo. nu. 2. ibi, idẽ intellige in matrẽ. arg. l. patroni. ff. eo. de verb. ſign. vbi itidem Rebuf. Speculatorẽ referr, ac ſequitur idẽ Lanfr. vbi ſup. nu. 75. Arc. in §. pater. col. 2. nu. 3. verſ. quid in matre. Inſti. tit. de teſta. Stepha. Aufrer. in addi. ad Capel. Tholo. deciſ. 3. ſub nu. 2. ver. & idem in matre, ac alij ad id citati à Gab. in d. cõcl. 17. nu. 4. ver. 2. amplia. Campeg. ẽt in d. reg. 1. verſ. 3. habet locum ac omnes in d. l. parentes. C. de teſtib. ampliantes etiam id in auo materno.

5 Tertio eandem amplio, vt vera ſit, † etiam in filio emancipato, in cuius cauſa pater nõ poteſt ferre teſtimoniũ: ſic tradidere gl. ac cæteri in d. l. parentes Bar. & Alb. in l. qui teſtamẽto. §. per contrariũ. ff. de teſta. Spe. in d. tit. de teſte. §. 1. nu. 2. in fi. Albe. in d. tract. de teſt. in prin. vbi de communi teſtatur. Lãfr. ab Oria. in d. c. quoniam contra. §. teſtium depoſitiones. nu. 75. de probat. Stepha. Aufr. in trac. de teſtib. num. 77. verſ. pater non poteſt. Crot. in eodem tract. de teſtib. in 4. par. nu. 1. verſ. iſta concl. Campeg. in ſuo tract. de teſtib. reg. 1. verſ. 2. habet locum. Gramm. in deciſ. 48. Ioannes de Vicinancio. nu. 13, ac plures alij ad idem relati à Gab. in d. concluſ. 17. num. 6. & 7. verſ. 4. amplia, & ſequen.

6 Quæ ampliatio duplici ratione confirmatur. † Primum quidem: etenim ſi mater, quæ nũquam habuit filium in poteſtate, pro eo nequit teſtificari, vt diximus multo minus pater pro filio emancipato, quem prius habuit in ſua poteſtate. arg. eius quod voluit gl. in §. vlt. Inſti. de iure.

7 Præterea † licet ceſſet patria poteſtas per emãcipationem, tñ non extinguiẽ affectio patris erga dictum filium, ꝓp quam repellitur à teſtificando, l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. ita dixere Alb. de Roſa. in d. trac. de teſtib. in eadem prima par. in prin. ſub num. 1. verſ. & potuit eſſe. ac Io. Crot. ibi. 4. par. nu. 1. ad fi.

8 Quartò amplio, † vt nec ẽt pro filio ſpurio ad teſtificãdum admittaẽ pater, nec in illegitimis naturalibus, ſiue inceſtuoſis, teſte Io. And. in addi. ad Spec. in §. 1. litera F. in addi. incip. Nec ſufficit iudicis. ſuper verb. id velit quem refert & ſequitur Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 44. ff. ad Treb. Fel. in c. cum oporteat. col. 5. ſub nu. 1. verſ. & per pdicta inferẽ. de accuſ. Gab. in d. tit. de teſtib. concl. 17. nu. 8. vbi cõcordes citat. & Campeg. in d. reg. 1. verſ. 5. habet locum

9 Nam licet † non ſint nominandi filij, tñ inſpecta ratione ſanguinis, pręcipuè ſi in domo maneãt, repellitur pater à teſtimonio: experientia enim docet nos, eos q̃nque plus diligi, quam legitimos, & naturales; cum nemo vnquam carnem ſuam odio habeat, vt dicit gl. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. ac Rol. à Val. in cõſ. 86. illuſtris domine. nu. 69. vol. 1. ita Io. And. ac alij.

10 Quintò amplio, † vt adeo repellatur teſtimoniũ patris in cauſa filij, vt etiã iudex, ſi vellet, & declararet, ꝙ pater, vel filius admitteretur; huiuſmodi declaratio nulla ſit futura: cum iudex hanc probationẽ non poſſit infringere, tanquã fundatam in iure naturali, vt determinat Io. And. in d. addi. incip. nec ſufficit. ex authoritate Guid. de Suza. cum quo ſenſit Campe. in d. reg. 1. verſ. 4. habet locum.

11 Sextò amplio, † vt etiam procedat in cauſa, quam filius agit procuratorio nomine: nam & in hac pro filio patrem non poſſe eſſe teſtem, teſtatur Bar. in d.l. qui teſtamento. §. quæcunque. nu. 3. ver. ſed quæro, an pater. ff. de teſta. quem referendo ſequitur Gabr. in d. conclu. 17. nu. 3. in 2. amplia.

12 Declara hanc ampliationem, † ſi ageretur de facto filij: quia tunc & pater non eſt idoneus teſtis pro filio procuratorio nomine agente, arg. l. quæſitum. ff. de in ius voc. ſecus verò, ſi non ageretur de facto, & commodo filij; tunc enim licet filius eſſet procurator in cauſa, tamen pater poſſet eſſe teſtis, vt l. pater. ff. de teſti. & l. ad teſtium in prin. ff. de teſta. ita declarat Bart. in d.l. qui in teſtamento. §. quæcunque. nu. 3. verſ. quid dicemus. quem ſequitur Arc. in d. §. pater. num. 2. verſ. aut è contra. Inſti. de teſtam. & eum tuetur à Baldi impugnatione, vt latius ibi per eum. ac Rebuf. in d. verb. parentes. nu. 381. verſ. 5. poteſt pater.

13 Septimò amplianda eſt concluſio, † vt idẽ ſit è contra, quod ſcilicet filius nõ poſſit & ipſe teſtificari pro patre, nec contra patrem; ita Scriben. omnes dictis in locis, quos huc uſq; citauimus; & in primis Gram. in dec. 45. nu. 16. per d. l. parentes. C. de teſtib. ac alia, quæ ibi allegat. & in d. deciſ. 48. nu. 13. & vtrobique Albericum relato loco atteſtantem de * communi. citat. hunc referendo ſequitur Gab. in d. concl. 17. ſub nu. 4. in 3. amplia. ea enim affectio, quæ patrẽ pro filio, eadem filium pro patre à teſtificando repellit, vt inquit Gram. vbi ſupra.

Primò loco limitatur eadem concluſio, vt locum
14 ſibi nõ vendicet † in ætate filij probanda in qua teſtes eſſe poſſunt ipſi parentes, vt probat tex. & ibi glo. in l. ẽt. ff. de proba. & gl. in d. l. parentes. in 1. gl. & gl. in d. c. ſi teſtes. §. item teſtis idoneus. in verb. filio 4. q. 2. & 3. Speculat. in eo. tit. de teſte. §. 1. ſub nu. 4. ver. 3. mater. Bar. in d. l. qui teſtã. §. quæcunq; col. vlt. nu. 4. ver. quæro, quid in matre. ff. de teſtam. Aret. in d. §. pater. nu. 3. verſ. quid in matre. & ibidẽ Ioan. à Plat. Inſtitu. de teſtam. * omnes in ſuis tractatibus de teſtibus, vt Lanfran. ab Oria. vbi ſupra nu. 76. verſ. 2. admittitur. Neil. à Sancto Geminia. nu. 7. verſ. item mater cum quæritur. Stephanus Auſr. in addi. ad d. deciſ. 3. verſ. mater non poteſt. & in tract. de reprobat. teſtium, nu. 66. & 77. verſ. & mater teſtificatur. Albe. de Roſa. nu. 3. verſ. 2. fallit. Campeg. d. reg. 1. verſ. 2. fallit. Gab. in d. concluſ. 17. nu. 9. in 1. limit. vbi quam plures concordes citat Crot. in d. 4. par. nu. 2. verſ. & primò. vbi inquit Docto. iſtud * communiter ſequi & ibi Petr. de Moncad. in addi. in litera B. in verb. ætate filij, quo in loco ex mente Anto. à But. in c. ex literis de tranſac. & Hippo. Marſi. in l. de minore. §. plurimum. col. 2. ff. de quæſt. inquit quod iſto caſu magis probatur ſcriptura patris, vel matris, quam eorũ viua vox. & hoc propter labilitatem memoriæ. & Rebuf. in d. verb. parentes. nu. 382. ver. 6. & de * communi opinione teſtatur Soc. in d. reg. 506. incip. teſtes parentes. in fi. præter eos, quos longa ſerie nos in hanc eandem ſententiã connumerauimus in concl. 668. in verb. ætas. nu. 7. cum plurib. ſeq. in 1. ampli. vbi quo pacto iſtud procedat abundè declarauimus à d. nu. 7. vſque ad nu. 17. antequam inſpeximus tract. Do. Sforniæ Oddi. de reſti. in integ. par. 1. q. 37. art. 5. per tot. qui & ipſe ibi à nu. 52. vſque ad nu. 62. hunc articulum plenè examinat ad quos locos nunc me reijcio.

15 Secundò limitatur concluſio, vt nõ procedat † ob religionẽ: in cauſa etenim religionis pro filio pater teſtimonium dicere poteſt, vt habemus ex c. præſens clericus ubi, ſuper quare. 20. q. 3. vbi teſtimonium patris auditur ad dirimendum matrimoniũ ſpirituale: ſic tradidit gl. in d. c. ſi teſtes. §. item teſtis idoneus in verb. filio 4. q. 3. q. eſſe menti tenendum dixit Soc. in d. reg. 506. in 2. Fallen. ſic * omnes in ſuperiori limitatione relati iiſdem tunc in tractatibus ſuis de teſtib. vt Albe. nu. 3. à S. Gemi. nu. 7. verſ. item pater Lanfran. nu. 76. Auſr. nu. 77. verſ. 2. fallit. Campeg. in d. 1. regu. verſ. ſed fallit iſta regula. Crot. in d. 4. par. nu. 3. verſ. 2. fallit. Gab. in d. concl. 17. nu. 12. in 4. limit.

16 Tertiò reſtringitur † in cauſa correctionis, vel prohibitionis peccati; quia tunc pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij. tũc enim carnalis iſta affectio nihil operatur, cũ non agatur de commodo principalis perſonæ, neq; de incommodo alterius, ſed de ipſius ſalute: ita Soc. in d. reg. 506. in 1. fallen. ex tex. & ibi not. in d. c. in tantum. de teſtib. & Campeg. in d. reg. 1. verſ. 13. fal per Abb. in c. omni. col. 1. eo. tit. de teſtib.

17 Quartò limitatur, † qñ aduerſarius, contra quem producitur conſentit patrem eſſe teſtem, validum enim tunc erit patris teſtimonium, cum iſta prohibitio inducta ſit ipſius aduerſarij fauore: ſic ſcripſit Io. And. in d. addi. ad Spe. in d. §. 1. in d. litera F. quem ſequuntur Soc in d. reg. 506. in 7. limi. adducens ad id l. vlt. C. de tempo. appella. Gab. in d. concl. 17. nu. 15. in 6. limit. Campeg. in d. reg. 1. in 5. fallen. & Per. de Mõcad. in addi. ad Crot. in d. 4. par. num. 109. verſ. iſtam quæſtionem limita.

18 Quintò limitatur † in patre adoptiuo, qui ritè, & validè pro ſuo teſtificatur filio vt voluere Albe. de Roſa. in d. 1. par. ſub nu. 7. ver. ſed dubitatur de filio adoptiuo. & Campeg. in d. reg. 1. verſ. 10. fallit.

19 Quod declarat, vt procedat, † qñ diſſoluta fuit adoptio; quia tunc admitteretur pater adoptiuus ad teſtificandum pro filio ſecus ſi adoptio non eſſet diſſoluta ita Sal. obſeruauit in d. l. parentes. per l. adoptiuũ. ff. de in ius vocan. q̃ legem ad id etiam allegat Albe. in d. trac. de teſtib. in eadẽ 1. par. ſub nu. 7. ver. ſed dubitatur. & Campeg. in eadem reg. 1. in 10. limitatio.

20 Sextò eandem concluſionem reſtringo, † vt nõ habeat locum, qñ filiusfamilias condidit teſtã in expeditione, & teſtatus ſit de caſtrenſi peculio: nam tunc patrem poſſe eſſe teſtem probat in his tex. in d. l. qui teſtã. §. per contrarium. vbi * omnes. ff. de teſta. ſic ſenſit Spe. in d. tit. de teſte. §. 1. ſub nu. 7. verſ. in patris autẽ teſtõ, cui accedit Albe. in d. tract. de teſtib. par. 1. ſub nu. 4. ver. fallit vltimo. Socy. in d. reg. 506. ver. quintò fallit. & Campeg. in d. reg. 1. verſ. quartò fallit. & Federicus Schonch. in tracta. de teſtibus num. 20.

21 Iſtud intellige, vt verum ſit, † vbi ante miſſionem filius condidit teſtã, ſecus ſi poſt, vt diſponit. 1. in ſi. teſtibus. Inſti. de teſtam. ita intelligunt, & loquuntur Spec. Alber. Soc. & Campeg. ſup. in limitati.

22 Cuius diſcriminis ratio eſt, † quoniã vbi filius teſtatur in expeditione, tale teſtamentum habet priuilegiũ, vt valeat abſq; ſolemnitate, ideo pater hoc caſu poteſt eſſe teſtis: ſecus, quando non eſſet in expeditione: quam rationem ſenſit gl. in d. §. per contrariũ in verb. poſſe. & eam rationem retulere Albe. vbi ſup. nu. 4. & Soc. in d. 5. fallen.

23 Septimò limitatur, vt non procedat † in cauſa matrimoniali, in qua pater, & mater pro filijs, ac filiabus teſtimonium dicere poſſunt, vt de hoc eſt tex. in c. vlt. & ibi Scriben. qui matrimo. accuſa. poſſ. & ſuper eo. in 2. & ibi glo. 2. ver. ſoluũ pater, & mater, durũ & aſſumpto ex eo à contrario ſenſu ita reſpondere Alex. in conſ. 131. repetitus in cauſa matrimoniali col. vlt. ſub nu. 11. ver. quæritur &c. vol. 5. Dec. in conſ. 163. in cauſa matrimoniali. nu. 26. & ſeq. verſ. ſed ad hoc reſpondetur. Aret. in conſ. 85. viſo diligenter themate nu. 10. verſ. his præmiſſis. Pariſ. in conſ. 5. attingam num. 28. & ſeq. volum. 4. & in conſ. 58. agit curam num. 3. eo. volum. 4. Soc. iun. in conſ. 29. circa præſentem conſultationem. num. 11. volum. 2. & in cõſ. 31. in themate prædicto. num. 13. eod. volu. 2. Zaſi. in conſ. 9. num. 8. volum. 1. in conſ. 3. num. 47. verſ. rurſus difficultatem. volum. 2. & in conſ. 4. num. 19. verſ. tamen in cauſa matrimoniali. eodem volumin. 2. quibus in locis omnes † iſtud ampliant in patre ſororeq
24

& in

& in quocunq; alio coniunctò. vt hoc ẽt faciunt alij quamplures ad id allegati à Gabr. in tit. de teſtib. cõclu.9.à nu.1. vſque ad num. 10. eãdem limitationem noſtram authoritate ſua confirmauere Soc. in d. reg. 506. in 6. fallen. Lanfran. in d. c. quoniam contra. §. teſtium depoſitiones nu.76. verſ.3. fallit. de probat. Aufrer. in d. trac. de teſti. ſub nu.77. verſ.4. fallit vbi plures concordes tex. alleg. ibi Nell. à S. Gemin. ſub nu.7. verſ.4. fallit. Albe. à Roſa. nu.3. verſ. fallit. Federic. Schen. nu.20. verſ. parentes quoque, Cãpeg. in d. reg. 3. verſ.3. fallit. Crot. in d.4. par. nu.4. verſ. fallit, & tertio ibi Pet. de Monca. in addi. in litera C. ſuper verb. conſanguinei. qui loquitur in pulcherrimo caſu, quẽ videre poteris. Rebuf. in d. tract. de reprob. teſt. in eo. verb. parentes. nu.380. verſ.4. Quo pacto aũt limitatio procedat, & intelligenda ſit, nonnullis nos alias explicauimus in ver. matrimonium. concl. 1019. vol. 2. & ad ſatietatẽ cauſam examinauit Gab. in d. tit. de teſtib. concl.9. per tot. li.1. quem adire poteris, ſi quid in hac materia tibi opus fuerit.

25 Octauò concluſionem limito, vt nõ procedat, † qñ pater eſſet deſcriptus teſtis in inſtrõ inter ipſum filiũ, & alium confecto, & à partibus rogatus: tunc enim rectè teſtificare, tradidere gl. in §. & licet. in ver. debere alicui. in Auth. de teſtib. quam ſingularẽ ad id vocat Bal. in d. l. parentes. col.1. ſub nu.1. verſ. vel dic latius. vbi abundè hunc articulum examinat. C. de teſtib. & in l. ad teſtium. §.1. ff. de teſtam. quem ſequitur Albe. in d. tract. de teſtib. par.1. nu.10. vbi dicit, ꝙ vbi teſtis eſt rogatus, ſemper eſt idoneus, quantumcunq; alias ſit inhabilis. & pro hoc poſſumus vti cautella ſecundum eum vt in contractib. eligantur potius fratres, vel affines teſtes in inſtrumentis, ꝗ alij quia teſtificari poterunt rectius. & ideo dicit, quod in quæſtione facti, dum eſſet accuſatum teſtm̃ de falſo, ꝙ ibi fuiſſet rogatus affinis quidam teſtatoris pro teſte, reſpondit illum poſſe admitti ad teſtificandũ in fauorem teſtamenti, quantumcunque affinis, & inſtitutus, ex quo teſtator eũ rogauerat, & ſubdit idem eſſe generaliter, ſiue ſit rogatus à contrahẽtibus, ſiue à teſtatore, ſiue à iudice, vt ſemper ſit idoneus: quam limitationẽ latè corroborat Bartolo. Cępo. in caut.219. incip. licet regulariter parentes. per tot. & Soc. in d. reg. 406. verſ.4. fallit. eandem confirmat Io. à Plat. Chriſtopho. Porc. & Bauer. in d. §. pater. Inſtitu. de teſtam. ac egregiè Ant. Corſe. in ſing. in verb. teſtis 11. incip. licet pater nu.1. & 2. & Rebuf. in d. verb. parentes nu. 383. verſ.7. excuſatur.

26 Quam limitationem declara, vt procedat, qñ pars contraria cognoſcebat teſtes, & ſciebat illos eſſe parentes, & affines alioqui ſecus, cum non cenſeantur approbati; ita not. Ang. in l.1. C. de teſtam. & Bauer. in d. §. pater. col.7. qui allegat Imo. in l. ad teſtium. §. conditionẽ. ff. de teſtam. & Cępo. in d. caute.219. ſub nu.5. ver. & prædicta intellige vbi inquit, ſe alias habuiſſe de facto in caſu, in quo vnus fecit teſtamentũ, & adhibuit fratres legatarij in teſtamento, & dũ orietur de legato dubiũ, fuerunt producti teſtes fratres, & dicebant, quod erant idonei teſtes, ex quo teſtator dixerat notario, ſi fratres iſti legatarij poſſunt eſſe teſtes, adhibe●us eos, & notarius affirmauit teſtatorẽ volente. ſubiungens, quod licet prædicta videantur eſſe cõtra iura, quæ loquuntur ſimpliciter, & iudices de groſſeto hoc non crederent ei, tamen eſt verum. quem Cœpolam refert, ac ſequitur Petr. de Monca. in d. addi. ad Crot. in cad.4. par. nu. 110. verſ. prædicta tamen intellige.

27 Nonò limitatur concluſio, † vt nõ habeat locum qñ pater eſſet in collegio; quia tunc poterit, vt noſtri loquuntur, dare fabam pro filio, vt tradidit Rom. in ſing.913. incip. an in collegio. per tex. in l. illud cum l. ſeq. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomi. & ſic erit teſtis pro filio ſaltẽ approbatione: ita limitat Petr. de Mõcad. vbi ſupra, nu.3. verſ. item limita. Romanum etiã refert ac ſequitur Bartho. Bologn. in repe. auth. habita. nu.351. verſ. ſed pone modo. C. ne fil. pro patre. & per d. l. illud ita determinauit etiam Redoa. in tract. de Simon. par.2. c.32. nu.7.

28 Decimò limitanda eſt † in caſu difficilis probationis, de quo in l. quoties. vbi Bar. C. de naufrag. lib.11. ita tradidere Rebuf. in d. verb. parentes. nu. 379. verſ. 3. excuſatur, & Petrus de Moncad. in d. addi. nu.112. verſ. item limita, niſi eſſemus.

29 Vndecimò limita, † qñ cauſa agitaretur inter duos filios; tũc enim pater poterit eſſe teſtis: quoniam par affectio tollit omnem ſuſpicionem, l. non ſolum. §.1. ff. de ritu nuptia. ſic gl. in c. poſtremo de appell. vt in ſimili no. Bar. in d. l. qui teſtamento. §. per contrariũ. in fi. ff. de teſta. quem ad id refert, & ſequitur Crot. in d. tract. de teſti. par.4. nu.5. verſ. fallit, & quarto.

30 Duodecimò limitatur, † vt non procedat in cauſa ſtatus, in qua pater poteſt pro filio dicere teſtimoniũ authore Bar. in l.4. §. duæ cauſæ. col.1. ver. quæro quo modo. ff. ad Carbonia. Io. Fab. in d. §. pater. verſi. ſed neque inſti. de teſtam. cum alijs in eandem ſententiã deductis ab Aufrer. in addi. ad d. deciſ. Capel. Tholo. 3. verſ. item in cauſa ſtatus. & à Gabr. in d. conclu.17. nu.13. verſ. quarto limita.

An autem concluſio noſtra procedat in patre ſpirituali, diximus ſupra in verb. compater. concl.332. nu.8. vſque ad fi. cõcluſionis. vol.1. & an in nutritio; explicauimus in verb. nutritor. conclu.1116. per tot. vol.2. multa alia quæ in hac materia addi poſſent videnda erunt, per ſupra citatos authores in ſuis tractatibus de teſtibus; ad quos me reijcio.

CONCLVSIO MCLIIII.

ARGVMENTVM.

Pro patre ſemper in dubio præſumi, & quatenus, & quibus in caſibus id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pro parentib. in dubio in filiorũ cauſa ferè ſemp præſumi.*
2 *Parentes præſumũtur filios ſuos ſumma beneuolentia, & amore complecti, & proſequi.*
3 *Parentes magis terrentur in liberis, quam in ſeipſis.*
4 *Pater plus diligit filium, quam ſeipſum.*
5 *Paternum amorem nullus affectus extraneus vincit.*
6 *Filius non poteſt inuenire meliorem amicũ, quam patrem.*
7 *Parentum amor erga filios abſcondi non poteſt.*
8 *Naturalem erga liberos charitatem qui nõ curat, videtur habere morbum cerebri, & defectum rationis.*
9 *Parentum amor in liberos eſt ardens.*
10 *Paterni materniq; amoris ardor ĩ liberos eſt ineſtimabilis*
11 *Subſtitutio à patre facta filio impuberi interpretãda eſt potius eã eſſe directam, ꝗ fideicommiſſariam. Et cur, ibid.*
12 *Pro patre adeò præſumitur, vt etiam procedat, & ſi pater faceret actũ, qui prima fronte non videretur vtilis filio.*
13 *Patri lex permiſit ſubſtituere pupillariter etiã filio exhæredato mala mente. quia tantum confidit de patre, quod non ſit facturus aliquid, niſi pro bono filij.*
14 *Pater exhæredans filium ſimpliciter, non præſumitur eũ mala mente exhæredare, quo ad ea, quæ ad ipſum pertinent iure filiationis, ſecus quo ad hæreditatem.*
15 *Iudex tenetur ſequi voluntatem patris, qui in teſtamento etiam minus ſolemni, aut poſtea rupto, aut alias nõ iure tutorem liberis dedit.*
16 *Pater verberans filiũ præſumitur feciſſe cauſa correctionis, niſi atrocitas pœnę aliud ſuadeat.*
17 *Pater non præſumitur velle diminuere hæreditatem filij per legatum. Quod exemplo ibidem demonſtratur.*

Pater

18 *Pater legitimus adminiſtrator filijſfam. minoris poteſt res*
ipſius immobiles alienare ſine decreto iudicis, quod alias
requiritur in huiuſmodi rerum alienatione.
19 *Mater, ſi petijt non idoneos tutores filijs, præſumitur non*
dolo, ſed bona fide feciſſe.
20 *Pater præſumitur retinere filium ob paternam pietatem.*
21 *Reſtituta lectio textus in l. 3. §. ſi eum. ff. de liber. hom. ex-*
hiben. ex Alciato.

1 **Pro** parentibus † ferè ſemper in dubio in filiorũ
cauſa pręſumi debere, vbique ex legibus no
ſtris eſt colligere: ſic mihi probat Iuriſconſulti reſpõ-
ſum in l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult. vbi acu-
tiſſimi ille vir ingenij Papinianus reſpondit, ideò pa-
tri, non marito mulierem permiſſum eſſe in adulte-
rio deprehenſam occidere, quod plerunque pietas pa
terni nominis conſilium pro liberis cap. Eodem per-
tinet, quod Martianus Iuriſconſ. tradidit in l. Diuus
Adrianus. ff. ad legem Pompe. de parricidi. & quod
reſcripſit Imper. Alexander. in l. 3. C. de patr. poteſta.
ad idem extat contex. in l. amiciſſimos. §. Lucius. ibi,
contra naturales ſtimulos. ff. de excuſat. tutor. §. vlt.
Inſti. de noxa. ibi, quis enim patiatur filium, l. 1. §. ta-
ceat. ibi, naturalis ſtimulus parentes ad liberorũ ſuo-
rum educationem hortatur. C. de rei vxo. actio. in l.
penult. §. Iulianus. ibi, affecta propenſione magis. ff.
quod fal. tut. aut. in l. ſi mater. ibi, per coniecturã ma-
ternæ pietatis. C. de inoffi. teſt. in l. patrem, ff. quæ in
frau. credito. c. afferte de præſumptio. c. ſuper eodem
de teſtib. in quam ſententiam ſexcenta alia adducit
Tiraq. in l. ſi vnquam in præfa. nu. 3. cum plurib. ſeq.
C. de reuoc. don. qui in hac materia tibi erit inſtar
omnium.

2 Cuius concluſionis ea ratio eſt, † quoniam paren-
tes præſumuntur filios ſuos ſumma beneuolentia, &
amore complecti, & proſequi, textus eſt in l. nam &
ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. ibi, propter votum
parentum, & naturalem erga filios charitatem, &
optimus tex. in l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. vbi
ita ſcribitur, mando filiæ meæ pro ipſius ſalute ſolli-
citus, & in l. propter inſidias. ibi, pietas, & ratio natu-
ralis animi. C. qui accuſ. non poſſ. ac in l. ſti quidem.
§. vlt. ff. de eo. quod met. cau. vbi reſpondit Iuriſconſ.
nihil intereſſe, an in ſe quis veritus ſit, an in liberis
3 ſuis: cum pro affectu parentes † magis in liberis ter-
reantur, quam in ſeipſis. ex quo not. glo. quod pater
4 plus diligit filium, † quam ſeipſum. hinc optimè di-
xit Iuſtinia. Imp. in l. vlt. in prin. C. de cura. furio. quis
5 enim talis affectus † inueniatur extraneus, vt vincat
paternum à quo non longè abeſt, quod ſcribitur in l.
quidam cum filium. ff. de hæredib. inſtituen. vbi glo.
6 atque etiam Ang. ex not. non poſſe filium † inuenire
meliorem amicum, quam patrem. & plures alios cõ-
textus ad idem refert Alc. in tract. de præſumpt. reg.
1. præſumpt. 1. in prin. ac Tiraq. in d. præfa. d. l. ſi vn-
quam num. 3. cum pluribus ſeq. inde dicebat Bald. in
7 c. per tuas. col. 1. de prob. quod amor parentum † ab-
ſcondi non poteſt, & in auth. ex cauſa. col. 7. num. 26.
8 verſ. 2. accipio. C. de lib. præt. quod, qui naturalẽ † er-
ga liberos charitatem non curat, videtur habere mor
bum cerebri, & defectum rationis, & in conſ. 320. ſer.
9 Petrus in fi. vol. 1. vbi inquit, ardentem † eſſe parẽtum
amorẽ in liberos, & in l. precib. col. 5. nu. 21. verſ. quid
ergo ſi petijt non idoneos. C. de imp. & alijs ſubſti. di
10 cens ibi, quod ardor † paterni, materniquè amoris eſt
inæſtimabilis. per tex. in l. Paulo Callimacho. §. Pom
ponius. iuncta gl. ff. de leg. 3. cui in hoc adhæret. Soc.
ſen. in conſ. 9. proſequẽdo ordinem. col. 4. nu. 14. verſ.
vigeſimo probatur. vol. 1. & Cur. ſen. in conſ. 47. ſuper
controuerſia. col. 3. ver. tranſeo ad ſecundum, quam
plurima alia de huiuſmodi parẽtum amore accumu
lat Tiraq. in d. præf. ad eandem. l. ſi vnquam, per totã
primam decidendi rationem eiuſdem. l. ſi vnquam à
nu. 3. vſq; ad num. 37. C. de reuocan. donat. vbi & iu-
ribus, & rationibus, & authoritatibus, ac exemplis, de
more latiſſimè hoc planum facit, & vbertimè demõ
ſtrat, quem vide, ſi libet.

Ex hac autem præſumptione, quam leges in gratiã
parentum capiunt, plura memoratu digna deducun-
11 tur. Et quidem primùm, ſubſtitutionem † à patre fa-
ctam filio impuberi interpretandam in dubio eſſe di
rectam potius, quàm fideicommiſſariam, cum in du-
bio etiam pater ratione naturalis affectionis præſu-
matur filio prouidere, & ei voluiſſe proſpicere, quã
ipſi onus fideicommiſſi imponere; ita reſpondit Bar.
in conſ. 423. verba teſtamenti. per totum vol. 1. & in
conſ. 35. pater, pater filio ſuo. num. 2. verſ. & nedum
vol. 2. & in d. l. precibus. col. 10. nu. 40. verſ. tertiò hoc
probatur. C. de imp. & alijs ſubſti. & Soc. iun. in conſ.
95. proponitur in facto. nu. 18. & 27. vol. 1. quod & Ti-
raq. in d. præfa. ſub num. 9. & ſub verſ. ſed ad noſtras
leges reuertamur comprobauit: ac Franc. Manti. in
tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 1. nu. 8. verſ. am-
bigua autem & plenè per Rol. à Val. cõſ. 69. viſis, ac
perlectis. nu. 6. 7. ac plurib. ſeq. verſ. quibus tamen nõ
obſtantibus. vol. 1.

Ex eodem fonte fluit: nam adeò vera eſt cõcluſio
12 noſtra, quod ſcilicet pro patre præſumatur, † vt iſtud
procedat, etiam ſi pater faceret actũ, qui prima fron-
te nõ videretur vtilis filio ſic colligitur ex iis, quę ſcri
pſit Bart. in l. 2. col. 4. ſub nu. 22. verſ. item quęro, an id
quod dicitur. ff. de vulg. & pupil. vbi inquit, quod lex
13 permiſit patri † ſubſtituere pupillariter, etiã filio ex-
hæredato mala mente. l. cum quidam. C. de leg. quia
tantùm confidit de patre, quod credit, ꝙ nõ ſit factu-
rus aliquid, niſi pro bono filij. eodem pertinet, quod
ipſemet Bart. not. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. col. 1.
ſub nu. 6. ver. porro ſi poneremus. ff. de oper. liber. per
14 ea, quæ ibi allegat; vbi ſi pater exhæredet filiũ † ſim-
pliciter, non præſumitur exhæredatus mala mente,
quo ad ea: quæ ad ipſum pertinent iure filiationis, l. ſi
patronus. §. ſi quis nõ mala. cum §. ſeq. ff. de bon. libe.
licet quo ad hæreditatem ſit ſecus: ex quo talis actus
cum expreſsè excludit à bonis, quæ excluſio ſimpli-
pliciter facta non habet aliquẽ colorẽ pro bono filij:
ita tradidit Alc. in d. tract. præſ. reg. 1. præſ. 2. ſub nu. 1.
& 2. vbi et per totam illam pſumptionem hanc ſecũ-
dã illationem latè cõfirmat, ꝙ verò pertinet ad iſtud
de exhrdatione, nos latius pſequuti ſumus in verb.
exhæred. concl. 714. per tot. vol. 2. quã videre poteris.
15 Ex eodẽ parentis affectu † in proprios liberos pro-
diit, quod multis in locis in iure noſtro fuit ſancitum
nimirum, cum legiſlatores iuſſere iudicem ſequi vo-
luntatẽ patris, qui in teſtamẽto etiam minus ſolem-
ni, aut poſtea rupto, aut aliàs non iure facto tutorem
liberis dedit; vt in l. 3. & in l. filio. ff. de conf. tut. in l. 2.
C. eo. in l. ſi pater. in l. iure noſtro, §. vlt. de teſta. tut. &
id quidem ſine alia inquiſitione, vt l. pater. §. cũ à pa-
trẽ. ff. eod. de teſtam. tute. l. 1. vbi ſcrib. ff. de confirma.
tuto. §. vlt. Inſtit. de tute. & no. Doct. in d. l. 2. C. de cõ-
firm. tuto. & latè conſuluit Corn. in conſ. 175. in prę-
ſenti conſultatione. col. 5. nu. 13. verſ. concurrit etiam
vol. 3. vbi & hoc extendit ad aliam patris diſpoſitio-
nem circa filiorum educationem, & cõſ. 238. reperio.
col. 5. nu. 10. vol. 4. quòd pluribus in caſib. ampl. Tiraq.
vbi ſupra nu. 25. verſ. finem iis imponerem.
16 Eodem pertinet, † quod ſancitum eſt in l. vnica. C.
de emenda. propinquo. quod ſcilicet, ſi pater verbe-
ret filium, præſumatur feciſſe cauſa correctionis, dũ-
modo atrocitas pœnę aliud non ſuadet, vt colligitur
ex d. l. vnica. arg. etiam tex. in l. ſed & ſi. §. vlt. cũ ſeq.
ff. ad legem Aquilliam. idemque egregiè nonnullis
alijs tuetur Alc. in d. reg. 1. præſump. 3. per totum, &
ibi Nico. Arelat. in addit. ad quod pertinent ea, quæ
tradidere ſcrib. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.
17 Hinc præterea manauit, † quod obſeruauere ſcrib.
in l.

in l.penul.ff.de iure codicil.nempe, patrem non præſumi velle diminuere hæreditatem filij per legatum vnde ſi pater non habens filios fecerit magna legata, nato deinde poſthumo,& teſtõ rupto,legata non ſu-
* ſtinentur, vt eſt † communis conclusio in Auth. ex cauſa.vbi Bar.& alij.C.de libe.præteri. ad idem reſpõdit Alex.in conſ.41.viſo tenore.col.vlt.nu.6.verſ. reſpondetur ad hoc,vol.1.in conſ.47. abunde per celeberrimos.col.3.num.8.verſ. quo ad quintum.;vol.2.& prius in conſ.26.circa primum dubium.col.3.ſub nu. 5.volu.1. quibus in locis plura allegat. & idem ſentit Soc.in l.cum auus.nu.37.verſ.& pro hac opinione.ff. de conditio.& demon. ſecus ſi legata eſſent modica, quæ veriſimile eſſet teſtatorem facturum etiam ſi filios haberet,vt not.Ang.in l.vxorem.ff.de manumiſ. teſtam.Pau.à Caſt.& Iaſ.in auth.ex cauſa.& Socy.in conſ.93.teſtamentum præmiſſum. col. pen.nu.30. & ſeq.vol.4.quod quo pacto procedat,declarat Alci.in d.reg. 1.præſump.13.nu.2. & ſeq.

18 His finitimum eſt, † quod ſcriptũ reliquit Azo. in ſum.tit.de bon.quæ liber.col.pen.ſub nu.12.verſ.nec puto.hoc eſt,patrem legitimum adminiſtratorem filijfamil. minoris poſſe res ipſius immobiles alienare ſine decreto iudicis, ꝙ alias requiritur in huiuſmodi rerum alienatione,C.de præd.mino. per totũ,& ff.de reb.eorum.per tot.Azonem ſequuti ſunt Bal.in l.vlt. §.ſin aũt æs alienũ.per illum tex.& ibi Raph. & Cor. C.de bon.quæ libe.idẽ Bal. in l.cum emancipatis. C. de præd.mino.& in l.prætes.in 1.quæſt.vbi cæteri omnes.C.de tranſac.& pluribus alijs in locis.Dec.in l.pactum col.vlt.C.de collatio.& in cõſ.209.in caſu propoſito agam breuib. col.1.Marſi.in ſingul.498. bona minorum Socy.ſen.in conſ.66. viſa donatione. col. vlt. verſ.tertio, quia pater. volu.3. Ruin.in conſ.101. ponderatis omnib. colum. 2. num.2. & Cotta in ſuis memoral.in memor. incip decretum iud.cis. & plures alij in hanc ſententiam deducti à Tiraq.in d.præfa.l.ſi vnquam.nu.28. verſ.huic quoque. C.de reuoc. donat.vbi latiſſimè de huius articuli veritate diſſerit, à dicto nu.28.vſque ad numerum.36.iſtis addo hanc eandem opinionem ſequentes Pariſ. in conſ.101.nu. 83.volu.1. Natt.in conſ. 179.num.7. vol.1. Craue.in conſ.74.num.1.Rolan.à Val. in conſ.99.nu.39. verſ. alterius.vol.1.Hieron.Gabr.in conſ. 36.num.31.vol. 1.Dom.Borgni.Caual.in tract.de tuto.& curato.ſub nu.291.verſ.quod ſecus D.Iacob.Menoch. in tracta. de arbitra.iud.lib.2. centur.2.caſu. 171.nu.54. ac alij quamplures ad id relati à D. Octauio Simoncel. in tracta.de decret.lib.3.tit.8.prima inſpec.nu.9.qui per totam illam inſpectionem à nu.5.verſ.tertius principalis caſus eſt,vſque ad num.16.vbi in vtranque partem de hac quæſtione copioſiſſimè diſſerit, & tandẽ hanc ſua authoritate confirmat, eam rationib. fulciendo, ampliando, & declarando, vt ibi per eum, cui me quoque ſubſcribo.

19 Quibus proculdubio reſpondet † doctr. Bal.in d.l. precib. col.5. ſub nu.21. verſ. quid ergo ſi petijt.C.de impube.& alijs ſubſti.quo in loco ſcribit, quod ſi mater petijt non idoneos tutores filijs, præſumitur non dolo,ſed bona fide feciſſe per l.vbi.in prin. ff.de edẽ. cum gl.& arg.d.l.propter inſidias.ibi, pietas, & ratio naturalis animi.C.qui accu.non poſ.

20 Huc itidẽ ſpectat,† quod à Vlpiano Iuriſcon.traditum eſt in l.3.§.ſi eum. ff.de lib. homi.exhib. à patre ſcilicet filium retineri,ob paternam pietatem,ꝙ placuit,& Alcia.in d.reg.1. præſumpt.11. vbi legendum
21 in eo contextu putat † proverb. geminam genuinã vt intelligatur tex. de ingenita pietate parentum erga filios, quod optime quadrat.

Plura alia iſtis ſimilia colligere poteris ex Alciato in d. reg.1. in præſumptionibus ibidem ab eo enumeratis, & ex ijs, etiam quæ nos tradidimus in verb. dos.concluſ.570. per totum. volu.1. & infra in verb. prohibitio,in illatione 29. hoc vol.2. & alibi ſæpius ad quæ loca me reijcio.

CONCLVSIO MCLV.

ARGVMENTVM.

An, & quando pater dotando filiam præſumatur in dubio eam dotaſſe de bonis proprijs, an etiam ipſius filiæ.

SVMMARIVM.

1 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

2 *Pater bona filij aduentitia adminiſtrans, & aliquid pro filio ſoluens præſumitur in dubio de bonis filij, non proprijs ſoluere.*

3 *Pater habens apud ſe de bonis ipſius filij, filiæ vel, ſi det, vel promittat dotem filiæ, præſumitur de bonis ſuis, non etiam filiæ dare. Et cur, nu 4.*

5 *Pater præſumitur dotaſſe filiam ex bonis proprijs, etiam ſi à principio dixerit ſe dotare filiam de bonis ſuis, & ipſius filiæ.*

6 *Copula inter duo extrema poſita, an & quando ſoleat attribuere actum vnicuique æqualiter.*

7 *Pater in dubio præſumitur dediſſe ex bonis proprijs donationem propter nuptias filio.*

8 *Pater præſumitur dotaſſe filiam ex bonis proprijs, ſiue ipſa ſit in poteſtate ſiue emancipata.*

9 *Pater ſimpliciter promittens dotem filiæ, ſuo nomine, & de bonis ſuis præſumitur promiſiſſe.*

10 *Pater præſumitur de ſuo filiam dotaſſe, etiam ſi poſt promiſſionem dotis pater proteſtaretur, ſe de bonis maternis promiſiſſe, & huic declarationi maritus conſentire. Et ibid. rationem habes.*

11 *Pater ſimpliciter dotando filiam, præſumitur eã dotaſſe ex bonis ipſius patris, etiã ſi illa haberet aliquid ab auo, vt legatum, & ſic filia neptis poterit adhuc petere legatum aui.*

12 *Pater dotans filiam de paternis, & maternis non præſumitur de bonis dotatæ filiæ dotaſſe, etiam ſi non poſſet illã eandem dotem alijs filiab. dare.*

13 *Pauper, & inops quis dicatur, diſtinctione Baldi declaratum.*

14 *Dotata præſumitur filia ex bonis maternis, quando nõ ſuperesſent alia bona, quæ ſufficeret ad legitimã aliarum.*

15 *Auus ſimpliciter nepti dans dotem præſumitur de bonis proprijs, non neptis dediſſe.*

16 *Pater, qui ante dotauit filiam vnã partim de bonis paternis partim de bonis maternis, & poſtea pro alia filia dotem promittens præſumitur de bonis ſuis, & filiæ promiſiſſe eo modo, quo priori filiæ dederat. Et cur ibidem.*

17 *Aequalitatis coniecturam in dubio ſequi debemus inter filios.*

18 *Pater tunc demum cenſetur dotare filiam de bonis ipſius filiæ, quando ipſe quo dotem promittit & cõſtituit, nominatim exprimeret, & proteſtatur, ſe de bonis filiæ dotare, computando ſ. &c. vel pro omni eo, &c. vel in bonis, & hæreditate, &c. Contrarium, nu. 19. Sed prior opinio verior eſt, & magis communis, vt legitimo videtur nu. 20. & 21. per tot. & ſeq. Conciliatiõ opinionum, nu. 23.*

21 *Inductio tex. in l.vlt. §.vlt. C.de dot.promiſ.*

22 *Nouatio inducitur per hæc verba in inſtrumento appoſita, Titius promiſit Seio centum ex tali cauſa, computato in hoc omni alio inſtrumento.*

24 *Pater inops, qui promiſit dotem ſimpliciter filiæ, præſumitur in dubio de bonis filiæ promiſſionem feciſſe.*

25 *Limitata cauſa limitatum debet parere effectum.*

26 *Pater ſoluens dotẽ ſimpliciter præſumitur in dubio, ſe dediſſe etiam ex bonis ipſius filiæ, quãdo filia prius promiſiſſet dotem de ſuo. Et cur, ibid.*

27 *Pater*

27 Pater promittens dotem vltra vires ſui patrimonij, præſu
mitur promiſiſſe de bonis ipſius filiæ in eo, quod plus eſt.
28 Pater adminiſtrator bonorum filiæ præſumitur de bonis
ipſius filiæ illam dotaſſe.
Contrarium verius eſt, vt nu 29. Concil. nu. 30. Concilia-
tionis refutatio, nu. 31.
32 Pater naturalis in dubio non præſumitur dotare filiam
naturalem de bonis paternis.

Etſi in iure noſtro apud omnes vbique receptiſ-
ſima ſit illa ſentẽtia, quæ paſſim circumfer-
1 tur, neminem ſcilicet † præſumi iactare ſuũ, ex l. cum
de indebito. ff. hoc tit. noſtro, de probat. illudq; à no-
2 ſtris interpretibus recipiaſ, patrem † bona filij aduen
titia adminiſtrantem, & aliquid pro filio ſoluentem
præſumi in dubio de bonis filij, non proprijs ſoluere,
3 l. vlt. ff. de peri. hæred. tñ ſi ipſe pater † habens apud ſe
de bonis ipſius filij, filiæve det, vel promittat dotem
filiæ præſumiẽ de bonis ſuis, non ẽt filiæ dare; ita ſan-
citum eſt in tex. ſingulari. l. vlt. C. de dot. ꝓmiſ. & ita
tradidere gl. in l. 1. in verſ ſemper. ibi, itẽ de bonis pa-
* tris ff ſol. matri. * omnes alij interpretes: vt Rom. nu.
16. verſ. 32. Paul. à Caſt nu. 7. verſ. duodecimũ eſt. qa
patet. Alex nu. 17. verſ. in glo. in verb. ſemper. Iaſ. nu.
23. verſ in ea gl. ibi, de bonis patris. Soc. num. 36. verſ.
in gl. in verb. ſemper. Ripa. num. 54. verſ. tertium pri-
uilegium, & infra nu. 86. in fin. verſ. viſo de perſonis.
Bulgarinus de Bulgari nu. 22. verſ. in gl. in verb. ſem-
per. Thom Parpa. nu. 16. verſ ſecundus eſt. vbi reſtaẽ
* de * communi opinione. Camil. Viſitarinus. nu. 99.
verſ. tertium priuilegium. Bald Nouel. num 90. verſ.
aliud ẽt ſingulare, & in ſuo tr. ct. de dote par. 6 priui-
leg. 6. quibus in locis ipſe Baldus inquir, ꝙ filia pote-
rit totam, & integram dotem petere, & conſequi ex
bonis paternis vltra bona materna probando tot bo-
na eſſe in bonis paternis, quæ ſufficiant ad dotẽ pro-
miſſam. referens ibi, ſe vidiſſe conſultum per Io. de
Monte Sperello apud Piſtorium in fauorem cuiuſdã
militis Tudertini per text. in d l. vlt. cui conſ. dicit ſe
ſubſcripſiſſe, cuius conſilij thema refert idem Anto à
Petru. in l. 1. nu. 11. verſ. & alias. ff. de iureiu. vbi etiam
ſupra nu. 1.. verſ. rurſus ad propoſitum, dixerat con-
cluſionis noſtræ deciſionem vnicam, & ſingularem
eſſe. pro concluſione ẽt noſtra cõſuluit Bal. in conſ.
38. ſuper primo puncto. nu. 3. ver. circa tertiũ punctũ.
volum. 2. & in conſ. 479. quando pater, nu. 2. verſ. in
dubio. vol. 4. Ruin. etiam in conſi. 12. quamuis quæra
* tur col. 3. nu. 6. vol. 3. vbi teſtatur de * cõmuni, & Io.
Camp. in tracta. de dote, q. 16. in princ. vbi probat id
eſſe ſpeciale in dote. ac Alcia. in tracta. de præſumpt.
regul. 1. præſump. 26. vbi nu 4. aliam iſtius concluſio-
nis rationem reddit; reprobata ea, quã afferunt Alex.
& Are. in d. l. 1. ff. ſol. matrim. eiuſdem fuit ſententiæ
Odofre. in tract. de dot. reſtit. ſub nu. 3. idem ſentit Io.
Coraſ. in l. qui liberos. nu. 148. & ſeq. verſ. tertium pri-
4 uilegium. ff. de ritu nupt. ex eo quod † in caſu noſtro
facilè præſumi debuit patrem potius de ſuo dediſſe,
quoniam de bonis aduentitijs filiæ diſponere nõ poſ
ſit, l. vlt. §. ſin autem eos. C. de bon. quæ liber. vnde da
re ea in dotem nequit ipſe ſed filia dare debet, patriſ-
que tunc eſt, dationi cõſentire; quod eius interſit pro
pter vſumfructum. l. 1. C. de bon. mater.
Ampliatur primo loco concluſio, vt procedat ẽt
5 † ſi pater à principio dixerit ſe dotare filiã de bonis
ſuis, & ipſius filiæ: nam, & hoc in caſu præſumendũ
eſt patrem ex bonis proprijs filiam dotaſſe Etenim li
6 cet copula poſita † inter duo extrema ſoleat attribue
re actum vtibi vnicuique æqualiter. l. reos. §. cum ta
bulis. ff. de duob. reis, & l. vnica. C ſi plur. vna ſenten.
tamen qñ ponitur inter aliqua extrema, vbi ex parte
vnius maior poteſt cadere affectio, & charitatis; ſicut
in propoſito noſtro, illa copula non diuidit, ſed ſigni
ficat ordinem charitatis, & ſic pater intelligiẽ prius
promiſiſſe de ſuo, & vbi nõ haberet bona ſufficiẽtia,
intelligitur ꝓmiſiſſe de bonis filiæ; ita tradit gl. ſing.
in l. Gallus. §. 1. ſuper verb. exprimat. ff de lib. & poſt-
hu. & ibi Bart. in hoc enim caſu ex parte vnius extre-
mi, hoc eſt, patris ſeu bonorum ſuorũ maior affectio,
ſeu charitas præſumpta cadit pp officiũ paternũ. qđ
eſt dotare filias, vt in d. l. vlt. C de dot. prom. & in l. q
liberos. ff. de ritu. nupt. ergo prædicta copula eo caſu
non diuidit, ſed ordinẽ demonſtrat. ita tradidere ple
rique ex ſupra citatis Scribentib. in d. l. 1. ff. ſol. matr.
vt Soc ſen. ſub nu. 17. verſ. communem tñ concluſio-
nem. Rip. nu. 89. verſ. 5. amplia Iaſ. num. 24. verſ. circa
hoc. Thomas Parpal ſub eod. num. 16. verſ amplicius
iſtam communem, & prius his Alex. ſub eod. nu. 17.
Anto. à Petru. d l. 1. num. 110. ff. de iureiur. Io. Coraſ.
in d. l. qui liberos. num. 149 Bal. Nouel in d. l. 1. num.
90. ff. ſolu matrim. & in dicto tracta. de dot. par. 6. in
* eodem 6 priuil. & hanc eſſe magis * communem di-
xit Do. Bartolo. Beriaz. in conſ ciuil. 2 . viſis dubijs,
num. 71. ſub verſic. aggredi r nunc volum. 1. & pro
hac parte conſuluit Cor. in conſ. 3. videtur in hac con-
ſultatione, à num. 4. vſque ad 8. volum. 2. vbi multis
hanc ampliationem confirmat. & Ruin. in d conſil.
* 12. ſub eodem num 6. volum. 3. * communem etiam
dicit Soc. Iun. in conſ. 19. viſo eleganti conſil num. 4.
volum. 4.
7 Secundò eandem concluſionem amplio, † vt etiã
in dubio pater præſumatur dediſſe ex bonis proprijs
donationem pp nuptias filio; nam ſi ſit conſuetudo
patriæ, quod ſponſus donet aliquid pp nuptias ſpon-
ſæ, pater tenetur talem donationẽ dare filio, ſic pro-
batur in d l. vlt. ibi. vel ante nuptias donationem pro
ſua dare progenie. C. de dot promiſ.
8 Tertiò ampliatur, † vt locũ ſibi non vendicet, ſiue
filia ſit in poteſtate, ſiue emancipata, vt probatur in
d. l. vltim. & ſcripſere Alexan. in dicta l. 1. ſub eodem
numero 17. Thomas Parpal. ſub eodem numero 16.
verſiculo amplictis al 2. & Ripa. numero 87. verſicu.
amplia. ſecundo.
9 Quartò amplia, † etiam ſi pater ſimpliciter dotem
promiſerit, quoniã ſuo nomine, & de bonis ſuis præ-
ſumitur promiſiſſe. vt idem probat tex. in d. l. vlt. ibi
promiſſionem, & comprobauere ſupra relati inter-
pretes dictis in locis.
10 Quintò velim amplies, vt procedat, † etiam ſi poſt
promiſſionem dotis pater proteſtaretur, ſe de bonis
maternis promiſiſſe, & huic declarationi maritus cõ
ſentiret: nam nihilominus præſumendum erit de ſuo
patrem filiam dotaſſe ita conſulius reſpondit Ang.
in conſi. 209. Petrus de Sauona. ferè per totum, ex eo,
quod pater non poteſt paciſci. qui ſimpliciter dotem
promiſit in præiudicium filiæ l. ex morte, in fin. C. de
pact conuen. ex promiſſione enim præcedenti acqui
ſitum fuit ius filiæ, quod pater iudicatur promiſiſſe
de ſuo: poſt ius acquiſitum fruſtra pater, proteſtatur,
allegat gl. in l. vnica §. accedit. in ver. fecerit. C. de rei
vxor. actio. nec filia poſſit, ob illud ius acquiſitum, de
nouo grauari. l ſi donaturus. in prin. ff. de condict. ob
cauſ. illud ſequuntur Aret. in dicta l. 1. Ripa, ibidem
numero 88. verſiculo 4. amplia. ex eo vltra alios per-
motus, quod proteſtatio debet fieri ante actum, vel
in ipſo actu, alioqui non iuuat proteſtatorem in præ-
iudiciu alterius, l. pro hærede. § Papinianus. ff. de ac-
quir. hæred. & ca conſulti. de regular. Ioan. Coraſ. in
d. l. qui liberos. num. 150. verſ. procedit autem. ff. de ri
tu nuptia.
11 Sextò ampliatur concluſio, † vt vera ſit etiam qñ
filia haberet aliquid ab auo veluti legatum, & pater
dotauit filiam ſimpliciter: nam, & tunc præſumiẽ do
tata ex bonis ipſius patris; & ſic filia neptis poterit ad
huc petere legatum aui, quod quidem erat magis du-
bium, q de bonis maternis, vel aliundè, de quibus lo-
quitur d. l. vlt. C. de dot. promiſ. ex quo auus tenebatur

Digitized by Google

tur dotare, vt concludunt Scrib. in d. l. 1. ff. ſol. mat. nihilominus conſequetur, & à patre, & ab auo; ſic concludit Thom. Parpal. in d. l. 1. ſub num. 16. verſ. addite aliam ampliationem, auctoritate Socini ibidem allegati permotus.

12 Septimò ampliatur, vt procedat, † etiā ſi pater dotans filiam de paternis, & maternis, non poſſet illam eãdem dotem alijs filiabus dare; nam & hoc in caſu non præſumitur de bonis dotatæ filiæ dotaſſe, ita refert Afflic. in deciſ. 179. in quadam cauſa, per totum per omnes Doctores Sacri Concilij Neapolitani fuiſſe notatum, per d. l. vlt. ibi, tunc ſi quidem penitus inopia tentus eſt: vbi non conſideratus numerus filiarũ, & per theoricam Bar. in auth. præterea. col. 2. num. 4. verſ. quæro ergo quis dicatur inops. C. vnde vir, &

13 vxor, quo in loco quærens, quis dicatur inops, † ita diſtinguit; quod aut lex facit mentionem de inopia reſpectu certi, & determinati effectus, vt gratia certi debiti ſoluendi, & tunc ille dicatur pauper, cũ vires non ſufficiunt ad ſoluendũ illud debitum, vt in Authen. de fideiuſſ. §. ſed neque aut lex loquitur abſolutè, & ſtetur iudicis arbitrio. Hoc itaque in caſu ſubiungit Afflictus, inopia conſideratur reſpectu dotis promiſſæ filiæ: ergo non conſideratur paupertas patris ſi non ſufficit eius ſubſtantia ad æqualiter dotandum omnes filias ſuas.

Ego tñ limitarem hanc ampliationem, vt locum

14 ſibi non vendicaret, † qñ non ſupereſſent alia bona, quæ ſufficerent ad legitimam aliarum: nam tunc crederem præſumendum eſſe filiam dotatam fuiſſe de bonis maternis, vt habetur apud Afflictum in deciſ. 86. fuit dubitatum. & licet ibi dicatur, quod mortuo viro poteſt repeti, tamen ſi ex poſt facto, ergo fortius à principio, arg. l. patre furioſo de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. præſertim, quia poteſt ſe ſaluari actus dotationis, præſumendo eam fuiſſe à patre dotatã de bonis ſuis, ne ipſe dotationis actus inualidetur, nec, vt vitietur, ſit ea capienda via, vt de bonis paternis fuerit ipſi dos conſtituta, argument. l. quoties, ff. de rebus dub. & cap. Abbate ſanè de verbor. ſignifica. cum ſimilib.

15 Octauò † ampliatur concluſio, vt quæ diximus in patre procedant etiam in auo: qui ſi ſimpliciter nepti dotem dederit, præſumitur de bonis proprijs, non nepotis dediſſe, quod plerique ex ſupracitatis interpretibus iiſdem in locis admittunt, per l. dotem, quam dedit auus. ff. de collatio. bonor. in primis Io. Campe. in d. tract. de dote, ead. q. 16. in fi.

Limitanda nunc eſt primo loco concluſio, vt non

16 habeat locum † qñ pater dotaſſet ante filiam vnam, partim de bonis paternis, partim de bonis maternis; nã poſtea pro filia dotem promittens de bonis ſuis, & filiæ præſumitur promiſiſſe, eo modo, quo priori filiæ dederat. Nam æquitas iuris communis vult vt filij tractentur æqualiter, l. vt liberis. C. de colla. l. cum oportet in prin. C. de bon. quæ lib. ne ſcilicet inuidia inſurgat, & inæqualitas inter fratres, l. cum pater. §. euictis. vbi Bal. ff. de leg. 2. & l. vlt. C. commu. vtri. iu-

17 di. etenim in dubio † eam ſequi debemus coniecturam, qua inter filios ſeruatur æqualitas, l. ſi ita legatũ. ff. de condit. & demon. & l. quæſitum. §. ſed & ipſe Papinianus. ff. de fun. inſtruct. ſic concludit Soc. in d. l. 1. ſub nu. 39. verſ. puto etiam, ꝙ ſi pater. ff. ſolu. matrim. quem declarando ſequitur ibidem Ripa, nu. 93. verſ. 3. fallit, & Io. Coraſ. in d. l. qui liberos, nu. 156. verſ. declara tertio. ff. de ritu nupt. vbi Socinum ab impugnatione Ripa defendit. & Thom. Parpal. in d. l. 1. ſub num. 16. verſ. ſexta eſt. ff. ſolu. matrim. quibus accedit idem D. Bertaz. in d. conſ. ciui. 25. nu. 74. verſ. & quæ ſententia, vol. 1.

18 Secundo limitatur, † qñ pater tempore, quo dotẽ promittit, & cõſtituit, nominatim exprimeret, & pro teſtaretur, ſe de bonis filiæ dotare computando ſcilicet, & c. vel pro omni eo, & c. vel in bonis, & hereditate, & c. vt habemus in d. l. vlt. ibi ſi quidẽ nihil addendum exiſtimauerit, ſed ſimpliciter dotẽ dederit; tunc enim ſumus in certis, & claris; vnde non eſt locus cõiecturis l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ita tradunt Doct. quos paulo poſt referemus.

19 In contrariam † deſcendit ſententiam Bal. Nouel. in d. l. 1. n. 90. ff. ſol. mat. & in d. tract. de do. par. 6. priu. 6. vbi refert ſe ita cõſuluiſſe vna cũ Io. de Monte Sperello in fauorem Comitis Tudertini hoc in caſu, qđ ſcilicet ſi filia habeat bona materna, & pater ꝓmiſit pro dote filiæ mille aureos cõputato omni eo, quod filia poſſit habere de bonis patris, vel matris, vel aliũde, quod non obſtantibus his verbis in inſtrõ comprehenſis poterit filia petere dotẽ promiſſam, ac etiã bona materna, vel quæ aliundè prouenerant, per dictam l. vlt. quod eſt mirabile, ſecundum eum. vbi dicit, ꝙ propter hoc hodie multi patres incauti, & nolentes cõſulere peritiores remanent deluſi, maximè etiam ſtante imperitia Tabellionum: & Baldo vr ad hærere Bulga. in d. l. 1. nu. 33. in fin. dum ibidem hæc relinquit cogitanda, dicens rationem d. l. vltim. ſatisfacere pro opinione dictorum Peruſinorum. Hãc eandem ſequitur opinionem Guliel. de Bened. in c. Raynutius. ſuper verb. dotem, quam ei dederat. num 21. & ſeq. verſ. plus dico. de teſta. nullam faciens mentionem de dictis Peruſinis.

20 Cæterum à priori opinione † non eſſe recedendũ ſupradicta ſuadent, & grauiſſimi, qui eã ſequuti ſunt, auctores: vt Iaſ. in d. l. 1. ſub nu. 24. verſ. adde, quod per illũ tex. vbi inquit, quod ille tex. in d. l. vlt. C. de dot. promiſ. procedit in dubio, quando non apparet, de quibus bonis, & de quantitate, & ſic loqui glo. in d. l. 1. in eo. verb. ſemper. ver. item de bonis patris. ff. ſolu. matrim. & ita apparere multis in locis, d. l. vlt. præſertim. in fi. dum dicit, ne dum effuſo ſermone ſe iactet in promptum incidat ſui periculũ. & Bal. ibi ad hoc no. quod loquitur, quando verba ſunt dubia. & ibid. nu. 16. & 17. hanc eandem confirmauit ſententiam. Socy. in d. l. 1. nu. 40. verſ. ex quibus deciditur. vbi inquit ita tenuiſſe Marian. Socy. patrem ſuum in c. tuę. de ſponſa. quam etiam ſibi veriorem videri teſtatus eſt in d. l. 1. Ripa. num. 92. verſ. ex quo infertur. quia per illa verba, computato eo, & c. clarè conſtat de voluntate patris, vt per Bar. in l. is, qui ducenta. in princ. ff. de rebus dub. eidem opinioni accedit Ioan. Coraſ. in dicta l. qui liberos. num. 154. verſi. ſecundo declaratur. ff. de ritu. nuptia. & Thom. Parpal. ſub num. 16. verſi. quinta. Socyn. iun. num. 177. & ſequen. in dicta l. 1. ſolut. matrim. ac ibi Alcia. num. 21. & num. 23. di-

* cit * communiorem. & Anton. a Petrut. in dicta l. 1. num. 113. verſ. & propterea in caſu prædicto. ff. de iureiur. referens ibi ad idem conſuluiſſe Ang. in d. cõſ. 209. & hoc etiam ſentire Alex. ab Imo. in d. l. 1. num. 17. verſi. tamen fallit in dote. ff. ſolu. matri. lex enim in contractu dotis appoſita venit obſeruanda. l. legẽ. C. de pact. conuen. ſubiungit tamen in ſuperiori loco Antonius à Petrut. quod ſi filia in vim conſtitutionis prædictæ dotis, tam bonis paternis, quàm maternis cum iuramento renunciaſſet, fuiſſet enormiter læſa, & ſi interit dolus re ipſa poterit licitè ab Epiſcopo, aut alio ſuperiore ad hoc poteſtatem habente, obtinere diſpenſationem ſuper iuramẽto, & deinde petere reſciſſionem huiuſmodi cõtractus, vt latius ibi per eũ. Hanc eandem poſteriorem ſñiam amplectitur Neuiza. in cõſ. 16. incip ſit nomẽ Domini benedictum. nu. 8. verſ. deſcendo nunc. in fi. inducendo tex. in d. l.

21 vlt. † in §. vlt. aliter, quàm induxerunt Iaſon, ac cæteri; hoc pacto. Etenim ponderat ibi ipſe. ꝙ in d. §. vlt. non ſufficit patrem dicere, ꝙ dotata ẽt de maternis, niſi exprimat, quantum eſt illud, quod dat de bonis proprijs, & quantum de bonis maternis, ne ſub illa

effuſa

effuſa iactantia ſermonis, & oſtentatione liberalita-
tis illuderet filiã : à quo vr ille tex. abhorrere, qñ pa-
ter eſt ita diues, ꝙ poteſt etiam de bonis proprijs eam
dotare, ille text. ergo vult ante finem, quod pater ita
loquatur, vt reuera appareat quid ſit illud, quod ipſe
dat de proprio, & quid de ſubſtantia ipſius filię & ſic
de bonis maternis, non autem effuſo ſermone ſe ia-
ctare. Nam ſi ſe iactet, vult tex. quod in promptum
incidat periculum ſui, hoc eſt, quod cenſeatur dotaſ-
ſe ſolum de bonis proprijs, & de eis illam liberalita-
tem feciſſe, vt ibi dicitur, ante finem principij d.l.vlt.
hoc itaque in loco Neuizanus, licet in relato Peruſi-
norum themate ipſos Peruſinos ſequatur : tamen in
hoc poſteriorem contrariam ſententiã admittit, qñ
apertè, & reuera conſtet, & appareat, quod pater vo-
luerit materna bona in filiæ dote compenſati. Quod
quidẽ, & ſupra relati ſcribentes omnes admittunt, vt
videre eſt : licet in inductione d.l. vlt. in fi. à Neuiza-
no diſcrepent. nam ad hoc, vt diſpoſitio d. l. vlt. non
procedat ſatis eſt apparere, quid verè pater det, & qd
de ſubſtantia filiæ proficiſcatur; vt hanc eſſe veriorẽ,
& magis * communem opinionẽ dicit Hieronymus,
Gabr. in conſ. 156. Catharina hæres. nu. 26. verſ. ſecun
do, quia vbi loquitur in verbo in inſtrumento dotali
poſito, computato, &c prout hanc eandem ſententiã
ante tenuerat loquens in verbo computato, Corn. in
conſ. 16. in præſenti conſultatione videntur duo fa-
cere. col. vlt. nu. 4. verſ. ſecundum etiam fundamen-
tum. vol. 3. vbi inquit, quod tunc demum contraria
huic opinio procederet, quando dictum eſſet in in-
ſtrumento, quod pater dotauit filiam de bonis ſuis,
& matris; quoniã hæc verba poſſunt intelligi ordine
ſucceſſiuo, prout ſæpè denotat dictio; & vt ex allega-
tis ibidem ab eo ad hoc ſatis apparet. Secus ſi dictum
ſit, computato; quia verbũ iſtud denotat (vt illius ver
bis vtar) ſimultatem, nõ ſucceſſiuitatem; ſeu ordinẽ,
vt eſt de natura dictionis con, vt l. 1. §. conuentionis.
ff. de pact. c. pudenda. ibi. cõſecrare enim eſt ſimul ſa-
crare, 24. q. 1. glo. pen. in c. priuilegium. de dec. in 6. &
in c. Epiſcop. 23. diſt. ad idẽ conſultus reſpondit Rui.
in conſ. 200. pro deciſione eius. nu. 3. vol. 1. loquens &
ipſe in verbo computato. & D. Fran. Burſa. vbi alios
concordes allegat, in conſ. 48. D. Ludouicus Berinus.
nu. 18. ſub verſ. verum nec his refragantibus, vol. 1. &
alijs hoc idem confirmat Crau. in conſ. 84. Magiſter
Anſelmus. num. 4. & ſeq. verſ. ſecundo iſta dos. lib. 1.
& pro hac poſteriori opinione fulcienda mirum in
modum facit theorica Bar. in l. 2. nu. 2. verſ hic tamẽ
quæro. ff. de nouatio. vbi determinat, ꝙ per hæc ver-
22 ba in inſtrũo appoſita, † Titius promiſit. Seio. centum
ex tali cauſa, computato in hoc omni alio inſtrũo, in-
ducatur nouatio. licet, & ipſa non ſoleat induci, niſi
hoc expreſsè agatur, l. vlti. C. de nouatio. cuius Barto
li auctoritate motus, ac etiam per ſupradicta, Ruin.
in conſ. 16. in ciuitate Camerini, col. pen. num. 7. verſ.
& hoc eſt magis clarum. vol. 3. aduerſus dictos Peru
ſinos in hoc articulo concludit. Ab eadem ſtat opi-
nione Alcia. in d. tracta. de præſum. reg. 1. præſumpt.
26. in fin. ea ratione eoſdem Peruſinos impugnans;
quoniam cum pater nõ poſſit alienare bona filiorũ,
quorũ legitimam habet adminiſtrationem, niſi ipſis
conſentientib. l. 1. C. de bon. mater. iccircò voluit d. l.
vlt. ad fin. quod ipſe faciat ſpecialem mentionẽ, quæ
bona filiorum det, aut promittat, ne cõſenſus ipſorũ
filiorũ ſit ſuper ambiguo, ſed ſuper certo. Et propte-
rea promittẽdo dotem eo modo : quo in prima iſtius
concluſionis ampliatione tradidimus, nempè cũ pa
ter dixit, ſe dare, aut promittere dotem ex bonis ſuis,
& ipſius filiæ, non cenſetur promiſiſſe de bonis filiæ,
niſi in ſubſidiũ: ſecus dicẽdo, computato in ea omni
eo, &c. quia pater ſatis exprimit, ex quo vult compen
ſare omnia bona materna, q enim omne dicit nihil
excludit, l. 1. ff. de lega. 1. & ita in hac poſteriori ſen-
tentia reſidet Alciatus, vbi ſupra, contra dictos Au-
ctores Peruſinos; eorum deciſionem ſatis iniquam ap
pellans.

Tota tamen hæc interpretum controuerſia videt̃
23 pendere ex declaratione ſequenti. nã prior † illa opi
nio intelligenda, & declaranda eſt, modo filia prote-
ſtationi legitimè conſentiat. Qñ proteſtatio ſi agat̃
de tollenda obligatione in præiudicium alterius. nõ
iuuat proteſtantem, niſi aduerſarius conſentiat. l. vlt.
§. item ſi prędixerit. ff. nau. caupo. ſtabul. theorica, eſt
Bar. ac cæterorum in l. non ſolum. §. morte, col. 4. nu.
22. verſ. ſed quæro, an etiam patris conſenſus requira-
tur, ff. de oper. nou. nuncia. & in l. pacta nouiſſima, C.
de pact. cum nõ ſit in facultate debitoris, ſe eximere
obligatione. l. cõtra iuris ciuilis. §. ſi filius. ff. de pact.
ita intellexit, & declarauit, dictam priorem ſententiã
Aret. in d. l. 1. & Alex. ibidem ſub eodem nu. 17. ibi, ſe
cundo niſi filia: per l. profectitia. §. vlt. ff. de iur. dot.
vbi non poteſt pater de bonis filiæ ei inuitæ dotem
conſtituere: & colligitur ex l. vxorem. §. pater natura
lis. ff. de leg. 3. quibus accedunt Ripa in d. l. ſub num.
19. verſ. iſtam fallentiam. Thom. Parpal. ibidem ſub
eodem nu. 16. verſ. ſecunda. & Io. Coraſ. in d. l. qui li-
beros, nu. 155. verſ. intelligo ſanè. ff. de ritu nup. Ioan.
Campeg. in d. tracta. de dote, q. 16. num. 3. verſ. ſecun-
do limita. & hoc in caſu tantummodo dictam prio-
rem opnionem admittit, cæteris eam reprobans Ca-
mil. Viſitari. in d. l. 1. num. 101. verſ. limitatur tamen.
ff. ſol. matr. vt ibi latè per eum, quam etiam limitatio
nem iuribus corroborat Crau. in d. conſ. 81. nu. 6. verſ.
ex alio etiam. ac alijs fulcit auctoritatibus, Bertaz. in
d. conſil. ciuil. 25. num. 73. verſ. quod ſine dubio. hanc
eandem declarationem ſentit Iaſ. in §. fuerat. num.
106. verſ. ſed audite, licet Aug. de Aret. inſtitu. de act.
vbi latè eam auctoritatibus cõfirmat, quem referen-
do ſequitur Petr. Gerar. à Petr. San. in ſing. 71. incip. te
ne menti iſtum caſum, in fi. & hanc limitationem ad
mittit quoque Ruin. in d. conſ. 12. ſub eodem num. 6.
volu. 3. Quo circa deficiente conſenſu filiæ, tota hæc
diſputatio tollitur, & ſuperuacaneum omninò erit
quærere, quibus verbis pater præſumatur voluiſſe bo
na materna, etiam in dote filiæ computare; ſi ei inui-
tæ, aut obiter eius conſenſu deficiente de bonis ipſiuſ
met filiæ dos nequit conſtitui, d. l. profectitia. §. vlti.
ff. de iur. dot: & in dicta l. vxorem. §. pater naturalis.
ff. de leg. 3.

24 Tertiò limitat̃ concluſio, vt non procedat, † ſi pa-
ter ſit inops, qui promiſit; tunc enim dubium non eſt
promiſſionem de bonis filiæ factam intelligi, & præ-
ſumi, vt nominatim in d. l. vlt. dixit Imp. & tradidit
Socy. in d. l. 1. nu. 39. vbi inquit, & ſingulariter infert,
quod quatenus dos promiſſa eſſet vltra vires patri-
monij patris, prçſumeretur de bonis filię promiſſum;
arguendo de toto ad partem, l. quæ de tota. ff. de rei
vendica. & quia dictio, Et, non perdit naturam pro-
priam, niſi ratione neceſſitatis, d. l. Gallus. §. quidam
rectè. ff. de ijs, quæ in teſtam. delen. l. cũ tale. §. falſam.
25 ff. de condit. & demonſt. vnde limitata cauſa † debet
parere limitatum effectum, l. in agris. ff. de acqui. rer.
dom. idem ſenſere Alex. in d. l. 1. nu. 17. verſ. niſi pater
ſit inops. ac ibidem Aret. Thomas Parpal. ſub dicto
num. 16. verſ. ac ibidem cæteri. idem Coraſ. in dicta l.
qui liberos. ſub num. 156. verſic. 4. & Ioan. Campeg.
in dicto tracta. de dote. quæſt. 16. num. 2. verſiculo li-
mita primò.

26 Quarto limito, vt non habeat locũ, † quando filia
prius promiſiſſet dotẽ de ſuo, & pater poſtea ſolue-
ret ſimpliciter: tunc enim in dubio prçſumendum, &
intelligendũ eſſet, ſe dediſſe etiam ex bonis ipſius fi-
liæ; ex eo, quod ſolutio præſumitur in dubio facta ex
præcedenti cauſa obligatoria, arg. tex. in l. quędã mu-
lier. ff. de rei vend. & eorum, quæ not. Bar. in l. triticũ.
ff. de verbo oblig. ita dixit Socy. in d. l. 1. ſub num. 41.

verſ.ſecunda reſponſio eſt,& ibidem Thom. Parpal. ſub nu.16.verſ.quarta.

27 Quintò limitatur,vt locum non vendicet,† quãdo pater promiſiſſet dotẽ vltra vires ſui patrimonij; etenim in eo, ꝙ plus eſt, præſumitur promiſiſſe de bonis filiæ. ita ſcribit Soc. in d.l.1.nu.38.ver. quam tamen concluſionem, & infra ſub nu.40.ibi, & maximè videtur habere difficultatem, cui accedit Thom. Parp. ibidem ſub eo.nu.16.verſ.vltima eſt.

28 Sextò limitanda eſt,† vt non procedat,vbicunque pater eſſet adminiſtrator bonorũ filiæ, nam tũc præſumet̃ ex bonis filiæ illam dot aſſe;ſic decidit Bart. in l.Neſennius.per illum tex.nu.5.verſ.item no.ff.de neg. geſt. vbi inquit, ꝙ negotiorum geſtor in dubio præſumitur expendere de bonis illius, cuius negotia gerit;& ꝙ adeò violenta eſt ipſa præſumptio, vt tollat præſumptionẽ pietatis, quę alias erat, ꝙ eſſe multũ notabile dicit, vbi ex hoc infert, quod licet pater, vel frater,qui dotat filiam,vel ſororem in dubio præſumatur dotare de ſuo,vt d.l.vlt.C.de dot.promiſſ.tamen hoc eſt verum,niſi eſſet geſtor negotiorũ filiæ, vel ſororis,vt ibi,& ita dicit ſentire gl.in d.l.vlt.circa prin.in verb.intelligi.ad idem reſpondit Rapha. Cuman.in conſ.88.Franc.de Lacanipa.ſub num.5. verſ. hoc idem videmus in patre.

* Bartoli tñ opinio * communiter † a ſcribentibus
29 damnatur in d.l.1.ff.ſolu.matri. vt à Rom. ſub num. 26.verſ.12. Alex.ſub n.17.verſ.ego ſto.Imola,& Arc. ibidem; Iaſ.nu.25.verſ.limita. d.l.ſi. Ripa nu.90. verſ. limitatur,niſi pater. Thom. Parpal.ſub nu.16. verſ.tertia.Io.Coraſ.in d.l qui liberos, nu.152. & ſeq. verſ.limitat deciſionem. ex eo omnes permoti, ꝙ eius opinio ſit ex profeſſo cõtra d.l.vlt.quæ loquit̃ in filia habẽte bona materna.quorum,vt nullus ignorat, pater eſt legitimus adminiſtrator,l.1.C.de bon.mater.eundem ẽt Bartolũ latè reprobat Io. Campeg.in d.tract. de dote,q.16.num.4.verſ.tertiò limita. ad d.l.Neſennius,cui innititur Bar.opinio,reſpondentis, eam loqui in auia,& matre,quę non tenetur alere filiam,aut neptem,vel dotare,niſi in ſubſidiũ, l.ſi quis à liberis, in princ.ff.de libe.agnoſc.& l.neque mater. C.de iur. dot.hæ enim, & aliæ oẽs extraneæ perſonæ mulieris bona adminiſtrantes, dotemq; eius nomine promittentes,præſumunt̃ de bonis eius,non de proprijs promittere.d.l.Neſennius,licet ſi non adminiſtrarent ſecus:quoniam de ſuo promiſiſſe, aut dediſſe, quamuis extraneus,præſumit̃.l.vnica.§ accedit. C.de rei vxo. actio.l.ex morte.C.de pact.conuen.hic verò de patre loquimur, quẽ ad alimenta, & ad dotem teneri nulli dubium eſt,d.l. qui liberos. ff.de ritu.nuptia. & d.l. ſi quis à liberis. iccircò dotando, præſumitur de bonis ꝓprijs facere,vt ſe eximat eo debiti vinculo, quo ſuo nomine tenetur,l.& magis.ff.de ſolutio.& ſi vt ſupra in prin.iſtius concluſionis diximus,aliam impenſam faciens, de bonis filiæ feciſſe præſumendum ſit, d.l. vlt.ff.de peritio.hęredi.

30 Socinus verò † in d.l.1.ſub nu.36. verſ.ſed tu conſidera.nititur duobus modis Bartoli ſñiam tueri. Et primo, vt quatenus pater tenebatur ſecundum vires patrimonij,eatenus præſumatur de ſuo datum:aliud verò cenſeatur adminiſtratorio nomine dediſſe, per ea, quæ no.in l. poſt mortem.ff.qñ ex fac.tuto. vel ſecundo;quando pater non poterat, nam tunc præſumitur promiſiſſe de bonis filiæ, quem vr̃ ſequi Ripa in l. 1.
31 nu.90.in fi.cæterũ idem Socynus refellitur à Camillo Vilita latè in d.l.1.nu.99.& ſeq. vbi nouam aliam Bartoli,ibidem ſub nu.100.verſ.tamen ſi velles.defenſionem excogitauit; quam hic non refero, ſed lectorem ad eum reijcio.

32 Septimò limitatur,vt non procedat† in patronatu tali,qui in dubio non præſumitur dotare filiam oatu talem de bonis paternis:auctore Bald.in l.Mauius.§. cum duob.l 1.ff.de leg.2. ita intelligens, & declarãs d.l.vxorem.§.pater naturalis. ff.de leg.3. quem ad idẽ refert Io. Campeg. in d. tract.de dote, eadem quæſt. 16.num.5. quæ limitatio quomodo procedat, explicant interpretes in d.l.1.ff.ſolu.matrimo.dictis in locis,ac idem Campeg. in eod.tract. de dote,quæſt.17. per tot.

CONCLVSIO MCLVI.

ARGVMENTVM.

An, & quando pater, & filius præſumantur vna,& eadem perſona.

SVMMARIVM.

1 *Pater,& filius vna,& eadem perſona cenſetur.*
2 *Pater quod habet,& filius cenſetur habere.*
3 *Patris habitatio cenſetur habitatio filij.*
4 *Patris,& filij eadem caro cenſetur.*
5 *Filius eſt pars corporis patris.*
6 *Mandati reuocatio ſufficit in patre, & filio, etiamſi de eo non ſit factus certior mandatarius.*
7 *Pater per filium ieiunare poteſt.*
8 *Patri quod placet,& filio placere dicitur.*
9 *Filius ſoluens,vt liberet patrem ab aliquo periculo,dicitur metu ſoluere.*
10 *Pater ſi munera ſubeat,filius ſubire non tenetur.*
11 *Patris æſtimum cenſetur æſtimum filij.*
12 *Pater plures filios habens: pro vno duntaxat capite collectam ſoluere tenetur.*
13 *Filius puniri non debet ex eo delicto, de quo pater, qui vt filium liberet,falſum confeſſus eſt,punitus fuit.*
14 *Pater,& filius eodem die vxorem ducentes, & vltra duodecim dominas inuitantes incidunt in pœnam ſtatuti prohibentis, vltra duodecim dominas ad nuptias inuitari. Contrar.ibi.nu.15.*
16 *Induſtria perſonæ vbi electa eſt per ſubſtitutum quis ſeruire non poteſt.*
17 *Pater per filium ſeruire non poteſt etiam vbi perſona induſtria electa eſt.*
18 *Mater vna,& eadem perſona cum filio cenſetur.*
19 *Pater,& filius eadem perſona cenſentur quoad quid, non quoad omnia.*
20 *Pater filium præſentare poteſt.*
21 *Pater pro filio,nec filius pro patre tenetur.*
22 *Filij diuites effecti, debita patris, quæ inops, vt eos aleret contraxit,ſoluere tenentur.*
23 *Emancipatus præſumitur eadem perſona cum patre.*
24 *Emancipatus venia petita patrem in ius vocare poteſt.*
25 *Patris æſtimum filij emancipati æſtimum non cenſetur.*
26 *Emancipatus quo ad iura ſanguinis eadem perſona cum patre cenſetur.*
27 *Emancipatio iura ſanguinis non diſſoluit.*
28 *Pater in his:quæ agit tanquam perſona publica non cenſetur idem cum filio.*
Qua de re refertur Thauri Philoſophi ſententia.nu.29.
30 *Pater deſtinatus executor ad diſtribuenda bona pauperibus an poſſit eligere filium pauperem, remiſſiue.*
31 *Pater in his,quæ ſunt facti non cenſetur idem cum filio. Declaratur procedere in factis, quæ perſonæ cohærent, numero 32.*
33 *Pater in his,quæ ſunt iuris publici eadem perſona cum filio minimè præſumitur.*
34 *Pater differt à filio tanquam cauſa à cauſato.*
35 *Patris appellatione filius non continetur.*
36 *Pater non cenſetur idem cum filio in his, quæ vinculum animæ reſpiciunt.*
37 *Filius non cenſetur portio animæ patris.*
38 *Iuramentum vnius non eſt iuramentum alterius.*
39 *Filius vaſſallus an teneatur iurare fidelitatem patri.*

40 Car-

Google

40 *Cardinales non tenentur iurare fidelitatem Papæ.*
41 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ.*

1 Explorati iuris eſt apud noſtros, patrem, & filium † vnam & eandẽ perſonam cenſeri: ita reſcripſit Iuſti. Imper. in l. vlt. ad fi.
C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi gl. in verb. eſſe nõnulla ex hoc infert, & ibid. hunc text. plurimum cõmendant omnes interpretes ex quib. ibi Bal. in fi. inquit,
2 quod id quod vnus habet, † cenſetur & alter habere,
& Ang. etiam in fi. dicit, quod habitatio patris cenſe-
3 tur † habitatio filij ad conſequendum beneficiũ, vel
priuilegium, ad quod quidem conſequendum requiritur habitatio, vt id quoq; voluit Bald. in l. illud. C.
commu. de manumiſ. hinc Summus Põt. in c. cõtra-
4 dicimus §. 1. 35. q. 3. vnam carnem patris, & filij † vocauit. propterea idem Iuſtini. in l. eum ſcimus. §. vlt.
vbi Luc. de Pen. de hac re multa colligit. C. de agric.
5 & cenſ. lib. 2. filium † partem corporis patris dixit. eãdem cõcluſionem noſtram probauit gl. in c. ſtudeat.
ſuper verb. & ſui. 50. diſtin. & in c. tibi domino. ſuper verb. & iurare. in fi. 63. diſti. quæ ex hoc determinat,
6 quod in patre, & filio ſufficit † reuocatio mandati, etiã
ſi de ea non ſit factus certior mandatarius, per l. ſi pater. ff. de manu. vindi. & gl. in c. 4. in verb. puniens in
ſe. de pœn. diſti. 3. quæ ob id etiam infert, quod licet
quis non poſſit ieiunare per alium, arg. tex. ibi, tamen
7 per filium † poterit. quapropter, quod patri placet, &
8 filio † placere dicimus, l. ſi operarum, vbi gloſſ. de bon. libert.

Hinc infinitæ defluxerũt deciſiones. Nam ſi filius aliquid ſoluat, vt liberet patrem ab aliquo periculo,
9 dicitur † dictus ſoluere, vt placuit Inno. in c. cum locum. de ſponſa. de quo per Fel. in c. afferte. in 2. no. de præſumptio. & ſequitur Seba. Sap. in d. l. vlt. num. 7.
C. de impub. & alijs ſubſtit.

Ex hoc etiam dicebat gl. in l. 2. C. qui ætat. vel prof.
lib. 10. quod cum eadem ſit perſona patris, & filij, ſi
10 pater ſubeat munera, non tenetur filius † ſubire: ſufficit enim patrẽ ſubire pro vtroq;, cum æſtimum bono-
11 rum patris cẽſeatur † æſtimum filij, & ibi eum ſequitur Io. Pla. & pro eo eſt tex. ſing. in l. diximus. §. ſi pater. ff. de excu. tut. vbi Bal. ideoq; patrem plures filios
12 habentẽ pro vno duntaxat capite collectã † exoluere teneri, aſſeruit idem Bal. in l. etiam. col. pe. verſ. modo videndum. C. de execu. rei iud. pro qua gl. infinita propè accumulat, & infert And. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præf. nu. 23. verſ. iam ſatis text. C. de reuoc. donat.

Amplius ex eadem deducitur concluſione, quod ſi pater cõfiteatur, ſe commiſiſſe delictum, vt liberet filium, & fuerit propter confeſſionẽ ſuſpenſus, & po-
13 ſteà reperiatur, quod filius deliquerit, non debeat † filius puniri, vt ita alias contigiſſe teſtatur Andr. Iſer. in §.
publici latrones. de pace tenen. in vſib. feudo. licet in contrarium videatur context. in l. qui ſeruum. ff. de interrog. act. vt inquit Sapia in d. l. vlt. nu. 8. verſ. 4.

Quin etiam ex hoc determinat Bart. in l. infitiando. §. vlt. in fi. ff. de fur. quod ſi ſtatutum prohibeat vltra duodecim dominas inuitari ad nuptias, & pater & filius ſimul duxerint vxores, & inuitatæ ſint 24. ip-
14 ſos incidiſſe † in pœnam ſtatuti, quia vnicæ nuptiæ reputantur, per l. patris, & filij. ff. de vulg. & pup. quam
15 quam Ang. ibid. nu. 6. cum merito † oppugnet: quoniam re vera duæ ſunt nuptiæ tam quoad perſonas ordinãtes, quam quoad ſolemnitatem matrimonij, quam etiam quoad effectum, & ſubſtantiã, ideò contra ſtatutum non eſt ventum.

Quamplura alia ſuperioribus ſimillima, & vtiliora in medium afferremus, niſi Tiraquellus hoc labore leuaſſet, qui in d. l. ſi vnquam, in eadem præfat. à num. 15. verſ. ſed quis hunc parentum affectum, vſque ad num. 37. ſexcenta alia ad concluſionis huius corroborationem congerit, vt ibi apud eum videre poteris. Fely. etiam in cap. afferte, in 2. no. de præſumptio. Marti. in l. vnica à num. 5. verſ. & hoc non eſt admiratione dignum. C. de raptu virg. & Ioan. Coraſ. in d. l. vlti. à num. 8. verſ. in tex. ibi, eadem eſſe perſona vſque ad num. 13. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. ex quibus alia itidem ad propoſitum noſtrum colligi facillimè poterunt.

Eadem concluſio ampliatur, vt adeò vera ſit, vt licet, vbi eſt electa induſtria perſonæ, quis non poſſit
16 ſeruire † per ſubſtitutum, l. inter artifices. ff. de ſol. ta-
17 men poſſit pater deſeruire † per filium. l. ſciendum. §.
legati. ff. de legatio. per quem contextum ita determinauit Rom. in ſing. 670. ille, cuius induſtria. nu. 2. vbi exemplum affert Baldi qui Papiæ filium ad legendũ ſubſtituebat, & ibi adden. plurima accumulat. quod in propoſito noſtro refert Sebaſt. Sapia. in d. l. vlt. nu. 7. in 2. no. & ibi Io. Coraſ. nu. 12. verſ. ijs accedat. C. de impub. & alijs ſubſtitu.

Secundò ampliatur concluſio, vt forraſſe procedat etiam in matre, quæ videtur & ipſa vna, & eadẽ per-
18 ſona cum † filio dicenda: cum de matre filius pluſquam de patre accipiat, vt tradidere Philoſophi, & Medici, & ex noſtris Soc. ſen. in conſil. 1. in caſu ſupra narrato. colum. 2. num. 8. volum. 1. hac conſtat ex traditis à Paul. Caſtr. in conſil. 164. in præſenti cauſa. colum. 3. num. 3. verſ. poſito autem, volum. 2. in hoc tamen figere pedes non audet Io. Coraſ. in d. l. vlt. nu. 20. verſ. hunc autem inquit, quod cum nulla lex ſit, quæ hoc dicat, neq; ipſe affirmare audet, nec nos etiã certo aſſeuerare præſumimus.

Cæterùm licet vbiq; concluſio hęc in iure recipiatur, tamen pater, & filius cenſentur vna, & eadẽ per-
19 ſona † quoad quid, non quoad omnia, vt egregiè ſcribit Bart. in l. ſi dubitetur. §. vlt. in prin. ff. de fideiuſſ. & ideò tex. in d. l. vlt. interpoſuit verbum illud penè, & gl. in c. conſuluit. de iure patron. inquit, quod licet quis
20 non poſſit ſeipſum præſentare, † poſſit tamen filium, vt & tradit Sapia in d. l. vlt. ſub num. 8. verſ. poſtremò no. eſt illud, & hanc eſſe * communem opinionem concordes referens teſtatur Ioſeph. Ludo. in ſuis cõmun. concluſ. concl. 41. verſ. ampliatur octauo loco.

Primò limitatur concluſio, vt non procedat, quoad naturalem obligationem, quæ inter eos cadit, & efficit, vt tanquam diuerſæ perſonæ conſiderentur;
21 nõ enim filius pro patre, nec pater pro filio † tenetur, vt l. 1. 2. 3. & 4. C. ne filius pro patre, & communiter tradidere Bart. ac alij in l. frater à fratre. ff. de condict. indebit. quibus adhæret Ioan. Coraſ. in d. l. vlt. nume. 17. verſ. vltra quos.

Sublimitatur hęc limitatio, vt non habeat locum, cum pater inops pecuniam mutuo acceptam in alimenta filiorum conuertit: nam ad illud debitum pa-
22 ternum filij poſteà diuites effecti † tenentur, l. ci, qui. C. quod cum eo. ita docet Bar. in l. his ſolis. nu. 3 ff. de condict. indeb. vbi Ang. hoc firmat per l. vlt. ff. de eo, per quem fac. erit, & l. 2. §. 1. ad leg. Rho. de iactu. licet ibi Bart. in hoc reliquerit cogitandum, quod Bartoli dictum notabile & ſingulare appellat Rom. in ſing. 213. incip. pater pauper. vbi adden. nonnullos allegãt concordes, & hanc eandem Bartoli ſingularem doctrinã dicit Fran. Cremen. in ſing. 37. incip. tu mutuaſti. vbi itidem adden. alios citant, idem ſenſit Cæp. in caute. 246. incip. quod ſi pater eſt paup. ac Io. Coraſ. in d. l. frater à fratre. §. quæſitum. nu. 2. ff. de cõdic. indeb.

Secundò concluſionẽ limitabis, vt vera ſit, quoad
23 filios in patris poteſtate cõſtitutos, ſecus † quoad emãcipatos, qui cũ patre vna perſona non præſumuntur; ita tradidit glo. in l. ſi mater. §. ſi quis hominem. ff. de except. rei iudi. ſic ſenſit Iaſ. in d. l. vlt. col. 2. ſub num. 9. verſ. ſecundo intellige, per ea, quæ ibi allegat. Hinc euenit, quod filius emancipatus, venia tamẽ prius pe-
24 tita, patrem in ius vocare † non prohibetur. l. vlt. C. de in ius voc. & glo. in l. his nulla. ff. de iudic. vnde cum

glo.in d.l.2.C. qui æta. vel profeſſ.ſe excuſ. æſtimum
bonorum patris, æſtimum bonorũ filij cenſeri dixit,
25 in filijs † in poteſtate loquitur. An aũt hęc limitatio
procedat in caſu d.l.vlt.viderit,qui eã reprobat in Io.
Coraſ.in d.l.vlt.nu. 15.verſ. ſed neque is caſus. ac Se-
baſt.Sapia.ibi,nu.10.verſ.item quæro.

Declaranda eſt eadẽ limitatio,vt procedat,quoad
actus ciuiles;nã in his emancipatus extraneus cenſe-
tur,l.vnica.§.extraneũ.C.de rei vxo.actio.ſecus verò
26 † quoad iura ſanguinis, & naturæ, quæ emancipatio
27 † non diſſoluit.§.emancipati.Inſti de hæredi.quæ ab
inteſta.defer.l.ius agnationis.ff.de pact.& l.q ad ado
ptionẽ.ff.de adopt.ita ſentit Io. Coraſ. in d.l. vlt.nu.
15.in fi.C.de impub.ac Io. Baptiſt. Cimatorius in re-
pet.l.legatum.nu.54.verſ.iſta ratio.ff.de leg.1.

Tertiò limitaẽ concluſio,vt locum ſibi non vendi
cet,qñ pater facit aliquid,non vt priuatus,ſed vt per-
28 ſona publica,† nam tunc non eſt preſumendũ eandẽ
eſſe perſonam cum filio,ita d.l.vlt. limitat Barba. in
conſ.20.illud afferam in mediũ,ꝙ Deo ſupremo ve-
nit in ore.col.7.verſ. & hoc tolli põt illud.vol.2. quẽ
refert,& ſequiẽ Io.Coraſ.in d.l.vlt.ſub nu.17.verſ.ruŗ
ſum cũ pater.quo in loco ex Gellio lib. Noct. Attic.
29 2.c.2.refert Taurũ philoſophũ † ita etiã iudicaſſe: cu-
ius verba ſunt hæc. In publicis locis inquit, atq mu-
neribus,atq actionibus patrum iura cũ filiorum, qui
in magiſtratu ſunt,ptãtib. collata interquieſcere pau
lulum,& conniuere; ſed cũ extra Rempublicã in do
meſtica re,atque vita ſedeatur,ambuleẽ in conuiuio
quoq; familiari diſcumbatur,tum inter filium magi
ſtratũ, & patrem priuatũ publicos honores ceſſare,
naturales,& geminos exoriri. An autem hoc in caſu,
pater deſtinatus exequutor ad eroganda bona pau
30 perib. poſſit eligere filium tanquam † pauperem, in
quem eroget, egregiè examinat Io. Coraſ. in d.l. vlt.
nu.18.& ſeq.quem videre poteris.

Quartò eandem limito,vt vera ſit,ꝙ ad ea,quæ iu-
31 ris ſunt;ſecus,quo ad ea,† quæ ſunt facti,in quibus pa
ter, & filius eadem perſona non cenſetur, vt ſcribit
Iaſ.in d.l.vlt.ſub eodem nũm.verſ.limita tamen per.
notus ex tex.l.cum hæredes.ff.de acq.poſſ.ſub,iungẽs
ibi quod contrarium,& malè tenuit gl. in l.cum mi
les.§.1.ex quibus cauſ. maio.

Quam declarat, & intelligit Io. Coraſ. vbi ſup.nu.
32 13.verſ.primus.in factis, quæ † perſonæ cohærent ex
§.ſed cum factum.Inſtit.de ſtipu.ſer. alioquin ſubdit
ibi Coraſius cum habitatio patris,quæ facti eſt,habi-
tatio filij cenſeatur.d.l.cum ſcimus.§.vlt.C.de agric.
& cenſit.lib.11.non video,quo pacto in his,quę facti
ſunt ſimpliciter à regula ſit recedendum, vt latius ibi
per eum.

Quintò limitatur, vt non procedat in his, quæ pu-
33 blici † iuris ſunt,in quibus non curatur patria ptãs,vt
l.nã ꝙ.ff.ad Treb.& teſtaẽ Bar.in l.ſeniũ.C. qui teſta.
fac.poſ.ita Iaſ.in d.l. vlt.ſub d.nu.3. verſ.13. limit.ꝙ
an procedat,viderit Coraſ.ibi,nu.16.verſ.3.caſus eſt.

Sextò põt limitari: nam licet pater, & filius vna,&
eadem perſona cenſeantur ẽt reſpectu familiæ, ideſt,
34 ſubſtantiæ tamen differunt † tanquam cauſa & cau-
35 ſatũ. & ideo appellatione patris, filius † non cõpre-
hendiẽ,nec ècontra,licet hæc correlatiua dicanẽ, ita
declarant Ang.de Periglis.in reper. l.in ſuis.num.12.
verſ.in ſecunda parte.ff.de liber. & poſthum.

Septimò limitaẽ,vt pater,& filius non ſint cenſen
di vna, & eadem perſona in his, quæ vinculũ animæ
36 reſpiciunt,† quemadmodũ nec vna anima, vt ex no-
ſtris dicit etiam Bal.in l maximum vitium.col.2.nu.
37 4.in fi.C.de libe.præte.imò nec portio † animæ,cum
anima nõ ſit ex traduce,ſicut corpus,ex Orthodoxo-
rum ſententia; vt in propoſito noſtro de iuramento
dixit Tiraq.in d.l.vnquam in præfat. num.17.verſ.ex
eadem officina.C.de reuocand. dona.nam iuramen-
38 tum vnius, non eſt iurãm † alterius, vt no.in c.verita-
tis.de iureiu.& in l.generaliter.in prin. C.eod.titu.ita
per hanc rationem refellit idem Tiraq.ſupradicto lo-
co opinionem Barba.in tract.de preſtan.Card.par.1.
q.1.ſub num. 26.verſ.6. Cardinalatus, ibi, & ex dicto
39 Hoſt.ſentientis, ꝙ filius vaſallus non teneaẽ † iurare
fidelitatẽ ipſi patri, cũ ſit vna vtriuſq & eadẽ pſona,
40 quemadmodũ nec teneñẽ Cardinales † iurare Papę,
41 quia ſunt pars † corporis ipſius, vt dicit ſing. Hoſt. in
c.antiqua.de priuileg.licet Epiſcopi iurent, c. ego N.
de iureiur.vt latius ibi per ipſum met Tiraqu.

CONCLVSIO MCLVII.

ARGVMENTVM.

An,& quando pater ſtipulando,vel paciſcẽdo filio præſumatur ſtipulatus,vt hæredi, an vti filio.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulando,vel paciſcendo filio præſumitur ſtipulari vti hæredi,non vti filio.*
2 *Parentes ad bona liberorum miſeratio,liberos autem naturæ,& parentum commune votum admittit.*
3 *Pater ſtipulando filio,vti hæredi vtitur iure communi,ſtipulando vti filio iure ſpeciali.*
4 *Iure cõi non autem ſpeciali quiſquis vti velle præſumitur.*
5 *Pater ſtipulando filio dari poſt mortem ſuam,præſumitur ſtipulatus ei,vti filio, non vti hæredi.*
6 *Pater vbi filio ſtipulatur non admiſſa perſona ipſius patris præſumitur ſtipulari vti filio.*
7 *Pater ſtipulando vno modo,& aliter filio,ipſi vti filio præſumitur ſtipulari.*
8 *Pater ſtipulando aliquid quod perſonæ filij, tanquã indiuiduum cohæreat ipſi filio ſtipulatus præſumitur.*
9 *Pater ſi vſum pro ſe,& filijs conceſſa,vtriuſque debetur.*
10 *Immunitas patri,& filijs ſtipuletur,vtriuſque debetur.*
11 *Pater præſumitur ſtipulari filio, vti filio, non vti hæredi, quando aliquid ſtipulatur quod ſui natura non tranſit ad hæredes extraneos.*
12 *Pater paciſcendo emphyteuſim ſibi, & filijs, præſumitur eis vti filijs,non vti hæredibus paciſci.*
13 *Emphyteuſis non tranſit ad hæredes extraneos.*
14 *Emphyteuſis æqualiter diuidi debet, etiam inter fratres inæqualiter inſtitutos.*
15 *Emphyteuſis debetur filijs etiam repudiantibus hæreditatem paternam.*
16 *Pater ſtipulando emphyteuſim ab Eccleſia ſibi, & filijs, an præſumatur ſtipulatus vti filijs, an vti hæredibus remiſſiue.*

1 Pater ſtipulando,vel paciſcendo filio pręſumitur in dubio ſtipulatus † vt hæredi, non
ſimpliciter,vt filio; ſic me docuit gl. in l.ſi tibi decẽ.
§.ſi pactus.ſuper ver.proderit Titio.ibi ſed quid ſi du
bitet.ff.de pac.ex eo ꝙ vt inquit Papin. I C. in l.ſcri-
pto.in fin.ff.vnde liberi, parentes ad bona liberorum
2 ratio miſerationis † admittat,liberos naturæ ſimul,&
parentum commune votum;cum alijs ad hoc allega
tis ab eadem gl. quam quidem optimè loqui dixit ibi
Bar.nu.8.verſ.quæro,quid ſi non appareẽ.& illius ver
ba aurea appellat ibid.Bal.& nu.3.verſ.interdũ dubi-
tatur, prout eandem notabilẽ vocat, nec aliam nos
habere ſuper hoc puncto meliorem aſſeuerat eo loci
Ang. nu.1.verſ.in gl. magna, eamq reputari notabi-
lem,& ad eã ſuper remitti ſolere, inquit Pau. à Caſtr.
* & illam magis,* cõmuniter approbari,ſcripſit Alex.
nu.7.ver. in ead. ibi, quod tanquam hæredi, quã itidẽ
ſimpliciter ſequitur Fulg.& Iaſ.nu.2.ibi,ac cætera in
terpretum oĩum turba. eidem ſe ſubſcripſit glo. Bar.

in l.

in l.q dr ſub nu.5.ver.ſi verò eſt dubiũ.ff.de verb.obl.
& ibid.cęteri oẽs.ac idẽ Bar. & alii in l. Gallus.§.1.ff.
de lib.& poſth. vbi inter alios Io.Ant.Rub.inquit,cũ
* hac concluſione ibi tranſire * cõmuniter ſcribentes,
& cõem eſſe ſnĩam tradit ibid.Lancello. Gallian.nu.
30.verſ.ſecunda ſit concluſio.& ibid. de hac conclu-
ſione latè diſſeris Fortunius Garzia.nu.53.ver.1.aſſu-
mo concluſionẽ,cum plu.ſeq.idẽ voluit Bal.in auth.
ſi quas ruinas.col.3.nu.5.ver.1.pater.C.de ſacroſ.ecc.
ad idem rñdit Alex. in conſ.36. ponderatis his, nu.3.
& ſeq.vol.5.in conſ.124. Cõſideratis his.nu.7.& ſeq.
eo.vol.5.& in conſ.31. viſo themate prædicto ad du-
* bium.nu.15.vol.6.* cõem quoq; dicit Rui. in cõſ.51.
primo videndũ eſt ſub nu.6.vol.1.in conſ.162.primò
quærit.nu.4.in conſ.208.præmittendum eſt nu.15.&
in conſ.212.viſa,& bene intellecta.nu.2.eo.vol.1.

Iſtius concluſionis ea ratio eſt, qm̃ qui ſtipulatur
filio vt hæredi, ſtipulatur de iure cõi: qui aũt filio,vt
3 filio,de iure † ſpãli, per regulam,qđ alteri ſtipulari ne
mo poteſt,l.ſtipulatio iſta.§ alteri.ff.de verb. obl.ſed
4 in dubio faciens actũ præſumitur velle † vti iure cõi,
non aũt iure ſpeciali.l.in teſtõ.vbi Alex.C.de teſtam.
mili.l.Centurio,vbi itidem Alex.col.6.ff. de vulg.&
pup.qua ratione vtitur Are.in d.l.quod dr col. 8.ver.
reſpondeo.& eam probat Lancello. Galiau.in reper.
d.§.quidam rectè nu.30.verſ.2.ſit conclu.licet ibi.in
fi.ad hoc relinquat cogitãdum per §.ei vero Inſti. de
inutil.ſtipula.ſed eam defendit, & cõprobat ibid.Io.
Ant.Rube.nu.149.ver.alia colligitur concluſio.

Limitanda eſt primo loco cõcluſio,vt vera ſit,vbi
pater ſtipulatur ſibi, & filiis, & ſic ſtipulatio aſſumit
originẽ in perſona patris: ſecus tñ eſt, vbi ſtipulatur
dari filio poſt mortẽ ſuam; & ſic qñ non eſſet ſtipula
tus ſibi, ſed tantummodo filiis: obligatio enim inci-
pier ab eis tanquam filiis, etiam ſi non ſint hæredes;
5 nec præſumetur eis vti hæredibus † ſtipulatũ: tex.eſt
in l.quocunq;.§.ſi quis ita.ff.de verb.obli.& in l.filius
fam.§.cũ quis.ff.de leg.1.quas leges ita declarãt Ale.
in d.l.quod dicitur,col.12.ſub nu.16.ver.tamen quo
ad caſum noſtrum, & ibi Iaſ.ſub nu.27.verſ. vnde re-
ſponde a liter.ff.de verb.obli. vbi enim pater filio ſti-
6 pulatur non admiſſa perſona ipſius patris,† præſumi-
tur ſtipulari filio,ita voluit Bal.in d.l.ſi tibi decem.§.
ſi pactus, in fin.ff.de pact. & in d.auth.ſi quas ruinas.
col.3.ſub nu.5.C.de ſacroſ.Eccleſ.& Alc.in tract.præ
ſump.reg.1.preſumpt.31.nu.4.ver.2.limitatur.quam
limitationem licet nonnullis eam conetur impugna
re.Rub. Alex.in d.l. Gallus.§. quidam rectè.nu.150.
verſ. retenta ergo.& ſequen. ff.de liber. & poſthum.
tamen ibi in fin.nu.151.inquit non eſſe recedendum
* à * communi.

Secundo limitatur,vt non habeat locum,qñ pater
ſtipulatus fuit vno mõ ſibi, & altero filio; tunc enim
7 præſumitur † ipſum ſtipulatum fuiſſe filio,tanq̃ filio,
non vt hæredi, & ſic ipſi filio acquiritur actio vtilis,
& ſi non ſit hæres patris vt placuit Bal.in c.1.in prin.
an agna.vel fin.verſ & no.vbi allegat.l.Scia.in prin.
iuncta gl.in ver.videri.ff.de do.cau.mor. ex quo tex-
tu colligi põt hoc exemplũ huius limitationis.nã ſi
pater ſtipuletur ſibi fundum à Seia.hoc pacto,q ipſo
ſtipulatore præmoriente fundus reuertaĩ ad Seiã do-
tricẽ,poſt mortẽ verò Seię ſtipulcĩ ipſis liberis,præſu
miĩ ſtipulari ipſis,vt liberis,non vt hæredib.Bald.re-
fert,& ſequiĩ Ale.in d.l.q dr.col.12.ſub nu.16. ad fi.
verſ.limita tñ dictam concl.multũ no. & ſi tunc ipſi
filio non acquiriĩ directa actio, quæ acquiriĩ hęredi,
vt tenet Bar.in d.l.q dr nu.5.per l.auus.ff. de pac.do-
ta.& ibi eũ,& hanc limit.probat Iaſ.col.8.nu.28.ver.
ſecundo multũ notabiliter. vbi dicit hanc eſſe appri-
mè notabilẽ limitationẽ. & in d.§.ſi pactus.in fin. &
ab ea nõ eſſe recedendũ teſtaĩ Rub. in d. §.quidã re-
ctè.nu.151.licet ibi eã nõnullis refellat.eandẽ ſequiĩ
Alci.in d.pręſump.31.nu.6.verſ. quarto limitatur.

Tertio concluſionem limito, vt non procedat,qñ
pater ſtipulaĩ aliquid indiuiduũ filio, quod ipſi per-
ſonæ cohæret:nã tunc filius viuo patre ſtatim admit-
8 titur † nec hoc caſu vllo pacto põt præſumi, q fuerit
pater ſtipulatus vti hæredi,cũ nihil patri præiudiceĩ,
ſic concludit Bald.in d.l.Gallus.§.quidam rectè col.
4.ſub nu.5.verſ.tu dic. ff.de lib. & poſth.& ibi cæteri,
exemplũ afferentes in vſu, ideſt, vbi quis ſtipulareĩ
9 vſum † pro ſe,& filiis: nã cum poſſit tale ius, & patri,
& filio inſolidũ competere, non diminuiĩ ius patris,
iſtud tñ exemplũ nõnullis impugnat idẽ Rube. Ale.
in d.§.quidam rectè.ſub nu.133.& ſeq.verſ.ſed aduer
10 te;idẽ vero eſſet in priuilegio † immunitatis: nam ſi
Imperator cõcedat priuilegiũ patri,& filiis, filii habe
bunt immunitatẽ viuo patre;ita docet Bar. in d.§.q-
dam rectè. nu. 2. verſ. quæro ſtatutũ dat immunitatẽ
per iura,quæ ibi allegat.& ibi:cæteri itadũt,in primis
Iaſ.nu.36.& nu.46.ver. itẽ quærit Bar.vbi id latè exa-
minat,vt facit,& Rube.ibid. à nu.208.ver.vlt. quærit
* Bar.vſq ad nu.212.& cum Bar. tranſire * communi-
ter Doct. teſtatur Lancel. Galliau.in repe.d.§.quidã
rectè.nu.37.verſ. circa dictum Bart.vbi etiam decla-
rat,& ſequitur Alc.in d.præſump.31.nu.5.verſ. tertio
limitatur.

Quarto limitãda eſt concluſio, vt locũ ſibi vendi-
cet,vbi pater ſtipulatur,vel paciſcitur filio ſuper re,q̃
de ſui natura non tranſit ad hæredem extraneũ;nam
11 tunc præſumitur † ſtipulari filio, non hæredi,ſecus ſi
tranſeat ad quemlibet extraneum;ita tradidit Bar.in
d.l.ſi tibi decẽ.§.ſi pactus.nu.9.verſ. quomodo aũt. ff.
de pactis,per l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi. ff de ope.lib.
& ibidẽ huius limitationis exemplũ affert in emphy-
teuſi:nam qñ pater recipit emphyteuſim pro ſe,& fi-
12 liis ſuis, præſumitur paciſci † filiis, vt filiis, nõ filiis,
vt hæredibus,quia de natura emphyteuſis eſt, q non
13 tranſeat ad hæredem † extraneum,vt in Auth.de nõ
alie.§.emphyteuſim.ex hoc ẽt ibi inferens,q ſi pater
inſtituerit filios in diſparib.partib. tñ emphyteuſis di
14 uidetur † æqualiter, & ſi repudiarent hæreditatẽ pa-
15 ternam,emphyteuſim † debeant habere,dicens hoc
tenere Iacob.de Belu.c.1 circa prin.an aga.vel fil.re-
pu.hæred.hoc idẽ ipſemet Bar.confirmauit in d.l.Gal
lus.§.quidã rectè. ſub nu.8.verſ. aduertendum tñ eſt.
ff.de lib.& poſthu.in l.vt iuſiurandi.§. ſi liberi. nu.4.
& ſeq.in d.l.quod dicitur.ſub nu 5.& 6. ff.de verb.ob
lig.in conſ.55.incip. Dominus Amatus in conſil.60.
quæſtio iſta habet dubia. volu.1.alias eſt conſ.183.&
in conſ.58.ex themate prædicto.in 1.dub.eodem lib.
1.& quod in his,quæ nõ tranſeunt ad hæredes extra-
neos,ſed ad filios tantum, pater præſumatur ſtipula-
* ri filiis,vt filiis, non vt hæredibus, * communi cõſen-
ſu ſenſere cæteri iuris interpretes, vt Bal.in d.§. ſi pa-
ctus.ſub nu.3.vbi hoc exemplis declarat,vt in operis
libertorũ, in feudo, & in emphyteuſi Eccleſiaſtica,
& ibi. alii omnes, & in d. §. quidam rectè, & in d.l.q
dicitur.iiſdem met in locis,quos in principio iſtius cõ
cluſionis citauimus, ne iterum fruſtra ſingulos nomi
nem.idem Bal.in dicta auth.ſi quas ruinas nu.5.verſ.
modo reſtat.C.de ſacroſ.Eccle.vbi de relato emphy-
teuſis exemplo in vtranque partem diſputat, & tan-
dem pro hac opinione noſtra concludit,ex pluribus
quas ibi refert rationibus, & in l.liberti,liberteq;.col.
6.nu.23.verſ.ſed an quando,& ſeq.C.de oper.lib. Ro
man.in conſ.22.pro profitæ in 1.dub.nu.2. vbi Hora.
Mando.plures allegat concordes in addit.in verb.cõ
petat.litera A. & in conſ.35.viſa facti ſerie nu.1.& 2.
Alex.in conſ.8.viſis ſubtiliſſimis dubitationib.col.1.
et 2.num.1.et plur.ſeq. volu.3. vbi ſexcentas pro hac
opinione congeris auctoritates, et in conſ.119.viſo
proceſſu cauſæ inter D. Bernardinam. col.3.nu.4.et
* ſeq.vol.5.vbi * communem dicit,in conſ.129. perſpe
ctis his.nu.1.et ſeq.vol.5.vbi plurimos allegat,et plu
rib.aliis in locis idẽ ſentit Alex. de quibus per Iaſ. in

l.ſi non ſortem.§.libertus. nu.35. cum ſeq. verſ.ſecũdo habes ex gl.de condi. indeb. vbi innumeros alios refert hoc comprobantes, ſed cæteris plenius iſtud cõfirmauit Ludo.Bolog.in conſ.48.intellecto igitur puncto, fere per tot. vbi hanc eſſe magis * communẽ Doctorum ſententiã aſſeuerat, eamq; infinitis propè ſcribentium auctoritatibus fulcit, quas per te videre poteris,prout alias ẽt adducit Io. Nico.Arelat. in addit.ad Alciatum,qui eiuſdem fuit ſententiæ,in dicto tract.de præſumpt.reg.1.præſump.31. in prin. & Illuſtriſs.Card.Alba.in lucubratio.ad Bar.in d.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus. ff.de pactis.

Cæterũ cum in hoc articulo alij alia ſenſerint, ꝙ ſcilicet pater ſtipulando emphyteuſim ab Eccleſia
16 pro ſe,& filijs,† præſumat ſtipulatus filijs, vt hæredibus volentes, ꝙ imò emphyteuſis Eccleſiæ ſit hodie tranſitoria ad hæredes extraneos, vt tenuit, & plurib. confirmat gloſſæ, & cæterorum auctoritatib.Cor.in conſ.131.præmittendum eſt.nu.13.verſ.ſed eſt aduertendum.vol.2.& in cõſ.173. in præſenti ſtipulatione. à nu.13.vſq; ad fi.cõſilij.eo. vol.2. & alij plures ad id relati à Iulio Claro lib. 3. ſnia. §. emphyteuſis. q.28. verſ. cõtrariam verò ſniam.& cum tota hæc quæſtio pendeat ab illa alia queſtione,an,& qñ emphyteuſis tranſeat ad hæredes extraneos, quæ non vr̃ eſſe iſtius loci idcircò in præſentia ab iſtis examinandis ſuperſedere ſatius eſſe duxi:præſertim cum hæc oĩa doctè, & plenè diſcuſſa deprehenderim à Didaco, Couarruuia.reſol.lib.2.c.18.per tot. quib. in locis hæc adeò egregiè,& diſtinctè traduntur, vt nihil ſupra. Si quid tibi lectori in hac materia occurret, ad hos auctores confugio.Poſſem ẽt hic aliquas annectere dubitationes in hoc propoſito noſtro,quas non examino;cum ex omnibus ſcribentibus,quos in hac concluſione citauimus,relatis in locis,vnus Io.Ant.Rube.in vnum congeſſerit, & plenè, ac vberrimè diſcuſſerit in d.§. quidam rectè. à nu. 129. vſque ad finem repetitionis eiuſdem.§.ad hunc me,lectoremque reijcio.

CONCLVSIO MCLVIII.

ARGVMENTVM.

An, & in quibus ex patientia præſumatur conſenſus.

SVMMARIVM.

1 *Patientia coniuncta cũ ſcientia facit præſumi conſenſum.*
2 *Patientia dicitur quodammandatum, & æquiparatur ratificationi.*
3 *Bannitis, qui ex diſpoſitione ſtatuti offendi poſſunt, ſi veniunt in Ciuitate ſciente,& patiente Principe, non ſunt offendendi, quia ſua ſcientia, & patientia loco ſecuritatis eſt.*
4 *Patiens aliquem pro tutore quatuor menſium ſpatio ſe gerere, tutelam illi remiſiſſe præſumitur.*
5 *Gerens ſe pro locumtenente, ſciente, & patiente ſuperiore præſumitur ab eo habere mandatum, vt taliter ſe gerere poſſit.*
6 *Epiſcopus patiens locum aliquem longo tempore pro Eccleſia haberi, & coli, præſumitur præſtitiſſe conſenſum ab initio.*
7 *Patientia Principis habet vim priuilegij, ſeu confirmationis.*
8 *Liber rationum, qui in aliquo nomine diu patiẽte domino cancellatus permanſit, eius conſenſu cãcellatus præſumitur, & ab eo, qui cancellare potuit.*
9 *Creditor qui ex ſtatuti diſpoſitione poteſt ratione ſuſpicionis facere capere debitorem, ſi ſuſpicionẽ nouerit, & diu tacuerit, præſumitur illius perſonam licet ſuſpectam approbaſſe. Et quod tempus requiratur, iudicis arbitrio relinquitur, vt ibi. nu. 10.*
11 *Mulier ſciens maritum vergere ad inopiam, & dotem per decem annos non petens, amplius eam petere non poteſt.*
12 *Fratres patientes alterum fratrem exhęreditate dotem filię dare, portionem ſuam donaſſe pręſumuntur.*
13 *Statutum factum à Principe, & à ſubditis eo patiente nõ receptum, non ligat.*
Quod declaratur procedere quando non recipitur à maiori parte, ſecus ſi à minore. ibid. nu. 14.
15 *Patientia purgat vitium ſolemnitatis omiſſę.*
16 *Filius ſi ſtatuto prohibeatur ſine patris licentia contrahere, ſi vendit eo ſciente, & patiente pręſumitur licentia interueniſſe.*
17 *Inſtrumenta confecta à non habente auctoritatem ſciente,& patiente ſuperiore valent.*
18 *Conſuetudo longiſſimi temporis tolerata per ſuperiorẽ monaſterij excuſat contrauenientes ijs, quę ſunt de pręcepto regulę, dummodo non ſit in his, quę ſunt de ſubſtantialibus ipſius regulę.*
19 *Procurator domino pręiudicat, ſi eo ſciente, & patiente excedit fines mandati.*
20 *Agens in iudicio ad cauſam ad me ſpectantem me ſciente, & patiente, videtur habere mandatum.*
21 *Vicegerens ſatis dicitur habere mandatũ ex eo, quod ſciente,& patiente ſuperiore officium ſuum exercet.*
22 *Laudum latum non pręcedente compromiſſo non valet.*
23 *Laudum, in quo arbiter partibus pręſentibus, & patiẽtib. dicit, Viſo compromiſſo in nos facto, valet etiam ſi nullũ extat compromiſſum.*
24 *Procurator faciens incidere dominum in pęnam, domino ſciente,& patiente, videtur habere mandatum, quia patientia mandati loco eſt.*
25 *Pręſens,& tacens maximè quando de eius fauore agitur, habetur pro conſentiente.*
26 *Contumax habetur pro conſentiente.*
27 *Procuratori excedenti fines mandati dominus ſciens, & patiens videtur conſentire.*
28 *Patientia facit pręſumi rem ſponte factam, & metum purgat.*
29 *Patientia per lapſum longi temporis, pręſumitur conuerſa in conſenſum.*
30 *Patientia in his, quę requirunt ſcripturam non inducit conſenſum.*
31 *Patientia in his, quę expreſſum conſenſum, & actum verum requirunt, conſenſum non facit pręſumi.*
32 *Patiens,& ſciens in his, quę ſunt magni pręiudicij non habetur pro conſentiente.*
33 *Patiens, & ſciens in actu partim oneroſo, partim vtili nõ videtur conſentire.*
34 *Patientia,& ſcientia inducit conſenſum in his, quę ſunt modici pręiudicij.*
35 *Patientia concurrente titulo conſenſum facit pręſumi.*
36 *Fideiuſſor tutoris ſcienter patiens nomen ſuũ ſcribi apud acta fauore pupilli remanet obligatus.*
37 *Patiens filium ſuum decurionem creari, pręſumitur conſentire,& tenetur ad vniuerſa munera filio iniuncta.*
38 *Patiens filium dari tutorem, pupillo obligatur.*
39 *Patiens,& ſciens fauore Eccleſię,& cuiuſcunque pię cauſę habetur pro conſentiente.*
40 *Patientia,& taciturnitas, quandò aliquis in celebratione contractus faceret apponi aliquid ius patiẽtis diminuẽs facit pręſumi illum conſenſiſſe.*
41 *Patiens rem ſibi pignoratam alienari pręſumitur conſentire,& pignus remittere.*
42 *Patiens aliquid fieri doloſè contra leges, vel per contumaciam, habetur pro conſentiente.*
43 *Conductore,& locatore finito tempore perſiſtentibus in locatione pręſumitur locatio renouata.*
44 *Patientia aliquo actu confirmata inducit conſenſum etiã in pręiudicialiſſimis.*
45 *Patiens aliquid fieri a conſanguineo, pręſumitur conſentire,& ratum habere.*

Quod

Quod decl. non procedere in matrimonio in quo expreſſus conſenſus requiritur, & in conſanguineis, quibus reuerentia debetur. ibid. num. 46.

47 *Patiens aliquid fieri, quod impedire non poterat, conſentire non videtur.*

48 *Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.*

49 *Patiens aliquid fieri, quod in iure perſonali conſiſtit, etiã ſi impedire poterat non præſumitur conſentire.*

50 *Patientia in actu difformi non inducit conſenſum.*

51 *Patiens aliquid fieri, cum ſciret ius ſuum ſibi ſaluum remanere, non videtur probare, quod agitur, nec ſibi præiudicat.*

52 *Patiens aliquid fieri, quod iuris communis diſpoſitioni repugnet, nihil agit.*

53 *Patientia non continuata in actibus ſucceſſiuum tractũ habentibus, ut ſunt datium, gabella, & ſimilia, non inducit conſenſum.*

54 *Patiens in delictis non habetur pro conſentiente.*

1 Patientia coniuncta cum ſcientia, facit, † vt conſenſus præſumatur. l. 2.
cum ibi not. per Bart. C. de acq. poſſeſs. & in l. itẽ quæritur. §. fi. ff. loc. facit gl. in l. Mæniana. C. de priu. ædif.
Bart. in l. quæ dotis, cir. fi. ff. ſol. matr. per text. in l. quã Tuberonis. §. quidam. ff. de pecu. c. 2. de accuſ. in 6. gl.
in clem. ſæpe. §. quæ omnia. in verbo; Non contradicẽtibus, de verb. ſig. Bart. in l. 1. C. de relat. lib. 11. Ang.
in l. ſi filius. C. de petit. hær. Iaſ. in l. quæ dotis. nu. 85. ff. ſol. matrim. Dec. conſ. 409. viſo cont. nu. 6. poſt Alex.
in l. 2. §. volũtate. ff. ſol. matr. l. cum quid ff. ſi cer. pet. Aret. conſ. 126. num. 2. Iaſ. l. ſi procurator, col. penult.
circa med. ff. de condi. indeb. Felyn. in c. fraternitatis. colum. 4. de teſtib. Sebaſt. Sap. in l. qui ſe patris, nu. 24.
C. vnde libe. Natt. conſ. 274. num. 11. vol. 2. & conſil. 257. num. 7. eo. vol. Cephal. conſ. 148. num. 1. & conſ.
158. num. 46. & conſ. 272. num. 3. vol. 2. Iaſ. Bart. Dec. & omnes in l. ſi certis annis. C. de pact. p Bart. & alios
in leg. cum de in rem verſo. ff. de vſur. faciunt not. per Alex. conſ. 122. ſuper 1. quæſt. lib. 4. Grat. conſ. 9. num.
14. volum. 1. Hanc concluſionem tenet etiam gl. in c. ſanctarũ 70. diſtin. & Imo. in c. cum eccleſia Sutrina.
num. 25. de cau. poſſeſs. & propriet. Nec mirum quidẽ videri debet, quod patientia cum ſcientia coniuncta
2 cõſenſum inducere dicatur, cum † patientia ſit quoddam mandatum. vt ſcribit Inn. in c. ex parte decani,
de reſcrip. & æquiparatur ratificationi, vt voluit gl. in l. quo enim. ff. rẽ rat. hab. & facit tex. in d. l. quo enim.
Cur enim cum videbat fieri aliquid non clamabat, & proteſtabatur cum poſſet? Meritò igitur ei imputatur, ſi cum recuſare illi licuit, tacere maluit. Difficilẽ enim eſt credere eum, cuius res agitur ſi conſentire noluiſſet, pati potuiſſe, vt tacendo in eius præiudicium res aliqua fieret. argum. l. ſi hypothecas. C. de remiſſione pig. & argum. l. ſi fideiuſſor. la 2. § pater. ff. de pign. act. & ibid. gl. & l. Caius, vbi etiã gl. ff. de pig. act. & in l. ſæpè. ff. de re iud.

Ex hac concluſione infertur primo, quòd banniti qui ex diſpoſitione ſtatuti offendi poſſunt, ſi veniant
3 in ciuitate ſciente, & patiente Principe, non † ſunt offendendi, quòd illa ſcientia, & patientia loco ſecuritatis eſt. ita voluit Saly. in l. nullus. C. de iud. quem refert, & ſequitur Ioan. de Anan. in cap. ſicut Iudæi in 4. colum. de Iudæis, & ibidem Fely. in pen. col. Alex. conſil. 107. circa fin. volum. 2. ad quod allegat. l. 1. §. ſcientiam, ff. de tribu. act. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exerci. act. & quod not. glo. & Doct. in cap. quia circa, de conſang. & affinit. Natt. conſ. 274. num. 15. volum. 2. Idem voluit Marſil. conſ. 9 num. 25. vbi adducit Alc. conſ. 1. vlt. colum. volum. 2. & idem Marſil. qui plures adducit conſ. 46. num. 31. & diximus in cõcl. 162. in verſ. bannitus. vol. 1.

Secundò colligitur ex hac concluſione, ꝙ qui aliquem patitur pro tutore quatuor menſium ſpatio ſe
4 gerere, tutelam † illi remiſiſſe videtur. ita voluit Soc. iun. conſ. 87. nu. 16. vol. 3. ad quod alleg. l. quæritur. §. pen. ff. de ædil. edi. & auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler. Ang. & Sal. in auth. matri, & auiæ. vlt. q. C. quando mul. tut. off. fun. poſ.

Tertiò infertur, quod ſi quis geſſit ſe pro Locumtenente alicuius ſuperioris ſciente, & patiẽte ipſo ſupe-
5 riore, videtur † tacitè illi mandaſſe, vt ſe pro Locumtenente gereret. ita ſcripſit Guliel. de Cun. in l. 1. in prin. de exerci. act. vt refert Alex. d. cõſ. 1. vlt. col. vol. 2. & voluit Inn. in cap. ex parte decani. in prin. de reſcrip. & in c. in noſtra. de procu. Arch. in c. qui ad agẽdum. de procu. in 6. Marſ. conſ. 9. nu. 26.

Quartò infertur, quod quando locus longo tẽpore ſciente, & patiente Epiſcopo pro Eccleſia habitus, &
6 cultus eſt, præſumitur † eius conſenſus interueniſſe. Archid. in cap. nemo de conſecratio. diſtinct. 1. quem ſequitur, & refert Socy. conſ. 270. incip. conſideratis. col. 2. in fin.

Quintò dicit Bal. in l. 2. verſ. illa regula eſt vera. C.
7 quæ ſit lõg. conſue. quod patientia Principis † habet vim priuilegij, ſeu confirmationis, quem referendo ſequitur Marſ. ſing. 77. nu. 5. & conſ. 46. nu. 32. ubi plures ad id adducit.

Sextò infertur, quod quando liber rationum alicuius, in aliquo nomine repetitur cancellatus, cum eo ſciente, & patiente ſic diu permanſerit præſumitur
8 † cancellatus eius conſenſu, & ab eo, qui cancellare potuit. ita conſulendo uoluit Abb. conſ. 7. tria circa primum. 4. uerſ. ex ſecundo capite, lib. 2. arg. c. 1. de frigid & malef. & l. fi. C. de his, qui à non domino ma. Namque ut idem ibi ſcribit imputandũ eſt ei, qui in perniciem ſuam geſta, patientia, & taciturnitate firmauit, & alleg. c. cum olim iuncta gl. & d. Inn.

Septimo infertur, quod licet ſtante ſtatuto, quòd creditor poſſit facere capi debitorẽ ratione ſuſpicionis: primo debet intelligi, ut locum habeat, qñ ſuſpicio de nouo poſt contractum debitum ſuperuenit, ut uoluit Bar. in l. fi. C. de ſponſa. Secundo quod licet dicta cauſa ſuſpicionis emerſerit poſt contractum debitum: ſi tamen poſtquam creditori hoc notũ fuit ipſe
9 tacuit † per multum tempus, antequam petierit dictã licentiam faciendi eum capi, ſibi imputetur, quia nõ poterit poſteà facere eũ capi: quaſi videatur propter illam patientiam, & taciturnitatem eius perſonam approbaſſe licet ſuſpectam. ita uoluit Ang. in l. ſi arbitro. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. ad quod allegat. tex. in l. ſi creditores. ff. de priuil. credi. & eum referẽdo ſequitur Marſ. ſing. 284. tolle moras. nu. 1. & 2. ubi etiam ex iiſdem Doct. comprobat tempus, quo quis renunciaſſe
10 uidetur † eſſe iudicis arbitrio relinquendum. hoc idẽ ſenſit Io. Bap. de Caccialup. in tract. ſuo de deb. ſuſp. & fugi. in 15. col. poſt prin. & dicit hoc eſſe ualdè notandum, & dicit etiam fuiſſe de mente Iac. Butt. in d. l. ſi creditores. ff. de priuil. cred. & Maria. Soc. in commento. ſuo de dila. car. 41. col. 1. art. 20. q. 28. uer. 3. exigitur, & dicit eſſe perpetuo menti tenendum.

Octauò infertur, quod licet mulier incipiente ma-
11 rito uergere ad inopiam poſſit petere dotem, ſi † tamen per decem annos non petijt, ſi ſciuit, & paſſa eſt, non poteſt amplius petere dotem. ita uoluit Raph. Cuman. conſ. 93. nu. 1. ubi ad id allegat. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot.

Nonò infertur, quod ſi plures fratres habeãt hæreditatem communẽ, & filiæ unius detur dos nemine
12 contradicente, cenſentur † fratres portionem ſuã donaſſe, ita decidit Dec. conſ. 66. nu. 4. uerſ. 7. principaliter, ubi ad id alleg. Io. de Imo. in quodam ſuo conſil. incip. in caſu præmiſſo. in 4. dub.

13 Decimò infertur, quod qñ ſtatutum † fit à Principe, & ſubditi eo ſciente, & patiente ſtatutum non recipiunt, imo contrarium eius diſpoſitioni ſeruatur, ſtatutũ illud non ligat: præſumitur enim Princeps conſentire,

ſentire,

ſentire, vt voluit Fran. de Are. conſ. 11. nu. 4. verſ. ſed
oſtenditur ex 2. capite, vbi ad id alleg. Card. in c. 1. de
treug. & pa. & Imo. Abb. qui allegãt text. in c. qui op-
time. §. 1. 4. diſt. & quod no. in c. cum olim. de cler. cõ-
iug. gl. in c. de libellis. 2. diſt. idem voluit Ant. Butr. in
c. quia circa de conſanguin. & affinit. vbi dicit, quod
quando lex non recipitur ſciente, & patiente ſuperio-
re, talis lex non ligat, quia ex patientia, & ſciẽtia præ-
ſumitur ſuperior velle illam tollere. quod verum eſt
14 ſi lex non recipiatur à † maiori parte populi, ſecus ſi à
minori parte, quia non debet eſſe in poteſtate mino-
ris partis legem prout ei placuerit obſeruare, vt voluit
Abb. in d. c. quia circa de conſang. & affin. quem refe-
rendo ſequitur ibidem.

Vndecimò inferri poteſt, & pendet ex ſupradicta
15 concluſ. quod † patientia purgat vitium ſolemnitatis
omiſſę Marſ. conſ. 10. nu. 31. quod dicit fuiſſe de mẽte
Pet. de Anch. conſ. 121. incip. ex narratis in facto, in
2. col. vnde ſi extat ſtatutũ, quod filius non poſſit cõ-
trahere ſine expreſſa licentia patris, ſi filius vẽdit mi-
16 hi † ſciente, & patiente patre, cenſetur licentia inter-
ueniſſe. ita Marſ. in d. conſ. 10. nu. 28. & dicit hoc fuiſ-
ſe de mente Bal. in l. ſi filius. de peti. hæred.

Duodecimò infertur, quod ſi notarius condemna-
17 tus de falſo, vel ille, qui non eſt notarius fecerit † in-
ſtrumenta ſciente, patiente, & non prohibente ſupe-
riore illo, ad quem aliàs ſpectaret correctio notario-
rum, illa valent.

Decimotertiò infertur, quod conſuetudo longiſſi-
mi temporis tolerata per ſuperiorem monaſterij ex-
18 cuſat † contrauenientes regulæ etiam in his, quæ ſunt
de præcepto ipſius regulæ. ita Fel. in c. nam concupi-
ſcentiam. in 4. col. nu. 12. de conſti. quod tamẽ Abb.
in c. relatum. nu. 8. ne cler. vel mona. reſtringit, dum-
modo non ſit in his, quę ſunt de ſubſtantialib. de qui-
bus vide per eundem Abb. in c. cum ad monaſteriũ.
de ſta. reg. & in c. Deus, qui. de vi. & hon. cler.

Decimoquartò infertur, quod ſi procurator exce-
19 dit fines mandati domino ſciente, & patiente, † præ-
iudicat domino. ita Barb. in c. cum olim. el 1. in 4. car.
col. 1. de offic. deleg. quem referendo ſequitur Marſ.
d. conſ. 10. nu. 20.

Decimoquintò infertur, quod ſi quis mouet cauſã
in iudicio ad me ſpectãtem, & ego ſcio, & patior mi-
20 hi pręiudico, quia videor † ſibi dediſſe mandatum. ita
Rom. conſ. 170. incip. ſciebant per doctr. no. Innoc. in
c. ex parte decani. de reſcript. & in c. cum olim Abb.
de offic. deleg Bart. in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de ex-
cept. rei iud. Bal. in l. licet. C. de procur. Rom. in l. quę
dotis. col. 12. verſ. item in quantum. ff. ſol. matr. Alex.
conſ. 157. viſo inſtrumento. nu. 12. lib. 2. Barba. conſ.
6. ſcriptum eſt. col. 1. verſ. facit in ſimili lib. 1. & conſ.
70. præclarè. col. 3. verſ. 3. præmiſſo. lib. 2. vbi dicit hãc
* eſſe * communem opinionem, & ideò dixit Bal. in l.
executorẽ. C. de execu. rei iud. col. 4. quod dicitur ſatis
21 conſtare de mandato † vicegerentis, quando ipſe vi-
cegerẽns facit officium ſciente, & patiente ſuperiore,
vel eo, qui præeſt tali.

Decimuſextò infertur, quod licet non valeat lau-
22 dum latum † non præcedente compromiſſo, vt habe-
tur in c. examinata. de confir. vtil. vel inutil. vt voluit
Bal. in tit. de pa. Conſtan. in verb. ſententiæ quinto, &
eſt de mente Sal. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. in 15.
quæſt. ff. pro ſoc. tamen ſi arbiter in tali laudo dicit,
viſo compromiſſo in nos facto partibus præſentibus,
23 & patientibus, valet † tale laudum, licet non pręceſſe-
rit aliquod compromiſſum. ita dixit Marſ. in d. conſ.
10. nu. 32. de mẽte Io. de Imol. poſt Ang. in l. ſciendũ
circa ſi ff. de verb. oblig.

Decimoſeptimò infertur, quod ſi procurator fecerit
24 incidere † dominum in pœnam, licet non habeat le-
gitimum mandatũ, tamen ſi dominus ſcit, & patitur,
patientia habetur loco mandati. ita Bald. in l. 2. ff. de
no xa. quem refert, & ſequitur Marſ. in dicto conſ. 10.
num. 33.

Ampliatur prima concluſio, vt procedat maximè
25 cum de alicuius fauore agitur † tunc enim præſens, &
tacens habetur pro conſentiẽte, vt not. per gl. & alios
in l. qui patitur. ff. man. quod etiam ſenſit gloſ. in c. is,
qui tacet. de reg. iur. in 6. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus.
C. man. Bar. in quæſtio. mulier habens, verſ. 5. proba-
tur. Capra. concluſ. 55. nu. 10. & 11.

Ampliatur ſecundo, vt multo magis procedat cõ-
26 currente † contumacia alicuius: veluti ſi citatus aliqs
non compareat, habetur enim pro conſentiente, l. nõ
alienum, & l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. act. c. fi. de
iuram. calum. c. ſi poſt præſtitum de confeſ. lib. 6. glo.
in d. c. is, q tacet. l. 1. §. pœna. vbi gl. & Bart. ff. de liber.
agno. Capra. ſup. alleg. concl. nu. 5. & 7.

Ampliatur tertio, vt procedat etiã in procuratore
27 qui excedit fines mandati: nam dominus † ſciens, &
patiens videtur conſentire Fel. in c. fraternitatis. col.
4. de teſtib. & in c. 1. extra vt lit. nõ conteſt. Ruin. cõſ.
35. nu. 12. vol. 1. Iaſ. in l. ſi procurator. col. pen. circa
med. ff. de cond. indeb. & vide hanc materiã latè exa-
minatam infra in verbo, purificatio, & ſup. in 14. illa.

Ampliatur quarto, vt etiam procedat in metu: nã
28 longa † patientia facit præſumi rem ſpõtè factam, &
metum purgat. Bal. in tract. ſcilma. quę poluit in rub.
C. ſi quis aliquem teſta. prohib. Soc. conſ. 219. num. 8.
Bald. in l. 2. C. quod met. cau. quos refert ſequiturque
Pariſ. conſ. 10. nu. 60. vol. 1. & hinc Marſ. in ſing. 284.
29 in fi. dixit, quod patientia † per lapſum longi tempo-
ris præſumitur conuerſa in conſenſum.

Limitatur primo concluſio, vt nõ procedat in his,
30 quæ requirunt ſcripturam: nam in eis taciturnitas, &
patientia non inducunt conſenſum. ita limitat Iaſ. in
l. 1. 18. col. verſ. item per prædictam communem cõ-
cluſionem. C. de iure emphy. & in l. 2. 49. col. eodem
tit. quem referẽdo ſequitur Marſ. ſing. 330. ſi bene ſis
memor. nu. 2. & generaliter in iis, quæ requirunt ex-
preſſum conſenſum, & actũ verum; conſenſus ex ſola
31 patientia † non præſumitur. cap. cum pro paruulis. de
conſecr. diſtinct. 4. glo. in d. c. is, qui tacet. & in cap. r.
27. diſtinct. Bal. in l. licet C. de iur. delib. Capra ſupra,
citat. regul. nu. 45.

Limitatur ſecundo nõ procedere in ijs, quæ præiu-
32 dicium afferunt: in † ijs etenim regulariter ſciens, &
patiens non habetur pro conſentiente, vt voluit glo.
in l. qui patitur. ff. mand. l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de
procu. Alex. conſ. 34. nu. 8. lib. 7. & conſ. 180. nu. 4. eo-
dem vol. & conſ. 162. nu. 9. eo. lib. vbi plus dicit, quòd
33 in actu partim † oneroſo, partim vtili ſcientia, & pa-
tientia non inducit conſenſum, Ceph. conſ. 135. nu.
29. Rom. conſ. 111. nu. 3. not. per gl. & Dyn. in cap. is,
qui tacet. de reg. iur. in 6. Inn. in c. in Geneſi. de elect.
Bal. in l. ſi ſine. C. ad Velleian. Saly. in l. inuitus. C. de
procur. Innocen. Hoſtien & Ioan. And. in c. Cumana.
de elect. & Archid. in cap. diaconi. 18. diſtinct. l. qui
vas. §. verare. & l. pen. ff. de fur. Sublimitatur hęc limi-
34 tatio, vt non procedat † in ijs, quæ ſunt modici præiu-
dicii. Nã in ijs conſenſus ex patientia, & ſcientia prę-
ſumitur, vt no. in l. pen. C. commu. diuid. no. gl. & Bar.
in l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. & no. idem Bart. in
ſua diſput. quæ incipit quædam mulier. gloſ. Dyn. &
Bar. in l. 2. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. & no. in c. perue-
* nit. de cenſi. & eſt * communis opin. vt teſtatur Alex.
conſ. 113. nu. 9. lib. 4. & id ſcribit etiam Bart. in l. quæ
dotis. poſt nu. 20. ff. ſolut. matr.

Sublimitatur ſecundo, vt non procedat, quando cũ
35 patientia, † & ſcientia concurreret titulus: nam licet
patiens rẽ ſuam poſſidere non videatur conceſſiſſe ti-
tulum: tamen ſi ille poſſeſſor haberet titulum aliũdè
ex patientia domini præſumeretur conſenſus. l. ſi fi-
lius. C. de peti. hær. l. ſi non aliena. verſ. ſed nõ adiecit.
ff. de acq. poſſ. & tradidit Alex. conſ. 223. nu. 9. vol. 4.

Sublimi-

Digitized by Google

Sublimitatur tertio, vt non procedat fauore pupil-
36 li: nam fideiuſſor tutoris, † qui patitur ſcienter nomẽ ſuum ſcribi apud acta, etiam ſi non expreſsè dicat ſe conſentire velle, tamen fauore pupilli obligatus erit, vt voluit Rom. conſ. 313. nu. 3. vbi ad id alleg. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſor. tut. & idem voluit gl. & Dyn. in d. reg. is, qui tacet de reg. iur. in 6. Capra ſupra cit. reg. 55. nu. 18. vbi preterea ad id adducit D. Nicolaum in cap. nonne de præſump. & teſtatur hanc eſſe * communem opinionem.

Sublimitatur quarto non procedere fauore reipublicæ: nam ſi filiusfam. tacente, & patiente patre, decurio creatur, ſi non proteſtetur, & diſſenſum expreſ-
37 ſum oſtendat, conſentire præſumitur, † & tenetur ad vniuerſa munera iniũcta ipſi filio. l. 2. ff. ad municip. l. honores, circa fi. ff. eodem tit. Bar. in l. inuitus. ff. de procur. idq; voluere Rom. d. conſ. 313. nu. 3. & Capra ſupracit. concluſ. 55. nu. 17. & quoniam ſumus in materia, quando pater conſentire videatur in eis, quæ aguntur per filium, alium etiam caſum referre habeo ad noſtrum propoſitum valdè pertinentem. Nam ſi filiusfa. tutor, detur patre præſente, tacente, & patien-
38 te, † obligatur inſolidum pro tutela filij, niſi proteſtetur, & contradicat. l. filiusfamil. ff. de tute. & ibi gloſ. Bart. in d. l. quæ dotis verſ. fallit fauore pupillorum. ff. ſol. matr. & in l. 4. §. vlt. de fideiuſſori. tut. idem ſenſit Imo. in d. l. quæ dotis, & gl. in l. ſi procurator. §. fi. ff. de iure fiſci, quam * communiter approbari dixit Capra noſter d. concluſ. 55. nu. 21. vbi ſoluit ea, quæ in contrarium allegantur.

Sublimitatur quinto non procedere fauore Eccle-
39 ſiæ, & cuiuſcunq; piæ cauſæ. Nam tunc tacẽs, † & patiens habetur pro conſentiente auth. ſi ſeruus ſciente. C. de epiſc. & cler. c. ſi ſeruus ſciente. 54. diſt. Rom. d. conſ. 313. nu. 4.

Sublimitatur ſexto non procedere limitationem,
40 quando aliquis † in celebratione, aut contractus, aut actus huiuſmodi proteſtaretur, & diceret aliquid per quod intenderet ius partis diminuere, tunc enim altero tacente, & patiente in contractu opponi, conſẽſus illius præſumitur. gl. ord. in l. fi. §. item ſi prædixerit, in verbo conſenſerunt. ff. nau. caupo. & ſtabu. & in l. ſi fideiuſſor. in verbo, recuſare. ff. q ſatiſd. cog. Rom. d. conſ. 113. nu. 4. ad fin.

Sublimitatur ſeptimo non procedere limitationẽ,
41 quando alienaretur res ſibi pignorata. Nam tũc † tacens, & patiens id fieri cenſetur conſentire, & pignus remittere. l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pig. & ibidem gl. arg. l. fideiuſſor, la 2. §. pater. ff. de pignori. & ibi gl. & in l. Caius. ff. de pign. act. & in l. ſæpè. ff. de re iudic. Capra ſupracitata concluſ. 55. nu. 14. Qua de re diximus in concluſ. pignus.

Sublimitatur octauo nõ procedere in patiente ali-
42 quid fieri † doloſè, & contra leges, vel per contumaciam. Nam tunc in eius præiudicium pro conſentiẽte habetur, qui dolo, vel contumaciter patitur, & tacet, Bar. in d. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimon. Bal. in d. cap. is, q tacet. de reg. iur. in 6. facit l. ſi fine. C. ad Velleian. l. non alienum, & l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. act. c. fi. de iuram. calum. c. ſi poſt præſtitum, de confeſ. lib. 6. ibi Io. And. in gl. & Hoſt. & Archid. glo. in d. cap. is, qui tacet. c. ſi fortè. 65. diſtinct. l. 1. §. pœna, vbi glo. & Bar. ff. de liber. agnoſcen. Capra ſupra citat. loco numer. 16. vbi præterea allegat Dom. Nicolaum in cap. nonne de præſumptio.

Sublimitatur nono, vt non procedat in re cõducta
43 ad certum tempus. Nam ſi finito tempore † conductor, & locator patiantur locationem locum habere, & taceant, tacitè videntur in aliam locationem conſentire. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, & ibi gl. Bar. & alii. gl. in d. c. is qui tacet, & * cõmuniter hoc teneri teſtatur Capra ſup. cit. loco, nu. 8.

Sublimitatur decimo non procedere, quando præ-
44 ter patientiam adiungeretur † etiam alius actus, quia tunc præſumitur conſenſus etiã in præiudicialiſſimis. Bar. in l. quominus. §. Iulianus. ff. rem rat. hab. Imo. in c. cum olim. de offi. deleg. Dom. Nicol. in d. c. nonne, de præſumptio. quem alleg. Capra ſupra cit. loco, vbi etiam teſtatur hanc eſſe * communem opinionem, quam etiam tenuit Alex. conſ. 131. nu. 4. & ſeq. vol. 2. Soc. iun. conſ. 46. nu. 5. verſ. nec obſtat, vol. 2.

Sublimitatur vndecimo non procedere, qñ coniũctus ſanguine ageret aliquid: nam conſanguineus
45 † patiens id fieri præſumitur conſentire, & ratum habere id quod propinquus agit. Cyn. in l. inuitus, in 2. lect. & ibi Bar. C. de procu. argum. l. ſi ſeruus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bar. in l. quæ dotis. Bal. in l. ſi fine. C. ad Velleian. & eſt * communis opinio, vt teſtatur Capr. ſupra cit. loco, nu. 31. quod tamen ſublimita
46 nõ procedere in matrimonio † in quo expreſſus conſenſus requiritur, & in conſanguineis, quibus reuerẽtia quædam habetur veluti in patre, vt ibi per eũ poſt nu. 32. vſque ad nu. 39.

Limitatur tertio concluſio, vt non procedat quan-
47 do quis actũ aliter impedire non poterat: tunc † enim tacendo, & patiẽdo illum actum fieri, nemo ſibi præiudicat. Bar. in l. Pomponius. §. ratum. ff. de procur. c. tuis de teſtibus, Alc. in l. deteſtatio. col. 10. ff. de verb. ſignif. gl. in l. Caius. ff. de pign. act. Abb. in cap. peruenit. nu. 8. de empt. & vendit. & Vulpellius cõſ. 14. nu. 13. & conſ. 55. nu. 9. Cur. iun. conſ. 34. num. 5. Soc. iun. conſ. 46. nu. 1. volum. 2. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. l. culpa caret. ff. de reg. iur. l. 1. §. occiſionem ver. hoc ideo. ff. ad Syllanian. l. ſi quis in graui, in prin. eodem tit. l. ſi fundus. §. fin. ff. locati. l. adigere. ff. de iure
48 patro. quibus in locis perſpicuè probatur, † quod culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt, & hanc limitationem * communiter approbatã eſſe dicit Capra d. concluſ. 55. nu. 47. Soc. conſ. 187. in controuerſia, nu. 22. vol. 2.

Limitatur quarto concluſio, vt non procedat, quãdo preiudicium eius qui tacendo aliquid fieri patitur
49 conſiſtit † in iure perſonali: tũc enim adeo verum eſt patientem non præſumi conſentire, vt etiam ſi actum impedire potuiſſet, nihilominus tacendo ſibi nõ præiudicet, vt puta, quando ageretur de liberãdo fideiuſſorem debitoris mei, qui mihi tenetur actione perſonali, tunc enim non præſumor tacendo conſentire: idem eſt in omnibus actionibus perſonalibus, in quibus tacendo quis ſibi non præiudicat. ita voluit Bart. in d. l. quæ dotis. poſt nu. 20. ff. ſol. matrim. quem referendo ſequitur Soc. iun. conſ. 46. nu. 1. vol. 2. & probatur ex l. ſi filiusfamilias. §. inuitum. ff. de procur. gl. in c. 1. 27. diſtinct.

Limitatur quinto non procedere in actu difformi,
50 † puta adminiſtrare bona alterius, percipere fructus, & huiuſmodi. Tunc etenim ex ſcientia, & patientia non præſumitur conſenſus, niſi in iis, quæ ſunt modici præiudicii, & in iis ad quæ iã aliàs erat obligatus. ita declarat Bar. in d. l. quæ dotis. ff. ſol. matr. quem ſequitur referendo Aret. conſ. 159. nu. 5.

Limitatur ſexto, vt non procedat cõcluſio, quãdo
51 quis ſciebat † ius ſuum ſaluũ ſibi remanere: tũc enim patiendo, & conſentiendo non videtur probare, quod agitur: ita declarat ſing. Ruyn. conſ. 161. nu. 38. vol. 1. gl. in l. filiusfamil. §. inuitum. ff. de procur.

Limitatur ſeptimo non procedere, quando actus
52 repugnat † iuris diſpoſitioni: tunc enim patientia nihil operatur, veluti ſi patior, vt quis de re mea teſtetur, mihi enim non præiudico, & qui teſtatur nihil agit. Bal. in c. 1. de prohib. feu. ali. per Lotha. vbi ad id põderat tex. in l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. l. ſicut. §. nõ videtur. ff. quibus modis. pign. vel hypothe. ſoluit. gl. in c. plerunque. 2. quæſt. 7. glo. in l. Caius. ff. de pign. act.

53 Limitatur octauo, vt nõ procedat in actu ſucceſſiuum

ſuum tractum habente, ſi non pluſquam ſemel præſtita eſt patientia. Regula etenim gen. eſt, quod in actibus ſucceſſiuum tractum habentibus non ſufficit patientiam præſtitiſſe à principio, niſi cõtinuata præſtetur. Actus autem ſucceſſiui ſunt veluti gabella, datiũ, & huiuſmodi, qui continuè exercentur, ita voluit gl. quam ibi ſequuntur Bar. & Doct. in l. corruptionem. C. de vſufruct. Bar. in l. 2. §. item in facto. ff. de verbor. oblig. Crot. conſ. 96. nu. 14.

54 Limitatur nono non procedere in furto, & in delictis in quibus regulariter præſens & tacens non habetur pro conſentiente, vt habetur in l. qui vas. vetare. ff. de fur. gl. in d. regula is, qui tacet. de reg. iur. in 6. l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Syllania. & ibi Bart. Capra ſupra cit. locis, num. 56.

Cætera, quę hic de patientia deſiderare potes, inferius in verbo præſcriptio, & ratificatio, commodius explicabuntur.

CONCLVSIO MCLIX.

ARGVMENTVM.

Paupertas quando præſumatur, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pauper quiſque præſumitur niſi probetur diues.*
2 *Diuitiarum qualitas naturæ repugnat, & ideo non creditur niſi probetur.*
3 *Mutatio non præſumitur.*
4 *Qualitas diuitiarum requiſita à lege, vel ſtatuto debet probari ab eo qui in illa ſe fundat.*
5 *Paupertas quando eſt fundamentum intentionis alicuius ab eo eſt probanda.*
6 *Fundamentũ intentionis ſuæ, etiam ſuper negatiua quiſq; probare debet.*
7 *Excipiens ſe eſſe pauperem, onus probãdi diuitias transfert in aduerſarium.*
8 *Pauper quis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
9 *Alimenta legata ſcholari pauperi, debentur ſcholari habenti centum in bonis.*
10 *Dos legata pauperibus puellis, debetur etiam puellæ, quę ex artificio ſuo viuere poteſt.*
11 *Teſtes de paupertate deponentes, debent de cauſa ſcientiæ interrogari.*
12 *Lex vbi definit aliquem dici pauperem, ceſſat iudicis arbitrium.*
13 *Pauper is dicitur qui non habet, quomodò ſecundũ dignitatem ſuam, & gradum viuere poſſit.*
14 *Paupertas ex qualitate perſonarum æſtimanda eſt.*
15 *Paupertas probatur ex eo, quod quis non habeat in bonis centum aureos, vel ad minus, quinquaginta.*
16 *Pauper dicitur, qui non habet vnde ſoluat certum debitum, cuius reſpectu contenditur.*
17 *Paupertas probatur, ex eo quod quis oſtiatim victũ quæritet, & diſcalciatus, panniſque obſitus, eat.*
18 *Scholaris viuens in ducdina paupere ſeu infima, præſumitur pauper.*
19 *Paupertas probatur per famam publicam, qua quis communiter reputatur pauper. Decl. procedere in his, quæ ſunt modici præiudicij. nu. 20.*
21 *Paupertas probatur per famam, ſi fama ſuper qua deponerent teſtes, eſſet coniuncta cum credulitate.*
22 *Teſtes deponentes de fama paupertatis alicuius, vt probent debent dicere, nedum illum eſſe pauperem, ſed manifeſtè eſſe pauperem.*
23 *Paupertas probatur per vicinos, & quomodo debeant deponere, vide ibid nu. 25. & 26.*
24 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
27 *Paupertas probatur ex eo, quod quis refugit ad hoſpitale.*
28 *Pauperes dicuntur qui decoxerunt, quos vulgo fallitos nuncupamus.*
29 *Pauperes probantur, qui bonis cedunt.*
30 *Paupertas probatur ex eo, quod quis ſolitus ſit pro alijs fideiubere.*
31 *Pauper is non dicitur, qui ſolitus eſt fideiubere pro modica ſumma.*
32 *Paruum æs alienum non inducit ſuſpicionem debitoris, & non poteſt quis capi tanquam ſuſpectus pro paruo debito.*
33 *Pauper probatur is, qui retinet pecunias ſub vſuris.*
34 *Paupertas probatur per diſcuſſionem bonorum mandato iudicis factam.*
35 *Pauper dicitur, qui non habet bona nec artem, ex qua viuere poſſit.*
36 *Pauper non dicitur qui artem habet ex qua poſſit ſe ſuſtentare.*
37 *Pauper non dicitur qui habet propinquos, qui illi alimenta præſtare tenentur.*
38 *Puella quæ non habet vnde dotetur, etiam ſi ex artificio ſuo viueret, pauper dicitur, & dotem puellis pauperibus legatam conſequitur.*
39 *Paupertas probatur per teſtes, & quomodo deponere debeant.*
40 *Paupertas probatur, ſi quis aſſerat ſe tantum certa bona, puta fundum, vel domum poſſidere: nam qui plura bona eum habere dicit, debet probare.*
Etiam ſi ageretur de magno præiuditio, vt ibidem nu. 41.
Decl. id procedere quando pro paupere eſſet aliqua præſumptio, vt ibid. nu. 42.
43 *Pauper is dicitur, ad hoc vt à teſtimonio repellatur, qui nõ habet bona, quæ ſunt ea de quib. eſt controuerſia.*
Quod tamen iudicis arbitrio relinquitur, vt ibid. nu. 44.

1 Pauper quiſque præſumitur † niſi probetur contrarium. l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. vbi gl. Bar. Paul. Caſtr. & reliqui præcipuè Ang. Sal. in l. actor. C. de probat. & nos copioſè ſuperius explicauimus. concluſ. 525. vol. 1. Herculanus in tract. de proban. negat. num. 12. & 13. Aret. in conſ. 66. vlto puncto. col. 3. nu. 8. rationem aſſignans,
2 quia qualitas diuitiarum † eſt regulariter repugnans naturæ, & ideò non creditur niſi probetur, eo etiam quia qui diuitias aſſerit in aliquo præſupponit mutatio-
3 nẽ de eo, quod naturaliter euenit, & mutatio † non præſumitur niſi probetur ita Papinianus reſpondit in l. 3. ff. de probat. & ſummus Pontifex in c. maiores, de baptiſ. & nos latè ſup. in concl. 1078. vol. 2.

Ampliæ, vt tanto magis procederet ſi quis niteretur ex aliqua † diſpoſitione, lege, & ſtatuto quæ fundaret ſuper diuitijs: nam tunc tanto magis paupertas præſumeretur, donec de diuitijs conſtaret, nec poſſet ſequi legitima condemnatio, niſi perfectè qualitas diuitiarum requiſita à ſtatuto, & diſpoſitione probata fuiſſet, cũ talis qualitas expreſſa ab illa diſpoſitione principaliter dicatur cauſa actionis. ita Cyn. & Bal. in l. 2. C. de probat. Marſ. in l. ſi quis. ff. de quæſtio. & in rubr. C. de probat. nu. 436. & ſeq. vbi plenè infinitos allegat, quos in terminis adducit, & ſequitur Bertazol. conſ. 244. num. 3. in crimin. & nos latè infrà in concluſio. qualitas.

Limitatur concluſio, vt non procedat, quãdo paupertas † eſſet fundamentũ intentionis alicuius, puta, quia vellet admitti ad legatum factũ pauperibus: tũc enim abſq; probatione pauper nõ præſumitur. Nam vt eleganter diſtinguit Accurſ. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei, cui adſtipulantur ibi ſcriptores omnes. Cum quis diuitem ſe dicit, paupertas præſumitur: quãdo autem pauperem ſe eſſe quiſpiam affirmat, vt aliquid conſequatur, nequaquam pauper exiſtimatur, niſi id probationibus perſpicuum reddat. Quam ſententiam cõprobant præterea Bal. in l. 4. C. quan. fiſc. vel priua. & in cap. ſi. col. 1. de præſump. Innocen. & alij in cap. ſuper

ſuper his de accuſat. Cald. conſ. 10. de prob. Natt. cõſ.
343. nu. 3. vol. 2. & conſ. 358. num 7. & 8. eodem vol.
Afflict. deciſ. 377. vlt. col. Alexan. conſ. 118. 4. col. vol.
2. Ruyn. conſ. 81. num. 2. vol. 2. Ang. conſ. 270. vlt. col.
Lauren. Syln. conſ. 2. nu. 66. Rol. à Val. conſ. 20. num.
19. col. 2. & rationẽ huius diſtinctionis reddit Afflict.
6 deciſ. 377. nimirum, quia † fundamentum ſuæ intentio-
nis quiſque probare tenetur etiam ſi ſit fundata ſuper
negatiua, & alleg. Abb. in c. bonæ, de elect. Alex. cõſ.
392. vol. 1. & conſ. 83. 1. col. eo. vol. 5. hoc idem ſentit
Alb. in l. ei incumbit. col. vlt. nu. 8. ff. de probat. & in l.
ſi creditores. ff. de priuileg. cred. Bal. in l. non prius, in
prin. l. quando fiſc. vel priuat. & in c. vlt. extra de præ-
ſumpt. vbi maximè commendat gloſ. in d. l. ſi vero, &
conſ. 304. non eſt nouum, col. 2. verſ. Reſpondeo iſta
probatio. vol. 1. Anch. conſ. 5. pro parte nobilis, col. 1.
in fi. Bolog. conſ. 59. col. pen. Bertaz. conſ. 249. nu. 1.
* vbi de * communi teſtatur.

Sublimitatur, vt non procedat limitatio, quando
7 quis adduceret † paupertatem excipiendo, vt puta, ſi
quis ageret contra aliquem tanquam cõtra diuitem,
& ille exciperet de paupertate: nam ſatis paupertas
probata dicetur ex quo excipiendo deducitur cõco-
mitante legis præſumptione; vt conſultus reſpondit
Bertaz. conſ. 249. in crim. nu. 1. & qui negat paupcrta-
tem, tanquam fundamentum ſuæ intentionis addu-
* cendo diuitias, illas probare tenetur ſecũdum * com-
munem ſententiam Doctorum, de qua teſtatur idem
Bertazo. ibidem ex mente Alex. in l. in illa. col. pen.
ff. de verb. obl. & nos ſupra dicta concluſ. 525. & con-
firmat optimè Fabia. Pep. in d. auth. præterea. nu. 75.
ſub verſ. & adde etiam.

Quoniam igitur, vt iam diximus, Paupertatẽ alle-
ganti probandi onus incumbit, ordine ſequitur, vt vi-
deamus, quemadmodũ Paupertas probari poſſit, ve-
rum quoniam ex regionum, perſonarum, & temporũ
qualitate diuitiæ æſtimantur, difficilè admodum eſt
certam, ac definitam huiuſce rei regulã cõſtituere, &
* idcirco magis * communiter in eam ſententiam itum
8 eſt, vt id totũ † iudicis arbitrio relinquatur, huius opi-
nionis fuit Accurſ. in auth. præterea. C. vnde vir, &
vxor. quẽ ſequitur Bar. in l. ſi conſtante. nu. 14. ff. ſolut.
matr. & Ang. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd.
cog. Bald. in l. vbi adhuc, col. antepen. C. de iure dot.
vbi etiam id aſſerit Bart. remittens ſe ad ea, quæ dicit
in d. l. ſi conſtante. Idem voluit Ruyn. conſ. 55. nu. 5.
* vol. 2. Iaſ. in d. l. ſi conſtante. num. 143. vbi de * cõi opi-
nione teſtatur, & ibidem etiam Alexan. not. per DD.
auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. & tenet idẽ Alex.
conſ. 91. num. 3. vol. 7. Gaſpar. Vallaſc. in l. imperium
nu. 264. ff. de iuriſdict. omn. iud. Crot. in d. l. ſi conſtã-
te. num. 14. ff. ſol. matr. & ibidem Bal. Nouel. num. 38.
Calcan. conſ. 8. col. 9. vbi adducit Arch. in c. ſi pater.
* de teſt. in 6. & * communem dicit Bald. in auth. præte-
rea, nu. 4. C. vnde vir, & vxor. vbi etiam id latè confir-
mat Fabia. Pep. nu. 72. verſ. circa ſecundam gl. Ruyn.
conſ. 55. nu. 5. vol. 1. Fel. in c. ſi quis teſtium. nu. 12. de
* teſtibus Soc. in conſ. 30. lib. 4. col. 3. * communẽ dicit,
cui ibidem ſubſcribit Corn. Didac. Couar. qui etiam
* * communem dicit, variar. reſolut. cap. 6. lib. 7. num. 8.
Debet autem iudex non ſolum inſpicere quantum
habeat in bonis is de cuius paupertate agitur, ſed etiã
ſi ſit ſufficiens ad factum de quo agitur. Nam licet
ſcholaris habeat centum in bonis, tamen nondũ di-
9 citur ſufficiens ad ſtudẽdum, qua propter † legatis ali-
mentis ſcholari pauperi, ei debentur, vt voluit Alex.
conſ. 36. vol. 7. l. paupertas, & ibi notantur. ff. de excu-
ſat. tuto. Bartol. in d. l. ſi conſtante. cum cæteris quos
10 alleg. eodem loco Alex. Itẽ licet puella † ex artificio
ſuo ſibi poſſit victum comparare, nõ tamen dicetur
diues, & habebit dotem legatam pauperibus puellis.
Bald. in l. paupertas. ff. de excuſ. tut. & aduerte etiam
quod officium iudicis eſt non ſolum interrogare te-
11 ſtes, † an quis ſit pauper, ſed etiam debet interrogare
de cauſa ſcientiæ ita voluit Bald. in d. auth. præterea.
C. vnde vir, & vxor.

Limitatur tamen hoc non procedere, quod ſit in
arbitrio iudicis, quãdo lex definiret aliquem caſum,
12 in † quo velit aliquem dici pauperem, vel diuitem, ita
voluit Bar. in d. l. ſi conſtante. in prin. in 2. q prin. par.
Bald. in auth. præterea. nu. 4 C. vnde vir, & vxor. Ang.
in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. gl. in d. auth.
* præterea, ac ibid. Fabia. Pep. nu. 76. vbi * communem
dicit. & confirmat. num. ſequen. Ruyn. conſ. 55. nu. 5.
vol. 1. & nouiſſimè id tradidit elegãtiſſimus Menoch.
de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 65. vbi plures congerit, quos
hic non referentes, quia ex eo ipſo faciliimè peti
poſſunt.

Quamuis autem iudicis arbitrio diſcerni oporteat,
qui pauperes ſint quiuè diuites, tamen pleroſq; caſus
referre nõ abre exiſtimauimus, qui ab auctoribus iu-
ris ciuilis varijs in locis referuntur, ex quibus quandã
regulam ad iudicandum optimus, ac religioſus iudex
accipere poſſit, & videre quid in hac re eum cõueniat
arbitrari.

13 Primò igitur pauper probatur † is non ſolum qui nõ
habet vnde viuat, ſed etiam qui non habet quomodo
ſecundum dignitatem ſuam, & gradum viuere poſſit.
14 Nam cum † ex qualitate perſonarum paupertas æſti-
manda ſit, vt tradunt DD. in d. l. ſi conſtante. Vir no-
bilis, & primarius etiam ſi ducentum, aut quadragin-
ta habeat in bonis, non tamen diues dicetur, licet ru-
ſticus, qui illa bona poſſideret diues diceretur. Nam
ex illis non habet tantum, vt dignitatem ſuam tueri
poſſit. l. nepos. Proculo ff. de verb. ſignif. Bal. in l. ſi qs
ad declinandam, col. 2. verſ. circa. 3. C. de epiſcop. &
cler. Bar. in d. l. ſi conſtante. faciunt no. per glo. in l. in
condemnatione. ff. de reg. iur. & in l. ſed ſi ſuſceperit.
§. 1. ff. de iud. Bal. in l. 1. C. quod cum eo. Ang. & Imo.
in l. Neſennius. §. fi. ff. de re iud. Alex. in l. ſi maritus.
ff. ſolut. matrimon. & in conſ. 37. conſultus ſum. nu. 1.
vol. 7. Crauet. conſ. 119. col. 1. & 2. Bertazo. conſ. 227.
nu. 21. in crimin. Aret. conſ. 17. conſideratis diligẽter.
in 5. dubio, quem refert, & ſequitur Nat. conſ. 590. nu.
14. vol. 3. Hoc autem caſu inſpici debet quantum ex
fructibus redigi poteſt, vt voluit Bal. in l. fin. §. ipſum
autem per illum text. C. de bon. quæ lib. & Bart. in l. q
bonis. C. de ceſſ. bonorum. Iaſ. in d. l. ſi cõſtante. num.
144. Ruyn. conſ. 55. nu. 5. vol. 1. & nouiſſimè per eru-
ditiſſimum Menoch. vbi ſupra, qui plures adducit au-
thoritates, hanc comprobantes ſententiam.

15 Secundò paupertas probatur ex eo, † quod quis nõ
habeat in bonis centũ aureos, vel ad minus quinqua-
ginta. l. nonnulli. ff. de accuſat. Bart. in l. qui accuſare,
1. no. ff. eodem tit. §. ſed noſtra, cum gl. In inſt. de ſuc-
ceſſ. liber. gl. in auth. de exhib. reorum. §. fin. in verbo,
paupertas, & reliqui in d. l. ſi conſtante, Ruyn. cõſ. 81.
nu. 3. vol. 5. Calcan. conſ. 8. col. 9. Alex. in l. imperiũ,
nu. 261. ff. de iuriſdict. omn. iud. quod non tamen ita
intelligendum eſt, quod ſi quis excedat centũ aureos
is diues dicatur, ſed quod ad minus vnuſquiſque qui
diues dici velit, etiam ruſticus, & ignobilis eam ſum-
mam poſſidere debeat. Nam homo nobilis, etiam ſi
centum aureos excedat, non tamen diues dicetur, vt
declarat optimè Menoch. ſup. cit. loco.

16 Tertiò probatur paupertas ex eo, † quod quis non
habet vnde ſoluat certum debitũ cuius reſpectu con-
tenditur, Auth. de fideiuſſorib. §. ſed neque Bald. in d.
auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. Iaſ. & ibi. Fabia.
Pep. nu. 74. in d. l. ſi conſtante. nu. 145. Ang. in d. l. ſi
vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cogan. Alex. conſ. 91.
nu. 4. vol. 7.

17 Quartò probatur ex eo, quod quis † oſtiatim victũ
quæritat. & diſcalceatus, ſquallidus, panniſq; obſitus
eat, Bald. & Ang. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei. Cano. in
c. Odoardus de ſolu. Iaſ. in d. l. ſi conſtante, Iaſ. num.
146. poſt

146.poſt Alex.in d.conſ.37. qui loquitur in ſcholari,
18 † qui debiliter, & humiliter indutus incedebat, & qui viuebat in duodena,vt ipſe loquitur paupere, ſeu infirma,tanquam pauper, dicens ex hoc ſatis dici paupertatem, quam probationem nonnullis corroborat Fab. Pe.in d. auth. præterea. num. 74. verſ. & adde etiam.

19 Quintò probatur paupertas† per famam publicam ex eo, quod quis communiter reputetur pauper. ita ſenſit Bald.in d.conſ.222.vol.1.vbi allegat.l. paupertas.ff.de excuſ.tut.Bart.in d.l. ſi conſtante in princip. in 2.quæſt.ff.ſolut.matrimon.Iaſ.Alex. & reliq. in d. l.ſi conſtante.gl.in d.l.vbi adhuc,vbi Bal.8. col. verſ. Quærit.gl. C. de iure dot. Crauet. conſ. 201. num.46. Oldr.conſ.277.nu.2.Calcan.conſ.8.col.7.Ruin.conſil.81.nu.1.vol.5.aut.præſenti.C.de fideiuſſ. Card. in conſ.77.nu.6.quem ad id allegat,& ſequitur D. Sfor. Oddus in tract.de reſtit.in integ.par.1.q.38.art. 5. nu. 49.verſ.quartum exemplū.Fab.Pep. etiam in d.auth. præterea.num.73.verſ.nam iudex.

Limitatur tamen hoc procedere,quando agitur de
20 modico præiudicio. Nam ſi de magno † præiudicio agatur fama non faciet plenam probationem, ſed tātùm probationis adminiculum, & ideò in arbitrio iudicis erit quatenus paupertas probata ſit. ita voluit Bart.in d.l.ſi conſtante, quem ibi cæteri maximo cōſenſu ſequuntur, nemine penitus diſcrepante, & ita voluit Io.Lup. in c.per veſtras.de don.inter vir.& vx. §.18.num.31.& glo.in d.l. vbi adhuc. C. de iure dot.
* quā * communiter receptam teſtatur Did.Coua.var. reſol.in c.6.lib.2.num.8. & ita etiam limitat. Barbat. conſ.74.num.4.vol.4.Soc.ſen.conſ.30.num.5. vol.4. Ruin.conſ.81.nu.9.vol.5.Bart.in l.1.C.de mend.val. lib.10.Imol.in l.decem in prin.ff.de verb. oblig.

Secūdò limita,& intellige, vt tunc paupertas pro-
21 betur per famam, † ſi fama ſuper qua deponerent teſtes,eſſet coniuncta cum credulitate,idest cum ſcientia loquentium, vt quia idem dicunt, & credunt. ita Bal.in d.conſ.222.num.2. Quando paupertas proba-
22 tur per famam, aduerte quod † teſtes debent dicere non ſolùm quod Titius ſit pauper; ſed etiā quod manifeſtè eſt pauper.ita voluit Bart. in d.l. ſi conſtante, per tex.ibi in verbo,euidentiſſimè, & ſequuntur ſcri-
* bentes * omnes, & latè comprobat Couar. var. reſol. lib.2.c.6.num.8.

23 Sextò probatur † paupertas per vicinos. Alex. in l. 1.9.col. ff. ſi cer. pet. & in d.l.ſi conſtante.num.13.& Ang.in authen.de hære.& fal.§.hinc nobis, vbi dicit hoc modo melius probari, quam vllo alio. Vicinus
24 † etenim præſumit ſcire facta vicini, vt in hoc eodē caſu dixit Roman.conſ.245.vlt.col.ad fi.Debent au-
25 tem vicini deponere, † quod Titius eſt pauper, quia non habet niſi tātùm in bonis,& ſi plus haberet, ipſi ſcirent.hoc in terminis tradit gl.in d.§.hunc nobis,& in l. 1. §. interdicto.ff. de itinere actuque priua.vt eo loco etiam ſcribit Roman. & id etiam tradit gl. in l. 2.C.quan.fiſc.vel priuat. per quem tex.dicit ibi Bart.
26 & reliqui DD. quod † ſi vicinus interrogatus an Titius ſit pauper. & reſponderit ſic, quia ſum vicinus, probat,de quo etiam diximus in d.concl 525. nu. 14. vbi reperies idem eſſe in teſte conſanguineo.

27 Septimò probatur paupertas ex eo,quod quis† refugit ad hoſpitale. l. ſi quis ad declinandum, & ibi Bald.C.de epiſcop.& cler.Iaſ.& Alexan & reliqui in d.l. ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.Alex.in l.qui accuſare.ff.qui ſatiſ.cog.Ceph.conſ.216.num.9.vol.3.Crot. in d.l.ſi conſtante.nu.16.

28 Octauò probantur pauperes,† qui † decoxerunt,& idcirco fugæ ſe committunt, quos vulgo fallitos nūcupamus. l. in fundo. ff. de rei vend.quem text. Ang. ibi ad hoc reputat ſingularem.Rom.conſ. 163. nu 4. Fab a.in d.auth.præterea ſub nu. 75.

29 Nonò probantur pauperes † qui bonis cedunt,Canoniſtæ in c.Odoardus,de ſolut.Alexā. in d.l.ſi conſtante.num.13.

30 Decimò paupertas probatur ex eo, † quod quis ſit ſolitus pro aliis fideiubere.Ang. in l. in perſonam.§. 1.ff.de pact. vbi per hoc dicit cauēdum eſſe à fideiuſſoribus: multos enim fideiubendo perueniſſe ad inopiam, & qui pro alio fideiubet malè vti ſubſtantia ſua.Alexan.idem ſcripſit in d.l.ſi conſtante.num.14. & ibid.Iaſ.num.147.Cotta in memoral. in verſ. fideiuſſ. propriè.

Limita procedere, quando quis ſolitus eſt fideiu-
31 bere pro magna ſumma:ſecus † ſi pro minima ſumma,quia paruum æs alienū non generat ſuſpicionem paupertatis in debitorem.Bal. in d. auth. ſed iam neceſſe, in 1. q. C. de don.ante nup.Cotta in d.memor. ver.fideiuſſor propriè dicitur,Rom.in ſing.97. incip. dic mihi,vbi concludit, quod ex quo æs alienum nō
32 † inducit ſuſpicionem debitoris, non poteſt quis capi tanquam ſuſpectus pro pauco debito.

33 Vndecimò probatur, † quando quis retinet pecunias ſuas ſub vſuris,vt notatur in c.quanto de vſur.gl. in l.2.ff.ſol.matr. Alex.in d.l.ſi conſtante.

34 Duodecimò probatur † per diſcuſſionem bonorū mandato iudicis factam. Bald.in l.quæcunque.C.de ſer.fugit.Ang.in d.l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſd. cog. vbi hunc modum cæteris omnibus meliorē eſſe confirmat.Rom.conſ.163.num. 4.

35 Decimotertio probatur pauper † is, qui non habet bona,& ſimul non habet artem, ex qua ſe alere poſ-
36 ſit.Nam ſi artem † habeat ex qua poſſit vitam ſuſtentare,non dicitur pauper,gl. in l. ſi quis argumentum, in ver.donauerit.C.de don.Crot.in l.ſi conſtante.nu. 17. ff. ſolut. matrim. Calcan. conſ.8.colum.9. Ruin. conſ.81.num.9.volum.5. Nec ſolùm nō dicitur pauper qui habet induſtriam, ex qua poſſit ſibi victum
37 comparare:ſed etiam † qui habet propinquos diuites qui illi alimēta præſtare teneantur.Imol. in c.epiſcopus.col.2.verſ.vlt.poteſt.ibi Dec.in 3.notab.de præb. & colligitur ex dictis per Soc. conſ. 121. lib. 4. col.7. Ang.in d.auth.præterea.Bal.Nouel.tract. de dote.5. par.col.pen.Cephal.hoc ſequitur conſ.216.vol.2.nu.
38 14.& ſequen. Puellæ tamen quæ † ex artificio ſuo viuere poſſunt,ſi non habent vnde dotentur,nihilominus pauperes dicuntur, & idcirco legata dote pauperibus puellis,ipſæ quoque dotem accipient.Bald.in l. paupertas,per illum tex.ff.de excuſat.tut.quem refert Iaſ.in d.l. ſi conſtante.

39 Decimotertiò probatur paupertas† ſi teſtes deponant Titium habere tot bona,puta decem aureos, & ſi plura haberet ipſi ſcirent, nec ſi haberet plus ipſi vllo modo ignorare poſſent propter maximam, & peculiarem patrimonij notitiam.ita voluit glo. ſing. in auth.de hæredibus,& Falcid §.ſi verò adſunt, quā ad id adducit Roman.d.conſ.245.& gloſſ.in l. 1.ff.de itin.actuque priua.quam dicunt ſingularem. Paul.in l.1.ad fi.ff.ſi cer.pet.Lanfranc.de Oria.in c. quoniam contra.num.14 de probat.in c. cum eccleſia Sutrina, num.86.de cau.poſſeſs. & proprieta. Didac. Couarr. Var.reſol.c.6.lib.2.nu. 8.

Decimoquintò probatur paupertas, ſi quis aſſerue-
40 rit ſe tantùm † bona aliqua,puta domum,vel fundū poſſidere. Nam qui eum plura bona habere affirmauerit,probare debebit, ita voluit gl. in l. cum de lege. ff.de prob.quam allegat ad eam ſe remittendo Bar.in l. 1. §. uſuſfructus. ff. ad leg.Falc.& idem opinatus eſt in d.l.ſi conſtante.q.1.ff.ſol.matri.ubi putauit id etiā
41 habere locum †. quando tractaretur de magno præiudicio,& idem ipſe ſenſit in l.fin.§.licentia.C.de iure deliberan.& in l.conficiuntur.§.codicilli.ff. de iure codil.& in l decem,de uerb.obligat. Alexan. in d.
* l.ſi conſtante.num.7. Corneus * communem dicit in l.fin.C.de iure deliberan. & Rip. in d. l. ſi conſtante.
* num.180.ubi * communem dicit,& Alex. in rubr. ff.

de

de oper.nou.nunc.ac Ruyn.conſ.81.num. 3. vol.5.&
conſ.91.nu.11.lib.5.Crot.in d.l.ſi conſtante, nu.34.&
hanc in praxi ſeruari ſcribit Bal. conſ.128.lib.1.nu.2.
Curt.ſen.conſ.27. col. 9. verſ. ſed contra præmiſſam.
Fel.in c.ad aures.num. 4. ad fin.de reſcript. quos citat
Didac.Couar.lib.2.c.6.num.7.variarum reſolut.Ber-
tazol.conſ. 249. per totum.

Limitatur tamen hoc indubitanter verum eſſe, qñ
42 pro paupere † eſſet aliqua præſumptio, vt inuentarij,
vel alterius rei: nam tunc abſolutè procederet dicta
cõmunis ſententia, vt per DD.in rub. ff. de oper.nou.
nunc.Alex.nu.2.Aret.& Iaſ.nu.131.& in l. fi. in §.li-
centia.C.de iur.deliber.Rip.nu.20.Crot.1.lect.nu.9.
Alc.de præſump.reg.3.præſump. 20.nec quemquam
haberet contradictorem:aliàs per talem ſolam aſſer-
tionem nonnulli voluerunt communem ſentẽtiam
non procedere, prout ita declarant Imol. & Alexan.
Aret.Iaſ.Rip.Crot.in d.l.ſi conſtante, & idem Alex.
& Aret.in l.in illa.col.pen.& in l. decem.col. 5. ff.de
verb.oblig.Iaſ. in §.Item ſi quis in fraudem, num.70.
Inſtit.de actio.Soc. iun. conſ. 26. lib.2.Franciſ.Nico-
nit.in d.rub.de oper.nou.nunc.269. cum alijs allega-
tis per Didacum Couar.in d.lib.2.c.6.nu.4. variarum
reſolut. Quos referre noluimus, ne actũ agere videa-
mur, licet non defuerint, qui hanc reſtrictionem non
admiſerint, & hos tuetur Hercul. in tract. de probat.
neg.nu.275.in fi.

Decimoſextò probatur paupertas ad hoc, vt quis à
43 teſtimonio repellatur ex eo, quod † non poſſideat tot
bona, quot ea ſunt, de quibus eſt controuerſia. ita vo-
luit gl. in auth. de hæredibus, & Falcid. §. ſi vero. in
verbo, ſubſtantiam, quę mero conſenſu à cæteris Do-
ctoribus eſt approbata, & eam comprobat Fel. in d.c.
ſi qui teſtium.nu.8.de teſtib.Dec. cõſ. 163.nu.6.Alex.
conſ.15.vol.3.Ruyn.conſ.149.nu.32. & ſequen. vol.
5.Ioan.de Anan.conſ. 78.num. 9. Roman. in l. fide-
iuſſor. qui ſatiſd. cogan. & complures alij præſertim
in d.auth. præterea.C.vnde vir, & vxor. Grat. conſ. 3.
nu.26.vol 2.

Verùm id intelligendum eſt cũ grano ſalis, vt ſcili-
44 cet, id † in arbitrio iudicis relinquatur, vt ſentit Fel.in
d.c.ſi qui.& Didac.Couar.ſup.cit.loco.& Rom.in d.
l.fideiuſſ.ff. qui ſatiſd. cog.

CONCLVSIO MCLX.

ARGVMENTVM.

Pauper in quibus caſibus à teſtimonio repellatur.

SVMMARIVM.

1 *Pauper à teſtimonio repellitur.*
2 *Pauper facilè præſumitur corruptus pecunia propter inopiam, & egeſtatem.*
3 *Diuitiæ ad honeſtatem non parum proſunt.*
4 *Pauper omnia facere præſumitur, vt a paupertate ſubleuetur.*
5 *Mulier ob paupertatem præſumitur copiam ſui facere.*
6 *Pauper præſumitur oppreſſus paupertate ſua, & illi minus creditur, quam diuiti.*
7 *Diues in omnibus pauperi præfertur.*
8 *Pauperes non ſunt teſtes omni exceptione maiores.*
9 *Vſurarius tanquam pauper a teſtimonio repellitur.*
10 *Pauper facilius corrumpitur, quam diues.*
11 *Pauper in criminalibus ſine tortura ad teſtimonium non admittitur.*
Contr.nu.13. Concil.nu.14.
12 *Probationes luce meridiana clariores in criminalibus requirantur.*
15 *Pauper teſtis in criminalibus facit indicium ad torturam.*
16 *Pauper in cauſis ciuilibus arduis omnino à teſtificando repellitur.*
17 *Pauper non admittitur ad teſtificandum in cauſis matrimonialibus.*
Contrarium, ibid.nu. 19. Concil.nu. 21.
18 *Matrimoniales cauſæ requirunt plenam probationem.*
20 *Probationes etiam ſemiplena admittũtur in factis obſcuris, & clandeſtinis.*
22 *Pauper qui ob proprium vitium in paupertatem incidit omnino repellitur a teſtificando.*
23 *Pauperes teſtes non ſunt idonei in confectione inuentarij.*
24 *Pauperes bonæ opinionis, & famæ, teſtes eſſe poſſunt.*
25 *Paupertas non eſt de genere malorum.*
26 *Pauper qui non habet quinquaginta aureos in bonis, repellitur tum ab accuſando, tum a ferendo etiam teſtimonio.*
27 *Pauper in dignitate cõſtitutus, teſtimonium dicere poteſt.*
28 *Pauperum teſtium fides per alios teſtes integros ſuppletur.*
29 *Pauperes teſtes infames, & plures numero probant.*
30 *Pauperes teſtes admittuntur ad probandam innocẽtiam.*
31 *Teſtes domeſtici familiares, & conſanguinei, ad innocentiam probandam idonei ſunt.*
32 *Pauperes ſæpenumero magis veritatem dicunt, quam diuites.*
33 *Pauperi teſti quatenus fides adhibenda ſit, iudicis arbitrio relinquitur.*

1 Pauperem † à teſtimonio repelli conſu-
lendo ſcripſit Pariſ. cõſ. 164.
nu.2.vol.4.vbi ad hoc adducit l. tertiam. ff. de teſtib.
& Spec.de teſtib.§. 1. verſ. Item quod eſt pauper. Io.
And.& Imo.in c.ſi qui teſtium, de teſtib. Alex. conſ.
15.viſo proceſſu.vol.3.Idem Pariſ.conſ.53. nu. 12. &
conſ.54.num.27.eo.vol.vbi præter ſupradictos alleg.
etiam Abb. in c. ſuper eo de teſtib. Idẽ voluit Ruyn.
conſ.150.vol.5.nu.15.& conſ. 158.nu.27.eodem vol.
idem ſentit Auguſt Bero.conſ.200. num.7. volum.3.
& Bar.in l.ex libero.ff.de quæſtionibus, & idẽ Ruyn.
conſ. 145.num.3.eod.volum. Anchar. conſ. 157.nu.6.
Marſil.in pract.in prin.nu.9.Alex.conſ.93. volum. 6.
& conſil.176.num.4.volum.7.& Dec. conſ. 105. nu.
5.& conſ.161.nu.4.& conſ.310.num. 5. Iaſ. & reliqui
in auth.præterea.C.vnde vir, & vxor. Fely. in c.ſi qui
teſtium, de teſtib.Marſil.conſil. 28. nu. 21. Bragorot.
de reprobat.teſtium, num.19.Fabian. de Pep.in auth.
præterea, nu.80.C.vnde vir, & vxor.pract. Pap.in rub.
de form.iuramen.teſt.num.12.Roman.in l.2.num.3.
ff.qui ſatiſd.cogan.Dec.in d.auth. præterea. num. 15.
C.vnde vir, & vxor.

2 Ratio autem eſt, quia pauper † facilè præſumitur
corruptus pecunia, propter inopiam, & egeſtatem, gl.
in l.3.in prin.in verbo, egens. ff.de teſtibus glo.in c.ſi
teſtes verbo, Locuples.4.quæſtio.3.Alex.in d. conſil.
15.Viſo proceſſu, volum. 3. Anton. de Petrut.in l. 1.
nu.81.ff.de iureiurand.vbi dicit, quòd ad honeſtatem
3 non parum † proſunt diuitiæ, & idcirco pauper in ino-
4 pia † conſtitutus omnia facere præſumitur, vt ab illa
5 ſubleuetur. Quapropter paupertas † in muliere indu-
cit pręſumptionem, quod copiam ſui faciat, vt voluit
Luc. de Penna in l. quemadmodum. C.de agric. &
cẽſit.lib.11.& voluit ẽt Bar.in d.l.ex libero.ff.de quę-
ſtionib.Crot.de teſtib.parte tertia, nu.2. & idcirco di-
xit idem Ant.de Petrut.ſupra cita.loco, difficilè eſſe,
vt pauper ſit fidelis, & Franc.de Aret.conſ.48.num.5.
6 dicit pauperem † præſumi oppreſſum paupertate ſua,
& idcirco generaliter pauperi minus creditur, quam
diuiti.Aug.Bero.d conſ.200.nu.7.vol.3. Bal.in l. fin.
C.de teſtib.Calcan.cõſ.9.col pen.Crau.conſ.6.col.6.
Ruin.conſ.36.col.fin. vol.4.Tiraq.de Nobilita.c.20,
7 num.35.vbi quamplures adducit, & oſtendit, † in om-
nibus

nibus rebus diuitē præferri pauperi,& præcipuè Spec.
tit.de furt.verſ.ſed quid ſi natura. §. primo. Idem vo-
luit Ang Aret.in tract.Maleficio.verſ. qui iudex ſta-
tuit terminū.nu.7.Rom.conſ.382.nu.5. & in l.ſi con-
ſtante.nu.5.ff.ſolut.matrim.Io.de Amic.cōſ.78.col.
8 penult verſ.item probatum, & idcirco pauperes†non
ſunt teſtes omni exceptione maiores, vt tradūt ſupra
citati DD.præcipuè Venafr.ſupra citat.conſ.78. col.
pen.& comprobatur in l.3.ff.de teſtibus , & in c. ſi te-
ſtes.4.q.3.Abb.in c.in noſtra. de teſtib. Gabriel. con-
cluſ.18.de teſtib.lib.1.nu.9.Alber. de Roſa. in l.3. ff.
de teſtib.Campeg.de teſtib.reg.113.Bat. in l.illicitas.
§.fi.ff de offic.præſid. Nell.in tract.de teſtib.in verbo,
Pauper. Soc.iun.cōſ.189.nu.36.vol.2.Rol.à Val.cōſ.
98.n.40.vol.4.Bragorot.de reprobat.teſt.n.19.Staffil.
de grat.& expect.num.60 Fabianus de Pep. in auth.
præterea.nu.80.C.vnde vir,& vxor.Cyn.in l.3.C. de
9 reb.cred.vbi etiam dicit,quod repellitur teſtis†vſura-
rius, quem pauperem præſumi ſupra oſtendimus. in
concluſ. Paupertas, quia ſicuti perdit animam ſuam
propter vſuras ,ita etiam per iuramentum perderet,
quibus adde etiam Anch.conſ. 157. ſumma pruden-
10 tia.numer. 6.vbi dicit,† pauperem facilius corrumpi,
quam diuitem,

Amplia , vt id multo magis procedat in cauſa cri-
minali,in qua pauper omnino à teſtimonio ſine tor-
11 tura repellitur,†ita ſcribitur in c. ſi qui teſtium.de te-
ſtibus,& ibi præcipuè Fel.nu.8. Bar. in l.ex libero. ff.
de quæſtionibus,& ibidem Marſ.nu.5.faciunt ea,quę
habentur in cap.ſi teſtes.4.q.3.in ver. item teſtium,&
in l.3.in prin.ff.de teſtib.Alex.cōſ.16. nu. 3. volum.7.
vbi etiam reddit hanc rationem, quia in criminali-
12 bus†luce meridiana clariores debent eſſe probatio-
nes,l.ſciant.C.de probat.l. abſentē. ff. de pœn. Teſtes
autem pauperes,non ſunt omni exceptione maiores,
vt ait Io.de Amic.conſ.98.col.pen. verſ. item proba-
tum,& nos ſuperius diximus.Soc.d.reg.2.vbi teſtatur
* hanc eſſe *communem opinionem.Ruyn. conſ. 130.
nu.10.vol.4.conſ.158.vol.5.num. 15. conſ.146.col.1.
vol.5.& conſ.147.col 2.eodē vol. Idē ſenſit Campeg.
ſupra cit.loco.Poteſt tamen admitti cum tortura , vt
ait Spec.in tit.de teſte §. primo , verſ. item quod eſt
pauper,& idem ſenſerunt ſup. cita. DD. omnes Dec,
in conſ.310.col.fi. Nellus de teſt. in verb. pauper. nu.
30. Alber. de teſtibus. c. quando repel. teſt.rat.perſo.
num.14.

13 Contrarium tamē tenuit, † quòd etiam ſine tortu-
ra admittatur, Abb.in c.ſi qui teſtium de teſtib.quem
refert Soc.d reg.157.fallen. 2. & ibidem voluit Aret
col.2.& Fel.nu.8.& Bar.in l. ex libero. ff. de quæſtio.
Cæphal.conſ.60.col.1.verſ. 2. quia Ruyn. conſ. 158.
num.7.vol.5.

14 Conciliari poſſunt † hæ opiniones diſtinguendo:
Nā quod dicitur, pauperi teſti non credi ſine tortura,
verum eſt,quando teſtes eſſent ignoti, & obſcuri : &
quando vacillarent, vel ſpontè irent ad teſtificandū,
vel eſſent de mendacio conuicti , quando autem te-
ſtes pauperes ſunt ſimpliciter, admittuntur rogati ad
teſtimonium etiam in cauſis criminalibus, habetur
tamen illis minor fides , quam cæteris. ita diſtinguit
Bat.& ibidem Marſ.num.5.in l.ex libero.ff.de quæſt.
quē ſequunt Ruyn.d.conſ.158.nu.25.vol.2.& Soc.d.
reg.157.& eſt opi. etiam Fel.in d.c. ſi qui teſtiū. nu.8.

15 Limitatur, quia tamen facit† indicium ad torturā.
Bertaz.conſ.110.nu.7.in crim.& ibi plura in addit.ad
hanc materiam pertinentia.

Amplia ſecūdo,vt id tanto magis procedat in cau-
16 ſis ciuilibus,† arduis , & magnis. Nam in eis minus,
quam in vilibus teſtes admittuntur , vt voluit Pariſ.d.
conſ.188.nu.27.volum.5.vbi ad id alleg. l.propter li-
tem.ff.de excuſat.tut. & not. gl. & DD.in l.admonē-
di.ff.de iureiur.& idem ſenſu Soc. d. reg. 187.Abb.in
d.l.ſi qui teſtium extra de teſtibus , vbi nō facit diffe-
rentiam circa cauſam ciuilem, aut criminalem.

Amplia tertio , vt id etiam procedat in cauſa ma-
17 trimonij probandi. Nam†teſtes pauperes non faciūt
plenam fidem, vt voluit Ruyn.in conſ.130. num.10.
vol.4.& Dec.conſ.310.col.fi.& idem Ruyn.cōſ. 149.
col.*.vol 5.& Zaſius conſ.3.nu.52.vol.2.quem refert
Gabr.ſupradicta concl.18.lib.1.num.7.Soc.ſen.conſ.
18 17.num. 13. vol.1.& ratio eſſe poteſt,†quia in matri-
moniali cauſa requiritur plena probatio , vt dicit
Alex.conſ.143.col.2.vol.2. At teſtes pauperes faciūt
modicam fidem, vt ſup.diximus.

19 Contrarium†tamen,quod imo in cauſa matrimo-
niali admittantur teſtes pauperes,tenuit Aret.conſil.
13.nu.16.& Dec.conſ.163.col.3. ad fi. Soc. iun. conſ.
181.nu.38.vol.2.& facit pro hac parte,quia vbicunq;
20 agitur†de factis obſcuris, & clandeſtinis, admittūtur
probationes etiam ſemiplenę, vt latè tractauimus, ſu-
pra in concluſ.obſcurum, & tradit Gig.ſing.43.incip.
Teſtes. Cauſæ autem matrimoniales plerunque ſunt
obſcuræ , & incertæ.

21 Sed aduertendum†eſt,quod fundamentum eorum,
qui dicunt teſtes pauperes non recipi ad teſtimoniū
in cauſis matrimonialibus in eo conſiſtit,quod cauſę
matrimoniales criminalibus æquiparātur. Quemad-
modū igitur diſtinguimus in criminalib. etiā in ma-
trimonialibus diſtinguere poſſumus. Nam teſtes pau-
peres bonæ opinionis, & famæ admittuntur:at inho-
neſti,& vacillantes non mirum ſi repellūtur à teſtifi-
cando matrimonio , cum etiam ſine tortura in cauſis
criminalibus idonei teſtes non habeantur , & hanc
diſtinctionem ſentit Dec.d.conſ.163.col.3. nu.7.

Amplia quarto cōcluſionem multo magis proce-
22 dere,quando teſtis†incidiſſent in paupertatē ob pro-
prium vitium,puta prodigalitatis :tunc enim abſque
alio à teſtimonio repellitur,Bal.in d.c. ſi quis teſtiū.
nu 5.de teſti. Alex.conſ.131.ver. concurrit inter.vol.
6.conſ.237.col.1.eo.vol.conſ.176. col. 2. vol.7. Soc.
latè d.reg. 153. Ant.Gabr.d.concl.18.lib.1.nu.10.

Amplia quinto † etiam procedere in confectione
23 inuentarij, † in qua teſtes non poſſunt eſſe pauperes.
Dec.in auth.præterea. C. vnde vir , & vxor. quem re-
fert,& ſequitur Gab.ſup.cit.loco.

Limitatur tamen hæc concluſio , vt procedat , qñ
24 teſtis pauper†eſſet inhoneſtę vitæ,ac opinionis,ſecus
autem quādo pauperes ſunt bonæ opinionis,& famę,
ac integræ vitæ:tunc etenim à teſtimonio nō repellū-
tur.gl.in l.2.C.de tut.vel curat. q ſatiſd. nō ded. Ang.
de malefi.in verſ. ad querelam Titij.ver.13.Pauper-
25 tas†etenim nō eſt de genere malorū.c.illa. 15.quæſt.
prima, Spec.in tit. de teſte.§.1.ver. item quod eſt pau-
per.gl.in l.3.de teſtib.Campeg. in tract.de teſtibus. d.
reg.113.Crot.de teſtib.par.4.num.7.Ruyn. conſ.158.
nu.27.vol.5.Marſ.in pract.in prin.nu.9. Aret. conſil.
* 13.nu.16.vbi teſtatur hoc * communiter tenere DD.
in c.ſi qui teſtium,de teſtib. vbi etiā id tradit gl. Alex.
conſ.149.viſo proceſſu, col.3.lib.5 Soc.iun.conſ.189.
num.36.vol.2.Alb.de Roſa.in tract.de teſtib.ſub rub.
Quan.repell.teſt.nu. 14. verſ. vltra prædicta dubitari.
Lanfr.de Oria. in tract. depoſitionis teſtium , col.23.
verſ.Nunquid pauper. Dec.cōſ.163.nu.4. Soc.ſen.reg.
357.per tot.Nell.in tract.de teſtib.nu. 30.in verſ.pau-
per. Alb.in tract.de teſtib. ſub rub. Quan. rep. teſt. ra-
tione def.perſo.nu.13.vbi tamen hoc intelligit pro-
cedere,quādo teſtis habet aliquid in bonis. Nam qui
26 †non habet quinquaginta in bonis repellitur, tum ab
accuſando, tum etiam à ferendo teſtimonio. l.non-
nulli.ff.de accuſa.Bragat.de reproba.teſt. nu. 19.Fab.
de Pep in auth.Præterea,nu.80.C. vnde vir, & vxor.

Limitatur ſecundo non procedere, quando pauper
27 eſſet in aliqua† dignitate conſtitutus:tunc etenim ceſ-
ſeſſet ſuſpicio corruptionis ad teſtificandum admit-
titur.gl.in §.ſancimus. per illū tex.in auth. de teſtam.
Crot.ſup. cit. loco nu.8.

Limita-

Digitized by Google

Limitatur tertio non procedere, quãdo plures teſtes producerentur, quorum aliqui eſſent integri, aliqui vero pauperes. Nam tunc fides pauperũ ſuppletur per fidem cæterorum. Bal. in l. 1. in 3. col. C. de teſtam. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. per illum tex. ff. de eden. Sal. in l. bonæ fidei, circa 10. col. C. de reb. credit. faciunt no. per Alex. in conſ. 24. animaduerſis. quarta col. vol. 2. Crot. ſupra cit. loco nu. 9.

Limitatur quarto non procedere, quando eſſent
29 plures † teſtes pauperes, qui tamen non eſſent infames, tunc enim probant, Aret. in d. c. ſi qui teſtium, col. 2. verſ. ex quo poſſet inferri de teſtib. Gab. concl. 18. lib. 1. num. 11.

Quintò limitat iſtam regulã ſingulariter Crot. ſupra cita. loco, nu. 11. non procedere, quando ageretur
30 † de probanda innocentia alicuius, idq; cõprobat ex
31 eo, quia in hoc caſu admittũtur † domeſtici, & familiares. Spec. in tit. de inquiſit. §. 1. verſic. ſed nunquid Io. And. conſ. 59. Viſa inquiſitione formata, imò etiã fratres, Bal. in l. parentes. C. de teſtibus: ergo tãto magis pauperes admitti debent.

Ex his igitur ſatis liquido conſtare poteſt, difficile admodum eſſe, certam ac definitam regulam conſtituere, quando pauperi teſti fides habenda ſit, necne:
32 pauperes etenim ſępè numero † magis veritatem habent, quàm diuites: diuerſa etenim hominũ ingenia ſunt, & idcirco etiam diues improbus eſſe quandoq; reperitur, ſed in his regulis apparet Iuriſcõſ. ſequutos fuiſſe id, quod magis ueriſimile eſt, & quod frequentius accidit: ſæpiùs aũt fit, ut homines pauperes improbi ſint, & facilius corrumpi poſſint, quàm diuites, quib. abundat pecunia, nõ tñ id adeo uerũ eſt, ut cõtrarium eſſe non poſſit, & idcirco oẽs. DD. una uoce
33 clamant, † in arbitrio iudicis relinqui, quatenus pauperi fides habenda ſit, id uoluit gl. in d. aut. Præterea. in verbo locuples. C. unde uir, & ux. Abb. in d. c. ſi q teſtiũ. & ibi. Butr. & Aret. & Fel. n. 8. de teſtib. Aufrer. de reprobat. teſt. n. 78. Alex. cõſ. 237. col. 1. lib. 6. Fran. de Aret. d. conſ. 13. nu. 16. Dec. d. conſ. 163. nu. 6. ubi teſtatur hanc eſſe * communem opinionẽ. Soc. d. reg. 357. 2. Fall. Ruin. d. cõſ. 158. nu. 27. uol. 2. Rom. in l. fideiuſſor. n. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. q dicit * cõem opinionẽ in d. auth. præterea. C. unde uir, & uxor. gl. in l. tertia uerbo egẽs. ff. de teſtib. cũ plurib. alijs, quos allegat, & ſequit Didac. Couar. Var. reſol. lib. 2. c. 6. nu. 8. & alios plures ẽt congerit elegãtiſſimus Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. caſ. 65. cent. prima, quos referre nõ oportet, ne actum agere uideamur. Bertazol. poſt relatos conſ. 3. in addit. in littera B. in criminalibus.

CONCLVSIO MCLXI.

ARGVMENTVM.

Pax quomodo facta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pax non præſumitur, ſed probanda eſt ab allegante.*
2 *Pax non debet neceſſario probari per ſcripturam.*
3 *Pax probatur teſtibus, & coniecturis.*
4 *Pax probatur teſtibus dicentibus, ſe vidiſſe aliquos oſculari.*
5 *Oſculum indicat remiſſam fuiſſe iniuriam.*
6 *Pax per oſculum ex boneſtate inimico datũ non probatur.*
7 *Oſculum, & ſimilia ſigna pacem indicant, ſi voluntate, non neceſſitate, vel boneſtate fiant.*
8 *Pax probatur per tactum palmarum.*
9 *Pacis ſignum eſt, quando partes capiunt ſe per manus.*
10 *Manum ſtringere dilectionem ſignificat.*
11 *Dexteram dare dicitur ſignum pacis.*
12 *Pax probatur ex eo, quod inimici ſimul biberunt, riſerũt, & comederunt. Decl. procedere, quando ex voluntate, non neceſſitate, vel boneſtate fiunt, vt ibid. nu. 13.*
14 *Pax probatur per ſalutationem.*
15 *Salutans aliquem dicitur cum illo communicare.*
16 *Communicatio, & conuerſatio pacem probant.*
17 *Inimicus præſumitur, qui ſalutare non vult.*
18 *Amicitia ex ſalutatione præſumitur.*
19 *Pax probatur, ſi inimici faciunt ſibi grata ſeruitia.*
20 *Ingratitudo commiſſa per filium tollitur per gratitudinem, & merita ſubſequuta.*
21 *Pax probatur, ſi aliquis eligit inimicũ ad aliquid agẽdũ.*
22 *Legatum factum inter inimicos probat recõciliationem.*
23 *Amicitię redintegratio inter teſtatorem, & legatarium, inducit etiam redintegrationem legati.*
24 *Pax probatur per inſtrumentum, in quo dicatur factum fuiſſe pactum de inimicitijs.*
25 *Pax probatur per confeſſionẽ factã ſacerdoti in foro pœnitẽtię. Decl. procedere quoad remiſſionẽ odij, ſecus quoad remiſſionem damnorum, & intereſſe, vt ibid. nu. 26. Contrar. nu. 27. Conciliatio, nu. 28. & 29.*
30 *Sacerdos tanquã perſona publica poteſt abſenti acquirere.*
31 *Pace publice facta odiũ tantũ remiſſum præſumitur: nõ autem damnum, & intereſſe pacem facientis, & nu. 32.*
33 *Offendenti indulgendum eſt, & iniuria pro ſalute æterna remittenda.*
34 *Odium, & iracundia longa ſunt peccatum mortale.*
35 *Pax facta præſumitur, ſi offenſus recipit ſatisfactionem ab offendente.*
36 *Satisfactione iniuria, & mala voluntas tollitur.*
37 *Statuto diſponente, quod pace ab offenſo impetrata pœna minuat, nõ ſufficit offenſũ recepiſſe ſatisfactionẽ damnorũ, & intereſſe, niſi etiam præciſe iniuriam remittat. Quod Ampl. procedere etiam ſi quis eſſet ſolum condemnatus in pœna pecuniaria, vt ibi. nu. 38.*

1 Quoniam Pax † non præſumitur, cũ ſit facti. Grat. reſp. 47. nu. 18. uol. 2. per l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlimi. reuerſ. ideo illam allegans debet probare. Bal. cõſ. 502. uol. 1. incip. cõiungimus, et Moro. tract. de fid. treg. et pace c. 106. nu. 12. ſed ſi de pace contractus minimè celebratus fuerit, adeò ut ex inſtrumento pax probari
2 nequeat, cũ † neceſſario in illius probatione ſcriptura minimè requiratur, Catald. de Boncom. in tract. de ſynd. quæſt. 9. Vulp. cõſ. 85. in prin. ad teſtes, et cõ-
3 iecturas recurrendum erit, his † enim pacem probari teſtatur Herc. in tract. de caut. de non offen. c. 9. num. 10. et ſcriben. in §. fi. Inſt. de iniur. Vulp. d. conſ. 85. et facit uulg. l. in exercendis. C. de fide inſtrum.

4 Ex teſtibus autem probabitur pax, † ſi deponãt uidiſſe aliquem cũ inimico oſculari ſe ad inuicẽ: nam cum oſculũ conſenſum indicet, ut dixit Fel. in c. ſuper. poſt nu. 4. de offi. deleg. ex oſculo pacem inferũt Doctores, et præcipuè Io. Fab. in d. §. fi. ubi etiã Ang. Inſtit. de iniur. idem uoluit Fel. in c. repellantur. poſt nu. 7. uerſ. item per oſculum. in tit. de accuſat. Abb. in c. olim. nu. 7. in gl. fi. eo. tit. Hercul ubi ſupra. c. 36. nu. 23. Ferret. in tit. de fer. ad finem. Vulp. d. conſ. 85. Bal. in l. filio, quem. ff. de lib. et poſthum. et Alex. ad Bart. in l. non ſolum. §. iniuriarum. ff. de iniur. Ant. Corſet.
5 in tract. de priuileg. pac. nu. 26. ut per † oſculũ remiſsã fuiſſe iniuriam cenſeri debere dicit gl. in c. pacem. in uerſ. probauerit: de conſecrat. diſt. 3.

6 Limita, ut iſtud non procedat, quãdo quis † recipit aliquem ad oſculum pacis in eccleſia: nam cum tũc ex quadam honeſtatis neceſſitate iſtud feciſſe dicatur, cum ſalua honeſtate nõ potuerit illum refutare, tale oſculum minimè pacem indicabit. ita Ioã. Fab. d. §. fi. ubi etiam Ang. per cap. fi. de ſentent. excommun. in Clemen. idem uoluit Aldobrãd. ibidẽ ſuper
7 gl. in uerbo, diſſimulatione, qui ait oſculum, † et ſimilia ſigna pacem indicare, ſi uoluntate, non ſi ex neceſſitate, uel honeſtate fiunt.

8 Secundò pax probabitur per † tactum palmarũ, ut uoluit Bal. in l. 1. in lect. antiq. nu. 9. in uerſ. in eadem

glo.ibi, à percuſſione palmarũ. ff. de pact. vbi inquit
9 quod ſignum † pacis,& concordiæ eſt, quãdo partes
capiunt ſe per manum, vnde ſubiungit, poſtea factũ
in contrario præſumi factum proditoris, idẽ voluit
ibid. Ang.& Alex.nu.4.& ratio eſt, quia manũ ſtrin-
10 gere † dilectionem ſignificat gl.vlt.in c.1.tit.de ſpõ.
duor.& gl.in c.fundamenta.§.tu es Petrus.verb.dex-
teras.de elect.in 6.Fel. in c.repellantur, circa fi.nu.6.
verſ.item per tactum.de accuſat.Alex. ad Barto.in l.
non ſolum.§.iniurias.ff.de iniuriis.idẽ voluit Anto.
Corſet.de priuileg.pacis.nu.26.Caſtren.in d.l.1.ff.de
11 pact.& dextera dicitur † ſignum pacis. Luc. de Pen.
in l.vnica.C.de aquæduc.lib.12.Afflict.in tit.de pac.
iur.Moro.d.tract.c.9.nu.3.

12 Tertiò probabitur pax,† ſi inimici ſimul biberũt,
comederunt,& riſerunt.Alex.ad Bar.vbi ſupra,& in
d.l.1.nu.4.de pact.& eſt gl. in d.§.fin.Inſtit.de iniur.
in verb. diſſimulatione. vbi cæteri ſcribentes. quam
ſequitur Iac.de Belui.in pract.Iud.tit.de iniur.nu.75.
verſ.15.& comprobauit Aufrer.in addit. ad Capell.
Toloſ.q.233.& Boniſ.de vital.in tract.de maleſ.col.
3.verſ.item tollitur ſimilis actio.in tit.de iniu. Herc.
d.c.36.nu.23.& Ferret.in tit. de ferijs, ad finem. Ant.
Corſet. vbi ſup.

13 Limita, vt non procedat niſi talia fiant † volunta-
riè, non aũt coactè, aut ex quadam honeſtatis neceſ-
ſitate, vt ſupra diximus de oſculo:ita limitant Ioan.
Fab. Ang.& Aldobran.in d.§.fi.Inſti.de iniur. & exẽ
plificant in illis, qui cum inimici eſſent, fuerunt inui
tati ambo ad magnum feſtũ, & poſiti ad vnam men
ſam, vel ſimul,& non credũt reconciliationẽ factam
ex hoc, quia ex honeſtate cogente hoc permiſerunt,
idem voluit Manſuer.in pract.in tit. de iniur.nu.18.

14 Quartò probatur per † ſalutationem, ita Bal. in d.
l.filio, quem.ff.de liber. & poſthum. per tex.in c.cum
Adrianus, 53.diſt.& c.omnis 24.q.1.& facit, quia qui
15 † dicit, aue, alicui, dr̃ communicare cum illo, vt in
d.c.omnis,& c.excommunicatos 11. q.3.& ex com-
16 municatione, & conuerſatione † probatur pax. Bal.
in l.in ipſius. C. fam. ercіſ. & hoc idem ſuadet aliud
17 contrariũ, videlicet, ꝙ ex quo quis † non vult ſaluta
re aliũ, præſumit̃ inimicus. gl.in d.c.cũ Adrianus, in
verb.ad ſalutãdum, quam ſingularem ad hoc putat
Barb.in d.c.repellãtur.de accuſat.& Abb.in c.olim.
nu.6.de iniur.& in c.ad haec.il 1.n.3.de appel. Marc.
Mant.cõſ.nu.173.6.vol.a.dummodo ille eſſet antea
ſolitus ſalutare vt nos ſup.diximus, in concl.898.ini-
micit.nu.33.ita qui ſalutat, amicus præſumit̃, & per
ſalutationẽ pacem inter inimicos probari dixit Fel.
in d.c.repellant̃ poſt nu.7.verſ.itẽ adde, & Manſuer.
in ſua prac. nu.9.tit.de iniur.& Ang. in d.l.filio, quẽ.
Alex.ad Bar.in d.§.iniuriarũ,& in d.l.1.num.4. ff.de
pact.idem voluit Marc.Mant.conſ.325.n.15.cũ ſeq.
volu.& faciunt, quę voluit Io.de Amicis, conſ.41.&
18 85.nu.17.ꝙ ex ſalutatione † præſumitur amicitia,
idẽ voluit Gram. cõſ 42.nu.12.& voto 34.nu.6.Ant.
Corſet.vbi ſupra, nu.86.Hoſt.in c.olim.de iniur.

Quintò probat̃, ſi inimici poſtea ſibi faciant gra-
19 ta † ſeruitia, ita Bal.in d.l.in ipſius, per illũ tex.vbi cę
teri ſcribentes.C.fam.ercіſ.& placuit Lãcellot. Con
rad.in tract.de decurio.lib.1.c.9.§.5.in fi.verſ.15.ceſ-
ſare faciunt ambiam ſeruicia, in tit.de iniuriand. &
bene facit, ꝙ voluit ipſe Bal.in l.liberi.C.de inoffi.te
20 ſtam. quod ſi filius commiſit † cauſam ingratitudi-
nis, gratitudo,& merita poſtea ſecuta tollunt ingrati
tudinem præcedentem, quod & traditur per tecentio
res in l.1.ſi ſol.matr.

21 Sextò probamus, ſi quis electus † fuiſſet ab inimico
ad aliquid agendum pro eo, vel amiciſſimos, & ibi
Bar.ff.de conſtit.tut.

22 Septimò probat̃ ex legato † facto inter inimicos,
ita colligitur ex Bald.in d.l. in ipſius. verſ.quærit hic
Guil.C.famil.ercіſc. vbi ponit caſum, quando teſta-
tor dixerit, cuilibet ſeruo meo lego decem, & quærit
vtrum per hoc videatur remiſiſſe iniuriam oſtenden-
tib. & dicit, quod non, quia verba generalia reſtrin-
guntur, vt odioſi non computentur. l.Lucius.§. Lu-
cius damam,& ibi Iac.de Aret.ff.de leg.& ſic legatũ
cenſetur factum non odioſo, ergo quando factũ eſt
alicui, non odioſus habetur: ſubiungitur tamẽ, quod
caſus procedit niſi eſſent oſtenderint, quia tunc neceſſa
rio referrur ad oſtendentes, vt diſpoſitio aliquid ope
retur,& facit l.ſecunda, in fin.ff.de adim. lega.idem
tenuit Ant.Corſet.in d. tract.de priuileg. pac.nu.27.
23 et nu.11.dicit, quod per † reintegrationem amicitiæ
inter teſtatorem,& legatarium inducitur redintegra
tio legati, quod extinxerat ſuperueniens inimicitia
per tex.in l.quod ſi iterum, ff.de adim.lega. & nos de
hoc infra in concluſione, reuocatio legati.

24 Octauò probatur per inſtr̃m, † in quo apparet fa-
ctũ fuiſſe pactum ſuper, vel de inimicitiis ſibi illatis,
nam perinde illa verba ſonant, ac ſi dictũ fuiſſet, pa-
cem fecerunt,& concordiam. ita Bal.& Ang.& alios
referendo ſequitur Alex.in d.l.1.nu.2. ff.de pact.qd
dicit eſſe valde not.& ibi d. hoc idem not.Caſt. nu.2.
eã rationem reddens de hoc dicto, videlicet, quia in
tali pacto dicitur ineſſe actus pacis,& cõcordię: ideo
quando dicit inſtr̃m, talis facit pactum cum tali de
iniuria ſibi illata, licet non diceret pacem, cenſe-
retur remiſſa iniuria, & facta pax, & pdeſſet illud in-
ſtrumentum ad releuationem pœnæ, ſi ſtatutum di-
ceret, quod habenti pacem diminuatur certa pęna.

25 Nonò probatur pax † per confeſſionem factam ſa
cerdoti in foro pœnitentiæ, Alex.ad Bar. in d.§.iniu
riarum, Iul.Clar.in fi.q.58.verſ.ſed in propoſito quæ
ro.Io.Fab.in d.§.fi.vbi etiam Ang.Bal.in c.1.§.iniu-
ria punitur, nu.7.in tit.de pace iuram.firm.& Gul.de
Cun.inter conſ.com.lib.1.conſ.8.per totum.

26 Limita, vt illud procedat, quoad probationẽ † re-
miſſionis rancoris, & pacis amore, non aũt quoad
actionẽ damni, & intereſſe, tũ quilibet bonus Chri-
ſtianus tenetur ſtatim rancorem remittere,& vindi-
ctã: non aũt ſatisfactionem iniuriarũ, quoad intereſ-
ſe, aliàs nullus bonus Chriſtianus agere poſſet iniu-
riarũ, ꝙ eſſet abſurdum & iniquũ prout dicit Io.Fab.
* in d.§.fi. Inſtit.de iniur.& hanc dicit * cõem opinio-
nem Alex.in l.ſi tibi decem.§.quædam, num.1.ff.de
* pact.vbi etiam Bar.& * cõiter ſcrib.& idem Bar.in l.
non ſolum.§.1.ff.de iniur.idem voluit Aug.de Butr.
et Imo.in ca. de his.de accuſat. Dida.lib.2.reſolut.c.
10.poſt nu.6. verſ.3.vt conſtat. Conrad.in pract.fol.
411.nu.32.Aug.ad Ang.de Maleſ. in verb.cõparẽti
& produxerunt inſtrumentum pacis, nu.27.Iul.Clar.
* d.q.58. verſ.66. & hanc * communem opinionem
etiam dixit Aldobr.in d.§.fi.Inſtit. de iniur.

27 Contrarium † ſenſit Cyn.in l.2.C.ad Syllan.& Io.
And.in addit.ad Spec.in tit.de inſtrum. edit.§.nunc
vero aliqua.in addit.incip. per hoc videntur.

28 Concorda, † vt 1.opinio procedat, qñ cõfitens pec
cata ſua dixiſſet ſimpliciter ſacerdoti, remitto Titio
omnem iniuriam, ſecunda vero, quando dixiſſet, fa-
cio plenam remiſſionem Titio: ita intelligit etiã Alc.
in d.§. quædam. qui dicit fuiſſe etiam de mente Bal.
in d.c.1.§.iniuria, de pace iur. fir. & in l. nõ ſolum.§.
iniuriarum.ff.de iniur.& Rom.in d.l.2.ad Sillan.

29 Vel ſecundo † cõcorda diſtinguẽdo, aut facta eſt
remiſſio plena in foro iudiciali, qã potuit Presbyter
prõ alio acquirere, vt in l.1.§.ius publicũ, & quod ibi
Bar.ff.de iuſt.& iu.aut tñ rancor eſt remiſſus, et tũc
actio iniuriarum, quæ datur ad pœnam, et intereſſe,
non dicitur remiſſa, aut dubitamus, et tunc dicimus
quòd in dubio ſufficiat quod alterum dimittat: ita di
ſtinguentem Bal.in d.l.nõ ſolũ.§.iniuriarum refert,
et ſequitur Alex.ibid.ad Bar.et hunc tertium caſum
cõprobauit in d.l.ſi tibi decẽ.§.quædã: dũ concludit,
quòd in dubio debet fieri interpretatio contra iniu-
riantem

riantem, qui ſe fundat ex verbis ambiguis per l. vete-
rib. ff. de pact. & c. in præſentia, de probat. & hæc di-
ſtinctio conuenit cum illa, quã tradit Iaſ. in d. §. quæ-
dam, vbi diſtinguit, aut quis remittit rancorẽ animi,
ſeu cordis tãtùm, & non intelligitur remiſiſſe actio-
nem iniuriarum, vel ſatisfactionem. l. ſi domus. ff. de
ſeruit. vrb. præd. aut remittit plenè in præſentia ſacer
dotis, & tunc cẽſetur remiſiſſe nedum rancorem, ſed
30 etiam actionem, & tali caſu poteſt † ſacerdos acqui-
rere abſenti tanquam perſona publica. l. 1. §. publicũ
jus, & ibi not. Bart. ff. de iuſt. & iur. c. quamquam de
vlu. in 6. c. ius publicum. diſt. 1. aut ſumus in dubio, &
tunc ſolùm odium, & rancor cenſetur remiſſus, non
autem actio, vel ſatisfactio, & ita etiam tenet Abb.
in c. 1. col. fi. verſ. vlt. ſuper tex. de iniur.
Amplia limit. vt non ſolùm procedat, quando re-
31 miſſio fuiſſet facta coram ſacerdote, ſed † etiã ſi fiat
pax publicè: nam per talem pacem cenſetur remiſ-
ſus tantùm rancor, & vindicta, non autem intereſſe
pecuniarium reſpectu damnorum, & expẽſarum. ita
dixit Didac. variar. reſolut. lib. 2. c. 10. nu. 6. verſ. 4. co.
vbi hanc * communem opinionem dicit. Plaz. lib. 1.
delictorum. c. 6. nu. 40. & ita intelligere, & ſequi * cõ-
muniter ſcribentes poſt gl. in d. §. fin. in ver. non reuo
cauerit, teſtatur Io. de Amicis conſ. 88. num. 14. & ita
poterit intelligi dictum Ang. in d. §. fi. nu. 2. in fi. dum
32 notat gl. & ex illa colligit, quod ſiue † ſponte, & pro-
prio motu, ſiue coactè, & cauſatiuè, vt mortis cogita
tione quis iniuriam remiſerit, vt Deus miſereatur ſi-
bi, quòd licet poſteà reconualeſcat, & ſic ceſſet cau-
ſa timoris, non tamen renaſcitur actio iniuriarũ, quo
ad vindictam quę propter ſalutem æternam remittẽ-
33 da ſtatim eſt, & oſtendenti † indulgendum eſt. de pœ-
nit. diſt. 5. c. vlt. & nobis non eſt licitum aliquem ha-
bere odio. c. cum in leg. 23. q. 4. ex quo odium, & ira-
34 cundia † longa ſunt pec. mort. c. vnũ oratiũ. §. crimi-
nis. diſt. 25. ſecus autẽ, quo ad dãna, quorũ refectionẽ
licet petere, & conſequi, quia ex præcepto Euangeli-
co non tenetur quis remittere niſi rancorẽ, & odium,
non aũt actionem iniuriarum, & ſatisfactionẽ ſuam
c. ſi illic 23. q. 4. c. ſi quis contriſtatus, cũ gl. diſt. 90. gl.
pe. in c. 1. de maled. imò benefacit, qui demiſſo ran-
core agit iniuriarũ puniendo delinquentem. c. & qui
emẽdat. diſt. 45. & nemo tenetur reijcere rancorem,
vel potius zelum illum bonũ peruenientem ex ira,
qua appetimus per iudicẽ delicta coerceri. c. ſi is, qui.
c. eſt iniuſta. c. diſplicet 23. q. 4. Syluest. in verb. chari-
tas. q. 4. Nauar. in Manna. c. 14. nu. 25. vbi dicit mul-
tominus nõ teneri condonare actionẽ, & ſatisfactio-
nẽ iniuriæ, quæ in iudicio peti poteſt, iux. gl. in d. c. ſi
quis contriſtatus, & hoc intellige, quando aliter
ex verbis poſitis in inſtro pacis non appareret, ſed eſ-
ſet facta pax ſimpliciter, vt ſup. cita. dd. loquuntur.
Decimo probatur pax, vel potius præſumitur, qñ
35 offenſus † recepit ſatisfactionem pro offenſa: nam
quemadmodum omnis obligatio tollitur ſolutione
illius, quod debetur. Inſt. quib. mod. toll. oblig. in prin
36 cip. cum ſimilib. ita ſatisfactione † illius, qui iniuriã
inferebat præſumitur, ſublata omnis mala voluntas,
ex offenſione, & iniuria proueniẽs. ita reſpõdit. Vlp.
in l. ſed ſi vnius, in §. ſi ante iudicem. ff. de iniur. Qui
enim inquit I. C. accepit ſatisfactionem, iniuriã ſuã
remiſit. & in hanc ſententiam videtur fuiſſe reſpon-
ſum à Paulo in l. ſi pupillus alterius. ff. de adminiſtr.
tut. hoc idem ſentit Hieron. Butigel. in l. ſecta, nu. 42.
ff. ſi cer. pet. & Hippol. Rim. in l. ſi vnus. §. pactus, ne
peteret. nu. 348. verſ. hinc. ff. de pact.
37 Adde tu, quod ſi quis † oſtendat, vel probet ſe ſa-
tisfeciſſe pro damnis, vel reſtituiſſe rem ablatam, vel
ſoluiſſe pœnam pecuniariã, in qua fuerat condemna-
tus aduerſus partem, & ſic licet pars acceperit ſatisfa-
ctionem, vt ſup. quoad intereſſe, quod nihilominus
talis ſatisfactio non prodeſt volenti impetrare gra-
tiam pro pęna corporali, vigore ſtatuti mitius puniẽ-
tis, vel in totum remittentis pęnam habenti pacem
ab offenſo, quia vltrà talem ſatisfactionem requiri-
tur remiſſio ipſius partis præciſè, & ita deciſum fuiſ-
ſe per Senat. Med. teſtatũ. Iul. Cla. d. q. 58. verſ. ad. adde
quòd & in facti contingentia in quodã Nicolao For
becano, qui fuerat pro homicidio condemnatus ad
triremes per triennium, & in ſcutis 50. verſus partem
cũ in approbatione gratiæ triremium produxiſſet in-
ſtrumentũ ſolutionis ſcut. 50. factæ parti ipſius inter-
fecti, fuit reiecta gratia, & opus fuit illi habere ab eo
plenã pacem, & remiſſionem, qua fuit deindè gratia
approbata, & idẽ Clar. ſubiungit idem eſſe in illo, qui
38 non fuit † principalis ad homicidium committẽdũ:
ſed tanquam de ſimplici auxilio condemnatus in pę
nam pecuniariam: nam non poterit frui tali ſtatuto
gratioſo, circa illam pęnam pecuniariam, niſi habue
rit pacem, & remiſſionem à parte, quod nota: nã ali-
quando in facto occurrunt. et ipſum Iul. Clar. dum ſi-
milia eueniũt adeas: nã quid. tum in iure, tũ in facto
ex cõſuetudine ſeruandũ ſit, magiſtraliter enarrat.

CONCLVSIO MCLXII.

ARGVMENTVM.

Pax ex quibus rupta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pacem rumpere crimen grauiſſimum eſt.*
2 *Pacem rumpens contra Dei precepta committit.*
3 *Pax non præſumitur rupta.*
4 *Pax in dubio iudicanda eſt perpetua, non temporalis.*
5 *Pax eſt finis diſcordiæ perpetuo duraturus.*
6 *Pacem rumpens ex noua cauſa non incurrit in pœnam.*
7 *Promiſſio qualibet habet in ſe clauſulam, Rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente.*
8 *Renunciatio etiam cum iuramento iuris, quod habet, vel habere ſperat in tali re, intelligitur ex cauſa de præterito.*
9 *Pax ad euitandam pęnam, ex noua cauſa ſemper rupta præſumitur.*
10 *Offendens poſt factam pacem ex noua cauſa offendere præſumitur.*
11 *Interpretatio benignior in pœnalibus eſt facienda.*
12 *Interpretatio facienda eſt, vt delictum euitetur.*
13 *Pacem rũpens ex noua cauſa etiam leui, et friuola, non incurrit in pęnam.*
14 *Pęnam, vt quis incurrat ob fractam pacẽ, dolus requiritũ.*
15 *Dolus non præſumitur.*
16 *Cauſa qualibet etiam leuiſſima, & iniuſta excuſat à dolo.*
17 *Cauſam iniuſtam frangendæ pacis, ſe habere cognoſcens, & nihilominus in illa perſeuerans, dicitur eſſe in dolo manifeſto.*
18 *Pacem rumpens ex cauſa iniuſta, non euitat pęnam ſtatutariam, vel legalem, ſed conuentionalem tantum. Decl. niſi ſtatutum exigeret dolum tantum, vt ibid. nu. 19.*
20 *Pacem rumpens ex cauſa affectata, non excuſatur.*
21 *Cauſa iniuſta, & rumor non excuſant in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
22 *Dolus præſumitũ in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
23 *Omne malum præſumitur peſſimè factum, niſi probetur contrarium.*
24 *Cauſa affectata, & rumor nimis vanus, & fatuus non excuſant.*
25 *Credulitas ad hoc, vt excuſet debet eſſe vehemens, & rationabilis, & habita à perſona fide digna.*
26 *Prohibita faciens ad hoc, vt teneatur debet cognoſcere illud eſſe prohibitum.*
27 *Pacem rumpens ex noua cauſa etiam incontinenti, excuſatur.*
28 *Pacẽ rũpens tã incontinenti, quàm ex interuallo, ex noua*

cauſa,excuſatur ſolùm à pœna conuentionali,non autē à pœna,quæ venit applicanda fiſco.

29 Offendentes ſe adinuicem non puniuntur quoad intereſſe partis,ſed criminaliter tantum.

30 Pacem rumpens etiam iuramento firmatam ex noua cauſa pęnam non incurrit.

31 Pactum,& conuentio iurata, cenſentur habere illā clauſulam,rebus ſic ſtantibus.

32 Pacē rumpens ex noua cauſa etiam falſa excuſatur. Decl. procedere,ſi iuſta credulitate inductus fuit, vt ibi,n.34.

33 Pax ad hoc,vt dicatur rupta,animus iniuriādi requirit.

35 Credulus nimium,& vanus non caret ſuſpicione.

36 Paci impune licet contrauenire ex noua cauſa, etiamſi in ea adſit clauſula, rato manente pacto.

37 Clauſula,rato manente pacto,operatur,quod licet contractui contrauenjatur,firmus nihilominus maneat.

38 Clauſula,rato manente pacto, operatur ſolum ad commodum obſeruantis pro parte ſua contractum.

39 Clauſula,toties,quoties,operatur,quod toties, quoties contrafactum fuerit, pęna committatur.

40 Clauſula,toties, quoties, non operatur,quominus paci ex noua cauſa contrauenire liceat.

41 Offendens pluries non incidit in pęnam pluſquam ſemel, niſi adſit in contractu pacis clauſula, toties, quoties.

42 Offenſus, offendentem, offendere impune poteſt,quoad pęnam conuentionalem.

43 Pacem rumpere licet ex noua cauſa, etiamſi expreſſè contrarium conuentum ſit. Et quæ ſit ratio. ibid.nu.44.

45 Statutum excludens interpretationem extrinſecam intelligitur excludere tantummodo leuem, & friuolam.

46 Argumentum de pacto ad ſtatutum, & è contra valet.

47 Offenſa leuis,& friuola non facit rumpere pacem,& n.50.

48 Verba non debent eſſe fruſtra appoſita, & ſine effectu operandi.

49 Verba debent operari,ſecundum naturam contractus, & rei in contractu deductæ.

51 Pacem rumpens ex noua cauſa,non punitur, etiāſi Princeps ſtatutum,vel lex decernerent, nouam cauſam allegari non poſſe.

52 Decretum,quod noua cauſa non poſſit allegari, intelligitur de leui,& friuola.

53 Decretum tollens defenſionem non valet.

54 Defenſio eſt de iure naturali.

55 Princeps defenſionem tollere non poteſt.

56 Decretum ne ex noua cauſa poſſit pax rumpi,interpretatur,quomodo ſit intelligendum.ibid.& nu.57.

58 Decretum ne noua cauſa poſſit allegari,non comprehendit cauſam certam,& claram, & quando offenſus offendiſſet incontinenti.& nu.61.

59 Offenſio ex interuallo non dicitur defenſio naturalis, ſed vindicta.

60 Decretum,ne ex noua cauſa pax rumpatur,non extenditur, quando quis offenſus reoffendit.

62 Pacem fregerit quis ex noua,vel veteri cauſa, ipſius iuramento probatur.Contra.nu.63.Concil.nu. 64.

65 Noua cauſa, vt præſumatur debet prius conſtare de facto,ex quo oriatur dubitatio circa nouam cauſam.

66 Pax rupta dicatur ex noua cā,necne,ſtat iudicis arbitrio.

67 Cauſæ nouæ rumpendæ pacis quæ dicantur.

68 Calor ſimplex iracūdiæ nō excuſat, niſi iuſta cā precedat.

69 Dolum qualibet leuis cauſa excludit.

70 Cauſa qualibet leuis ſufficit ad euitandam pęnam pacis ruptæ.

71 Nouam ruptæ pacis cauſam,non ſolum plene,ſed & ſemiplene, & præſumptiue ſufficit probare.

72 Noua cauſa per vnum teſtem probatur.

73 Noua cauſa pacis rupta probatur per famam.

74 Tregua ob nouam cauſam non dicitur rupta.Contr. nu. 75.Concil.colligitur ex dictis ibid.nu. 77.

76 Proditionem licet mihi facias, non tamen debeo aliquid contra te moliri,cum tibi fidem promiſerim.

77 Iura loquentia de frangente pacem habēt etiam locum in frangente treguam.

78 Pacem rumpens etiam ex leui,& friuola cauſa, dummodo ex ea offenſus ad iram prouocari potuerit,non incurrit in pęnam. Contrarium.ibid.nu.79.Concil.nu.81.

80 Promittens non offendere, ſi offenderit etiam in minimo, contrafacit promiſſioni.

82 Animus, & voluntas diſtingunt maleficia. & nu.124.

83 Offenſa maxima,dummodo non adſit animus vlciſcendi, non rumpit pacem.

84 Rapiens filiam illius,cū quo pacem fecerat,non ob iniuriā, ſed propter ardorē amoris,non dicitur paci cōtrauenire.

85 Offenſa, etiam minima, iniuriandi animo commiſſa pro magna reputatur.

86 Vrtans aliquem, vt eum proijceret in flumen,grauiter offendere dicitur.

87 Impulſio dicitur leuis offenſa.

88 Pax ex qua cauſa poſſit dici rupta,necne,iudicis arbitrio relinquitur.

89 Pacem rumpens ex noua cauſa etiam minima, nō incidit in pœnam, etiam ſi in inſtrumento pacis adſint verba generalia, & prægnantia.

90 Interpretatio ſtrictè facienda eſt,vbi de pace rupta agitur.

91 Verba vniuerſalia,etiam negatiua,non ſunt indirectè intelligenda.

92 Verbum nullum eſt adeò vniuerſale, quod conſideratis circūſtantijs non debeat reſtringi,& ciuiliter interpretari.

93 Diſpoſitio nulla tam generalis eſt, quæ nō recipiat limitationem.Contrà.ibid.nu.94.Concil.nu. 100.

95 Promiſſioni de non offendendo,etiam ſimpliciter factę, cōtrauenitur offendendo etiam in minimo.

96 Verbū,quoquomodo,importat omnes modos excogitabiles.

97 Verbum,quomodolibet,importat modum realem,perſonalem,directum, & indirectum.

98 Prohibitus alienare bona, ſub priuatione hæreditatis, ſi minimam rem alienauerit, hæreditate priuatur.

99 Pax etiam per leuem offenſam rumpitur.

101 Pax,quando facta eſt ſuper leuibus offenſionibus;per leues etiam offenſiones rumpitur.

102 Relatum,in referente continetur,cū omnibus qualitatib.

103 Pax rumpitur ex eadem cauſa, ex qua præceſſit.

104 Pax rumpi poteſt contra comprehenſos in pace antequā ratificauerint.& nu.109.Contr.nu.108.Concil.n.110.

105 Stipulatio,mihi ab altero facta,non mihi acquiritur,antequam ratificauerim.

106 Contractus ad hoc,vt perfectus dicatur, vtriuſq; partis conſenſus requiritur.

107 Contractus non poteſt operari, antequam contrahentes ratificauerint.

111 Ratificatio pacis debet fieri re integra, alioquin ſequuta offenſione non retrahitur in præiudicium tertij.

112 Notarius pro altero acceptans,ipſi non acquirit ratificatione non ſequuta.

113 Ratificatio,quando dicatur fieri re integra,& in tempore habili,remiſſiuè.

114 Impubes ratificare non poteſt,niſi per ſuum tutorem.

115 Ratificatio pacis præſumitur, ſi in ea comprehenſi ſciuerint, & non contradixerint.

116 Ratificatio fit re,verbis,& tacito conſenſu.

117 Ratificatio pacis non requiritur, quando adeſt conſuetudo,quod pax valeat, etiamſi non ratificetur.

118 Offendens minantem ſibi, pacem fregiſſe non dicitur.

119 Pax,vel potius cautio de non offendendo,non dicitur rupta,etiamſi tractatum ſit de aliquem occidendo.

120 Paci,an ſit contrauentum, ex verbis inſtrumenti ipſius pacis colligitur.

121 Pax quibus caſibus dicatur rupta,remiſſiuè.

122 Dolus,& animus vlciſcendi requiruntur,ad hoc vt quis pacis ruptæ pęna teneatur.

123 Pacis ruptæ crimen dicitur de atrocibus delictis, & grauiter puniendum eſt.

124 Offendiſſe,quis non dr̄,niſi animo offendendi offendat.

125 Voluntas, & animus offendendi attendunt in delictis.

126 Dolo non probato, ſiue iuſtis,ſiue iniuſtis rationib. quis adductus fuerit ad delinquendū,ſtatim eſt abſoluendus.

Dolo

127 *Dolo ceſſante, teſtis falſus nulla pœna punitur.*
128 *Dolo ceſſante ceſſat etiam pena homicidij.*
129 *Proijciens lapidē contra canē à quo morderi timebat, & hominē illac tranſeuntem occidens, non eſt puniendus.*
130 *Bannitos ac rebelles in domo, in qua erant etiam ipſi, in ſcijs, non bannitis, contremniētes non tenentur.*
131 *Principalis agentis intentio, & quod principaliter agitur; attendi debet.*
132 *Rapiens filiam, vel adulterans vxorē illius cum quo pacem habebat libidinis cauſa, non dicitur pacē rumpere.*
133 *Pax non rumpitur propter offenſam, ex alia cauſa prouenientem, quam vt pax rumpatur.*

1 Quoniam rumpere pacē, & illi inſtare † crimen grauiſſimum eſt, vt
habetᵉ c. 1. de pace tenen. & eius violat. in c. 1. de tre-
gua, & pace, & c. 1. § 1. de pace tenend. ſubd. in vſib.
2 feud. imò contra † Dei præceptū cōmittit, qui ab illa
diſcedit: dilige. n. proximū tuū ſicut te ipſum dicit
Dñs. ideo ad euitandam delicti præſumptionē, iuxta
3 l. meritò. ff. pro ſocio, in dubio † pax rupta non præſu
metur, ſed adhuc integra & firma iudicanda erit. ita
Vulp. cōſ. 2. nu. 24. & Cor. cōſ. 40. lib. 2. Dec cōſ. 406.
nu. 7. & Bal. in l. ſi prædiū. C. de ædil. edi. & Rom. cōſ.
4 183. in caſu propoſito in fi. & in dubio † pax ppetua
pronuncianda eſt non autē temporalis, vt voluit Iaſ.
in l. cū proponas. C. de pac. nu. 6. dū dixit definiendo
5 pacē, ꝙ pax † eſt finis diſcordiæ perpetuo duraturus.
ſi autē de pace rupta dubitari contigerit ſcito, quod
indubitata eſt DD. ſententia, pacem non ideo rumpi
6 ad pęnam incurrendam fractę pacis, ſi † ex nunc ſu-
perueniente cauſa rumpatur, ita decidit Bar. in l. aut
facta. §. eā. nu. 1. circa fi. ff. de pęn. Bal. in c. 1. de pace
ten. in vſib feud. Ant. de But. & Imo. in c. 2. de renun.
§. Paul. de Caſtr in l. qui ſeruū, ad fi. per illū tex. ff. de
verb. obl. Rom. in l. ſemel mora. nu. 71. verſ. 1. & c. ff.
ſol. mat. vbi per multa ſimilia adducit. Dec. cōſ. 531.
nu. 7. verſ. & iſta concl. Alex. conſ. 155. nu. 4. lib. 4. &
in conſ. 19 nu 2. lib. 1. & in cōſ. 113. lib. 2. Soc. iun. cōſ.
103. per totū, lib. 3. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres,
in 6. q. ff. de verb. obl. Alc. in l. cū ꝓponas. C. de pact.
Rom. conſ. 258. in caſu propoſito, Alex. in d. l. ſemel
mora, verſ. circa prędicta. ff. ſol. mat. Iaſ. in d. l. qui ſer
uum. nu. 2. ff. de verb. obl. Marſ. in pract. §. aggredior.
nu. 8. & in cōſ. 26. nu. 30. cōſ. 83. nu. 24. & melius conſ.
119. Rom. cōſ. 185. per totū. Mar. in l. 1. §. fi. nu. 25. ff.
de fideiuſ. & in rub. de fideiuſ. nu. 152. & in ſing. 503.
Rui. cōſ. 10. in fi. vol. 4. Pariſ. conſ. 164. nu. 24 & 165.
nu. 26. vol. 4. Cra. cōſ. 164. n. 6. Bal. cōſ. 195. nu. 4. & 5.
vol. 2. Cor. cōſ. 167. nū. 5. vol. 3. & cōſ. 51. col. 1. vol. 1.
* Herc. in tract. de caut. de nō offen. c. 13. qui de * cōi
teſta ē, vet. hæc proculdubio, & Moro. in tract. de fid.
* treg. & pace. c. 112. vbi * cōem dicit, & * cōem quoq;
dixit Dec. cōſ. 380. nu. 2. Bertaz. conſ. 4. nu. 9. in crim.
Dec. cōſ. 4. nu. 22. vol. 3. cū plurib. ibi alleg. Vulpel.
conſ. 67. nu 6. vbi hanc receptiſſimā ſententiam dicit.
Ratio huius deciſionis eſt, quia in cōuentione pa-
7 cis, ſicut in alia qualibet promiſſione ſemp † intelli-
gitur ineſſe illa clauſula, rebus ſic ſtātibus, & aliquo
de nouo nō ſuperueniente. c. cum inter. de renunc. c.
quemadmodū. de iureiu. & in c. clericus. eo. tit. l. fi. ff.
qui ſatiſd. cog. l. fi. C. de nō nu. pec. l. fi. ff. ad municip.
Rom. cōſ. 183. nu. 1. verſ. 3. licet. vbi plura ad hoc ad-
ducit, facit tex. in l. ſi vnq̃. C. de reuoc. dona. & tex. in
l. cū acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & in l. ex facto. in
prin. ff. de vulg. & pup. & ſuadet pulchrū dictū Bart.
in l. vxor. §. duas. ff. de adult. vbi dixit, ꝙ ſi aliquis re
8 nunciauerit, † etiā cum iuſto iuri, ꝙ habet, & habere
ſperat in tali re, ꝙ talis renunciatio intelligitur, ꝙ ha
bere ſperat ex cauſa de præterito, non autem ex cau-
ſa de futuro nouiter ſuperueniente, & ideo nō obſtan
te tali renunciatione poterit petere ius nouiter ſibi
ſuperueniens in dicta re, & idem replicauit in d. l. qui

Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & in l. poſt emā
cipationem. §. 1. nu. 3. ff. de lib. leg. & in l. qui cū tuto-
rib. ff. de tranſac. nu. 1. Marſ. in l. 1. §. fi. in 78. & 9. col.
ff. de quæſtio. & in terminis Hercu. vbi ſup. d. c. 13. nu.
* 3. verſic. hæc proculdubio eſt * communis & magis
* * communis opinio. & Pariſ. conſ. 165. nu. 28. vol. 4.
9 nota, quód ad pęnam euitandam noua cauſa † ſemp
in dubio præſumit, ita Bero. conſ. 193. nu. 19. vol. 3.
per ea, quæ voluit Bart. in d. l. aut facta. §. eādē. ff. de
pœ. & Alex. in d. conſ. 145. col. 4. & in d. l. ſemel mo-
ra. ff. ſol. matr. & in l. ſi qs mihi bona. §. ſi quid col.
10 3. ff. de acq. hæred. & ideo ille, qui poſt factam † pacē
offendit, præſumendus eſt, ꝙ offenderit non ob cau-
ſam antiquam, ſed ex noua, & ſuperueniētē cauſa, q̃
11 hoc eſt benignitatis, & cū ſimus † in penalibus hæc
interpretatio eſt facienda. c. in pœnis. de reg. iu. in 6. l.
ſi de interpretatio. ff. de pę. & idē Bero. cōſ. 206. nu. 8.
eo. vol. 3. & Imo. in d. l. qui ſeruum. ff. de verb obl. vbi
Alex. qui in d. l. ſemel, dicit hoc eſſe æquius, & verius
idē tenuit Rui. cōſ. 10. vol. 2. Moro. d. trac. de fid. treg.
& pace. c. 113. nu. 3. Bal. in l. ſi prædiū. C. de ædil. edi.
Alex. conſ. 19. col. 2. lib. 1. & conſ. 110. lib. 4. Dec. cōſ.
406. & 591. Doct. in l. cum proponas. C. de pact. Grat.
conſ. 73. nu. 19. lib. 2. Pariſ. d. conſ. 165. col. fi. lib. 4. &
conſ. 168. colum. fi. eo. lib. Marſ. in rub. de fideiuſ. nu.
151. & in conſ. 119 & in pract. §. aggredior, num. 85.
& in l. 1. §. fin. de quæſt. Socin. iun. conſ. 103. lib. 2. &
* hanc * communem opinionem dicit Vulp. conſ. 5.
num. 14. id voluit Hercul. in d. tract. de non offend.
cap. 13. nu. 7. & Bertaz. conſ. 4. num 9. & in conſ. 147.
* nu. 23. dicit quod fere * omnes ita tenent, & ita in ter
minis conſuluit Ruin. conſ. 10. num. 12. vol. 4. ea ra-
12 tione ductus, quia ſcilicet capienda † eſt illa interpre
tatio per quam euitetur delictum. iuxta l. merito. ff.
pro ſocio, & probatur ex not. per Bar. & Doct. in l. nō
ſolū. §. ſed vt probari. ff. de no. op. nun. Et tanto ma
gis noua cā præſumit, ſi actus nouæ offenſæ non cor-
reſpondeat, nec conueniat qualitati antiquę offenſę:
ſed nouæ, prout ita animaduertit Bal. in l. ſi prædiū,
col. n. C. de ædil. edic. & ſequitur Alex. in d. l. ſemel
mora. poſt Rom. ibi. ff. ſol. matr. & in d. l. qui ſeruum,
per Doct. ff. de verb. ob. Rui. conſ. 46. ſup. his, col. 3. n.
8. vol. 1. Pariſ. cōſ. 265. nu. 26. vol. 4. & cōſ. 164. eo. vol.
Amplia cōcluſionem, vt procedat etiam ſi noua
13 cauſa allegata, & ſuperueniens † non eſſet nulla eſ
pacē rumpendi, ſed leuis, friuola. Moro. vbi ſupra in
c. 123. nu. 5. & Hercul. in d. c. 13. nu. 15. Alex. in conſ.
119. vol. 1. & conſ. 114. vol. 4. Bal. conſ. 195. vol 2. vbi
exēplificat in rixa, & ioco Alex. & Iaſ. in l. qui ſeruū
ff. de verb. oblig. Marſ. ſing. 503. Soc. iun. conſ. 103. n.
9. & ſeq. lib. 3. Cur. iun. conſ. 19. col. 1. & conſ. 24. n. 8.
Io. de Ana. conſ. 27. nu. 36. Dec. conſ. 331. Guid. Pap.
deciſ. 301. Crau. conſ. 233. Grat. cōſ. 114. lib. 1. Tiraq.
de pœn. cauſa 43. & latè per Gabr. de maleſi. concluſ.
8. & ratio huius ampliationis ea eſſe poteſt, quia ad
incurrendam pœnam propter fractionē pacis requi
14 ritur † dolus, ita Alex. conſ. 115. viſo themate, col. 4.
num. 15. vol. 4. & conſ. 119. num. 2. lib. 2. & Bero. cōſ.
196. num. 121. & conſ. 198. num. 9. volum. 3. Bertaz.
conſ. 4. num. 7. & 13. in crim. & Hercul. in c. 34 num.
15 8. & dolus † non præſumitur, l. dolum. C. de dolo, l.
quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. non omnis. §. à bar
baris. ff. de re milit. cum ſimilib. Sed bene qualibet
16 † cauſa etiā leuis, & leuiſſima, & ſiue iuſta, ſiue iniu-
ſta excuſat à dolo, l. igitur. ff. de libe. caut. Alex. d. cōſ.
199. col. 2. lib. 2. & conſ. 277. col. 2. lib. eo. Iaſ. conſil.
179. lib. 2. & conſ. 130. colum. 2. eo. lib. 2. Rom. conſ.
573. Alex. in l. ſi quis mihi. col. fi. ff. de acq. hær. Dec.
conſ. 507. & in conſ. 535. & Alex. in l. ſemel mora. ff.
ſolut. matr. Bero. d. conſ. 198. num. 9. & Bertaz. conſ.
4. nu. 7. Venaſ. in conſ. 27. & in conſ. 84. nu. 5. vbi di-
* cit hanc eſſe * communem opinionem, & latiſſimē
habetur apud Gabr. d. concluſ. 8. de maleficijs.

Digitized by Google

Primò limita ampliationem, vt non procedat, quñ
17 quis cognouiſſet † cauſam, propter quam ſe mouet,
non eſſe iuſtam, & nihilominus perſeuerauit in illa,
quia tunc diceretur in dolo manifeſto, in quo excu-
ſari non poſſet, Bar. in conſ. 91. col. fi. & Bal. in l. ſi qs
id, quod §. doli. ff. de iuriſd. omn. iud. & Iaſ. in conſil.
179. col. fi. vol. 2. Caſſan. in conſuet. Burgun. fol. 173.
col. 3. & ita limitat Moro. vbi ſup. c. 115.

Secundò limita, & intellige ampliationem, vt non
procedat, quo ad pœnam conuentionalem, non aũt
ſi vltra pœnam conuẽtam ſtatutum, aut decretum
18 † imponeret pœnam rumpentib. pacem, quia quo
ad pœnam ſtatutariam, iniuſta cauſa non excuſaret,
ſed requireretur iuſta, & legalis, ſecundum Iaſ. in l. iu
ſtè. col. fi. ff. de acq. poſſ. alleg. Arch. & Io. Andr. in c.
1. in verb. probabilis, de elect. in 6. idem voluit Herc.
d. c. 13. nu. 9. verſ. item præſumptio hæc, & noua cau-
ſa intelligitur reſpectu pœnę conuentionalis: & iniu
ſtam cauſam non excuſare à pœna legali, vel ſtatu-
taria voluit Bal. in auth. generaliter. col. 3. C. de epiſ.
& cler. & in c. 1. in §. inter partes, colum. 1. in 3. col. de
leg. Corra. Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de arbi. in 6.
col. verſ. ex forma ſtatuti Rom. in rub. de arb. colum.
pen. Fel. in c. cum cauſa. col. 2. de off. deleg.

Sublimita, dummodo ſtatutum non exigat dolũ,
nam tunc debet eſſe iuſta cauſa, ſecus ſi dolus tantũ
19 † exigeretur, & attenderetur à ſtatuto, quia tunc cau
ſa etiam iniuſta excuſaret. ita limitat Gabr. in d. con-
cluſ. 8. de maleſ. nu. 80. ex mente Bart. in d. conſil. 91.
colum. fin.

Tertio limita ampliationẽ, vt nõ procedat quan-
20 do cauſa eſſet affectata, † nam tunc non prodeſt, cũ
dolo non careat. ita Hercu. d. c. 13. nu. 9. arg. l. omnia.
ff. de procur. & per Alex. cõſ. 86. col. 1. lib. 2. & Tiraq.
de retract. §. 35. gl. 4. nu. 37.

Quartò limita, niſi eſſemus in his, quæ ſunt de ge-
21 re † prohibitorum, & quæ ſunt de ſe mala: nã in his
iniuſta cauſa non excuſat, ſicut nec rumor, vt poſt In
noc. in c. ſanè, de off. ord. & Bal. in l. de quib. ff. de leg.
tradit Iaſ. in l. 2. §. iurari. col. pen. verſ. caue tamen. ff.
de iureiur. Alcia. tract. de præſum. reg. 3. præſum. 30.
nu. 6. & vltra eos Alex. d. conſ. 103. col. pen. ver. & da
to. lib. 1. Curt. ſen. conſ. 55. ſuper proceſſu, col. 6. verſ.
5. & ratio eſt, quia in his, quæ ſunt de genere prohibi
22 torum, dolus † præſumitur. gl. & dd. in l. ſi non cõui-
23 tij. C. de iniur. & omne † malum præſumitur peſſimè
factum, niſi probetur contrarium, l. quoties, §. qui do
lo. de probat.

Sublimita, vt limitatio procedat in cauſa iniuſta
24 affectata, & in rumore † nimis vano, & fatuo, in quo
committens non excuſatur, cum ſibi inculpandum
ſit, quod ita facilè crediderit. ita Pariſ. cõſ. 165. nu. 9. vol.
25 4. & ad hoc, vt † credulitas excuſet, debet eſſe vehe-
mens, & rationabilis, habita à perſona fide digna, vt
ſupra diximus, & latè per Pariſ. vbi ſup. nu. 29. & per
Alex. conſ. 103. col. pen. verſ. & dato. lib. 1. & cauſa af
fectata non excuſat, cum non careat dolo, vt ſupra
proximè diximus. aliàs ſi eſſet iniuſta cauſa offendẽ
di, dummodo non ſit dolus excuſaret, vt ſupra dixi-
mus, ſicut excuſaret rumor, & fama proueniens à per
ſonis, qbus rationabiliter credi debet, vt dicemus in-
fra. & hr latiſſimè in conclu. 8. de maleſi. per Gab. &
ita eſt intelligendũ, quod docuit Ceph. cõſ. 35. nu. 15. dũ
vult, qd rumor & cã iniuſta non excuſat in his, quæ
ſunt de genere prohibitorũ, aliàs nõ pcederet ipſius
dictũ, cum non ſit generaliter verũ, vt dicemus infra
in 4. ampliat. & in illo, qui rationabiliter committit,
vel ſaltẽ longè à dolo, licet cõmittat per ſe, quod eſt pro-
hibitum, quia tñ non committit illud doloſè, vt quia
agnouit illud prohibitũ, ſed deliquit rationabili cau
ſa inductus. quamuis nõ ſufficienti ad delinquendũ,
licet ſimus in prohibitis, non per hoc dicitur eſſe in
dolo: nam nõ ſolum, vt in prohibitis, quis teneatur,
requiritur, quod materia ſit de ſui natura prohibita, ſed
26 & quod qui committit, † cognoſcat illam prohibitã,
& nihilominus velit cõmittere, & ideo, quia ſcienter
facit, quod eſt prohibitum, non excuſatur. Alex. d.
conſ. 103. & Crau. 193. nu. 2. qui autem deliquit ali-
qua cauſa, licet non ſufficienti, vel aliqua fama, dum
modo rationabilis ſit, non dicitur ſcienter prohibita
delinquere, ſed potius putat ſibi licere talia facere:
exemplum poni poteſt in percutiente bouẽ alicuius
ruſtici, quæ percuſſio licet non ſit ſufficiens cauſa ad
rumpendum pacem, tamen ſi ruſticus ille motus illa
cauſa ad iram offendat percutientem excuſabitur, vt
per Alex. in conſil. 19. vol. 1. & faciunt ea, quæ infra
dicemus, quod ad pœnam iſtam incurrendam requi-
ritur dolus delinquentis.

Amplia concluſionem, vt procedat tam ſi pax rũ-
27 patur ob nouam cauſam † incontinenti, quam ſi ex
interuallo. ita inquit Hercu. vbi ſupra, ca. 18. in prin.
vbi ad hoc citat Bart. in l. pater. §. libertis. ff. de lega.
2. in l. 3. §. cum arieres. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat. &
Doct. in l. cum proponas. C. de pact. & in l. qui ſeruũ,
ff. de verb. obl. & ibid. idem Hercu. teſtatur ita ab om
nibus * communiter teneri, ad id conſuluit Pariſ. d.
conſ. 165. nu. 6. vol. 4.

Limita, vt illud procedat, quo ad pœnam conuen
28 tionalem, & applicandam parti, ſecus † reſpectu pœ
næ applicandæ fiſco: nam ex interuallo offendens &
prior offenſus punitur, ſicut & puniretur incontinẽ-
ti, quo ad fiſcum, qui nihil aliud reſpicit niſi delictũ,
& ideo niſi offenſus offendiſſet ad ſui defenſionem
plecteretur, quo ad fiſcum, ita voluit Bal. in l. vt vim.
29 ad fi. nu. 10. ff. de iuſt. & iure. vbi dixit, quod † offen-
dentes ſe ad inuicem, nullus punitẽ, quo ad intereſſe
partis, ſed criminaliter: quia vterque deliquit. & idẽ
Bal. in d. l. ſemel mora. & ita Bertaz. cõſ. 8. nu. 14. q
hoc pacto interpretatur. Cæpha. in conſ. 35. nu. 27. &
ideo dicit ibidẽ Bertaz. & concludit, & quñ pax rum-
pitur ab vtroq; ideſt ab offendente primo, & poſtmo
dũ ab offenſo offenſam vendicante, ab vtroq; pœnã
fiſcus exigere poteſt, ſi diuerſo tempore fiãt: nã ſunt,
& dicuntur duæ offenſæ. idem voluit Moro. d. trac. c.
15. & c. 113. nu. 15. Cor. conſ. 51. col. 7. vol. 1. Hercu. c.
13. nu. 9. & expreſsè Cæph. d. conſ. 35. nu. 28. cum ſeq.

Tertiò amplia concluſionem ẽt ſi conuentio de
30 pace fuiſſet † iuſo vallata, nam nihilominus ex ſu-
perueniente noua cauſa poterit illi contrauenire of-
fenſus, vel nouã cauſam habens, Bertaz. in conſ. 148.
nu. 7. & ibi alleg. idem. voluit Pariſ. d. conſ. 165. n. 28.
31 ea ratione, de qua ſupra videlicet: quia † in pacto, &
conuentione ẽt iurata ſemper intelligitur ineſſe illa
clauſula, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non
ſuperueniente, c. quemadmodum. de iureiu.

Quartò amplia concluſionem, vt procedat, etiã ſi
32 talis noua † cauſa ſuperueniens non eſſet vera, vt pu
ta, quñ aliquis dixiſſet Titio, cũ quo Sempronius ha-
bebat cautionem, vel pacem, quod idẽ Sempronius
offendit fratrem ipſius Titij comprehenſum in pace,
cum id verũ non eſſet, & Titius nõ reſpicẽs an id ve-
rum eſſet, abrepto gladio Semproniũ percuſſit: nam
nihilominus non dicẽ pax rupta. ita Hercul. vbi ſu-
pra, c. 18. nu. 8. per ea, quę dixit Alex. conſ. 115. col. fi.
lib. 4. & Pariſ. d. conſ. 165. in fi. lib. 4. & ratio eſſe põt,
33 quia ad hoc, vt pax † rumpatur, requirit animus iniu
riandi. ita Bertaz. conſ. 4. nu. 21. & Hercu. d. trac. c. 34.
nu. 4. Corn. cõſ. 44. col. pen. lib. 4. ſed iſte nõ habebat
animũ offendendi, niſi eo caſu, quo verũ eſſet fratrẽ
fuiſſe offenſum. igitur ex quo fuit repertum fratrem
minimè offenſum, offenſio facta propter eam cau-
ſam dicitur fuiſſe præter voluntatem offendentis.

Limita vt iſtud verũ ſit, ſi illi, à quibus audiuit, eſ-
34 ſent perſonæ † fide dignæ: nam tunc cum dicatur iu-
ſte credere, eſt excuſandus: ita in terminis de pace
conſuluit Pariſ. d. conſ. 165. num. 29. volum. 4. idem
dixit

Digitized by Google

dixit Hercul.d.c.18.nu.8.per l.à Titio.ff. de condi.&
demon. Marſ.in ſing.503.Iaſ.d.l. qui ſeruũ. ff.de ver.
obli. Dec.& Cagn.in l.qui cũ alio.ff. de reg. iur.aliàs
35 diceretur nimis † credulus,& nõ careret ſuſpicione,
cum vanus eſſe non debeat de facili credendus l. 1.§.
1.ff.de eo,per quem fac.erit.

Quintò amplia etiam ſi in contractu pacis fuiſſet
36 appoſita clauſula, rato † manente pacto, quæ ſolet
37 operari,quòd † licet contraueniatur, contractus tñ
firmus manet,quia illa non obſtante ob nouam cau
ſam,vel offenſionis,vel alterius prouenientis à nouã
cauſam dante,& prius pacẽ rumpente,poterit offen-
ſus, vel aliam nouam cauſam habens impune cõtra
ctui pacis contrauenire.Hercul.in d. tract.c.18.nu.5.
Alex.in d.l.ſemel mora, ff.ſol. matr & in conſ. 115.
col.2.lib 4.& conſ.32.lib.2.in fi. Anch.cõſ.141.col.
1.Fel.in c. 3.in fi.de iureiu.Ripa in repet.l. fi.q.33.C.
de reuoc.donat.Pariſ.in d.conſ.165.nu:25.vol.4.Sal.
& Caſtr.in l.qui fidẽ ff.de tranſac.& idẽ Sal. Caſtr.&
Bal.in d.l.qui ſeruũ.ff de verb.obli. & ratio eſt, quia
38 iſta clauſula † ſolum operatur ad commodum obſer
uantis pro parte ſua contractũ, non aũt ad commo-
dum nõ obſeruantis,cui non debẽt ſeruari promiſſa,
ita Alex.in d.conſ.165.nu.25.& Hercu. in d.c.18.nu.
5.Iaſ.in d.l.cum proponas,col.fi. C.de pact. & Marſ.
ſing.347.& colligitur ex glo.in d.l.qui fidem. facit.l.
quæro.§.inter locatorẽ.ff.loca. & quod ibi not Bar.

Sextò amplia, vt idẽ ſit ſi appoſita fuerit clauſula
39 toties,quoties,quæ operatur, † q́ pœna toties com-
mittatur,quoties cõtra factũ fuerit.l. ſi duo §.1. ff.de
arb.quia illa non obſtante, primus offenſus, vel aliã
cauſam nouam habens, poterit impunè pacis cõtra-
40 ctum † non ſeruare.ita Hercula. vbi ſupra num.6.&
Bal.Sali.& Pau.Caſt.cũ DD.l.qui fidẽ.ff.de tranſac.
& in l.qui ſeruum. ff.de verb.obl. Alex.in d.cõſ.115.
* nu.9.vol.4.vbi dicit hanc veriorem,& magis* cõem
opinionẽ contra Imo.contrariũ ſentientem. idẽ vo-
luit Pariſ.vbi ſupra in clauſula, rato manente pacto.
& hoc pacto Alex. vbi ſupra interpretaĩ & explicat
intentionẽ Io. And.in addit. ad Spec.in tit. de treug.
& pace.in rub.ad fi.dũ voluit,q́ pęna adiecta in pro-
miſſione pacis ſeruandæ nõ committatur, niſi ſemel
per primam offenſam,niſi ſit adiecta clauſula,q́ pę-
na committatur toties, quoties contrauentũ fuerit:
nã dicit,quod intentio Io.And.ibi eſt,quod ſi ille, q
41 offendit,offenderet iterũ,† non incidat in pęnã pluſ
quam ſemel, niſi ſit adiecta clauſula, q́ toties pœna
committatur,quoties fuerit contrafactũ,non autem
vult Io.And. q́ ſi primus offenſus offendat eum, qui
poſt pacem ipſum offendit,incidat ſecũdo offendẽs
in pœnam,quia hoc eſſet contra l.cũ proponas.C.de
* pactis.& l. qui fidẽ. ff.de tranſa. & contra * cões ſen-
42 tentias DD.q́ offenſus † offendentem offendere im
punè poſſit,quoad pœnam conuentionalem, de qui
bus per Port.cõſ.71.nu.15.& Benin. deciſ.65.nu.2. &
nos ſupra in prin.concluſ.

Septimò amplia,etiam ſi in inſtro pacis fuerit cõ-
uentum pacto expreſſo, quod per comprehenſos in
43 pace, non poſſit allegari noua cã,nã † nihilominus
poterit offenſus primus impunè ẽt ob nouã cauſam
offendentem offendere,ita Hercu.vbi ſupra,c.13.nu.
5.Bertaz.conſ.147.nu.24.& Bero. conſ.198.num.16.
44 vol.3.ea ratione,† quia contrahentes cenſentur tan-
tummodo cogitaſſe de excluſione,& non allegatio
ne cauſæ leuis, vel friuolæ, autem grauis,& veræ,vt
* in ſimili de ſtatuto dicunt cõiter DD.vbi pręcipuè
Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſt. & iur.vbi decidunt, qđ
45 ſtatutũ † excludens interpretationẽ extrinſecam, in-
telligitur excludere tãtummodo lenẽ & finalem, &
46 valet † argũ de pacto ad ſtatutum,& ècontra.l.fi.C.
de ndciuſſ. Euerar.in epit.l co.39.à,Pacto ad legem.
ita Herculan. vbi ſupra argumentatus eſt, & Bertaz.
47 ibidem: ſed de hoc valde dubito, quia cum † leuis,
& friuola offenſa non facit rumpere pacem,vt infrà
dicam: non poſſunt pręſumi ſentiſſe de illo,quod ẽt
ſi accidiſſet,non obſtitiſſet contractui pacis,aliàs ver
48 ba fuiſſent fruſtra appoſita, & ſine † effectu operan-
di contra Bal.in rubr.C.de contrahen.empt. in 9.q.l.
ſi quando.ff.de leg.1.& ca.ſi Papa, de priuileg.lib.6.
49 quia verba † debent operari ſecundũ naturã contra-
ctus,& ſecundum naturam rei deductæ in contractũ
per l.ſi ſtipulatus.ff.de verb.oblig. Imo.in c.ex literis,
de iu.pat.Soc.cõſ.47.col.3.verſ. præterea magis. vol.
1.Pariſ.conſ.165 nu.20.vol.4.in terminis loquẽs, ſed
ſecundũ naturam contractus.& rei deductę,leuis of-
50 fenſio,& friuola † non rumpit pacẽ, nec ideo habe-
tur in conſideratione,vt infra dicã:ergo de graui ver
ba conuentionis partiũ ſunt intelligenda ideo cogi-
ta,aut ſaltem declara ampliationẽ eo modo,quo in-
fra declarabimus ſequentem ampliat. eo maximè,
quia auth,allegatæ à Bertaz.non loquuntur in termi
nis conuentionis initæ inter partes de non allegãdo
nouam cauſam,ſed in caſu,quo ſtaret decretũ prin-
cipis;prohibens allegationem nouæ cauſæ, de quo
modo in ſequenti ampliatione.

Octauò amplia, vt idem eſſet ſi ſuperior, & Prin-
ceps ſtatueret, atq; decerneret, q́ ẽt noua cauſa nõ poſ
51 ſet allegari, quia † illo non obſtante, primus offen-
ſus ob iſtam nouam cauſam poterit cõtractui pacis
contrafacere,ita Bero.conſ.198.nu.15.vol.3.Hercul.
in d.c.13.nu.5.vbi ita ſe pluries vidiſſe conſultũ teſta
tur.idem voluit Bertaz.conſ.4.nu.10. Qui oẽs addu-
cunt eam rationem, videlicet,quia tale decretum eſt
52 intelligendũ † de cauſa leui,friuola,& dubia:nõ aũt
vera,et probata,aliàs eſſet decretũ iniquũ,et nõ vale
53 ret,cũ eſſet † tollere defenſionem,quæ eſt de iure na
54 turali,q́ Princeps facere † non poteſt,vt in Clem.pa-
ſtora.§. cæterum. de re iud.habetur plenè per Doct.
55 maximè Fely.in cap.quæ in Eccleſiarũ, † de conſtit.
et per Bar.Bal.et alios in l.fi.C.ſi contra ius, vel vtil.
pub.Vel dic,quod tale decretum eſt intelligendũ,vt
56 ſit locale,ideſt,q́ † nõ tranſgred. ĩ locũ,in quo decre-
tatum eſt;vel q́ eſt intelligendũ in ipſis principalib.
promittentibus. non aũt in comprehẽſis in pace, &
has declarationes animaduertit Hercul.d c.13.nu.5.
de mente multorum qui conſuluerunt ſuper Breue
Leonis X.in conſtitutionib.Marchię.ad fi.& ſtat.Pe
ruſinum,lib.3.c.132.in addit. & ſuper alio Motu pro
prio a Pontifice tunc temporis, quibus omnibus ca-
uebatur,quòd in treg,ua,& cautione,de non offendẽ
do non attenderetur noua cauſa.

57 Sed ni fallor,vera † interpretatio decreti eſſet, ac
iuſta intentio,vt procederet,quando eſſemus in caſu
dubio, in quo de iure cõmuni præſumitur pax rupta
ex noua cã,.nam ſtante huiuſmodi decreto in dubio
ex cauſa antiqua intelligeretur:ſed qñ pro certo cõ-
ſtat offenſionem fuiſſe factam ex cauſa,noua, ac ra-
tione noui inſultus prouenientis ab alia cauſa, quã
ab antiqua,tunc nullo modo pax rupta,& pœna cõ-
miſſa dici poterit,& per decretum ſuperioris contra-
rium induci non poteſt.quia aliàs defenſio naturalis
tolleretur,ita illud declarat Bero.d. conſ.198.nu.16.
vol.3.& idem ſentit Bertaz.in d.conſ.4.nu.10.

Ex qua declaratione,vna cum illius ratione pote-
ris reſtringere ampliationem, vt videlicet procedat,
58 qñ noua cauſa † eſſet certa, & clara, & reoffenſio
fuiſſet facta incontinenti, & ſic ad ſui defenſionem,
& tunc non comprehenditur in tali decreto, & illo
non obſtante pęna non incurretur. Secus ſi ex inter-
59 uallo, nam offenſio † ex interuallo non dĩ defenſio
naturalis,ſed vindicta.l.nullus.C. de iudæ.ca. porrò,
vbi gl.2.de diuort.l.1. §.eum, qui.ff de vi & vi arma.
Carret.in pract.§.circa nu.107.de quo dic,vt ſupra in
concl.occidens ad defenſam.

Et hinc poſſemus etiam dicere, quod non obſtan-
60 te tali decreto, offenſus primus poterit † nõ ſeruare

tum tractum habente, ſi non pluſquam ſemel præſtita eſt patientia. Regula etenim gen. eſt, quod in actibus ſucceſſiuum tractum habentibus non ſufficit patientiam præſtitiſſe à principio, niſi cõtinuata præſtetur. Actus autem ſucceſſiui ſunt veluti gabella, datiũ, & huiuſmodi, qui continuè exercentur, ita voluit gl. quam ibi ſequuntur Bar. & Doct. in l. corruptionem. C. de vſufruct. Bar. in l. 2. §. item in facto. ff. de verbor. oblig. Crot. conſ. 96. nu. 14.

54 Limitatur nono non procedere † in furto, & in delictis in quibus regulariter præſens & tacens non habetur pro conſentiente, vt habetur in l. qui vas, vetare. ff. de fur. gl. in d. regula is, qui tacet. de reg. iur. in 6. l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Syllania. & ibi Bart. Capra ſupra cit. locis, num. 56.

Cætera, quę hic de patientia deſiderare potes, inferius in verbo præſcriptio, & ratificatio, commodius explicabuntur.

CONCLVSIO MCLIX.

ARGVMENTVM.

Paupertas quando præſumatur, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pauper quiſque præſumitur niſi probetur diues.*
2 *Diuitiarum qualitas naturæ repugnat, & ideo non creditur niſi probetur.*
3 *Mutatio non præſumitur.*
4 *Qualitas diuitiarum requiſita à lege, vel ſtatuto debet probari ab eo qui in illa ſe fundat.*
5 *Paupertas quando eſt fundamentum intentionis alicuius ab eo eſt probanda.*
6 *Fundamentũ intentionis ſuæ, etiam ſuper negatiua quiſq; probare debet.*
7 *Excipiens ſe eſſe pauperem, onus probãdi diuitias transfert in aduerſarium.*
8 *Pauper quis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
9 *Alimenta legata ſcholari pauperi, debentur ſcholari habenti centum in bonis.*
10 *Dos legata pauperibus puellis, debetur etiam puellæ, quę ex artificio ſuo viuere poteſt.*
11 *Teſtes de paupertate deponentes, debent de cauſa ſcientiæ interrogari.*
12 *Lex vbi definit aliquem dici pauperem, ceſſat iudicis arbitrium.*
13 *Pauper is dicitur qui non habet, quomodo ſecundũ dignitatem ſuam, & gradum viuere poſſit.*
14 *Paupertas ex qualitate perſonarum æſtimanda eſt.*
15 *Paupertas probatur ex eo, quod quis non habeat in bonis centum aureos, vel ad minus, quinquaginta.*
16 *Pauper dicitur, qui non habet vnde ſoluat certum debitum, cuius reſpectu contenditur.*
17 *Paupertas probatur, ex eo quod quis oſtiatim victũ quærit, & diſcalciatus, panniſque obſitus, eat.*
18 *Scholaris viuens in duodena paupere ſeu infima, præſumitur pauper.*
19 *Paupertas probatur per famam publicam, qua quis communiter reputatur pauper. Decl. procedere in his, quæ ſunt modici præiudicij. nu. 20.*
21 *Paupertas probatur per famam, ſi fama ſuper qua deponerent teſtes, eſſet coniuncta cum credulitate.*
22 *Teſtes deponentes de fama paupertatis alicuius, vt probent debent dicere, nedum illum eſſe pauperem, ſed manifeſtè eſſe pauperem.*
23 *Paupertas probatur per vicinos, & quomodo debeant deponere, vide ibid nu. 25. & 26.*
24 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
27 *Paupertas probatur ex eo, quod quis refugit ad hoſpitale.*
28 *Pauperes dicuntur qui decoxerunt, quos vulgo fallitos nuncupamus.*
29 *Pauperes probantur, qui bonis cedunt.*
30 *Paupertas probatur ex eo, quod quis ſolitus ſit pro alijs fideiubere.*
31 *Pauper is non dicitur, qui ſolitus eſt fideiubere pro modica ſumma.*
32 *Paruum æs alienum non inducit ſuſpicionem debitoris, & non poteſt quis capi tanquam ſuſpectus pro paruo debito.*
33 *Pauper probatur is, qui retinet pecunias ſub vſuris.*
34 *Paupertas probatur per diſcuſſionem bonorum mandato iudicis factam.*
35 *Pauper dicitur, qui non habet bona nec artem, ex qua viuere poſſit.*
36 *Pauper non dicitur qui artem habet ex qua poſſit ſe ſuſtentare.*
37 *Pauper non dicitur qui habet propinquos, qui illi alimẽta præſtare tenentur.*
38 *Puella quæ non habet vnde dotetur, etiam ſi ex artificio ſuo viueret, pauper dicitur, & dotem puellis pauperibus legatam conſequitur.*
39 *Paupertas probatur per teſtes, & quomodo deponere debeant.*
40 *Paupertas probatur, ſi quis aſſerat ſe tantum certa bona, puta fundum, vel domum poſſidere: nam qui plura bona eum habere dicit, debet probare.*
Etiam ſi ageretur de magno præiudicio, vt ibidem nu. 41.
Decl. id procedere quando pro paupere eſſet aliqua præſumptio, vt ibid. nu. 42.
43 *Pauper is dicitur, ad hoc vt à teſtimonio repellatur, qui nõ habet bona, quæ ſunt ea de quibus eſt controuerſia.*
Quod tamen iudicis arbitrio relinquitur, vt ibid. nu. 44.

1 Pauper quiſque præſumitur † niſi probetur contrarium. l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. vbi gl. Bar. Paul. Caſtr. & reliqui præcipuè Ang. Sal. in l. actor. C. de probat. & nos copioſè ſuperius explicauimus. concluſ. 525. vol. 1. Hercutanus in tract. de proban. negat. num. 12. & 13. Aret. in conſ. 66. viſo puncto. col. 8. nu. 8. rationem aſſignans,
2 quia qualitas diuitiarum † eſt regulariter repugnans naturæ, & ideò non creditur niſi probetur, eo etiam quia qui diuitias aſſerit in aliquo præſupponit mutatio-
3 nẽ de eo, quod naturaliter euenit, & mutatio † non præſumitur niſi probetur ita Papinianus reſpondit in l. 3. ff. de probat. & ſummus Pontifex in c. maiores. de baptiſ. & nos latè ſup. in concl. 1078. vol. 2.

Amplia, vt tanto magis procederet ſi quis niteretur ex aliqua † diſpoſitione, lege, & ſtatuto quæ fun-
4 daret ſuper diuitijs: nam tunc tanto magis paupertas præſumeretur, donec de diuitijs conſtaret, nec poſſet ſequi legitima condemnatio, niſi perfectè qualitas diuitiarum requiſita à ſtatuto, & diſpoſitione probata fuiſſet, cũ talis qualitas expreſſa ab illa diſpoſitione principaliter dicatur cauſa actionis. ita Cyn. & Bal. in l. 2. C. de probat. Marſ. in l. ſi quis. ff. de quæſtio. & in rubr. C. de probat. nu. 436. & ſeq. vbi plenè infinitos allegat, quos in terminis adducit, & ſequitur Bertazol. conſ. 244. num. 3. in crimin. & nos latè infrà in concluſio. qualitas.

Limitatur concluſio, vt non procedat, quãdo pau-
5 pertas † eſſet fundamentũ intentionis alicuius, puta, quia vellet admitti ad legatum factũ pauperibus: tũc enim abſq; probatione pauper nõ præſumitur. Nam vt eleganter diſtinguit Accurſ. in d. l. ſi verò. §. qui pro rei, cui adſtipulantur ibi ſcriptores omnes. Cum quis diuitem ſe dicit, paupertas præſumitur: quãdo autem pauperem ſe eſſe quiſpiam affirmat, vt aliquid conſequatur, nequaquam pauper exiſtimatur, niſi id probationibus perſpicuum reddat. Quam ſententiam cõprobarunt præterea Bal. in l. 4. C. quan. fiſc. vel priua. & in cap. ſi. col. 1. de præſump. Innocen. & alij in cap.

ſuper

ſuper his de accuſat. Cald. conſ. 10. de prob. Natt. cōſ.
343. nu. 3. vol. 2. & conſ. 358. num 7. & 8. eodem vol.
Afflict. deciſ. 377. vlt. col. Alexan. conſ. 118. 4. col. vol.
2. Ruyn. conſ. 81. num. 2. vol. 2. Ang. conſ. 270. vlt. col.
Lauren. Sylu. conſ. 2. nu. 66. Rol. à Val. conſ. 20. num.
19. col. 2. & rationē huius diſtinctionis reddit Afflict.
6 deciſ. 377. nimirum, quia † fundamentum ſuæ intētio-
nis quiſque probare tenetur etiam ſi ſit fundata ſuper
negatiua, & alleg. Abb. in c. bonæ, de elect. Alex. cōſ.
392. vol. 1. & conſ. 83. 1. col. eo. vol. 5. hoc idem ſentit
Alb. in l. ei incumbit. col. vlt. nu. 8. ff. de probat. & in l.
ſi creditores. ff. de priuileg. cred. Bal. in l. non prius, in
prin. l. quando fiſc. vel priuat. & in c. vlt. extra de præ-
ſumpt. vbi maximè commendat gloſ. in d. l. ſi vero, &
conſ. 304. non eſt nouum, col. 2. verſ. Reſpondeo iſta
probatio. vol. 1. Anch. conſ. 5. pro parte nobilis, col. 1.
in fi. Bolog. conſ. 59. col. pen. Bertaz. conſ. 249. nu. 1.
* vbi de * communi teſtatur.

Sublimitatur, vt non procedat limitatio, quando
7 quis adduceret † paupertatem excipiendo, vt puta, ſi
quis ageret contra aliquem tanquam cōtra diuitem,
& ille exciperet de paupertate: nam ſatis paupertas
probara dicetur ex quo excipiendo deducitur cōco-
mitante legis præſumptione; vt conſultus reſpondit
Bertaz. conſ. 249. in crim. nu. 1. & qui negat pauperta-
tem, tanquam fundamentum ſuæ intentionis addu-
* cendo diuitias, illas probare tenetur ſecūdum * com-
munem ſententiam Doctorum, de qua teſtatur idem
Bertazo. ibidem ex mente Alex. in l. in illa. col. pen.
ff. de verb. obl. & nos ſupra dicta concluſ. 525. & con-
firmat optimè Fabia. Pep. in d. auth. præterea. nu. 75.
ſub verſ. & adde etiam.

Quoniam igitur, vt iam diximus, Paupertatē alle-
ganti, probandi onus incumbit, ordine ſequitur, vt vi-
deamus, quemadmodū Paupertas probari poſſit, ve-
rum quoniam ex regionum, perſonarum, & temporū
qualitate diuitiæ æſtimantur, difficilè admodum eſt
certam, ac definitam huiuſce rei regulā cōſtituere, &
* ideirco magis * communiter in eam ſententiam itum
8 eſt, vt id totū † iudicis arbitrio relinquatur, huius opi-
nionis fuit Accurſ. in auth. præterea. C. vnde vir, &
vxor. quē ſequitur Bar. in l. ſi conſtante. nu. 14. ff. ſolut.
matr. & Ang. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd.
cog. Bald. in l. vbi adhuc, col. antepen. C. de iure dot.
vbi etiam id aſſerit Bart. remittens te ad ea, quæ dicit
in d. l. ſi conſtante. Idem voluit Ruyn. conſ. 55. nu. 5.
* vol. 1. Iaſ. in d. l. ſi conſtante. num. 143. vbi de * cōi opi-
nione teſtatur, & ibidem etiam Alexan. not. per DD.
auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. & tenet idē Alex.
conſ. 91. num. 3. vol. 7. Gaſpar. Vallaſc. in l. imperium
nu. 264. ff. de iuriſdict. omn. iud. Crot. in d. l. ſi conſtā-
te. num. 14. ff. ſol. matr. & ibidem Bal. Nouel. num. 38.
Calcan. conſ. 8. col. 9. vbi adducit Arch. in c. ſi pater.
* de teſt. in 6. & * communem dicit Bald. in auth. præte-
rea, nu. 4. C. vnde vir, & vxor. vbi etiam id latè confir-
mat Fabia. Pep. nu. 72. verſ. circa ſecundam gl. Ruyn.
conſ. 55. nu. 5. vol. 1. Fel. in c. ſi quis teſtium. nu. 12. de
* teſtibus Soc. in conſ. 30. lib. 4. col. 3. * communē dicit,
cui ibidem ſubſcribit Corn. Didac. Couar. qui etiam
* * communem dicit, variar. reſolut. cap. 6. lib. 7. num. 8.
Debet autem iudex non ſolum inſpicere quantum
habeat in bonis is de cuius paupertate agitur, ſed etiā
ſi ſit ſufficiens ad factum de quo agitur. Nam licet
ſcholaris habeat centum in bonis, tamen nondū di-
9 citur ſufficiens ad ſtudēdum, quapropter † legatis ali-
mentis ſcholari pauperi, ei debentur, vt voluit Alex.
conſ. 36. vol 7. l. paupertas, & ibi notantur. ff. de excu-
ſat. tuto. Bartol. in d. l. ſi conſtante. cum cæteris quos
10 alleg. eodem loco Alex. Itē licet puella † ex artificio
ſuo ſibi poſſit victum comparare, nō tamen dicetur
diues, & habebit dotem legatam pauperibus puellis.
Bald in l. paupertas. ff. de excuſ. tut. & aduerte etiam
quod officium iudicis eſt non ſolum interrogare te-
11 ſtes, † an quis ſit pauper, ſed etiam debet interrogare
de cauſa ſcientiæ ita voluit Bald. in d. auth. præterea.
C. vnde vir, & vxor.

Limitatur tamen hoc non procedere, quod ſit in
arbitrio iudicis, quādo lex definiret aliquem caſum,
12 in † quo velit aliquem dici pauperem, vel diuitem, ita
voluit Bar. in d. l. ſi conſtante. in prin. in 2. q prin. par.
Bald. in auth. præterea. nu. 4 C. vnde vir, & vxor. Ang.
in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. gl. in d. auth.
* præterea, ac ibid. Fabia. Pep. nu. 76. vbi * communem
dicit. & confirmat. num. ſequen. Ruyn. conſ. 55. nu. 5.
vol. 1. & nouiſſimè id tradidit elegātiſſimus Menoch.
de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 65. vbi plures congerit, quos
hic non referentes, quia ex eo ipſo facillimè peti
poſſunt.

Quamuis autem iudicis arbitrio diſcerni oporteat,
qui pauperes ſint quiuè diuites, tamen pleroſq; caſus
referre nō ab re exiſtimauimus, qui ab auctoribus iu-
ris ciuilis varijs in locis referuntur, ex quibus quandā
regulam ad iudicandum optimus, ac religioſus iudex
accipere poſſit, & videre quid in hac re eum cōueniat
arbitrari.

13 Primò igitur pauper probatur † is non ſolum qui nō
habet vnde viuat, ſed etiam qui non habet quomodo
ſecundum dignitatem ſuam, & gradum viuere poſſit.
14 Nam cum † ex qualitate perſonarum paupertas æſti-
manda ſit, vt tradunt DD. in d. l. ſi conſtante. Vir no-
bilis, & primarius etiam ſi ducentum, aut quadragin-
ta habeat in bonis, non tamen diues dicetur, licet ru-
ſticus, qui illa bona poſſideret diues diceretur. Nam
ex illis non habet tantum, vt dignitatem ſuam tueri
poſſit. l. nepos. Proculo ff. de verb. ſignif. Bal. in l. ſi qs
ad declinandam, col. 2. verſ. circa. 3. C. de epiſcop. &
cler. Bar. in d. l. ſi conſtante. faciunt no. per glo. in l. in
condemnatione. ff. de reg. iur. & in l. ſed ſi ſuſceperit.
§. 1. ff. de iud. Bal. in l. 1. C. quod cum eo. Ang. & Imo.
in l. Neſennius. §. fi. ff. de re iud. Alex. in l. ſi maritus.
ff. ſolut. matrimon. & in conſ. 37. conſultus ſum. nu. 1.
vol. 7. Crauet. conſ. 119. col. 1. & 2. Bertazo. conſ. 227.
nu. 21. in crimin. Aret. conſ. 17. conſideratis diligēter.
in 5. dubio, quem refert, & ſequitur Nat. conſ. 590. nu.
14. vol. 3. Hoc autem caſu inſpici debet quantum ex
fructibus redigi poteſt, vt voluit Bal. in l. fin. §. ipſum
autem per illum text. C. de bon. quæ lib. & Bart. in l. q
bonis. C. de ceſſ. bonorum. Iaſ. in d. l. ſi cōſtante. num.
144. Ruyn. conſ. 55. nu. 5. vol. 1. & nouiſſimè per eru-
ditiſſimum Menoch. vbi ſupra, qui plures adducit au-
thoritates, hanc comprobantes ſententiam.

15 Secundò paupertas probatur ex eo, † quod quis nō
habeat in bonis centū aureos, vel ad minus quinqua-
ginta. l. nonnulli. ff. de accuſat. Bart. in l. qui accuſare,
1. no. ff. eodem tit. §. ſed noſtra, cum gl. In itur. de ſuc-
ceſſ. liber. gl. in auth. de exhib. reorum. §. fin. in verbo,
paupertas, & reliqui in d. l. ſi conſtante, Ruyn. cōſ. 81.
nu. 3. vol. 5. Calcan. conſ. 8. col. 9. Alex. in l. imperiū,
nu. 261. ff. de iuriſdict. omn. iud. quod non tamen ita
intelligendum eſt, quod ſi quis excedat centū aureos
is diues dicatur, ſed quod ad minus vnuſquiſque qui
diues dici velit, etiam ruſticus, & ignobilis eam ſum-
mam poſſidere debeat. Nam homo nobilis, etiam ſi
centum aureos excedat, non tamen diues dicetur, vt
declarat optimè Menoch. ſup. cit. loco.

16 Tertiò probatur paupertas ex eo, † quod quis non
habet vnde ſoluat certum debitū cuius reſpectu con-
tenditur, Auth. de fideiuſſorib. §. ſed neque Bald. in d.
auth. præterea C. vnde vir, & vxor. Iaſ. & ibi. Fabia.
Pep. nu. 74. in d. l. ſi conſtante. nu. 145. Ang. in d. l. ſi
vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cogan. Alex. conſ. 91.
nu. 4. vol. 7.

17 Quarto probatur ex eo, quod quis † oſtiatim victū
quæritat. & diſcalceatus, ſqualidus, panniſq; obſitus
eat, Bald. & Ang. in d. l. ſi vero. §. qui pro rei. Cano. in
c. Odoardus de ſolu. Iaſ. in d. l. ſi conſtante, Iaſ. num.

146. poſt

146.poſt Alex.in d.conſ.37. qui loquitur in ſcholari,
18 † qui debiliter , & humiliter indutus incedebat , &
qui viuebat in duodena,vt ipſe loquitur paupere, ſeu
infirma,tanquam pauper, dicens ex hoc ſatis dici pau
pertatem, quam probationem nonnullis corroborat
Fab. Pe.in d. auth. præterea . num. 74. verſ. & adde
etiam .
19 Quintò probatur paupertas † per famam publicam
ex eo, quod quis communiter reputetur pauper. ita
ſenſit Bald.in d.conſ.222.vol. 1.vbi allegat.l. pauper-
tas.ff.de excuſ.tut.Bart.in d.l. ſi conſtante in princip.
in 2.quæſt.ff.ſolut.matrimon.Iaſ.Alex. & reliq. in d.
l.ſi conſtante.gl.in d.l.vbi adhuc,vbi Bal.8. col. verſ.
Quærit.gl. C. de iure dot. Crauet. conſ. 201. num.46.
Oldr.conſ.277.nu.2.Calcan.conſ.8.col.7.Ruin.con-
ſil.81.nu. 1.vol.5.aut.præſenti.C.de fideiuſſ Card. in
conſ.77.nu.6.quem ad id allegat,& ſequitur D. Sfor.
Oddus in tract.de reſtit.in integ.par.1.q.38.art. 5. nu.
49.verſ.quartum exemplũ.Fab.Pep. etiam in d.auth.
præterea.num.73.verſ. nam iudex.
Limitatur tamen hoc procedere,quando agitur de
20 modico præiudicio . Nam ſi de magno † præiudicio
agatur fama non faciet plenam probationem , ſed
tãtùm probationis adminiculum, & ideò in arbitrio
iudicis erit quatenus paupertas probata ſit. ita voluit
Bart.in d.l.ſi conſtante, quem ibi cæteri maximo cõ-
ſenſu ſequuntur , nemine penitus diſcrepante , & ita
voluit Io. Lup. in c.per veſtras.de don.inter vir.& vx.
§.18.num.31.& glo.in d.l. vbi adhuc. C. de iure dot.
* quã * communiter receptam teſtatur Did.Coua.var.
reſol.in c.6.lib.2.num.8. & ita etiam limitat. Barbat.
conſ.74.num.4. vol.4.Soc.ſen.conſ.30.num. 5. vol.4.
Ruin.conſ.81.nu.9.vol.5.Bart.in l.1.C.de mend.val.
lib.10.Imol.in l.decem in prin.ff.de verb. oblig.
Secũdò limita,& intellige , vt tunc paupertas pro-
21 betur per famam, † ſi fama ſuper qua deponerent te-
ſtes,eſſet coniuncta cum credulitate,ideſt cum ſcien-
tia loquentium, vt quia idem dicunt , & credunt. ita
Bal.in d.conſ.222.num.2. Quando paupertas proba-
22 tur per famam , aduerte quod † teſtes debent dicere
non ſolùm quod Titius ſit pauper; ſed etiã quod ma-
nifeſtè eſt pauper.ita voluit Bart. in d.l. ſi conſtante,
per tex.ibi in verbo,euidentiſſimè , & ſequuntur ſcri-
* bentes * omnes, & latè comprobat Couar. var. reſol.
lib.2.c.6.num.8.
23 Sextò probatur † paupertas per vicinos. Alex. in l.
1.9.col. ff. ſi cer. pet. & in d.l.ſi conſtante.num.13.&
Ang.in authen.de hære.& fal.§.hinc nobis, vbi dicit
hoc modo melius probari , quam vllo alio . Vicinus
24 † etenim præſumiẽ ſcire facta vicini , vt in hoc eodẽ
caſu dixit Roman.conſ.245.vlt.col.ad fi, Debent au-
25 tem vicini deponere , † quod Titius eſt pauper, quia
non habet niſi tãtùm in bonis,& ſi plus haberet , ipſi
ſcirent.hoc in terminis tradit gl.in d.§.hunc nobis,&
in l. 1. §. interdicto. ff. de itinere actuque priua.vt eo
loco etiam ſcribit Roman. & id etiam tradit gl. in l.
2 C quan. fiſc.vel priuat. per quem tex.dicit ibi Bart.
26 & reliqui DD. quod † ſi vicinus interrogatus an Ti-
tius ſit pauper. & reſponderit ſic , quia ſum vicinus,
probat,de quo etiam diximus in d.concl 525. nu. 14.
vbi reperies idem eſſe in teſte conſanguineo.
27 Septimo probatur paupertas ex eo,quod quis fre-
fugit ad hoſpitale . l. ſi quis ad declinandum , & ibi
Bald.C.de epiſcop.& cler.Iaſ.& Alexan & reliqui in
d.l. ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.Alex.in l.qui accuſa
re.ff.qui ſati.cog.Ceph.conſ.216.num.9.vol.3.Crot.
in d.l.ſi conſtante.nu.16.
28 Octauò probantur pauperes,† qui † decoxerunt,&
idcirco fugæ ſe committunt, quos vulgo fallitos nũ-
cupamus. l. in fundo. ff. de rei vend.quem text. Ang.
ibi ad hoc reputat ſingularem. Rom.conſ. 163. nu 4.
Fab.a.in d.auth.præterea ſub nu. 75.
29 Nono probantur pauperes † qui bonis cedunt.Ca-
[illegible]
noniſtæ in c.Odoardus,de ſolut.Alexã. in d.l. ſi con-
ſtante.num.13.
30 Decimò paupertas probatur ex eo , † quod quis ſit
ſolitus pro alijs fideiubere. Ang. in l. in perſonam.§.
1.ff.de pact. vbi per hoc dicit cauẽdum eſſe à fideiuſ-
ſoribus: multos enim fideiubendo perueniſſe ad ino-
piam , & qui pro alio fideiuber malè vti ſubſtantia
ſua. Alexan.idem ſcripſit in d.l.ſi conſtante.num. 14.
& ibid.Iaſ.num.147.Cotta in memoral. in verſ. fide-
iuſſ. propriè.
Limita procedere , quando quis ſolitus eſt fideiu-
31 bere pro magna ſumma: ſecus † ſi pro minima ſum-
ma,quia paruum æs alienũ non generat ſuſpicionem
paupertatis in debitorem.Bal. in d. auth. ſed iam ne-
ceſſe , in 1. q. C. de don.ante nup.Cotta in d.memor.
ver.fideiuſſor propriè dicitur,Rom.in ſing.97. incip.
dic mihi,vbi concludit, quod ex quo æs alienum nõ
32 † inducit ſuſpicionem debitoris, non poteſt quis capi
tanquam ſuſpectus pro pauco debito.
33 Vndecimò probatur , † quando quis retinet pecu-
nias ſuas ſub vſuris,vt notatur in c.quanto de vſur.gl.
in l.2.ff.ſol.matr.Alex.in d.l.ſi conſtante.
34 Duodecimò probatur † per diſcuſſionem bonorũ
mandato iudicis factam . Bald.in l.quæcunque.C.de
ſer.fugit. Ang.in d.l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſd.
cog. vbi hunc modum cæteris omnibus meliorẽ eſſe
confirmat.Rom.conſ.163.num. 4.
35 Decimotertio probatur pauper † is, qui non habet
bona,& ſimul non habet artem , ex qua ſe alere poſ-
36 ſit.Nam ſi artem † habeat ex qua poſſit vitam ſuſten-
tare,non dicitur pauper,gl. in l. ſi quis argumentum,
in ver.donauerit.C.de don.Crot.in l.ſi conſtante.nu.
17. ff. ſolut. matrim. Calcan. conſ.8.colum.9.Ruin.
conſ.81.num.9.volum.5. Nec ſolùm nõ dicitur pau-
per qui habet induſtriam , ex qua poſſit ſibi victum
37 comparare:ſed etiam † qui habet propinquos diuites
qui illi alimẽta præſtare teneantur.Imol. in c.epiſco-
pus.col.2.verſ.vlt.poteſt.ibi Dec.in 3.notab.de præb.
& colligitur ex dictis per Soc. conſ. 121. lib. 4. col.7.
Ang.in d.auth.præterea.Bal.Nouel.tract. de dote.5.
par.col.pen.Cephal.hoc ſequitur conſ.216.vol.2.nu.
38 14.& ſequen. Puellæ tamen quæ † ex artificio ſuo vi-
uere poſſunt,ſi non habent vnde dotentur,nihilomi-
nus pauperes dicuntur, & idcirco legata dote paupe-
ribus puellis,ipſæ quoque dotem accipient.Bald.in l.
paupertas,per illum tex.ff.de excuſat.tut.quem refert
Iaſ.in d.l. ſi conſtante.
39 Decimotertiò probatur paupertas † ſi teſtes depo-
nant Titium habere tot bona,puta decem aureos, &
ſi plura haberet ipſi ſcirent , nec ſi haberet plus ipſi
vllo modo ignorare poſſent propter maximam , &
peculiarem patrimonij notitiam.ita voluit glo. ſing.
in auth.de hæredibus,& Falcid §.ſi verò adiunt, quã
ad id adducit Roman.d.conſ.245.& gloſs.in l. 1.ff.de
itin.actuque priua.quam dicunt ſingularem. Paul.in
l.1.ad fi.ff.ſi cer.per.Lanfranc.de Oria.in c. quoniam
contra.num.14 de probat.in c. cum eccleſia Sutrina,
num.86.de cau.poſſeſs. & proprieta. Didac. Couarr.
Var.reſol.c.6.lib.2.nu. 8.
Decimoquintò probatur paupertas, ſi quis aſſerue
40 rit ſe tantum † bona aliqua,puta domum,vel fundũ
poſſidere . Nam qui eum plura bona habere affirma-
uerit,probare debebit, ita voluit gl. in l. cum de lege.
ff.de prob.quam allegat ad eam ſe remittendo Bat.in
l. 1. §. uſuſfructus. ff. ad leg.Falc.& idem opinatus eſt
in d.l.ſi conſtante.q.1.ff.ſol.matri.ubi putauit id etiã
41 habere locum † quando tractaretur de magno præ-
iudicio,& idem ipſe ſenſit in l.fin.§.licentia.C.de iu-
re deliberan.& in l.conficiuntur.§.codicilli.ff. de iu-
re codil.& in l decem,de uerb.obligat. Alexan. in d.
* l.ſi conſtante.num.7. Corneus * communem dicit in
l.fin.C.de iure deliberan. & Rip. in d. l. ſi conſtante.
* num.180.ubi * communem dicit,& Alex. in rubr. ff.
de

de oper.nou.nunc.ac Ruyn.conſ.81.num. 3. vol.5.& conſ.91.nu.11.lib.5.Crot.in d.l.ſi conſtante, nu.34.& hanc in praxi ſeruari ſcribit Bal. conſ.128.lib.1.nu.2. Curt.ſen.conſ.27. col. 9. verſ. ſed contra præmiſſam. Fel.in c.ad aures.num. 4. ad fin.de reſcript. quos citat Didac.Couar.lib.2.c.6.num.7.variarum reſolut.Bertazol.conſ. 249. per totum.

Limitatur tamen hoc indubitanter verum eſſe, quando
41 pro paupere † eſſet aliqua præſumptio, vt inuentarij,
vel alterius rei: nam tunc abſolutè procederet dicta
cõmunis ſententia, vt per DD.in rub. ff. de oper.nou.
nunc. Alex.nu.2.Aret.& Iaſ.nu.131. & in l. fi. in §.licentia.C.de iur.deliber.Rip.nu.20.Crot.1.lect. nu.9. Alc.de præſump.reg.3.præſump. 20.nec quemquam haberet contradictorem: aliàs per talem ſolam aſſertionem nonnulli voluerunt communem ſententiam non procedere, prout ita declarant Imol. & Alexan. Aret.Iaſ.Rip.Crot.in d.l.ſi conſtante, & idem Alex. & Aret.in l.in illa.col.pen.& in l. decem.col. 5. ff.de verb.oblig.Iaſ. in §.Item ſi quis in fraudem, num.70. Inſtit.de actio.Soc. iun. conſ. 26. lib.2.Franciſ.Niconit.in d.rub.de oper.nou.nunc.269. cum alijs allegatis per Didacum Couar.in d.lib.2.c.6.nu.4. variarum reſolut. Quos referre nolumus, ne actũ agere videamur, licet non defuerint, qui hanc reſtrictionem non admiſerint, & hos tuetur Hercul. in tract. de probat. neg.nu.275.in fi.

Decimoſextò probatur paupertas ad hoc, vt quis à
43 teſtimonio repellatur ex eo, quod † non poſſideat tot
bona, quot ea ſunt, de quibus eſt controuerſia. ita voluit gl. in auth. de hæredibus, & Falcid. §. ſi vero. in verbo, ſubſtantiam, quę mero conſenſu à cæteris Doctoribus eſt approbata, & eam comprobat Fel. in d.c. ſi qui teſtium.nu.8.de teſtib.Dec. cõſ. 163.nu.6.Alex. conſ.15.vol.3.Ruyn.conſ.149.nu.32. & ſequen. vol. 5.Ioan.de Anan.conſ. 78.num. 9. Roman. in l. fideiuſſor. qui ſatiſd. cogan. & complures alij præſertim in d.auth.prætcrea.C.vnde vir,& vxor. Grat. conſ. 3. nu.26.vol 2.

Verùm id intelligendum eſt cũ grano ſalis, vt ſcili-
44 cet, id † in arbitrio iudicis relinquatur, vt ſentit Fel.in
d.c.ſi qui.& Didac.Couar.ſup.cit.loco. & Rom. in d. l.fideiuſ.ff. qui ſatiſd. cog.

CONCLVSIO MCLX.

ARGVMENTVM.

Pauper in quibus caſibus à teſtimonio repellatur.

SVMMARIVM.

1 *Pauper à teſtimonio repellitur.*
2 *Pauper facilè præſumitur corruptus pecunia propter inopiam, & egeſtatem.*
3 *Diuitiæ ad honeſtatem non parum proſunt.*
4 *Pauper omnia facere pręſumitur, vt a paupertate ſubleuetur.*
5 *Mulier ob paupertatem præſumitur copiam ſui facere.*
6 *Pauper præſumitur oppreſſus paupertate ſua, & illi minus creditur, quam diuiti.*
7 *Diues in omnibus pauperi præfertur.*
8 *Pauperes non ſunt teſtes omni exceptione maiores.*
9 *Vſurarius tanquam pauper a teſtimonio repellitur.*
10 *Pauper facilius corrumpitur, quam diues.*
11 *Pauper in criminalibus ſine tortura ad teſtimonium non admittitur.*
Contr.nu.13. Concil.nu.14.
12 *Probationes luce meridiana clariores in criminalibus requiruntur.*
15 *Pauper teſtis in criminalibus facit indicium ad torturam.*
16 *Pauper in cauſis ciuilibus arduis omnino à teſtificando repellitur.*
17 *Pauper non admittitur ad teſtificandum in cauſis matrimonialibus.*
Contrarium, ibid.nu. 19. Concil.nu. 21.
18 *Matrimoniales cauſæ requirunt plenam probationem.*
20 *Probationes etiam ſemiplenæ admittũtur in factis obſcuris, & clandeſtinis.*
22 *Pauper qui ob proprium vitium in paupertatem incidit omnino repellitur à teſtificando.*
23 *Pauperes teſtes non ſunt idonei in confectione inuentarij.*
24 *Pauperes bonæ opinionis, & famæ, teſtes eſſe poſſunt.*
25 *Paupertas non eſt de genere malorum.*
26 *Pauper qui non habet quinquaginta aureos in bonis, repellitur tum ab accuſando, tum a ferendo etiam teſtimonio.*
27 *Pauper in dignitate cõſtitutus, teſtimonium dicere poteſt.*
28 *Pauperum teſtium fides per alios teſtes integros ſuppletur.*
29 *Pauperes teſtes infames, & plures numero probant.*
30 *Pauperes teſtes admittuntur ad probandam innocẽtiam.*
31 *Teſtes domeſtici familiares, & conſanguinei, ad innocentiam probandam idonei ſunt.*
32 *Pauperes ſæpenumero magis veritatem dicunt, quam diuites.*
33 *Pauperi teſti quatenus fides adhibenda ſit, iudicis arbitrio relinquitur.*

1 PAUPEREM † à teſtimonio repelli conſulendo ſcripſit Pariſ. cõſ. 164. nu.2.vol.4.vbi ad hoc adducit l. tertiam. ff. de teſtib. & Spec.de teſtib.§. 1. verſ. Item quod eſt pauper. Io. And.& Imo.in c.ſi qui teſtium,de teſtib. Alex. conſ. 15.viſo proceſſu.vol.3.Idem Pariſ.conſ.53. nu. 12. & conſ.54.num.27.eo.vol.vbi præter ſupradictos alleg. etiam Abb. in c.ſuper eo de teſtib. Idẽ voluit Ruyn. conſ.150.vol.5.nu.15.& conſ. 158.nu.27.eodem vol. idem ſentit Auguſt Bero.conſ.200. num.7. volum.3. & Bar.in l.ex libero.ff.de quæſtionibus, & idẽ Ruyn. conſ.145.num.3.eod.volum. Anchar. conſ.157.nu.6. Marſil.in pract.in prin.nu.9.Alex.conſ.93. volum. 6. & conſil.176.num.4.volum.7.& Dec. conſ. 105. nu. 5.& conſ.161.nu.4.& conſ.310.num. 5. Iaſ. & reliqui in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor. Fely. in c.ſi qui teſtium,de teſtib.Marſil conſil. 28. nu. 21. Bragorot. de reprobat.teſtium,num.19.Fabian. de Pep. in auth. præterea,nu.80.C.vnde vir,& vxor.pract. Pap.in rub. de form.iuramen.reſt.num.12.Roman.in l.a.num.3. ff.qui ſatiſd.cogan.Dec.in d.auth. præterea. num. 15. C.vnde vir, & vxor.

2 Ratio autem eſt, quia pauper † facilè præſumitur
corruptus pecunia, propter inopiam, & egeſtatem, gl.
in l.3.in prin.in verbo, egens. ff de teſtibus glo.in c.ſi
teſtes verbo, Locuples.4.quæſtio.3.Alex. in d. conſil.
15.Viſo proceſſu, volum. 3. Anton. de Petrut.in l. 1.
nu.81.ff.de iureiurand.vbi dicit, quòd ad honeſtatem
3 non parum † proſunt diuitiæ, & idcirco pauper in ino-
4 pia † conſtitutus omnia facere præſumitur, vt ab illa
5 ſubleuetur. Quapropter paupertas † in muliere indu-
cit pręſumptionem, quod copiam ſui faciat, vt voluit
Luc. de Penna in l.quemadmodum. C. de agric. &
cẽſit.lib.11.& voluit ẽt Bar.in d.l.ex libero.ff.de quę-
ſtionib.Crot.de teſtib.parte tertia,nu.2. & idcirco di-
xit idem Ant.de Petrut.ſupra cita.loco, difficilè eſſe,
vt pauper ſit fidelis,& Franc.de Aret.conſ.48.num.5.
6 dicit pauperem † præſumi oppreſſum paupertate ſua,
& idcirco generaliter pauperi minus creditur, quam
diuiti. Aug.Bero.d conſ.200.nu.7.vol.3. Bal.in l. fin.
C.de teſtib.Calcan.cõſ.9.col pen.Crau.conſ.6.col.6.
Ruin.conſ.36.col.fin. vol.4.Tiraq.de Nobilita.c.20.
7 num.35.vbi quamplures adducit, & oſtendit, † in om-
nibus

nibus rebus diuitē præferri pauperi,& præcipuè Spec.
tit.de furt.verſ.ſed quid ſi natura. §. primo. Idem vo-
luit Ang Aret.in tract.Maleficio.verſ. qui iudex ſta-
tuit terminū.nu.7.Rom.conſ.382.nu.5. & in l.ſi con-
ſtante.nu.5.ff.ſolut.matrim.Io.de Amic.cōſ.78.col.
8 penult verſ.item probatum, & idcirco pauperes†non
ſunt teſtes omni exceptione maiores, vt tradūt ſupra
citati DD.præcipuè Venafr.ſupra citat.conſ.78. col.
pen.& comprobatur in l.3.ff.de teſtibus, & in c. ſi te-
ſtes.4.q.3.Abb.in c.in noſtra. de teſtib. Gabriel. con-
cluſ.18.de teſtib.lib.1.nu.9.Alber. de Roſa. in l.3. ff.
de teſtib.Campeg.de teſtib.reg.113.Bar. in l.illicitas.
§.fi.ff de offic.pręſid. Nell.in tract.de teſtib.in verbo,
Pauper. Soc.iun.cōſ.189.nu.36.vol.2.Rol.à Val.cōſ.
98.n.40.vol.4.Bragorot.de reprobat.teſt.n.19.Staffil.
de grat.& expect.num.60 Fabianus de Pep. in auth.
præterea.nu.80.C.vnde vir,& vxor.Cyn.in l.3.C. de
9 reb.cred.vbi etiam dicit,quod repellitur teſtis†vſura-
rius, quem pauperem præſumi ſupra oſtendimus. in
concluſ. Paupertas, quia ſicuti perdit animam ſuam
propter vſuras, ita etiam per iuramentum perderet,
quibus adde etiam Anch.conſ. 157. ſumma pruden-
10 tia.numer.6.vbi dicit,† pauperem facilius corrumpi,
quam diuitem,

Amplia, vt id multo magis procedat in cauſa cri-
minali,in qua pauper omnino à teſtimonio ſine tor-
11 tura repellitur,†ita ſcribitur in c. ſi qui teſtium.de te-
ſtibus,& ibi præcipuè Fel.nu.8. Bar. in l. ex libero. ff.
de quęſtionibus,& ibidem Marſ.nu.5.faciunt ea,quę
habentur in cap.ſi teſtes.4.q.3.in ver. item teſtium,&
in l.3.in prin.ff.de teſtib.Alex.cōſ.16. nu. 3. volum.7.
vbi etiam reddit hanc rationem, quia in criminali-
12 bus†luce meridiana clariores debent eſſe probatio-
nes,l.ſciant C.de probat.l. abſentē. ff. de pœn. Teſtes
autem pauperes,non ſunt omni exceptione maiores,
vt ait Io.de Amic.conſ.98.col.pen. verſ. item proba-
tum,& nos ſuperius diximus.Soc.d.reg.2.vbi teſtatur
* hanc eſſe *communem opinionem.Ruyn. conſ. 130.
nu.10.vol.4.conſ.155.vol.5.num. 15. conſ.146.col.1.
vol.5.& conſ.147.col 2.codē vol. Idē ſenſit Campeg.
ſupra cit.loco.Poteſt tamen admitti cum tortura, vt
ait Spec.in tit.de teſte §. primo, verſ. item quod eſt
pauper,& idem ſenſerunt ſup. cita. DD. omnes Dec.
in conſ.310.col.fi. Nellus de teſt. in verb. pauper. nu.
30. Alber. de teſtibus.c. quando repel. teſt.rat.perſo.
num.14.

13 Contrarium tamē tenuit, † quòd etiam ſine tortu-
ra admittatur, Abb.in c.ſi qui teſtium de teſtib.quem
refert Soc.d reg.157.fallen. 2. & ibidem voluit Aret.
col.2.& Fel.nu.8.& Bar.in l. ex libero. ff. de quæſtio.
Cæphal.conſ.60.col.1.verſ. 2. quia Ruyn. conſ. 158.
num.7.vol.5.

14 Conciliari poſſunt† hæ opiniones diſtinguendo:
Nā quod dicitur, pauperi teſti non credi ſine tortura,
verum eſt,quando teſtes eſſent ignoti, & obſcuri: &
quando vacillarent, vel ſponte irent ad teſtificandū,
vel eſſent de mendacio conuicti, quando autem te-
ſtes pauperes ſunt ſimpliciter, admittuntur rogati ad
teſtimonium etiam in cauſis criminalibus, habetur
tamen illis minor fides, quam cæteris. ita diſtinguit
Bar.& ibidem Marſ.num.5.in l.ex libero.ff.de quæſt.
quē ſequunt Ruyn.d.conſ.158.nu.25.vol.2.& Soc.d.
reg.157.& eſt opi. etiam Fel.in d.c. ſi qui teſtiū. nu.8.
15 Limitatur,quia tamen facit† indicium ad torturā.
Bertaz.conſ.110.nu.7.in crim.& ibi plura in addit.ad
hanc materiam pertinentia.

Amplia ſecūdo,vt id tanto magis procedat in cau-
16 ſis ciuilibus,† arduis, & magnis. Nam in eis minus,
quam in vilibus teſtes admittuntur, vt voluit Pari.d.
conſ.188.nu.27.volum.5.vbi ad id alleg. l.propter li-
tem.ff.de excuſat.tut. & not. gl. & DD.in l.admonē-
di.ff.de iureiur.& idem ſenſit Soc. d. reg. 187.Abb.in
d.l.ſi qui teſtium extra de teſtibus, vbi nō facit diffe-
rentiam circa cauſam ciuilem, aut criminalem.

Amplia tertio, vt id etiam procedat in cauſa ma-
17 trimonij probandi.Nam †teſtes pauperes non faciūt
plenam fidem, vt voluit Ruyn.in conſ.130.num.10.
vol.4.& Dec.conſ.310.col.fi.& idem Ruyn.cōſ. 149.
col. .vol 5.& Zaſius conſ.3.nu.52.vol.2.quem refert
Gabr.ſupradicta concl.18.lib.1.num.7.Soc.ſen.conſ.
18 17.num. 13. vol.1.& ratio eſſe poteſt,†quia in matri-
moniali cauſa requiritur plena probatio, vt dicit
Alex.conſ.143.col.2.vol.2. At teſtes pauperes faciūt
modicam fidem,vt ſup.diximus.

19 Contrarium†tamen,quod imo in cauſa matrimo-
niali admittantur teſtes pauperes,tenuit Aret.conſil.
13.nu.16.& Dec.conſ.163.col.3. ad fi. Soc. iun. conſ.
181.nu.38.vol.2.& facit pro hac parte,quia vbicunq;
20 agitur†de factis obſcuris, & clandeſtinis, admittūtur
probationes etiam ſemiplenę,vt latè tractauimus,ſu-
pra in concluſ.obſcurum, & tradit Gig.ſing.43.incip.
Teſtes. Cauſæ autem matrimoniales plerunque ſunt
obſcuræ, & incertæ.

21 Sed aduertendum†eſt,quod fundamentum eorum,
qui dicunt teſtes pauperes non recipi ad teſtimoniū
in cauſis matrimonialibus in eo conſiſtit,quod cauſę
matrimoniales criminalibus æquiparātur. Quemad-
modū igitur diſtinguimus in criminalib. etiā in ma-
trimonialibus diſtinguere poſſumus. Nam teſtes pau-
peres bonæ opinionis, & famæ admittuntur:at inho-
neſti,& vacillantes non mirum ſi repellūtur à teſtifi-
cando matrimonio, cum etiam ſine tortura in cauſis
criminalibus idonei teſtes non habeantur, & hanc
diſtinctionem ſentit Dec.d.conſ.163.col.3. nu.7.

Amplia quarto cōcluſionem multo magis proce-
22 dere,quando teſtis†inciderit in paupertatē ob pro-
prium vitium,puta prodigalitatis:tunc enim abſque
alio à teſtimonio repellitur,Bal. in d.c. ſi quis teſtiū.
nu.5.de teſti. Alex.conſ.131.ver. concurrit inter.vol.
6.conſ.237.col.1.eo.vol.conſ. 176. col. 2. vol. 7. Soc.
latè d.reg. 153.Ant.Gabr.d.concl.18.lib.1.nu.10.

Amplia quinto †etiam procedere in confectione
23 inuentarij, † in qua teſtes non poſſunt eſſe pauperes.
Dec.in auth.præterea. C. vnde vir, & vxor.quem re-
fert,& ſequitur Gab.ſup.cit.loco.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt procedat, quā
24 teſtis pauper†eſſet inhoneſtę vitæ,ac opinionis,ſecus
autem quādo pauperes ſunt bonæ opinionis,& famę,
ac integræ vitæ:tunc etenim à teſtimonio nō repellū-
tur.gl.in l.2.C.de tut.vel curat. q ſatiſd. nō ded. Ang.
de maleſi.in verſ. ad querelam Titij.ver.13.Pauper-
25 tas†etenim nō eſt de genere malorū.c.illa. 15.quæſt.
prima.Spec.in tit.de teſte.§.1.ver.Item quod eſt pau-
per.gl.in l.3.ff.de teſtib.Campeg. in tract.de teſtibus. d.
reg.113.Crot.de teſtib.par.4.num.7.Ruyn. conſ.158.
nu.27.vol.5.Marſ.in pract.in prin.nu. 9. Aret. conſil.
* 13.nu.16.vbi teſtatur hoc * communiter tenere DD.
in c.ſi qui teſtium,de teſtib. vbi etiā id tradit gl.Alex.
conſ.149.viſo proceſſu, col.3.lib.5 Soc.iun.conſ.189.
num.36.vol.2.Alb.de Roſa.in tract.de teſtib.ſub rub.
Quan.repell.teſt.nu. 14. verſ. vltra prædicta dubitari.
Lanfr.de Oria. in tract. depoſitionis teſtium, col.23.
verſ.Nunquid pauper.Dec.cōſ.163.nu.4. Soc.ſen.reg.
357.per tot.Nell.in tract.de teſtib.nu. 30.in verſ.pau-
per.Alb.in tract.de teſtib. ſub rub. Quan.rep.teſt.ra-
tione def.perſo.nu.13.vbi tamen hoc intelligit pro-
cedere,quādo teſtis habet aliquid in bonis. Nam qui
26 †non habet quinquaginta in bonis repellitur, tum ab
accuſando, tum etiam à ferendo teſtimonio. l.non-
nulli.ff.de accuſa.Bragat.de reproba.teſt. nu. 19.Fab.
de Pep in auth.Præterea,nu.80.C. vnde vir, & vxor.

Limitatur ſecundo non procedere,quando pauper
27 eſſet in aliqua† dignitate conſtitutus:tunc etenim cū
ceſſet ſuſpicio corruptionis ad teſtificandum admit-
titur.gl.in §.ſancimus. per illū tex.in auth. de teſtam.
Crot.ſup. cit. loco nu.8.

Digitized by Google

Limitatur tertio non procedere, quãdo plures teſtes producerentur, quorum aliqui eſſent integri, aliqui vero pauperes. Nam tunc fides pauperũ ſuppletur per fidem cæterorum. Bal. in l. 1. in 3. col. C. de teſtam. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. per illum tex. ff. de eden. Sal. in l. bonæ fidei, circa 10. col. C. de reb. credit. faciunt no. per Alex. in conſ. 24. animaduerſis. quarta col. vol. 2. Crot. ſupra cit. loco nu. 9.

Limitatur quarto non procedere, quando eſſent
29 plures † teſtes pauperes, qui tamen non eſſent infames, tunc enim probant, Aret. in d. c. ſi qui teſtium, col. 2. verſ. ex quo poſſet inferri de teſtib. Gab. concl. 18. lib. 1. num. 11.

Quintò limitat iſtam regulã ſingulariter Crot. ſupra cita. loco, nu. 11. non procedere, quando ageretur
30 † de probanda innocentia alicuius, idq; cõprobat ex
31 eo, quia in hoc caſu admittũtur † domeſtici, & familiares. Spec. in tit. de inquiſit. §. 1. verſic. ſed nunquid Io. And. conſ. 59. Viſa inquiſitione formata, imò etiã fratres, Bal. in l. parentes. C. de teſtibus: ergo tãto magis pauperes admitti debent.

Ex his igitur ſatis liquido conſtare poteſt, difficile admodum eſſe, certam ac definitam regulam conſtituere, quando pauperi teſti fides habenda ſit, necne:
32 pauperes etenim ſępè numero † magis veritatem habent, quàm diuites: diuerſa etenim hominũ ingenia ſunt, & idcirco etiam diues improbus eſſe quandoq; reperitur, ſed in his regulis apparet Iuriſcõſ. ſequutos fuiſſe id, quod magis ueriſimile eſt, & quod frequentius accidit: ſæpiùs aũt fit, ut homines pauperes improbi ſint, & facilius corrumpi poſſint, quàm diuites, quib. abundat pecunia, nõ tñ id adeo uerũ eſt, ut cõtrarium eſſe non poſſit, & idcirco oẽs. DD. una uoce
33 clamant, † in arbitrio iudicis relinqui, quatenus pauperi fides habenda ſit, id uoluit gl. in d. aut. Præterea. in verbo locuples. C. unde uir, & ux. Abb. in d. c. ſi q testiũ. & ibi. Butr. & Aret. & Fel. n. 8. de teſtib. Aufrer. de reprobat. teſt. n. 78. Alex. cõſ. 237. col. 1. lib. 6. Fran. de Aret. d. conſ. 13. nu. 16. Dec. d. conſ. 163. nu. 6. ubi teſtatur hanc eſſe* communem opinionẽ. Soc. d. reg. 357. 2. Fall. Ruin. d. cõſ. 158. nu. 27. uol. 2. Rom. in l. fideiuſſor. n. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. q dicit* cõem opinionẽ in d. auth. præterea. C. unde uir, & uxor. gl. in l. tertia uerbo egẽs. ff. de teſtib. cũ plurib. alijs, quos allegat, & ſequitẽ Didac. Couar. Var. reſol. lib. 2. c. 6. nu. 8. & alios plures ẽt congerit elegãtiſſimus Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. caſ. 65. cent. prima, quos referre nõ oportet, ne actum agere uideamur. Bertazol. poſt relatos conſ. 3. in addit. in littera B. in criminalibus.

CONCLVSIO MCLXI.

ARGVMENTVM.

Pax quomodo facta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pax non præſumitur, ſed probanda eſt ab allegante.*
2 *Pax non debet neceſſario probari per ſcripturam.*
3 *Pax probatur teſtibus, & coniecturis.*
4 *Pax probatur teſtibus dicentibus, ſe vidiſſe aliquos oſculari.*
5 *Oſculum indicat remiſſam fuiſſe iniuriam.*
6 *Pax per oſculum ex honeſtate inimico datũ non probatur.*
7 *Oſculum, & ſimilia ſigna pacem indicant, ſi voluntate, non neceſſitate, vel honeſtate fiant.*
8 *Pax probatur per tactum palmarum.*
9 *Pacis ſignum eſt, quando partes capiunt ſe per manus.*
10 *Manum ſtringere dilectionem ſignificat.*
11 *Dexteram dare dicitur ſignum pacis.*
12 *Pax probatur ex eo, quod inimici ſimul biberunt, riſerũt, & comederunt. Decl. procedere, quando ex voluntate, non neceſſitate, vel honeſtate fiunt, vt ibid. nu. 13.*
14 *Pax probatur per ſalutationem.*
15 *Salutans aliquem dicitur cum illo communicare.*
16 *Communicatio, & conuerſatio pacem probant.*
17 *Inimicus præſumitur, qui ſalutare non vult.*
18 *Amicitia ex ſalutatione prǫſumitur.*
19 *Pax probatur, ſi inimici faciunt ſibi grata ſeruitia.*
20 *Ingratitudo commiſſa per filium tollitur per gratitudinem, & merita ſubſequuta.*
21 *Pax probatur, ſi aliquis eligit inimicũ ad aliquid agẽdũ.*
22 *Legatum factum inter inimicos probat recõciliationem.*
23 *Amicitię redintegratio inter teſtatorem, & legatarium, inducit etiam redintegrationem legati.*
24 *Pax probatur per inſtrumentum, in quo dicatur factum fuiſſe pactum de inimicitijs.*
25 *Pax probatur per confeſſionẽ factã ſacerdoti in foro pœnitẽtię. Decl. procedere quoad remiſſionẽ odij, ſecus quoad remiſſionem damnorum, & intereſſe, vt ibid. nu. 26. Contrar. nu. 27. Conciliatio, nu. 28. & 29.*
30 *Sacerdos tanquã perſona publica poteſt abſenti acquirere.*
31 *Pace publice facta odiũ tantũ remiſſum præſumitur: nõ autem damnum, & intereſſe pacem facientis, & nu. 32.*
33 *Offendenti indulgendum eſt, & iniuria pro ſalute æterna remittenda.*
34 *Odium, & iracundia longa ſunt peccatum mortale.*
35 *Pax facta præſumitur, ſi offenſus recipit ſatisfactionem ab offendente.*
36 *Satisfactione iniuria, & mala voluntas tollitur.*
37 *Statuto diſponente, quod pace ab offenſo impetrata pœna minuatẽ, nõ ſufficit offenſũ recepiſſe ſatisfactionẽ damnorũ, & intereſſe, niſi etiam præciſe iniuriam remittat. Quod Ampl. procedere etiam ſi quis eſſet ſolum condemnatus in pœna pecuniaria, vt ibi. nu. 38.*

1 Quoniam Pax † non præſumitur, cũ ſit facti. Grat. reſp. 47. nu. 18. uol. 2. per l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlimi. reuerſ. ideo illam allegans debet probare. Bal. cõſ. 502. uol. 1. incip. cõiungimus, et Moro. tract. de fid. treg. et pace c. 106. nu. 12. ſed ſi de pace contractus minimè celebratus fuerit, adeò ut ex inſtrumento pax probari
2 nequeat, cũ † neceſſario in illius probatione ſcriptura minimẽ requiratur, Carald. de Boncom. in tract. de ſynd. quæſt. 9. Vulp. cõſ. 85. in prin. ad teſtes, et cõ-
3 iecturas recurrendum erit, his † enim pacem probari teſtatur Herc. in tract. de caut. de non offen. c. 9. num. 10. et ſcriben. in §. fi. Inſt. de iniur. Vulp. d. conſ. 85. et facit uulg. l. in exercendis. C. de fide inſtrum.
4 Ex teſtibus autem probabitur pax, † ſi deponãt uidiſſe aliquem cũ inimico oſculari ſe ad inuicẽ: nam cum oſculũ conſenſum indicet, ut dixit Fel. in c. ſuper. poſt nu. 4. de offi. deleg. ex oſculo pacem inferũt Doctores, et præcipuè Io. Fab. in d. §. fi. ubi etiã Ang. Inſtit. de iniur. idem uoluit Fel. in c. repellantur. poſt nu. 7. uerſ. item per oſculum. in tit. de accuſat. Abb. in c. olim. nu. 7. in gl. fi. eo. tit. Hercul ubi ſupra. c. 36. nu. 23. Ferret. in tit. de fer. ad finem. Vulp. d. conſ. 85. Bal. in l. filio, quem. ff. de lib. et poſthum. et Alex. ad Bart. in l. non ſolum. §. iniuriarum. ff. de iniur. Ant. Corſet.
5 in tract. de priuileg. pac. nu. 26. ut per † oſculũ remiſſã fuiſſe iniuriam cenſeri debere dicit gl. in c. pacem. in uerſ. probauerit. de conſecrat. diſt. 3.
6 Limita, ut iſtud non procedat, quãdo quis † recipit aliquem ad oſculum pacis in eccleſia: nam cum tũc ex quadam honeſtatis neceſſitate iſtud feciſſe dicatur, cum ſalua honeſtate nõ potuerit illum refutare, tale oſculum minimè pacem indicabit. ita Ioã. Fab. d. §. fi. ubi etiam Ang. per cap. fi. de ſentent. excommun. in Clemen. idem uoluit Aldobrãd. ibidẽ ſuper
7 gl. in uerbo, diſſimulatione, qui ait oſculum, † et ſimilia ſigna pacem indicare, ſi uoluntate, non ſi ex neceſſitate, uel honeſtate fiunt.
8 Secundò pax probabitur per † tactum palmarũ, ut uoluit Bal. in l. 1. in lect. antiq. nu. 9. in uerſ. in eadem

glo.ibi, à percuſſione palmarũ. ff. de pact. vbi inquit
9 quod ſignum † pacis,& concordiæ eſt, quãdo partes capiunt ſe per manum, vnde ſubiungit, poſtea factũ in contrario præſumi factum proditoris, idẽ voluit ibid. Ang.& Alex.nu.4.& ratio eſt, quia manũ ſtrin-
10 gere † dilectionem ſignificat gl.vlt.in c.1.tit.de ſpõ. duor.& gl.in c.fundamenta.§.tu es Petrus.verb.dexteras.de elect.in 6.Fel. in c.repellantur, circa fi,nu.6. verſ.item per tactum,de accuſat.Alex.ad Barto.in l. non ſolum.§.iniurias.ff.de iniurijs. idẽ voluit Anto. Corſet.de priuileg.pacis,nu.26.Caſtren.in d.l.1.ff.de
11 pact.& dextera dicitur † ſignum pacis. Luc. de Pen. in l.vnica.C.de aquæduc.lib.12.Afflict.in tit.de pac. iur.Moro.d.tract.c.9.nu.3.

12 Tertiò probabitur pax,† ſi inimici ſimul biberũt, comederunt,& riſerunt. Alex.ad Bar.vbi ſupra,& in d.l.1.nu.4.de pact.& eſt gl. in d.§.fin.Inſtit.de iniur. in verb. diſſimulatione. vbi cæteri ſcribentes. quam ſequitur Iac.de Belui.in pract.Iud.tit.de iniur.nu.75. verſ.15.& comprobauit Aufrer. in addit. ad Capell. Toloſ.q.233.& Bonif.de vital.in tract.de malef.col. 3.verſ.item tollitur ſimilis actio.in tit.de iniu. Herc. d.c.36.nu.23.& Ferret.in tit. de ferijs, ad finem.Ant. Corſet. vbi ſup.

13 Limita,vt non procedat niſi talia fiant † voluntariè,non aũt coactè,aut ex quadam honeſtatis neceſſitate, vt ſupra diximus de oſculo:ita limitant Ioan. Fab.Ang.& Aldobran.in d.§.fi.Inſti.de iniur. & exẽplificant in illis qui cum inimici eſſent,fuerunt inuitati ambo ad magnum feſtũ, & poſiti ad vnam menſam,vel ſimul,& non credũt reconciliationẽ factam ex hoc, quia ex honeſtate cogente hoc permiſerunt, idem voluit Manſuer.in pract.in tit. de iniur.nu.18.

14 Quartò probatur per † ſalutationem,ita Bal. in d. l.filio,quem.ff.de liber. & poſthum. per tex.in c.cum Adrianus,53.diſt.& c.omnis 24.q.1.& facit,quia qui
15 † dicit, aue, alicui, dr̃ communicare cum illo, vt in d.c.omnis,& c.excommunicatos 11. q.3.& ex com-
16 municatione, & conuerſatione † probatur pax. Bal. in l.in ipſius. C.fam. erciſ. & hoc idem ſuadet aliud
17 contrariũ, videlicet, ꝙ ex quo quis † non vult ſalutare aliũ, præſumit̃ inimicus. gl.in d.c.cũ Adrianus,in verb.ad ſalutãdum, quam ſingularem ad hoc putat Barb.in d.c.repellãtur.de accuſat.& Abb.in c.olim. nu.6.de iniur.& in c.ad nostr.al 1.n.3.de appel. Marc. Mant.cõſ.nu.173.6.vol.2.dummodo ille eſſet antea ſolitus ſalutare vt nos ſup.diximus,in concl.898.inimicũ.nu.33.ita qui ſalutat,amicus præſumit̃, & per ſalutationẽ pacem inter inimicos probari dixit Fel. in d.c.repellant̃ poſt nu.7.verſ.itẽ adde, & Manſuer. in ſua prac. nu.9.tit.de iniur.& Ang. in d.l.filio,quẽ. Alex.ad Bar.in d.§.iniuriarũ,& in d.l.1.num.4. ff.de pact.idem voluit Marc.Mant.conſ.525.n.15.cũ ſeq. vol.1.& faciunt,quę voluit Io.de Amicis,conſ.41.&
18 85.nu. 17.ꝙ ex ſalutatione † præſumitur amicitia; idẽ voluit Gram. cõſ.42.nu.12.& voto 34.nu.6.Ant. Corſet.vbi ſupra,nu.86.Hoſt.in c.olim.de iniur.

Quintò probat̃,ſi inimici poſtea ſibi faciunt gra-
19 ta † ſeruitia,ita Bal.in d.l.in ipſius,per illũ tex.vbi cęteri ſcribentes.C.fam.erciſ.& placuit Lãcellot. Conrad.in tract.de decurio.lib.1.c.9.§.3.in fi.verſ.15.ceſſare faciunt mutuam ſeruitia,in tit. de iniuriand. & bene facit,ꝙ voluit ipſe Bal.in l.liberi.C.de inoff.te-
20 ſtam. quod ſi filius commiſit † cauſam ingratitudinis,gratitudo,& merita poſtea ſecuta tollunt ingratitudinem præcedentem,quod & traditur per recentiores in l.1.ff.ſol.matr.

21 Sextò probatur,ſi quis electus † fuiſſet ab inimico ad aliquid agendum pro eo, vt l.amiciſſimos, & ibi Bar.ff.de excuſ.tut.

22 Septimò probat̃ ex legato † facto inter inimicos, ita colligitur ex Bald.in d.l. in ipſius. verſ.quærit hic Guil.C.famil.erciſc. vbi ponit caſum,quando teſtator dixerit,cuilibet ſeruo meo lego decem,& quærit vtrum per hoc videatur remiſiſſe iniuriam offendentib. & dicit, quod non, quia verba generalia reſtringuntur, vt odioſi non computentur.l.Lucius.§. Lucius damam,& ibi Iac.de Aret.ff.de leg.& ſic legatũ cenſetur factum non odioſo; ergo quando factũ eſt alicui,non odioſus habetur: ſubiungitur tamẽ,quod caſus procedit niſi oẽs offenderint,quia tunc neceſſario refertur ad offendentes, vt diſpoſitio aliquid operetur,& facit l.ſecunda,in fin. ff.de adim. lega.idem tenuit Ant.Corſet.in d. tract.de priuileg. pac.nu.27.
23 et nu.11.dicit, quod per † reintegrationem amicitiæ inter teſtatorem,& legatarium inducitur redintegratio legati, quod extinxerat ſuperueniens inimicitia per tex.in l.quod ſi iterum.ff.de adim.lega. & nos de hoc infra in concluſione,reuocatio legati.

24 Octauò probatur per inſtrm, † in quo apparet factũ fuiſſe pactum ſuper, vel de inimicitijs ſibi illatis, nam perinde illa verba ſonant,ac ſi dictũ fuiſſet,pacem fecerunt,& concordiam.ita Bal.& Ang.& illos referendo ſequitur Alex.in d.l.1.nu.2. ff.de pact.qđ dicit eſſe valde not.& ibid.hoc idem not.Caſt. nu.2. eã rationem reddens de hoc dicto,videlicet, quia in tali pacto dicitur ineſſe actus pacis,& cõcordię:ideo quando dicit inſtrm, talis fecit pactum cum tali de iniuria ſibi illata, licet non diceret pacem, cenſeretur remiſſa iniuria, & facta pax, & ꝓdeſſet illud inſtrumentum ad releuationem pœnæ, ſi ſtatutum diceret,quod habenti pacem diminuatur certa pena.

25 Nonò probatur pax † per confeſſionem factam ſacerdoti in foro pœnitentiæ,Alex.ad Bar. in d.§.iniuriarum,Iul.Clar.in fi.q.58.verſ.ſed in propoſito quæro.Io.Fab.in d.§.fi.vbi etiam Ang.Bal.in c.1.§.iniuria punitur,nu.7.in tit.de pace iuram.firm.& Gul.de Cun.inter conſ.crim.lib.1.conſ.8.per totum.

26 Limita, vt iſtud procedat,quoad probationẽ † remiſſionis rancoris, & pacis animæ, non aũt quoad actionẽ damni, & intereſſe, qñ quilibet bonus Chriſtianus tenetur ſtatim rancorem remittere,& vindictã:non aũt ſatisfactionem iniuriarũ,quoad intereſſe,aliàs nullus bonus Chriſtianus agere poſſet iniuriarũ,ꝙ eſſet abſonum & iniquũ prout dicit Io.Fab.
* in d.§.fi. Inſtit.de iniur.& hanc dicit * cõem opinionem Alex.in l.ſi tibi decem.§.quadam,num.1. ff.de
* pact.vbi etiam Bar.& * cõiter ſcrib.& idem Bar. in l. non ſolum.§.1.ff.de iniur.idem voluit Ant.de Butr. et Imo.in ca. de his.de accuſat. Dida.lib.2.reſolut.c. 10.poſt nu.6. verſ.3.vt conſtat. Conrad.in pract.fol. 411.nu.32.Aug.ad Ang.de Maleſ. in verb. cõparent & produxerunt inſtrumentum pacis,nu.27.Iul.Clar.
* d.q.58. verſ. eo. & hanc * communem opinionem etiam dixit Aldobr.in d.§.fi.Inſtit. de iniur.

27 Contrarium † ſenſit Cyn.in l.2.ff.ad Syllan.& Io. And.in addit.ad Spec.in tit.de inſtrum. edit.§. nunc vero aliqua.in addit.incip. per hoc videtur.

28 Concorda,† vt 1.opinio procedat,qñ cõfitens peccata ſua dixiſſet ſimpliciter ſacerdoti, remitto Titio omnem iniuriam,ſecunda vero,quando dixiſſet, facio plenam remiſſionem Titio. ita intelligit eã Alc. in d.§. quadam. qui dicit fuiſſe etiam de mente Bal. in d.c.1.§.iniuria,de pace iur. fir. & in l.nõ ſolum.§. iniuriarum.ff.de iniur.& Rom.in d.l.2.ad Sillan.

29 Vel ſecundo † cõcorda diſtinguẽdo, aut facta eſt remiſſio plena in foro iudiciali,qa potuit Præsbyter pro alio acquirere,vt in l.1.§.ius publicũ,& quod ibi Bar.ff.de iuſt.& iu.aut tñ rancor eſt remiſſus, et tũc actio iniuriarum,quæ datur ad pœnam, et intereſſe, non dicitur remiſſa, aut dubitamus, et tunc dicitur, quòd in dubio ſufficiat,quod alterum dimittat̃.ita diſtinguentem Bal.in d.l.nõ ſolũ.§.iniuriarum refert, et ſequitur Alex.ibid.ad Bar.et hunc tertium caſum cõprobauit in d.l.ſi tibi decẽ.§.quadã.dũ concludit, quòd in dubio debet fieri interpretatio contra iniuriantem

ſiantem, qui ſe fundat ex verbis ambiguis per l.vete-
rib.ff.de pact. & c. in præſentia, de probat. & hæc di-
ſtinctio conuenit cum illa, quã tradit Iaſ.in d.§.quæ-
dam,vbi diſtinguit, aut quis remittit rancorẽ animi,
ſeu cordis tãtùm , & non intelligitur remiſiſſe actio-
nem iniuriarum,vel ſatisfactionem.l.ſi domus.ff.de
ſeruit.vrb.præd. aut remittit plenè in præſentia ſacer
dotis,& tunc cẽſetur remiſiſſe nedum rancorem , ſed
30 etiam actionem,& tali caſu poteſt † ſacerdos acqui-
rere abſenti tanquam perſona publica.l.1.§. publicũ
ius,& ibi not. Bart.ff. de iuſt. & iur. c. quamquam de
vſu.in 6.c.ius publicum.diſt.1.aut ſumus in dubio, &
tunc ſolùm odium,& rancor cenſetur remiſſus , non
autem actio , vel ſatisfactio , & ita etiam tenet Abb.
in c.1.col.fi. verſ.vlt.ſuper tex.de iniur.

Amplia limit.vt non ſolùm procedat, quando re-
31 miſſio fuiſſet facta coram ſacerdote. ſed † etiã ſi fiat
pax publicè : nam per talem pacem cenſetur remiſ-
ſus tantùm rancor, & vindicta, non autem intereſſe
pecuniarium reſpectu damnorum, & expẽſarum.ita
dixit Didac.variar.reſolut.lib.2.c.10.nu.6.verſ.4.eo.
vbi hanc *communem opinionem dicit. Plaz. lib.1.
delictorum.c.6.nu.40.& ita intelligere,& ſequi * cõ-
muniter ſcribentes poſt gl.in d.§.fin.in ver.non reuo
cauerit,teſtatur Io.de Amicis conſ.88.num.14. & ita
poterit intelligi dictum Ang.in d.§.fi.nu.2.in fi.dum
32 notat gl.& ex illa colligit,quod ſiue † ſponte,& pro-
prio motu,ſiue coactè,& cauſatiuè,vt mortis cogita
tione quis iniuriam remiſerit , vt Deus miſereatur ſi-
bi,quòd licet poſteà reconualeſcat , & ſic ceſſet cau-
ſa timoris,non tamen renaſcitur actio iniuriarũ,quo
ad vindictam,quę propter ſalutem æternam remitiẽ-
33 da ſtatim eſt,& offendenti † indulgendum eſt.de pę-
nit.diſt.5.c.vlt.& nobis non eſt licitum aliquem ha-
bere odio.c.cum in leg.23.q.4. ex quo odium , & ira-
34 cundra † longa ſunt pec.mort.c.vnũ oratiũ.§.crimi-
nis.diſt.25.ſecus autẽ,quo ad dãna, quorũ refectionẽ
licet petere,& conſequi, quia ex præcepto Euangeli-
co non tenetur quis remittere niſi rancorẽ,& odium,
non aũt actionem iniuriarum,& ſatisfactionẽ ſuam
c.ſi illic 23.q.4.c.ſi quis contriſtatus,cũ gl.diſt.90. gl.
pe.in c.1.de maled. imò benefacit , qui demiſſo ran-
core agit iniuriarũ puniendo dèlinquentem. c.& qui
emẽdat.diſt. 45. & nemo tenetur reijcere rancorem ,
vel potius zelum illum bonũ peruenientem ex ira ,
qua appetimus per iudicẽ delicta coercen.c.ſi is,qui.
c.eſt iniuſta.c.diſplicet 23.q.4.Sylueſt.in verb. chari-
tas.q.4.Nauar.in Manna.c.14. nu. 25. vbi dicit mul-
tominus nõ teneri condonare actionẽ,& ſatisfactio-
nẽ iniuriæ,quæ in iudicio peti poteſt,iux.gl.in d. c. ſi
quis contriſtatus , & hoc intellige , quando aliter
ex verbis poſitis in inſtr̃o pacis non appareret,ſed eſ-
ſet facta pax ſimpliciter,vt ſup.cita.dd.loquuntur.

Decimò probatur pax, vel potius præſumitur , qũ
35 offenſus † recepit ſatisfactionem pro offenſa : nam
quemadmodum omnis obligatio tollitur ſolutione
illius,quod debetur.Inſt.quib.mod.toll.oblig.in prin
36 cip. cum ſimilib.ita ſatisfactione † illius, qui iniuriã
inferebat præſumitur,ſublata omnis mala voluntas,
ex offenſione,& iniuria proueniẽs.ita reſpõdit . Vlp.
in l.ſed ſi vnius,in §.ſi ante iudicem. ff. de iniur. Qui
enim inquit.I.C.accepit ſatisfactionem , iniuriã ſuã
remiſit. & in hanc ſententiam videtur fuiſſe reſpon-
ſum à Paulo in l.ſi pupillus alterum. ff. de adminiſtr.
tut.hoc idem ſentit Hieron. Butigel.in l.lecta, nu.42.
ff.ſi cer.per.& Hippol. Rim.in l.ſi vnus. §. pactus , ne
peteret.nu.348.verſ.hinc.ff. de pact.

37 Addetu , quòd ſi quis † oſtendat , vel probet ſe ſa-
tisfeciſſe pro damnis, vel reſtituiſſe rem ablatam, vel
ſolniſſe pęnam pecuniariã,in qua fuerat condemna-
tus aduerſus partem,& ſic licet pars acceperit ſatisfa-
ctionem , vt ſup. quoad intereſſe, quod nihilominus
talis ſatisfactio non prodeſt volenti impetrare gra-
tiam pro pęna corporali,vigore ſtatuti mitius punię-
tis , vel in totum remittentis pęnam habenti pacẽm
ab offenſo , quia vltrà talem ſatisfactionem requiri-
tur remiſſio ipſius partis præcisè, & ita deciſum fuiſ-
ſe per Senat. Med.teſtaẽ. Iul. Cla.d.q.58.verſ.ad.adde.
quòd ẽt in facti contingentia in quodã Nicolao For
becano , qui fuerat pro homicidio condemnatus ad
triremes per triennium, & in ſcutis 50.verſus partem
cũ in approbatione gratiæ triremium produxiſſet in-
ſtrumentũ ſolutionis ſcut. 50. factæ parti ipſius inter-
fecti,fuit reiecta gratia , & opus fuit illi habere ab eo
plenã pacem, & remiſſionem, qua fuit deindè gratia
approbata,& idẽ Clar.ſubiungit idem eſſe in illo,qui
38 non fuit † principalis ad homicidium committẽdũ;
ſed tanquam de ſimplici auxilio condemnatus in pę
nam pecuniariam : nam non poterit frui tali ſtatuto
gratioſo,circa illam pęnam pecuniariam,niſi habue
rit pacem, & remiſſionem à parte,quod nota : nã ali-
quando in facto occurrunt,et ipſum Iul.Clar.dum ſi-
milia eueniũt adeas:nã quid. tum in iure , tũ in facto
ex cõſuetudine ſeruandũ ſit,magiſtraliter enarrat.

CONCLVSIO MCLXII.

ARGVMENTVM.

Pax ex quibus rupta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pacem rumpere crimen grauiſſimum eſt.*
2 *Pacem rumpens contra Dei præcepta committit.*
3 *Pax non præſumitur rupta.*
4 *Pax in dubio iudicanda eſt perpetua,non temporalis.*
5 *Pax eſt finis diſcordiæ perpetuo duraturus.*
6 *Pacem rumpens ex noua cauſa non incurrit in pœnam.*
7 *Promiſſio quælibet habet in ſe clauſulam, Rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente.*
8 *Renunciatio etiam cum iuramento iuris, quod habet, vel habere ſperat in tali re , intelligitur ex cauſa de præterito.*
9 *Pax ad euitandam pęnam , ex noua cauſa ſemper rupta præſumitur.*
10 *Offendens poſt factam pacem ex noua cauſa offendere præſumitur.*
11 *Interpretatio benignior in pœnalibus eſt facienda.*
12 *Interpretatio facienda eſt, vt delictum euitetur.*
13 *Pacem rũpens ex noua cauſa etiam leui,et friuola,non incurrit in pęnam.*
14 *Pęnam,vt quis incurrat ob factam pacẽ, dolus requirit.*
15 *Dolus non præſumitur.*
16 *Cauſa quælibet etiam leuiſſima, & iniuſta excuſat à dolo.*
17 *Cauſam iniuſtam frangendæ pacis,ſe habere cognoſcens, & nihilominus in illa perſeuerans , dicitur eſſe in dolo manifeſto.*
18 *Pacem rumpens ex cauſa iniuſta,non euitat pęnam ſtatutariam,vel legalem,ſed conuentionalem tantum. Decl. niſi ſtatutum exigeret dolum tantum,vt ibid.nu.19.*
20 *Pacem rumpens ex cauſa affectata,non excuſatur.*
21 *Cauſa iniuſta,& rumor non excuſant in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
22 *Dolus præſumitũ in his,quæ ſunt de genere prohibitorum.*
23 *Omne malum præſumitur peſſime factum, niſi probetur contrarium.*
24 *Cauſa affectata , & rumor nimis vanus , & fatuus non excuſant.*
25 *Credulitas adhoc,vt excuſet debet eſſe vehemens, & rationabilis , & habita à perſona fide digna.*
26 *Prohibita faciens ad hoc , vt teneatur debet cognoſcere illud eſſe prohibitum.*
27 *Pacem rumpens ex noua cauſa etiam incontinenti, excuſatur.*
28 *Pacẽ rũpens tã incontinenti,quàm ex interuallo,ex noua cauſa,*

cauſa,excuſatur ſolum à pœna conuentionali,non autē à pœna,quæ venit applicanda fiſco.

29 Offendentes ſe adinuicem non puniuntur quoad intereſſe partis,ſed criminaliter tantum.

30 Pacem rumpens etiam iuramento firmatam ex noua cauſa pęnam non incurrit.

31 Pactum,& conuentio iurata, cenſentur habere illā clauſulam,rebus ſic ſtantibus.

32 Pacē rumpens ex noua cauſa etiam falſa excuſatur. Decl. procedere,ſi iuſta credulitate inductus fuit, vt ibi,n.34.

33 Pax ad hoc,vt dicatur rupta,animus iniuriādi requirit.

35 Credulus nimium,& vanus non caret ſuſpicione.

36 Paci impune licet contrauenire ex noua cauſa, etiamſi in ea adſit clauſula, rato manente pacto.

37 Clauſula,rato manente pacto,operatur,quod licet contractus contraueniatur,firmus nihilominus maneat.

38 Clauſula,rato manente pacto, operatur ſolum ad commodum obſeruantis pro parte ſua contractum.

39 Clauſula,toties,quoties,operatur,quod toties, quoties contrafactum fuerit, pęna committatur.

40 Clauſula,toties, quoties, non operatur, quominus paci ex noua cauſa contrauenire liceat.

41 Offendens pluries non incidit in pęnam plusquam ſemel, niſi adſit in contractu pacis clauſula, toties, quoties.

42 Offenſus, offendentem, offendere impune poteſt,quoad pęnam conuentionalem.

43 Pacem rumpere licet ex noua cauſa, etiamſi expreſſe contrarium conuentum ſit. Et quæ ſit ratio. ibid.nu.44.

45 Statutum excludens interpretationem extrinſecam intelligitur excludere tantummodo leuem, & friuolam.

46 Argumentum de pacto ad ſtatutum, & è contra valet.

47 Offenſa leuis,& friuola non facit rumpere pacem,& n.50.

48 Verba non debent eſſe fruſtra appoſita, & ſine effectu operandi.

49 Verba debent operari,ſecundum naturam contractus, & rei in contractu deducta.

51 Pacem rumpens ex noua cauſa non punitur, etiāſi Princeps ſtatutum,vel lex decernerent, nouam cauſam allegari non poſſe.

52 Decretum,quod noua cauſa non poſſit allegari, intelligitur de leui,& friuola.

53 Decretum tollens defenſionem non valet.

54 Defenſio eſt de iure naturali.

55 Princeps defenſionem tollere non poteſt.

56 Decretum ne ex noua cauſa poſſit pax rumpi,interpretatur,quomodo ſit intelligendum.ibid.& nu.57.

58 Decretum ne noua cauſa poſſit allegari,non comprehendit cauſam certam,& claram, & quando offenſus offendiſſet incontinenti.& nu.61.

59 Offenſio ex interuallo non dicitur defenſio naturalis, ſed vindicta.

60 Decretum,ne ex noua cauſa pax rumpatur,non extenditur, quando quis offenſus reoffendit.

62 Pacem fregerit quis ex noua,vel veteri cauſa, ipſius iuramento probatur.Contra.nu.63.Concil.nu. 64.

65 Noua cauſa, vt præſumatur debet prius conſtare de facto,ex quo oriatur dubitatio circa nouam cauſam.

66 Pax rupta dicatur ex noua cā,necne,ſtat iudicis arbitrio.

67 Cauſa noua rumpendæ pacis quæ dicantur.

68 Calor ſimplex iracūdiæ nō excuſat, niſi iuſta cā precedat.

69 Dolum qualibet leuis cauſa excludit.

70 Cauſa qualibet leuis ſufficit ad euitandam pęnam pacis ruptæ.

71 Nouam ruptæ pacis cauſam,non ſolum plenè,ſed & ſemiplenè, & præſumptiuè ſufficit probare.

72 Noua cauſa per vnum teſtem probatur.

73 Noua cauſa pacis ruptæ probatur per famam.

74 Tregua ob nouam cauſam non dicitur rupta.Contr. nu. 75.Concil.colligitur ex dictis ibid.nu. 77.

76 Proditionem licet mihi facias, non tamen debeo aliquid contra te moliri,cum tibi fidem promiſerim.

77 Iura loquentia de frangente pacem habēt etiam locum in frangente treguam.

78 Pacem rumpens etiam ex leui,& friuola cauſa, dummodo ex ea offenſus ad iram prouocari potuerit,non incurrit in pęnam. Contrarium.ibid.nu.79.Concil.nu.81.

80 Promittens non offendere, ſi offenderit etiam in minimo, contrafacit promiſſioni.

82 Animus; & voluntas diſtinguunt maleficia. & nu.124.

83 Offenſa maxima,dummodo non adſit animus vlciſcendi, non rumpit pacem.

84 Rapiens filiam illius,cū quo pacem fecerat,non ob iniuriā, ſed propter ardorē amoris,non dicitur paci cōtrauenire.

85 Offenſa, etiam minima, iniuriandi animo commiſſa pro magna reputatur.

86 Vrtans aliquem, vt eum proijceret in flumen,grauiter offendere dicitur.

87 Impulſio dicitur leuis offenſa.

88 Pax ex qua cauſa poſſit dici rupta,necne,iudicis arbitrio relinquitur.

89 Pacem rumpens ex noua cauſa etiam minima, nō incidit in pœnam, etiam ſi in inſtrumento pacis adſint verba generalia, & pregnantia.

90 Interpretatio ſtricte facienda eſt,vbi de pace rupta agitur.

91 Verba vniuerſalia,etiam negatiua,non ſunt indirecte intelligenda.

92 Verbum nullum eſt adeo vniuerſale, quod conſideratis circūſtantijs non debeat reſtringi,& ciuiliter interpretari.

93 Diſpoſitio nulla tam generalis eſt, quæ nō recipiat limitationem.Contra.ibid.nu.94.Concil.nu. 100.

95 Promiſſioni de non offendendo,etiam ſimpliciter factę, contrauenitur offendendo etiam in minimo.

96 Verbū,quoquomodo,importat omnes modos excogitabiles.

97 Verbum,quomodolibet,importat modum realem,perſonalem,directum, & indirectum.

98 Prohibitus alienare bona, ſub priuatione hereditatis, ſi minimam rem alienauerit, hereditate priuatur.

99 Pax etiam per leuem offenſam rumpitur.

101 Pax,quando facta eſt ſuper leuibus offenſionibus,per leues etiam offenſiones rumpitur.

102 Relatum,in referente continetur,cū omnibus qualitatib.

103 Pax rumpitur ex eadem cauſa, ex qua preceſſit.

104 Pax rumpi poteſt contra comprehenſos in pace antequā ratificauerint.& nu.109.Contr.nu.108 Concil.n.110.

105 Stipulatio,mihi ab altero facta,non mihi acquiritur,antequam ratificauerim.

106 Contractus ad hoc,vt perfectus dicatur, vtriuſq; partis conſenſus requiritur.

107 Contractus non poteſt operari, antequam contrahentes ratificauerint.

111 Ratificatio pacis debet fieri re integra, alioquin ſequuta offenſione non retrahitur in præiudicium tertij.

112 Notarius pro altero acceptans,ipſi non acquirit ratificatione non ſequuta.

113 Ratificatio,quando dicatur fieri re integra,& in tempore habili,remiſſiue.

114 Impubes ratificare non poteſt,niſi per ſuum tutorem.

115 Ratificatio pacis præſumitur, ſi in ea comprehenſi ſciuerint, & non contradixerint.

116 Ratificatio fit re,verbis,& tacito conſenſu.

117 Ratificatio pacis non requiritur, quando adeſt conſuetudo,quod pax valeat, etiamſi non ratificetur.

118 Offendens minantem ſibi, pacem fregiſſe non dicitur.

119 Pax,vel potius cautio de non offendendo,non dicitur rupta,etiamſi tractatum ſit de aliquem occidendo.

120 Paci,an ſit contrauentum, ex verbis inſtrumenti ipſius pacis colligitur.

121 Pax quibus caſibus dicatur rupta,remiſſiue.

122 Dolus,& animus vlciſcendi requiruntur,ad hoc vt quis pacis ruptæ pœna teneatur.

123 Pacis ruptæ crimen dicitur de atrocibus delictis, & grauiter puniendum eſt.

124 Offendiſſe,quis non dr̄,niſi animo offendendi offendat.

125 Voluntas, & animus offendendi attenduntur in delictis.

126 Dolo non probato, ſiue iuſtis,ſiue iniuſtis rationib. quis adductus fuerit ad delinquendū,ſtatim eſt abſoluendus.

Dolo

Digitized by Google

127 Dolo ceſſante, teſtis falſus nulla pœna punitur.
128 Dolo ceſſante ceſſat etiam pœna homicidij.
129 Proijciens lapidē contra canē à quo morderi timebat, & hominē illac tranſeuntem occidens, non eſt puniendus.
130 Bannitos ac rebelles in domo, in qua erant etiam ipſi, in ſcijs, non banniti, concremantes non tenentur.
131 Principalis agentis intentio, & quod principaliter agitur, attendi debet.
132 Rapiens filiam, vel adulterans vxorē illius cum quo pacem habebat libidinis cauſa, non dicitur pacē rumpere.
133 Pax non rumpitur propter offenſam, ex alia cauſa prouenientem, quam vt pax rumpatur.

1 Quoniam rumpere pacē, & illi inſtare † crimen grauiſſimum eſt, vt habet c.1. de pace tenen. & eius violat. in c.1. de tregua, & pace, & c.1. §.1. de pace ten. inter ſubd. in vſib.
2 feud. imò contra † Dei præceptū cōmittit, qui ab illa diſcedit: dilige. n. proximū tuū ſicut te ipſum dicit Dñs. ideo ad euitandam delicti præſumptionē, iuxta
3 l. meritò. ff. pro ſocio, in dubio † pax rupta non præſumetur, ſed adhuc integra & firma iudicanda erit. ita Vulp. cōſ.2. nu.24. & Cor. cōſ.40. lib.2. Dec cōſ.406. nu.7. & Bal. in l. ſi prædiū. C. de ædil. edi. & Rom. cōſ.
4 183. in caſu propoſito in fi. & in dubio † pax ppetua pronuncianda eſt non autē temporalis, vt voluit Iaſ. in l. cū proponas. C. de pac. nu.6. dū dixit definiendo
5 pacē, φ pax † eſt finis diſcordiæ perpetuo duraturus. ſi autē de pace rupta dubitari contigerit ſcito, quod indubitata eſt DD. ſententia, pacem non ideo rumpi
6 ad pœnam incurrendam fractę pacis, ſi † ex nunc ſuperueniente cauſa rumpatur, ita decidit Bar. in l. aut facta. §. cā. nu.1. circa fi. ff. de pœn. Bal. in c.1. de pace ten. in vſib. feud. Ant. de But. & Imo. in c.2. de renun. §. Paul. de Caſtr in l. qui ſeruū, ad fi. per illū tex. ff. de verb. obl. Rom. in l. ſemel mora. nu.71. verſ.1. & c. ff. ſol. mat. vbi per multa ſimilia adducit. Dec. cōſ.531. nu.7. verſ. & iſta concl. Alex. conſ.155. nu.4. lib.4. & in conſ.19 nu 2. lib.1. & in cōſ.113. lib.2. Soc. iun. cōſ. 103. per totū, lib.3. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6.q. ff. de verb. obl. Alc. in l. cū ꝓponas. C. de pact. Rom. conſ.258. in caſu propoſito, Alex. in d. l. ſemel mora, verſ. circa prędicta. ff. ſol. mat. Iaſ. in d. l. qui ſeruum. nu.2. ff. de verb. obl. Marſ. in pract. §. aggredior. nu.8. & in cōſ.26. nu.30. cōſ.83. nu.24. & melius conſ. 119. Rom. cōſ.183. per totū. Mar. in l.1. §. fi. nu.25. ff. de fideiuſ. & in rub. de fideiuſ. nu.152. & in ſing.503. Rui. cōſ.10. in fi. vol.4. Pariſ. conſ.164. nu.24. & 165. nu.26. vol.4. Cra. cōſ.164. n.6. Bal. cōſ.195. nu.4. & 5. vol.2. Cor. cōſ.167. nū.5. vol.3. & cōſ.51. col.1. vol.1.
* Herc. in tract. de caut. de nō offen. c.13. qui de * cōi teſta ē, ver. hæc proculdubio, & Moro. in tract. de fid.
* treg. & pacc. c.112. vbi * cōem dicit, & * cōem quoq; dixit Dec. cōſ.380. nu.2. Bertaz. conſ.4. nu.9. in crim. Dec. cōſ.4. nu. 22. vol.3. cū plurib. ibi alleg. Vulpel. conſ.67. nu.6. vbi hanc receptiſſimā ſentētiam dicit.

Ratio huius deciſionis eſt, quia in cōuentione pa-
7 cis, ſicut in alia qualibet promiſſione ſemp † intelligitur ineſſe illa clauſula, rebus ſic ſtātibus, & aliquo de nouo nō ſuperueniente. c. cum inter. de renunc. c. quemadmodū. de iureiu. & in c. clericus. co. tit. l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi. C. de nō nu. pec. l. ſi. ff. ad municip. Rom. cōſ.183. nu.1. verſ.3. licet. vbi plura ad hoc adducit. facit tex. in l. ſi vnq. C. de reuoc. dona. & tex. in l. cū acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. & ſuadet pulchrū dictū Barſ. in l. vxor. §. diuus. ff. de adult. vbi dixit, φ ſi aliquis re-
8 nunciauerit, † etiā cum iureiuri; φ habet, & habere ſperat in tali re, φ talis renunciatio intelligitur, φ habere ſperat ex cauſa de præterito, non autem ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente, & ideo nō obſtante tali renunciatione poterit petere ius nouiter ſibi ſuperueniens in dicta re, & idem replicauit in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. & in l. poſt emācipationem. §.1. nu.3. ff. de lib. leg. & in l. qui cū tutorib. ff. de tranſac. nu.1. Marſ. in l.1. §. fi. in 78. & 9. col. ff. de quæſtio. & in terminis Hercu. vbi ſup. d. c.13. nu.
* 3. verſic. hæc proculdubio eſt * communis & magis
* * communis opinio. & Pariſ. conſ.165. nu. 28. vol.4.
9 nota, quod ad pœnam euitandam noua cauſa † ſemp in dubio præſumit, ita Bero. conſ.198. nu.19. vol.3. per ea, quæ voluit Bart. in d. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœ. & Alex. in d. conſ.115. col.4. & in d. l. ſemel mora. ff. ſol. matr. & in l. ſi qs mihi bona. §. ſed quid col.
10 3. ff. de acq. hæred. & ideo ille, qui poſt factam † pace offendit, præſumendus eſt, φ offenderit non ob cauſam antiquam, ſed ex noua, & ſuperueniēti cauſa, quia
11 hoc eſt benignitatis, & cū ſimus † in pœnalibus hæc interpretatio eſt facienda. c. in pœnis. de reg. iu. in 6. l. ſi de interpretatio. ff. de pę. & idē Bero. cōſ.206. nu.8. eo. vol.3. & Imo. in d. l. qui ſeruum. ff. de verb obl. vbi Ale. qui in d. l. ſemel, dicit hoc eſſe æquius, & verius idē tenuit Rui. cōſ.10. vol.2. Moro. d. trac. de fid. treg. & pacc. c.113. nu.3. Bal. in l. ſi prædiū. C. de ædil. edi. Alex. conſ.19. col.2. lib.1. & conſ.110. lib.4. Dec. cōſ 406. & 531. Doct. in l. cum proponas. C. de pact. Grat. conſ.73. nu.19. lib.2. Pariſ. d. conſ.165. col. fi. lib.4. & conſ.168. colum. fi. eo. lib. Marſ. in rub. de fideiuſ. nu. 151. & in conſ.119. & in pract. §. aggredior, num.85. & in l.1. §. fin. de quæſt. Socin. iun. conſ.103. lib.2. &
* hanc * communem opinionem dicit Vulp. conſ.3. num.14. id voluit Hercul. in d. tract. de non offend. cap.13. nu.7. & Bertaz. conſ.4. num.9. & in conſ.147.
* nu.23. dicit quod ferè * omnes ita tenent, & ita in terminis conſuluit Ruin. conſ.10. num.12. vol.4. ea ra-
12 tione ductus, quia ſcilicet capienda † eſt illa interpretatio, per quam euitetur delictum, iuxta l. merito. ff. pro ſocio, & probatur ex not. per Bar. & Doct. in l. nō ſolū. §. ſed vt probari. ff. de no. ope. nun. Et tanto magis noua cā præſumit, ſi actus nouæ offenſæ non correſpondeat, nec conueniat qualitati antiquę offenſe: ſed nouæ, prout ita animaduertit Bal. in l. ſi prædiū, col. fi. C. de ædil. edic. & ſequitur Alex. in d. l. ſemel mora. poſt Rom. ibi. ff. ſol. matr. & in d. l. qui ſeruum, per Doct. ff. de verb. ob. Rui. conſ.46. ſupius, col.3. n. 8. vol.1. Pariſ. cōſ.265. nu.26. vol.4. & cōſ.164. eo. vol.

Amplia cōcluſionem, vt procedat etiam ſi noua
13 cauſa allegata, & ſuperueniens † non eſſet iuſta eā pace tum pendi, ſed leuis, friuola. Moro. vbi ſupra, in c.123. nu.1. & Hercul. in d. c.13. nu.15. Alex. in conſ. 119. vol.1. & conſ.114. vol.4. Bal. conſ.195. vol.2. vbi exēplificat in rixa, & ioco Alex. & Iaſ. in l. qui ſeruū ff. de verb. oblig. Marſ. ſing.503. Soc. iun. conſ.103. n. 9. & ſeq. lib.3. Cur. iun. conſ.19. col.1. & conſ.34. n.8. Io. de Ana. conſ.27. nu.36. Dec. conſ.331. Guid. Pap. deciſ.301. Crau. conſ.233. Grat. cōſ.114. lib.1. Tiraq. de pœn. cauſa 43. & latè per Gabr. de maleſi. concluſ. 8. & ratio huius ampliationis ea eſſe poteſt, quia ad incurrendam pœnam propter fractionē pacis requi-
14 ritur † dolus, ita Alex. conſ.115. viſo themate, col.4. num.15. vol.4. & conſ.119. num.2. lib.2. & Bero. cōſ. 196. num.121. & conſ.198. num.9. volum.3. Bertaz. conſ.4. num.7. & 13. in crim. & Hercul. in c.34. num.
15 8. & dolus † non præſumitur, l. dolum. C. de dolo, l. quotics. §. qui dolo. ff. de probat. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. & cum ſimilib. Sed bene quælibet
16 † cauſa etiā leuis, & leuiſſima, & ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat à dolo, l. igitur. ff. de libe. cauſ. Ale. d. cōſ. 199. col.2. lib.2. & conſ.277. col.2. lib. eo. Iaſ. conſil. 179. lib.2. & conſ.130. colum.2. eo. lib.2. Rom. conſ. 573. Alex. in l. ſi quis mihi. col. fi. ff. de acq. hære. Dec. conſ.507. & in conſ.531. & Alex. in l. ſemel mora. ff. ſolut. matr. Bero. d. conſ.198. num.9. & Bertaz. conſ. 4. nu.7. Venaſ. in conſ.27. & in conſ.84. nu.5. vbi dicit
* cit hanc eſſe * communem opinionem, & lauſianè habetur apud Gabr. d. concluſ.8. de maleſi.

dixit Hercul.d.c.18.nu.8.per l.à Titio.ff. de condi.& demon.Marſ.in ſing.503.Iaſ.d.l. qui ſeruū. ff.de ver. obli.Dec.& Cagn.in l.qui cū alio.ff. de reg. iur.aliàs
35 diceretur nimis † credulus,& nō careret ſuſpicione, cum vanus eſſe non debeat de facili credendus l.1.§. 1.ff.de eo,per quem fac.erit.

Quintò amplia etiam ſi in contractu pacis fuiſſet
36 appoſita clauſula, rato † manente pacto, quæ ſolet
37 operari,quòd † licet contraueniatur, contractus tū firmus manet,quia illa non obſtante ob nouam cauſam,vel offenſionis,vel alterius prouenientis à nouā cauſam dante,& prius pacē rumpente,poterit offenſus, vel aliam nouam cauſam habens impune cōtra ctui pacis contrauenire.Hercul.in d. tract.c.18.nu.5. Alex.in d.l.ſemel mora, ff.ſol. matr. & in conſ. 115. col.2.lib.4.& conſ.32.lib.2.in fi. Anch.cōſ.141.col. 1.Fel.in c.3.in fi.de iureiu.Ripa in repet.l.fi.q.33.C. de reuoc.donat.Pariſ.in d.conſ.165.nu.25.vol.4.Sal. & Caſtr.in l.qui fidē.ff.de tranſac.& idē Sal. Caſtr.& Bal.in d.l.qui ſeruū.ff.de verb.obli. & ratio eſt, quia
38 iſta clauſula † ſolum operatur ad commodum obſeruantis pro parte ſua contractū, non aūt ad commodum nō obſeruantis,cui non debēt ſeruari promiſſa, ita Alex.in d.conſ.165.nu.25.& Hercu. in d.c.18.nu. 5.Iaſ.in d.l.cum proponas,col.fi. C.de pact. & Marſ. ſing.347.& colligitur ex glo.in d.l.qui fidem. facit.l. quæro.§.inter locatorē.ff.loca. & quod ibi not.Bar.

Sextò amplia, vt idē ſit ſi appoſita fuerit clauſula
39 toties,quoties,quæ operatur, † q pœna toties committatur,quoties cōtra factū fuerit.l. ſi duo.§.1. ff.de arb.quia illa non obſtante, primus offenſus, vel aliā cauſam nouam habens, poterit impunè pacis cōtra-
40 ctum † non ſeruare.ita Hercula. vbi ſupra num.6.& Bal.Sali.& Pau.Caſt.cū DD.l.qui fidē.ff.de tranſac. & in l.qui ſeruum. ff.de verb.obl. Alex.in d.cōſ.115. * nu.9.vol.4.vbi dicit hanc veriorem,& magis* cōem opinionē contra Imo.contrariū ſentientem. idē voluit Pariſ.vbi ſupra in clauſula, rato manente pacto. & hoc pacto Alex. vbi ſupra interpretatē & explicat intentionē Io. And.in addit. ad Spec.in tit. de treug. & pace.in rub.ad fi.dū voluit,q pœna adiecta in promiſſione pacis ſeruandæ nō committatur, niſi ſemel per primam offenſam,niſi ſit adiecta clauſula,q pœna committatur toties, quoties contrauentū fuerit: nā dicit,quod intentio Io. And.ibi eſt,quod ſi ille, q
41 offendit,offenderet iterū,† non incidat in pœnā pluſquam ſemel, niſi ſit adiecta clauſula, q toties pœna committatur,quoties fuerit contrafactū,non autem vult Io.And. q ſi primus offenſus offendat eum, qui poſt pacem ipſum offendit,incidat ſecūdo offendēs in pœnam,quia hoc eſſet contra l.cū proponas.C.de * pactis.& l. qui fidē. ff.de tranſa. & contra * cōes ſen-
42 tentias DD.q offenſus † offendentem offendere impunè poſſit,quoad pœnam conuentionalem,de qui bus per Port.cōſ.71.nu.15.& Benin. deciſ.65.nu.2. & nos ſupra in prin.concluſ.

Septimò amplia,etiam ſi in inſtro pacis fuerit cōuentum pacto expreſſo, quod per comprehenſos in
43 pace, non poſſit allegari noua cā,nā † nihilominus poterit offenſus primus impunè ēt ob nouā cauſam offendentem offendere,ita Hercu. vbi ſupra,c.13.nu. 5.Bertaz.conſ.147.nu.24.& Bero. conſ.198.num.16.
44 vol.3.ea ratione,† quia contrahentes cenſentur tantummodo cogitaſſe de excluſione,& non allegatione cauſæ leuis, vel friuolæ, autem grauis,& veræ,vt * in ſimili de ſtatuto dicunt * cōiter DD.vbi præcipuè Bar.in l.oēs populi.ff.de iuſt. & iur.vbi decidunt, qđ
45 ſtatutū † excludens interpretationē extrinſecam, intelligitur excludere tātummodo leuē & finalem, &
46 valet † argū de pacto ad ſtatutum,& ècontra.l.fi.C. de fideiuſſ.Euerar.in epit.l. co.39.à Pacto ad legem. ita Herculan. vbi ſupra argumentatus eſt, & Bertaz.
47 ibidem: ſed de hoc valde dubito, quia cum † leuis, & friuola offenſa non facit rumpere pacem,vt infra dicam: non poſſunt præſumi ſenſiſſe de illo,quod ēt ſi accidiſſet,non obſtitiſſet contractui pacis,aliàs ver-
48 ba fuiſſent fruſtra appoſita, & ſine † effectu operandi contra Bal.in rubr.C.de contrahen.empt. in q.q.l. ſi quando.ff.de leg.1.& ca.ſi Papa, de priuileg.lib.6.
49 quia verba † debent operari ſecundū naturā contractus,& ſecundum naturam rei deductæ in contractū per l.ſi ſtipulatus.ff.de verb.oblig.Imo.in c.ex literis, de iu.pat.Soc.cōſ.47.col.3.verſ. præterea magis. vol. 1.Pariſ.conſ.165 nu.20.vol.4.in terminis loquēs, ſed ſecundū naturam contractus,& rei deductę,leuis of-
50 fenſio,& friuola † non rumpit pacē, nec ideo habetur in conſideratione,vt infra dicā:ergo de graui verba conuentionis partiū ſunt intelligenda ideo cogita,aut ſaltem declara ampliationē eo modo,quo infra declarabimus ſequentem ampliat. eo maximè, quia auth.allegatæ à Bertaz.nōn loquuntur in termi nis conuentionis initæ inter partes de non allegādo nouam cauſam,ſed in caſu,quo ſtaret decretū principis,prohibens allegationem nouæ cauſæ, de quo modo in ſequenti ampliatione.

Octauò amplia, vt idem eſſet ſi ſuperior, & Princeps ſtatueret, atq; decernet, q ēt noua cauſa nō poſ
51 ſet allegari, quia † illo non obſtante, primus offenſus ob iſtam nouam cauſam poterit cōtractui pacis contrafacere,ita Bero.conſ.198.nu.15.vol.3.Hercul. in d.c.13.nu.5.vbi ita ſe pluries vidiſſe conſultū teſtatur.idem voluit Bertaz.conſ.4.nu.10. Qui oēs adducunt eam rationem,videlicet,quia tale decretum eſt
52 intelligendū † de cauſa leui,friuola,& dubia:nō aūt vera,et probata,aliàs eſſet decretū iniquū,et nō vale
53 ret,cū eſſet † tollere defenſionem,quæ eſt de iure na
54 turali,q Princeps facere † non poteſt,vt in Clem.paſtora.§. cæterum. de re iud.habetur plenè per Doct.
55 maximè Fely.in cap.quæ in Eccleſiarū, † de conſtit. et per Bar.Bal.et alios in l.fi.C.ſi contra ius, vel vtil. pub.Vel dic,quod tale decretum eſt intelligendū,vt
56 ſit locale,ideſt,q † nō tranſgred. ē locū,in quo decretatum eſt,vel q eſt intelligendū,in ipſis principalib. promittentibus: non aūt in comprehēſis in pace, & has declarationes animaduertit Hercul.d.c.13.nu.5. de mente multorum qui conſuluerunt ſuper Breue Leonis X.in conſtitutionib.Marchię,ad fi.& ſtat.Peruſinum,lib.3.c.112.in addit. & ſuper alio Motu proprio à Pontifice tunc temporis, quibus omnibus cauebatur,quòd in tregua,& cautione,de non offendēdo non attenderetur noua cauſa.

57 Sed ni fallor,vera † interpretatio decreti eſſet, ac iuſta intentio,vt procederet,quando eſſemus in caſu dubio, in quo de iure cōmuni præſumitur pax rupta ex noua cā,nam ſtante huiuſmodi decreto in dubio ex cauſa antiqua intelligeretur:ſed qñ pro certo cōſtat offenſionem fuiſſe factam ex cauſa noua, ac ratione noui inſultus prouenientis ab alia cauſa, quā ab antiqua,tunc nullo modo pax rupta,& pœna cōmiſſa dici poterit,& per decretum ſuperioris contrarium induci non poteſt.quia aliàs defenſio naturalis tolleretur,ita illud declarat Bero.d. conſ.198.nu.16. vol.3.& idem ſentit Bertaz.in d.conſ.4.nu.10.

Ex qua declaratione,vna cum illuſtratione poteris reſtringere ampliationem, vt videlicet procedat,
58 qñ noua cauſa † eſſet certa, & clara, & re offenſio fuiſſet facta incontinenti, & ſic ad ſui defenſionem, & tunc non comprehenditur in tali decreto, & illo non obſtante pœna non incurretur. Secus ſi ex inter-
59 uallo, nam offenſio † ex interuallo non dr defenſio naturalis,ſed vindicta.l.nullus.C. de iudæ.ca. porrò, vbi gl.2.de diuort.l.1. §.eum, qui.ff de vi & vi arma. Carrer.in pract.§.circa nu.107.de quo dic,vt ſupr. in concl.occidens ad defenſam.

Et hinc poſſemus etiam dicere,quod non obſtan-
60 te tali decreto, offenſus primus poterit † nō ſeruare

pacis conuentiones, nā in caſu, in quo pax fuit prius
rupta per alteram partem, nec ſe extendit, nec loquit
decretū; nam aliud eſt allegare ſe poſt pacem offen-
diſſe aliquē ex noua cauſa, & aliud eſt offenſum poſ
ſe offendere offendentē poſt pacē, & in effectu aliud
eſt in illo, qui fuit primus offendere, & aliud in illo,
qui offenſus offendit, quo in caſu nullū eſt dubium,
ꝙ decretum non operat, ratione, de qua ſupra, vide-
61 licet, quia ſtatutum non † comprehendit cauſam no
uā, veram, & claram, ne videat auferre defenſionem
naturalem, & hoc modo rñdit Bertaz. in conſi. 151.
nu. 11. ſuper tali decreto, & qñ nō appareret, an quis
fuiſſet motus noua, nec potius ex veteri cauſa, vel
62 magis illa, q̃ alia cauſa, ſtatur iuramento † offenden
tis, cū ſit, quod dependeat ab animo, ita Bertaz. cōſ.
4. nu. 14. per trad. per gl. & DD. in §. ſed iſtæ quidem,
Inſti. de act. Carrer. in pract. crim. in §. 2. nu. 41. & ad
propoſitum tradit Alex. conſ. 19. viſo proceſſu, col.
1. verſ. ſubſequenter. vol. 1.
63 Sed contra † eſt, quod voluit Hercul. in d. tracta. c.
13. nu. 9. verſ. partibus. vbi dixit, quod partibus aſſe-
rentibus ex noua cauſa ſe feciſſe non creditur, per l.
primam, §. vſque adeo ff. de iniur.
64 Concorda, † vt prima vera ſit concurrente aliquo
facto, ex quo pōt dubitari, ꝙ ille motus fuit ex noua
cauſa, ſecus ſi ſimpliciter dixiſſet ſe motum fuiſſe ex
noua cauſa, & illa noua cauſa non poſſet conijci ab
aliquo facto, qui occaſionē, quia non crederetur, &
ſic procederet ſecunda opinio, nā ad effectum, vt no
65 ua cauſa † præſumatur debet prius conſtare de facto,
ex quo oriatur dubitatio circa nouam cauſam, ita di
xit Hercul. in d. c. 13. num. 9. per l. arnicum. ff. de verb.
obl. & l. qui tabernarius §. in cliuo. ff. ad leg. Aqui. &
ita cenſuit Grat. conſ. 73. lib. 1. & Cephal. conſ. 4. &
Iaſ. in l. ſi qñ. C. vnde vi col. 2. Crau. conſ. 221. Dec.
conſ. 410. col. 3. Pariſ. conſ. 158. lib. 4. & Ceph. conſil.
35. nu. 9. vbi voluit, ꝙ aliter debet conſtare de noua
cauſa, quam ex ſimplici aſſertione offendentis.
66 Vel dic hoc relinqui † arbitrio iudicis, vt Hercul.
d. ca. 13. nu. 12. & dicitur noua cauſa, quæ prouenit,
67 † aut à deriſo, à verbis altercatorijs pp aliud, ab admo
nitione malè audita, iuxta not. in l. turpia. ff. de leg. 1.
aut à percuſſione, ſeu verberibus, diſcipuli, vxoris, fa-
muli, à diffamatione, mentita, vel quando aliquis de
derit cauſam mentitæ diffamando Soc. iun. cōſ. 103.
lib. 3. Mar. Mant. in cōſ. 169. item ab aſpectu, tortura
oculorum, à minis, ab aduentu cū armis, præſertim
ſine cauſa ſuſcipere defenſionem aduerſarij, à cōpli-
cis læſione, vel læſione in bonis proprijs, data ēt mo-
dica iactura: dummodo ad iracundiā quis moueat,
vt in offenſione in bonis ſcribit Alex. conſ. 115. lib.
4. prouenit item noua cauſa à computatione, à con-
uitio certatim occurrere in viam iagendo ſe, vel cu-
bito, vel pallio ita vt attenta qualitate perſonæ iuſtè
quis moueatur ad irā, vel ſi aliquis diceret alicui, vis
mihi furari, vel non vides? iuxta not. per Bart. in l. eū
qui. ff. de iniur. & Gram. deci. 57. ſimplex autē iracun
68 diæ † calor non excuſat, niſi iuſta cauſa præcedat, qa
in delictis ſimplex calor non excuſat; vt per Dec. &
Cagnol. in reg. quicquid calore iracundiæ. ff. de reg.
iur. cauſa quoque iuſta eſt timor, ꝙ ita factum eſſet.
Alex. d. conſ. 115. li. 4. Mar. ſing. 503. Alex. cōſ. 19. lib.
1. Pariſ. conſ. 165. lib. 4. & eſt iuſta cā, & excuſabilis ſi
offenſo famulo promittentis, is foras exiens interro-
ganit alterū ſtipulatorē pacis, quis nā famulū offen-
diſſet, iſq; ei non reſpondit, vel dixit, volo tibi dice-
re, ita dixit Hercu. d. c. 13. num. 11. per totum, qui has
omnes ſupraſcriptas cauſas refert, & volui illas tibi
hic tranſcribere tuo commodo conſulens.
69 Et tandem cū omnis leuis † cauſa excludat dolū
70 vt ſupra diximus, & omnis † leuis cauſa ſufficiet ad
euitandam pœnam pacis ruptæ, prout dixit idē Her-
cula. d. nu. 11. & nos ſupra in ampliat. 1.

71 Nouam autem † cauſam ſufficit probare non ſolū
plenè, ſed & non plenè, & præſumptiuè ita Alex. in
d. conſ. 115. col. fi. vol. 4. quem refert, & ſequit Herc.
72 d. c. 13. nu. 12. & per vnū † teſtem probari teſtat Mo-
rot. d. trac. c. 113. nu. 5. ad ꝙ alleg. Rui. conſ. 10. vol. 2.
& Iaſ. in d. l. qui ſeruum. ff. de verb. obli. imo ibidem
73 dicit † probari per famam, & alleg. Rom. conſ. 183.
col. fi. Pariſ. d. conſ. 165. nu. 26. & 28. vol. 4.
74 Amplia, vt idem ſit in tregua, † quæ ob nouā cau-
ſam non dicet rupta. ita Andr. Gail. in tract. de pace
publ. c. 4. in fi. Pec. Benint. deciſ. 65. nu. 4. Aret. in d. l.
qui ſeruum. ff. de verb. oblig. vbi etiam Alex. & Imo.
Bal. conſ. 195. Laudare. col. fi. vol. 2. Dec. in d. l. cum
proponas. C. de pact. Alex. in d. l. ſemel mora. ſolu.
matr. & in l. inſulam. ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 42.
col. 2. lib. 2. & conſ. 51. lib. 1. Alex. conſ. 113. vol. 2. &
conſ. 116. & 115. vol. 4. Marſ. conſ. 9. nu. 48. & 51. &
conſ. 83. & 122. num. 10. & in pract. in d. §. aggredior.
nu. 87. & ſing. 33. Corſet. de priuileg. pac. 117 conſide
rat. & 18. quæſito. Afflict. deciſ. 206. Capella Tholoſ.
459. Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo.
ſign. Pariſ. conſ. 164. & 168. vol. 4. Bar. in l. quæro. §. in
ter locatorē. ff. loca Grat. conſ. 105. vol. 1. Soc. in cōſ.
103. vol. 3. Cor. conſ. 248. Ruin. conſ. 111. vol. 2. Cra.
conſ. 264. nu. 6. Cephal. conſ. 35.
75 Contra tenuit † Vincen. in ca. 1. de treg. & pac. vbi
dicit ꝙ regula quæ habet non ſeruanti fidem, fidem
nō eſſe ſeruandam, nō procedit in tregua. Ang. Imo.
Pau. de Caſtr. Cum. Alex. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de
verb. obl. Iaſ. in d. l. qui ſeruum. ff. eo. tit. Dec. in c. con
ſtitutis, vbi de * cōi teſtat, de reſcrip. & in d. l. cū pro-
ponas. C. de pact. Corn. conſ. 219. vol. 3. & Soc. conſi.
26. & 262. in cauſa, vol. 2. Fely. in c. 1. de treg. & pace.
Io. An. And. in addit. ad Spec. de treg. & pace. Ant. de
But. in c. 1. de iureiu. & in c. dudum, eo. tit. & poſt oēs
Moro. in d. tract. c. 117. vbi rationem adducit, videli-
76 cet, quia licet † mihi facias proditionem, non tamē
debeo aliquid contra te moliri, cum tibi fidem pro-
miſerim. 23. q. 1. c. noli. & 35. q. 5. c. quod Deo. Hanc
opinionem ſecutus eſt Corn. in conſ. 218. incip. licet
prædicti, in 2. col. vol. 2. vbi apertè dicit, ꝙ licet tre-
gua rumpatur ab vna parte, nō licet alteri rūpere im-
punè, & Imo. in d. l. qui ſeruum & in c. peruenit. de iu
reiu. dicit hanc opinionem ſeruari de cōſuetudine,
& Io. And. vbi ſupra, & præcipuè in d. c. peruenit, di-
cit, quod ita ſeruatur in Hiſpania, & Socin. in d. conſ.
262. dicit, quod Florentini, & Genuenſes in quodam
c. treguæ ſecuti ſunt hanc conſuetudinem. & Iaſ. in
conſ. 130. minime Magnifici, nu. 5. vol. 2. concludit,
quod imo iſta opinio procedit de iure.
Sed prima opinio eſt * communior prout illam
magis * communem teſtatur Andr. Gail. vbi ſupra.
nu. 40. & illā veriorem dicit Benin. d. deciſ. 65. nu. 4.
& Claud. in l. cū proponas. C. de pac. dicit, ꝙ ita vbi-
que practicat, & ſeruatur, præterq̃ in Hiſpania: imo
77 Doct. conueniunt in hoc, quod iura † loquentia de
frangente pacem; habeant etiam locū in frangente
treguā, ex diſpoſitione iuris, & opinio Vincentij ſu-
pra contraria procedat, & ſtante cōſuetudine, & ita
ſe vſu habente, & crebriorem * illam opinionem
etiam teſtatur Moro. vbi ſupra. c. 115. nu. 5.
Nonò amplia concluſionē, vt ēt procedat qñ non
eſſet quis offenſus ex aliqua noua cā, nec ex aliquo
prouocatus, ſed ēt rebus ſic ſtantibus prout ſtabant
78 tempore pacis factæ, dummodo offenſa † ſit leuis, &
friuola, ita voluit Pariſ. d. cōſ. 165. nu. 3. vol. 4. exem-
plificando inuitatione, & percuſſione cubitali, idē
conſuluit conſ. 30. Marſ. nu. 31. cum ſequ. ſuper caſu,
in quo interuenit percuſſio cum lapide ſuper veſti-
bus, ſine ſanguinis effuſione, & ad hoc multa ſimi-
lia adducit idem Bertaz. in conſ. 4. num. 15. in facto
aſportationis, & vindemiationis vuarum à fundo
vendito vel ob venditionem in litigio poſitam, &

ibidem

ibidem fretus ſupracitatis authoritatibus concludit
non eſſe curandũ de alijs opinionibus dd. in alijs ter-
minis loquentium, & in ſimilibus arguentium: in hoc
caſu idem ſupraſcriptos citando ſequitur Hercul. in
d. tracta. cap. 26. nu. 1.
79 Contrarium† ſenſit Vulpel. reſpon. 51. vbi dicit, ꝙ
Hippolit. de Marſ. in d. cõſ. 80. nimis audacter tenuit
ſupra dictã ampliationem, cũ illã nullibus, & auctori
tate non probet, & Bald. ad Marſ. ibi. allega. nõ facit
ad rumbum, quinimo. n. 6. d. cõſ. 195. Laudarc. vol. 2.
expreſsè contrarium ſentit, & etiã reſpondet ac conſ.
Pariſ. qui cum illud de percuſſione cubitali dicat ex
auctoritate Marſ. non dicitur noſtram doctrinã legi-
timè probare, cũ auctoritas Marſilij hodie penes do-
ctiores, & rationem ſcrutatores, leuis ſit, prout etiam
animaduertit Petr. à Plac. in præfa. cap. delic. & ad-
ducit etiam pro ſe quod voluit Grat. conſi. 73. vol. 2.
nu. 10. vbi de offenſione loquendo, cui non ita facile
contrauenitur, vt paci, ſicut animaduertit Hercula. d.
cap. 16. nu. 14. dicit quod promittens non offendere
80 † ſi offendit etiã in minimo offenſa verificabitur, &
tandem miratur ab omnibus non ita ſentiri, cũ expe
rientia doceat penes probos homines hodie etiã le-
uiſſimas offenſiones magnificari, & verba iniurioſa, in
ſultus, adminationes, vulnerum, homicidiorum, &
ſeditionum eſſe præambula.
81 Sed concordatem† põderando animum iniuriam
82 facientis, nam animus, & voluntas† diſtinguunt ma-
leficia. l. diuus. ff. de ſicarijs. l. illud. §. 1. ff. de iniu. l. qui
iniuria. ff. de fur. & ideo videmus quod etiã ſummus
83 † exceſſus dummodo non adſit animus vlciſcendi,
non rumpit pacem, vt in caſu raptionis, vt ſupra filię
illius cum quo quis fecit pacem, qui actus, & ſi grauis
eſt, ſi tamen nõ iniuriãdi animo illud fecerit raptor,
& ſtuprator, ſed tantum amoris, vel libidinis cauſa,
84 non dicitur paci contrauenire, † prout hanc * com-
* munem opinionem dicit Mar. Mant. conſ. 169. viſo.
colum. 3. & Alex. conſ. 123. volu. 2. & è contrario po-
85 teſt eſſe vt leuiſſima † offenſa committatur, imò etiã
vnico verbo, ſed tali intentione, & animo, vt maximè
locus ſit, vt experientia docet, & exemplum poni po
86 teſt in illo qui† vrtauit aliquem eo animo, vt proijce
87 ret eum in flumen, & licet impulſio† dicatur leuis of
fenſa, regulariter tamen intentio, & mens impellẽtis
illum aggrauat, & per hoc dicetur rupta pax. ita Her-
cula. in d. trac. c. 25. n. 10. ideo in ſapientiſſimi iudicis
88 † arbitrio remanebit conſiderata facti, & perſonarum
qualitate, ac loci conſuetudine.
Si tamen priorem opinionẽ Marſ. tenere malueris
89 illam poteris ampliare etiam ſi in pace † fuerint ex-
preſſa verba generalia, & prægnantia reſpectu cõtra-
uentionis in futurũ. videlicet non offendere, moleſta
re, inquietare, damnificare, nec offendi, moleſtari, in-
quietari, & damnificari facere quoquodocũque, qua
litercunque & ex quacunq; cauſa: quia cum ſimus in
pœnalibus, & odioſis, ſtrictè ſunt intelligẽda, & ſic in
potiori ſignificatione, vt pœna euitet, & delictum fu
giatur. vt trad. Crau. conſ. 6. nu. 126. & conſ. 8. nu. 2. &
conſ. 9. nu. 24. & in terminis pacis ruptæ ꝙ facienda
90 ſit † ſtricta interpretatio, tradit Lau. Silu. in conſ. 74.
nu. 14. poſt Bald. & Soc. per eum citatos, & quod idẽ
eueniat in diſpoſitione hominis trad. Caſt. ad propo
ſitum, conſi. 295. viſo ſupraſcripto. nu. 4. volum. 1. &
91 Crauc. conſ. 3. nu. 15. & verba † generalia, & vniuer-
ſalia etiã negatiua non ſunt indiſtinctè intelligenda,
aliter eſſet Iudaica interpretatio, ita dixit Bal. in cõſ.
92 294. ad euidentiam in ii. vol. 1. & nullum eſt † verbũ
adeo vniuerſale, vel indiſtinctum, quod ex cõſidera-
tione debitarum circumſtantiarum nõ debeat ciuili-
ter intelligi, & limitatione recipere. Old. plura ad id
citans, conſ. 148. factũ tale eſt ante ſi. 2. q. ver. ad alia
93 autem, ſicut etiam non eſt tam generalis† diſpoſitio
quæ non patiatur reſtrictionem ſecundum mentem
partium Ang. cõſ. 249. Philippus. nu. 7. verſ. pro hac
parte Crau. conſ. 3. nu. 14. & conſ. pro genero. nu. 102.
& latè per Rol. à Val. conſ. 8. nu. 33. vol. 1. & ſic cũ in
tentio partium præſumenda ſit intellexiſſe de illis
offenſionibus, quæ pacem rumpunt, accommodãda
ſunt omnia illa verba generalia ad ipſorũ mẽtem, &
ad ſic offenſiones graues quibus pax rumpitur, nõ ad
leues quibus non cõtrauenitur, vt in dicta ampliat. &
ſic in terminis conſuluit. Marſ. vbi ſupra in d. cõſ. 80.
nu. 45. & Pariſ. d. conſ. 165. num. 15. vol. 4. & idem vo-
luit Bertaz. omnia ſupracitata adducẽs in conſ. 147.
nu. 18. & conſ. 4. n. 15. cum plu. ſeq. loquens etiam de
verbis geminans.
94 Sed contra† iſtam ſubampliationẽ tenuit Grat. in
reſp. 44. nu. 11. lib. 2. vbi dicit, ꝙ per dictionẽ qualiter-
cunq; aliqua ratione, vel cauſa, vel modo, poſitã in
inſtrumento pacis, pax rupta verificatur, etiam in mi-
nimo de proprietate verborum per l. ſi ſeruum. § prę-
tor ait, & ibi Bar. ff. de acq. hære. & per glo. in cle. 1. in
ver. earum parte, de foro compe. & no. in l. cum quid.
ff. ſi cert. pet. & promiſſioni de non offendendo etiã
95 ſimpliciter factæ contrauenitur† etiam offendẽdo in
minimo, vt tradit. Bald. in l. cum ſit, de ſepul. viola.
Oldr. in cõſ. 29. de rigore iuris, & pro his, quæ adducit
Grat. faciunt ea, quæ voluit. Ang. in conſ. 287. incip.
viſo themate, col. 3. & Cæpo cõſ. 14. incip. pro decla-
96 ratione. col. 3. vbi voluerunt, quod verbum, † quoquo
97 modo, importet omnes modos excogitabiles, † & quo
modolibet importat modum realem perſonalẽ, dire
ctum & indirectum, vt dicit gl. in clem. 2. de ſent. ex
com. in verb. quomodolibet, & facit quod reſpondit
Ang. in conſ. 168. ex iſto dubio, in ſecunda quæſt. vi-
98 delicet, quod prohibitus† alienare bona ſub priuatio
ne hæreditaris, ſi minimam rem alienauerit, priuatur
tota hæreditate, & facit quod voluit Vulp. vbi ſupra
99 d. reſpon. 15. dum voluit per leuem† etiam offenſam
pacem rumpi.
100 Sed quia † Iudex ex officio arbitrabitur quæ nã ſit
leuis, vel grauis offenſa. §. atrox. Inſtit. de iniur. Herc.
d. c. 26. nu. 13. idem arbitrabitur, quæ nam iniuria cõ-
prehendatur ſub illa generalitate verborum, habita
vt ſupra conſideratione perſonarum, & facti qualita-
tis animi, & regionis cõſuetudinis, per d. tex. §. atrox.
Limita priorem opinionẽ, vt non vera ſit, nec pro
101 cedat quando† inter inimicos præceſſiſſent ſolũ le-
ues offenſiones, & pax fuiſſet facta ſuper illis leuibus
offenſionibus: nam paciſcendo, & cõponendo inter
ſe, ſi deinde etiam leuiter quis offenderit alterum, quia
tũc pax facta videtur habere relationẽ ad offenſas p̃
teritas, quæ leues fuerũt, leuis offenſio facta de nouo
etiam verificabit cõtrauentionẽ pacis, prout hanc li-
mitationẽ admittit. Pariſ. in d. conſ. 165. nu. 20. vol. 4.
ea ratione, quia ex quo pax fuit facta ꝓ offenſionibus
102 præteritis, & leuibus, relatum† debet contineri in re
ferente cũ omnibus ſuis qualitatibus ſecundum Bar.
in l. ſi ſeruum. §. 1. ff. de leg. 1. in l. 1. ff. de recep. & in l.
a ſic toto. ff. de hær. Inſti. & hinc dixit Moro. d. trac. c.
103 459. in prin. quod pax † rumpitur ex eadem cauſa
ex qua præceſſerat qualis fuerit.
Decimo amplia concluſionẽ, vt nõ ſolũ procedat
ſi noua cã ſuperuenit, ſed ſi eadem et cauſa ſub ſit cõ-
104 tra cõprehenſos† in pace, anteq̃ ratificauerint, quia
impunè quoad pacis factæ penam conuentionalem
poterũt offendi, nam offenſio antę ratificationẽ non
facit rumpere pacem. ita Barto. in l. ſi vxor. §. ſi quis.
planè vxorem. num. 4. ff. ad l. iul. de adult. Plot. in l. ſi
quando. nu. 11. C. vñ vi Hercula. in d. tract. c. 17. n. 11.
& ſeq Rimini. in primo Tomo Conſ cri. conſ. 134.
n. 9. alias eſt conſ. 103. in ſuo primo vol. vbi conſuluit
deciſiuè. Alex. in l. quod meo. n. 6. ff. de acq. poſ. Dyn.
in d. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem Cyn. in l. fin. in prima
quæſt. C. ad Maced. vbi etiã Bal. Angel. cõſ. 73. Caſt.
conſ. 171. li. 2. conſ. 195. lib. 1. Abb. in c. accedens. col.

fin.de pben.Bal.in l,nec.§.ſatis acceptio.ff. de adopt.
Socin.in l.1.§.ſi,iuſſerim.in fi.ff.de acq.poſſ.Dec.cõſ.
226.colum.pen.& conſ.464.Gozad.in conſ.31.nu.9.
Marſi.ſing.337.ſequuti. Soci.iun.conſ.103.li.3.Pariſ.
conſ.12.colum.4.nu.100.li.2. & ratio eſt quia ex alte
105 rius † ſtipulatione non mihi acquiritur,antequã ra-
106 tificauerim,cum ad hoc,vt † cõtractus perfectus di-
catur,requiratur conſenſus vtriuſque partis,l.1. & ibi
dd.omnes.ff.de pact.& p glo.in l.cõsẽſus.ff. de actio.
& oblig.l.1.& ibi omnes dd.ff.de verb.obli. quidã de
107 fecit ex parte non ratificationis † cõtractus,ſicut nõ
dicitur perfectus,ita non poteſt operari, ita argumẽ-
tatus eſt Pariſ.d.conſ.77.volum.4.nu.25. Alber. in l.
illud.colu.2.C.de ſacr.eccleſ. Bertran, conſ. 116.nu.
15.lib.2.Bar.in l.ſi indebitum.§.ſi procurator. ff.rem
rat.hab.Bertaz.conſ.151.nu.3.& conſ.245.n.10.Pari,
conſ.78.col.fi.vol.1.Cur.ſen.conſ.52.nu. 12.
108 Contrariam ſententiã, quòd ſcilicet non ſit neceſ-
ſaria ratificatio, quãdo notarius acceptauit pro abſẽ
te,licet in alijs terminis loquatur tenuit Soc.iun. cõſ.
118.nu.15.volu.2. qui opinionem * communem eſſe
dicit,& dicit,quod Pau.Caſt.in d. conſ.195.viſis his,
quæ narrãtur,& Dec.in cõſ.126.Magiſter Ioannes,&
in l.contractus.1.colu verſ.& ampliatur.ff.de reg.iur.
qui contra eum ſenſerunt.vt Homerus aliquãdo,ipſi
quoque dormiebant:& maximè,quia ipſimet aliquã
do contrarium ſenſerunt,vt Pau.Caſt.in l.ſi pecuniã.
in quarta quæſt.ff.de cõdi.ob.cau.& in l. qui Romæ.
§.Flauius in fi.ff.de verb.obl.& Dec.in conſ.239.col.
3.& in l.bonorum.C.qui admitti.in 3.no. in fi. & idẽ
quod Soc.cẽſuit ſibimet omnino, & in terminis pro-
prijs contrarius.Pariſ.conſ.14.vol.1.num.28. & hanc
opinionem etiam tenuit Guid.Pap.queſt.49.& Rub.
conſ. 127.
109 Sed quicquid † ſit in alijs terminis,in quibus loqui-
tur Soc.vnà cum ſupra adductis cũ habemus deciſio
nes in indiuiduo in hoc puncto, non eſt curandũ de
opinionibus Doc. qui in alijs terminis loquũtur, etiã
ſi communis opinio eſſet à remotis in contrariũ,Neui-
za.in Sylua.li.5.nu. 72. ideo cũ habemus tot Docto-
res ſupra citatos in terminis de pace loquentes,nõ de
bemus attendere contra adducta, quæ lõgè differũt à
caſu præſenti, & in terminis noſtris ratificationẽ de-
bere precedere offenſam ad incurrendam pœnã pa-
cis ruptę,dicit eſſe magis * communẽ opinionẽ Bero.
conſ.199.nu.6.vol.3. & ab hac tam in conſulendo,q̃
in iudicando non eſſe diſcedendũ teſtatur, & illũ vi-
de,quia ex profeſſo ſuper iſto articulo conſuluit, &
ad omnia quę obſtare poſſent,reſpondit.
110 Sed poteris † etiam reſpondere alio modo ad addu
cta in contrariũ conciliando,vt opinio Soc.& aliorũ
procedat,quãdo ageretur de pace in caſu fauorabili,
vt quia iam facta ſit pax pro ſe,& abſentibus notario
pro illis acceptante, & ſtipulante,qui nondum ratifi-
cauerũt, & verteretur dubium nunquid principales,
qui de pace concurrerũt,poſſent ab ea recedere in p̃-
iudiciũ abſentium,& nondum ratificantiũ,quia tũc
cum agitur de fauore auferẽdo,poſſent procedere do
ctrinę allegatę à Soci.& latiſſime à Cag.in l.id,quod
noſtrũ eſt.ff.de regu.iur. & quia tunc eſſemus(vt dixi)
in caſu fauorabili, cũ agatur de conſeruatione pacis,
forſitan tenendum eſſet cõprehenſos in pace verè,&
perfecte frui pace ante ratificationem,nec illis poſſe
amplius pręiudicari ab ipſis principalibus, qui pacẽ
etiam pro ipſis fecerunt,& ita ſentit Hercul.d.c. 15.
nu.11.ſi autem eſſemus in caſu odioſo,vt quando fa-
cta pace pro ſe,& abſentibus,qui nondum ratificaue
runt,offenſus facit aliquid ante ratificationẽ,& ideo
ageretur de pœna infligenda etiã delicto puniendo,
tunc tenenda eſſet communis opinio,cum verſemur
circa pęnalia,quę ſunt reſtringẽda.l.factum. §.in pœ-
nalibus.vbi Deci.Cagnol.& alij.ff.de reg.iur. l. pęn.
ff.de pen.

Subãplia modo ampliationem, vt nedũ ſit neceſ-
ſaria ratificatio ad incurrendam pœnã pacis fractæ,
111 ſed debet interuenire,& † fieri adhuc re integra,alio
quin ratificatio non prodeſt,nec retrotrahitur in prę
iudicium tertij.l.bonorũ.ff.rem rat. hab. & in termi-
nis Socin.Iun.d.conſ.103. volum.3.in fin. Pariſ. cõſ.
77.nu.34.volum.1.idem voluit Pau. de Caſtr.conſil.
197.viſis his, & Cur. Iun. conſi. 52. circa controuer-
ſiam,& Gozad.conſ.31.nu.9. Hercula.d.tract.ca. 15.
nu.12.vbi inquit,* communem opinionem, quę ha-
bet,quod per notarium,aliamuè perſonam alteri ſti-
112 pulantem acquiritur his,quorum † intereſt, proce-
dere ratificatione ſecuta, & ita latè hoc etiam com-
probat Pariſ.d.conſ. 77.vol.1. Moro.d tract.cap.132.
per totũ,Alex.conſ.101.col.1.li. 2.& in l. quod meo
nu.6.ff.de acquir.poſſeſ.Deci.conſi.247. col. penult.
& colu.pręced.verſi.non obſtat,& conſ.460. Alexa.
conſi.110.colu. penult.lib.1.Bald.in d.l.ſi vxor. §. ſi
quis vxorẽ ff.de adult.& in d.l.fin.C.ad Maced.Ant.
de Butr.in ca.accedens.de pręben.Dec.conſil.226.in
fin.& in conſil.432.in fin.& in l.contractus.num.16.
& ſequen.& in l.ſemper.colum.2.et 3.ff. de regu. iur.
in l.filio,quem pater.num.17.ff.de liber. et poſthum.
113 et latiſſime † de hac ratificatione facienda in tem-
pore habili, et re integra, vide per Pariſ. d. conſil. 77.
volum.1.
114 Et ad hoc animaduerte,quod ex † quo infantes im-
puberes,quia nõ intelligunt,quid agant.l.1. C.de fal.
mon.& no.in l.pupillus.ff. de reg.iur.in ſimilibus nõ
poterunt ratificare;debent eorum tutores,& curato-
res ratificare.ita Hercula.d.c.15.nu.9.
Et ſecundo animaduerte,quod nõ ſemper eſt opus
illa ratificatione formali, hoc eſt,quod pax intimet,
notificetur cõpręhenſis in illa,ſed ſi non contradicãt
paci,aut ratificationi videtur ratificare,arg. no.in l.ſi
filius.ff.ad Maced.Abb.in c.pen.num.7.de procurat.
Alex.conſi.78.colum.1.lib.1.Dec. conſil 632. col.1.
Crauet.conſi.81.Matheſi.ſing.22. Cepol. cautel. 24.
115 nam etiam † ſufficit,ſi cõprehenſi in pace ſciuerint,
& non cõtradixerint:nam ex eo ratificaſſe pręſumũ-
tur.Corn.conſil.298. lib.4 Hercula d.cap.15. num.8.
116 nam † ratificatio fit re, verbis, & tacitè,ſeu tacito
conſenſu.l.Paulus.ff.rem rat.hab.cũ ſimilibus,de qui
bus per Dec. & Cagnol.in l. non vult hæres eſſe.ff.de
reg.iur.Dec.conſ.206.col.fi.& conſ.232. col.2. conſ.
203.colu.4.conſ.357.407.in fi. 452.colu. fin. & 486.
col.fi.Crauet.conſ.6.n.29.101.203.n.24. & infra nos
dicemus ex quibus,& quando ratificatio pręſumatur
& probetur.
Limita vt ampliatio,& ſubãpliatio non procedat,
117 quando adeſſet † conſuetudo,quod pax valeret etiã
ſi nõ ratificaretur, vel eſſet conſuetudo nõ ratificãdi,
quia tunc inciderent in pœnam offendentes etiã an-
te ratificationem, & ita Cor. conſil.40. col. 2. lit.N.
volu.2.Gozad.conſi.31.nu.17.quos referendo ſequi-
tur Bertaz.conſ.149. num.2. vbi appellat talem con-
ſuetudinem equiſſimam,& rationabilem.
Vndecimò amplia, vt tanto minus pax rupta dica
118 tur,ſi quis offenderit minãtem ſibi,† quia potius mi
nans dicetur pacem fregiſſe, cum per minas pax rũ-
patur ſecundum Cagnol.in l.ſi cum exceptio.§.ſatis.
num.2.ff.quod met cau.vbi etiam Ang.& Marſil.in
pract.§.expedita.colu.1.& in ſing.337.& in l. prima,
col.10.ff.de queſt.Pariſ.d.conſil.165.colu.1.volu.4.
Marſi.in l.is,qui cum telo.nu.21. C.ad l. Corn. de ſi-
car.Iac.Nouel.in ſuo tract.cri.fo.125.nu.14.Hercula.
c.26.n.24.Bertaz.conſ.248.nu.1.
Duodecimo amplia:vt eo minus pax rupta dicat,
119 ſi ſolum † fuit tractatum de offendendo aliquem
nõ ẽt de illum occidendo, ita Bertaz. conſi.253.nu.
1.ad quod alleg.Hercula.in d. tract.c.35. num. 3. qui
tamen loquitur in cau.de offendendo.quę non ita fa
cile rumpitur,ſicut pax.allegat etiam Bero.conſ.202.

volum.

vol. 1. in dub. 1.
Sed in hoc dic, vt in alijs caſibus q poſſent occurre
re circa fractionē pacis, videlicet attendenda eſſe ver
120 ba inſtrumenti, & pacis, ſecundum† quæ eſt regulā-
dum iudicium. an paci ſit contrauentum, & per quē
modum. ita inquit Pariſ. d. conſi. 165. num. 8. vol. 4 &
ideo ex verbis poteris etiam decidere illā quæſtionē,
quam tractant Criminaliſtæ, nunquid rumpere pacē
121 dicatur ille, qui †offendit poſthumos, vel attinentes,
aut natos de nouo poſt pacē, & in effectu, an pax por
rigatur ad futura. de qua vide Vulp. reſp. 84. & Ber-
taz. conſi. 29. nu. 13. & 14. & conſi. 185. nu. 1. cum plu.
ſeq. & Moro. in d. trac. c. 180. & alibi, apud quem etiā
reperies quid dicendum ſit, quando pax eſt facta ſub
nomine collectiuo vniuerſali, & indefinito, de quo
et per Bertaz. conſ. 183. nu. 8. & ſeq. & an rūpatur per
metum vehementē offendendi, apud eundem Bert.
conſ. 48. nu. 12. & conſi. 98. nu. 14. & an rumpat, pro-
pter vnicum vulnus, ſi de vulneribus fuit facta mētio
in pace. Bertaz. ſeu potius illius excellēs filius in cōſ.
184. in lit. C. verſ. ſed quæſtio eſt, & apud eundē repe-
ries nūquid rupta dicat pax ex offēſione archibugij,
ex directione, & exoneratione tota, nullo ſecuto ef-
fectu in cōſ. 177. & ibi D. Claudius eius filius doctè
diſtinguit in lit. B. & in conſ. 98. diſputat, nunquid cō
uerſando cū inimicis pax rupta cenſeatur, ſi conuen-
tum fuit, ne commercium haberetur, & habetur ſed
non ad malum: & an offendens filium paciſcentis
rumpere pacem dicatur, vide Tiraq. de leg. connub.
gl. 2. nu. 23. cum ſeq. vbi etiam de vxore. & latè per
Moro. q. 139. Quæ omnia tamen ſtudioſè prætermit-
to. & ad ſupra citatos DD. te remitto.
Et demū pro complemento huius materię ſcito, quod
ad hoc vt quis pacis ruptę pœna teneatur, cum in om
122 nibus. tū præcipuè in iſto caſu, requiritur † dolus, et
animus vlciſcēdi, ita Ale. in conſ. 115. vol. 4. et in l. ſe
mel mota. ff. ſo. mat. poſt Bar. in l. aut facta. ff. de pęn.
& * communiter dd. in dic. l. qui ſeruū. Ber. cōſ. 196,
nu. 21. vol. 3. & repetit in conſ. 197. n. 11. eo. vol. & idē
in conſ. 198. nu. 6. eod. vol. vbi rationē adducit, videli
123 cet. quia ruptæ † pacis crimē dicitur de atrocioribus
delictis, & pro quo grauiter qs venit puniēdus, & ideo
dolus, & animus delinquēdi interuenire debet, cū ani
124 mus† faciat apparere, diſtinguere delictū, nec quis
poſſit dici offendiſſe niſi animo offendēdi offendat,
ita Bertaz. conſ 4. nu. 21. & Hercula. in d. tract. c. 34. n.
4. & 8. ibi præ cæteris citat Corn. conſ. 44. li. 4. col pen.
& Bal. in conſ. 291. Landare, n. 5. vol. 2. & probat in l.
125 tertia, §. pen. ff. de iniur. & voluntas† nocendi atten
dit. l. 4. C. ad l. Cor. de ſica. & animus, & propoſitū, vt
diximus, diſtingunt maleficia. vt in d. l. 4. & in l. 1. §.
diuus Adrianus, vbi Marſ. ff. eod. tit. nec ſine dolo de
lictum puniri debet, tex. in l. prima. §. quod in factū.
verſ. nec adijcit. ff. de his, qui deie. vel effud. & mouea
tur quis iuſtis, an iniuſtis rationibus ad aliquid agēdū
126 non probato dolo, † eſt protinus abſoluendus, prout
conſuluit Catald. de Boncompag. inter conſ. crim li.
primo. conſ. 58. num. 1. per ea, quæ voluit. Bar. in l. 1 §.
hæc actio. & §. nec autē. ff. ſi quis te. lib. eſſe iuſ. fue. &
facit quod dixit Vulp. conſ. 138 nu. 2. quod dolo ceſ-
127 ſante † teſtis nulla pœna punitur, per eum ibi allega
ta, & hoc probat etiam text. in c. ſecūdo, de apoſt. in
128 quo habetur, quòd ceſſante† dolo ceſſat pœna etiā
129 homicidij. et ideo Signorol. cōſ. 27. defendit illū† q
proijciendo lapidem contra canem, à quo morderi ti
mebat, hominē illac tranſeuntē occidit, quia illo ca
ſu aberat dolus, et queinpiam offendendi animus p̄-
ter canem, et in caſu ſimili conſuluit Bero. conſ. 197.
130 nu. 9. volum. 3. vbi quidam † volentes occidere, et
cōcremare plures bannitos rebelles in vna domo exi
ſtentes in ea ignem poſuerunt, et caſu, et ipſis inſcijs
cum dictis bannitis rebellib. erat quidam, cum quo
pacem offendēntes bannitos, fecerunt, et ipſe
quoque interfectus fuit, et concrematus. Et dicit Ber.
quod ex quo mens illorū erat principaliter offendē-
di bannitos, nō tenebūtur offendentes de pacē rupta.
131 debet enim attendi id quod principaliter agitur et
principalis intentio agentis. l. non omnis. ff ſi cer. pe.
et ita tenuiſſe Bal. in l. Imperator. la ſecōda de ſta.
hom. et Nell. in tract. bannito. in 2. p. 2. tempo. q. 45. et
ibi alia ſimilia adducit Bero. et facit optimè ad hoc,
132 quod ſupra diximus de illo qui † rapuit fili adver-
ſarij, vel adulterauit vxorem illius, cum quo pacem,
ſeu treuguā fecit, qui non dicitur pacem, treuguā ru-
piſſe, quia principaliter illud nō fecit animo offendē
di, et iniuriandi aduerſariū, ſed explendi libidinem
ſuam, quamuis in conſequentiam fuerit etiā ſequuta
iniuria, et offenſio patris vel mariti, de quo Paul. de
Caſt. et alij in d. l. qui ſeruum. et Alex. in conſ. 113. li.
2. Nell. in d. tract. in ſecunda p. ſtat. 2. temp. quæſt. 46.
et Bero. illos referendo ſequitur conſi. 196. nu. 18. hāc
declarationem ſequutus eſt etiam Bertaz. conſ. 185.
133 nu. 13. vbi dixit, quòd pax † non rumpitur propter
offenſam ex alia cauſa prouenientem, quam vt pax
rumpatur.

CONCLVSIO MCLXIIII.

ARGVMENTVM.

Peculium quando cōfiſcatis bonis, & ipſum confiſcatum cenſeatur, atque ibidem, Quib. caſibus peculium datum, vel ademptum præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium non venit in confiſcatione bonorum filijfamilias.*
2 *Peculium profectitium remanet in bonis, & dominio patris.*
3 *Peculium profectitium filius alienare non poteſt.*
4 *Pater concedens filio liberam peculij adminiſtrationē nō cenſetur concedere alienationem eius propter delictum. Quod Ampliat, etiamſi pater conceſſiſſet facultatē diſſipandi. ibid. nu: 5.*
6 *Peculium aduentitium non venit in confiſcatione bonorum filij.*
7 *Peculium aduentitium filius ſine licentia patris alienare non poteſt.*
8 *Delictum committens, propter quod debeant bona confiſcari, dicitur verè, & perfectè alienare.*
9 *Argumentum, de alienatione per contractum, vel vltimā voluntatem ad alienationem, per delictum valet.*
10 *Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, venit in confiſcatione bonorum filijfam. & nu 12. Contr. ibi. nu. 14.*
13 *Peculij aduentitij filius non habet adminiſtrationem.*
14 *Peculij caſtrenſis filius dominus eſt, idque tum contrahendo, tum delinquendo poteſt alienare.*
15 *Filiusfamilias in peculio caſtrenſi hodie habet hæredem ab inteſtato.*
16 *Filiusfamilias in caſtrenſi peculio vice patrisfamilias fungitur.*
17 *Peculium aduentitium, in quo pater non habet vſumfructum, in publicatione bonorum filij comprehenditur. Contr. ibi. nu. 19.*
18 *Filius, qui ad hæreditatem fratris vel ſororis, vna cum patre admiſſus fuit, portionem ſuam liberam conſequitur, nec in ea, tanquam in bonis aduentitijs, pater habet vſumfructum.*
20 *Peculium ſiue caſtrenſe, vel quaſi, ſiue aduentitium, ſiue profectitium, bonis patris publicatis, minimè in confiſcatione comprehenditur.*
21 *Peculium profectitium dicitur eſſe in dominio patris.*

22 Pe-

22 Peculij profectitij filius habet adminiſtrationem.
23 Priuatio alicuius rei pœna eſt.
24 Ex alterius delicto nemo debet puniri.
25 Peculium profectitium filij, intelligitur confiſcatū, quando pœna mortis naturalis, vel ciuilis patri intelligitur.
26 Peculij reuocatio non præſumitur.
27 Seruo furto ſubtracto dominus peculij adminiſtrationē ademiſſe præſumitur.
28 Peculium non præſumitur relictum in teſtamento.
29 Peculium filio legatū in teſtamento, præſumitur relictum iure inſtitutionis.
30 Peculium legatum præſumitur ſeruo, cui data eſt libertas in teſtamento cum onere aliquid dandi alicui.
Decl. procedere in libertate d. ir in teſtamento tantum, ſecus inter viuos, vt ibid. nu. 31.
Declaratur ſecundo procedere, quando grauatus eſt dare aliquid hæredi, ſecus ſi extraneo, vt ibid. nu. 32.

1 **Publicatis** bonis filij familias, nō præſumitur † publicatum peculiū
2 profectitium: remanet † enim in bonis, & dominio
patris. l. 3. §. ſed vtrum. in ver. Proinde. ff. de minorib.
Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. verſ. 6. quæro. ff. de
dam. infec. vbi illū tex. dicit eſſe ſingularē, vt et ſcribit Bal. in l. pen. C. qui bon. cedere poſſ. & idē Bart. in
d. l. 3. §. ſed vtrum. Iaſ. in l. fratre. nu. 3. ff. de condit. indebi. Idem latè tradidit Alex. in d. l. ſi finita. §. ſi de
vectigalib. cum plurib. ſeq. ff. de damn. infect. Nell. in
tract. Bannito. prima par. ſecundi temporis. q. 16. Idē
tradidit Io. Cro. in d. l. frater à fratre. nu. 33. ff. de condi. indebi. hoc idem firmat Pariſ. conſ. 157. num. 36.
vol. 4. ea ratione, quia in peculio profectitio, quod
filius eſt conſecutus ex ſubſtantia patris, vel eius con-
3 templatione, non habet filius aliquam † poteſtatem
alienandi illud, nimirum ergo ſi non venit in publicatione bonorum filij. idem voluit Ang. in l. ſi filiusfamilias. ff. de damn. infec. vbi Io. de Imo. & hanc dicit communem opinionē Gom. in cap. ſi de cōtract.
nu. 16. quam ipſe ſequitur ea ratione, quia illud pertinet ad patrē in proprietate, & vſufructu, & ſolā adminiſtrationem habet filius: vnde tanquā bona aliena
non confiſcatur, per textum in l. certum. C. fam. ercil.
& in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & in hoc nullā extare dubitationē teſtaī Boſ. de pub. bon. nu. 71.
prout in hoc neminem dubitare teſtaī. Clar. in §. fi.
pract. crim. q. 78. ver. præterea quæro de mente Rom.
conſ. 24. nu. 5. lib. 5. & hanc opinionē dixit communem * Curt. ſen. conſ. 59. nu. 12. Soci. Iun. conſ. 77. nu.
6. lib. 2. & ratio eſt ſecundū Clar. quia talia bona ſunt
pleno iure patris, & ideo reſpectu filij dicunī aliena.
Amplia, vt idē ſit, etſi pater conceſſiſſet filio liberā,
& abſolutam adminiſtrationē eiuſdem peculij, quia
4 † non cenſetur conceſſa poteſtas alienandi pp delictum, nec doloſa adminiſtratio, ita Alex. in d. §. ſi de
vectigalibus col. 33. ver. 19. adde, nu. 50. vbi ait, idem
5 eſſe ſi pater conceſſiſſet † facultatem diſſipandi: quia
non per hoc intelligitur cogitatū de delicto, idem
voluit Ang. in d. l. ſi filius. ff. de dam. infec. vbi etiam
Imo. & Ang. in l. fi. ff. de bon. damnat. Bal. in l. executorē. C. de execut. rei iud. Boſſ. in tit. de bon. publi. nu.
71. Gomez. in c. ſi. de contract. nu. 16. vbi hanc * communem opinionē teſtatur. Ampliatur huiuſmodi cōcluſio, vt etiam procedat in peculio aduentitio. Nā,
6 & ipſum † publicatis bonis filij non præſumiī publicatū. ita decidit Bar. in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalib.
verſ. 6. quæro. ff. de dam. infec. vbi hanc ampliationē
pluribus rationibus confirmat, & quæ illi contraria
videbantur diluit. Cuius ſententiā comprobant. ibi
communiter * ſcribentes omnes, Caſt. num. 7. verſic.
vltimo de quæſt. Alexan. num. 49. Imol. Rom. in l. ſi
filiusfam. ff. eod. tit. & ſentit Bart. in l. Imperator. per
illum tex. & per alia iura ibi per ipſum allegata. ff. de
fideicommiſſ. libertate. & in l. 1. col. 2. verſi. 3. quæro.
ff. de bon. damnat. & in l. ſi quis in tantam col. 3. verquæro an dominus. C. vnde vi. Alber. de Roſate in
tract. ſtatutorum in tertia parte 2. temporis, queſt. 25.
Ang. Aretin. in §. actiones. colum. 5. verſic. his autē
publicatis. num. 13. in fi. Inſtitu. de actionib. & ibidē.
id confirmat Iaſ. col. 10. verſ. Tangit etiam hic Ang.
& voluit idem Aret. in tract. Maleſi. in gl. & eius bona publicamus, & latiſſimè tradidit, pluribuſque rationibus poſt relatos Doctores comprobant Pariſ.
conſ. 157. à num. 1. vſque ad num. 11. volum. 4. & nouiſſimè huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Gomez. in d. c.
fin. de contract. nu. 14. per tex. in l. fi. §. filiis autem. C.
7 de bon. quæ lib. vbi habetur, quod † filiusfam. nullo
modo poteſt alienare proprietatem bonorū aduentitiorū per contractū, vel vltimam voluntatem ſine
conſenſu, & voluntate patris, ne fiat aliquod præiudiciū patri in ſuo vſufructu, & inquietetur ab extraneo proprietario, ergo eadē ratione, & maiori non
pōt alienare per delictū, & confirmaī alia ratione vi-
8 delicet, quia per † delictū dicitur vera perfecta alienatio, ſicut illa quæ fit per contractū, vel vltimam
9 voluntatem, & valet argumentū, iſte non poteſt alienare per contractum, & per vltimam voluntatem, ergo nec per delictū, prout probat tex. in l. Imperator.
ff. de fideicommiſſ. lib. & ibi expreſsè Bar. & Doct. antiq. & idem Gomez. ibidem reſpondet ad ea, quæ cōtrarium perſuadere videbantur, & Doct. ita concludere teſtatur Boſſ. vbi ſup. nu. 71.
10 Limitatur tamen concluſio, vt non procedat † in
peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi. Nā bonis filij publicatis, ipſum quoque publicatū præſumiī. Ang.
in l. ſi filius. ff. de damn. infec. quem ſequitur Nell. in
tract. bannitorum, in prima par. 2. temporis. queſt. 25.
& tradit etiam Pariſ. ſupra cit. conſ. 157. col. 2. vol. 4.
poſt Io. Crot. in ſupra alleg. l. frater à fratre, nu. 34. ff.
de condit. indebi.
11 Contra † limitationem facere videī id, quod decidit Impera. Alex. in l. ſi filius tuus. C. de bon. proſcri.
vbi ſcribit, ſi filius meus, cum eſſet in poteſtate in inſulam deportari meruit, peculium eius, nec quod in
caſtris acquiſiuit, nec quod ei militanti donaui, auferri mihi debere. Videtur igitur, quod in cōfiſcatione non veniat peculium caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, prout in limitatione dicebamus & eum tex. ad id
adducit Bar. l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam.
infec. & ibi Doct. & poſt eos Pariſ. d. conſ. 157. nu. 2.
verſ. Item per tex. in l. ſi filius, vol. 4. & hanc eandem
ſententiam ſecutus eſt Alex. in d. §. ſi de vectiga. nu.
49. per tot. vbi alios adducit, & latè argumentando
hinc inde proſequitur. hanc eandem ſententiam amplexus eſt Bar. Odofr. Coſ. Abb. Bal. Angel. Faber.
& Salyc. in d. l. ſi filius, per eundem tex. quem dicunt
not. & illum ad hoc reputat ſing. & vnicum Ioan. de
Imo. in d. §. ſi de vectigal. colum. fi. num. 6. vbi etiam
Alex. & Mod. Bald in l. filiusfamil. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alie. iur. Angel. in §. actiones autem de peculio, col. pen. Inſtit. de actio, vbi Iaſ. nu. 62. col. 8. Boer.
deciſ. 7. nu. 18.
12 Admonet tamen † nos Io. Crot. ſupra cit. loco nō
eſſe recedendum ab opinione Ang. & eorū, qui eius
ſententiam comprobarunt. Nam in publicatione bonorum filij venit peculium aduentitiū, in quo pater
non habet vſumfructū, vt paulò poſt dicemus multo magis peculium caſtrenſe publicatum debet intelligi, in quo tota adminiſtratio filij eſt.
Ratio etenim quod publicatis bonis nō præſuma-
13 tur publicatū peculium ea eſt, quia in eo filius † non
habet adminiſtrationem, & non poteſt alienare contrahendo, ergo nec delinquendo vt vult Crot. vbi ſupra, quæ ſanè ratio ceſſat in peculio caſtrenſi, & quaſi
14 caſtrenſi, in quo cum filius † habeat liberam adminiſtrationem, & poſſit alienare contrahendo, ergo &
delinquendo tacitè alienare præſumitur, argum. Imperatores.

peratores.ff.de iure fiſci, & late tradit Pariſ.cõſ.157.
vol.4. Nec obſtat d.l. filius, quia reſpõdet Crot.quod
loquitur ſecundum iura antiqua, ſecundum quæ pa-
ter occupabat omnia bona filii iure patriæ poteſta-
15 tis, ſed hodie filiusfam. in peculio caſtrẽſi hẽt† hæ-
redem ab inteſtato. Auth.de hæred.quę ab inteſt.deſe-
runtur.collat.9.glo. & ſcrib. in l. ſi infanti. C. de iure
deliberandi. & ideo fiſcus tanquam heres in omnib.
bonis ſuccedet l.2.C.ad l.Iul.de vi. & hanc partẽ nõ
obſtantib. quibuſcunq; ex aduerſo oppoſitis, tenuit
Gomez.in d.c.fi.de contract.nu.15.verſi. ſed his non
obſtantibus, quia in peculio caſtrenſi, & quaſi: filius
habet plenum, & perfectum dominium, & liberam
adminiſtrationem, & facultatem diſponendi, ſicut
16 paterfam.per tex.in l.2.C.ad Maced.ibi,cũ filiusfa.
in caſtrenſi peculio vice patrisfam.fungatur, & hanc
partem defendit, contrarijs reſpondendo.
* Priorem tamen ſententiam communẽ dicit Clar.
in §.fi.pract.crim.q.78.verſ. quæro etiam: imò magis
* *communem de mente Alex. in l.3. §. ſi filius. nu.8.
ff.quod quiſque iuris. quem refert Dec.ibi, numer.4.
Dida.à Couar.lib.2.reſolu. c. 8. nu. 7. ver. hinc appa-
* ret.& eandem*communem dicit, & ſequitur Boſſ.in
d.tit.de bon.pub.numer.71. quicquid dixerit Ang.&
Nel.vbi ſupra.
Limitatur ſecundo cõcluſio, vt nõ procedat in iis
caſibus,in quib. filius in peculio aduentitio hẽt libe-
ram adminiſtrationẽ,nec patri quæritur vſusfructus,
17 Nam hoc caſu † publicatis bonis filij, peculiũ quoq;
aduentitiũ publicatũ præſumetur: veluti ſi filiofam.
ab aliquo parentũ aliquid relinquatur ea cõditione,
ne ad patrem perueniat vſusfructus. Itẽ ſi ad hæredi-
18 tatem fratris ſororiſuè, †vna cum patre filius admit-
tatur, his enim duobus caſib. aliiſq; quamplurib.pa-
tri in bonis aduentitijs nõ quæritur vſusfructus, quẽ-
admodũ traditur in authen. excipitur, & duab. auth.
ſeq.C.de bon.quæ libe. Præterea ſi filiofa. fundi pro-
prietas relicta ſit, extraneo autem vſusfructus,patris
vſusfructus nullus eſt. Auth.vt lic.matri, & auiæ:His
enim caſib.cũ patri nõ acquiratur, nec etiam acqui-
ritur adminiſtratio.Bart. in l.fi. §. 1. verſ. & eſt ratio.
* quem*cõmuniter ibi ſequũtur DD.in l.fi.ff. de verb.
obl.& in l. ſi filij. ff. de iniur. & latiſſimè tradit Pariſ.
ſupra allegato conſ.157.num.15.vol. 4.Cum ergo in
his bonis patri nulla quæratur adminiſtratio , nec
vſusfructus,ſed filius alienare poſſit,vt probat ex tex.
in d.Auth.vt lic.matri,& auię.§.1.& ibi gl.adducens
caſus ſimiles, & Pariſ. hæc alleg.ſupra cit.loco: nõ
mirũ videri debet,ſi delinquendo filius ea bona alie-
nare præſumatur; & ſi veniũt in generali cõfiſcatio-
ne bonorũ.ita tenuit Io. Crot. in ſupra alleg. l.frater
à fratre.nu.35.ff.de condict.indeb.& latiſſimè id cõ-
probauit,& in his noſtris terminis ita cõſulendo plu-
rib.rationib.reſpondit Pariſ.d.conſ.157.per tot.
19 Contrarium†tenuit Clar.in d.§. fi.q. 78.verſic.ſed
quid in aduentitijs, & verſ. ſeq. in fi. vbi ait, quod ſi
caſus contingeret, forte iudicaret contra fiſcum ra-
tione prerogatiuæ patriæ poteſtatis, propter quam
pater præfertur fiſco.
Ex aduerſo autem bonis patris publicatis, peculiũ
20 filij non præſumitur†publicatum, ſiue peculium ca-
ſtrenſe ſit, ſiue aduentitium, ac etiam profectitium l.
3.§.ſed vtrũ.ff.de minorib. & tradidit Io. Crot.ſupra
21 alleg.loco. Nam licet peculium†profectitium dica-
tur patris,& eſſe in dominio patris, l.ſi certũ, & in gl.
22 ff.famil.erciſ.attamen cũ filius † in eo habeat admi-
niſtrationem, non debet illo priuari propter delictũ
patris.l.crimẽ.ff.de pœn.l.diui fratres. ff. de iure patr.
quia ſi auferretur peculium, auferretur etiã admini-
23 ſtratio.Priuatio† autẽ alicuius rei pęna eſt.l.teſtamẽ-
24 to. ff. de manum. teſtam. ſed nullus † puniendus eſt
ex alterius delicto.l.ſancimus.C.de pœn.l.ſi qs in ſuo.
§.legis.C.de inof.teſtam.l.ſupra iter. §.apud Feroc.
ff.de aq.pl.arcen.l.ſi vnus.§.ante omnia. ff.de pact.l.
ſi ſeruus,in fi.ff.de diuer. & tempor. præſcri. l. de pu-
pillo.§.ſi plurium.ff.de no oper. nunc. Soc.conſ.69.
nu.6.volum.1.& idem ſentit Bart.in d.l.3. §.ſed vtrũ,
col.fi.per illum tex.quem reputat ſingularem, idem
voluit Iaſ.in d.§.ſi de vectigal.nu.6.col.fi. vbi etiam
Paul.de Caſtr.col.fin. in fi. & hanc opinionem dixit
* *communem Gomeſ.vbi ſupra num.16.idem voluit
Ang.& Imo.in d.l.filiusfam.col.1.ff. de dam. infect.
Saly c.qui notabiliter loquitur in l. ſi quis poſt hoc.§.
1.quem ipſe legit pro lege.C.de bon. poſ.col. 1.nu.3.
* & hanc* communem opinionem dicit Clar. vbi ſu-
pra, verſ.quæro nunc.
Limita quãdo pater commiſit tale delictũ, ex quo
ſibi imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, &
per conſequens tollitur patria poteſtas,& filij efficiũ-
25 tur ſui iuris:nam tunc peculium † profectitium cum
cæteris bonis confiſcatur, quia deſinit eſſe peculium,
vt in d.l.fi.C.de inof.teſt.& neceſſario debet pertine-
re ad fiſcũ.pro qua ſẽtẽtia facit tex.expreſ.in l.1.§.ſed
& ſi alio.uerſ. ſed etſi morte. ff. quãdo actio de pecu-
lio eſt an.cuius verba ſunt: ſed & ſi morte patris, vel
deportatione ſui iuris fuerit effectus filius, de pecu-
lio intra annũ hæres patris, uel fiſcus tenebitur.& per
illũ tex.ita tenet,& declarat Bal.poſt Cyn.ibi in l.di-
ximus. §.ſi pater.ff.de excuſat.tut. Rom.in l.ſi finita.
§.ſi de uectigalib.col.8.q.1.& ibi Alex.ſaltem in pũ-
cto iuris,nu.45.col.4.quos omnes refert Gomeſ.in d.
c.fi.de contract.nu.16. uerſ. aduertendum tamen, &
* hanc* communem opinionem dicit Clar.ubi ſupra.
Priorem tamen ſententiam indiſtinctè verã eſſe,
& tenendam dicit ibid.Gomeſ.adducẽdo reſponſio-
nem Bart.in d. §. ſi de uectigalib. ad d. l. 1. §. ſed etſi
alio.ff. quando actio.
26 Sciendũ autem† eſt in præſenti concluſione,quod
peculium licet non præſumatur reuocatũ,facti enim
eſt reuocatio, facta autẽ non præſumuntur.id tamen
non procedit in ſeruo furto ſubtracto. Nam propter
27 †deterioratam eius conditionem,dominus ex tacita
uoluntate peculij adminiſtrationẽ reuocaſſe præſu-
mitur,ita tradidit Pau.de Mon.Pico.in repet.l.ſi fun-
dus.§.ſeruum tuum imprudens.nu.40.ff.ſi cert.pet.&
probatur in l.libera.ff.de pecul.
Sicuti autem peculium nõ præſumitur ademptũ,
28 ita nec etiam præſumitur†relictũ in teſtamento.Hęc
enim,quæ facti ſunt, præſumi non poſſunt. Quapro-
29 pter ſi teſtator†leget filio peculium,intelligitur reli-
quiſſe iure inſtitutionis.Bar.in l.ult.nu. 3. ff. de pecu.
* leg.cuius opinionem dicit* communem Ruin.conſ.
14.nu.4.uol.2.Mantica,de coniect.ult.uol.lib.4.c.3.
num. 24.
30 Limitatur nõ † procedere in ſeruo,cui datur liber-
tas in ultima uoluntate. Nam peculium tacitè eũ ſe-
quitur, ſi grauatus eſt à teſtatore aliquid alicui dare,
ut uoluit Lancel.Galia.in repet.l. Centurio. nu. 468.
ff. de vulg.& pup. & tradidit etiam Alex. conſ. 185.
nu.23.vol.2.ubi et alleg. Raph.Cum.in l.cũ tale.§.ſi.
ff.de condit.& demonſtr.Idem uoluit ipſe Alex.cõſ.
105.nu.5. uol. 1.
Sublimitatur primo hæc limitatio, ut non proce-
dat,quando libertas eſſet data inter viuos.Nam tunc
31 peculium † tacitè non ſequitur ſeruum, cui data eſt
inter viuos libertas.l.1.cũ ibi no.C.de pecu.eius, qui
lib.mer.Alex.d.conſ.185.nu.23.uol.2.& d.conſ.105.
nu. 5. uol. 1.
Sublimitatur ſecundo hæc limitatio, ut procedat
quando ſeruus in teſtamẽto grauatus eſt dare aliquid
hæredi, ſecus autem ſi extraneo. Nam tunc peculiũ,
32 non†præſumitur cum libertate legatum, ita latè tra-
dit diſtinguẽdo Lancel. Galiau. in alleg.l.Centurio,
nu.468.& 469.ff.de vulg.& pupil. & tradidit Alex.d.
conſ.105.
Cætera,quę hic deſiderari poſſẽt,uide per te plenè
tradita

tradita à Claro in d.§ fi.q.78. per tot.& Boſ. in tit.de
pub.bon.nu.71.& Gomeſ.in d.c.fin.de contract. nu.
13.cum plur. ſeq.

An autem peculium præſumatur profectitiū, an
* *aduentitium,& quomodo id probetur,latè tradidi-
mus ſupra in conclu. Bona. ubi diſputatū eſt, an bo-
na ex re patris acquiſita præſumantur, necne.

CONCLVSIO MCLXIV.

ARGVMENTVM.

Pecunia in dubio cuius eſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ſoluentis eſſe præſumantur.*
2 *Frater emens fundū pro ſe,& fratre ſuo, ſi vēditor ab ipſo pretiū accepiſſe confeſſus fuerit,de ſua propria pecunia, non communi emiſſe præſumitur. Contr. ibid.nu.3.*
4 *Pecunia ſoluentis fuiſſe præſumitur, etiam ſi res empta ſit nomine communi,*
5 *Adminiſtrator alterius,ex pecunia propria emiſſe,& negotia geſſiſſe præſumitur, ſi tempore adminiſtrationis, bona, vel induſtriam habuerit.*
6 *Tutor emens de ſua pecunia, e re ſua, vel ſua induſtria comparata, emiſſe præſumitur.*
7 *Frater nō induſtrioſus,nihil habens præter bona communia, ex communi pecunia acquiſiſſe præſumitur.*
8 *Tutor emens ſimpliciter nomine pupilli,ex pupilli pecunia præſumitur emere.*
9 *Adminiſtrator vniuerſitatis, emens aliquid nomine eius, de eiuſdem vniuerſitatis pecunijs emiſſe præſumitur. Ampl.procederet etiam ſi nullæ aliæ coniecturæ concurrant.vt ibid. nu. 10.*
11 *Adminiſtrans aliena negotia, concurrentibus coniecturis de pecunijs alienis ſoluiſſe præſumitur.*
12 *Emens rem nomine ſuo,& fratris,extraneo acquirēdam, præſumitur emere de pecunijs illius extranei.*
13 *Pecunia tolerata apud mercatorem præſumitur depoſita, non mutuata.*
14 *Pecuniæ datæ in ſacculo dominium non transfertur in depoſitarium.*
15 *Pecunia ad numerum data dominium trāsfertur in depoſitarium.*

Solent pleruunque contingere caſus inter ſo-
cios particulares,aut fratres, vel alias,
vt pecunias ſimpliciter erogent in merces, aut aliàs
res abſq; eo; q̄ fuerit dictū de pecunijs communibus
vel proprijs; quæſtio oritur,cuius eſſe præſumātur il-
1 læ pecuniæ. Et certè ſoluentis † eſſe ſemper præſumi,
non communes; in hypotheſi noſtra teſtatur Bart.in
l.2.nu.2. C.pro ſocio. vbi Bal. ſingulariter per illum
2 tex.inquit; quod ſi vnus ex fratrib. emat † pro ſe fun-
dum,& pro fratre ſuo, ſi tamen in inſtrumento cōti-
neatur, quod venditor fuit confeſſus habuiſſe preciū
ab emēte nomine ſuo,& fratris ſui,nec dixerit de cu-
ius propria pecunia,vel cōmuni, quod in dubio præ-
ſumitur de pecunia propria ſoluentis: ita q̄ ab alio
fratre poterit repetere partem pecuniæ,ſi vult partem
prædij empti: eadem concluſio confirmatur eiuſdem
Baldi authoritate, in l.ſi patruus.nu.4. C.cōmu.vtri.
iud.& in l.qui aliena.verſ.quid ſi nō apparet. C. ſi qs
alte.vel ſibi,& in l.1.ſub nu.21 verſ.itē non eſſet idem
C.eo.tit.ſi quis alte. vel. ſibi. ad idē reſpōdit Rom.in
conſ.274.dicta mater.ſub num.1.verſic.cæterum,vbi
Mādoſ.in addit.in verb.præſumant, in litera B. & in
conſ.276.viſis dubijs.num.7. verſ. quoad nonum, &
in conſ.291.cum iſti fratres ſub num. 6. verſ.& in du-
bio autem.& in conſ.346. in cauſa Baſilien.num.16.
verſ.quoad octauum,& in cōſ.3.viſo themate prædi-
3 cto,num.1.verſ.& huius ratio eſt.ſic etiam conſuluit
Alex.in conſil.134.circa ea,de quib. nu.3.vol.5.& in
conſil.78.diſcuſſis his.nu.4.verſ.tamen. volum. 2.&
Dec.in conſil.55.nu.2.& in conſ.446.num.2. & 3.&
* in conſ.628.in caſu.num.2.idque * communiter ſen-
tire Doct.aſſerit Soc.iun.in conſ. 24. præſens conſul-
tatio.num.2.vol. 2. cum multis alijs ad id adductis à
Ioſepho Ludou.conclu.13.in illat. 6.verſ.ſed quādo
non eſſemus.
3 Contrariam † tamen ſequutus eſt ſententiā Dec.in
conſ.255.nu.3.& latius Nat.in conſ.258.nu.6. & per
tot.& in conſ.100.num.15 verſ. contrarium. Horum
vero opinionem impugnat Fran. Bec. in conſil.113.
nu.38.ex his tamen, quæ paulo poſt dicemus, conci-
liari poſſe videntur hę interſe pugnantes opiniones.
Cōcluſionem itaq. ampliabis, vt vera ſit,etiam ſi
4 empta † fuerit nomine communi: nam,& tunc ſoluē-
tis pecunia empta fuiſſe præſumetur, vt refert Rom.
in ſing.440.incip.emeram rem,per d.l.2. vbi Bart.C.
pro ſocio.& in d.conſ.291.nu.6.& in d.conſ.3.per l.ſi
ventri,§.vlt.ff.de priuil.credi. Bar.ſequutus eſt Abb.
in conſ.46.tria mihi,in 3.dub.lib.1. Dec.etiā in conſ.
21.viſo puncto.ſub nu.10.verſ.& in dubio, & conſil.
348.de duobus,nu.4.& in conſ.442. in cauſa, nu.38.
quibus in locis plures alleg.
Secūdò velim amplies,vt procedat, etiam ſi vnus
ſit alterius adminiſtrator.nam, & hoc caſu in dubio
5 præſumitur † ex pecunia propria bona emiſſe, & ne-
gocia geſſiſſe,dum tamē aliquid in proprio patrimo-
nio habuerit,vel ſaltem induſtrioſus fuerit, vt reſpō-
dit eruditiſſimus Iacob. Menoc.in conſ.12. incip. re-
ſponſum,nu.20 vol.1. atque placuit clariſſimo Fran.
Bec.in conſ.113.nu.38.vol.1.per l.ſi defunctus. C.ar-
bit.tut.& ante illos aſſeuerauit Rom. in d.conſ. 274.
verſ.etiam ſi.& in d. cōſ.346. in 8.dub.& prius his gl.
& Doct.in l.cum oportet.C.de bon.quæ lib.ac Bald.
in l.facultas,in fi.C.de iur. fiſ. lib. 10. quos cum non-
nullis alijs refert,& ſequitur.Alex.in cōſ. 82. perſpe-
ctis his.col.vlt,nu.14.verſ. & regulariter. uol. 2.teſte
etiam Crau.in conſ.244.poſt nu.6.uerſ. etenim. ut &
in tutore reſpondit Cuma.in conſ. 88. caſus talis eſt,
6 nu.1.ubi ait,quicquid tutor habet, & emit † in tutelæ
officio,id omne præſumi eſſe ſuum, & ſua induſtria
acquiſiuiſſe, & ex ſua pecunia: etiam ſi ab initio ad-
miniſtrationis,quod plus eſt, nihil habuiſſe probare-
tur,dicta in l. ſi defunctus.
Limitatur primo eadem concluſio,ut non habeat
locum,quando ex coniecturis,& præſumptionib. ap-
pareret pecunias fuiſſe cōmunes, & non ſoluentis:
quas coniecturas poſt alios enumerat Cran.in conſil.
129.nu.1.& ſeq.& in conſ.191.num.18.et in conſ.131.
nu.12.et elicitur ex ijs,et tradidere Anch.in cōſ.149.
in fi.et Alex.in d.conſ.78.in fi.uol. 2. exempli gratia,
7 ſi frater † qui emit nomine ſuo, et fratrum nihil ha-
beret in bonis, niſi bona communia, quæ uix ad ui-
ctum ei ſuppeditandum ſatis eſſe poterant: neq; eſſet
artifex, Doctor, nel aliàs induſtrius, adeò,ut pecunias
illas ſuperlucrari potuiſſet ueriſimiliter; his enim, et
alijs caſib. pecuniæ non præſumerentur ſoluentis,ſed
communes; et ita poſſet intelligi,et procedere d.cōſ.
Nat.358.in quo alter ſentit, et ita etiam intelligen-
dum eſt,quod dixit Spec.in tit.de iudi. §. ſequitur ui-
dere,nu.14.et 15. uerſ. ut autem. quem referendo ſe-
quitur Pet.de Anch.in cōſ.302.materia,de qua quæ-
ritur.nu.9. uerſ. circa quartum.
Secundò limitanda eſt concluſio,ut non procedat
8 in tutore † emente ſimpliciter nomine pupilli: præſu-
mitur enim emere ex pupilli pecunijs,non ſuis,ut re-
ſponſū eſt ab Alex.in conſ.108.uiſo themate, et dili-
genter conſideratis uerbis.col. ultim. poſt nu. 6.uerſ.
circa ſequens dubium. uol. 1. per l. Neſennius. ff. de
neg.geſt.et q̄ no. Bart. in l. alimenta. C. de neg. geſt.
quē referendo ſequitur D. Borgni. Caual.in tract.de
tuto.et cura.nu.243.uerſ. et quando tutor. propterea

ſemper

Digitized by Google

ſemper bonũ eſſe proteſtari ementi, quod dicar eme-
re de pecunijs proprijs, dicebat Ioſ. Ludoui. in d. con-
clu. 53. in d. 6. illat. in fi.

Tertiò limitabis eandem concl. vt tunc pecuniæ
non præſumantur ſoluentis, quando quis, vt admini
9 ſtator vniuerſitatis † emeret aliquid ſimpliciter pro
dicta vniuerſitate: nam præſumetur emiſſe de pecu-
nijs vniuerſitatis, ex l. ſi vt proponis. C. de rei vendi. l.
2. C. quan. ex fac. tut. l. curator. C. arbit. tut. vt ex his
ita concludit Fabia. de Mon. in tract. de emp. & vẽd.
quæſt. vlt. nu. 2. & Alc. in reſpon. 495. nu. 8. verſ. ſecun-
da eſt. & hoc eſſe quotidianum aſſerit Soc. tract. Fal-
len. reg. 343. fallen. 2. quos in hanc ſententiam refert
Menoch. in conſ. 80. plura efficiunt. nu. 2. uerſ. quini-
10 mo. vol. 1. Quod procedere abſque aliquibus † côie-
cturis author eſt Ioſeph. ſupra dicto loco, ſed exiſtẽ-
tibus coniecturis hoc poteſt procedere in quolibet
11 alio adminiſtrãte † negocia aliena ad hoc, vt dicatur
ſoluiſſe de pecunijs alienis, & non proprijs, vt tradit
Crau. in d. conſ. 129. nu. 2. cum plur. ſeq. vbi plurimas
collegit coniecturas.

Quartò limitare poteris, vt locum ſibi non vendi-
12 cet, quando res eſſet quęſita † per aliquẽ nomine ſuo,
& fratris, vel cõiuncti, tanquam pro extraneo; & illi
acquirenda veniret: quia tunc præſumitur empta pe-
cunijs illius extranei, vt ad hoc eſt tex. ſingularis in l.
vlt. C. de pigno. & hypothe. ita reſpondit Rom. in d.
conſ. 3. ſub nu. 1. verſ. quod maximè procedit, quod
pro inſigni dicto refert Cur. iun. in l. 1. n. 11. C. de fur.
eundem refert Crau. in d. conſ. 129. nu. 4. quanquam
ibid. illum oppugnet. Generatim vero loquendo, an,
& quando in dubio emptio pręſumat facta ex pecu-
nia ſoluentis, & emptoris, abundè ſupra diſcuſſimus
in ver. emptio concl. 92. vol. 2. vt ibid. videre poteris.

Nec ſilebo in hac eadem pecuniæ materia, quod
13 ſequitur: nam pecunia tolerata † apud mercatorem
præſumitur depoſita, non autem mutuata, quod eſt
14 verum, ſiue ſit † data in ſacculo, quo caſu non tran-
ſfertur dominium in depoſitarium; & ideo de ea di-
15 citur fieri furtum, ſiue ad numerum † data; quo caſu
dicitur dominium tranſlatum, & de ea depoſitarius
non tenetur furti actione propter contrectationem:
ita Bal. in l. incendium. nu. 3. & 4. verſ. extra quæritur.
C. ſi certum petat.

CONCLVSIO MCLXV.

ARGVMENTVM.

An, & quãdo creditor teneatur probare pecuniam eſſe verſam in vtilitatẽ eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Probationum materia fines ampliſſimos habet.*
2 *Creditor probare debet pecuniam a ſe creditam in vtilitatem eccleſiæ verſam fuiſſe.*
3 *Creditor eccleſiæ is vere dicitur, qui probat, pecuniam creditam eccleſiæ vtilitati ceſſiſſe.*
4 *Creditor qui mutuo dedit pecuniam, illam in eccleſiæ commodũ conuerſam probare dẽt. Ratio redditur, ibi. nu. 5.*
6 *Pecunia mutuo fœneratitio accepta debet probari in eccleſiæ vtilitatem conuerſa.*
7 *Eccleſia nunquam tenetur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem conuerſum.*
8 *Mutuum, et plurimum fœneratitium eſſe ſolet.*
9 *Pecunia mutuo data habenti liberam adminiſtrationem bonorum eccleſię, etiam ſi it aſſerat, ſe accipere pro vtilitate eccleſiæ, nihilominus debet probari eccleſiæ commodo ceſſiſſe. Ratio redditur ibid. nu. 10.*
11 *Pecunia data ei, cui eccleſia, vel vniuerſitas conceſſerunt, vt pecuniam mutuo acciperet, non taxata ſumma, debet adhuc probari, in eorum vtilitatem fuiſſe conuerſam.*
12 *Pecunia data ei, qui habebat mandatum ad recipiendum certam ſummam, qui tamen illam ſummam exceſſit, debet probari in vtilitatem eccleſiæ conuerſa.*
13 *Procurator habens mandatum ad accipiendum mutuo certam ſummam, & illam ſummam excedens, non obligat dominum, niſi probetur in eius vtilitatem cõuerſa.*
14 *Procurator excedens mandatum, non obligat dominum, niſi id, in quo exceſſit, eſſet conſequutiuum mandati.*
15 *Pecunia mutuo accepta à Canonico, ex ordinatione eccleſię, ſed ſine mandato, dẽt probari in eius cõmodũ verſa.*
16 *Pręlatus accipiens mutuo pecuniã præſente, & conſentiẽte capitulo, obligat capitulum, etiam ſi non probetur pecunia in eius vtilitatẽ cõuerſa, ſi agatur de immobilib. nõ pręcioſis alienãdis. Ampl. pcederẽt ſi agatur de precioſis alienãdis, vt ibi. nu. 17. Cõtr. nu. 20. Cõcluſio, nu. 22.*
18 *Pupillus cõtrahẽs cũ tutoris authoritate omnino obligat.*
19 *Pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe, extra cauſam mutui, probandum non eſt.*
21 *Prælatus bona eccleſię ſine vrgenti neceſſitate alienare nõ poteſt.*
23 *Pecunia mutuo ſuſcepta ob certam, & determinatã cauſam non debet probari in eccleſię vtilitatem conuerſa. Decl. non procedere, quando manifeſte appareret pecuniã in eam cauſam nõ fuiſſe conuerſam, vt ibid. nu. 24.*
25 *Eccleſia in integrum reſtituitur; niſi creditor probet, pecuniam in eius vtilitatem conuerſam.*
26 *Minor in integrum reſtituitur, niſi probetur mutuum conuerſum in eius vtilitatem.*
27 *Eccleſia iure minoris debet ſemper illæſa ſeruari.*
28 *Eccleſia petens reſtitui in integrum debet læſionẽ probare.*
29 *Pecunia mutuo accepta a canonico mandato Capituli nõ debet probari in emolumentum Capituli conuerſa.*
30 *Prælatus adhuc viuens, pecuniam a ſe mutuo acceptã reſtituere debet, etiamſi non probetur vtilitas eccleſiæ.*
31 *Pręlatus dum viuit, eſt adminiſtrator bonorum eccleſię.*
32 *Pręlato, qui pecuniam accepit, defuncto, tenetur creditor vtilitatem eccleſię probare, ad hoc, vt ſucceſſor teneatur. Contra ibid. nu. 34. Concil. nu. 35.*
33 *Succeſſor non tenetur ad debita prędeceſſoris, niſi probentur facta in vtilitatem eccleſia.*
36 *Eccleſia agens ad reuocationem rei alienatæ, debet probare, quod accepit, in eius vtilitatem conuerſum non fuiſſe.*

Memini Me aliàs ſuper eodem cõcluſio-
nis huius argumenti genere plu-
ra tradidiſſe; nempè in concl. 581. in verſ. eccleſ. non
obligatur. concl. 716. in verſ. emptor probare debet.
in prin. & in concl. 328. in verſ. expenſæ in vtilitatem
1 eccleſiæ. vol. 1. Vèruntamen cum † probationum ma
teria fines ampliſſimos habeat, nec omnia facilè vno
in loco queant examinari, iccirco ſæpè numero co-
gimur eandem materiam varijs in locis pertractare,
quod, vt diximus, in hac conuerſionis pecunię in vti-
litatem Eccleſiæ materia, proculdubio experimur: in
qua quidem nunc explicanda, ea tãtùm attingemus,
quæ in relatis concluſionibus prætermiſſa fuere, cæ-
tera à lectoribus erunt ibidem videnda.

Primùm itaque inter cætera, Eccleſiæ creditor, qui
cum Eccleſia contraxit, vt pecuniam repetere poſſit,
2 Eccleſiamq; habeat obligatam, probare † debet num
mos illos in ipſius eccleſiæ vtilitatem fuiſſe verſos.
3 Etenim is verè dicitur eccleſię creditor, † qui mon-
ſtrat, & probat in vtilitatem ipſius eccleſiæ eſſe verſũ
illud; quod credidit: ita ſanxit. Imper. Iuſtin. in §. ſi verò
quis aut epiſcopo. in fi. vbi gl. in verb. profecerunt. in
auth. de alien. & emph. hoc idem ſtatuit in auth. hoc
ius porrectum. in fi. & ibid. gl. in verb. probet. C. de ſa-
croſ. eccl. quæ quidem authentica eſt canonizata, vt
apertè patet ex c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. vbi text.
ait. is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, pro-
bat in vtilitatem religioſæ domus proceſſiſſe. ibique
Arch. nu. 9. ver. in glo. 51. extra dixit, hoc eſſe ſpecia-
le in eccleſia, vt creditor probet, quod etiã eſſe benè
notan-

notandum, inquit gl. in c. pen. ſuper verb. in vtilitatē. de fideiu. ſic etiam placuit Azoni, in ſum. d. ti. de alie na. & emphy. nu. 1. in fi. ad idem reſpōdit Card. Zab. in conſ. 51. ſeriatim ſuper ſingulis. col. 6. in 4. q. quod
* & * omnes iuris, tam Pontificij, quàm Cæſarei interpretes tradidere, illi in c. 1. de depoſ. & in d. c. pen. de fideiuſ. hi in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. in primis glo. ſuper verb. non ciuitas, per l. 1. C. de ſol. & lib. deb. lib. 11. l. ſi prædium. C. de præd. mino. & d. auth. hoc ius porrectum. Bart. nu. 12. verſ. quæro, quis habeat Bal. col. 2. poſt num. 2. verſ. quærit glo. Roman. col. 3. num. 7. in fi. Alex. colum. 3. num. 10. & Iaſ. colum. 5. nu. 14. verſ. nunquid autem. idem concludit Ang. in conſil. 245. quia omne datum optimum. colum. 3. poſt nu. 3. verſ. tertio eſt videndum, per not. à Docto. in d. c. pen. de fideiuſ. & hanc concluſionem pluribus confirmat Soc. ſen. in conſ. 15. viſis prædictis. nu. 21. & ſeq. verſi. eſt ergo aduertendum. vol. 1. & Ruin. in conſ. 68. viſa & bene intellecta. num. 7. et volum. 1.

Concluſionem hane velim amplies, vt præcipuè
4 procedat † in mutuo: nam niſi creditor, qui mutuo dedit pecuniam, probet eam in ipſius Eccleſiæ emolumentum fuiſſe conuerſam, proculdubio ſuccūbet: ſic ſentit Inno. in d. c. 1. num. 2. de depoſ. & ibidem ce
* teri * oēs, & in d. c. pe. & alij nuper ad cōcluſionis corroborationem citati: & ſancitum eſt relatis in iuribus, & placuit Redo. in tract. de reb. eccleſ. non alie. in ea quæſt. cur mut. oblig. eccleſ. §. 1. nu. 9. 10. & 11.
* vbi de * communi, & idem in quæſt. de reſtit. in integ. §. 6. num. 8.

5 Cuius ampliationis ea ratio eſt: nam prælati ſunt promptiores ad recipiendum mutuum, & fœneratores promptiores ad dandum mutuo. vnde ſi indifferenter teneretur Eccleſia, tunc facilè bona Eccleſiæ alienarentur, meritò igitur hoc caſu fuit ſuccurrendum; præſertim cum idem ſit diſpoſitum in ciuitate, in d. l. ciuitas. ſic inquit Abb. in d. c. 1. nu. 9. verſ. ratio ſpecialitatis. de depoſi.

Quæ ampliatio in primis debet intelligi de mutuo
6 fœneratitio † in odium fœneratorum, & vtilitatem Eccleſiæ, vt ſenſere Hoſt. Ioan. And. ac cæteri, in d. c. 1. de depoſ. vbi Imol. poſt num. 17. verſ. ſed iuxta præ-
* dict. reſtatur hanc eſſe * communem Doct. ſententiā, cui adhærere videntur Accurſ. & Bartol. in d. l. 1. & C. ſi aduer. credi. Cyn. etiam in d auth. hoc ius porrectum, nu. 5. quos refert, & ſequitur Soc. ſen. in d. conſ. 15. num. 26. verſ. quinto probatur. volum. 1. ſecus eſſe dicens in mutuo gratis conceſſo. Quanquam Innoc. in d. c. pen. aliter videtur ſentire, dum dixit indiſtin-
7 ctè eccleſiam † nunquam teneri ex mutuo, niſi probetur verſio. cuius opinionem ſequi fortaſſe iuri cōtrarium non eſſet, cum raro contingere poſſit, quod
8 mutuum † non ſit fœneratitium, vt docet nos experiētia, & vtinam non eſſet, cum nimis magnis vſuris, &c. vt vtar eiuſdem Imolæ verbis loco nuper citato. Innocentium, et Imol. refert, ac ſequitur Arius Pinel. in repet. l. 2. C. de reſcin. vend. par. 3. c. 1. ſub num. 31. et ſequen. verſ. ſed quanquam, et uerſ. ego à primis annis. num. 32. hanc ſententiam latè tuetur; ſic intelligens in omni creditore. l. 1. C. ſi aduer. credit. & ibid. concordes citat authores, de qua re tamen dicēdum eſt, vt infra in altera concluſione dicemus de hac eadem materia in perſona minoris, in 1. limit.

Secundò ampliatur concluſio, & vna ſupradicta
9 ampliatio, vt habeat locum, etiam † quando pecunia fuit mutuo data ſingulari perſonæ, quæ liberam habebat poteſtatem adminiſtrationis omnium bonorum Eccleſiæ, & ſuſcipiendo mutuum dixit ſe ſuſcipere pro vtilitate Eccleſiæ: nam etiam tunc tenetur creditor probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatē Eccleſiæ, ita ſenſit Inno. in d. c. pen. col. 3. ſub num. 2. ver. ciuitas tamen, vel eccleſia. vbi concludit, ꝙ nunquā eccleſia, & ciuitas obligatur ex contractu adminiſtrationis, niſi ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ, uel ciuitatis, cuius authoritate permoti, ita etiam tradidere Petr. ab Anch. & Ant. à Butr. ibidem ille. num. 7. verſ. ſecūdo caſu. ibi, fallit in ciuitate, & eccleſia, &c. hic ſub eod. num. 6. verſ. omnia prædicta, quod ea ratione confirmat D. Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centu. 5. caſu 432. num. 20. verſ. ſeptimus eſt caſus,
10 quoniam libera bonorum adminiſtratio † non ſe extendit ad hunc actum ſuſcipiendi mutuo pecuniam, cum hoc modo videatur facta quædam donatio illi creditori: et facultas donandi non includatur ſub libera bonorum adminiſtratione. l. ſi creditor. §. Luc. ff. de admin. tu. et in ſpecie refert ita ſentire Rim. ſen. in d. l. ciuitas. colum. vlt. verſi. et hoc ideò requiritur. ff. ſi cert. peta.

Subampliatur ampliatio hæc, vt eo in caſu proce-
11 dat, vbi mutuum † fuiſſet factum canonico, vel monacho, cui non fuit taxata ab eccleſia ſumma pecuniarum mutuo accipienda, ſed iſte habebat adminiſtrationem alicuius villæ, vel alterius rei cum libera poteſtate, et mutuo ſuſcepit pecuniam aſſerendo, vt ſupra ſe pro vtilitate illius villæ ſuſcipere; nā et hoc caſu creditorem teneri probare verſionem, aſſeuerauit Menoch. in d. caſu 432. num. 37. verſ. ſextus eſt caſus, ea ratione, quam ſupra, in relata ampliatione, diximus.

Tertiò amplianda eſt concluſio, vt eo magis locū
12 ſibi vendicet, quando † mutuum fuit factum ſingulari perſonæ habenti mandatum ad ſuſcipiendū certam ſummam, ſed ille exceſſit modum, accipiendo maiorem ſummam: etenim et tunc creditor omnino tenetur probare illud plus fuiſſe verſum in vtilitatē Eccleſiæ: ita ſcripſit Inno. in d. c. pen. in prin. vbi per illum text. concludit, quòd ſi procurator à domino
13 † recepit mandatum, vt reciperet certam quantitatē mutuo vſque ad certam ſummam, quòd procuratore recipiente intra ſummam obligaret dominum: ſi vltra, non obligaret dominum: niſi in quantū id probaretur verſum in vtilitatem domini, ex eo, quòd in recipiendo vltra ſummam egreditur formam mandati, et ſic quod recipit præſumitur contra mandatū retinere, ideò dominum non obligat. arg. c. cum dilecta. de reſcript. concludens regulam, quòd in quantū
14 procurator † aliquid præter, vel contra mandatum agit, in nihilum obliget dominum, niſi illud, quod agit præter mandatum, eſſet neceſſarium, hoc eſt, cōſecutiuum mādato: vt ſi mandatum eſſet, quòd rem venderet, cauendo de euictione obligaret dominum l. Iul. §. ſi procurator. ff. de act. emp. ex hoc dicens idē Imol. cautum debere eſſe contrahentem cū procuratore, vt mādatum, et procuratorium inſpiciat, ne vltra vires mandati contrahat, cum dominum ſibi nō obliget: Innocentij doctrinam ſequuti ſunt Anton. à Burrig. in d. c. pen. ſub nu. 6. ver. tertio per iſtam decretalem. et ibi Abb. nu. 7. in fi.

Subampliatur hæc eadē ampliatio, vt vera ſit, et ſi
15 illa † ſingularis perſona, veluti canonicus, aut monachus pecuniā mutuo ſuſcepiſſet intra ſummā ex ordinatione eccleſiæ ſuſcipiendā, ſed ſine mādato: nam et tūc creditori incūbit onus probandi eam ſummā fuiſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatem, ut placuit B[illegible]r. in d. c. pe. col. pen. ſub nu. 9. uerſ. 2. caſu: aſcribenda. n. eſt culpa creditoris facilitati, qui mutuū conceſſit nō habenti facultatē accipiendi, et obligādi Eccleſiā ad eius reſtitutionem, ut inquit Menoc. in d. caſ. 432. nu. 3. uerſ. nonus eſt caſus: ſecus ſi mandatum haberet, ut egregiè demonſtrat Soc. ſen. in d. conſ. 15. ſub nu. 25. uerſ. 2. etiam probatur. uol. 1.

Limitatur nunc primo loco eadem concluſio, ut locum ſibi non uendicet, quādo pecunia fuit mutuo
16 data, † Prelato pſente, et cōſentiente capitulo, et agat de alienandis bonis mobilib. minimè pretioſis ipſius Eccleſiæ pro mutui reſtitutione; hoc namq; in caſu creditor

creditor, qui mutuo dedit, neceſſe nō habet probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatē Eccleſiæ: ſic aſſeuerauit Abb. in d.c. pen. ſub nu.5. ver. aut poteſt ſatiſfieri, per illum text. de fideiuſ. & in d.c.1. col. vlt. ſub nu.9. verſ. & videtur hic Inno. de depoſi. ad idem reſpondit Card. Zab in d. conſ.71. col. pen. verſ. ſecundum hoc intelligo, quam limitationem rationibus corroborat idem D. Iac. Menoch. in d. tract. de arbit. iud. lib.2. cent.5. caſu 432. nu.4.5. & 6.

Quæ limitatio ampliatur, vt etiam vera ſit, quādo
17 pecunia † fuit mutuo data Prælato conſentiente capitulo, & agatur de alienādis bonis Eccleſiæ immobilibus pretioſis: nam, & tunc creditori, nō eſt neceſſe probare pecuniā fuiſſe in Eccleſię vtilitatem conuerſam, vt grauiſſimi tradidere ſcribentes: in primis Bar. in d.l. ciuitas. nu.13. ff. ſi cert. pet. & in d. auth. hoc ius porrectum. nu.17. C. de ſacroſ. eccleſ. Ant. à Butr. in d.c. pen. nu.9. verſ. ſi autem mutuum contrahitur. Imo. in d.c.1. ſub nu.17. verſ. quid ergo dicendum? de depoſi. Paul. à Caſtr. in conſ.338. primo quæritur. col.2. ſub nu.2. verſ. ad hoc reſpondeo. vol.1. Soc. ſen. in d. conſ.15. col.6. nu.25. poſt verſ. hæc autem concluſio. vol.1. ubi verſ. tertio probatur, id probat ex eo, qd
18 ita etiam ſit diſpoſitum in minore, & pupillo cōtrahente cum tutoris, & curatoris authoritate, vt tunc obligetur minor, & pupillus: nec ſit neceſſarium probare verſum in utilitatem minoris, aut pupilli, p not. in l. uerum cum l. ſeq. ff. de mino. & in l.1. §. ſi pupillus. ff. quod iuſſu, per quæ iura ita determinate dicit
* Zabarel. in d.c.1. de depoſ. & hanc eſſe * communem opinionem dixit Didac. Couar. lib.5. uariar. reſolut. c.17. ſub nu.3. uerſ. cæterum. eamq; aliis authoritatibus confirmat Menoc. in d. caſu 432. ſub nu.13. uerſ. contrariam itaq; opinionem, quorum opinionē fulcit tex. in d.c. pen. de fideiuſſ. & quod extra cauſam
19 mutui † in alienatione bonorum eccleſiaſticorū non teneatur quis probare pecuniā in rem Eccleſiæ eſſe uerſam reſpondit Dec. in conſ.36. pro tenui. ſub nu.
* 8. uerſ. tertio principaliter, ubi * communem dicit, &
* ita magis * communiter ſentire Doct. in d.c.1. de depoſ. teſtatur Arius Pinel. in repet. l.2. par.2. c.4. & ult. nu.70. uerſ. comprobatur hoc. C. de reſcin. uend. ubi alios concordes citat.

20 In contrariam † deſcendere ſententiam Car. in d. c. pen. col. pen. uerſ. dico tamen. Abb. in d.c. pen. ſub nu.4. uerſ. aut enim propter. de fideiuſ. ea ratione per-
21 motus, & adductus, q. ſi directè non poſſunt † Prelatus, & Eccleſia alienare bona eccl. ſine urgēti neceſſitate, uel euidenti utilitate. c. ſine exceptione. 12. q. 2. ſic nec indirectè recipiendo mutuum, occaſione cuius oportet peruenire ad diſtractionem bonorum. argum. c. cum quid una uia. de reg. iur. in ſexto, & per alia, quæ ibidem ab eodem Abbate referuntur.

Cæterùm à priori opinione, quæ ut diximus cōmunis eſt, non uidetur eſſe recedendum; quam etiā confirmauit Rol. à Val. in conſ.41. primo quidem aſpectu. nu.36. uol.1. & ante eum Dec. in d.l. ciuitas, ſub nu.6. uerſ. remanet ergo. ff. ſi cer. pet. quo in loco plures affert reſponſiones ad illam Abbatis rationem, quas tamen refellit. Menoch. in d. caſu 432. nu.10. & ſeq. & ibi utriuſq; per nouam à ſe excogitatā diſtin-
22 ctionem, opiniones tuetur, † & conciliat. inquiens, q aut aliqua ſubeſt coniectura fraudis in ſuſcepto mutuo, & tunc quemadmodum impeditur alienatio bonorum immobilium, ita & obligatio ex ſuſcepto mutuo, & hoc in caſu rectè ſentit Abbas: non enim cum illo admittēdum eſt, quòd eo ipſo, quòd ſuſceptum eſt mutuum, ſit fraudis ſuſpicio, cum præſumēdum non ſit totum capitulum uoluiſſe delinquere.

Aut ceſſat omnis coniectura, & ſuſpicio fraudis, & tunc rectè ſentit Dec. quandoquidem minor, & pupillus, qui non poteſt ſine decreto alienare immobilia; attamen cum ſui tutoris, uel curatoris conſenſu rectè mutuo ſuſcipit pecuniam, l. uerum. cum l. ſeq. ff. de mino. & l.1. §. ſi pupillus. ff. quod iuſſu.

Qui priori vt lucrit adhærere opinioni, eā ſubampliare poterit, vt etiam procedat, vbicunq; mutuum fuit ſuſceptum ob certam, & determinatam cauſam:
23 nam, & tunc † non eſt probandum à creditore, pecuniam fuiſſe verſam in eam cauſam, vt placuit Imol. in d.c.1. poſt num.17. ſub verſ. Dom. vero. Anton. de depoſit. reiecta opinione Butr. in d.c. pen. ſub num.9. verſ. & hoc tempero verum. de fideiuſſ. quod placuit Redoa. in eodem tract. de reb. eccleſ. non alienan. in quæſt. de reſtitut. in integrum. §.6. num.8. cui accedit Oddus in tract. de reſtitu. in integr. par.2. q.51. art.5. num.54. verſ. quo retento.

Iſtud tamen declara prout intelligit Menoch. in d. caſu 432. ſub nu.14. verſ. ego dicerem, vt verum nō
24 ſit, quando apertè liquet ipſam pecuniam † non eſſe verſam in eam cauſam: tunc enim procedit opinio Butr. ſecus, vbi ſumus in dubio; & hoc caſu vera eſt ampliatio tradita ex Imolæ ſententia, cū præſumendum non ſit prælatum, capitulum in aliam cauſam, quam à ſe determinatam, impēdiſſe ſummam illam.

Eadem prior ſententia limitatur, vt nō habeat locum, quando appareat de non verſione in vtilitatem eccleſiæ, & ob iuſtam cauſam ipſa Eccleſia peteret
25 reſtitui in integrum: tunc enim reſtituenda erit, † ſi non probetur verſio pecuniæ ab ipſo creditore in ipſius Eccleſiæ vtilitatē. Etenim queadmodum ſi mu-
26 tuum factum ſit † minori cū authoritate tutoris, vel curatoris, non tenebitur minor ſatis ipſi creditori facere; ſed in integrum reſtituendus erit, niſi probetur verſum mutuum in illius emolumentum, vt probatur ex reſcripto Anton. in l.1. & Imper. Gordia. in l.2.
27 C. ſi aduer. credit. ſic & in † Eccleſia, quæ iure minoris debet ſemper illæſa ſeruari, vt inquit Alex. III. in c.1. de in integr. reſtitut. hoc idem ſtatuendum eſſe dixit Cyn. in d. auth. hoc ius porrectum. in 7. q. nu.6. C. de ſacroſ. eccleſ. arg. l. iubemus. C. eodem tit. de ſacroſ. eccleſ. & dictarum legum. 1. & 2. C. ſi aduerſ. credito. hæc igitur ſumma eſt, vt Eccleſia re ipſa non teneatur, ſi reſtitutionem petat, niſi probetur verſio à creditore, & in hac ſententia vna cū Cyno reſidet Imo. in d.c.1. poſt nu.17. verſ. quid ergo dicendum? de depoſi. quo in loco refert ita poſſe intelligi ea, quę dixere Inn. in d.c.1. & in d.c. pen. & gl. in d. §. ſi vero, quis aut Epiſcopo in verſ. profecerunt. de alienan. & emphy. idem ſenſit Dec. in d.l. ciuitas. ſub nu.7. verſic. ſi tamen Eccleſia. & nonnulla in hanc deducit ſententiam Dom. Menoch. in d. caſ.432. nu.15. verſ. decla-
28 ratur hæc ſententia, ſubiungens, nu.16. tunc † læſionē ab Eccleſia eſſe probandam, & quidem manifeſte, teſte But. in c.1. nu.4. de in integ. reſt. & Corn. in cōſ. 181. nu.53. vol.2. & eandem læſionē grauem eſſe debere, vt idē dixit But. in c. auditis. nu.14. de in integr. Iaſ. in conſ.54. nu.5. vol.1. & Bero. in conſ.32. nu.10. vol.1. de qua nos alibi.

Secundo loco limitanda eſt ipſa concluſio, vt non
29 procedat, quando † mutuum fuit factū ſingulari perſonæ, ut uni ex canonicis, aut uni monacho, cui à ſolo capitulo datā ſit facultas ſuſcipiendi illam certam ſummam à ſe mutuo ſuſceptam: tunc enim creditori non opus eſt probare pecuniam illam fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſię: ita docuit Abb. in d.c. pen. ſub nu.7. verſ. quandoque mutuum ex eo, quòd hoc caſu mutuum videtur ipſi Eccleſiæ factum, & ante eum idem dixerant gl. in verb. in vtilitatem, & Anch. nu. 9. quibus accedit Soc. in d. conſ.15. ſub nu.25. verſ. ſecundo etiam probatur, vol.1.

Tertiò limitatur eadem concluſio, vt non habeat
30 locum, qñ † pecunia fuit mutuo ſuſcepta à ſolo Prælato, qui & tēpore reſtitutionis faciendę viuit, & qui reſtituere pōt abſq; alienatione bonorū immobiliū Eccleſię: etenim nec hoc caſu creditori onus incūbit

probãdi pecuniam fuiſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatem: ſic tradidit Abb. in d. cap. pen. ſub nu. 6. verſ. aut mutuum fuit receptum, per illum tex. & ea etiam adductus ratione; quoniã † Prælatus, dum viuit, eſt ad-
31 miniſtrator bonorum Eccleſię, & de fructibus poteſt diſponere, excepta alienatione immobilium. cap. is, cui, vbi glo. de electio. in 6. & in c. cum nobis in fin. eodem tit. de electio.

Subampliatur hæc limitatio, vt locũ ſibi non ven-
32 dicet, quando † Prælatus tempore reſtitutionis faciẽdæ non amplius viuit; nam tũc creditori neceſſe eſſe verſionem probare, voluit Innoc. in c. 1. de ſolutio.
33 quo in loco inquit † ſucceſſorem non teneri ad debita contracta per prædeceſſorem, niſi probentur illa verſa eſſe in vtilitatem Eccleſiæ, idem innuere videtur Butr. in d. c. pen. ſub eodem nu. 9. verſ. ſi autem recipitur, & Paul. à Caſt. in d. conſ. 338. ſub nu. 2. verſ. ſi vero nullum, vol. 1.

34 Contrariam † tuentur ſententiã Hoſtien. & Gul. de Cun. quos referẽdo ſequitur Abb. in d. c. pen. ſub nu. 7. verſ. ſed Hoſt. quorum ſententiæ ſe etiã ſubſcripſerunt Card. ibi. col. 4. verſ. decimo quæro, & Anch. nu. 9. qui ad ita ſentiendum permoti ſunt ex d. c. pen. & ex d. c. 1. de ſolu. & ex alijs, vt per Abbatẽ, vbi ſupra.

Cæterũ in hac ſcribentiũ diſſenſione Menoc. poſt quam ſuſtulit, & rñdit ad ea, quæ poſteriorem ſequẽ-
35 tes ſñiam pro ſe adducunt, dicit id eſſe iudicis † arbitrio relinquendum, qui iudex poterit conſiderare, an iſte prælatus cõſueuerit hoc modo ſumere pecunias mutuo, & expendere ꝓ Eccleſiæ vtilitate: conſiderabit ẽt, an ſumma ſit magna an tenuis, ita vt veriſimile, ſit cũ mutuo ſumpſiſſe, & impendiſſe ad Eccleſiæ vtilitatem, & ſi veriſimile hoc adſit pronunciabit ꝓ creditore, cui niſi tũc Eccleſia ſatisfaceret, locupletarẽt cũ eius iactura, aduerſus, & leges, & rõnem naturalẽ: ita Menoch. in d. caſu 432. nu. 24. verſ. ego certè.

Quarto limitatur concluſio, & declaratur, vt procedat, qñ creditor agere vellet ad pecuniam mutuatam: tunc enim ex eo probare tenetur verſionem, qd ipſius ſit fundamentum actoris ad victoriam obti-
36 nendam; ſecus ſi creditor † nõ agat ad pecuniam, ſed Eccleſia ad reuocationem rei alienatæ, volẽs ex hoc capite reuocare, quia quod ille ſoluit, non fuit verſum in vtilitatem Eccleſiæ: nam tunc etiam ſi ſimus in caſibus, in quibus creditor tenetur probare pecuniam verſam in vtilitatem Eccleſiæ, ipſa Eccleſia tenebitur hoc probare, per tex. & quod ibi not. in l. ei, q dicit. ff. de probatio. cum vulgat. ita declarat Soc. in d. conſ. 15. nu. 29. verſ. ſexto probatur, vol. 1.

CONCLVSIO MCLXVI.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur, pecuniam in Eccleſiæ vtilitatem fuiſſe conuerſam.

SVMMARIVM.

1 Pecuniam fuiſſe conuerſam in vtilitatem Eccleſiæ coniecturis, & præſumptionibus probatur.

2 Mutuum datum Prælato, vere, non per coniecturas probandum eſt in Eccleſiæ commodum verſum fuiſſe.

3 Inſtrumentum dicens, quòd talis dedit pecuniam Prælato, quæ Eccleſiæ commodo ceſſit, non probat.

4 Teſti deponẽti de eo, quod ſenſu corporeo non percipitur, non creditur.

5 Notarius fidem faciens de his, quę ſenſu non percipit, non probat.

6 Notario dicenti, talis ſanus mente fecit teſtamentum, fides non datur.

7 Pecunia ex eo probatur in vtilitatem Eccleſiæ conuerſa, ſi oſtenditur tunc temporis, quo contraxit, Eccleſiam illa pecunia opus habuiſſe. Contr. defenditur ibid. nu. 8.

9 Pecuniam recipiens nomine alieno, quibus caſibus obliget dominum, etiamſi non appareat in eius emolumentum conuerſa.

10 Pecunia quando verſa ſit in vtilitatem Eccleſiæ, iudicis arbitrio relinquitur.

11 Pecunia præſumitur verſa in vtilitatem Eccleſiæ, ſi cum pecunia ſumeretur ipſa reliquo indigebat, & indigentia ceſſauit.

12 Expenſa præſumitur facta ab eo, qui facere tenebatur, Idem ſi ſe naturaliter de hoc conſtet, nu. 13.

14 Viuere naturaliter nemo ſine alimentis poteſt.

15 Eccleſia ſi ſtatim poſt pecuniam mutuo acceptam fundũ emit, de pecunia mutuata emiſſe præſumitur, & numero 17.

16 Creditor mutuo dans pecuniam procuratori Eccleſiæ ob aliquam cauſam, debet probare, cauſam veram fuiſſe, & in eam verſam.

18 Pecuniam in Eccleſię vtilitatem fuiſſe conuerſam, probatur per confeſſionem Prælati.

19 Pecunia tunc demum confeſſione Prelati Eccleſiæ commodo ceſſiſſe probatur, ſi aliæ coniecturæ concurrunt.

20 Prohibitum vbi eſt aliquid, & certo caſu permiſſum, non ſtatur dicto aſſerenti caſum permiſſum ſubeſſe.

21 Merita debent probari ab eo, cui donatio ab Eccleſia facta fuit.

22 Confeſſio Prælati per modum voluntariæ iuriſdictionis non debet præiudicare Eccleſiæ.

23 Confeſſio ſindici a Prelato conſtituti ad certam ſummam pecuniæ mutuo accipiendam, probat eam in vtilitatem Eccleſiæ conuerſam, & nu. 25.

Declaratur, quod tamen iſto caſu debet creditori ſatisfieri de fructibus, non autem de alienatione bonorum Eccleſiæ. ibidem num. 24.

Contrar. ibid. nu. 26. Concil. videtur poſſe colligi ex dictis eodem nu. in fi.

27 Pecunię modica ſumma, mutuo à Prelato accepta in vtilitatem Eccleſię, præſumitur conuerſa.

28 Pecunia Eccleſię commodo ceſſiſſe prę ſumitur, ſi à probo, & prudenti, ac in vtilitatem conuertere ſolito adminiſtratore mutuo ſumpta ſit.

29 Pecunia in Eccleſię vtilitatem conuerſa probatur, etiamſi oſtendatur eam in temporalem vtilitatem, veluti monachorum veſtitum fuiſſe conuerſam.

30 Eccleſia de pecunia in temporalem vtilitatem, veluti Prelati neceſſitates conuerſa, obligatur.

31 Succeſſor in beneficio tenetur ad debita per Predeceſſorẽ ob ſuas neceſſitates contracta.

32 Prelatus pro ſua neceſſitate, ſicut Eccleſia contrahere poteſt.

33 Pecunia, ad hoc, vt Eccleſia teneatur, debet probari in neceſſariam, & expedientem Eccleſię vtilitatem, impenſa fuiſſe.

34 Eccleſia id ſolum reſtituere tenetur, in quo fuit meliorata.

35 Eccleſia tenetur reſtituere, quod in eius commodum impenſum fuit, non actione ex contractu, ſed actione de in rem verſo.

36 Pecuniam probare ſufficit, ſemel in Eccleſię vtilitatem conuerſam, etiamſi verſa perpetuo non manſerit.

37 Pecunia, ſi antequam in vtilitatẽ Eccleſię verteretur fortuito perijt, Eccleſia nihilominus remanet obligata.

38 Pecuniam acceptam ſufficit tempore contractus Eccleſię vtilem fuiſſe, licet poſtea efficiatur deterior.

39 Pecunia, ſi perpetuo in Eccleſię vtilitatem non manſerit, tunc demum reddi debet creditori, ſi fuit verſa, ab initio in cauſam, quę fuit perpetuo duratura.

40 Prelatus impendendo pecuniam mutuo ſuſceptam, ita demum obligat Eccleſiam ſi intra modum ſolitum, & vt neceſſitas, & vtilitas requirebant, impendit.

Conſtat

Conſtat Ex his, quæ in ſuperiori Cõcluſio-
ne tradidimus, quis ꝓbare debeat
pecuniam eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ & qui-
bus in caſibus: videndum nunc eſt, quo pacto verſio
hæc probetur. Pecuniæ itaq; verſio in vtilitatẽ Eccle
ſiæ coniecturis, & præſumptionibus poterit probari:
ita ſcripſit glo. in auth. hoc ius porrectum. in ver. pro-
bat. C. de ſacroſ. eccl. & ibid. Cyn. nu 8. in fi. vbi etiam
Bal. nu. 8. & idem ex ſententia Iac. But. in l. 1. nu. 6. in
fi. iuxt. prædicta quæritur. C. ſi aduer. cred. dicit hanc
eſſe* cõem opinionem, quod in talibus caſibus ſuffi-
ciat cõiecturalis probatio. hoc idem ſenſere alij plu-
res à D. Iac. Menoc. relati in tract. de arb. iud. lib. 2. cẽ
tur. 5. caſ. 432. nu. 33. verſ. dubitari autem.

Hanc concluſionem limitare poteris, vt non pro-
cedat in mutuo, quod factum eſt prælato: hoc enim
2 verè, non per † coniecturas eſt probandum, vt aſſerue
re. Innoc. in c. 1. in prin. de depoſ. & Bart. ac nõnulli
alij in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. ita conſultus reſpondit
Calder. in conſil. 7. incip. qualiter probetur. in titu. de
probat.

Ampliatur iſtud, vt ſi inſtrumentum reperiretur, in
3 quo diceretur, quòd talis † mutuauit tali Prælato tan
tam pecuniam, quæ cõuerſa eſt in vtilitatẽ Eccleſię,
nõ probaretur ex illis verbis mutuum verſum in Ec-
cleſiæ vtilitatem, per ea, quæ tradidere Bart. in l. ſi qs
fortè. ff. de caſt. pecu. & Bal. in l. 2. C de teſtam. nẽpè,
4 quod quemadmodum † non creditur teſti, niſi de eo,
5 quod percipitur ſenſu corporis ita nec etiam † nota-
rio, niſi in his, quę ſub illius ſenſum corporis cadunt.
6 itaq; ſicuti ſi in inſtrumento † notarius dicat, talis ſa-
nus mente, & corpore languens, fecit teſtũ, &c. non
tamen probatur ex hoc, quòd ille fuerit ſanæ mẽtis:
ita in caſu noſtro, licet in inſtr̃o reperiatur, pecuniam
eſſe conuerſam in vtilitatem Eccleſiæ; non creditur,
niſi aliter probetur verſio: & hanc concluſionẽ com
muniter ab omnibus recipi, teſtis eſt Io. de Ana. in d.
cap. 1. ſub n. 14. ver. ſed pone, quod reperitur de depoſ.

Examinemus in præſentia, quæ ſint hæ præſũptio-
nes, & coniecturæ, quibus id queat probari. Et certè
nonnulli in ea fuere ſententia, ad probandum pecu-
niam in Eccleſiæ vtilitatem fuiſſe conuerſam, ſatis
7 eſſe, ſi tantùm † probetur, quòd tunc eccleſia, quãdo
contraxit, indigebat illa pecunia, licet poſteà nõ ap-
pareret illi indigentiæ fuiſſe ſatisfactum: & ita ſentit
Azo relatus à glo. in §. ſi verò quis in ver. profecerũt.
cir. fi. de alie. & emphy. in auth. & ante eum glo. in c.
hoc ius porrectum. in ver. probat. 10. q. 2. vbi ait, quòd
ſi creditor ſemper teneretur ſcire ad quem vſum con-
uerteretur illa pecunia, nullus inueniretur ex hoc, q
cũ Eccleſia contraheret, ob id ſufficere probare, quod
tunc temporis eccleſia egebat illa pecunia; ne ſi ni-
mia ſubtilitate circa res eccleſiæ laboremus, illa ſub-
tilitas eis in perniciem vertatur, vt & in pupillo de-
creuit Iuſt. in l. pen. in prin. C. ad Treb. & idem Impe-
rator. in l. 4. in fi. C. de verbor. ſignif. & vt ita ſentiant
glo. & Azo permouentur Africani reſponſo, in l. vlt.
ff. de exerci. actio. vbi I. C. apertè conſuluit, creditori
agenti ad pecuniæ reſtitutionem, quam Sticho alie-
no ſeruo mutuo dederat ad reficiendam nauim, ſatis
eſſe, ſi hoc ſolùm probet: quòd cum pecunia credere
tur, nauis in ea cauſa fuiſſet, vt refici deberet.

Parcant mihi tamen hac in re tanti viri: non enim
8 rectè ſenſere, cum hanc † coniecturã non admittant
Alex. & alij plures, quos ipſe commemorat in l. ciui-
tas ſub nu. 11. ff. ſi cer. pet. & * cõem aſſerunt ibi. Dec.
nu. 10. Alc. nu. 6. verſ. 3. eſt, & Rip. in l. is, qui bona. nu.
20. verſ. contrarium tenet Bart. ff. de pig. Etenim req-
ritur in hoc explicita, & determinata ꝓbatio, vt ad-
uerſus Azo determinat Accurſ. in d. §. ſi verò quis. in
eo. verſ. profecerunt in l. fi. & in l. 3. §. pen. in verſ. quo
vertatur. ff. de in rem verſo: & in d. l. ciuitas. vbi etiam
ſcrib. ff. ſi cer. pet. ac in d. l. 1. C. ſi aduer. credi. & quod
non ſufficiat mutuo pecuniam dare, vt poſſit agi cõ-
tra Eccleſiam, niſi aliter probetur pecuniam conuer-
ſam eſſe in vtilitatem Eccleſiæ, *communi, & concor-
di Doct. calculo fuit ſtatutum, vt teſtis eſt ad hoc lo-
cupletiſſimus Io. ab Imo. in d. c. 1. poſt nu. 17. verſ. ſi
aũt appareret de depoſ. & ꝓ hac ſnia aperta ſũt Imp.
& Sum. Pont. verba in d. auth. hoc ius porrectũ. in fi.
quæ, vt iã diximus, eſt canonizata. Totus modo con-
trouerſiæ cardo in eo vertitur, nẽpè quo pacto poſſit
ad l. vlt. reſponderi. Et in hoc variè ſe torquẽt noſtri.
Sed ea mihi præ cæteris arridet rñſio. Nã inter alios
caſus, in quibus quis pro alio iuſtè pecuniã mutuo re-
cipere poteſt, eſt & ille, quãdo ſcilicet, ab eo pecunia
recipitur, qui habet verũ mãdatum ſpecificũ ab ho-
mine 25. anno. quo caſu, ſi habet mandatũ ſpecificũ
ad recipiendũ in certa cã, ſufficit, qđ recipiat pecuniã
mutuo ob illam cãm, licet poſtea in illã cãm nõ cõ-
uertat. l. 1. §. non aũt. ff. de exer. actio. ſi aũt nõ habet
ſpecificũ mandatũ ad recipiẽdũ pecuniã mutuo, ſed
in conſequentiam intelligitur habere mãdatum, qđ
poſſit recipere pecuniã mutuo pro reparatione na-
uis, quo in caſu propriè loquit. d. l. vlt. ff. de exerci. tũc
ad hoc, vt creditor mutuãs tali propoſito hẽat actio-
nẽ contra illum q naui præpoſuit Stichum, nõ ſuffi-
cit ſimpliciter mutuare, ſed oportet, ꝙ probet, quòd
tpe mutui nauis indigebat reparatione, licet aliter
non doceat de reparatione nauis, non igitur mirum,
ſi cũ naui præpoſitus intelligatur habuiſſe verũ mã-
datũ ab homine 25. anno. pro exercẽda nauigatione
obligetur ille, qui dedit mandatũ, etiamſi non pro-
betur aliam pecuniam in eius vtilitatẽ verſam, præ-
ſertim iis concurrentibus cõiecturis, de quibus in eo
tex. fit mentio, nempè, qđ in refectionem dederat at-
que ei, qui in id præpoſitus erat, & eo in loco, vbi res
erant, quæ comparari poterant, & debebant ad repa-
rationẽ: ſic itaq; d. l. vlt. diſpoſitio eſt in eo caſu ſpe-
cialis, vt minor in creditore ad nauẽ mutuante dili-
gentia requiratur, quàm in cæteris, vt apertè dixit gl.
in l. 3. §. pen. in verſ. quo vertatur. ff. de in rem verſ. cũ
etiã præſumatur ille Stichus habuiſſe mandatũ ſpe-
ciale ad hoc, ſi non expreſsè ſaltẽ tacitè, & in conſe-
quentiam nã quid opus erat naui facta ad reparatio-
nẽ per tot maris tempeſtates, & alia pericula? Præte-
reà ſi tanta diligẽtia deſideraretur in hoc nauis caſu,
quanta in cæteris, nullus reperiretur qui in nauẽ refi-
ciendã mutuo pecuniam dare vellet, quod incideret
in magnũ periculum, & cõmoditas maris deperiret
ideirco ad hoc tollendũ. I. C. voluit, ꝙ ſatis eſſet pro-
bare, qđ tunc neceſſitas imminebat, vt ait Ang. in d.
§. ſi verò qs, poſt nu. 19. ver. in hac opinione fuit Azo.
in auth. de alien. & emphy. ita ẽt ego colligo reſpõ-
ſionem hãc à diſtinctione, quã ad idem fecit Gul. de
Cun. in d. auth. hoc ius porrectum, quã refert Imo. in
d. c. 1. poſt nu. 17. verſ. pro cuius declaratione.

Huic eidẽ reſponſioni aſſentire videtur Bald. in d.
auth. hoc ius porrectum, col pen. nu. 9. verſ. vlterius
quæro. vbi quærẽs quo pacto priuatus obligeẽ ꝑ aliũ
recipientẽ mutuũ, nomine eius cõcludit, quod in tri-
9 bus caſibus obligetur, licet † non appareat verſio. Pri-
mus eſt, quando hẽt mandatum ſpeciale ad hoc reci-
piendum. Secundus, qñ recipiens mutuũ erat præpo-
ſitus alicui negotiationi, ꝑ quã neceſſe erat recipe-
re pecuniam mutuo, cũ aliter hincindè cõtractus nõ
poſſet explicari, vt l. 1. ff. de inſtitor. & d. l. vlt. ff. de
exer. actio. Tertius caſus eſt, qñ recipitur ꝑ procura-
torẽ habentẽ gñalem adminiſtrationẽ cum libera,
vt hr̃ in l. ꝓcuratoriũ liberę. ff. de procur. & ꝑ pdicta
infert, ꝙ ſi aliquis ſolũ deputatus eſt ad recipiẽdum
fructus, vel cuſtodiendos, vel ad cuſtodiã caſtri, ꝙ ſi
tali fiat mutuũ nõ obligaẽ dñs, niſi probeẽ pecuniã
verſã eſſe in eius vtilitatẽ. Alij aliãs ad eãdẽ. l. vlt. ad-
ducũt rñſiones. ꝓſertim Doct. in d. c. 1. de depoſ. in d.
auth. hoc ius porrectũ, & Cald. i cõſ. 7. incip. qualiter

probetur.in tit.de ſolutio.ſed ea mihi potior ſenten-
tiã viſa eſt.

Verum eſt hæc, quæ diximus, in ſe vera ſint,totã
10 tamen hanc controuerſiã † iudicis arbitrio relinque
re iuri fortaſſe contrariũ non eſſet,qui cognoſcat,an
probabiliter pecunia in Eccleſiæ vtilitatẽ verſa ſit,
necne: vt an quando Eccleſia opus habuerit pecunia
mutuatitia,iudicis arbitrio relinquit Alc.in d.l.ciui-
tas,nu.6.verſ.3.eſt. ff.ſi cer.pet.quem etiam referẽdo
ſequitur Menoc.in d.caſu.432.nu.35.

Altera coniectura eſt probãdi pecuniã cõuerſam
eſſe in Eccleſiæ vtilitatem ſi probata tunc tpis indi-
11 gentia Eccleſiæ appareat † indigentiam ceſſaſſe, &
confeſtim quo mutuo data eſt pecunia,reperiatur ſa
tisfactum illi cauſæ, ob quam mutuũ fuit ſuſceptũ:
vt quia reperiatur Eccleſiam eſſe reparatã,vel mona
chos indutos veſtibus, vel pane, & vino nutritos, li-
cet non appareat ſpecificè, ꝙ pecunia mutuo acce-
pta,cõuerſa fuerit in indigentia Eccleſiæ,vel mona-
chorum; tñ ſatis hac præſumptione probabiẽ vero,
& præſumetẽ ſubuentum indigentiæ ex pecunia mu-
tuata,arg.l.ſi ventri.§.vlt.ff.de priuil.cre. per id,ꝙ ob
ſeruauit Bar.in l.cũ ſeruus.nu.4 ff.de verbo. obli.vbi
12 ait,ꝙ ſi factum,de quo † quæſtio eſt,requirebat ſum
ptum,tunc eo ipſo, quod eſt factũ præſumetur ab ip-
ſo factum, & eius expenſis,ad quẽ hoc facere ſpecta
bat per l.vlt.C. de ali.pup. præſtan. quã ad id inſignẽ
dicit ibi. Bar. vel ẽt ſi ex ſe naturaliter de hoc cõſtet,
13 vt quia † natura id probet, veluti pupillum alitum:
14 eſſe conſtat.n.natura, quem non † poſſe viuere ſine
alimẽtis,per d l.vlt.C.de alim.pup.præſt.præſumptio
nẽ hanc probãdi verſionẽ in vtilitatem Eccleſiæ au-
thoritate ſua confirmauere Cyn.in d. auth. hoc ius
porrectũ.nu.8.verſ ſed pone.Bal.ibid.nu 8.verſ.quæ
ro vtrum in dubio.Saly.& Iac.But.& Alber.cũ dixe
15 runt, ꝙ ſi ſtatim, quo pecunia fuit † mutuo data, ap-
pareat fundũ fuiſſe ab Eccleſia emptũ, præſumitur
emptus ex ea pecunia mutuata, & Ant.à But.in d.c.
1.vbi Imo.ſub d.nu.17.verſ.vnde alij dixerunt,teſtaẽ
* iſtud * cõmuniter ſequi Docto.idẽ ſenſit Io. de Ana.
ibi.nu.14.verſ. alij dicũt, quod & ſcribentib.placuit
in d.l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.vt Ro.Alex.col.3.verſ.ſub-
dit Rom. Rim.ſen.col.vlt. verſ. & quicqd dixerit,&
Alc.nu.6.verſ. quid ſi confeſtim, & ex his Menoch.
in d.tract.de arbit.iud.li.2.cent.5.caſu 432.nu.39.de-
clarat id,ꝙ ſcripſit Aret. in d.l.ciuitas.num.4. ver. &
16 ideo puto. vbi voluit creditorem † dantem mutuo
procuratori Eccleſiæ ob aliquã cauſam debere pro-
bare duo,cauſam extitiſſe,& in eã verſum, hoc ceſ-
17 ſat, inquit Menoc. cum conſtat † rem aliquam em-
ptam,quia præſumitur ibi impenſum.

Præterea mutuatum verſum fuiſſe in vtilitatẽ Ec-
18 cleſiæ probatur † per confeſſionẽ prælati,& capituli:
ita ſenſere gl. & Cyn. in d.auth. hoc ius porrectũ iiſ-
dem in locis ſuperius à nobis allegatis,per auth.iube
mus nulli.C. eo.de ſacroſ. eccl.& c. cum dilectus.de
ord.cogn.& c.1.de dolo, & contu.

Hanc tñ probationẽ ſolam non ſufficere ad pro-
19 bandam verſionem,niſi † aliæ coniecturæ cũ ea cõ-
* currant * communis eſt ſcribentium ſniã, & in pri-
mis id voluit gl. in d.§. ſi vero quis in verſ. præcerũt.
de alie.& emphy.hoc idẽ placuit Arch. in d. ca.hoc
ius porrectũ.nu.3.in verſ. probat. to.q.2. atq; Gul.de
Cun.in d.auth.hoc ius,vbi Bal.ẽt nu.8.Io.de Ana.in
d.c.1.ſub nu.14.verſ.alij dicunt,ꝙ verſio,de depoſ.&
ibi Imo.d.n.17.verſ.itẽ aduerte præcipuè vero Ant.
à But.col.vlt.ſub nu.14.verſ.alius eſt modus,vbi ait,
qñ ex hoc daretur materia delinquendi: nam ſouẽ
ſic confiterentur,& poſtea diuiderent pecuniã inter
ſe:ideo tali non eſſe ſtandũ, arg. eorũ, quæ habentur
in l.qui teſtamẽtum.ff.de proba.& in l.cũ quis decẽ-
20 dẽs.§.Titia.ff.de leg.3.nã vt ibi patet,regulariter † in
prohibitis,& certo caſu permiſſis nõ ſtatur verbo di
21 centis factũ eſſe in caſu permiſſo, vt & †.in donatione
facta ab Eccleſia alicui pp benemerita, ſtamlt Ioan
And.in addit.ad Spec.in rub.de reb. Ecc.non alie.eit.
22 ea med. tum ẽt quia confeſſio † taliũ adminiſtrato-
rũ per modum voluntariæ iuriſdictionis, non debet
præiudicare,per id,quod obſeruauere ſcriben.in l.cer
tum.§.ſed an & ipſos,& ibi præſertim Bar,num.2.ff.
de confeſ.& Cyn.in l.1.q.14. & 15.nu.16.& 17. C.de
confeſs.& per alia multa,quæ tradidere ſcriben.in d.
c.1.in primis But.& Imo.ad idem reſpondit Ruy. in
conſ.68,ſub nu. 7.verſ. nec obſtat, ſi dicatur.vol.1.ꝙ
etiam nos ſupra examinauimus. in concl.748. num.
10.vol.1.

Limitanda eſt hæc probatio, vt non procedat,qñ
23 à prælato fuiſſet ad hoc † conſtitutus ſindicus intra
certam ſummam taxatam ab ipſo: nam tunc huius
confeſſioni ſtandũ eſſe,reſpondit Card.Zab.in conſ.
71.in 4.dub ex multis rationibus, quas ibidem in me
dium affert.intelligendo tamẽ, prout etiam ipſe ibi-
dem intelligit, vt in hoc caſu ipſi creditori ſatisfiat
24 † ex fructibus monaſterij,non autem ex alienatione
bonorum Eccleſiæ.

25 Hinc colligit † Cæpol.cautelam,per q̃ creditor le
uatur onere probandi pecuniam mutuatã fuiſſe con
uerſam in vtilitatẽ Eccleſiæ,in ſuo tract.cautel.caut.
216.,incip. vnus eſt modus. vbi inquit, ꝙ in Cap.ſo-
lemniter conuocato conſtituatẽ procurator, ſiue ſin-
dicus cũ ſpeciali mandato,& ſufficienti ad recipien-
dum mutuo nomine Eccleſiæ tantã pecuniæ quanti-
tatem à tali creditore, & obligandũ ipſam eccleſiã,
& eius bona pro illa quãtitate mutuo ſumenda, tũc
enim creditor procuratori huic, vel ſindico mutuo
det vſq; ad quantitatẽ in mãdato cõprehenſam, ex-
oneratusq; erit onere probandi,ꝙ pecunia illa verſa
ſit in vtilitatẽ eccleſiæ, per gl. in d. c.pen. in verb.in
vtilitatẽ,in fi.ff.de fideiuſſ.& per alia multa, quæ ibi-
dẽ allegat Cæpolla. Quanquã hæc mihi valdè dura,
26 † vt queant ſuſtineri,videnẽ: nã ſi ſoli cõfeſſioni pla-
ti, & capituli non creditẽ ad probandam verſionem,
multo minus ſindico:cuius authoritas tota pẽdet ab
authoritate prælati,& capituli:& relatã Cæpollæ cau
telã ſibi non arridere dixit Rebuff.in cõment.ad cõ-
ſtit.Reg.Gall.tom.2.in tit.de reſtit.& releuamen.art.
1.glo.1.nu.21.verſ.ſexto minor,concurrentib.tñ vna
cũ confeſſione aliis præſumptionibus, & prælati, &
ſindici confeſſioni fidem habendam eſſe,& credito-
rem ab onere probandi leuari,crederem.vt alias pro
bauimus ſupra in concl.723.num.10. & ſeq.vol.1.&
ita loquuntur ſupra relati ſcriben.

Ea quoq; coniectura verſio hæc poterit probari,
27 nempè cũ modica † pecuniæ ſumma fuit mutuo da
ta,tunc enim vẽ eſſe præſumendum ſummam illam
in eccleſiæ emolumentum fuiſſe conuerſam,autho-
re Alc.in d l.ciuitas.nu.6.verſ. quod ſi de modica.ff.
ſi cer.pet.cui accedit Menoc.in d.caſu 432.num.37.
verſ.tertia,eſt coniectura.

Plurimi quoq; facienda eſt illa coniectura, quæ à
28 prudentia,& probitate † adminiſtratoris ſumitur,ꝙ
conſueuit eccleſiæ vtilia diligenter,& ſumma fide
peragere,vt ſcripſere glo.Arch.& Gemi.in d.c.hoc
ius.10.q.2.& gl.Odof.Cy.& Alb in auth.hoc ius por
rectum. C.de ſacroſ eccl. quibus accedit Alc.in d.l.
ciuitas.nu.6.verſ.quid enim,ſi præterea, & ante eum
Rim.ſen.col.vlt.ver.& propterea, & ad idem reſpon
dit Pau.à Caſt.in conſ.338.primo quæritur.nu.2.vol.
1.quos ad idem etiam refert, ac ſequitur Menoch.in
d.caſu 432.nu.30.verſ.ſecunda eſt coniectura.

Ad hæc non ſolum his,vel aliis præſumptionibus
probatur verſio in vtilitatem eccleſiæ, cum creditor
mutuo dedit eccleſiæ pro vtilitate perpetua eiuſdẽ,
29 veluti pro emendis † agris, vel domibus,ſed ẽt pro
tẽpali, veluti pro neceſſario monachorũ veſtitu. tũc
30 enĩ † & ipſa eccleſia obligata eſt, vt author eſt Imo.
in d.

Digitized by Google

in d.cap.pen.nu.4.verſ.ſol.duobus modis, quem cæ-
teri ibidem ſequuntur, & clarè apparet ex eo, ꝙ con-
ſuluit Cald. in cõſ.14.incip.monachus tit.de ſolutio.
31 nēpè in monacho ordinis ſancti † Benedicti, qui ob-
tinuerat prioratum ipſius ordinis à ſummo Pont. &
poſt conceſſionem cõtraxerat mutuum ad ſuum vi-
ctum neceſſariū in Curia Romana, vbi poſt mutuū
commoratus fuerat 22. menſes, quo quidem in caſu
reſpondit ſucceſſorem teneri ſoluere ipſi mutuātı ex
eo, quòd quemadmodū ſucceſſor tenetur ad mutuū
prædeceſſoris factum pro neceſſitate eccleſiæ, vt c. 1.
de ſolut. ſic, & pro prælati neceſſitate, quia prælatus in
eccleſia, & eccleſia in prælato vnum alteri æquipol-
let, vt c. ſcire. 7. q. 1. & c. requiſiuiſti. de teſta. cum præ-
32 latus † pro ſua neceſſitate, ſicut eccleſia contrahere
poſſit, teſte Hoſt. in c. 2. de ſolu. tum ēt, quia cum mu-
tuū factū eſt prælato pro ſuo neceſſario victu, ex eo
dicitur verſum in vtilitatē eccleſiæ, ēt abſq; eo, quòd
aliàs verſio ipſa probetur, durum enim eſſet, ꝙ mutuās
prælato volenti ire ad curiam deberet eſſe ſolicitus,
ꝙ pecunia expendatur pro neceſſitate eccleſiæ, vt ex
Guliel. de Cun. refert Abb. in d. c. pen. nu. 7. verſ. & p
hanc opinionē. de fideiuſſ. & ꝙ dicatur cõuerſum in
vtilitatē eccleſiæ, non ſolum, q̃n conuertitur in rem
eccleſiæ, & duraturam, vt in emptionem alicuius rei,
ſeu in ædificium, vel aliā rem, vt l. 1. & 2. ff. de impen.
in reb. dota fac. & d. c. pen. de fideiuſ. ſed ēt ſi eccleſia
nõ haberet perpetuam vtilitatem, ſed temporalem,
vtpotè pro colēdis agris, colligēdis fructib. ſeu aliàs,
vt l. in fundo, & l. ſumptus, & l. ſi fundi. ff. de rei ven-
dic. teſtatur apertè ēt Rebuff. in tract. de aliena. ret.
eccleſ. nu. 72. verſ. quarto, quando dicatur, vbi nõnul-
lis confirmat. Player Superecſſent adhuc multæ præſumptio-
nes examinandæ ad probandam hanc verſionē; ſed
ne idem à me iam explicatum, iterum explicē, idcir-
co lectorem ad ea, quæ in concluſionib. 581. in verb.
eccleſia non obligatur, & in concluſ. 728. in verb. ex-
penſæ in vtilitatem eccleſię. vol. 1. diximus, relegato.

Superiora, quæ hucuſq; tradidimus ibi limitanda
ſunt: nam in omnibus iis caſibus, in quibus diximus
probata verſione teneri eccleſiam intelligēdum eſt,
quando vtile eſt eccleſiæ, illam verſionē fuiſſe factā:
ita quòd veriſimiliter feciſſet de proprio; aliàs ſecus
33 veluti ſi prælatus † recepiſſet mutuum, & curaſſet ędi-
ficãdum nobile ædificium in loco non expedienti;
vel effodiendam inſignem piſcinā, aut exornandum
nobilib. marmoreis lapidibus fontem; adeo vt graue
eſſet eccleſię, & damnoſum illum ſumptū feciſſe, vel
approbare: nam hoc caſu crederem eccleſiam nõ te-
neri, p. id, quod in ſimili habetur in l. in fundo, ff. de
rei vend. nam non poteſt dici, verſam eſſe pecuniam
in vtilitatem eccleſiæ, ſi non expediebat eccleſiæ in
illum vſum conuertere: ita egregiè docet Abb. in d.
c. pen. nu. 9. verſ. item vltra alios. de fideiuſſo. ſubiun-
gens, ꝙ per eãdem legem exiſtimaret, quod eccleſia
34 † teneretur ſolum reſtituere quantum eſt meliorata,
licet fuerit plus expēſum, & ſi plus fuerit meliorata,
quam expēſum, ſolum tenetur ad expenſum, per d. l.
in fundo, quia hoc caſu eccleſia non tenetur ex con-
35 tractu, cū nõ dederit mãdatū, ſed actione † de in rem
verſo: ergo ſolum tenetur ad id, in quo eſt meliorata.

Præterea ſecundò eadē intelligenda ſunt, vt ſatis
36 ſit, quod probatū fuerit; quòd pecunia † ſemel verſa
ſit in eccleſiæ vtilitatem, vt ſi verſa perpetuo nõ mā
ſerit, vt egregiè docet Abb. in d. c. pen. nu. 8. verſ. ſed
aduerte. de fideiuſ. & ibid. Card. q. 10. & Anch. nu. 10.
qui doctè hoc explicat. & Alc. in d. l. ciuitas. nu. 7. ff.
37 ſi cer. pet. vbi idem eſſe ait, q̃n pecunia † fortuito pe-
riit, antequam in eccleſiæ vtilitatem verteretur refe-
rens ibidē hoc diſputaſſe Barth. Brixien. q. 145. Suffi-
38 cit enim, ꝙ tpe † cõtractus dicatur vtilis, licet poſteà
efficiatur deterior, quia attenditur tēpus contractus,
l. ſi voluntate. C. de reſcin. vēd. & ita apertè determi-
nat Calder. conſ. 1. incip. eccleſia permutauit. tit. de
rer. permut. p tex. in l. ſed an vitro. §. 1. ff. de neg. geſt.

Quā intelligentiā declarat Menoch. in d. caſ. 431.
ſub nu. 41. & ſeq. verſ. hoc intelligo procedere, quãdo
39 fuit impēſum † in cauſam, quæ ſui natura erat perpe-
tuò duratura, licet ex ipſo euentu non perdurauerit;
hanc declarationem ſe colligere dicens ex traditis à
Pau. Caſtr. in d. conſ. 338. nu. 1. verſ. 1. qualiter. vol. 1.
quo in loco reſpondit, prælatum, vel procuratorem
40 † ita demum impendendo pecuniam mutuò ſuſce-
ptā obligare Eccleſiā, quatenus fuit impenſum intra
modum ſolitum, & vt vel ipſa neceſſitas, vel vtilitas
requirebat, ſecus ſi modū exceſſit, ad cuius declara-
tionis corroborationē adducit ēt idē Menoch. Ab-
batis dictū in ſuperiori limitatione à nobis relatum.

CONCLVSIO MCLXVII.

ARGVMENTVM.

An, & quando creditor teneatur probare,
pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatē mi-
noris, tum poſtremo quomodo hoc cā-
ſu verſio hæc probetur.

SVMMARIVM.

1 *Minor in integrum reſtitui non debet, vbi pecunia ab eo
accepta, in ipſius vtilitatem conuerſa eſt.*
2 *Pecuniam in minoris vtilitatem fuiſſe conuerſam credi-
tor minoris probare tenetur.*
3 *Eccleſia iure minoris vtitur.*
4 *Ratio vbi eadem eſt, idem ius ſtatui debet.*
5 *Pecuniam fœnori ſumptam à minore, creditor in ipſius
vtilitatem impenſam fuiſſe probare debet, & cur, ibidē,
num. 7. & 9.*
6 *Minor ex pecunia fœneratitia non præſumitur factus
locupletior.*
8 *Fœneratores ſemper aduerſus ſe præſumptionem habent.*
10 *Pecuniam fuiſſe impenſam in vtilitatem minoris, credi-
tori, ſiue agat, ſiue excipiat, probandi onus incumbit,
& cur. ibid. nu. 11.*
11 *Fundamentum ſuæ intentionis ſiue agat, ſiue excipiat,
vnuſquiſque probare tenetur, & nu. 19.*
12 *Pecuniam gratuito mutuatam, conuerſam fuiſſe in rem
minoris, non creditor, ſed ipſe minor probare debet.*
Contrarium ſentientes referuntur ibid. nu. 14.
13 *Fœnerator Deo, & legibus odioſus dicitur.*
15 *Pecuniam ad ludum mutuatam, ſiue gratuitò, ſiue ſub
fœnore, ſiue de præterito, ſiue de præſenti, vel futuro
agatur, ſemper creditor probare debet in minoris com-
modum fuiſſe conuerſam.*
16 *Pecunia mutuata minori, diligēti, et induſtrio, ac bene ex-
pēdere ſolito, præſumitur in ipſius vtilitatē cõuerſā. Am-
pliatur ēt ſi pecuniā fœnore ſumpſerit, vt ibid. num. 17.*
18 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus vēditionē, a ſe ſolemni-
ter factā, debet probare pretiū nõ fuiſſe in eius commo-
dum verſum, ſecus ſi venditio nõ eſſet ſolemniter facta,
quia id probare emptor teneretur, & cur. ibid.*
Contr. ibid. nu. 21. & 22. Quod tamen confutatur.
20 *Pro decreto iudicis præſumitur.*
23 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus venditionem, quia
pretium amiſit, debet amiſſionem probare.*
24 *Emptor rei minoris dicens pretium in eius commodū im-
penſum, probare tenetur.*
25 *Iudex reſtituendo minorem aduerſus venditionem à ſe
factām, poteſt mandare minori, vt pretium reſtituat, &
rem ſuam accipiat, abſque eo, quod probetur an in eius
vtilitatem verſum fuerit, necne.*
26 *Pecunia ex eo probatur in minoris vtilitatē verſa, quod
tempore acceptæ pecuniæ aliqua re indigebat, & indigē-
tia ceſſauit.*

Limit. niſi minor probaret ſe habuiſſe aliam pecuniam, ex qua tot ſumptus fecerit. ibid. nu.28.
27 *Pecunia probatur verſa in vtilitatem monaſterij, ſi monachi, qui antea nudi erãt, poſt acceptam pecuniam veſtiti fuerunt.*
29 *Pecuniam malè conſumptam ex eo probatur, quod res geſta cum luſoribus, meretricibus, ganeonibus, & ſimilibus perſonis.*
30 *Minor debet probare, ſe imprudẽter pecuniam acceptam, non autem caſu perdidiſſe.*

Non Minoris in minoris contractibus eſt hæc
ęſtimanda quæſtio, in qua à noſtris quęri
ſolet quis in mutuo, ac ẽt in venditione cum minore
contracta debeat hanc pecuniæ in ipſius vtilitatem,
probare verſionem, an ſcilicet, minor, an potius creditor.
Et quidem certè, vt à mutuo exordiar, explorati
iuris eſt, minorem non eſſe in integrum reſtituen-
1 dũ, vbi pecunia in mutuo accepta in ipſiuſmet † emolumẽtũ,
& commodum cõuerſa eſt; veluti, ſi nũmos
illos in libros, in prædia, ac in proprium, & familiæ
victũ erogauerit, aut redemerit prædia maiorũ ſuorum
ab ipſis cum pacto diſtracta, vel cõtra iura municipalis
retractus, aut in id genus alijs: cõcluſionem
hanc mihi egregiè probant duorum Imper. Antonini,
& Gordiani duo reſcripta, quæ extant; illius qui de
in l.1. huius vero in l.2. C. ſi aduerſ. credit. nec, ꝙ ſciã,
iſtud vllam habet dubitationẽ. Maior eſt, vt dixi, hæſitatio,
cui incumbat onus probãdi hanc verſionem.
Hoc itaq; in caſu firmanda eſt ea concluſio, quòd
2 ſcilicet regulariter ipſi creditori † incũbit onus probandi
mutuatitiam pecuniam in minoris vtilitatem
fuiſſe conuerſam, vt clarè liquet ex dictis legib. 1. &
2. C. ſi aduer. credito. vbi minor in mutuo pręſumitur
læſus, niſi mutuans probet verſum in rem minoris,
* & ibidem * cõmuni conſenſu interpretes omnès hãc
ſententiam optimè confirmant. Et corroborari etiã
latè poteſt ex his, quæ in hac eadẽ materia diximus
in pręcedentibus concluſionibus de Eccleſia quę iu-
3 re † minoris fungitur, vt ſancitum eſt in c. 1 & in c. auditis,
de in integ. reſtit. & vtrobiq; gl. hoc doctè tra-
4 dit, & explicat. cum igitur quo ad hoc † eadem ſit ratio,
iccirco idem ius eſt ſtatuendum. c. tranſlatio. de
conſtitu. c. 2. de tranſla. & l. illud. ff. ad leg. Aquil.
5 Quæ cõcluſio eo magis haberet locum † in mutuo
fœneratitio: in quo quidẽ proculdubio creditori incumbit
onus probãdi pecuniam fuiſſe in rem mino-
* ris conuerſam, vt tradidere * cõiter Doct. in d. l. 1. C. ſi
aduer. credito. vt gl. in verb. locupletiorem. Bar. nu. 1.
Bal. nu. 1. ac cæteri, Ang. Alb. Aret. Caſt. Fulg. & Iacob.
à S. Georg. ad idem conſultus reſpondit Aret. in
conſ. 81. viſa conſultatione. nu. 2. hoc idẽ confirmãt
Alc. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſump. 42. num. 4.
verſ. & inde infertur. ac Do. Io. Steph. Lamberteng.
in tract. de cõtract. eorũ. &c. gl. 24. in verb. nec in caſu,
quo realiter, & verè. q. 4. nu. 17. verſ. primus eſt. vbi
inquit, quod licet tex. in d. l. 1. C. ſi aduer. credito. hoc
non videatur exprimere, tamen verũ eſt dictũ gloſſę,
6 minorẽ ſcilicet † ex pecunia fęneratitia non præſumi
* locupletiorẽ factũ odio vſurarũ, & hanc eſſe * cõem
Doctor. ſnĩam teſtatĩ Ant. Gomez. variar. reſol. tom.
2. c. 14. de reſtit. mino. ſub nu. 2. verſ. quintò infertur,
& hoc idem nos in alia concluſione ſtatuimus in ec-
7 cleſia. vbi ẽt iſtius rei eã eſſe rationẽ † aſſeruimus, ob
* fœneratorum odium, vt & tradidere * cõiter ſcriben.
in d. l. 1. ac alij modo relati ſuis in locis, quæ ratio ex
eo fulcitur, quod in c. illo vos. de pignor. ſcribitur, ꝙ
8 ſcilicet ſemper aduerſus † fœneratores ſit præſumendum;
cũ ipſi, ac alij turpis quęſtus cupidi facilius à recto
iuſtitiæ, & veritatis tramite declinare ſoleãt. c. 1.
4. diſt. & dixit Alb. in d. l. 1. in prin. C. ſi aduer. credit.
9 Aliam † rationem, & fortè meliorem eſſe ait hanc
eandem concluſionem ſequens D. Sfortia Oddus in
tract. de reſtit. in integ. par. 2. q. 51. artic. 5. nu. 49. verſ.
alia ratio, quia ſi ſub vſuris minor recepit, & ſi aliàs
bene expenderit pecuniam, tamen quia vſuræ ſunt
illi nimis graues, vt regulariter omnibus eſſe ſolent,
læſio hæc eo ipſo probata dicetur.
Ampliatur concluſio noſtra, vt vera ſit ẽt, quando
10 ipſemet creditor † exciperet, & eſſet fundamentũ ipſius,
ſiue exceptionis illius; vt ſi ꝓbata læſione à minore
ex ipſius narrationis facie aduerſarius exciperet,
quòd conuẽtio de qua inter eos, fuit verſa in vtilitatem
eiuſdẽ minoris: iſtud enim debet probari ab
ipſo creditore, non à minore, vt clarè conſtare poteſt
ex exemplis adductis à Bart. poſt gl. in d. l. 1. nu. 2. C. ſi
aduer. credit. quæ exempla referunt, ac ſequũtur Bal.
ibidem nu. 1. verſ. ad euidentiam. Ang. nu. 1. Alb. nu.
1. et Paul. à Caſt. nu. 1. dum inquiunt, quod quandoq;
minor dicit contractum ipſo iure nullum, vt quia ſine
decreto fuit alienata res ſua, et per hoc agit rei vẽdicatione,
et probat ſe dominum, et tunc ſi aduerſarius
excipiat, pecuniam eſſe verſam in rem minoris,
et per hoc velit retinere rem minoris, oportet quod
probet minorem locupletatum: et ita loquitur. l. prædiorum.
C. de præd. mino. aliquando minor dicit, ſe
læſum, eo quia contraxit, cum non expediebat ſibi
contrahere, vt ſi vendidit, vbi non expediebat vẽdere,
et tunc probata læſione in contrahendo, ſi creditor
excipiat pecuniam, pretiumvè fuiſſe verſum in
vtilitatem minoris, et ob id vult retinere rem, oportet,
quod probet minorem locupletatum. d. l. prędiorum.
de qua re nos paulo poſt ſuo loco plenius.
Iſtius ampliationis ratio ab iiſdẽ interpretibus ea
11 adducitur, quoniam † ea probari debẽt, quæ ſunt fundamentum
intentionis noſtræ, ſiue agendo, ſiue excipiendo,
vt l. 2. ff. de prob. l. in excep. ff. eo. tit. cum ſimil.
ita Bar. Bal. ac alij in d. l. 1.
Hæc eadẽ concluſio primo loco declaranda eſt, et
intelligenda, ut procedat, quãdo creditor, qui mutuo
pecuniam dedit eſt (ut diximus) fęnerator, et mutua-
12 uit ad uſuras, ſecus uero ſimpliciter credidit † nũmos
ſine aliqua uſura, et ſic quando mutuũ fuit mere gratuitum:
tunc enim minor recipiens pecuniam tenetur
ſoluere, ſi nõ probauerit læſionem, et ſic pecuniã
in ſui utilitatem non fuiſſe cõuerſam: ita in terminis
tenent interpretes in d. l. 1. C. ſi aduerſ. cred. ut Pet.
Cyn. n. 2. uerſ. quæro ergo. ubi inquit ex ſnĩa antiquo-
13 rum. d. l. 1. loqui de creditore, ſtrictè pecuniam † fœnerãte,
qui eſt odioſus Deo, et legibus: aliàs ſi ſine uſuris
mutuaret, nõ reputarẽ inquit Cynus, ipſum odioſum
Deo, et legibus, et ſic à regula iuris cum ipſe nõ
exciperet. et de tali odioſo creditore intelligit etiã,
ſecundum eundem Petrum, auth. hoc ius porrectum.
C. de ſacroſ. eccl. quo in loco Imp. indiſtinctè ſanxit
eum creditorem ibi intelligi, qui quod credidit probat
in utilitatem religioſæ domus proceſſiſſe. Cyno
accedit ibidẽ Bar. in fi. ac alij, ut Bal. Albe. Pau. Ang.
* et * cõiter Doc. ſiñ Fulg. et Iacob. ibi. et hãc eſſe eo lo-
* ci * cõem Doct. ſnĩam teſtatur Gomeſ. in d. c. 14. ſub
eo. nu. 2. uerſ. 5. infertur in fi. quẽ ſequitur, ac aliorum
confirmat authoritatibus idẽ Oddus in d. q. 51. art. 5.
* ſub nu. 33. verſ. in contrarium, vbi hanc magis * cõem
ſententiam dicit, & ibi etiam paulo poſt iuribus, &
rationibus confirmat, quibus adiungo Dec. in l. ſingularia.
col. 9. ſub nu. 21. uerſ. item aliud eſt ſpeciale.
ff. ſi cert. pet. per l. nam, & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur.
Soc. ſen. in cõſ. 115. circa primam quæſtionem.
col. pen. ſub num. 13. uerſ. circa tertiam quæſtio. uol.
1. Alex. in l. ciuitas. colum. 4. ſub num. 11. ad fin. ibi,
quod tamen intelligatis eſſe uerum. ff. ſi cert. petat.
* ubi * communem dicit Iaſ. in d. l. nã, et poſtea. §. ſi minor.
ſub num. 21. uerſ. capio glo. Rip. in l. ſi is, qui bo-
* na. nu. 12. ff. de pign. Imol. qui dicit de * communi in
cap. 1. poſt nu. 17. uerſic. ſed iuxta prædicta. de depoſ.
quem refert, & ſequitur Socyn. ſenior in conſ. 15. ui-

ſis præ-

ſis prædictis.nu.26.verſ.5.probatur.vol.1.quos etiam
in alia Eccleſiæ concluſione ante hanc explicata re-
14 tulimus, vna cũ nonnullis alijs reiecta eorum † opi-
nione,qui aliter ſentire viſi ſunt,vt Sali.& Fulg.in d.
l.1.Mattheſ.in ſingul.58.incip.nota vnum caſum,&
ibidem Gabr.Saray.in addit. Card Zab.in conſ.140.
factum tale eſt,magiſter Bartholomæus.col.pen.nu.
14.verſ.per hoc tolluntur.Rebuff.in comment.ad cõ
ſtit.regul.Gal.tom.2.tit.de reſtit.& releuamen. art.1.
glo.3. nu.21.verſ.7. minor excipiens, qui indiſtinctè
loquuntur in quolibet mutuo, vt & facit D.Fran.de
Caldas Pereya Luſitanus in comment.ad l.ſi curato
rem.in verb.ſua facilitate.nu.30.ver. iuuat etiã C. de
in integ.reſti.mino.vbi nonnullos alios cõcordes ci-
tat,ac nonnulli alij, vt per eundem Oddum vbi ſup.
quibus addo Ariũ Pinellum aliter etiam ſentiẽtem.
in repet.l.ſecundæ.C.de reſcind.vendit par.3.c.1.nu.
32.verſic. ego à primis annis,& ſeq.vbi d.l.1.C.ſi ad-
uer.cred.generaliter in omni creditore ex cauſa mu-
tui,non tantum in fœneratitio procedere mordicus
tenet, vt ſcilicet, creditor probare debeat pecuniam
verſam fuiſſe in vtilitatẽ minoris: idq; authoritatib.
interpretum, legib.& rationibus abundè,& copiosè
confirmat.Sed à tantorum patrum ſnĩa,& à cõmuni
opinione recedere in hoc articulo mihi nimis graue
puto, & grauius eſſet ipſi creditori inueſtigare, vbi
minor illam pecuniam repoſuerit, vel vtiliter expẽ-
derit, quòd adeo liquet, vt nulla indigeat probatio-
ne; & facillimum ſit minori probare,quomodo illã
inutiliter profuderit,vt modo dicemus,quod ſi ſecus
eſſet ſentiendum,pauci, aut fere nulli reperiẽtur,qui
velint minoribus mutuo pecuniam dare, quòd cer-
tè ipſis non leui eſſet detrimento.

Sublimitanda eſt hæc limitatio,vt vera non ſit,qñ
15 mutuata fuit pecunia † ad ludum: nam quomodocũ-
que hac de cauſa mutuata fuerit,vel de preterito,vel
de præſenti,vel de futuro, abſque alia probatione le-
ſionis minor reſtituendus erit,niſi creditor euidenter
probet,quod minor in aliũ vſum, quam ludi impen-
derit: vt pro hac ſublimitatione fabricatũ eſt Aret.
conſil.81. numer. 2. per tot. vbi latè de hac re verba
facit,quem referendo ſequũtur Rebuf. in tit. de reſt.
& releuamen.art.1.glo.3.num.30. verſ.niſi fuerit, &
Oddus,in d.artic.5.nu.55. iſtis adde ad confirmatio-
nem,quæ ſcripſit idem Pinel.in d.l.2.par. 3.c.1.num.
35.ad fin. verſ.tutius vero eſt.

Secundò limitanda eſt concluſio,vt nõ habeat lo-
16 cum,quando minor erat † diligens, & induſtrius pa-
terfami. & ſolitus bene expendere pecuniam ſuam,
tunc enim minor præſumitur pecuniam in proprios
vſus conuertiſſe adeo; vt ſi contrarium intendit,pro-
bare debeat:ita tradidere Azo.in rub.C.q. & aduer.
quos,& in eo.tit. Alber.in l.1.in fi.Bar.etiam,nu.2.&
3.& Iac.à S.Georg.nu.7.quibus adhæret Gab.Saray.
in additio.ad d.Matth. ſing.58. verſ.adde tamen per
l.vlt.C.de pig.quem referendo ſequitur idem Oddus
in eo.art.5.nu.51.verſ.primus eſt,& prius par. 1.q.26.
art.2.& 3.nu.31.verſ. ſublimitari tamen poteſt hoc.

Quæ limitatio ampliatur per eoſdem,vt ẽt locum
17 ſibi vendicet in † mutuo fœneratitio,dum loquuntur
de limitanda d.l.1. C. ſi aduer. credit. hoc in caſu li-
mitationis noſtræ,quam ampliationem retinendam
eſſe aſſeuerat idem Oddus vbi ſupra, nu. 52.quando
ipſe minor eſſet mercator, & ſolitus huiuſmodi pe-
cunias exponere ſtatim ad maius lucrum mercium,
aut aliarum rerum, prout ſolent facere plerumque
mercatores:non obſtante.l.3.§.pen. in fi.ff.de in rem
verſo,quæ hãc ampliationem videbatur ſubuertere.

Tertiò declaratur cõcluſio, vt cũ nec agitur de pe-
cunia mutuata,nec cõtractus eſt fœneratitius, & tũc
minor petit ſe reſtitui aduerſus venditionis cõtractũ
à ſe rite,& ſeruata legali forma celebratum,vt cũ ſo-
18 lemnitate decreti iudicis,hoc caſu ipſi minori † incũ-
bat onus probandi pecuniam pro re vendita acceptã
caſu,aut culpa ſua fuiſſe amiſſam, & ſic minimè ver-
ſam in ipſius commodum,& vtilitatẽ: ſecus vero,qñ
aliter fuit res empta citra iuris ſolemnitates,ita egre-
giè explicat gl.in l.prædiorum.in verſ. conſtiterit.C.
de præd.minor. cuius diſtinctionem ſequuntur ibidẽ
* Bar.ac alij *communiter,& in l. nam & poſtea. §. ſi
minor.ff.de iureiur. in primis Ang. Fulg. Roman.&
* Iaſ.nu.21.& hanc eſſe * cõem opinionẽ teſtatur Soc.
ſen.in d.conſ.115.col. pen. nu. 13 verſ.circa tertiam
quæſtionem.vol.1.quo in loco referens ea, quæ in d.
* l.prædiorũ.tradidere gl.Bar.Saly.& * cõiter Doct.in-
quit,quod quandoq; contractus eſt nullus, & tũc ad-
uerſarius minoris probare debet pecuniam in ipſius
vtilitatẽ fuiſſe conuerſam,& hic eſt caſus, in d.l.præ-
diorum quandoq; contractus eſt aliquis, ſed petitur
reſcindi,& tunc minor probare debet, ſe non fuiſſe
locupletatũ, & pecuniã non fuiſſe verſam in ſuã vti-
litatẽ,& hic eſt caſus in d.l.1. C. ſi aduer. credit.ſub-
iungẽs horũ rationẽ eſſe,ſecundũ Bar. ibi,quia vnuſ-
19 quiſque probare dẽt illud,ꝙ eſt fundamentũ † ſuę in-
tentionis,iuxta plenè notata per eundẽ Bar.in l.in il-
la.ff.de verb.obl.ad idẽ rñdit Alex. in conſ. 46.nu.1.
vol. 5. cui accedit referendo illum Cache. in deciſ.
Pedem.171.quoniam.nu.9.ac Ioſeph. Ludou.in ſuis
commu.concl.14.verſ.infertur 1. cuius diſtinctionis
primum membrũ probat id,quod Bar.Bal. & Doct.
* *cõiter tradidere,in d.l.1.C.ſi aduerſ.credi.qui volũt,
ꝙ cum hoc caſu fundamentum ipſius petentis reſti-
tutionẽ ſit,quia læſus ex eo, ꝙ conſumpſit non con-
uertendo in ſuã vtilitatẽ, debeat probare pecuniam
perditã,aliàs ſuccumberet, per d.l.nam, & poſtea.§.
ſi minor.ff.de iureiur.cũ alijs ꝓ hoc adductis à Corn.
in conſ.72.pro deciſione primi dubij,col.pen.ſub nu.
* 9.verſ.ꝙ,& magis in terminis.vol.3.vbi de *cõi teſta-
tur.idẽ voluit Rol.à Val. in conſ. 60. clariſſimi iuris
eſt,nu.37.verſ.vlterius dicitur.vol.4.& ibi concordes
citat.ac plures alios idẽ ſentiẽtes refert idẽ D.Lamb.
in d.gl.24.in eo. ver.nec in caſu,& c.q.4. nu.18.& 19.
in 2.& 3.caſu, quos ẽt ipſemet ſequitur, ac Franc.de
Caldas,in commen.ad d.l.ſi curatorẽ.in verſ.ꝑ quod
priſtinũ ius,& c.ſub nu.4.verſ.ſecũda concl. eſt.C.de
in integr.reſt. mino. vbi duob. modis hũc caſũ limi-
* tat,vt ibi ꝑ eũ,& opinionẽ dicit * cõem Pinel. in l. 2.
C.de reſc.vẽd.par.3.c.1.nu.25.verſ.gl. aũt licet eã nõ
ſequatᷣ,vt eã verã appellat Port.Imo. cõcluſionũ lib.
* 3.concl.12.verſ.limita in minore.eandẽ dicit *cõem
D.Octau.Simõcel.in tract.de decret.lib.3.c.7.inſpec.
1.nu.20. verſ.ſed non leuis. appellans eandẽ verã, &
hanc ſequendã eſſe, & ibidẽ plures refert concordes,
eáq; copiosè, & egregiè à nonnullorũ impugnatio-
nibus tuetur:ea potiſſimum rõne, quia qñ interuenit
decretũ iudicis, emptor hẽt præſumptionẽ pro ſe, ꝙ
pecunia illa bene ꝑ eũ collocata fuerit;qa pro decre-
20 to † præſumitur,quod omnem ſuſpicionem tollit,vt
plene probat idem Simoncel.in d.tit.7.nu.45. & nos
in verſ.decretũ.concl.486.& ſeq.vol.1.plene ſcripſi-
mus,quæ quidẽ præſumptio ceſſat, qñ decretum nõ
fuit interpoſitum, quæ ratio ſatis hanc diſtinctionẽ
probare videtur.hanc eandem gloſſæ ſnĩam ſequens
* dicit *cõem.D.Frãn.de Caldas,in d. commen. ad l.ſi
curatorẽ in ver.hunc contractum.nu.11. verſ.aduer-
to autem.C.de in integr. reſt. min. poſtremo hãc eſſe
* *cõem,& ab omnib.receptam diſtinctionẽ aſſeuerat
D.Oddus,in d.tract.de reſt.in integ.par.1.q.47.art.5.
nu.23.& ſeq.vbi tamen.nu. 25.inquit, conſiderandũ
eſſe,ꝙ quantum ad illud mebrum,ꝙ qñ adeſt decre-
tum,præſumatᷣ pecuniã fuiſſe bene à minore colloca
tã,nõ videri verũ; ex eo,ꝙ fieri poſſit,ꝙ iudex decre-
tũ interpoſuerit,quia cãm cognouit, & iudicauit, ꝙ
minori expediret uẽdere,ſed ꝙ ꝑpea bene collocata
fuerit pecunia poſt uẽditionẽ celebratã,licet hoc iu-
dici ꝓmiſſum fuerit,non bene ſequitᷣ,neq; præſumitᷣ,

obid dicens videri veriorem eorum opinionem, qui
contra ſentiunt, & ꝙ ſemper hoc onus incũbat em-
ptori. Cæterùm gloſſæ diſtinctionem ab hac obie-
ctione eo pacto tuetur; quod iudex non decreuiſſet
ſolui debere pecuniam vẽditori minori niſi vidiſſet,
quod ſtatim erat applicanda pro ſolutione debito-
rum, vel collocanda ad honeſtum lucrum, vel de ea
erant emenda bona ſtabilia, & ꝙ ſi hoc modo præ-
ſumptio ita fundetur, & deducatur, benè procedat.
21 Ex his † pro opinione gloſſæ in medium deductis
vnicuique datur intelligi, non rectè Pyleum antiquũ
iuris gloſſatorem ſenſiſſe: is enim in ſuis quæſtionib.
q. 118. incip. minor. 25. an adultus tamen, poſt rela-
ta in vtranque partem argumenta tandem cõcludit,
quòd etiam ſi ſine decreto ſit facta alienatio, nihilo-
minus teneatur ipſe minor probare pecuniam amiſ-
ſam, in eiusq; vtilitatem minimè verſam.
Quemadmodum etiam ex iiſdem clarè conſtare
22 poteſt, Arium † Pinellum parum rectè ſenſiſſe, qui
totus fuit diuerſus à Pylei opinione, in d. l. 2. par. 3. c.
1. num. 25. dum voluit, quod indiſtinctè tam in reſti-
tutione, quàm etiam in nullitate ſemper onus probã-
di incumbat emptori, per multa ab eo ibidem ſubti-
liter in medium allata. & ex eo præcipuè, quod vo-
luit Bart. in d. l. 1. C. ſi aduer. credit. vbi etiam Bald.
nu. 5. & Sali. nu. 3. & alii quamplures quos ipſe refert:
quòd ſcilicet, ſi minor reſtitutionem petens, proba-
uerit ſe læſum in vendendo, emptor probare debet
pretium verſum fuiſſe in vtilitatem minoris.
Iſtorum opiniones tanquam iuri contrarias peni-
tus damnant, & improbant recentiores ſup. relati au-
thores ſuis in locis, nempè D. Sfortia Oddus in d. q.
47. par. 1. art. 5. nu. 22. & cæteris ſeq. per tot. D. Octau.
Simoncel. in eo. trac. de decr. lib. 3. tit. 7. inſpect. 11 nu.
20. per tot. ac D. Franciſ. de Caldas, in d. l. ſi curatorẽ.
in eo. verſ. hunc contractũ. nu. 11. reſpondẽteſq; ad-
uerſariorum argumẽtationib. & doctè gloſſæ doctri-
nam tuentur. quorum dicta non proſequor, cum ip-
ſorum libri, & tractatus vbique circumferantur, &
doctorum virorum manibus verſentur.
Subdeclaranda eſt eadem tertia ad concluſionem
declaratio in priori eiuſdem caſu, vt vera ſit, quando
23 minor, † ſe tanquam læſum reſtitui petit in eo, quòd
pretium perdidit, quia tunc minor ipſe amiſſionem
probabit, tanquam hoc ſuæ intentionis fundamentũ
per l. minoribus. C. de in integ. reſtit. & d. l. nam & po
ſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. ſecus ſi ſe læſum alle-
get in eo, quod vendidit, quia vendere ſibi non expe-
24 diebat; aduerſario † vero aſſerente, ſe velle rem pro
pretio tanquam in illius vtilitatem verſo retinere;
quoniam tunc aduerſarius ipſe probare debebit, mi-
norem fuiſſe locupletatum, tanquam ſuæ hoc inten-
tionis fundamentum videatur, modo tamen minor,
ſe læſum doceat in eo, quod vendidit, per l. patri. §. 1.
& ait. ff. de rei. uxor. & l. ſi res. §. 1. ff. de iur. dot. ita expli-
cat Bart. in d. l. 1. C. ſi aduer. cred. & ibi, in d. l. 1. ſequũ-
tur Bal. col. vlt. ſub nu. 5. verſ. aliquando minor dicit
ſe læſum eo quia Ang. ſub nu. 1. verſ. quandoque mi-
nor. & verſ. aut minor dicit. & Sal. cir. med. Ruin. in
conſ. 117. quia proponitur. ſub nu. 5. uol. 5. dum ſe re-
mittit ad Doct. in d. l. 1. C. ſi aduer. credito. ad quod
etiam videbis. Soc. in d. conſ. 115. col. vlt. ſub nu. 13.
verſ. ſed contrarium. volu. 1. vbi multipliciter diſtin
guit, eoſdem refert, ac ſequitur authores D. Io. Steph.
Lambertẽg. in d. tract. de cõtract. eorum, &c. in ead.
glo. 24. d. q. 4. num. 28. verſ. quod tamen Bart. ac aliis
corroborat authoritatibus hanc etiam declarationẽ
ſequens idem Franc. de Caldas, in d. commen. ad d. l.
ſi curatorem. in dict. ver. per quod priſtinum ius re-
cuperant. num. 3. verſ. 1. ſit concluſ. C. de in integ. re-
ſtit. minor.
Et hæc quidem ſubdeclaratio fallit in iudice, qui
25 poteſt reſtituẽdo † illi mandare, vt pretiũ aduerſario
reſtituat, etiam quòd non fuerit allegatum, nec pro-
batum, quod in illius vtilitatem fuerit verſum, vt in
l. ſi iudex circumuento. in prin. ff. de minor. quod nõ-
nullorum cõfirmat authoritate idem Franc. de Cal-
das, in d. verb. per quod priſtinum ius, &c. nu. 4. verſic.
fallit tamen.
Cæterùm hoc in loco vidẽdum eſt deinceps, vt &
in Eccleſia in ſuperiori concluſione fecimus, quo pa-
cto probandũ ſit à creditore pecuniam fuiſſe in vtili-
tatem minoris conuerſam, & quidem in hac dubita-
tione adducenda eſt Ripæ authoritas in l. ſi ventri. §.
eadem ratio. nu. 11. ff. de priuileg. credito. ex cuius di-
26 ctis hæc theorica colligitur, ꝙ ſcilicet debeat † pro-
bari, minorem indiguiſſe illa pecunia oſtendendo,
æs alienum illius, vel egeſtatem, aut nuditatem ante
mutuum, & quomodo poſt mutuũ debita perſoluit,
ac nuditatem, & egeſtatem reparauit. ex his enim
ſatis colliguntur quidam actus minus cogniti, quòd
ſcilicet, ex illa pecunia emit pannos; aut frumẽtum,
& id genus alia. vnde in propoſito noſtro dicebat
Bal. in auth. hoc ius porrectum. col. pen. num. 8. C. de
27 ſacroſ. eccleſ. quod ſi probetur † monachos proprios
fuiſſe nudos, deinde poſt mutuum receptum ab Ec-
cleſia illos vaſos eſſe veſtitos, probatum erit, verſam
eſſe pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ, ſupra citato
loco Ripa alia ſimilia adducit.
Hæ tamen probationes tunc demum procedunt,
28 niſi minor † probet ex aduerſo, quòd ipſe habebat &
aliam pecuniam, qua hæc omnia facere potuerit, vt
idem voluit Ripa in d. l. ſi ventri. §. eadem ratio. nu.
2. ff. de priuil. credito. ita intelligere. l. ſi prædium. C.
de præd. min. cui accedit idem Oddus in d. tract. de
reſtit. in integ. par. 2. q. 51. art. 5. in fi.
Quid vero in minore, quomodo iis in caſibus, in
quibus onus probandi ipſi incumbet, ſe malè expen-
diſſe pecuniam; poterit iſtud ab eo probari? Et certè,
vt inquit idẽ Oddus, vbi ſupra. nu. 56. verſ. in caſibus
igitur facilis erit theorica, quoniam ſi verum, id ſine
29 vllo negocio probabitur, ſi res enim † geſta erit cum
aliis, veluti luſoribus, meretricibus, ſcortis, epuloni-
bus, & illius farinæ hominibus ſubiungit idẽ Oddus
ad vnum hac in re aduertendum eſſe, quod ſcilicet,
30 minor debeat probare, ſe † imprudenter eam pendiſſe
dictam pecuniam; quia ſi caſu tantum probabit ſe
perdidiſſe, non ſufficiet; vt inquit Pet. à Bellaper. in
d. l. 2. in fi. C. ſi aduer. credito.

CONCLVSIO MCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Pecuniam eſſe ſolutioni paratam, quomodo probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam eſſe ſolutioni paratam ex qualitate perſonarũ probatur, & cur. ibid.*
2 *Mercator magnus præſumitur habere pecuniam in arca, & per conſequens ſolutioni paratam.*
3 *Argumentum a veriſimili valet.*
4 *Argumentum a communiter accidentibus, validum eſt.*
5 *Pecunia depoſita præſumitur ſolutioni parata.*
6 *Depoſitarius conſumendo depoſitum dicitur delinquere.*
7 *Pecunia depoſita non præſumitur ſolutioni parata, quãdo eius dominium tranſlatum eſt in depoſitarium.*
8 *Pecuniam numeratam, ſe non habere aſſerenti debitori, & de bonis ſui pro debito offerenti, creditur.*
9 *Paupertas, & diuitia probandę ſunt ab allegante.*
10 *Creditor volens probare debitorem habere pecuniam ſolutioni paratam, ad id admittitur.*

Pecuniam

1 Pecuniam fuiſſe ſolutioni † paratã ex
qualitate perſonarum poſſe
probari docet Bar. in l. ſingularia in fin. ff. ſi cert. pet.
per l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog.
veluti, qñ quis eſſet magnus mercator; quia præſumi
2 tur pecuniam † habere in arca, & conſequenter ſolu
tioni paratam. vt hoc idẽ probat Bar. vbi ſupra, ex l.
eum, qui. §. melior. cum gl. ff. de in diem addict. & cũ
* hac doctrina Bartoli trãſire * communiter ſcriben.
ibidem teſtantur Caſtr. & Alex. in d. l. ſingularia. in
* fin. de * communi etiam dicit eo loci Cagno. nu. 40.
verſ. quomodo autẽ. Nec mirum profectò, valet etẽ
3 nim in iure noſtro argumentũ † à veriſimili, l. vlt. ff.
qd met. cau. c. quoſdã. c. quanto. cap. quia veriſimile,
4 de præſumpt. nec non † argumentum à communiter
accidentib. l. neque natales. vbi gl. C. de probat. l. cer
ti condictio. §. quoniam. ff. ſi certum pet. vnde cum
à communiter accidentibus cãpſores, & magni mer
catores habeant pecunias in arca, & ſic paratas ſolu
tioni, idque veriſimile, idcirco præſumendum eſt eos
habere pecuniam ſolutioni paratam, ſic argumen
tatur Cagn. in d. nu. 40. in fin.

Iſtud Bartoli dictum ampliat Caſtren. in d. l. ſingu
laria, in fi. vt & procedat in depoſito, in quo etiam
5 pecunia † præſumitur ſolutioni parata, vt eſt de men
te iuriſconſulti, in l. qui negotia, ſibi, nec huic ſimile,
& c. ff. manda. & in d. l. certi condictio. §. vlt ff. ſi cer
6 tum pet. quia alioqui depoſitarius † delinqueret, niſi
conſeruaret: quod non eſt præſumendum, l. merito,
ff. pro ſocio. cum ſimil.

Quod poſtremũ intelligit Alex. in d. l. ſingularia.
7 in fi. procedere, niſi † translatum eſſet dominium in
depoſitarium, quia tunc ceſſat illius ratio, l. Lucius.
la 1, & l. die ſponſaliorum. ff. depoſi.

8 Eandem cõcluſionem declara, vt tñ debitori † aſ
ſerenti ſe non habere pecuniam numeratam ad ma
nus, & offerenti de bonis ſuis, vt carcerem euitet, cre
dendũ ſit; præſumitur enim in dubio debitorem nõ
habere pecuniam numeratam; ita egregiè reſpondit
Bal. in conſ. 318. practica ciuitatis haber. col. vlt. nu.
6. & 7. verſ. & quia nemo. cum ſeq. vol. 1. ita intelli
gens ex his. §. quod autem. in Auth. de fideiuſ. Nam
fingamus me eſſe debitorem Titij in centũ, & ſciens
capturam de me eſſe commiſſam, vt euitem illã, offe
ro de bonis meis, iuxta auth. hoc niſi. C. de ſolutio.
aſſerens me non habere pecuniam numeratã. & ali
ter non conſtat de hac mea aſſertione, dicit Bal. vbi
ſupra, ꝙ præſumptio eſt pro ipſo ſic aſſerente, & ꝙ ta
lis negatiua probatur eo ipſo, ꝙ contrarium nõ pro
batur, cum tãtummodo per confeſſionẽ ſit probabi
lis, l. actore. C. de proba. cum ſimi. vnde concludit, ꝙ
ipſe ſic aſſerens non tenebitur probare, ſe non habe
re pecuniam, ꝙ quidem eſt ſingulare dictum; nec alı
bi illud ſe legiſſe teſtantur recentiores Senen. in d. l.
ſi vero. §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cogan.

10 Cæterum huic Baldi deciſioni obſtare videntur,
quæ nos tradidimus ſupra, in verſ. paupertas. & praeci
puè, quæ dixit Ang. in d. l. ſi verò §. qui pro rei qualita
te, quem etiam nos in dicta concluſione Paupertas
9 adduximus, ꝙ ſcilicet † vbi diuitię, vel paupertas ſũt
fundamentum intentionis allegantis, ipſe debet pro
bare, per regulam, l. ei, qui. ff. de proba. quod ſecundũ
eum ibi habet locum non ſolum in affirmãte, ſe eſſe
diuitem, ſed etiam in negante ſe eſſe diuitem, vel ha
bere pecuniam numeratã. arg. l. pen. §. docere. ff. ne
quis eum, qui in ius voc. vbi hoc idem dicit per illũ
tex. ibi, quo minus producetur.

Nihilominus tenenda cordi eſt illa deciſio Baldi,
& eorundẽ Senẽſium vbi ſupra: qa in practica ſæpiſ
ſimè contingere ſolet; vt eam ſequi vĩ, & plurimum
commendat Fabia. Pep. in authent. præterea, num.
16. verſiculo & ex his dictis in fi. C. vnde vir. & vxor.
eandem Baldi deciſionem declarabis, vt tamen cre
Limitatur ſecundo principalis concluſio, nõ procedere in eo,ꝙ licet agatur de fauore piæ cauſæ:nihi-
78 lominus diſpoſitio † debeat intelligi de vnico tantum actu.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifica. l.fideicom.§.ſi quis decem. ff de leg.3. l.1.§. ſi cui ſit legatũ.ff.vt lega.nomi.cauea. Nam regulã ibi traditam ampliat Bar.in l.cum quidam,nu.3.ff.de annui leg.vt habeat locũ in omni legato pio.cũ alijs adductis à Mantica in citato pluries loco, nu.34.& Gabr. in concl.1.nu.26.de leg.lib.6. Idq; verum eſt,niſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe ſæpius præſtari,vt Bar.voluit in d.l.cum quidam, per illum tex.

Plura alia ad hanc materiam pertinentia, videre nullo negotio poteris apud Rom. in d.authen.ſimiliter.C.ad l.Falc.& Soc.in d.reg.incip.Priuilegia piæ cauſæ,& multo plura apud Tiraq.in d.tract.de priui. piæ cauſæ,à quo bonam partem eorũ, quæ diximus, ingenue ſumpſiſſe nonnullis tum additis, & plenius declaratis confitemur.

CONCLVSIO MCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis præſumatur ad pias cauſas relictum fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, vel legatum fuiſſe factum ad pias cauſas, ex qualitate perſonarum colligitur.*
2 *Relictum monaſterio dicitur relictum ad pias cauſas.*
3 *Relictum monacho dicitur relictum piæ cauſæ.*
4 *Relictũ fuiſſe ad pias cauſas magis ex qualitate legatarij, quam ex verbis teſtatoris diiudicatur.*
5 *Relictum conſanguineo pauperi,pietatis magis,quam conſanguinitatis intuitu relictum præſumitur.*
Quod decl.procedere,quãdo conſanguineo nominatim intuitu pietatis,non autẽ quãdo conſanguineo ſimpliciter relinquitur,vt ibid.nu.6.Contr.vt nu.8. Concil.n.10.
7 *Naturalis cauſa potentior eſt accidentali.*
9 *Anima cunctis rebus eſt præferenda.*
11 *Præſumptio debet capi in dubio,vt actus valeat.*
12 *Præſumptio iuris in dubio adaptatur ad confirmãdum, & validandum actum.*
13 *Legatum factũ cõſanguineo diuiti, etiamſi dicat teſtator ſe facere cauſa pietatis,non dicitur factũ ad pias cauſas.*
14 *Pietas non ſtat in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia veritatis.*
15 *Legatum factum conſanguineo,qui non habeat, vnde ſecundum dignitatem viuat,dicitur ad pias cauſas*
16 *Legatum magnum conſanguineo factum non dicitur ad pias cauſas.*
17 *Legatum ſine intuitu pietatis factum, ex qualitate rei legatæ iudicatur.*

Teſtamentum vel legatum factũ fuiſſe ad pias cauſas:etſi id expreſſum non ſit, colligitur ex qualitate
1 perſonæ † cui relinquitur, veluti ſi pauperibus legata ſint centũ.l.id quod pauperib.& l.ſi quis ad declinãdum.C.de epiſc. & cler. ita dixit Bal. in l.illud.num. 1.verſ.Concludo ergo.C.de ſacroſan.eccle.vbi dicit, quòd aut pia cauſa congruit perſonæ, & intelligitur ad pias cauſas: aut non congruit perſonæ,& non intelligi ad pias cauſas. Idem voluit Angel. per illum tex. in §. ſi quis autem clericus, in Auth. de ſanctiſſ.
2 epiſco.vbi dicit, quod relictũ † ſimpliciter monaſterio,vel ſimili loco,ex qualitate perſonæ cui relinquitur,præſumitur ad pias cauſas.Idem ſenſit Ant. Butr. in c.1.nu.10.de ſepul.Abb.per illũ tex.in c.requiſiſti. nu.4.de teſtam.Spe.in tit.de inſtru.edit.§. nunc vero aliqua.verſ.& ſcias,ꝙ inter relicta. Bal.in auth.ſimi-
3 liter, in prin.C.ad l.Fal. Præterea, ꝙ vni † monacho

relin:

relinquitur, præſumitur ad pias cauſas. Bald. in l. 1. in
lect. col. 4. verſ. circa perſonam. C. de ſacroſan. eccleſ.
per no. in l. illud. C. eod. tit. eodem modo relicta ho-
ſpitali, fraternitatibus; viduis, & alijs miſerabilibus
perſonis, pro redemptione captiuorũ, pro alimentis
pauperum, pro dotibus pauperum puellarũ, pro ima-
gine facienda, pro ſtudio, pro libertate, pro conſtru-
ctione, & refectione pontium, pro reſtitutione male
ablatorum, & cæteris huiuſmodi cauſis, ex qualitate
perſonæ, cui relinquuntur ad pias cauſas facta præſu
muntur. Arch. in c. ſi ex laicis. 2. q. 1. Ang. in l. 1. C. de
fid. inſtr. & iu. haſtę fiſc. lib. 10. Bal. in d. l. illud. col. 14.
& ibi Caſtr. C. de ſacroſ. eccleſ. & in d. auth. ſimiliter.
l. ſi quis pro redemptione. C. de don. Bart. in l. alio. ff.
de alim. & cib. leg. Bal. & reliqui DD. in l. cum is. §. ſi
mulier. ibi, pietatis cauſa. ff. de cõdict. indeb. Io. And.
in c. tua nobis. verſ. alios. extra de decimis. l. lineam
margaritarum. vbi Bart. ff. ad legem Falcid. Iaſ. poſt
Bartol. in l. 1. in princ. in 1. notab. ff. ſolut. matrim. l.
1. §. vltimo. vbi Bal. C. commun. ſeru. manum. Alex.
poſt Ang. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad legem Falc.
Bald. in l. hæreditas. §. ſi defuncto. in 1. lect. ff. de peti.
hæred. Hanc materiam latiſſimè pertractat. Tiraq. in
præfat. d. tract. de priuileg. piæ cauſæ, apud quem vi-
dere potes. & hanc concluſionem noſtram tenuit
etiam Iaſ. in cõſ. 183. col. 2. verſ. quarto facit, & verſ.
quinto facit. vbi adducit gl. quam dicit eſſe notabilẽ
in l. ex duobus. §. ſi quæ hoc. no. ex illo tex. ff. de neg.
geſt. & Ang. in l. cum ij. §. ſi in annum. ff. de tranſact.
Idem voluit Alber. in l. nulli. penul. col. C. de epiſc.
4 & cler. vbi dicit, quòd magis † ex qualitate legatarij,
quam ex verbis teſtatoris, diiudicatur, legatum eſſe
ad pias cauſas, cum alijs adductis per Boer. deciſione
94. per totum.

Ampliatur concluſio, vt procedat etiam cũ relin-
quitur cõſanguineo pauperi, ad huc enim magis pie-
5 tatis † intuitu, quam conſanguinitatis relictũ præſu-
metur. glo. in c. 2. de ſepult. quam ſequitur, & reputat
ſingularem Bal. in l. 1. col. 2. in lectura, & ibi Caſtr. C.
de ſacroſ. eccl. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de in-
ſtrum. edit. §. Nunc vero aliqua. verſ. & ſcias, quòd
tunc. in addit. quæ incipit, Ad iſtum finem. Alex. cõſ.
158. viſo teſtamento, ad fin. lib. 7. glo. in l. illud, & ibi
Bal. & Caſtr. C. de ſacroſ. eccleſ. Bar. in repet. l. primæ.
in 2. q. ſecundæ quæſt. princ. C. eo. tit. Bal. in d. auth. ſi-
militer. & ibi Rom. col. 1. latè Lap. in alleg. 92. in pri-
mo dubio latiſſimè Mantic. in d. trac. de coniect. vlt.
volunt. lib. 6. c. 3. nu. 18. poſt Boer. in alleg. deciſ. 94. p
totum, & Tiraq. vbi ſupra, Iaſ. latè d. conſ. 183.

Limitanda modo eſt hæc ampliatio, vt procedat,
quando nominatim pro anima, & intuitu pietatis re-
linquitur, quia tunc bene ad pias cauſas legatũ dice-
6 tur: ſecus autem † ſi ſimpliciter pauperi cõſanguineo
legatum ſit, quia quando adſunt duæ coniecturę, vna
quòd ſit relictum pietatis, altera conſanguinitatis
gratia, magis præſumitur factum reſpectu conſan-
7 guinitatis, inſpecta cauſa naturali, quæ † potẽtior eſt,
quam accidentalis. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de ex-
cuſat. tut. Bal. in auth. ex teſtamento. col. 3. C. de col-
lat. & in d. auth. ſimiliter, vbi etiam Rom col. 1. C. ad
leg. Falc. Dec. conſ. 120. nu. 4. Alc. cõſ. 213. nu. 13. lib.
9. Quos omnes referunt Mantica ſupracit. loco, &
Tiraq & Cæphal. conſ. 216. nu. 6. cum ſeq.
8 Contrariũ † tamen tenuit Iaſ. in d. conſ. 183. ea po-
9 tiſſimum ratione, quia anima † cunctis reb. eſt. præfe-
renda. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. c. cum infirmitas.
de pœn. & remiſſ. c. præcipimus. in prin. 12. q. 1. præ-
ſertim in vlt. voluntate, in qua teſtator habet animũ
ad mortem. l. hac conſultiſſima. §. at cũ humana fra-
gilitas. C. qui teſtam. fac. poſſ. & hac eadem ratione
in hanc ſententiam videtur inclinare Tiraq. in alleg.
loco, & Mantica, qui etiam reſpondet ad d. l. tutor. §.
quæ tutoribus, & hęc opinio proximę ad veritatẽ ac-
cedit, pro qua etiam facit, quod in eo loco paulo an-
te dixerat. Tiraq. nimirum, quòd maior pietas debet
exerceri in conſanguineos pauperes. c. non ſatis. 86.
diſt. cum alijs pluribus ibi per eum adductis.
10 Conciliationis gratia † dici poteſt quod ſi capiẽdo
interpretationem, quòd ſi relictũ intuitu cõſangui-
nitatis legatũ non valeret, quia fortè nõ erant adhi-
bitæ ſolemnitates: tũc dicendũ erit, ne omnino actus
ſubuertatur, præſumendum eſſe, quòd ob piam cãm
relictum ſit, ita dixit Tiraq. vbi ſupra per ea, quæ in ſi-
mili dicunt Bal. Ful. & Iaſ. in l. ſi tibi decẽ. §. ſi pactus.
ff. de pact. Cuman. in l. quod dicitur. ff. de verb. obl.
Idem affirmat Cæph in d. conſ. 216. num. 24. Iaſ. in d.
conſ. 183. verſ. ſeptimo. facit. pro hac regula, quòd in
11 dubio debet capi illa † præſumptio, vt actus valeat. l.
quoties. ff. de verb. oblig. l. quoties. ff. de reb. dub. nec
credendum eſt quenquam elegiſſe viam, per quã iu-
diciũ ſuum impugnet. l. 3. ff. de teſt. milit. & in dubio
12 iuris præſumptio adaptatur ad confirmandũ, & va-
lidãdum. Bal. & Flor. in l. ſi quis à filio. per illum tex.
ff. de leg. 1. l. dnus. in prin. ff. de vſu. & habit. Aret. in l.
quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. ſi autem vtroq; modo
capiendo interpretationem actus valere poteſt, tunc
poteſt dici, quòd procedat opinio cõtraria, nimirum
quòd magis præſumatur cauſa conſanguinitatis, quã
pietatis relictũ fuiſſe, & ita videtur conciliaſſe Tiraq.
& ei accedere Mantica: licet valde dubitent.

Limitanda modo eſt principalis concluſio, vt nõ
13 procedat, quando diuiti relictum eſt: tunc enim † etiã
ſi dixerit teſtator pro anima ſua, & pietatis cauſa re-
linquere, non præſumetur legatũ ad pias cauſas Bal.
& Caſtr. poſt gl. in d. l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. Bar. in
repet. l. 1. in 2. q. 2. quæſt. prin. C. eo. tit. Bal. in d. auth.
ſimiliter. & ibi Rom. col. 1. Lapus alleg. at. 92. in pri-
mis vidẽdum eſt, in 1. dub. vbi reddit rationem, quia
14 pietas † non ſtat in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia
veritatis. l. cum hi. §. ſed perſonarum. & §. ſi in annos.
ff. de tranſact. Alios penè innumeros adducunt Tiraq.
in d. tract. in præfat. & Mantica vbi ſupra. num. 22. &
Cœphal. d. conſ. 216. vbi etiam ponit quibus modis
probetur quem eſſe pauperem, vel diuitem ad hunc
effectum, quòd nos hic referre nolumus, quoniam
id explicauimus in concl. Paupertas.

Sublimitãda tamen eſt hæc limitatio. vt procedat
15 in eo, qui eſt † diues, ſecundum gradum & condicio-
nem ſuam ſecus autem, ſi habeat quis vnde viuat, nõ
tamen ex dignitate ſua Bart. in d. l. 1. in 2. q. 2 quæſt.
princ. C. de ſacroſ. eccleſ. cum alijs pluribus adductis
per Tiraq. vbi ſupra, & in tractat. de Nobilit. cap 20.
nu. 148. vbi de hac re, vſque ad ſatietatem latiſſimè
pertractat.

Limitatur ſecundo concluſiõ, vt non procedat,
16 quãdo legatum eſſet ſitra magnum, vt non poſſet dici
ad pias cauſas. Nam tunc etiam, ſi relinqueretur cõ-
ſanguineo pauperi, non tamen ad pias cauſas dice-
17 retur: ex quantitate † etenim rei legatæ legatum præ-
ſumitur pietatis, vel nõ pietatis cauſa factum, vt not.
in l. ex duobus. §. ſi. ff. de neg. geſt. in l. vtrum. ff. de do-
nat. inter vir. & vxo. Corn. conſ. 50. col. 5. vol. 1. Bald.
in auth. ſimiliter. colum. 2. C. ad leg. Falc. quem refert
Barb. in c. ad hęc. nu. 9. de reſtam.

CONCLVSIO MCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

An, & quando Pignus à creditore debitori remiſſum, præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Pignus à creditore debitori remiſſum non præſumitur.*
2 *Renunciare iuri ſuo nemo præſumitur.*

3 *Remiſſio,*

Digitized by Google

3 Remiſſio, & renunciatio nunquam præſumuntur, et ſemper facienda eſt interpretatio, vt euitentur.
4 Error etiam in facto proprio potius præſumitur, quam iuris proprij renunciatio.
5 Remiſſio, donatio eſt.
6 Donatio nunquam præſumitur, adeo quod potius præſumendũ eſt, quem fuiſſe fatuum, quam donare voluiſſe.
7 Pignus ad hoc, vt remiſſum præſumatur, cõſenſus tacitus, & præſumptus creditoris ſufficit.
8 Creditor permittens pignus vendi, illud remiſiſſe præſumit.
9 Pignoris obligatio ſicuti conſenſu inducitur, ita & ſolo cõſenſu diſſoluitur.
10 Pignus remiſſum præſumitur, etiamſi hæres eius, cui creditor alienationem permiſit alienauerit.
11 Pignus præſumitur remiſſum, non ſolum, ſi debitor cui facultas alienandi à creditore permiſſa eſt, ſed etiã ſi alius quilibet ſucceſſor alienauerit.
12 Pignus conſenſu creditoris alienatum, etiamſi à debitore ex noua cauſa re acquiratur, nõ reintegratur in eo obligatio pignoris. Decl. non procedere, quando ex eadẽ cauſa pignus reuerteretur ad debitorem, vt ibid. nu. 13.
14 Creditor, qui debitori facultatem alienandi conceſſit, ſi debitor dolo malo, & ſimulate alienauit, pignus remiſiſſe non præſumitur.
15 Cõſtituti clauſula, non ſequuta vera, & actuali traditione non tollit præſumptionem ſimulationis.
16 Creditor, ſiue libera alienandi, ſiue ſimpliciter alienandi facultatem conceſſit debitori, pignus remiſiſſe videtur.
17 Res ſemper præſumitur vendi libera.
18 Pignus remiſſum videtur, etiamſi res ex voluntate creditoris alienata nondum tradita ſit.
19 Creditor ita demum alienationi pignoris conſenſiſſe videtur, ſi expreſſum conſenſum præſtitit.
20 Mulier conſentiens marito, bona ſibi hypothecata alienanti, hypothecam remittere præſumitur.
21 Mulier conſentiens marito, bona ſibi hypothecata alienãti, ſibi non præiudicat, ſi maritus alia bona nõ habet, ex quibus poſſit ipſi ſatisfieri.
Decl. ibid. procedere, niſi iuramentum mulieris interueniſſet, vel dixiſſet in alienatione, ſe certum habere, quod maritus habet alia bona. vnde poſſit ſibi ſatisfieri.
22 Pignoris remiſſionem non ſolum expreſſus, ſed etiam ex certis ſignis coniecturatus conſenſus inducit.
23 Creditor ſe ſubſcribens inſtrumento alienationis pignoris tanquam teſtis, vel notarius, ſibi non præiudicat.
24 Creditor ſciẽs ſeruum ſibi pignori obligatum manumitti, etſi non expreſſè conſenſerit, pignus remiſiſſe pſumitur.
25 Creditor ſciens ſeruum pignori ſibi obligatum donari eccleſiæ, & non contradicens, perinde eſt, ac ſi expreſſè conſenſiſſet, & cur. ibid.
26 Libertatis fauore quod à iure diſpoſitum eſt, ad quamcũque piam cauſam extenditur.
27 Patientia, & ſcientia fauore piæ cauſæ inducunt cõſenſũ.
28 Creditor ſciens fiſcum bona ſibi obligata alienare, conſentire videtur.
29 Creditor ſciens rem ſibi obligatam alienari, & tacens animo decipiendi, habetur pro expreſſè conſentiente.
30 Creditores, qui proclamate admoniti fuerũt, rem pignoratam alienari, & tacuerunt, amplius eã petere nõ poſſunt. Quod declaratur procedere in præſentibus, & ſcientibus tantum, vt ibid. nu. 31.
32 Creditor, qui ſub aliqua conditione pignus alienari permiſit, ſi conditiones ſeruatæ non fuiſſent, non præſumitur ius ſui pignoris remiſiſſe.
33 Conſenſus ſub conditione præſtitus conditione non adimpleta non operatur.
34 Creditor conſentiens, pignus obligatum vendi ſub modo, vt ſibi ſatisfieret, ſi non ſit ſatisfactum, contra debitorẽ, non contra emptorem pignoris agere poterit.
35 Creditor conſentiens pignus alienare, cum proteſtatione, quod ius ſuum ſaluum ſibi remaneret, ſibi non præiudicat.
36 Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.
37 Creditor ſi accepit pignus in ſolutum proteſtando ſe id facere abſq; præiudicio iurium ſuorum, non extinguitur ius pignoris, caſu quo res euinceretur.
38 Creditor permittens pignus alienari, ita demum ſibi præiudicat, ſi venditio vera, non ſimulata ſequuta eſt.
39 Pupillus permittens rem ſibi pignoratam, abſque tutoris authoritate vendi, ſibi non præiudicat.
40 Creditor permittens debitori, vt pignus ſuum alteri obligaret, pignus remiſiſſe videtur.
41 Creditor permittens debitori vt pignus obliget, vnius tantum perſonæ gratia, quoad illam perſonam tantum pignus remiſiſſe præſumitur.
42 Mulier nunquam præſumitur pignoris obligationẽ permittere, niſi eius perſonæ reſpectu tantum, cui tunc obligatio fit.
43 Creditor inſtrumentum pignoris reddens debitori, ius pignoratitium remittere videtur.
44 Creditor reddens debitori inſtrumentum pignoris, non pignus ſolũ, ſed & principale debitum remittere videtur.
45 Creditor reddens rem pignoratam debitori, præſumitur pignus remittere.
46 Principali contractu ſublato, ius quoque pignoris cenſetur ſublatum.
47 Pignus eſt acceſſio, quædam ad principalem obligationem.
48 Acceſſorium ſine principali ſtare non poteſt.
49 Ius petendi hypothecam, non naſcitur, niſi cum potentia petendi debitum.
50 Teſtator ſi rem, quam pro legato pignori obligauerat, alienauit, pignus reuocaſſe videtur.
51 Res qualibet præſumitur vendi libera.
52 Pignus per ſuperuenientis dominium extinguitur.
53 Creditores ementes rem pignori obligatam inſolidum, pignus remittere præſumuntur.
54 Creditor accipiens rem pignoratam in ſolutum, pignus cenſetur remittere.
55 Creditor acceptans hæreditatem debitoris, ius hypothecæ, & pignoris cenſetur remittere.
56 Actio, & paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt.
57 Pignoris dominium reuocabiliter effectum creditoris, nõ facit præſumi, eum iuri pignoratitio renuntiaſſe.
58 Pignus per nouationem principalis obligationis ſublatũ cenſetur.
59 Pignora non pſumuntur repetita in obligatione nouatã.
60 Pignus ad hoc, vt tollat per nouationẽ, oportet quod in ea principalis debiti mentio fiat, & alia pignora non dentũ. Et quod obligatio, in quam prima per nouationem eſt tranſfuſa, ſit valida, vt ibid. num. 61.
62 Pignus non tollitur per nouationem neceſſariam.
63 Renunciatio pignoris, non inducit renunciationem principalis obligationis.

1 **Pignus** A creditore † debitori remiſſum nõ præſumitur, vt reſpondit Burſ. conſ. 32. nu. 38. per Bart. in l. quę dotis. nu. 22. ff. ſolut. matr. & in l. fi. C. de remiſ. pig. Celſ. Hugo conſ. 10. num. 5. Cuius rei ea ratio aſſignari poteſt, quia neſcio iuri ſuo
2 † renunciare pſumitur. l. ſi domus. ff. de ſeru. vrb. pręd.
3 & quia † remiſſio, & renunciatio nunquam factæ pſumuntur, imo ſemper facienda eſt interpretatio, vt euitetur remiſſionis præſumptio, vt latiſſimè tradunt Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfa. nu. 128. C. de reuoc. donat. Dec. in l. poſtquam liti. nu. 16. C. de pact. & conſ. 352. nu. 8. copioſè Crau. conſ. 251. col. penul. verſ. rurſus eccleſiæ, & conſ. 257. num. 4. & conſ. 242. nu. 6. & conſ. 290. colum. 2. ver. 4. non præſumitur. Pariſ. conſ. 36. nu. 36. vol. 3. Natta conſ. 78. in fi. Ceph. cõſ. 25. nu. 46. & 48. Ruin. conſ. 127. nu. 19. vol. 3. vbi di-
4 cit, quod potius præſumitur; † error etiã in facto proprio, quam iuris proprij renunciatio, facit. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pigno. act. ubi dicitur, quod quando ſumi poteſt alia interpretatio, quàm iuris proprij renunciatio, illa ſumi debet, quod etiam dicit Crau. conſ. 37. nu. 14. facit etiam pro hac cõcluſione, quia
5 † remiſſio donatio eſt l. Modeſtinus. ff. de donation.

Dec.

Digitized by Google

Dec. in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur. lattiſſimè Ti
raq. in dicta l. ſi vnquam, ver. donatione largitus, n.
6 243. C. de reuoc. dona. At donatio † nunquã præſumi-
tur adeò, vt potius fatuum, quem fuiſſe, quam dona-
re credatur. l. cum de indebito. ff. de proba. Bal. in l. ge
neraliter. C. de non num. pecu. & conſ. 189. Creditor,
in fin. vol. 4. & nos diximus in concl. donatio. Plura
videre potes infra, in concl. remiſſio, & renũciatio, &
demum hanc concluſionẽ noſtram tenuit Fran. Bal.
in tract. de pign. tit. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. ver.
pono. & Hugo Donel. in co. tract. c. co.

Cum igitur pignus remiſſum non præſumatur, vt à
nobis dictum eſt, illud tamẽ ſcire oportet, conſenſũ,
7 vel tacitum, & præſumptum † ſufficere ad hoc, vt quis
pignori vel hypothecæ renunciaſſe credatur. Ideoq;
ex illis coniecturis, ex quibus tacitus conſenſus colli
gitur, ex iiſdem etiam pignoris remiſſio præſumitur,
ita eleganter voluit Franc. Bald. in alleg. trac. de pig.
tit. quibus mod. pig. vel hyp. ſolu. col. 11. ver. dixi au-
tem ſola conuentione, & Hugo Donellus, in eo. trac.
eodem met tit. col. 4. nu. 9. verſ. tantum de voluntate
eius. vbi dicit, quòd ſi creditor aliquid faciat, ex quo
conſequutione quadam intelligi poſſit, eũ de non re-
tinẽdo diutius pignore cogitaſſe, remiſiſſe tunc illud
debitori præſumendum erit, & demũ ante hos omnes
id dixerat Negusan. in tract. de pign. in 3. membr. 6. p.
principalis. Ex quo plures modi ſequuntur, quibus pi
gnori renunciatum præſumitur, quos breuiter, ac di-
lucide referemus.

Primo igit. ex hac limitatione colligere poſſumus
8 quod ſi creditor † permittat pignus vẽdi, vel alio quo
uis modo alienari, pignus remiſiſſe præſumitur. l. ſi de
bitor. §. 1. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. vbi Vlp. ait, ſi
in vẽditione pignoris cõſenſerit creditor, vel vt debi-
tor hanc rẽ donet, vel permutet, vel in dotẽ det, dicẽ-
dum erit pignus liberari. Quod etiã dicit Martianus
in l. ſicut. §. ſi voluntate. ff. eod. tit. vbi ait iniuere fidẽ
facere creditorem, qui rem, quæ ſuo cõſenſu alienata
eſt, tanquam pignus ſibi adiudicari deſiderat. Idẽ di-
cũt Imperatores Seuerus, & Antoninus, in l. 2. C. de re
9 miſſ. pig. vbi inquiunt, ſicut pignoris † obligatio con-
ſenſu inducitur, ita & ſolo conſenſu diſſoluitur. Idẽ
ſtatuit Gordianus in l. cum te. C. eodem, & demũ pro
regula traditur à Caio, in l. creditor. ff. de reg. iur. Iaſ.
in l. ſi fundum per fideicommiſſum. n. 39. ff. de leg. 1.
ver. ſimiliter. Bartol. in dict. l. 4. §. ſi in venditione, &
in d. l. ſicut. §. ſi voluntate, & in l. fi. C. de remiſ. pign.
Romanã ita reſpondit in conſ. 140. Hæc venditio re-
rum, per totum, & conſ. 94. nu. 6. Idem conſuluit Bal.
conſ. 123. quidam Alexan. obligauit. per totum vol.
1. Card. conſ. 14. col. 3. quem adducit Illuſtr. Card. Al-
banus in addit. ad Bar. in dict. l. ſi debitor. §. ſi in vẽdi-
tione. Ang. & Bald. idẽ tenuerũt, in d. l. cum te. & l. fi.
C. de remiſſ. pig. & in d. l. ſicut. §. ſi volũtate, & in dic.
l. ſi debitor. & in l. Lucius. ff. quib. mod. pig. vel hyp.
ſol. Idem reſpondit. Natta, conſ. 474. num. 29. Rom.
conſ. 132. num. 3. Ruin. conſil. 64. num. 1. volumin.
4. Demum id tenuerunt Dec. & Cagnol. qui alios
quamplures allegat in d. l. creditor. nu. 118. ff. de reg.
iur. Neguſ. vbi ſupra, Balduinuſque, ac Donel. eum
ſequuntur in locis proximè citatis.

Ampliatur primo hoc, q dicimus ex venditionis
permiſſione pignus remiſſũ præſumi, vt habeat locũ,
10 non ſolum, ſi is, † cui facta eſt promiſſio, ſed ẽt ſi hæ-
res eius vẽdiderit. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quib. modis
pig. vel hyp. ſol. vbi Martianus ait, ſi debitori pigno.
venditio cõceſſa eſt, & hæres eius vẽdiderit, poteſt fa-
cti quæſtio eſſe, quid intellexerit creditor, ſed rectè ve
niſſe dicendum: Hæ enim ſubtilitates a iudicib. nõ ad
mittũtur. Hancq; ſententiam notant ibi Bar. & Ang.
qui dicit id maximè notandum eſſe, & Bal. ibid. Idẽ
Bart. in l. fi. C. de remiſſ. pig. Neguſ. vbi ſup. nu. 15. ver.
4. amplia. Balduin. & Donel. locis proximè citatis.

Ampliatur ſecundò, vt procedat non ſolum in pri
mò creditore permittente vendi, ſed etiam in alio, q
11 in eius locum ſucceſſit. l. Titius. §. fi. ff. eo tit. alle gat.
vbi Modeſt. ait, Titius Seio pecuniam ſub pign. fun-
di dederat, qui fundus cũ eſſet antea Reipublicæ ob-
ligatus, ſecundus creditor pecuniam Reipub. exſol-
uit, ſed Mæuius extitit, qui dicebat ante Rempublicã
ſibi fundum obligatum fuiſſe. Inueniebatur aũt Mæ-
uius inſtrumento cautionis cũ Republica facto à Se
io interfuiſſe, ac ſubſcripſiſſe, quo cauebatur fundũ
nulli alij obligatum. Quæritur, an actio aliqua in rẽ
Mæuio competere poteſt. Modeſtinus reſpondit, pi-
gnus cui is, de quo quæritur conſenſit, minimè eũ re-
tinere poſſe. Licet enim ſubſcripſerat tantum inſtru-
mento cautionis cum Republica celebrato, tamẽ. Se
iuri ſuo quoad Titium renunciaſſe præſumitur. cũ Ti
tius in Reipublicæ locum ſuccedat. Hoc Modeſtini
reſponſum ad id adducit Neguſantius vbi ſupra. nu.
16. & ante cum ex ipſo id adnotarunt Bartolus, An-
gel. & Bald. qui hoc exiſtimant eſſe memoriæ com-
mendandum.

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam ſi eadem res
12 poſtea ex noua † cauſa fuiſſet reacquiſita à debitore.
Nã ſi tibi Scyphũ aureũ pignori, vel fundũ Cor. hipo-
thecæ dederim, illudq; deinde ex tua volũtate aliena
uerim, deinde is ex noua cauſa, puta donatione, tradi
tione, emptione, aut ſocietate, aut huiuſmodi ad me
denuo peruenerit, non amplius dicendum erit pign.
obligationem redintegrari. Ius enim illud ſemel ex-
tinctum, reuiuiſcere non debet. l. ſicut. §. ſuperuacuũ.
ff. eodem titulo. vbi Martian. ait, ſuperuacuũ eſſe quę
rere ſi debitor pignus alienauerit conſenſu creditoris:
deinde bona fide redemerit, vel ad eũ aliquo modo
peruenerit, an pignoris ius reſtituatur, & illum tex. ad
hoc ibi notant Bar. & Ang. Neguſantius vbi ſupra. n.
21. Idem dicunt Cy. & Bart. in l. fi. C. de remiſ. pig. vbi
etiam latè Bal. & Bart. ibi inquit, quod qui neſciret il-
lam legem, ſemper reſponderet contra illum caſum.
Idem voluit Bellamẽ. conſ. 39. num. 20. latè Ruinus
conſ. 64. in princip. & paſſim. volum. 4. latè Beccius
conſilio 46. volum. 1. & conſilio 3. circa med. volum.
primo.

Declaranda tamẽ eſt hæc ampliatio, vt procedat,
quando ex noua cauſa ad debitorem res peruenit; ſe-
13 cus autem † ſi ex eadem cauſa, vel dependenti ab ea
res ad venditorem reuertatur, ita regula d. l. fi. decla-
rant Bal. Ang. & reliqui, ibi, & in d. §. ſuperuacuum.
Neguſan. vbi ſupra. Ruin. in d. conſ. 64.

Declaranda eſt ſecundo loco ampliatio, vt non p
14 cedat, ſi cõſtet † dolo malo factam fuiſſe venditionẽ,
nec effectum habuiſſe. Namq; ſi alienauerit debitor
rem pignoratam, ſi re vera a ſe nõ tradiderit, ac ipſe
in poſſeſſione remanſerit, aut ex alia coniectura cõ-
ſtet contractum ſimulatum fuiſſe, ac ad ſpeciem tan-
tum decipiendi creditoris gratia celebratum, ius pi-
gnoris non extinguetur, ita colligitur ex verbis Mar-
tiani, in d. §. ſuperuacuum. ibi, bona fide redemerit, &
paulo infra dicit, ſi pecunia ſoluta non ſit, doli mali
ſuſpicio inerit, tranſlata ad præſens tempus, vt poſſit
creditor doli mali replicationem obijcere. & ibi. not.
dd. omnes, tradentes, deinde ex quibus iſta contractus
ſimulatio probari poſſit, quæ hic fortaſſe aptè cadere
poterant, niſi nos illã dedita opera omittere vellemus,
nec ea, quæ à nobis tradita ſunt ſupra, in concluſione,
contractus ſimulatus, volum. 1. inani labore, hic repe
teremus, tantum ſufficit allegare Ruin. qui id ſatis fu
sè tradit, & per hoc ad factũ quæſtionem reſpondit in
d. conſ. 64. ferè per tot.

15 Ampliari poteſt hæc declaratio, vt procedat † etiã
ſi in inſtrumento appoſita ſit clauſula conſtituti. Nã
& hoc caſu nõ ſequuta actuali traditione contractus
ſimulatus præſumetur: omninò enim vera, & actualis
traditio requiritur. Bartol. in dicto §. ſuperuacuum,

num.5. quem ſequitur Ruin.alleg.conſ.64.num.2.ex conſtituto enim non tollitur ſimulationis præſumptio.Bart.in l.poſt contractum.ff.de donat.in conſil. ſuo,quod incipit.Petr.Nic.Bal.in l.1. per illum text. C.de ſuffrag.diximus latè ſup.in d.concluſ.contractus ſimulatio,vbi omninò videndum eſt.

Ampliatur quartò, vt procedat ſiue liberè alienan
16 di, ſiue ſimpliciter † alienandi poteſtatem creditor conceſſerit, vtroq. enim modo pignori renunciaſſe præſumitur,ita reſpondit Natt.conſ.474.nu.29.in fi. Nam ſi ſimpliciter alienandi poteſtatem creditor conceſſerit,videtur eum non liberè alienandi,ſed cum grauamine ſui pignoris, vel hypothecæ,poteſtatem dediſſe,contrarium tamen decidit Natta,&
17 rectè,ſemper enim res libera † vendi præſumitur. Bal. in l.2.C. de remiſſ.pign.& in l.ex prædijs.poſt gloſſ. ibi.C.de euict.& in rub.C.de contrah.empt.in 6.q. gl.in l.ex prædijs,& in l.cum venderes.ff.de contrah. empt.& in l.pen.ff.de euict.vbi adducit.l.in venditione.ff.de act.empt.Flor.in l.ſi arborem.per illum tex. §.hæc lex.ff.de ſeruit.vrban.præd.quos omnes adducit,approbatq; Natt.conſ.330.nu.1.vbi per hoc concludit,quod teſtator pignus de ſe cõſtitutum alienãs præſumitur illud reuocare.de qua re infra dicemus.

Ampliatur quintò, id quod diximus, vt procedat
18 etiam ſi † debitor, qui ex voluntate domini pignus alienauit,nondum tradiderit.Nam cum teneatur debitor,& coq; poſitus ad tradendum,non poteſt dici vẽditionem veram non interceſſiſſe.l.ſicut.§.ſi debitor. ff.tit.alleg.vbi Marcianus ait.Cum ex empto iam teneatur venditor,pignus extingui.Idque ibi not.Bart. Ang.& Bal.& not.per glo.in l.ſi debitor.§.quæritur. in verbo impediat,eo.tit.Negus.vbi ſup.nu.21.verſ. 10.amplia.ſed id repugnare videtur eis, quæ à nobis dicta ſunt in 3.ampl.cum ſecunda eius declaratione, qua dicebamus, pignoris ius teſtitui, ſi dolo malo alienatio facta ſit, veputa ſi non ſequuta ſit traditio, ampliauimus etenim,vt hoc procederet,etiamſi conſtituiſſet venditor ſe nomine emptoris poſſidere, ex ſententia Bart.in d.§.ſupertracuum,& Ruin.in d.cõſ. 64.Verum illud intelligi oportet, quando concurrũt aliæ ſimulationis coniecturæ,veluti ſi conſtituerit ſe eius nomine poſſidere,deinde per lõgum tempus retineat poſſeſſionem,& tradere ſuperſedeat, adeò qđ doli mali inde emergat ſuſpicio, idq; perſpicuè ſentit Ruinus: Non enim ſimpliciter ait ẽt per clauſulã conſtituti, non liberari pignus, ſed quod ea clauſula ſimulationis ſuſpicionem omninò non tollit. Idque & ſentire Bart.apparet, loquitur enim de probãda ſimulatione contractus. At ſi quis nulla alia fraudis ſuſpicione intercedente ſe nomine alterius conſtituat poſſidere, adhuc tamen non tradiderit,nõ erit dicendum ſimulatam venditionem præſumi, ſicq; procedat, quod in hac ampliatione à nobis dictum eſt.

Limitandum eſt nunc,ac reſtringendũ plurib.modis id,quod diximus,creditorẽ conſentientem alienationi factæ per creditorẽ,pignus remiſiſſe præſumi,ac in
19 primis ſciendũ eſt expreſſum † conſenſum requiri ad hoc,vt quis alienationi conſentire dicatur, & ideò ſi non interueniat expreſſus conſenſus,nullo modo pignus remiſſum fuiſſe præſumetur.l.ſicut.§.non videtur ff.eo.tit.vbi Mart.ait,non videri creditorem conſenſiſſe,ſi ſciente eo res vendita ſit,cum fortaſſe creditor paſſus ſit rẽ venire,idcirco,quia ſciebat vbiq; ius ſuũ ſaluum ſibi remanere.Idq; ibi notãt Bart.Ang.& reliqui ſcribentes.Negus.vbi ſup.nu.23.Idẽ dicit Burſ. conſ.32.n.38.vbi ad id adducit Boer.q.23.n.9.& Iac. Concenat.q.iur.lib.4.c.19.nu.15.Idẽ voluit Caſtr.in l.ſerui electione.§.fi.ff.de leg.1.& Alber.de Roſ.in l. ſi domus.§.fi.eo.tit.quos allegat Boer.vbi ſup.Idem voluit Franc.Balduin.in d.tract.de pignor.alleg.tit. quib.mod.pig.vel hypothe.ſoluit.verſ.conſenſiſſe autem.Idem ſentit Dec.in d.l.creditor.num.1.vbi dicit,quod ſi creditor eſſet præſens,& non contradiceret,non tamen ex hoc conſenſiſſe præſumeretur,niſi expreſsè id diceret,adducit Bart.in l.fin.C.de remiſſ. pign.& ea,quæ habentur per Alexand.poſt Bartol.& communiter cæteros DD.in l.quæ dotis.circa fi.ff. ſol.matr.vbi plenè tractatur,quando quis conſentire præſumatur,quod & nos diximus in concl.conſenſus,& in concl.patientia.Idem ibi ſentit Cagn.qui rationẽ reddit,quia creditor etiam ſi taceat,tamẽ cum ſciat ſaluum ſuum ius ſibi eſſe,non ſibi præiudicauit,quæ ratio redditur à Martian.in d.§.non videtur,vt ſupra dictum eſt,adducit etiam Fely.in c.eccleſia.col.9.de conſtit.Iaſ.in l.emancipata,in 1.notab.C.qui admit. & in auth.ex cau ſa.col.pen.& fi.C.de lib.præter.

Adeò autem conſenſus expreſſus in alienatione facit præſumi renũciationem hypothecæ,vel pigno
20 ris, vt etiam ſi mulier † expreſsè conſenſerit marito bona ſibi hypothecata alienanti, per hoc hypothecam remiſiſſe præſumatur.c.paſſoralis de dona.l.qui tabernas argentarias.ff.de contrah.empt.l.vxor patrui.C.de leg.Caſt.in l.ſerui electione.§.fi.ff.de leg.1. Alber.de Roſ.in l.ſi domus.§.fin.ff.eod.tit.Iaſ.in l.ſi. ſol.183.colum.4.verſ.Hanc concluſionem C.de iure emphyteutico,cum aliis adduct.per Corſer.de petit. reg.q.5.ex quo iſtas allegationes deſcripſit,& retulit in ſuis deciſionib.Boer.q.23.nu.9.& eum retulit,& ſequutus eſt Burſat.d.conſ.52.nu.38.

Declaratur tamen hæc ampliatio, vt non proce
21 dat,quando maritus † alia bona non haberet,ex quibus mulieri ſatisfieri poſſet: tunc enim etiam expreſſè conſentiendo ſibi non præiudicat,niſi iuramentũ mulieris appoſitum fuiſſet in renũciatione, vel vxor dixiſſet ſe certum habere, quod maritus habet alia bona, vnde ſibi poſſit ſatisfieri.cap.cum contingat. extra de iur.cap.licet mulieres.cod.tit.lib.6.auth.ſiue à me.C.ad Velleian.vbi Alber.de Roſ.& hæc iura adducit,& ſequitur Boer.d.quæſt.23.num.9.& poſt eum id voluit Burſat.d.conſil.32.num.38.& 39.Bart. & DD.in d.auth.ſiue à me,& in l.iubemus.Cod.ad Velleian.Imol.in cap.peruenit.in gl.in 4.colum.de emptio.& vendit.& ita decretum fuiſſe in Sacro Conſilio Neapolitano teſtatur Affli.deciſ.311.312.& 313. per ea,quæ ibi ipſe latè tradit.Pariſ.conſ.119.vol.1. num.16.Mandoſ.137.vbi poſt Roman.ibi videtur innuere, quod ſufficit tempore renunciationis fuiſſet tot bona,vnde ſatisfieri mulieri poſſet.Nam ſi poſteà deſinant eſſe,id non præiudicabit ei, in quem renunciante muliere eius hipothecæ,alienatio facta eſt, & id quoque dixit Caſtrenſ.in l.Meuia.§.fi.ff.ſolut. matrimon.vbi etiam dicit probandi onus incumbere mulieri non fuiſſe tot bona tempore renunciationis,ex quibus ſibi ſatisfieri poſſet.ſed Imo.in d.c.peruenit.in 4.col.in gl.de empt.& vend.dicit, quod requiritur,quod etiam tempore,quo agitur ſit in facultatibus viri,& hanc opinionem, vt æquiorem fauore dotis probat Affl.d.deciſ.313.per tot.

Animaduertendum autem eſt, non ſolùm conſenſus verbis nominatim,& diſertè expreſſus inducit
22 renunciationem,ſed etiam is conſenſus,qui ex certis ſignis,& coniecturis colligitur. exemplum eſt in d.l.ſicut.§.non videtur ff.quib.mod.pignus,vel hypothe.ſolu.vbi Marcian.ait,ſi quis ſe ſubſcripſerit tabulis emptionis,& venditionis,conſenſiſſe videtur,ecce hic non apparet de expreſſo conſenſu, attamen conſenſiſſe dicitur ex facto ſuo, quo inducitur renũciationis præſumptio.Idque ibi not.Bart.& Bal.in d. tract.de pig.d.tit.ſæpius allegato.ver.conſenſiſſe autem; quoniam tamen hæc non eſt probatio concludens,admittitur probatio in contrarium,poteſt enim
23 ſe, vt teſtis,vel vt notarius ſubſcripſiſſe,quo caſu † nõ induceretur renunciationis præſumptio.l.Caius.ff.de pig.act.gl.& Bart.in d.l.ſicut.§.non videtur.Balduin. in loco nuper allegato.

Subli-

Digitized by Google

Sublimitatur autem hæc limitatio, vt nõ procedat
24 fauore libertatis. Nam † ſi ſeruum pignori tibi obligatum te ſciente manumiſero, etiamſi non expreſsè conſenſeris, tamẽ ex ſcientia ſola præſumitur pignoris remiſſio, & libertas tenebit. ita ſtatuerunt Imp Seuerus, et Antoninus, in l. 1. C. de remiſ. pig. vbi gl. quæ dicit ſecus eſſe, ſi ſeruus alio modo, quam manumittendo ex bonis debitoris exiret, veluti ſi venderetur, vel in ſolutum daretur: fauore etenim libertatis id introductũ eſt. Idẽ dicit gl. in l. Caius. ff. de pig. act. quã adducit Bal. in d. l. 1. & hanc opinionem comprobat etiam Bart. in d. l. ſicut. §. non videtur, et in l. fin. C. de remiſ. pig. Neguſ. vbi ſup. nu. 23. verſ. iſta autem regula. Rom. et Alex. in l. quæ dotis. nu. 27. ff. ſol. matr.

Sublimitatur ſecundò hæc limitatio, vt non proce-
25 dat fauore religionis. Nam † ſi ſeruus, in quo ius pignoris habebam, me ſciente, & patiente fuerit donatus Eccleſiæ, videor conſentire, auth. ſi ſeruus ſciente domino. vbi Saly. C. de epiſ. et cler. c. ſi ſeruus. 54. diſt. Bal. in l. 1. C. de remiſ. pig. Neguſ. vbi ſup. nu. 23. ver. 2. reſtringitur. Bart. in d. l. fi. et in d. §. non videtur. Rom. & Alex. in d. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim.

Ampliantur aũt hæ ſublimitationes, vt procedant
26 etiam fauore cuiuſcunq; piæ cauſæ. Nã in eis ex † patientia, & ſcientia conſenſus præſumitur, ita tex. in d. l. 1. loquentem de libertate, extendit Bal. ibi, quem ſequitur Bart. in d. l. fi. & d. §. non videtur. Alex. in d. l. quæ dotis. poſt Rom. ibid. Cuius rei ea ratio eſt, quia
27 quod fauore † libertatis introducitur regulariter ad quamcunq; piam cauſam extenditur, vt colligitur ex Bal. in d. l. 1. C. de rem. pi. et in l. 2. cir. prin. C. de fideicom. liber. et in l. ſi iure. C. de manumiſ. teſtam. Bart. in l. ſi vnus. C. de teſtam. & in l. Titio vſusfruct. §. fi. ff. de cond. et demonſ. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falc. cum alijs pluribus, quos vide apud Euerar. in cẽturia ſua in loco de libertate ad piam cauſam.

Sublimitatur tertiò iſta limitatio, vt non procedat
28 fauore fiſci. Nam, ſi fiſcus alicuius † bona occupauerit, et ſcyphum aureum, vel fundũ, Titio pignori obligatum alienauerit, Titio ſciente, et tacente pignoris ius remiſiſſe videtur. Nam fauore fiſci, tacens cenſet conſentire, ita ſtatuunt Impp. in l. hypothecas. C. de remiſ. pig. vbi dicunt fidem haſtæ fiſcalis facilè conuelli non debere, idque ibi etiam dicunt Saly. et Bal. Bart. in d. §. non videtur, et in d. l. fi. C. eo. tit. Alex. in d. l. quæ dotis. nu. 27. verſ. 2. fallit. ff. ſol. matr.

Sublimitatur quartò, vt non procedat limitatio,
29 quando quis tacuiſſet † animo decipiendi, tunc enim ex illa ſola taciturnitate pignoris ius remiſſum præſumitur. l. ſi fine. §. 1. C. ad Velleian. vbi Imp. ait, ſi mulier viro alienante bona, in quibus habebat hypothecam, tacuerit, animo decipiendi eum, à quo maritus mutuuam pecuniam accipiebat, ex illa taciturnitate induceretur pignoris remiſſio, et S. C. Velleiano nõ iuuabitur, quo infirmitati non calliditati mulierũ conſulitur, idq; ibi notant Bal. et Sal. Idem dicunt Imp. in l. mulier. C. de diſtr. pig. vbi etiam notatur id à Sal. et reliquis ſcribentibus. Idem vult Bart. in d. §. non videtur, et Alex. poſt Roman. in d. l. quæ dotis. num. 27. verſ. 3. quando taceo. Neguſan. vbi ſup. num. 25. verſ. quarto reſtringitur.

Sublimitatur quintò hæc limitatio, vt non proce-
30 dat, quando creditores † proclamare admoniti fuiſſent, quod pignorata res vẽdebatur, et tacuerint, nec contra dixerunt: tunc enim pignus remiſiſſe videtur. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pigno. vbi id notant Bart. Bal. et Sal. Idem Bart. in d. §. non videtur. Neguſ. vbi ſup. nu. 25. verſ. 5. fallit. Alex. in d. l. quæ dotis.

Declaratur tamẽ hæc limitatio, vt procedat in præ
31 ſentibus, et ſcientibus, ſecus † in abſentibus, vel aliàs ignorantibus, quia illis tale proclama non nocet, ſed ſunt ſingulariter citandi, vt volunt gl. et poſt eã ibid. id latè tradit Bal. in d. l. ſi eo tpe. ver. an iſti creditores.

Limitatur ſecundò loco, id quod diximus per venditionem conſenſu creditoris factam præſumi pignoris remiſſionem, vt non procedat, quando creditor
32 adieciſſet aliquas qualitates, quæ † ſeruatæ non ſunt. Nam tunc non præſumitur pignus remiſſum, exemplum eſt in d. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluit. vbi Marcianus ait, ſi creditor permiſerit debitori, vt pignus venderet, ille aũt donauerit, creditori conſenſum illum non nocere, ibiq; id notant Bart. Ang. et Bal. Neguſ. de pignorib. mẽb. 3. par. 6. num. 26. eodemmẽt modo ſi creditor permiſerit pignus vendi, ſub hac conditione, ſi ſibi ſatisfaceret de pretio, et deinde non ſit ſatisfactum, nõ præ-
33 ſumitur pignus remiſſum, quia † conſenſus ſub conditione præſtitus eſt, nec eſt adimpleta cõditio. Ideo creditor agere poterit contra debitorem, & eius hæredem, & etiam emptorem pignoris, ſi verò non ſub
34 conditione, ſed ſub modo † ſimpliciter permiſit pignus vendi, vt ſibi ſatisfieret, tunc ſi non ſatisfiat ſibi contra emptorem pignoris agere non poterit: contra ipſum debitorem, & eius hæredẽ poterit, quia pignus hoc caſu omnino remiſiſſe, non ſub conditione præſumitur. ita verba Marciani, in d. l. ſicut. §. illud. ff. eo. tit. interpretatur Bart. & Accurſ. ibi, quos Neguſ. ſequitur vbi ſup. num. 31. verſ. 10. fallit. eodemmet modo ſi creditor intra annum, vel biennium vẽdere permiſerit, ſi vendatur elapſo tempore conſtituto, nõ inducetur remiſſio pignoris: omnino enim voluntas creditoris in conſenſu præſtando expreſſa ſeruari debet, ne contra voluntatem ſuam, cuiquam ius ſuum auferatur, id notant glo. Bart. & reliqui ſcribentes ex verbis expreſſis Marciani, in d. l. ſicut. §. pe. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolui.

Limitatur tertiò, vt non procedat, quando quis nõ
35 ſimpliciter conſenſit, ſed † cum proteſtatione, quod ius ſui pignoris ſaluum remanere volebat. l. ſi debitor. §. ſi in venditione. ff. quib. mod. pig. vel hypoth.
36 ſoluit. & ibi Bart. poſt Dyn. & glo. dicit hanc eſſe † virtutem proteſtationis, vt conſeruet ius proteſtantis. Idem ibi dicit Ang. gl. & Dec. in d. l. creditor, num. 1. verſ. 2 regula. ff. de reg. iur. & ibid. Cagn. Bal. cõſ. 123. Quidam Alex. obligauit. vol. 1. Rom. conſ. 94. Viſis his, quæ narrantur nu. 7. Soc. ſen. conſ. 46. nu. 18. vol. 4. quos omnes adducit & ſequitur Neguſ. loco alleg. nu. 26. ver. 3. fallit. Idem voluit Rom. conſ. 140. Card. con. 14. col. 3. quos adducit Illuſtr. Card. Alba. in addit. ad Bart. in d. §. in venditione faciunt ad hanc limitationem, ea quæ adnotat Bero. conſ. 46. nu. 10. cũ ſeq. vol. 1. vbi dicit, ꝙ etiam ſi re pignora data in ſolutum creditori, ius pignoris extinguitur ſimul cũ obli-
37 gatione fideiuſſoria, tamen ſecus quando † creditor eſt proteſtatus ſe accipere abſq; præiudicio iuriũ ſuorum, caſu quo res euinceretur: tunc enim ius hypothecæ in bonis, nec obligatio fideiuſſoria extinguuntur. alleg. Bart. & alios in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. Bal. Sal. & omnes poſt glo. ibi, in c. libera. C. de ſenrẽ. & interloc. omn. iud. Idem voluerunt Bal. & Sal. in l. 1. in 3. oppoſ. per illum text. C. ſi antiq. cred. cum cæteris, quæ Bero. ipſe loco iam alleg. cõgerit, quæ apud ipſum videre potes.

Limitantur quartò, ea quæ diximus, vt procedant,
38 quando venditio † verè ſequuta eſt, & ab ea perſona cui conceſſit creditor, & effectualis, non ſimulata. Id colligitur ex verbis in l. ſi debitor. §. quæritur, ſi fortè. ff. quibus mod. pignus. vel hypoth. ſol. vbi dicit, quòd ſi venditio non ſit, aliqua fortaſſe iuris ſolemnitate omiſſa, tunc pignoris ius non præſumitur remiſſum, ſed durat. Idem elicitur ex verbis Imperatoris in l debitum. Cod. de remiſſ. pigno. vbi habetur, quòd ſi remiſerim tibi debitum, & remiſſio non valuerit, remiſſionem reuocari, & nõ nocere remittenti. Hoc tenuit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. queſ. ff. de verbor. obligat. vbi dicit, quod ex

permiſſione de alienando non paratur præiudiciū, niſi ſequuta alienatione, quā adducit, ſequiturq; Rui. conſ.64 nu.2. verſ.& ideo in propoſito, vol.4. faciunt not. per eundē Bar. in l. poſt legatū, in princ. ff. de his, quibus vt indignis. Idē etiā adnotarunt Bar. Ang. Bal. & reliq ſcribētes ex d. §. quæriſ ſi fortè, & ex. d. l. debitū. C. de remiſ. pign. Neguſa in loco pluries allegato. n.27. verſ.4. fallit. Idem tenent Dec. & Cagnol. in d. l. creditor. ff. de reg. iur. Idē dicit Bar. in l. ſicut, §. ſi volūtate, ꝑ illū tex. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſoluit. & in ead. ſicut. §. ſuperuacuum, & in l. fin. C. de remiſ. pig. quibus locis concludit, ꝙ ſi nō vera alienatio, ſed ſimulata, & fictitia intercesſerit, Pignus nō remittitur. Quod etiā procedit ſi conſtituerit ſe nomine emptoris poſſidere, niſi de fructibus ei reſpōderit, quod qūo procedat latè explicat Rui. d. cōſ.64. & nos attigimus ſup. in hac eadē concl. 3. & 5. amplia. aptè elimit. eo dēmet mō, ſi non debitor vendiderit, ſed alius, qui ab eo rē accepit, pignus non extinguitur, qa non eſt verè ſequuta alienatio ab eo, cui creditor conceſſit. Præſumitur enim creditor perſonæ, non rei conceſſiſſe, vt alienare poſſet, vt inquit Iuriſcon. & ibi id notāt Bar. & reliqui in l. ſicut. §. pen. ff. tit. iam alleg.

Limitantur quinto ea, quæ diximus, vt procedant, quando conſenſus præſtitus eſt ab eo, qui ſibi conſē-
39 tiendo præiudicare poterit, ſecus autem ſi conſenſerit is, qui præiudiciū ſibi parare ex conſenſu illo non poteſt. Qua propter ſi pupillus ſine tutoris auctoritate rem ſibi pignori obligatam alienari permiſerit, dicēdum erit pignoris ius per talem alienationē nō extingui. Ad hæc ſi ſine ſpeciali mādato ſimplex procurator non omnium bonorum conſenſit, idem dicendū erit. Id dicitur in l. ſi cōſenſit, vbi id notant Bart. ceterią; ſcribentes. ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſoluit. Præterea ſimile eſt de filiofamil. & ſeruo, qui non poſſunt rē, quam pignori acceperunt ex cauſa peculiari remittere l. ſicut. §. an paciſci. ff. eo. titul. Neguſ. in d. tract. alleg. membro, & par. nu. 24.

Diximus ſupra in prin. huius cōcluſionis, plures modos eſſe, ex quibus quis pignori renuntiaſſe præſumitꝰ, ac explicauimus ſatis copioſè, quando ex cōſenſu præſtito vēditioni pignoris per creditorē huiuſmodi remiſſionis præſumptio inducatur: nunc aūt aliqua, ad illam concluſionem pertinentia explicare oportet.

Secundo igitur, ſi creditor permiſit debitori, vt rem
40 ſibi pignori obligatam, alteri obligaret, præſumitur pignori renūtiaſſe. Id colligit ex l. Paulus reſpōdit, in prin. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſoluit. vbi gl. & Bar. id declarant. Idē voluit Bar. in l. fi. C. de remiſ. pign. gl. in l. creditor. §. ſi. qui pot in pign. habeant. & in l. 3. C. de remiſ. pign. vbi latè id tradit Sal. Neguſan. vbi ſupra nu. 13. verſ. 3. amplia.

Declarandum tñ eſt id, quod diximus, hac diſtin-
41 ctione adhibita. Nā ſi creditor† vnius certæ perſonæ gratia cōceſſit debitori, vt pignus obligaret, reſpectu eius perſonę tantū pignus remiſiſſe præſumetur, ſecus autem ſi ſimpliciter permiſiſſet. Nam tunc cuicunq; debitor pignus obligauerit, ius pignoris extinguetur
42 quo ad permittentem, niſi† mulier ſit ea, quę permittit, quo caſu nunquam niſi perſonę illius reſpectu, cui tunc obligatur, permiſſio obligandi facta intelligiť, vt concludit Bar. in l. fi. C. de remiſ. pign. Ita diſtinguēdo conciliat gl. contrarias Sal. in d. l. 3. C. eo. tit. quem approbat per omnia Neguſ. vbi ſup. nu. 13. & 14.
43 Tertio creditor† chirographum, vel inſtrumentū, aliamvè ſcripturam, in qua pignoris obligatio contineatur, debitori reddēs, præſumitur ius illud pignoratitium remittere. l. credittricē, vbi id not. Bal. C. de remiſ. pign. Neguſ. vbi ſupra num. 19. Bart. & poſt eum latè Iaſ. in l. Labeo. ff. de pact. Balduin dicto trac. de pact. tit. quibus mod. pign. vel. hyp. ſoluit. verſiculo ſi
44 creditor chyrographum, nec ſolum pignus† per iſtā traditionem, ſed etiam debitum principale remiſſum præſumitur. l. 2. & 3. ff. de liber. leg. DD. præcipuè Iaſ. in d. l. Labeo. ff. de pact.
45 Quartò ſi rem pignoratā creditor † reddat debitori, pignoris ius remittere præſumitur, ita tenēt Alber. & Rayn. adducti à Iaſ. in d. l. Labeo. col. 2. ver. Itē pōdera, & idē probat gl. & Bar. ibi. Iaſ. in l. ſi tibi hō, col. 3. verſ. in gl. 2. nu. 16. ff. de leg. 1. & oīno tenendum, dicit Neguſ. vbi ſup. nu. 20. verſ. ſed meo iudicio, vbi reprehendit Iaſ. qui contrarium tenuit, in d. l. Labeo, n. 13. Idem tenuit Baldui. in loco proximè citato.
46 Quinto principali cōtractu † ſublato ipſum quoq; ius pignoris remiſſum præſumitur. ita reſpōdit Natta cōſ.416 n. 11. vol. 2. Cuius rei ea ratio eſt, quia pignus
47 † eſt acceſſio quędam ad principalem obligationē. l. itē liberatur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſoluit. l. cōtra.
48 ff. ea. tit. & acceſſio† ſine principali ſtare non pōt. l. cū principalis. ff. de reg. iu. c. acceſſoriū. de reg. iu. in. 6. Ad quod faciunt etiam ea, quę tradit idē Natt. conſ.426. n.3. eo. vol. vbi dicit, quod hypotheca, quę eſt acceſſoria nō debet ampliare ius principalis obligationis, & infra ſubiicit, quod ſtatim ac offertur id, quod debetꝰ, ſoluitꝰ pignoris obligatio. l. Paulus. §. q pignoris. ff. eo. tit. l. cum ſecundus. ff. de diſtra. pign. cū alijs pluribus adduct. ibi per eum, faciunt ēt ea, quę dicit idē Natt. conſ.398. n.2. vbi dicit, quod ius petendi hypothecā
49 non naſcitur, niſi† cum potētia petendi debitū. l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ex quib. omnibus clarè patet, cū pignus ſit acceſſio ad principalem obligationē ipſa obligatione remiſſa, pignus quoque remiſſum præſumitur.

Sexto ſi teſtator legauerit cētum Sempronio, & ꝓ eo legato obligauerit illi pignori aliqd, ſi teſtator id
50 poſtea † alienauit, ipſum ius pignoris, ꝙ in ea re cōſtituerat reuocare præſumitur, ita reſpondit Natta, cōſ.330. per totum vol. 2. Cuius rei eam rationem ad-
51 ducit, quia quælibet † res præſumitur vēdi libera. Bal. in l. ex prędijs, poſt gloſ. ibid. C. de euict. & in rubr. de cōtrah. emp. in 6. q. vbi adducit glo. in l. ex prædijs, & in l. cum venderes. ff. de contrah. emp. vbi gloſ. alleg. ad hoc tex. in l. in vēditione. ff. de act. emp. & in l. pe. ff. de euict. Flor. in l. ſi arborem. §. hæc lex, per illum tex. ff. de ſeruit. vrb. præd.
52 Septimo alia regula ſuccedit, quòd† ꝑ ſuperueniēs dominiū extinguitur hypotheca, vel pignus, ꝙ quis in re, cuius dominiū acquiſiuit, habebat extāte. §. latinus. ff. de excep. rei iud. l. debitor. ff. ad Treb. Cin. in l. 1. C. ſi antiq. cred. Ang. in conſ.208. Andreas Signi. nu. 2. Idem tenent. Bart. in d. l. debitor, & Alc. in l. ita tamen. §. ſi. ex Trebel. ff. ad Trebell. Idem tenet Neuiz. conſ.69. nu. 15. ex quo ſequitur.

Primo, quòd ſi duo creditores ēmant rē pignori ſi-
53 bi obligatam inſolidum, † pignus remittere præſumūtur. l. Titius, in princ. ff. quibus mod. pig. vel. hyp. ſol. quē text. ad id adducit glo. in l. qui Romę. §. duo fratres, in verbo proponūtur. ff. de verb. oblig. Idq; vult etiam Iaſ. in d. §. duo fratres, n. 11. poſt. Bar. ibi. in 4. oppoſ. & in 12. quæſt. idē Bar. in d. l. Titius Bero. cōſ. 64. nu. 11. vol. 1. Quod de duob. creditor. emeunb. dicitꝰ, idem quoque de vno tantum creditore emente rem ſibi pignoratam dici poteſt, vt ex Neuizano, & Angelo in locis nuper allegatis colligi facillimè poteſt. Idem tenet per omnia Neguſ. vbi ſup. nu. 10.

Secūdo ſi res data ſit creditori à debitore in ſolutū
54 illo accipiente præſumitur † pignoris ius, ꝙ in illa re habebat remittere, adeò quod amplius hypothecaria agere non poſſit, Bar. in l. ſi quis alium. ff. de ſol. Bart. Bal. Saly. & reliqui ſcribentes, in l. libera. C. de. interloc. omn. iudic. cum alijs quamplurimis allegatis per Bero. conſ.46. nu. 3. & poſt nu. 10. uol. 1.

Tertio ſi creditor à debitore hæres. inſtitutus ſit, &
55 adiuerit hęreditatem, præſumitur † renūciaſſe pignori, vel hypothecę, quā in aliquo bonorū, vel oībus illius bonis habebat. l. debitor, vbi hoc notāt Bart. Ale.

Caſtr.

Digitized by Google

Caſtr.& reliqui.ff.ad S.C.Treb.Idem voluit Alex.in
l.ita tamen.§.ſi ex Trebel.nu.3.eod.tit.Rom.conſil.
276.viſis dubijs propoſiti thematis,in ſecundo dubio
nu.1.Soc.ſen.conſ.44.Non parua difficultas. col.fin.
vol.5.Dec.poſt Bal. & alios in l.debitori. C.de pact.
vbi dicit; quod vbicunq; creditor ſuccedit debitori,
actio confunditur,cum nemo ſui ipſius creditor, vel
56 debitor eſſe poſſit:actio enim, & paſſio† in eodē ſub-
iecto eſſe non poſſunt,vt not.Bal.in l.ſi vxor,in 2.no.
C.de bon.auct.iud.poſſid. Idē tenuerunt Bened.Cap.
conſ.28.cum viſo,in 2.dub.col.2.Bertr. conſ.247.nu.
7.vol.1.conſ.57.num.3.vol.2.conſ.302.col.fin.num.
13.verſ.in ſecundo verò caſu.vol.3.idem dicit Pariſ.
conſ.69.nu.40.vol.2.& conſ.25.nu.64. eod. vol. De-
mũm id etiam tradunt Ruin.conſ.17.nu.16.volu.1.
& Rol.à Val.conſ.65.nu.15.vol.2.

Id tamen declarandum eſt,& limitandum,quod ſi
res,quæ peruenit in dominium creditoris, irreuoca-
biliter peruenit,tunc omninò pignori, vel hypothe-
cæ renuntiaſſe præſumitur, adeò quòd poſteà nihil
ei proſit aduerſus creditores hæreditarios, niſi inuen-
57 tarij beneficio acceperit hæreditatem. At ſi † reuoca
biliter res dominio creditoris acceſſerit,ſiue inuenta-
rium confecerit,ſiue non confecerit, tunc renuntiaſ-
ſe non præſumitur,ſed adhuc ius pignoris durat,etiā
ſi eſſet proteſtatus, quòd faceret ſaluo iure ſuo. Hæc
ſunt ea,quæ tradit Bart.diſtinguendo, & quem ibi ſe-
quendo approbant ſcribentes * omnes in d.l.debitor.
ff.ad Treb.Soc.iun.conſ.57.num.7.vol.3.Alexā. in l.
ita tamen.§.ſi ex Trebell.num.3.ff. ad Treb. & ibidē
Caſtrenſ.Soc.ſen.d. conſ. 44. Non pauca difficultas.
vol.3.Bal.in d.l.ſi vxor.C.de bon.auct.iud. poſſi. Ca-
ſtrenſ.conſ.164.viſa facti narratione.col.1 Cap.con-
ſil.150. Alex.conſ.124. viſo in fi.vol.7. cum alijs plu-
rib.adduct.per Pariſ.d.conſ.25.num.63. et 64.et cōſ.
69.nu.40.vol.2.latiſſimè id tradit Bero. conſ. 46. nu.
31.volum.1.et ita declarant Salyc.& Bal. poſt gl.ibi,
in l.1.C.ſi antiq.credit.Bart.in l.qui à debitore.ff. qui
potio.in pig.hab.cum pluribus, alijs ibi adductis per
eum.Idem tradit Dec.poſt Bal.& reliquos in d. l. de-
bitoris.C.de pact.Rom.in d.conſ.277.viſis dubijs pro-
poſiti thematis,in 2.dub.& ibi Mando.in add. plures
adducit maximè Bertran.in locis ſupracit.qui id pul
chrè,& latè confirma.Gig.de penſion.nu.8. in fin.q.
49.Idem latè tradit Ruin. conſ.17.num.7. et demum
ne in tam clara re plures allegādo inſiſtam * commu-
nem opinionem dicit Rolan.à Vall. dict. conſil.65.
num.15.volum. 2.

58 Octauò, ſi per nouationem † prior obligatio, cui
pignora acceſſerant,in aliam transfundatur, niſi ex-
preſsè, et diſertis verbis, in ſecunda obligatione no-
ua nec primam expreſſum fuerit, vt pignora pro hac
quoque obligata ſint, pignora remiſſa præſumentur.
59 Nec † enim pignora præſumuntur reperita in obliga-
tione nouāte.l. nouatione.ff.de nou.l. ſolutū.in prin.
ff.de pig.actio.Neguſan.in loco pluries ſupra allega-
to.num.1.Idem voluit Alex.in d. l. ſolutum, vbi dat
cautelam ad liberandum pignora prioris obligatio-
nis,videlicet,ſi Titio centum debeat quis,& illo no-
mine vaſa argentea illi pignori obligauerit, ſumat
decem alia ab eodem, & promittat illi animo nouā-
di,qui animus exprimi debet,ꝙ ei tota ſoluet,non ſo
lùm ea,quæ nunc mutuo dat,ſed etiam alia centum,
quæ illi debebat. Nam ſi ille nouauerit,præſumetur
pignora remittere per iſtam regulam: requiritur ta-
60 men,quòd in hac ſecunda obligatione † ſit facta mē-
tio principalis debiti, nec alia pignora data ſint, vt
declarat Bart.in l.Valer. in vlt.quæſt.ff.de prætor. ſti-
pu.Caſtr.in d.l.ſolutum.§.omnis.ff.de pig.act.glo.&
DD.per illum text.in l.1.C. etiam ob chirograph.pe
cu.& in d.l.nouat.ff.de nouat.Prætereà requiritur,ꝙ
61 obligatio,in quam † prima per nouationem eſt trāſ-
fuſa ſit valida,d.l.nouat.C. de fideiuſſorib.declarant
gl.& DD.in d.l.1.C.etiam ob chirograph.pec.

Declarandum tamen eſt, vt id procedat in noua-
62 tione voluntaria,ſecus † in neceſſaria,quæ fit per litis
conteſtationem,& ſententiam.gl.in l.1.in gl.ſi.C.de
iud.latè id declarat.Neguſ.loc.cit.num.2.cuius dictā
non refero,ne labores alienos tranſcribere videar.

Nunc autem poſtremò appendicis loco, limitādæ
ſunt omnia ea,quæ diximus,vt etiam ſi ex his conie-
cturis,quas retulimus,pignoris ius remiſſum præſuma
63 tur,non tamen principali † obligationi renuntiatum
fuiſſe credendum eſt,præterquam illo caſu, quo chi-
rographum reddit creditor:tunc enim,& pignori, &
debito principali renuntiatum cenſetur.Bal.in l.cre-
ditricem.C.de remiſ.pig.l.poſtquā.ff. de pact. decla-
rat Neguſ.vbi ſup.nu.19.dicunt Dec. & Cagn. in d.l.
creditor.ff.de reg.iur.vbi plures Dec. adducit.

Reliqua,quæ ad materiam pignoris pertinent: quę
plura ſunt, an contractus præſumatur pignoratitius,
& ſimulatus,et ꝙ probandum ſit in actione pignora-
toria,tractata ſunt ſupra in ver.hypot et in ver cōtra-
ctus,et in ver,pactū.de retrouend. vbi videndum eſt.

CONCLVSIO MCLXXIX.

ARGVMENTVM.

An,& quando pluralitas præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas non præſumitur,& cur.ibid.nu.9.Contr. nu. 17.Concil.nu.18.& 20.*
2 *Pluralitas actuum non præſumitur,niſi probetur.*
3 *Pluralitas apocharum,& contractuum non præſumitur, etiam ſi plura reperiantur inſtrumenta.*
4 *Error potius,quam factorum pluralitas præſumēdus eſt, & num.8.*
5 *Rixarum pluralitas non præſumitur.*
6 *Teſtamentorum pluralitas minimè præſumenda eſt.*
7 *Sententiarum pluralitas non præſumitur, ſed eſt ab allegante probanda.*
9 *Facta non præſumuntur,niſi probentur.*
10 *Teſtamentum unicum tantum factum præſumitur.*
11 *Patulinum vnum tantum præſumitur.*
12 *Teſtes in dubio ſuper eodē actu cenſentur deponere,nō ſuper diuerſo,ne pluralitatis præſumptio per hoc inducat.*
13 *Identitas corporis,ad hoc, vt pluralitatis præſumptio excludatur, de facili præſumitur.*
14 *Teſtis quorū alter de actu,cum loco, & tempore,alter verò ſine loco,& tempore deponit, dicuntur conteſtes,de eodem actu deponere, ne pluralitatis inducatur præſumptio.*
15 *Teſtes concordantes in dicto principali, licet aliās non appareat omnes eod.tempore fuiſſe præſentes,dicuntur cōteſtes, & de eodem actu deponere.*
16 *Pluralitas,ſeu reiteratio non præſumitur in delictis.*
19 *Pluralitas rerum præſumitur.*
21 *Pluralitas præſumitur in rebus,& actibus,qui a communiter accidentibus ſolent multiplicari*
22 *Plures domos in aliquo loco, quis habere nō præſumitur.*
23 *Error potius,quam pluralitas in factis præſumitur.*
24 *Nominum pluralitas non præſumitur.*
25 *Nomina eadem,plura in aliqua familia, vel cognatione aſſerens probare debet.*
Contrarium, vt nu. 28.
Conciliat.nu. 29.
26 *Nominum pluralitas alicuius Ciuitatis, vel Villæ non præſumitur.*
27 *Perſonarum eiuſdem nominis pluralitas nō præſumitur.*
30 *Perſonarum pluralitas nomine præſumitur.*
31 *Sententiarum pluralitas non præſumitur.*
32 *Pluralitas tunc eo magis non eſt præſumenda, qñ ex huiuſmodi præſumptione reſultaret abſonus intellectus.*

33 *Abſonus intellectus vitandus eſt.*
34 *Pluralitas tunc eo minus præſumitur, quando res poſſet eſſe vna, & eadem.*
35 *Contractuum pluralitas non præſumitur, etiamſi de eo reperiantur plura inſtrumenta.*
36 *Pluralitas tunc præſumitur, quando id ex circunſtantijs, & coniecturis colligi poteſt.*
37 *Pluralitas in teſtium depoſitionibus præſumitur, quando colligi poteſt eos de diuerſis actibus depònere.*
38 *Pluralitas eſt præſumenda, quando ex narratione partiũ deprehenditur, vt quia actor probat de teſtamento non ſolemni, reus verò de ſolemni, & ſic de diuerſis.*
39 *Agens ex promiſſione pura, & probans de promiſſione ſub conditione, non dicitur probaſſe intentionem ſuam.*
40 *Pluralitas præſumitur, quando actus apparet factus ſub duplici forma.*
41 *Pluralitas præſumitur, quando ex aſſertione partium, & dictis teſtium colligitur.*
42 *Factorum pluralitas ratione diuerſitatis locorum, temporum, & perſonarum præſumitur.*
43 *Pluralitas tunc præcipuè præſumitur, quando quis ſæpius numero plurali vtitur, & replicat aliquid ſub plurali dictione.*
44 *Pluralitatis, vel identitatis præſumptio, debet moderari ſecundum qualitatem rerum, actuũ, & perſonarum.*
45 *Legatorum pluralitas præſumitur, quando diuerſis, vel à diuerſis hæredibus eadem res relinquitur.*
46 *Pluralitas præſumitur, quãdo de delicto euitando agitur.*
47 *Identitas delicti neceſſario probanda eſt.*
48 *Teſtis deponens de tempore, cenſetur deponere de tempore, de quo proximè dixerat, vt euitetur in eo falſi præſumptio.*
49 *Probatio dubia adaptari debet ad partem, per quam euitetur delictum.*
50 *Sententiarum pluralitas, vt teſtes inter ſe conſilientur aliquando præſumitur.*
51 *Teſtes contrarij, vt inter ſe poſſint concordari, actuum pluralitas præſumitur.*
52 *Præſumptio vna aliam tollit.*
53 *Pluralitas præſumitur, quando agitur de euitanda pœna.*
54 *Vnitas etiam in caſibus, in quibus alias pluralitas præſumeretur, ad euitandam delicti præſumptionem, præſumitur, etiamſi agatur de delicto ſui natura reiterabili.*
55 *Teſtes, vbi alias probarent ad hoc, vt probent, pluralitas præſumitur.*
56 *Pluralitas eo magis præſumitur, quando agitur de probando matrimonio, cuius fauore pluralitas actuum præſumenda eſt.*
57 *Fundans ſe in pluralitate, illam debet probare.*
58 *Identitatem allegans pro ſuæ intentionis fundamento, probare debet.*

1 PLVRALITAS Regulariter † non præſumitur gl. eſt ordinaria. in l. cum, qui. §. in popularib. ff. de iureiur. quam ad hoc tota die allegari dicit ibid. Iaſ. num. 17. vbi. & Alex. & maximè
2 pluralitatem † actuum non præſumi, niſi probetur, teſtatur Bal. in l. 2. nu. 5. verſ. ſolue. C. de erro. aduoc. & in conſ. 70. lib. 4. et conſ. 205. lib. 1. Alex. conſ. 53. incip. in cauſa vertente. col. 2. lib. 1. Bero. conſ. 90. nu. 21. vol. 3. Burſ. conſ. 105. nu. 13. vol. 1. Iac. Butr. & glo. ordi. in d. l. cum, qui. §. in popular. bus. ff. de iureiur. c. in præſentia. verſ. verum, & ibi Anto. Butr. de proba. c. cum Ioannes de fid. inſtrum. l. ſi in rem, & ibi. nor. Bart. nu. 1. ff. de rei vend. Natr. conſ. 235. num. 4. vol. 2. Alex. in l. quid ſi nominatim. nu. 4. ff. de lib. & poſthum. & in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. num. 5. ff. de iureiur. & ideo Crauet. conſil. 198. num. 1. dixit pluralitatem
3 † apocharum, & inſtrumentorum non præſumi, immo non præſumi pluralitatem contractuum, etiamſi
4 plura extent inſtrumenta, ſed potius † præſumitur error, quam factorum pluralitas, ad quod adde glo. in l. omnium, in verſ. comprobantur. C. de teſtamẽ. vbi Alex. & Bal. in conſ. 344. ad euidentiam. lib. 2. vbi dixit non præſumi pluralitatem contractuum ex pluralitate inſtrumentorum, ex quo de eadem re poſſunt
5 confici plura inſtrumenta, & † ritè pluralitatem non præſumi, teſtatur Rui. conſ. 144. nu. 11. vol. 4. Gozad. conſ. 11. num. 6. Alc. conſ. 29. num. 27. lib. 6. & conſil. 57. num. 9. lib. vlt. Grammat. conſil. ciuil. 35. num. 6. Caſtr. cõſ. 128. num. 13. Seralatinus, inter conſ. criminaliũ diuerſorum conſ. 106. num. 44. tom. vlt. Saly. in d. l. 2.
6 C. de errore aduocator. vbi dixit † pluritatem teſtamentorum non præſumi, niſi per aduerſarium probe-
7 tur, ſicut nec præſumitur pluralitas † ſententiarũ niſi probetur, vt ibidem docuit Bald. Riminal. ſen. conſ. 262. num. 10. facit tex. in d. l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & Barrol. in l. ſi in rem. ff. de rei ven-
8 dica. & potius præſumitur error, quàm † pluralitas. Crauet. conſ. 198. nu. 1. ad fi. Ruin. conſ. 141. num. 12. vol. 5. Bald. in l. teſtium. col. 5. ad fi. C. de teſt. ib. & in l. iuraſſe. §. ſi. col. 2. ff. de iureiur.
9 Huius dicti poteſt eſſe ratio, quia † facta non præſumuntur niſi probentur, c. cum in iure, de offic. deleg. c. cum Ioan. de fid. inſtrum. & nos ſupra in concluſ. facta Bald. in l. neque natales. col. 2. nu. 3. C. de probat. dicens, quod in actionib. hominum, vel perſonarum pluralitas non præſumitur, & idem Bal. in l. conuenticulam. col. 4. verſ. item argum. à præſumptione. C.
10 de epiſc. & cler. Ideo vnum teſtamentum † præſumitur, vt diximus, & eſt glo. no. in l. omnium. in verbo, comprobetur. C. de teſtam. vbi Alex. nu. 9. in ver. in glo. comprobentur, notat Bal. per illum tex. in l. fi. ad fi. & Saly. ibid. in prin. C. de reb. creditis. Dec. in l. hac conſultiſſima. num. 18. C. qui teſtam. facere poſſ. &
11 vnum † præſumi peculium voluit glo. in d. l. qui iuraſſe. §. ſi pater, in fi. vbi Alex. nu. 5. ff. de iureiur. facit qd nor. Bart. per illum tex. d. l. ſi in rem, & in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de leg. 2. in fin. Bero. conſil. 90. in cauſa vertente. num. 21. vol. 3. Burſ. cõſ. 106. num. 9. vol. 1. Alex. conſ. 107. nu. 6. tom. 3.
Hinc dicebat Io. Crot. in tract. de teſt. par. 7. num.
12 136. verſ. quinta ſit concluſio, † teſtes in dubio cenſeri deponere ſuper eo. facto, non autem ſuper diuerſo eo, quia pluralitas actuum non præſumitur, niſi probetur. c. præſentia, de probat. l. vlt. C. ſi cer. petat. ſcribentes, in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. Idem tradit Campeg. in tract. de teſt. re. 190. verſ. dic primo, &
13 de facili præſumi † identitatem corporis ad hoc, vt excludatur præſumptio pluralitatis, dixit Anch. cõſ. 44. in cauſa, & quæſt. Io. circa fi. & ad propoſitum dixit Innoc. in c. cum oporteat, de accuſat. & ſequitur ibi Anto. de Butr. & Spe. in tit. de teſte. §. nunc tractãdum, & Bal. in d. l. teſtium. C. de teſt. in 2. par. col. 1.
14 quod ſi vnus † ex teſtibus deponat de actu cum loco, & tempore certo, & alius deponat de actu ſine tẽpore, & loco præſumiĩ de eodẽ actu teſtificari, & eſſe cõteſtis, ne pluralitas actuũ inducatur, q̃ idem refert, & ſequiĩ Aret. cõſ. 36. nu. 4. Idẽ voluit Marſ. in ſing. 439. pluralitas in dubio, vbi ait eſſe menti tendũ, quod ſi
15 † teſtes oẽs concordant in dicto, ſuper quo deponũt, licet aliter non appareat, q̃ omnes eodem tempore fuerint præſentes, tamen in dubio præſumuntur conteſtes, & de eodem actu deponere, cũ pluralitas non præſumatur, facit quod voluit Bal. in l. ſi duo rei. §. 1.
16 in fi. ff. de albit. vbi dicit, quòd † pluralitas, ſeu reiteratio non præſumitur in delictis.
17 Contra hanc noſtram † concluſionem videtur vrgere deciſio Io. And. in c. auditis, per illũ text. in ver. ſi per illa conſtiterit, quod vallis ſit ille locus, de præſcrip. vbi dixit ſe practicaſſe in Ciuitate Bon. & obtinuiſſe contra quedam Bidellũ, qui conduxerat equũ ad vecturam pro eundo ad certum locum, & probauit per comites itineris, quod equus, quẽ equitabat naturaliter erat mortuus. & dixit Ioan. And. quod hæc probatio nihil releuauit eũ, ex quo non probauit, qđ

fuerit

fuerit ille equus,& ideò fuit condemnatus pro pretiò equi, quam deciſionem approbat Ant de Butr. ibid. nu. 19. & ſubiungit alium caſum ſimilem relatum à Ioā. And.ibid.de quodā ſcholari,& dixit hæc eſſe ad informationem aduocat.iuuenum . eandem ſententiam approbauit Abb.ibi.& Alex.in conſ.118. nu.4. vol.1.& conſ.119.nu.3.eo.Vol.1.Dec.conſ.91. col.2. conſ.129.col.2.conſ.146.col.7.Crau. conſ.112. nu.3.

18 Sed conciliare† poteris diſtinguendo,quòd aut loquimur de actibus,et factis hominū,& tunc vera erit noſtra concluſio, cum in his pluralitas minimè præſumatur,iurib.ſup.allegatis, aut loquimur de reb.& tunc procedit deciſ.Io.Andr.& ſequentium illum:in

19† rebus etenim pluralitas benè præſumitur . Afflict. deciſ.23.nu.3.Alex.conſ.134.nu.3.vol.2.per ea , quæ not.Bal.in d.l.2.C.de erro.aduoc. & quod not. Bart. in l.2.ff.quemadmod.teſt.aper.ad fin.& in l.demonſtrat.in prin.in verſ.6.quæro.ff.de cond. & demonſtr. & in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.obl.& hæc reconciliatio colligitur,ex dictis Ruin. conſ.65.nu.3. vol. 5. vbi quia quamuis pluralitas actuum non præſumitur.c.in præſentia.de probat. pluralitas tamē rerum præſumitur:niſi probetur identitas, & colligitur etiam ex d.Crau.conſ.112.num.4. quo in loco aſſerit præſumi pluralitatem rerum,& corporum,non autē actuum,ſeu factorum, & hanc eandem recōciliationem in terminis ponit Dec.in d.c.in præſentia.col.6. notab.9.nu.43.de probat.de mente Alex.d.conſ.119. col.pen.lib. 5.

20 Sed tamen † ibid. Dec. non approbat talem differentiam inter pluralitatem rerum,& factorū, ex quo iure non probatur : & ratio , quòd actuum pluralitas non præſumatur,quia facta non præſumūtur inquit, quod pariter limitat in rebus, vnde potius dicit eſſe conſiderandam qualitatem rerum,perſonarum , vel actuum,an tales ſint,qui ſoleant multiplicari,& tunc potius præſumitur pluralitas , vt in exemplo de equo ſupra relato, ſi verò multiplicari non ſoleāt à communiter accidentib.non præſumitur pluralitas, & eſt fundata intentio eius,qui ex vnico actu nititur,vt in ingreſſu Monaſterij,de quo in d.c.in præſentia , & in teſtamento,& in peculio , in quibus non præſumitur pluralitas quia reiterari non ſolent,& hanc conciliationem, & diſtinctionem ſequutus eſt Silua . in conſ.

21 57. nu. 36. verſ.at quis dixerit , vbi reſpondit,† quòd pluralitas præſumitur in rebus,& actibus,qui à communiter accidentibus , & frequentibus ſolent multiplicari , quia conſideratur , quòd communiter ſolet eſſe.arg.d.l.neque natales.C.de probat.ſed in his,quę à communiter accidentibus multiplicari non ſolent, pluralitas non præſumitur,& antè Dec. & Silu. videtur hoc ſenſiſſe Corn.in conſ.144.col.3. in fi. volu.4. vbi conſiderat , an actus ſit de facili reiterabilis , & multiplicabilis,vt ſingularitas,vel pluralitas non præſumatur,& ideò Silu.d. conſ.57. num.36. dixit quòd

22 pluralitas † domorum alicuius perſonę in aliquo loco non præſumitur per ea , quæ voluit Bart. Bald. & Ant.de Butr.in d.l.2 C.de erro.aduoc.& Bal.in l.edita.col.pen.C.de eden.& Afflict.deciſ.23. Capellani, ea ductus ratione , quia domus à communiter accidentibus non eſt de illis, quæ multiplicari ſolent, & præcipuè in eod.loco,cum frequentius accidat,vt ſola domo quis contentus viuat, & non plures domos habere procuret.raro enim,inquit accidit,quòd vna, & eadem familia plures domos habere noſcatur.

Amplio adeò veram eſſe concluſionem, vt potius

23† præſumendus ſit error,quàm pluralitas in actis , & factis . Ita conſuluit Grauet.d.conſ.198.nu.1. ad fi.& Dec.in d.l.hac conſultiſſima.num.14.C. qui teſtam. fac. poſſ.

Secundò amplio , vt concluſio procedat,etiam ſi

24 eſſet † quæſtio nominis , in quo pluralitas minimè præſumitur,vt de iure ſic eſſe reſpondit Abb.in conſ.

25 6.num.12.quo in loco aſſerit incumbere † onus probandi dicenti in aliqua cognatione, vel deſcendentia plures eodem nomine extitiſſe , cum in nomine hominis minimè pluralitas præſumatur, vt ait Iaſ.in l.cum,qui.§.in popularib.nu.20.ff.de iureiur.vbi ſub-

26 iungit idem eſſe† in nomine ciuitatis,& villæ,in quo pluralitas non præſumitur ſecundum Bart. in l. ſi in rem,per illum tex.ff.de rei vendic . & in l. ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos,in ſi.ff.de leg.2. Iaſ. in l. bonorū, nu.9.C.de bon.poſſ.ſecundum tabulas,& in l.qui Romæ.§.Augerius.num.7.ff.de verbor.oblig.et in conſ. 114.num.6.vol.1. Anto.de Butr. in c. 2. col. 2. de lib. oblat.Idem tenuit Dec.in d.l.hac conſultiſſima . nu. 18.vbi affirmat , quòd expreſſio nominis ſola habet fundare intentionem, niſi de pluralitate eiuſdem nominis probetur, & maximè ſi nomen eſſet ſingulare, & ibidem reſpōdet ad tex. qui ſolet allegari ad hoc, quòd requiratur nomen cum alijs demonſtrationibus ad fundandam intentionem,ad hoc facit conſil.

27 Ruin.51.num. 19.vol.5.vbi ait,quòd †pluralitas perſonarum eiuſdem nominis non præſumitur,niſi probetur .

28 Contrarium †regulariter eſſe,& ad demonſtrandā perſonam requiri nomen cum duabus etiam demōſtrationibus,ſibimet contrarius teſtatur Dec.in conſ. 13.nu.9. per doctrinam Bart.in l.demonſtratio falſa, in 7.q.ff. de condit.& demonſt.& Bal.in d.l.hac conſultiſſima.col.1.verſ.quæro,quid ſi nomen.C. qui teſtam.fac.poſſ.dicens , quòd ſi ſit nomen commune, puta Ioānes, debent addi aliæ demōſtrationes adeò, quòd perſona certa reddatur,& ſequit Paul.de Caſtr. ibid.et idem not.Bart.in l.libellorum, circa fin. ff. de accuſ.et ideò Dec.d. conſ.13. num. 9. dixit,quòd ad fundandam intentionem debet eſſe nomē cum duabus demonſtrationibus, aliter pluralitas non reijcit.

29 Aret.concordando† opiniones iſtas in conſ. 103. in cau.et quæſt.nu.3.in fi.2.dub. diſtinguit , quòd aut quæritur de nominibus, quæ plerunq; ſunt in vſu , et tunc procedit opinio,pro qua conſuluit Dec. d.conſ. 13. aut quæritur de nominibus , quæ non ſolent frequentari , et tunc procedit limitatio noſtra , quæ diſtinctio videtur fuiſſe etiam de mente Bald. vbi ſup. in d.l.hac conſultiſſima , dum fecit differentiam , an nomen eſſet commune,necne.

30 Tertiò amplio,vt etiam procedat reſpectu †perſonarum,in quibus , et vt ſupra diximus pluralitas non præſumitur,vt reſpondit Alb.in conſ.83.nu. 12. Dec. in d.c.in præſentia.nu.40.de probat.et in d.l. hac conſultiſſima,nu.18.C.qui teſtam. fac.poſſ. Bero. conſil. 187.nu.4.vol.1.Ruin. d.conſ.51.nu.19.vol. 5.

Amplia quartò,vt etiam habeat locum concluſio

31 noſtra,vt ſupra tetigimus,† in ſententijs.Ita Iac.But. Bald.et Saly.in l.2.C.de erro.aduoc.Iaſ.in l.cum,qui. §.in popularibus.num.19 ff.de iureiu.et in d.l. bonorum.num.8.verſ.ſimiliter non præſumitur. C. de bonor.poſſeſſ. ſecundum tabul. et in conſ. 114. num. 6. volum. 1.

Amplia quintò, vt tanto magis procedat, ſi ex plu-

32 ralitate reſultaret,† abſonus intellectus, vel iuri contrarius: nam tunc pluralitas non præſumitur, ſed re-

33 ſoluitur in ſingularitatem,cum abſonus†intellectus ſit omninò euitandus. Abb.in c.accepta,nu.3. de appellationib. facit text.in l.nam abſurdum.ff.de bonis libertorum.l.fi.C.de vſuris rei iudicatæ l.ratas. C. de reſcin. vendit.

Amplia ſextò , vt tanto magis procedat, quando

34 †res poſſet eſſe vna,et eadem:nam tunc tanto minus eſt præſumenda pluralitas:ſed qui vult dicere eſſe plures,debet probare.Iaſ.conſ.2.num.35. volum. 2. quē refert illum ſequendo Bertaz.conſ.94.crim. num.25. vol.1.et hoc eſt,quod ſētit Bal.in d.l.edita.in vlt. col. C.de edendo, dum voluit , quòd non præſumat plu- ralitas in his, quæ poſſunt eſſe vnum , et idem , quod

dictum Bal. refert, & commendat. Iaſ. in d. l. cum qui
§. in popularib. nu. 21. ff. de iureiu.
25 Amplia ſeptimò, vt procedat ēt ſi plura † reperi-
rentur inſtrumenta, nā nihilominus non præſumere
tur pluralitas actuum, quia de eadem re poſſunt fieri
plura inſtrumenta. Bal. in conſ. 344. nu. 2. lib. 2. Crau.
d. conſ. 198. nu. 1. verſ. ſed vltra modernos.
Primò limita concluſionem, vt non procedat, qñ
36 ex † circunſtantiis, & coniecturis poſſet præſumi plu
ralitas, nam tunc præſumeretur. Ita reſpondit Cor. in
d. conſ. 134. in fi. vol. 3. & Ruin. conſ. 31. nu. 6. vol. 4. in
37 caſu teſtium † quorum vnus deponebat de confeſ. fa
cta ad affirmationem, & perſuaſionem aduerſarii, &
alius deponebat de cōfeſſione facta ſpontè, & motu
proprio, & ibidē allegat Alex. in l. 2. C. de bon. poſ. ſe
cundū tabul. concludentem, ꝙ tunc pluralitas præſu
38 mitur † ſi ex narratione partium pluralitas deprehē
datur, vt quia aduerſarius fatetur teſtamentū non ſo
lemne eſſe conditū, in quo Seius erat inſtitutus, ego
verò per teſtes meos aſſerebam, & probabā de teſta-
mento ſolemni, & ſic de alio teſtamēto, quā de illo,
ꝙ fatebatur aduerſarius, hanc limitationem affirma
uit Rui. conſ. 47. num. 16. verſ. ad quod etiam. vol. 4.
& colligitur ex notatis per Bal. in d. l. edita, col. pen.
39 C. de edendo, vbi concludit, quòd † ſi egi contra te,
quia promiſiſti purè, & probo, quòd promiſiſti ſub
conditione, quæ extitit: vel ſub die, quæ præterit, ꝙ
intentio mea non erit probata, ex quo talis promiſ-
ſio cenſetur eſſe diuerſa ex depoſitione teſtium. Idē
colligitur ex conſ. Ruin. 61. num. 18. cum duob. ſeq.
volum. 5. & à ſimili Anchaian. conſilio 194. in cau-
ſa, & quæſt. ante finem vbi propter concordiam lo-
ci, & aliquas literas ſcriptas præſumi identitatem, re-
ſpondit, & Crau. conſ. 198. num. 2. & facit, quod dixit
Felyn. in dicto cap. cum Ioannes, num. 8. verſ. fallit
primo, dum voluit concluſionem nō habere locum,
40 † ſi actus appareat factus ſub duplici forma, nā tunc
præſumitur pluralitas. & Ruin. conſ. 137. num. 12. vo
41 lum. 5. dixit, quòd quando † aſſertione partium, &
teſtium colligitur pluralitas, tunc præſumitur, & pro
hoc facit conſ. Socin. 24. incip. viſis diligenter verſ. 3.
principaliter, volum. 1. vbi licet pluralitas actuū nō
42 præſumitur, tamen † ratione diuerſitatis factorum,
actuum, perſonarum, locorum, & temporum, plura-
litas etiam factorū præſumitur. Hoc etiam ſpectat,
quod animaduertit Dec. in l. ſi emancipati, num. 5.
43 in fi. C. de coll. dum voluit, ꝙ pluralitas † tūc præci-
puè præſumatur, qñ quis ſæpius nume. plurali vtit, &
replicat aliquid ſub plurali dictione. & in dicto c. in
44 præſentia, num. 43. dicit, quòd † præſumptio plurali-
tatis, vel identitatis debet moderari ſecundum quali
tatem perſonarum, rerum, & actuum, non autē indi-
ſtinctè de ea tradere regulam, ideò Rui. cōſ. 156. nu.
10. vol. 3. reſpondit, quòd pluralitas præſumatur, quā
45 do † diuerſis eadem res legatur, vel à diuerſis hęredi
bus relinquitur, & cum iſta limitatione tranſit Ber-
taz. conſi. 94. crim. nu. 25. vol. 1.
Secundò limita concluſionē, vt non procedat, qñ
46 ageretur † de euitanda delicti præſumptione: nam
tunc, vt delictum euitetur pluralitas præſumetur. Ita
reſpondit Cor. conſ. 233. ad finem. vol. 3. vbi voluit,
quòd ad euitadum delictum, præſumitur pluralitas
etiam in caſu, in quo aliàs non præſumeretur. Idē vo
luit Crau. conſ. 244. nu. 2. Pet. Foller. in primo to. po-
ſteriorum conſ. criminalium. conſ. 140. num. 17. & ꝙ
47 ad probationē † delicti ſit neceſſaria probatio iden-
titatis, tradit Abb. in d. c. cū Ioannes, col. fi. de fid. in-
ſtrum. quē refert, & ſequitur Dec. cōſ. 101. col. 2. verſ.
beneſacit. & idem conſuluit Bertaz. conſ. crimi. 33.
nu. 8. facit tex. in c. per tuas de condi. appoſ. Bart. in l.
Labeo, nu. 8. ff. de ſupellect. leg. Bal. in l. de quib. col.
vlt. ff. de leg. volentes in caſu e cōuerſo, ꝙ teſtis depo
48 nens ſimpliciter de tempore † præſumatur de tēpore,
de quo proximè dixerat, & ſic præſumitur identitas in
tpe; vbi aliàs non præſumeretur ad euitandam præ-
ſumptionem falſi. Et pro hoc generaliter etiā facit,
49 quia dubia probatio † adaptari debet ad partem, per
quam euitetur delictū, ſecundum notata per Bar. in
l. non ſolū. §. ſed vt probari. ff. de ope. nou. nunc. & p
Bal. in l. precib. col. 2. verſ. & ſcias. C. de impuberū, &
aliis ſubſtit. facit lex ſecunda cū ibi notatis. C. de pe-
tit. hæred. l. merito. ff. pro ſocio. Ruin. conſ. 46. nume.
16. verſ. Tertio reſpondetur, volu 4. & in terminis, ꝙ
pluralitas præſumitur ad euitandum delictum con-
ſuluit idem Ruin. conſ. 51. nu. 20. volu. 5. & optimè
facit tex. in c. cum tu. de teſt. vbi ad euitandum periu
50 rium † inter teſt. cōtrarios præſumitur pluralitas ſen
tentiarum, quem tex. ad hoc allegat, & ſequitur Feli.
in d. c. cum Ioannes. num. 9. verſ. fallit ſecundò, de
51 fide inſtrum. vbi voluit, † quòd pluralitas ēt actuum
præſumatur, ſi agatur de concordandis teſtibus con-
trariis, & probatur ex no. per Do. Anto. Abb. & Imo.
in c. tranſlato. de conſti. per gl. ſecundum ibi, quòd te
ſtes concordantes pro multiplicatione actus, ex hoc
inferentes; quòd ſi aliqui teſtes dicāt, ꝙ poſſeſſio fuit
tradita Titio, & aliqui dicant, quòd fuit tradita Seio,
debemus intelligere, quod vtrique fuerit tradita
ſucceſſiuè, vt ſic contrarietas, & periurium euitetur,
ita ſenſit Ruin. in conſ. 46. num. 16. verſ. ſic etiam vi-
demus, vol. 4. Fely. in d. c. cum Ioannes. nu. 9. de fide
inſtru. nam iſta contrarietas faceret ceſſare præſum-
52 ptionem vnitatis, cum etiam † vna præſumptio tol-
lat aliam. l. diuus. ff. de in integr. reſti. min. d. cap. cum
Ioannes. Iaſ. in l. bonorum. nu. 91. verſ. fallit quādo.
C. de bon. poſſ. ſecundum tab. facit optimè pro hac
limitatione, quod voluit Bertaz. conſ. crim. 154. nu.
53 10. volum. 1. vbi ait, quod quando agitur † de euitan
da pœna, præſumitur pluralitas, non idētitas, & quòd
hoc nullum habet cōtrarium. Idem reſpondit Dec.
in conſ. 13. nu. 5.
Sicut è contra ad euitādam delicti præſumptionē
54 † præſumitur vnitas etiā in his caſibus, in quib. aliàs
pluralitas præſumeretur, vt conſuluit Craue. in conſ.
244. nu. 2. & Corn. conſ. 133. colum. 2. & colum. fina.
& in conſ. 277. colum. 2. circa medium lib. 1. quem
refert; & ſequitur Bertaz. dicto conſilio 94. crimin.
nu. 28. libro primo, vna cum Petro Foller. in primo
tom. conſil. crim. poſtremo loco editorum conſilio
140. num. 17.
Quòd poſtremum dictū amplia, vt procedat etiā
in delicto de ſui natura reiterabili. Ita reſpondit Cra
uet. conſ. 6. num. 35. per no. in d. l. cum, qui. §. in popu
lar. ff. de iureiur. & in d. c. cum Ioannes. de fid. inſtru.
Bal. conſ. 378. videtur mihi, lib. 4. Rom. conſ. 449. in-
quiritur col. 1. verſ. 2. quia licet. Corn. in conſ. 134. ad
fi. lib. 3. qui loquitur de rixa, quæ vna tantum præſu-
mitur, niſi de pluralitate conſtet. Idem voluit Ruin.
conſ. 144. nu. 11. vol. 4.
Tertiò limita concluſionem, qñ teſtes non proba
55 rent, niſi præſumeretur pluralitas, nam † tunc ad effe
ctum, vt probēt debet præſumi, ſi credimus Ruin. in
d. cōſ. 51. nu. 2. vol. 5. & quod allegat Bal. in l. Gallus.
§. ille caſus. ff. de lib. & poſth. & in l. ſi inſulam. §. 1. ff.
ſol. mat. in l. Labeo. ff. de ſupell. leg. in l. ſecunda §.
penul. ff. ſi certum peta. Ang. in l. ambigua. ff. de leg.
Bald in rub. C. de fid. inſtru. Idem voluit gl. in cap. in
noſtra. & Ant. de Butr. & Abb. in c. in literis. de ſpon
ſal. & Bal. in l. in exercendis. in prima cōbinatione.
C. de fid. inſtrum.
Amplia limitationem, vt tantò magis procedat ſi
56 ageret † de probando matrimonio, ſeuſus fauore plu
ralitas actuum præſumitur ad hoc, vt non cōfunda-
tur ꝓbatio ſtans pro matrimonio. Ita reſpondit Are.
in conſ. 13. nu. 12. vbi dicit de hoc eſſe textum ſingu-
larem, ſecundum intellectum Hoſt. & verum in ca.
per tuas, de cond. appoſ.

57 Ani-

57 Animaduerte tamen, vt qui ſe fundat † in plurali-
58 tate, eam debeat probare, ſicut ècõtra † debet proba-
re identitatem, qui eam pro ſuæ intentionis funda-
mento allegat. Ita ſcriptum reliquit Corn. conſ. 144.
num. 11. vol. 4. Crau. conſ. 198. Ioſeph. Ludou. in ſuis
concluſionibus, cõcluſ. 14. verſ. infertur. 47. Menoch.
in conſ. 80. nu. 43. lib. 1.

CONCLVSIO MCLXXX.

ARGVMENTVM.

Pondus alicuius rei quomodo per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes dicentes, rem eſſe talis ponderis, quia viderunt, non probant.*
2 *Pondus alicuius rei oculis iudicari non poteſt.*
3 *Teſtes deponentes rem eſſe talis ponderis, quia ponderarũt, vel ponderari viderunt, certum, & determinatum pondus probant.*
4 *Teſtes dicentes rem eſſe talis ponderis, quia humeris portarunt, de indeterminato tantum pondere probant.*
5 *Pondus certum rei, ſine ponderatorijs inſtrumentis cognoſci non poteſt.*

1 Pondus alicuius rei † nec determinate, nec
indeterminate probari per teſtes
deponentes rem eſſe talis ponderis, quia ipſam vide-
runt dicit Bart. in tract. de teſtib. nu. 49. cuius rei eam
cauſam affert, quia per hanc rationem non includi-
tur vllo modo pondus certum ipſius rei, licet enim
cum aliquam rem videmus, ex ipſius qualitate pon-
dus etiam conijci poſſit, veluti cum maſſa auri nobis
oſtenditur; attamen fieri poteſt, vt maſſa aliavè res
2 huiuſmodi concaua ſit, & † noſtros oculos facilè fal-
3 lat. Si vero teſtes deponant † rem fuiſſe talis ponderis,
quia ipſi ponderarint, vel ponderari viderint, vt ibi
Bart. ait, etiam de determinato rei pondere proba-
4 bunt. Si autem † rationem reddãt, quia humeris onus
illius rei ſuſtinuerint, vel manibus appẽderint, inde-
terminate quidem probant: quia licet hoc actu non
5 poſſimus certum † alicuius rei pondus cognoſcere,
niſi ponderatorijs inſtrumentis adhibitis, attamen
indeterminate de ipſius pondere poſſumus iudicare.
Hæc Bart. in loco ſupra allegato.

CONCLVSIO MCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Poſitiones, quando produci debeant, & quis, ac quomodo illis reſpondere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſitio quid ſit.*
2 *Poſitio ſuccedit loco probationis.*
3 *Poſitiones adhoc, vt valeant, & ponentem iuuent, debent produci infra terminum ad probandum.*
4 *Poſitionibus productis probatorio termino elapſo, pars reſpondere non tenetur.*
5 *Poſitiones licet elapſo termino ad probandum non poſſint produci, attamen vſque ad concluſionẽ in cauſa poſſunt declarari.*
Dummodo adſit illa clauſula, ſaluo iure declarandi, & interpretandi, vt ibid. nu. 6.
7 *Poſitio poſt terminum probatorium, minui aut reuocari non poteſt.*
8 *Ponens cenſetur fateri id, quod ab eo ponitur.*
9 *Confeſſio non poteſt reuocari in præiudicium aduerſarij.*
10 *Semel confirmatum, amplius infirmari non debet.*
11 *Verbum ſemel emiſſum irreuocabile eſt.*
12 *Poſitio per iudicem approbata, efficitur de actis, & minui, ac reuocari non poteſt, ſecus ſi nondum iudex eam receperit.*
13 *Poſitio etiam effecta de actis poteſt incontinenti reuocari.*
14 *Incontinenti, quod fieri dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
15 *Poſitio erronea reuocari, & emendari poteſt.*
16 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
17 *Confeſſio per errorem facta, nulla eſt.*
18 *Confeſſio facta per errorem ex eo probatur, quod oſtenditur rem aliter ſe habere, quam confeſſa fuerit.*
19 *Ponens non videtur fateri, quando poſitio ſit præcedente negatiua per modum exceptionis.*
20 *Poſitiones debent fieri poſitiuè, non autem interrogatiuè, alias pars non tenetur illis reſpondere.*
21 *Poſitiones fiunt, vt quis releuetur ab onere probandi.*
22 *Confiteri non videtur, qui interrogat.*
23 *Poſitiones non debent fieri qualificatiuè, ſed ſimpliciter, & ſine adiuncto.*
24 *Reſponſio poſitionibus facta debet eſſe ſimplex, non autem qualificata.*
25 *Reſponſio talis eſſe debet, qualis fuit præcedens interrogatio.*
26 *Reſponſio qualificata admittitur, quando præceſſit qualificata poſitio.*
27 *Reſponſio qualificata, an admitti debeat, iudicis arbitrio relinquitur.*
28 *Reſpondens poſitionibus videtur fateri, etiam ſi reſpondeat per verbum, credit.*
29 *Confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones, præiudicat, etiamſi facta ſit abſente parte.*
30 *Reſponſioni poſitionum ſi aduerſarius contradicat, talis reſponſio ad eius fauorem nihil probat.*
31 *Poſitiones ſuper quibuſcunq; dubijs, etiam poſt publicatas atteſtationes fieri poſſunt.*
Contrarium nu. 34.
32 *Poſitiones ſæpè fiũt in defectum aliarum probationum.*
33 *Probatio per inſtrumenta admittitur in qualibet parte iudicij.*
35 *Poſitiones fieri poſſunt, etiam ſi quis obtulerit, ſe probaturum per teſtes, vel inſtrumenta.*
36 *Probationibus renuncians, poſitiones facere non poteſt.*
37 *Poſitio ſpecies probationis eſt.*
38 *Renuncians probationibus, & poſitionibus renunciare præſumitur.*
39 *Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.*
40 *Iudex poteſt vſque ad concluſionem in cauſa, partes ad ſuam informationem interrogare.*
41 *Iudex poteſt interrogare partes etiam poſt concluſum in cauſa, ſi ſuper eiſdem actis dubitatio oriatur.*
42 *Poſitiones etiam poſt cõcluſum in cauſa iudex, ſi æquum ſibi videtur, recipere poteſt.*
43 *Poſitiones etiam poſt concluſum in cauſa produci poſſunt.*
Contr. num. 44.
45 *Concluſum in cauſa tunc dicitur, quando lapſum eſt tempus ad probandum.*
46 *Probationes vbi non admittuntur, nec poſitiones admitti debent.*
47 *Poſitiones in cauſis ſummarijs, in quibus non concluditur in cauſa, ſemper admittuntur.*
48 *Poſitiones ab ipſa parte fieri debent, non ab Aduocato.*
49 *Aduocatus dicitur teſtis iuris.*
50 *Poſitionibus pars ipſa, non Aduocatus reſpondere debet.*
51 *Poſitiones fiunt per iuramentum.*
52 *Poſitiones productæ ab Aduocato parte petente valent.*
53 *Aduocatus non debet eſſe præſens, quando poſitionibus reſpondetur.*
54 *Poſitionibus omnibus pars ipſa reſpondere tenetur.*

55 Contu-

55 *Contumax in reſpondendo poſitionibus in termino ſibi ſtatuto non poteſt purgare moram, niſi legitima aliqua cauſa ſubſiſtente.*
56 *Ruſticus, & idiota, per Aduocatum, vel procuratorem poſitionibus reſpondere poteſt.*
57 *Poſitionibus, an & quando procurator alterius reſpondere poſſit.*
58 *Poſitiones actoris, cuiuſmodi eſſe debeant ad hoc, vt reus illis reſpondere teneatur.*

1 Poſitio quæ dicitur† breuis narratio factum
continens ad eliciendam veritatem
concepta, auctore Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. col. fi.
C. de iur. cal. & Spec. in tit. de poſitio. §. 1. Maran. in
ſua pract. Iud. par. 6. tit. de poſitio. cum ſuccedat loco
2 probationis†ex parte poſitionem producentis, potiſ-
ſimum ſi pars confitet poſita actoris. c. ſtatuimus de
confeſſ. lib. 6. Spec. vbi ſupra. §. 2. nu. 1. Damhoud. in
pract. ciu. c. 152. nu. 9. l. cum, qui. §. 1. ff. de iureiur. de-
3 bent fieri†infra terminum ad probandũ, aliàs elapſo
termino vlterius produci non poterunt, nec releua-
bunt ponentem à probatione. Ita Spec. in tit. de dila.
§. fi. verſ. item quid ſi datus, & Bal. in l. in contractib.
§. illo. C. de non num. pec. Damhoud. vbi ſupra. nu.
11. Maran. ſupra cit. loco, nu. 10. Oldrad. conſ. 244. in
fi. facit tex. in c. coram. de reſtit. in integr.
4 Amplia iſtud adeo verum eſſe, vt†elapſo termino
pars non teneatur illis reſpondere ſecundum Bald. in
d. l. in contractib. §. illo, & in addit. ad Spec. in d. tit.
de dilat. verſ. lapſo termino, il ſecundo. Maran. vbi
ſupra, nu. 11.
Declara tamen concluſionem vnà cum amplia-
tione, vt licet elapſo termino probatorio nõ poſſint
5 produci poſitiones, ſi tamen†in termino fuerint pro-
ductæ, poterunt poſt terminum quandocunq; decla-
rari, vſque ad concluſionem in cauſa, ſecundum Bal.
in l. tres denunciationes, quomodo, & quãdo iudex,
qui dicit hoc fuiſſe etiam de mente Ioan. Monach.
in c. generali. §. vlt. quæritur. de reg. iur. lib. 6. & illum
ſequitur Maran. vbi ſupra, nu. 12.
Subdeclara, vt hoc procedat ſi in ꝓductione poſi-
6 tionum fuit † addita clauſula ſaluo iure declarandi,
vel interpretandi. Ita idem Bald. & Io. Monach. in d.
c. & §. citato.
Secundò ſubdeclara, qđ licet poſitio poſſit decla-
7 rari poſt terminum, non tamen†poteſt minui in præ-
iudicium partis, ſicut nec reuocari. ibidem Bal. num.
8. Maran. d. tit. de poſit. nu. 6. Spec. in d. tit. de poſi. §.
10. col. 1. & 2. verſ. quid ſi actore, & verſ. item ſi po-
8 nens. & ratio eſt, quia†is, qui ponit, cenſetur fateri il-
lud, quòd ponit. Alex. conſ. 71. vol. 3. Spec. vbi ſupra,
nu. 8. & facit lex, cum precum. C. de lib. cau. l. 2. C. de
inſtit. & ſubſtit. Inn. in c. cum olim, de cenſ. & confeſ-
9 ſio † non poteſt reuocari in præiudicium aduerſarij.
Ita not. Maran. vbi ſupra per ea, quæ dixit Bald. in l.
generali. rei. §. ſed iure, col. 1. verſ. nota ſuper ver. C. de
reb. cred. & no. in c. cum contingat, de offic. deleg. &
10 facit: nam † ſemel emiſſum volat irreuocabile ver-
bum, vt 44. diſtin. §. fi. l. quidam. ff. de probat. c. p tuas,
11 eod. tit. & indecens eſt, quòd quis† ſua voce dilucidè
proteſtatus eſt, in eundem caſum velle ſuo teſtimo-
nio infirmare. d. c. per tuas. d. l. generaliter. C. de non
numer. pecun. & in terminis hoc conſuluit Alexan.
conſ. 71. nu. 6. vol. 3. & idem not. gl. in c. apud miſeri-
cordem. 32. q. 2. Io. And. & Ant. de Bur. in c. ex literis,
de diuortijs. Ioan. Monach. in c. fi. de iureiur. Ant. de
But. in c. fi. de confeſ.
Primò limita iſtam ſecundã ſubdeclarationem, vt
procedat ſolum, poſtquam poſitio fuit præſentata, &
12 per iudicem probata, & admiſſa: nam tunc † cum ſit
de actis, non poterit reuocari, vel minui, ſecus ſi ante,
quia nondum eſt facta de actis, nec concludit parti,
vnde tunc poſſet reuocari. Ita declarat Maran. in d.
tit. poſit. nu. 8. p no. à Bal. in d. l. generaliter, & Spec.
in d. tit. de poſit. §. 1. nu. 12. admonet Iudicem; quòd
viſis, & conſideratis poſitionibus, ſi videat eas reci-
piendas, priuſquam reſpondeatur, faciat eas in actis
redigi, ne aliqua variatio fiat. l. acta. ff. de re iud. & ne
poſteà oriatur cõtentio inter partes, quòd aliter fue-
rint ſcriptæ, quam propoſitæ. c. cum inter R. ſeniorẽ,
de elect. & vt ex tali ſcriptura his omnibus via præ-
cludatur. c. omnes feriæ. 27. q. 1. ibiq; docet Iudicem,
quomodo ſe gerere debeat, antequam ad reſponſio-
nem poſitionum deueniat, & hanc limitationẽ con-
firmat idem Spec. in §. 10. nu. 8. verſ. ſed certè, eo. tit.
per tex. in c. ex parte, de confeſ. c. 1. de lit. conteſt.
13 Sublimita, vt iſta limitatio nõ habeat locum, † qñ
incontinenti reuocatur: nam tunc etiam ſi redacta
fuit poſitio in actis, & admiſſa à iudice, poterit reuo-
cari, ita Ant. de But. in d. c. fi. de confeſ. quem refert,
& ſequitur Alex. in d. conſ. 71. nu. 6. vol. 3. & Ant. de
14 Butr. vbi ſupra dicit quòd illud† incontinenti relin-
quitur arbitrio iudicis.
Secundò limita ſubdeclarationẽ, vt nõ procedat,
15 † ſi interuenit error: nam ſtante errore facti poterit
reuocari, & emendari. l. error. C. de iur. & fac. ignor.
16 d. c. fi. de confeſ. Errantis enim†nullus eſt conſenſus.
l. cum teſtamentum. C. de iur. & fac. ign. & l. ſeq. nec
17 tenet†errantis confeſſio, cum nemo ſit exiſtimãdus
dixiſſe, quòd mente non cogitauit. l. Labeo. ff. de ſup-
pel. leg. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. c. cum cauſam,
de appella. c. cum olim il 1. propè fi. de offic. deleg.
Ita animaduertit Spec. d. §. 10. n. 5. in fi. & §. 6. in prin.
ita & Ang. conſ. 13. nu. 2. & no. in l. vnica. C. de con-
feſſ. per gl. & Doct. ff. de condit. indeb. quaſi per tot. l.
cum de indebito. ff. de prob. & Ang. vbi ſupra dicit
18 † probari errorem eo ipſo, ꝙ probatur rem aliter ſe
habere, quam ꝙ confeſſa fuit. l. ſi poſt diuiſionem. C.
de iur. & fact. ign. & nos latè ſupr. in cõcl. 645. & 378.
Quòd autem diximus illum, qui ponit, cenſeri fa-
19 teri poſita, intellige, vt nõ procedat, ſi poſitio† fieret
præcedente negatiua per modum exceptionis, vtpu-
ta, ſi pars aduerſa tale quid poſuerit, quod negauit &
c. excipiendo ponitur, & c. nam tunc ponens non cẽ-
ſetur fateri, vt eſt glo. in l. ſi quidem, in verſ. conteſta-
tione. C. de excep. & gl. & Bart. in l. non vtique. ff. eo-
dem tit. & And. de Iſer. in c. 1. §. inſuper. circa fin. de
conten. inter do. & fid. de inueſt. quos refert, & ſequi-
tur Maran. vbi ſupra, num. 9.
Secundò amplia concluſionem, vt non ſolũ poſi-
tiones ſint exhibendæ infra terminũ probatoriũ, ſed
20 debent exhiberi†poſitiuè, nõ autem interrogatiuè,
aliàs pars non tenetur illi reſpõdere. ita Bal. in l. data
opera. col. 10. C. qui accuſ. non poſ. Paul. de Caſtr. &
Iaſ. in l. iudices. C. de iudi. Gemin. in c. 1. col. penul. de
confeſſis. lib. 6. Damhoud. vbi ſupra, in tit. de poſit.
nu. 7. Maran. in eod. tit. num. 13. & ratio eſt, quia cum
21 ponens intendat, vt aduerſarius fateatur†ad hoc, vt
per illam confeſſionem releuetur ab onere probãdi,
ita etiam æquum eſt, vt ipſe ponens per ſuam cõfeſ-
ſionem releuet ſuum aduerſarium ab onere probãdi,
ne iudicium claudicet, eo quia per poſitionẽ, nõ aũt
22 †per interrogationem inducitur confeſſio ſecũdum
Bal. & Bar. in l. 2. §. quòd obſeruari. C. de iuram. cal.
Ideò ponere, non autem interrogare cogitur.
23 Subamplia, vt non ſolũ non debeat † fieri poſitio-
nes interrogatiuè; ſed nec etiam qualificatiuè, ſed
ſimplices, et ſine adiũcto. Ita Cur. ſen. in d. l. 2. §. quòd
obſeruari. nu. 42. C. de iureiur. propter cal. Roman. in
l. iuſiurandum. §. ait prætor. ff. de iureiur. Soc. ſen. in l.
1. nu. 8. verſ. 3. & vlt. ff. de vulg. & pupil. Afflict. in c. 1.
nu. 21. verſ. item facit, quod ſi ſtatutum dicit, ex qui-
bus cau. feu. amit. Neuiz. conſ. 7. nu. 10.
24 Sicut è contra†reſponſio dẽt eſſe ſimplex, non aũt
25 qualificata, cum talis debeat † eſſe reſponſio, qua-
lis præceſſit interrogatio. l. vt reſponſum. C. de tranſact.

§. præ-

§.præterea Inſt.de inutil. ſtipul. vnde ex eadē ratione
26 tunc admittitur † qualificata reſponſio,cū præceſſe-
rit qualificata poſitio.Ita Socy.in d.l.1. nu.8. verſ. 2.
Iunita.ff.de vulg.& pupil.poſt Bald.& Rip. nu. 27.&
cæteros.
27 Verum extende hoc vltimum dictum,† vt etiā ad-
mittatur qualificata reſpōſio,quotieſcunq; iudici ali
qua iuſta de cauſa, vel ita ſuadente æquitate viſū fue
rit, cum iſtud reſideat in ipſius arbitrio, prout tradit
Menoch.de arbitr.lib.2.cent.3. caſu 251. cum ibi al-
legatis.
Animaduertendū tamen eſt,quod quemadmodū
28 ponens cenſetur fateri,vt ſupra diximus,ita †reſpon-
dens poſitionibus fateri dicitur, etiā ſi reſponſio fiat
per verbum credit,prout hodie practicatur:nam tale
verbū; eſt in hoc caſu veritatis expreſſiuum in princi
pali reſpondente,ſecundum Bald.in l.1.in fine, C. de
fal.cau.adiect.leg.& Spec.in d.tit.de poſitio.§.6.ver.
hoc tamen Gemin.in d.cap.1.colum.3.confeſ. lib.6.
& ita præiudicat cōfeſſio per verbum credit, ſicut de
veritate,Corn.conſ.186.colum.1. volu.3. Specu. vbi
ſupra,num.11.per not.in ca. ex literis. de iureiurand.
quamuis inquit aliud ſit in dicto teſtis, & ibi inſurgit
contra malitioſos procuratores, qui ſæpè deierant re
ſpondentes cū ſuper aliquo interrogantur, nō credo,
licet iſtud ſciant pro certo,dicentes ſe excuſari, cum
aliud ſit ſcire aliud credere hoc idem tenuit Fra. Cur.
in ſuo tract.de poſit.nu. 52. per glo. communiter ap-
probatam in d. c. ex literis de iureiur.
29 Amplia,vt talis confeſſio† reſultans ex reſpōſione
ad poſitiones præiudicet reſpondenti, etiam ſi facta
fuerit abſente parte per tex.in d.cap.fin.de iureiur. in
6.& ita conſuluit Ruyn.in conſ.41.nu.3. vol.4. Ant.
de Butr.& Abb.in d.c.fin.de confeſſ. Fely.in c.ſi cau-
tio num.23.de fid. inſtrum.
30 Intellige tamen niſi aduerſarius† contradixerit cō
feſſioni in poſitionibus factæ:nam tunc ſi cōtradixit,
* nihil probabit ad eius fauorem. Ita Barto. & * cōmu-
niter ſcribentes in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de
acquir.poſſeſ. Pariſ.conſ.72.nu.15.vol.3. Alex.conſ.
183 col.2.vol.5.Hercul. in tract. de prob. negat. 198.
* fol.157.verſ.40.fallit,vbi hanc eſſe* communem ſcri
bentium opinionem teſtatur.
Tertio amplia cōcluſionē,vt poſitiones nedū fieri
poſſint ſuper principali,vt regulariter eſt, ſed etiā ſu-
31 per quibuſlibet dubijs,† vſquequo fuerit in cauſa cō
cluſum & publicatis atteſtationibus ſicut fit in in-
ſtrumentorum productione,ca. cum dilectus de fide
inſtrumen.Ita Specu.in d.tit.de poſit.§.4. nu. 2.ca ra-
tione,quia in inſtrumentis, & poſitionibus non time
32 tur ſubornatio,vt in teſtibus,& quia poſitiones† ſæpè
fiūt in defectū aliarum probationū,& quemadmo-
33 dum per inſtrumēta† poteſt probari in quacunq; par
te iudicij etiam publicatis atteſtationibus,ante tamē
concluſum in cauſa,vt in d.c.cum dilectus,ita & per
poſitiones,quæ ſuccedunt in locum probationum.
34 Contrariū,† quod publicatis atteſtationibus, poſi-
tiones fieri non poſſint,tenuit Lanfr. de Oria. in ſuo
tracta.reſponſ.nu.14. Burſat.conſ.95. num.3. volu. 1.
allegans glo.in d.l.in contract.§.illo.vbi Caſt.n.4.C.
de non nume.pecun.Iaſ.in l.fin.nu.13.ff.de ferijs:ma
xime vbi nō procedit ſummariè & ſola facti verita-
te inſpecta,vt deciſ. Pedemon. 97. nu. 6.& deciſ. 44.
& vbi agitur de eo quod iam probatū eſt,ſecus ſuper
nouo articulo, & exceptione.
35 Quartò amplia,vt etiam poſſint fieri poſitiones† ſi
aliqua partium offerat ſe probaturam p teſtēs,vel per
inſtrumenta:nam ſi per ea non probauerit poterit ta
men ſuper reliquis dubijs redire ad poſitiones,ne facul
tas probationum anguſtetur.l.quoniam. C.de hær.c.
quamquam.24.quæſt.2.ita Spec.in d.§.4. n.5. contra
Gofred.contrarium ſentiētem ea ratione,quia ſibi im-
putandum eſt cū ponēdo potuerit releuari,& graua-
ri elegerit.& ſibi mos gerendus eſt.l.circa.ff.de proba
l.vlt.§.ſin autem,C.de iure delib.cap.quoniam cōtra
de prob.nā reſpondet Spec.quod ex quo iſti actus nō
ſunt contrarij, ſed potius conuenientes, rationes per
Gofred.non obſtant, maximè ſi pars non ſe adſtrin-
xerit ad probandum per teſtes, vel inſtrumenta tan-
tum.
Limita tertiam,& quartam ampliationes, vt non
36 habeant locum † quotieſcunque quis renunciauerit
probationibus, nam tūc poſitiones renunciās facere
37 non poterit.quia cum poſitio† ſit vna ſpecies proba-
tionis.c.2.de confeſ.ca. cum ad ſedem de reſtit.† ſpol.
38 renunciando generaliter,† probationibus, videtur,&
poſitionibus renunciatum.argum.tex.in c. ſi Roma-
norum.19.diſtinct.c.quia circa de priuil. cap. ſolitæ.
de maior.& obed.Ita Specu. in d.§. 4.nu.8. vbi etiā
ſubiungit,idem eſſe ſi renunciatum fuerit,vel proba-
tionibus ſimpliciter,vel omnibus pbationibus, quia
39 indefinita locutio† æquipollet vniuerſal.d.c.ſi. Ro-
manorum,& d.c.quia circa.
Sublimita limitationem, vt licet poſtquam fuerit
renunciatū probationibus,non poſſit pars facere po-
40 ſitiones,tamen iudex † ex officio ſuo poterit interro-
gare ex iam actitatis vſque ad cōcluſionem in cauſa,
quia iudex, qui debet ad ſuam ſententiā cuncta rima
ri,poteſt de facto interrogare,quotiès aliquid dubita-
tionis occurrit ſuper iam actitatis, non ſuper nouo
articulo.Ita Specu.vbi ſupra,nu.3.per text. in c. cum
Ioannes.circa fi.de fide inſtru.l.iudices. C.de iudi. c.
cum clamor.de teſtib.c.iudicantem.30. quæſt. vlt. c.
ſuper quæſtionem.§.intentionis.de offi. deleg. Idem
voluit Odofr.in ſuo.tract.poſit.nu. 7.
Amplia ſublimitationem, vt iudex nedū ante cō
41 cluſionem† in cauſa poſſit interrogare,ſed etiā poſt,
ſi dubitatio oriatur ſuper eiſdem actis. Ita Spec. vbi
ſupra,nu.3.& 9. & ita ſeruari teſtatur.
Secundo amplia,vt nedum poſt cōcluſio.in cauſa
42 iudex poſſit interrogare,ſed etiā † poſitiones admit-
tere, ſi aliquā æquitatē ſuadere ſibi viſum fuerit. Ita
Ang.in l.ſed & ſi reſtituatur.§.1.ff.de iud. quē refert,
& ſequitur Menoch. de arbitr.iud.lib.1. quæſt.35.nu.
25.Imo Ang.in l.peremptorias propè finem.C.ſent.
43 reſcin.non poſ.tenet indiſtinctè, quod cōcluſio † in
cauſa non obſtet, quominus poſitiones produci po-
ſſint,quibus per aduerſarium reſpondeatur.
44 Sed cōtra † hoc vltimū dictum Ang. tenuit Gem.
in cap.1.colu.penult.de confeſ.in ſexto,Fely.in c.cū
dilectus.nu.4. de fid. inſtrum. quos referendo ſequi-
tur Menoch. vbi ſupra ea ratione, quia concluſio in
45 cauſa nihil aliud eſt,niſi lapſus temporis ad proban-
dum, & quia poſitiones ſunt loco probationum, vt
46 diximus præcluſa via † probationibus cenſetur iſti-
dem præcluſa poſitionibus,& per conſequens elapſo
termino ad probandum,& ad ponēdum elapſus cen-
ſendus eſt, & hanc opinionem ſecutus eſt Bald. in
d.l.tres denūciationes in fin.Cod.quomodo,& quan
47 do iudex,& hoc eſt verum † in cauſis plenarijs,ſecus
in ſummarijs, in quibus cum non concludatur in
cauſa,vt tradunt Roman.in conſi. 175.Felyn.in d.c.
cum dilectus.nu.19. de fide inſtrum. Alex.conſi.84.
colu.vlt.volu.4.Socy.ſen.conſi.190. in fin.volum.2.
non cenſetur præcluſa via probationibus,id eſt, poſi-
tionibus.ita Gemin.in d. c.1. nu. 12. de confeſs. cui
ſe ſubſcribit Menoch.ſupracit.loco.
48 Ad materiam tñ nota, quod quemadmodū † pars
ipſa, non autem aduocatus debet ponere,cū poſitio-
nes factū inſpiciant.l.pen.in fin.C.de arbit quod de-
bet à partibus proponi.c.paſtoralis.de iudicijs,& ad-
49 uocatus dicitur † teſtis iuris.l.quiſquis.C. de poſtulat.
50 Ita & pars,non † autem aduocatus ad eas reſpōdere
debet,ne,vt ſupra diximus, iudicium claudicet. Ita
voluit Maran.vbi ſupra in titu. de poſitio.nu. 15. vbi
etiam dicit hoc debere fieri etiam ſine præſentia, &
conſi-

cõſilio ipſius aduocati, vel procuratoris, ſed ſecretò, idem voluit Spec. in d. tit. de poſit. §. 3. verſ. ſed patro-
51 nus alia ductus ẽt ratione, nẽpè quia poſitiones † fiũt per iuramẽtũ. c. ad hoc. circa princ. aliàs incipit. præſenti ũ de teſtib. lib. 6. & Spec. in d. §. 3. nu. 5. aduocati vero hodie non iurant, ergo neq; etiam ponent: ſed
52 † ſi poſitio profertur ab aduocato parte petẽte valet, cum non dicatur propriè poſitio aduocati, ſed bene partis per aduocatum prolata, & ex quo parte præſẽte ponit, vel interrogat, eſt perindè, ac ſi pars ipſa faceret. l. 1. C. de erro. aduo. & ita tradidit Spec. ſupracit. loco, vbi ſubiungit, ꝓ conſilio iudicis, ꝙ priuſquã tali poſitioni, vel interrogationi reſpondeatur, interrogetur clientulus aduocati ponentis, vel interrogãtis, vtrum ipſe ſciat, vel credat, vel ponat, ſeu ratum habeat, quod ponit, ſeu interrogetur per eius aduocatum, arg. c. olim. de cenſib. c. cum cauſam. de appellat. & idem Spec. in tit. de aduoca. §. iam nunc. verſ. ex præmiſſis, & ratio eſt, quia de cõſcientia partis iuramentũ ſuper facto requiritur auth. principales. C. de iuram. cal. capit. in pertractandis. eodem titu. non de conſcientia aduocati non iurati, & quòd reus excluſo aduocato debet poſitionibus rñdere, nec illum conſulere apertè ibidem teſtatur Spec. nu. 7. ea ratione, quia vt diximus poſitiones factũ partis inſpiciũt. d. l. pen. in fi. C. de arbit. & pars debet eſſe magis certa de facto ſuo, quã aduocatus, & ideo in facto proprio non indiget conſilio ipſius, qui factũ ignorat, arg. c. 1. de pœnit. diſtinct. 6. verſ. ideoque non putat, & ſequenti, ne eo vtendo facilè incidat in periurium negando fortè verum, vel confitendo falſum, vt l. 2. C.
53 de indic. vidui. immo aduocatus † debet arceri à conſpectu rñdentis, ne verbo, aut nutu faciat immutare veritatẽ, propè tamẽ manere poterit. l. clarum. C. de auth. præſt. c. illud. 7. q. 1. ibi habeat vicini ſolaminis adiutorẽ, vt poſſit reũ defendere, ne iudex, vel aduocatus actoris eum decipiat cauilloſis poſitionibus. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. l. nec quicquã. §. ad-caros. ff. de offic. proconſulis.

Amplia, quòd dictũ eſt de rñſione fienda à principali, non autem ab aduocato, & procuratore, vt ꝓ-
54 cedat quoad omnes † poſitiones: nã ſi principalis reſpõdiſſet quibuſdã poſitionibus, alijs verò nollet reſpondere, procurator non poterit, ita notandũ dixit Spec. in d. tit. de poſitio. §. 8. nu. 4. vbi adducit exemplum de illo, qui reſpondit quibuſdam poſitionibus, nec volebat alijs reſpondere, iudex vero illi præcepit ne recedat, donec reſpõderit omnibus poſitionibus, ille autem ſpreto mandato redijt in patriam ſuam, & quærebatur, an deberet haberi pro cõfeſſo, & dicit ꝓ confeſſo non eſſe habendum; ſed pro contumace, & tanquam contra contumacem contra eum eſſe procedendum: etiam ſi procurator compareret pro illo volens abſentis contumaciam purgare, vel tãquam defenſorem admitti iſtius, & tunc ſi definitiua ſentẽtia feratur contra talem, quia præſens plenius docuit de iure ſuo valet, & ita Spec. teſtatur obtinuiſſe de mandato Clem. Pap. Quarti, & talis ſententia fuit bis confirmata, licet dura videretur: ad quòd adde conſ. Bal. 182. incip. ſtatuto cauetur, vbi tenet, quod contumax in reſpondendo poſitionibus in termino ſibi
55 ſtatuto à iudice, vel à ſtatuto nõ poſſit † purgare moram, niſi ſubſiſtente aliqua legitima cauſa.

56 Limita, quòd primo dictũ eſt, vt non procedat in ruſtico, vel idiota, aut ſimplice, quia tunc eius aduocatus de licentia iudicis pro eo ponet, & reſpondebit ita Spec. in d. tit. de poſit. §. 7. verſ. 17. per tex. in c. paſtoralis. de iud. vbi Abb. in fi. & in c. dilecti. de iudic. Marſ. in ſing. 450. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 193. nu. 4. & facit. l. ſi poſtulauerit. §. queſtioni. ff. de adul. & idem Spec. §. 3. verſ. non enim dẽt pars. eodem tit. idem voluit Maran. vbi ſupra, nu. 16. vbi dicit, qđ tunc aduocatus poterit intereſſe ſuo examini, ſicut & procurator, ad hoc ne propter ſimplicitatẽ quis decipiatur in reſpondendo, & teſtatur ibi fuiſſe de mente Hoſt. in d. c. dilecti. de iud. & ſequitur Soc. in repe. l. 1. col. 4. ff. de vulg. & pupil.

Secundò limita, quòd licet regula ſit, quòd principalis perſona debeat poſitionibus reſpondere, tamen
57 ſi per procuratorem litigetur, tunc † reſpõdebit procurator. l. non ſolum. ff. de iureiur. l. perindè. §. 1. ff. ad leg. Aquil. c. ad hoc, aliàs præſentium. de teſt. & ſi veritatem neget, quia ignorat, vel quĩa nec Deum, nec homines revereretur, principalis vocandus eſt, & cogendus reſpondere. d. c. ad hoc, & c. in pertractandis de iur. cal. l. vlt. C. de proc. l. ſi actor. ff. eod. ſi verò procurator dicat dubitare, vel neſcire rñdere poſitionibus, & ideo velle conſulere dominũ, ſi id, quod ponitur pertinet ad negotiũ principale, cõdemnabitur in expenſis, quæ propter hoc fient, quia debet conſtitui alius procurator, qui ſit inſtructus in facto, & qui reſpondeat veritatem, aliàs ſibi imputandum eſt, d. c. in pertractandis. l. ſecunda. §. ſin autem, vel cognitus. C. de iur. cal. c. vlt. reſp. primo, de dolo, & contumacia, arg. c. auditis de procurat. & in terminis Monoch. de arbitr. iud. lib. ſecundo. cent. 3. caſu 128. nu. 11. ſi verò eſt nouus articulus, qui ponitur emergẽs, & qui tuto præuideri non potuit, non imputatur domino, ſi illũ non inſtruxerit, & ideo habebit dilationem. c. dilectus de procur. l. ſi actor. ff. eo. tit. l. vlt. C. eo. arg. text. in c. cæterũ. in prin. de iur. cal. c. fraternitatis. de teſt.

Et quod proximè dictum eſt de dilatione concedenda ad reſpondendum amplia, vt non ſolum procedat, ſi articulus eſſet nouus, & emergens, ſed generaliter ſuadente aliqua iuſta cauſa. Ita tradit Spec. d. §. 6. nu. 18. in fi. & prius nu. 15. & habetur ex d. c. dilectus, & l. ſi actor. & l. vlt. C. de proc. Maran. in d. tit. de poſitio. nu. 22. licet in Regno aliud obſeruari teſtetur. Quæ autem iuſta cauſa dicatur pro dilatione obtinenda, hoc reſidere in arbit. iudic. auctor eſt Spec. eod. §. 6. nu. 19. in fin.

Ad hoc autem, vt reus teneatur reſpondere poſitionibus actoris; & vt poſitiones legitimè procedãt,
58 ſciendũ eſt, ꝙ debent fieri † ſuper contentis in libello, vel ſuper pertinentibus ad ea, vel pertinere valentibus ex parte actoris, quo ad fundandam eius intentionem, & debent reſpicere factum aduerſarij, cũ ad factum alterius alius non cogatur reſpondere. Hanc doctrinam tradit ſæpè allegatus Spec. §. 5. nu. 11. per tex. in c. 14. q. 4. & l. vlt. ff. pro ſuo. in fi. l. vti frui. ff. ſi vſuſfruct. pet. l. 1. ff. ſi pars hæred. pet. & l. 1. ff. rerum amota. de quo tamen dic, vt in concluſio. ſeq.

CONCLVSIO MCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Quas poſitiones iudex admittere debeat; & quibus quis reſpondere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Probationum facultas anguſtanda non eſt.*
2 *Probationes tamen non ſunt ita ampliandæ, vt earũ fauore iudex id permittat, quod permittere non debet.*
3 *Poſitiones probationum loco ſeruiunt.*
4 *Poſitio impertinens, continens id, quod etiam probatum non prodeſſet ponenti, admittenda non eſt.*
Contr. nu. 7. Concil. nu. 8.
5 *Probatione ſuperflua, vel inutili, nemo onerandus eſt.*
6 *Poſitio debet extrahi ex corpore libelli, & fundari ſuper deductis in libello.*
9 *Poſitioni notoriè impertinenti, nemo cogitur reſpondere, etiam ſi ſtatutum omnes poſitiones quantumcunque impertinentes admitti iubeat.*

10 Poſi-

10 *Poſitiones, vbi dubium eſt, an ſint impertinentes, necne, admitti debent a iudice.*
11 *Quæ ex ſuperabundanti fiunt, non vitiant contractum.*
12 *Iudex ad cuius aurem pars alloquitur alteri parti ſuſpectus redditur.*
13 *Poſitionibus reſpondens cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, ſibi nõ præiudicat, ſi poſitiones poſtea appareant impertinentes.*
14 *Probatio facta ſuper capitulis impertinentibus, quando fuiſſet admiſſa, cum clauſula, ſaluo iure impertinentiũ nihil releuat.*
15 *Poſitio, quæ aliquid facit ad cauſam, ſi in reliquis impertinens videatur, admittenda eſt.*
16 *Poſitio ſuperflua reijcienda eſt.*
17 *Superfluitas in actis reprobatur.*
18 *Probationes ſuperfluæ, & impertinentes admittendæ non ſunt.*
19 *Poſitio facta in cauſa principali, non debet fieri in cauſa appellationis.*
20 *Poſitio eius, quod aduerſarius in reſpondendo libello negauit, admittitur.*
21 *Poſitioni obſcuræ, nemo reſpondere tenetur, ſed ea debet declarari.*
22 *Poſitio quælibet, confeſſio, ſiue aſſeueratio dicitur.*
23 *Iudex laborare debet, vt certa ſit poſitio, vt ex ea certam poſſit ferre ſententiam.*
24 *Poſitioni continenti factum alterius, quam partium, pars reſpondere non cogitur.*
25 *Poſitiones ſuper facto alterius ad cauſam pertinenti, admitti debent.*
26 *Poſitiones debent fieri ſuper contentis in libello, vel ad ea pertinentibus, vel pertinere valentibus, ad fundandam, vel extenuandam actoris intentionem.*
27 *Poſitiones, an faciant ad cauſam, & an ponentis interſit eis reſponderi per ſummariam cognitionem iudex decidere debet.*
28 *Poſitionibus reſpondere debens, & petens tempus ad deliberandum, debet concedi, & aſſignari.*
29 *Poſitioni negatiuæ reſpondere nemo compellitur, & cur ibidem.*
30 *Poſitiones cum in probationum locum ſuccedant, idem in eis, quod in probationibus iudicandum eſt.*
31 *Iudex, ſi ſibi æquum videtur, poteſt partem ſuper negatiua poſitione interrogare.*
32 *Iudex debet omnibus modis, quibus poteſt, cauſæ veritatẽ inquirere.*
33 *Iudex non debet partem ſuper negatiua poſitione interrogare, quando de ſalute, vel de periculo animæ agitur, vt quando pars eſſet facilis ad deierandum.*
34 *Poſitio generalis, in genere generaliſſimo, reijcienda eſt.*
35 *Obligatio generaliſſima inutilis eſt, quia debitor dando, quid minimum poteſt liberari.*
36 *Poſitio captioſa, cui pars affirmando, vel negando reſpondere non poteſt, quin ſibi præiudicet, reſpuenda eſt.*
37 *Laqueus nemini eſt immittendus.*
38 *Poſitio multiplex admittenda non eſt.*
39 *Poſitiones multiplices reijciendæ ſunt, etiam ſi adſit clauſula, & pono coniunctim & diuiſim, &c.*
40 *Poſitio multiplex, etiam ſi aliquid in ſe contineat, quod verum ſit, tamen tota negari poteſt.*
Ratio redditur ibidem, quia cuius aliqua particularis eſt falſa, eiuſdem vniuerſalis ſimiliter falſa eſt.
Contr. ibidem nu. 41. Conciliatio. nu. 44. & 46.
42 *Reſponſio refertur ſolum ad id, ſuper quo principaliter fit quæſtio, & poſitio.*
43 *Confitens poſitionem continentem aliqua principalia, & diſpoſitiua, & aliqua incidentia enunciatiua, vel demõſtratiua, principalia ſolum confiteri videtur.*
45 *Cautela ad hoc, vt reſpondens poſitioni continenti, partim vera, partim falſa, ſibi non præiudicet, & nu. 46.*
47 *Poſitio continens vera, & falſa, poteſt tota negari, quando eſt ſuper materia indiuidua, vel quando ponitur debitum, ſed ante tempus, vel conditionem.*
48 *Poſitioni iuris, reſpondere quis non compellitur.*
49 *Allegans ius ſcriptum probare non tenetur, cum id, quod ſtatuit, certum ſit, ac determinatum.*
50 *Poſitio continens aliquid corporeo ſenſu perceptibile, licet annectatur concluſio iuris, quæ ex narratis neceſſario ſequitur, admittenda eſt.*
51 *Teſtis deponens, talem eſſe dominum eius rei, non probat, niſi rationem reddat, quæ ſenſu corporeo percipi poſſit.*
52 *Poſitio continens ius non ſcriptum admittẽda eſt, & cur. ibid. nu. 53.*
53 *Conſuetudinem allegans, illam probare debet.*
54 *Poſitioni factæ de iure præſumpto, tenetur quis reſpondere, & cur. ibid. nu. ſeq.*
55 *Ius præſumptum neceſſario, habet mixtum factum.*
56 *Poſitiones ſuper facto fiunt.*
57 *Poſitiones de eo, ſuper quo ius præſumit, admittendæ ſunt.*
58 *Poſitionibus factis de ſtatuto alterius ciuitatis, & loci pars reſpondere compellitur.*
59 *Poſitioni criminoſæ reſpondendum non eſt.*
Contr. nu. 61. Concil. nu. 62. & 63.
60 *Turpitudinem ſuam detegere nemo cogitur.*
64 *Poſitioni factæ ſuper crimine, ad effectum ſolum dilatæ de iudicij, reſpondendum eſt.*
65 *Intentionem ſuam vbi pars plenè probauit, poſitionibus reſpondere non tenetur.*
66 *Probationes vbi excluduntur, & poſitiones intelliguntur excluſæ.*
67 *Poſitioni factæ in genere, & poſteà negatæ non tenetur quis reſpondere, ſi fiat poſtmodum in ſpecie.*
Ratio redditur, ibid. quia remoto genere, remouetur quælibet eius ſpecies.
68 *Poſitio impoſſibilis calumnioſa, dependens a iam negata, contraria prius poſitis, alternatiua facta ab eo, qui non poteſt, eſſe non poteſt, & huiuſmodi reijcienda eſt.*
69 *Poſitioni non reſpondens ad hoc, vt habeatur pro confeſſo, quæ requirantur.*
70 *Poſitiones, quibus quis non reſpondit, vel minus legitimè, ad hoc, vt habeantur pro confeſſis, ſententia interlocutoria declarare oportet.*
71 *Poſitioni non reſpondens habetur pro confeſſo.*
Admittitur tamen probatio contra iſtam fictam confeſſionem, vt ibid. nu. 72.
73 *Poſitionibus non reſpondẽs in beneficialibus, & ſpiritualibus, non habetur pro confeſſo.*
74 *Beneficia, & ſpiritualia non poſſunt ſine Canonica inſtitutione poſſideri.*
75 *Poſitioni ſcienter falſa non reſpondens, non habetur pro confeſſo.*
76 *Poſitioni, minus legitimè factæ, non reſpondens, pro confeſſo non habetur.*
77 *Contumacia ita demum facit quem haberi pro confeſſo, ſi cauſæ qualitas hoc poſtulat.*
78 *Poſitionibus non reſpondens ita demum habetur pro confeſſo, ſi cauſæ qualitas id exigat.*
79 *Reſponſio facta poſitionibus etiam non legitimis, & inualidis valet, & tenet.*
80 *Reſponſio ſine interrogatione in iudicio facta valet.*

1 Licet Probationum † facultas anguſtanda nõ
ſit. l. quoniam. C. de hæret. in ſi. c. quamquam. 14. q. 2. cũ ſimilib. non tñ eſt adeo ampliãda,
2 vt quod iure † non permittitur, probationum intuitu
iudex permittere debeat: ideo quotieſcunque de po-
3 ſitionibus tractandũ erit, cum hæ probationum † loco
ſeruiant, & probationes dicantur, vt ſupra in præcedenti concluſione diximus per tex. in c. ſtatuimus, de confeſſ. lib. 6. Spec. in tit. de poſit. §. 2. nu. 3. notatur in l. eum, qui. ff. de iureiur. animaduertere debet prudens iudex, quænam iuri conſonæ erũt, quænam verò contrariæ, vt & quæ admittendæ, & quæ repellẽdæ ſint, facilè dignoſcat, & vt facilius illa ſequatur nõnullos caſus hic ſubijcicimus poſitionũ nõ admittenda-

Digitized by Google

tendarum, quarum exemplo ad reliquos ſententiam
ſuam adaptare poterit, cum nec nos hi ſumus, q omnia
præſtare poſſimus, iuxta reſpon. Iur. conſ. in l. nõ
poſſunt. ff. de leg.

4 Primò igitur non erit admittẽda poſitio, quæ † impertinens
appellatur, id eſt continens id, quod etiam
probatum non prodeſſet ponenti. Ita Vber. de Bob.
in ſuo tract. de poſit. nu. 41. & 42. per l. poſt, cum ſeq.
ff. famil. erciſ. & l. ſi defenſor. §. ſi de peculio. ff. de
euict. & l. ad probationem. C. de probat. Idem voluit
Iac. de Aret. in ſuo tract. de poſit. nu. 28. in prin. verſ.
2. conſiderandum eſt. Idem ſentit Odofredus Beneuen.
in ſuo quoq; tractatu poſitionum. num. 10. in fi.
Spec. d. tit. de poſit. §. 7. nu. 4. qui exemplificat in eo,
qui agit rei vendicatione, & tu ponis de mutuo, vel
ego ago de matrimonio ſpirituali, & tu ponis de
carnali; vel volo probare me contraxiſſe cum Berta
tali loco, & tpe, & tu ponis, qđ comediſti tali die, tali
loco, nec iudex debet cogere partẽ illi rñdere, quia
5 nemo † onerandus eſt ſuperflua, vel inutili probatione,
vel reſponſione. l. 1. in fi. ff. de teſt. l. non cogendũ.
§. fi. ff. de proba. l. hæc ſtipulatio. ff. vt in poſ. leg. c. cũ
iuncto. de elect. l. Thais. §. ſorore. ff. de fideicomiſſ.
libe. c. qui egerit. diſt. 7. Idem voluit Fran. Cur. in ſuo
* tract. de poſit. nu. 23. vbi dicit ita à Doct. * communi-
6 ter teneri ea ratione, quia † poſitio debet extrahi ex
corpore libelli, ac fundari in deductis in libello.

7 Sed contra † videtur eſſe, quod notat Bald. in l. cum
virum. C. de fideicommiſ. vbi dicit, quod poſitio põt
fieri de eo, quod & ipſum ius verum præſumit, & debet
ei reſponderi, & nihilominus videtur impertinẽs
probare id, quod lex ipſa præſumit, & de præſũptione
iuris facere poſitionem. Idem voluit Bar. ibidem,
qui dicit hoc tantum poſſe fieri per inſtrumenta, &
per teſtes.

8 Verùm reconciliare † poteris, vt qđ dicit Speculator
procedat in poſitionibus impertinentibus verè,
id eſt, quæ nihil ad cauſam faciunt. Bal. autem doctrina
procedit in poſitionibus, quæ licet parũ videãtur
pertinentes, non tamen ſunt impertinentes, prout nõ
eſt impertinens, clarius probare velle id, quod iã apparet
ex dictis ipſius Bal. in d. l. cum virum, ibi etiam
ſi poſitio parum facit ad factum tamen pertinens iudicatur.
l. ergo. ff. de fideicommiſ. lib.

Amplia id, quod dictum eſt adeo verum eſſe, vt &
9 ſtante ſtatuto, quòd † poſitioni impertinenti quis teneatur
reſpondere, ſi poſitio ſit notoriè impertinẽs,
non tenetur iudex illam admittere, nec quis cogitur
reſpondere. Ita Imo. in l. diues. ff. de damn. infect. pro
quo faciunt not. in l. 1. ff. quod vi, aut clam. Idem voluit
Franc. Cur. in d. ſuo tract. poſit. nu. 27. ea ratione
ductus, quia in notorijs nõ cadit diſcuſſio, & examinatio.
c. ad noſtram. il 2. aliàs il 3. de iureiur. gl. in l. 1.
C. qui, & à quibus, & ſubiungit hoc etiam habere locum
ſi ſtatutum loquatur per verba quantumcunq;
generalia, & vniuerſalia, quibuſcunq; poſitionibus,
& omnibus poſitionibus: nam ſuper intelligitur de
quibuſcunq; legitimis, & de omnibus non notoriè
impertinentibus per text. cum Bald. in l. 1. C. de fide
inſtr. & refert Imo. ita obtinuiſſe Bononiæ, in l. 4. §.
prætor, verſ. toties. ff. de damn. infect.

Primò limita, vt impertinens poſitio admittenda
non ſit, ſi vel notoriè eſt impertinens, vel iudex eſt
certus, quod impertinens eſt. ſi verò incertum eſt, vel
10 dubitatur, tunc tutius eſt, quod † poſitionem admittat,
& cogat reſpondere. d. c. ſtatuimus, in fin. de confeſſ.
cap. cum ſpeciali. § porro, verſ. exceſſu. de appel.
c. 2. de reg. iur. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog.
act. & l. qui ſeruum. §. in iure, & l. vbicunque. ff. eo. nã
ſecurius eſt ſuperfluũ admittere, quam neceſſarium
omittere. c. non æſtimemus. 13. q. 2. l. is, apud quem.
11 C. de edendo, quia quæ ex ſuperabundanti † fiunt, nõ
ſolent vitiare contractũ. l. non ſolent. ff. de reg. iur. &
ita tenuit Spec. in d. §. 7. nu. 7. vbi admonet iudicẽ, ne
velit eſſe præceps in reijciendo poſitiones: nam ſæpè
prima facie nõ videntur facere ad cauſam, & eſſe impertinentes,
& tamen benè ſunt pertinentes, & docet
ponẽtem, quòd ſi videat iudicem dubitare circa admiſſionem,
exprimat illi intentionem ſuam ad aurem,
ne aduerſariũ publicè dicens inſtruat, vt contingit
de fide inſtrumentorum, & tunc iudex ſi euidẽter
deprehendat, quòd eius intereſſit reſponderi, cogat eũ
reſpõdere. l. ſi ſine. §. pen. ff. de interrog. act. licet alio-
12 qui † iudicem ad aurem reddat illum ſuſpectum alteri
parti, niſi quòd in aure audit, publicè proferat. c.
cum ex iniuncto, propè prin. de hæret. c. nolite, il 2.
11. q. 13. & quòd in dubio ſint admittendæ poſitiones,
teſtatur Franc. Curr. in d. ſuo tract. de poſitio. nu. 28.
vbi dicit, quòd de hoc inoleuit practica generalis totius
orbis, per quam Iudices cogunt partem reſpondere
omnibus poſitionibus addita clauſula, ſaluo iure
impertinentium, & non admittendarum, interloquẽdo,
quòd ſi non fuerit reſpondendum non intendit
haberi pro reſponſo, ſeu pro admiſſis, & pariter reſpõdentes
reſpõdent, ſub illa proteſtatione, & ita formaliter
obſeruare bonos aſſeſſores dixit Ang. in l. ſi quis
libertatem. ff. de petit. hær. in l. in ſpeciali. ff. de rei vẽdic.
Bal. in l. momentaneæ. C. de his, qui non habent.
leg. perſ. ſtan. in iud. l. ſi ſine, in prin. ff. de interrog. act.
Gemi. in d. c. 2. de conf. lib. 6. Bart. in l. ſi duo patroni.
§. idem Iul. col. vlt. ff. de iureiur. & hoc dicit Curt. vbi
ſupra habere locum in dubio, id eſt quando iudex nõ
13 videt notoriam impertinẽtiam. Et ſcito, quòd † clauſula
ſuprascripta, ſaluo iure impertinentium, & non
admittendarum, multum operatur, tam ex parte iudicis,
quàm ex parte reſpondentis, quia parti nullũ præiudicium
infertur, ſi poſteà poſitiones appareant nõ
fuiſſe tales, quibus debeat reſpondere, licet fuerit re-
14 ſponſum, ſicut & probatio facta † ſuper capitulis impertinentibus,
quando admiſſa fuiſſet ſub illa clauſula,
redderetur nullius momenti. Ita Ang. Bart. Bal. &
Gemin. in ſupracit. loco, & nos de his omnibus diximus
ſup. in concluſ. 132. vbi omninò vide.

Secundò limita, vt verum ſit ſupradictum, ſi poſitio
eſt omninò impertinens, & in totum non faciens
ad cauſam, nec principaliter, nec coniecturariuè, nec
15 incidenter: ſecus tamen † ſi poſitio aliquid faceret
ad cauſam, vel præſumptiuè, vel coniecturariuè, vel
de per ſe, vel coniuncta cum alijs adminiculis: nam
tunc admittitur, & tenetur reſpondere, exemplũ erit.
Ego pono, quòd olim poſſedi, vel quòd olim fui dominus
iſtius fundi, certè iſta poſitio erit admittenda,
quia olim dominus, vel poſſeſſor etiam præſumitur
hodie dominus, vel poſſeſſor, ſaltem coniecturatiuè,
ita exemplificat Bal. in l. ſiue poſſidetis. C. de probat.
& in l. vnica. col. 23. C. de confeſ. & illum refert ſequẽndo
Franc. Curt. in d. ſuo tract. de poſitio. nu. 24.
& 25. & dicit notanda, quia ſæpè ſolent allegari.

16 Secũdò nõ erit admittẽda † poſitio ſuperflua id eſt,
quæ eſt eadem cum iã facta, vel cum iam conceſſa,
vel cum iam negata, vel ſi eſt contraria cum iam cõceſſis,
vel iam negatis, vt admiſſa non tenetur quis
reſpondere. c. cum tu. de teſtib. c. veniens. de iureiur.
in fi. cap. clericos, de cohabit. cler. & mulier. l. fi. C. ſi
aduerſ. vend. l. ſi quis libertatem. §. fi. ff. de pet. hæred.
17 & ratio eſt, quia † ſuperfluitas in actis reprobat. l. fi. C.
de precib. imp. offer. nec quis dẽt ſuperflua reſponſione
grauari, vt d. l. 1. ff. de teſtibus, in fi. cũ ſupra alleg.
18 quemadmodum quis non admittitur † ad probandũ
ſuperflua, vel impertinentia, ſic nec ad ponendum. c.
cũ contingat. de offic. deleg. c. dilecti. de exceptio. ita
Spec. in d. §. 7. nu. 1. & Vber. de Bob. in ſuo tractat. de
poſitio. nu. 59. & Iacob. de Arena, in d. ſuo trac. poſit.
nu. 26. in primo. verſ. nouiſſimè autem, idem voluit
Odofre. Beneuen. in d. ſuo tract. poſitio. nu. 10. Ita &
Lanfran. de Oria. in d. ſuo tract. reſpon. nu. 7. & ideo
vna

Digitized by Google

19 vna † poſitio facta in cauſa principali, non debet fie-
ri in cauſa appellationis. Bal. in l. ampliorem. §. in re-
futatorijs. C. de temporib. appell. & idẽ tenuit Fran.
Curt. in d. ſuo tract. de poſitio. nu. 38. exclamans cum
Bal. contra cauilloſos aduocatos ſæpius idem ponen-
tes, & dicit, quòd poſtquam quis ſemel [illegible]ſponderit
poſitioni, ſi de nouo fiat eadem poſitio, nõ tenebitur
aduerſarius reſpondere: & ita * communiter Doct. te-
nere teſtatur, quod etiam voluit gl. in c. 2. de confeſſ.
lib. 6.

20 Declara, vt hæc vera ſint: niſi poſt † litem redigeret
in poſitionem, quod prius deductum fuerat in peti-
tione: nam licet ex quo reus negauit petitionẽ acto-
ris per ſupradicta, non poſſet iterũ interrogari ſuper
negatis, tamen quia poſſet eſſe, vt per reuerentiã iu-
ramenti poſteà emiſſi concedat litigator, quod prius
litem ſimpliciter cõteſtando negauerat, vel èconträ,
ideo ſuper eiſdem concedentur poſitiones. Ita Spec.
in d. §. 7. nu. 3. Idẽ voluit Vber. de Bob. vbi ſupra nu.
40. & Odofr. Beneuen. in d. ſuo tract. ſupracit. loco.

21 Tertio obſcura poſitio † nõ eſt admittenda, nec ei
reſpondere tenetur reus, ſed debet declarari ex reg. le-
gis, vt reſponſum, C. de tranſ. c. de muliere, de ſponſ.
l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. cap. erit. diſt. 41.
prætor. §. quod autem. ff. de minor. l. in ambigua. ff. de
22 reb. dub. & ratio eſt, quia cum omnis † poſitio ſit cõ-
feſſio, ſiue aſſeueratio, vt diximus, ſi eſt ambigua, non
eſt admittenda, quaſi nihil poſuerit, arg. c. in præſen-
23 tia, de probat. c. cum clamor, de teſt. & iudex † debet
laborare, vt poſitio ſit certa, vt poſſit certam ferre ſẽ-
tentiam, §. curare, Inſtit. de actio. c. graue. 11. q. 3. c. ſi
diſt. 33. ita Vber. de Bob. vbi ſupra, nu. 43. cum ſeq. &
Iacob. de Are. in d. ſuo tract. de poſitio. nu. 29. in prin.
ver. 2. conſiderandum eſt, quod etiã probauit Odofr.
Beneuen. in ſuo tract. poſitio. nu. 11.

24 Quartò poſitioni † continenti factum alterius, quã
partium, non tenetur quis reſpondere, nec eſt poſitio
talis admittenda. l. vlt. in fi. ff. pro ſuo. l. vti frui. ff. ſi
vſusfruct. pet. l. 1. ff. ſi pars hæred. pet. l. Marcellus. ff.
rer. amot. Spec. in d. tit. de poſitio. §. 7. num. 12. vbi ait,
quòd quis non tenetur reſpondere de facto alieno; nec
de facto aduerſarij. Idem voluit in §. 5. verſ. & nota,
nu. 11. ac Vber. de Bob. vbi ſupra, nu. 50. verſ. itẽ non
eſt admittẽda poſitio. l. ſi ſine. §. 2. ff. de interrog. act.
Intellige, vt hoc non procedat quotieſcunq; factũ
25 alterius, & alienum † faceret ad cauſam: nam tunc eſ-
ſet ſuper illo reſpondendum, cũ de eo poſitiones fie-
ri poſſet, vt patet ex ſupra relato exẽplo ab eo. Spec.
in d. §. 5. de eo, qui ſuã electionẽ confirmari petebat,
& volebat docere illam canonicã fuiſſe, vbi nõ ſolũ
debet talis ponere, quòd fuit electus ad regimen Ec-
cleſiæ, ſed quod fuit electus ſede vacante in eadẽ Ec-
cleſia, per mortem, vel ceſſionem talis, & quòd fuit ele-
ctus per eos, qui erãt in quaſi poſſeſſione eligẽdi Re-
ctorẽ ad dictam Eccleſiam, & quòd talis, & talis sũt
canonici dictæ Eccleſiæ, & quod ſunt in poſſeſſione
canonicatus, & eligendi cũ omnibus alijs, de quibus
ibi per eũ, quæ omnia reſpiciũt factũ tertij & alienũ.
Et hoc idem colligitur ex eo. Spec. in d. §. 1. num. 11.
26 verſ. & nota, vbi concludit, quod poſitiones † debent
fieri ſuper contentis in libello, vel ad ea pertinenti-
bus, vel pertinere volentibus ex parte actoris, quoad
fundandam eius intentionem, ex parte verò rei, quoad
excuſandam, [illegible] c. 14. q. 4. & ſic dũmodo faciant
ad cauſam, vel facere poſſint, poſſunt poſitionibus
[illegible] Idem animaduertit additionum au-
ctor ad eundem Spec. in d. §. 5. verſ. 4. conſiderandũ
27 eſt [illegible] & an faciat † ad cauſã necne, & an inter-
ſit ponentis, quid reſpondeatur, per ſummariã cogni-
tionem præcedentẽ deciditur. Ita idem Spec. in d. §.
7. nu. [illegible] verſ. [illegible] conſiderãdum eſt, & allegat tex. in d.
l. ſi ſine. §. [illegible] ff. de interrog. act. ſi verò reſpondere
28 debens † ſuper facto tertij petat tẽpus ad deliberan-

dum, & certificãdũ ſe, vt poſſit reſpondere, debet aſſignari
terminus. Ita Fran. Curt. in d. ſuo tract. de poſitio. nu.
41. de mente Bar. & Bal. * communiter Doct.

29 Quintò poſitio † negatiua admittenda nõ eſt, nec
ei reſpondere quis cogitur, quia qui negat, nõ ponit,
ſed remouet, vt inquit Spec. d. §. 7. nu. 17. verſ. 8. con-
ſiderandũ eſt, vbi ait hoc procedere ſiue negatiua ſit
explicita, ſcilicet, non habẽs determinationem loci,
vel temporis, vt pono, quòd non cognoui Bertã abſ-
que loco, & tempore, vt in cap. 2. de frigid. vel malef.
vel non fui citatus. c. bonæ. §. porrò, de elect. ſiue im-
plicita, vt pono, quòd tempore electionis quatuor ex
canonicis tantum præſentes fuerunt, arg. c. cũm Ec-
cleſia Sutrina, de cauſ. poſ. & propr. & probatur hæc
30 ratione, quia poſitiones ſuccedunt † in locum proba-
tionum, vnde id ſolum veniet in poſitione, quod in
probatione, ſed negatiuæ nulla eſt directa probatio,
ergo nec poſitio de ea eſſe poterit. c. quoniam cõtra,
de proba. l. 2. ff. eodem tit. c. actor. 6. quæſt. vltim. d. c.
cum Eccleſia Sutr. de cau. poſſ. & propr. Idem voluit
Lanfranc. de Oriano, in d. ſuo tract. de reſponſ. nu. 8.
verſ. octaua eſt regula.

Declara tũ, quod licet negatiua non poſſit poni à
31 parte, iudex † tamen ex ſuo officio poterit, & debebit,
ſi viderit expedire interrogare ſuper negatiua, arg. l.
vlt. ff. de interrog. act. & d. c. cum Ioannes, de fide in-
ſtrum. vbi iudex facit interrogationẽ, quam pars fa-
cere non poterat, ex quo erat concluſum in cauſa, &
32 ita declarat Specu. ibidem: nam & ad iudicem † ſpe-
ctat inquirere veritatẽ modis omnibus, quibus põt a-
ſſerere, de præſump. & habet ex officio ſuo cuncta ri-
mari. c. iudicantem. 30. quæſt. vlt. c. occidit. 23. quæſt.
8. c. ſuper quæſtionum. §. intentionis. de offic. iud. de-
le. ideo ſuadente aliquo caſu æquitate poterit, ſi ita
ſibi expediens viſum fuerit, admittere poſitiones ta-
les negatiuas, quæ non poſſunt probari; niſi per con-
feſſionem partis. d. c. ſtatuimus, de confeſ. lib. 6. & ita
idem Spec. ibidem, qui dicit hoc minimè procedere,
33 ſi agatur de ſalute, † vel de periculo animæ; arg. text.
in c. lator, ad fi. de re iudicata, & eiuſdem ſententiæ
fuit, tàm quoad dictum, quàm quoad declarationem
Vber. de Bob. ſupracit. loco n. 48. vbi ponit tres alias
declarationes: in quibus cum nõ perſiſtat, illas omit-
to. Ita etiam Iac. de Are. in d. ſuo tract. num. 34. verſ.
octauo occurit. Idẽ voluit Odofr. Beneuen. in d. ſuo
tract. poſitio. nu. 13. & 14. & Gemin. in d. c. ſtatuimus
in prin. Fran. Curt. in d. ſuo tract. poſitio. num. 36. vbi
ait, quòd hodie eſt deciſum negatiuè poſitioni eſſe re-
ſpondendum, quoties iudici æquum videbitur per tex.
in c. 1. de confeſſ. lib. 6. vbi expreſsè hoc ſtatuitur ab
Innoc. Statuimus inquit tex. vt poſitiones negatiuas,
quæ probari non poſſunt, niſi per confeſſionẽ aduer-
ſarij iudices admittere poſſint, ſi æquitate ſuadente
viderint expedire. Et bene quia iudicis eſt inquirere
veritatem, modis quibus poteſt omnibus, vt diximus.

34 Sextò poſitio reijcitur, ſi ſit † generalis in genere
generaliſſimo, verbi gratia, pono mihi fundum dari
debere, vel ſic pono, quod Sempronius mihi debet
aliquid: nam generalitas parit obſcuritatem. l. ita fi-
dei. ff. de iu. fiſ. & obſcuræ petitioni reſpondendũ nõ
eſt, nec eſt admittenda, vt ſupra diximus, & hoc præ-
cipuè tenet idem Spec. vbi ſupra num. 19. verſ. nonò
conſiderandũ eſt. Idem voluit ſupraci. Vber. de Bob.
in d. ſuo tract. nu. 50. verſ. nono notandũ eſt, & aliam
rationem adducit, videlicet quia talis poſitio genera-
liſſima eſt prorſus inutilis propter inutilitatẽ ſolutio-
35 nis præſtandæ: nã † debitor minimũ quid ſoluendo li-
beratur, & ideò non oportet ad tales pbationes, ſiue
poſitiones laborare, cum ſint deriſoriæ, vt l. Titia, in
prin. ff. de leg. 2. & l. cũ poſt. §. gener. ff de iu. dot. & l.
locus. ff. de verb. obl. Idẽ voluit Iac. de Are. in ſuo tra-
cta. nu. 36. verſ. nunc videndũ eſt, motus eadẽ ratio-
ne videlicet, quia talis poſitio dicitur inutilis cum

quis

quis præſtãdo fondum vnius digiti liberaretur, quòd
& ſenſit Odofr. Beneuen. in ſuo tract. poſitio. nu. 15.
36 Septimò captioſa † poſitio reſpuenda eſt, & dicitur
captioſa poſitio, quando reſponſio, quæ fit nõ poteſt
fieri affirmando, vel negando, quin ſibi præiudicet,
verbi gratia pono, quòd tu es vſurarius: ſi dicis, quod
ſic, detegis turpitudinem tuam: ſi dicis, quod nõ, cum
ſis, periurus efficeris, & ſic de ſimilibus. Ita Specul. in
tit. de poſitio. §. 7. num. 20. ea ductus ratione, quia ne-
37 mini † laqueus immittendus eſt. c. de viduis. 22. q. 1. &
ideo dixit Imp. non ſpectabis me auctorem periurij.
l. 1. C. ſi aduerſus venditionem. c. ſi vero. de iureiuran.
quod etiam confirmauit Lanfranc. de Oria. in d. ſuo
tract. de reſponſ. nu. 8.
38 Octauò multiplex, † ſeu implicita poſitio admit-
tenda non eſt, vt puta, quando continet in ſe plures
articulos, vel plura dicta, quod eſſe non debet. d. l. ita
fidei. ff. de iur. fiſc. exemplum erit, ſi pono, quòd poſ-
ſideo talem Eccleſiam pertinẽtem ad tale monaſte-
rium: iſta enim poſitio duo continet, quorum vnum
poteſt eſſe verum alterum falſum ſimul, & ſemel: nã
poteſt eſſe, quòd ego poſſideo illam Eccleſiã, & po-
teſt non eſſe, quòd pertineat ad Monaſterium; vnde
reus remanet implicitus, & perplexus, quòd non cõ-
uenit. ita Vber. de Bob. in d. ſuo tract. de poſitio. nu.
50. verſ. 6. ſciendum eſt, & idem Iac. de Aret. in d. ſuo
tract. poſitio. §. 4. nu. 16. cũ ſeq. & Spec. in d. ſuo tract.
poſitio. §. 7. nu. 38. verſ. 11. conſiderandum eſt, Odofr.
Beneuen. in d. ſuo tract. poſitio, nu. 16. ver. 11. attẽden
dum eſt, Lanfr. de Orian. in d. ſuo tract. reſponſ. nu. 9.
Franc. Curt. in d. ſuo tract. poſitio. nu. 42. & prius nu.
30. de mente Bald. in d. l. precibus, in primo notab. C.
de impub. & alijs ſubſtitut.
39 Et ampliat † idem eſſe, ſi addatur clauſula, & pono
coniunctim, & diuiſim, prout etiã dicit Spec. vbi ſu-
pra, nu. 21. & ideo ſubiungit, quòd reus poterit dice-
re ponenti, frater explica tuam poſitionem, aliàs non
reſpondebo, vel ipſemet explicabit rñdendo dicens,
hoc eſt verũ, illud falſum, arg. text. in d. l. precibus. c.
de muliere, de ſpõſ. l. filius. ff. ad l. Corn. de fal. reſpõ.
1. & ſeq. c. Rayn. de teſtam. vel negando ſimpliciter
poſitionẽ caſu, quo capitulum, vel articulus annexus
eſſet falſus, licet alius eſſet verus, ꝙ poteſt facere ſe-
40 cundũ regulã, quæ habet, cuius † aliqua particularis
eſt falſa eius vniuerſalis ſimpliciter eſt falſa, arg. c. ſi
ad ſacras. 9. diſt. c. puta. 3. q. 9. l. cũ eiuſdem. ff. de ædil.
edic. c. fraternitatis, de hæret. vt ſi quis vellet probа-
re, me hodie comediſſe, & poneret, ꝙ hodie ego co-
medi in tali Eccleſia, certè ſi hodie nõ intraui Eccle-
ſiam illã, poſſum hanc poſitionẽ ſimpliciter negare.
41 Sed contra † iſtud vltimũ dictum facit alia regula,
42 quæ habet, quòd † reſponſio refertur ſolum ad id, ſu-
per quo principaliter fit quæſtio, ſeu poſitio. Specu. in
d. ti. de poſitio §. 6. nu. 16. verſ. itẽ non eſt, & ſeq. nu.
23. verſ. reſponſio. & ideo, ſi volo probare principali-
ter, ꝙ tu comediſti hodie; licet adijciã in tali Eccle-
ſia, ex quo tunc reſponſio dẽt adaptari ad meã prin-
cipalem intentionẽ, quæ eſt probare te comediſſe, nõ
poteris propter loci adiectionem poſitionẽ negare,
prout à contrario ſenſu de hoc ponit exemplũ idem
Spec. d. nu. 23. de eo, qui intendebat probare ſe mu-
tuaſſe centum Titio defuncto, & ponit, quod mutua-
uit decẽ Titio defuncto, cuius ego ſum heres, & ſi po-
ſitionem ſimpliciter cõfiteor, videor ſolũ de mutuo
confiteri, non autem, quod ego ſim hæres defuncti,
quia illud, cuius ego ſum hæres, videtur dictũ demõ-
ſtratiuè, non autem ponendo, ſeu affirmãdo, argum.
tex. in l. cũ tale. §. falſa. ff. de condit. & demonſtrat. &
ideo dixit Bart. in l. ſi cui, la prima. §. 1. ff. de leg. 1. qđ
43 ſi fiat † poſitio ſimpliciter de pluribus, quorũ aliqua
ſint principalia, & diſpoſitiua & aliqua incidentium
enunciatiua, vel demonſtratiua, reſpõdendo ſimplici-
ter videtur confiteri deducta principaliter, non dedu-
cta incidenter, & demonſtratiuè, ſi ergo confeſſio in
tali poſitione refertur ſolum ad principale, ergo ſub
prætextu verborum demonſtratiuè appoſitorũ, licet
à veritate diſcrepantium, non poterit negari tota po-
* ſitio, & hanc Bart. doctrinam dicit magis *communẽ
Gab. Sara[illegible] addit. ad ſing. Mattheſ. 33. vbi contra-
rium ſententes allegat.
44 Sed omnia † inter ſe contraria ceſſabunt, ſi reſpon-
dẽs poſitioni, quæ continet in aliqua parte ſui aliquid,
45 quod negari poſſit, vtetur hac cautela † reſpondendo
non credo, vel nego, prout ponitur, ſicut, & in libello
reſpondendo dicimus, nego narrata, prout narrãtur,
vel credo hoc, vel illo modo, vel nego hoc, vel illo
modo, prout refert idem Spec. loco citato.
Vel dic, quòd ſi ponens multiplicem, vel implici-
46 tam poſitionẽ † proteſtetur, ꝙ non vult habere partẽ,
tũc poteſt tota poſitio indiſtinctè negari, ſi aliquam
partem falſam continet, ſicut, & poterit tota negari,
47 quando † eſſet ſuper materia indiuidua, vel quando
ponitur debitum, ſed ante tempus, vel cõditionem,
ita ſupradicta limitauit Fel. in c. nam concupiſcen-
tiam, col. 8. nu. 14. verſ. in gl. 2. in fi. de conſtit.
48 Nonò poſitio, † quæ iuris eſt, reijcitur, nec illi quis
cogitur reſpondere, quia quod ius ſtatuit, certum eſt,
& finitum, & probatũ in ſe, nec in eo confeſſio quic-
quam operatur. l. in omni. ff. de iur. & fact. igno. & l.
plurimum. ff. eodem tit. c. ſæpè, in prin. de appell. l. or-
namentorum. ff. de aur. & arg. leg. Ita Spec. vbi ſupra
nu. 29. & Vber. de Bob. vbi ſupra nu. 53. ponẽs exem-
plum in illo, qui ponit, quòd impubes non poteſt fa-
cere teſtamentum, cui aduerſarius non cogitur re-
ſpondere, quia nec tenetur probare, quod ius ſtatuit
cum ſit finitum, & certum. l. vlt. ff. de iureiur. & poſi-
tiones ſunt inuentæ ad modum probationum, & al-
49 legans † ius ſcriptum probare non tenetur, vt tradidit
Iac. de Aret. in d. ſuo tract. poſitio. nu. 41. verſ. 13. cõ-
ſideratio eſt, vbi dicit, quòd hæc eſt veritas, & Odofr.
Beneuen. in d. ſuo tract. poſitio. num. 18. & Lanfr. de
Oria. in d. ſuo tract. reſpon. nu. 6. & Franc. Curt. in d.
ſuo tract. poſitio. nu. 33.
Sed intellige, quòd aut poſitio ſit ſuper iure nullo
ſenſu corporis per reſpondere debentẽ perceptibile,
& tũc poſitio de tali iure repellitur: ſi autem, quòd in
poſitione continetur, aliquo ſenſu corporis percipi
poteſt, licet annectatur concluſio iuris, quę ex narra-
50 tis neceſſario ſequitur: † tunc poſitio talis recipit, &
debet reſponderi. ſic diſtinxit. Ioan. And. in addit. ad
Spec. in tit. de teſt. §. nunc videndum, in prin. verſ. re-
fert demum, ibi, in quantum tamen, vbi ponit exem-
plum de illo, qui ponit, quod poſſedit talem rem mo-
bilem tanto tempore tali titulo, & bona fide incon-
cuſsè, & ideo eſt dominus, & licet ponat de diſpoſi-
tione iuris, dum dicit, & ideo ſum dominus, tñ quia
talis diſpoſitio reſultat ex facto poſito qualificato,
debet reſpondere facto: cum reſponſio ipſius non fa-
ciat, quod ille ſit dominus necne; cum hoc totũ re-
linquatur diſpoſitioni iuris, ſed fatetur factũ, in quo,
an illa deciſio iuris habeat locũ, dignoſcitur per iu-
dicem, huc ſpectat, quòd dixit Spec. in d. tit. de teſt. §.
nunc tractandum, nu. 23. verſ. quid ergo, ſi quis. vbi
51 voluit, quòd ſi quis † teſtis deponat, quòd ſcit, quòd
Petrus eſt dominus rei petitæ, non probat, quia talis
teſtis dicitur reddere teſtimonium de iure, non autẽ
de facto, quòd non licet, ſi tamen ſubiungat, quòd
ſcit illum eſſe dominum, quia ſcit illum habere do-
miniũ ex titu. emptionis à tali cum tali, pretio inter-
ueniẽte, rei traditione cũ alijs ſimilibus, quæ ſub ſen-
ſum cadunt, bene probabit, & qualificat factum ex
quo poſtmodum inſurgit ius, quod prius dixit, vide-
licet illũ Petrum eſſe dominum, & per conſequens
tale ius ſubſequens factũ qualificatum, non dicitur
impertinens in poſitione ad effectum, vt reijciatur.
Secundò declara, vt dictum procedat in poſitione
iuris

52 iuris ſcripti, ſecus in poſitione † iuris non ſcripti, id-
eſt conſuetudinis: nam tunc poſitio de conſuetudine
poni poteſt, vt ſi pono, quòd de tali re eſt conſuetu-
53 do, & eſt ratio, quia † qui conſuetudinem allegat, pro
bare debet, vt l. 1. in prin. C. quæ ſit longa conſuet. &
nos ſup. in cõcluſ. 425. & ſeq. ita docet Vber. de Bob.
in d. tract. poſitio. nu. 54. & Iac. de Aret. in d. ſuo trac.
poſitio. nu. 42. & Franc. Curt. vbi ſupra in eod. tract.
poſitio. num. 34.
54 Tertiò declara, vt aliud ſit † in iure pſumpto, quia
iuri præſumpto tenetur reſpondere, & ratio eſt, quia
55 ius præſumptum † neceſſario habet mixtum factũ,
& ſine facto non poteſt cadere ius præſumptum, et
56 ſuper † facto fiunt poſitiones. Ita Franc. Curt. ubi ſu-
pra num. 35. et huc ſpectat, quod uoluit Bal. in l. cum
57 virum. C. de fideicommiſ. dum voluit, quòd † de præ-
ſumptione iuris, ſiue eo, ſuper quo ius præſumit, poſ-
ſint fieri poſitiones, quòd ibid. probat Bart.
Quartò declara, vt ſolùm procedat, quoad ius ſcri-
ptum commune, vel ſcriptum particulariter alicuius
58 loci, ideſt ſtatuta, ſecus † ſi fieret poſitio de ſtatuto
alterius ciuitatis, et loci, quia tunc ſuper ſtatuto alte-
rius loci poterunt fieri poſitiones. Ita Bart. et Docto.
poſt gl. in d. l. ornamentorum. ff. de aur. et arg. lega. et
in l. præſcrip. in fi. ff. ſi contra ius, vel vtilitatem publ.
arg. c. 1. de conſtit. lib. 6. Bart. in l. non fatetur. ff. de cõ
feſs. Bal. in l. vni c. C. eod. tit. Fran. Curt. vbi ſup. nu. 33.
et ſequen.
59 Decimò poſitio † criminoſa non eſt admittenda,
60 nec ei reſpondendum eſt, cum † nemo cogatur dete-
gere turpitudinem ſuam. cap. dudum, il 2. de elect. et
* hanc * communẽ eſſe Doct. ſententiam teſtatur Frãc.
Curt. in d. tract. de poſit. n. 45. et ita tenuit Bald. in d. l.
2. §. quod obſeruari. C. de iur. calum. Idem in l. 1. C.
quom. et quan. iud. et in l. conſtitit. C. de pœn. iud. et
in l. accuſat. C. qui accuſ. non poſs. Ang. in d. l. Mar-
cellus. ff. rer. amor. Doct. in c. 2. de cõfeſs. lib. 6. et Bal.
in d. §. quod obſeruari, teſtatur iſtud de conſuet. ſerua
* ri, ubi Sal. in fi. dicit hanc eſſe * communem opinio-
nem, et reſpondet ad leg. per Bar. contrarium ſentiẽ-
tem allegatas in d. §. quod obſeruari, in d. l. Marcel-
lus. §. 1. et in l. vlt. ff. de his, quib. vt indig. et Iaſ. in l. 1.
ff. de off. aſſeſ. dicit, quòd opinio Bartol. in d. l. vlt. eſt
* noua, et quòd contraria eſt verior, et * communis, ꝙ
indiſtinctè non teneatur, quis reſpondere poſitioni
criminoſæ. facit. l. qui iuraſſe. §. ſi pater, cum glo. vlt.
ff. de iureiur. et l. ſi à te, in prin.
61 Contrarium † voluit Bar. in d. l. ult. nu. 10. ff. de his,
quib. vt indig. per d. l. Marcel. §. 1. ff. rer. amo. vbi quis
tenetᷣ reſpondere, an deliquerit, vel non, et l. lex Cor-
nelia. §. hac leg. ff. de iniur. et l. 3. §. 1. ff. de iureiu. et de
hoc dicit eſſe gl. in d. l. non intelligitur. §. tacitam, in
gl. parua, in verſ. probationib. ff. de iur. fiſc. Idem Bar.
in conſ. 194. incip. Cecus de Spoleto. nu. 4. facit tex. in
l. quoties. §. prætor. ff. de noxal. act. vbi quis poteſt co-
gi per iuramentum reſpondere, an poſsideat, uel do-
lo deſierit poſsidere. l. qui petitio. ff. de rei vend. et ad
hoc facit. gl. in l. 1. ſuper verſ. poſtulationib. ff. de off.
aſſeſ. vbi quis interrogatur de ſua turpitudine, et Bar.
in d. l. vlt. reſpondet ad iura in contrarium allegata,
vt procedant, quando poſitiones fierent ſuper crimi-
ne iam deciſo, vel per ſentẽtiam, vel per iuramentũ,
quod iudex pati non debet. l. ſi duo patroni. §. idẽ Iu-
lia. in fi. ff. de iureiur. et hanc opinionem Bart. ample-
ctitur Lanfr. de Orian. in d. tract. de poſitio. nu. 9. in fi.
et dicit illam ſeruari in iudicando, et practicando, cũ
ſit maioris authoritatis opinio Bart. quàm Bal.
62 Bartol. † tamen diſtinguit, quòd aut crimen de quo
ponitur, ſi celaretur, faceret criminoſum locupletem
cum aliena iactura, et debet reſpondere poſitioni cri
minoſæ, vt in d. l. Marcel. §. 1. et in d. l. quoties. §. præ-
tor. ff. de noxa vbi quis cogitur reſpondere, an poſſi-
deat, vel dolo fecerit, quominus poſsideret, Aut illud
crimen, de quo ponitur, ſi occultaretur, non faceret
quem lucrari cũ aliena iactura, & tunc non dẽt reſpõ
deri, ita Bart. in d. l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amor. & pro
hoc dicit facere tex. in l. ideo. §. generaliter. ff. mād.
& l. tranſactione. C. de trãſ. & idẽ Bar. in d. l. 2. §. quod
obſeruari. C. de iur. cal. licet alijs verbis. Quandoque
per poſitionem criminoſam detegitur à lege, quem
eſſe detentorem rerum ad alium pertinentium, vel
eſſe alterius debitorem, & tunc cogitur reſpondere.
Quandoq; per poſitionem delictum hoc non detega-
tur, ſed ſolùm perſona repellitur, & tunc non debet
reſponderi poſitioni criminoſæ: & ita dicit intelligi
dictum Canoniſtarum, dum inquiunt, quòd quis nõ
debet ſe prodere.
63 Vel ſecundò † diſtingue, quòd aut crimen, quod
ponitur eſt notorium per ſententiam, vel alio modo,
& tunc tenetur reſpondere. Ita Bar. ibid. qui ait ita eſ-
ſe intelligendam gl. in d. l. 1. ff. de off. aſſeſ. ſuper verſ.
poſtulationib. vbi interrogatur aduocatus, & reſpon-
dere cogitur, an ſit infamis, ſcilicet per ſententiam, &
ita tenuit Inno. in c. dudum, de elect. vbi ait, quod ſu-
per notorijs, vel manifeſtis per ſententiam, vel alio
modo quis tenetur reſpondere, aliàs eſſet peccatum.
c. tua, de cohab. cleric. & mulier. & Spe. in d. tit. de po
ſitio. §. 7. nu. 40.
* Sed retenta priori opinione. Bal. tanquam * cõmu-
ni illã limitabis, vt non procedat, quando poſitio
64 † de crimine fuiſſet facta ſolùm ad effectum iudicij
dilatandi, vt in excommunicato, cui quando oppo-
nitur excõicatio ad effectum dilatandi iudicium tẽ-
netur reſpondere. Ita Rom. in conſ. 349. incipiẽ. dum
quæritur, in fi. ea ratione, quia tunc nõ agitur de ma-
gno præiudicio, cõſiderato, ꝙ ſtatim actor iuuari põt
contra dilationẽ iudicij per uiam abſolutionis, ꝙ di-
cit et fuiſſe de mente Spec. in d. tit. de poſit. §. 7. verſ.
ꝙ ſi pono aduerſarium meum excommunicatum.
Vndecimò generaliter non eſt admittẽda poſitio,
65 poſtquã quis habet † fundatã ſuam intentionẽ, puta ſi
aduerſarius probauit intentionem ſuam, ego verò di
co, & offero aduerſario ſtare ſuo iuramento, certè nõ
tenebitur iurare cum iam conſtet de intentione ad-
uerſarij, & ideò ex quo apparet de bono iure ipſius,
ad quid fatigare partẽ vltra in probationib. & ſi tunc
aduerſarius interrogetur, non tenetur rñdere, quia il-
lud nõ eſt ponibile, ꝙ non eſt probabile, et ubi ꝑclu-
66 ditur potentia † probandi ꝑcluditur, & potentia po-
nendi. l. ſed & ſi reſtituitur. §. 1. ff. de iud. vbi Angel. &
* hoc dictũ * cõiter à Doct. teneri teſtatur Franc. Curt.
in d. ſuo tract. de poſit. nu. 40. & faciunt, quæ idẽ not.
in l. manifeſte. ff. de iureiu. & pro hoc dicit ipſemet
Cur. facere bonũ tex. cũ gl. & ponderant. Bal. & Alb.
in l. in contract. §. illo. ff. de non num. pec. & facit, qđ
voluit Bal. in l. iuriſg. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pac. dũ
67 voluit, quod † poſitioni factæ in genere, & poſteà ne-
gatę non tenetᷣ quis reſpõdere, ſi fiat poſtmodũ in ſpe
cie, qa remoto genere remouetᷣ quælibet eius ſpecies.
68 Duodecimò impoſſibilis † quoq; poſitio, reijcietᷣ,
itẽ calũnioſa, itẽ dependens à iã negatã. Itẽ contra id
ꝙ prius poſitum fuit. Itẽ alternatiua, itẽ facta ab eo,
qui nõ poteſt eſſe in iudicio cũ alijs, de quib. latè per
Spec. in d. ti t. de poſit. præcipuè. §. 7. & per Fran. Cur.
in eo. tract. poſit. per tot. & per Lanf. de Orian. in ſuo
itẽ tract. reſp. & p Odof. Benců. in d. tract. poſit. & Iac.
de Aret. in eo. tract. & p. d. Vber. de Bob. in tract. item
poſitio. Dambaud. in ſua praxi ciui. c. 152. Maran. in
ſua praxi iud. par. 6. ti. de poſit. apud quos reliqua, quę
hic deſiderari poſſet plenè reperies, ad quos te reijcio.
Animaduertendum tamen eſt ad materiam, & in-
69 telligentiam eorum, quæ ſupradiximus, ꝙ non † re-
ſpõdens poſitio ad hoc, vt habeatur pro confeſſo re-
quirũtᷣ tria primo ꝙ eo cõperto in iudicio poſitiones
ſibi fuerint lectę, & datę intelligi ſecũdo, ꝙ fuerit iuſ-
ſus à iudice rñderi, quia non ſufficeret per nuncium

moneri,ſed debet moneri in faciem à iudice.c.ſi poſt
præſtitum, vbi glo.ord. de confeſſ.lib.6.tertio,quod
abſq; rationabili cauſa recuſet reſpondere. Ita Bal.in
l.1.§.ult.col.3.ff.ſi quis iuſdi.non obtemp.& in l.ſi fi-
lius.ff.de interrog.act.& ideo infert Bart.in l.unic.C.
de confeſſ.& Io.Monach.in d.c.ſi poſt præſtitum, &
Bart.in l.eius,qui dilatorem.ff.de iur.fiſ. quòd vbi nõ
reſpondens allegaret aliquam iuſtam cauſam, quòd
tunc non haberentur pro confeſſo poſitiones, nec ẽt
pro negato, quia oportet neceſſario ſequi ſentẽtiam
70 † interlocutoriam ſuper iſto emergente conſiſtente,
ut quia iudex pronunciet poſitiones, quibus non eſt
reſponſum,vel minus legitimè, haberi pro confeſſis,
& dixit idem Bal.in c.ſi vaſſallus,in tit.ſi de fue.con-
trou. quod ſi antequam cauſa committeretur conſi-
lio ſapientis,non eſſet lata dicta interlocutoria,tunc
pars nõ poſſet ſe iuuare illis poſitionib.quib.nõ eſſet
rñſum: nec ſapiẽs poſſet cõſulere in eius fauorẽ: nec
ſe fundare ſuper confeſſione non pronunciata; ſed
pronũcianda niſi fortè cõmiſſio conſultoris eſſet ge-
neralis: puta, quòd conſuleret, quæ eſſent partes iudi-
cis in ea cã: nam tunc benè poſſet conſulere, quid iu-
dex deberet pronunciare per ſuam ſententiam inter-
locutoriã, ꝙ depoſitiones haberentur pro cõfeſſis, &
illis habitis pro confeſſis poſſet procedere ad eõdem
nationem,ꝙ dictũ Bal.refert,& ſequitur Fran. Curt.
in d. ſuo tract. de poſitio. nu. 10. & docet ponentẽ,vt
ſit cautus in curando,ꝙ poſitiones interloquãtur, &
pronuncient pro confeſſis ob cõtumaciã non rñden
tis,& reprobat Bart.& Paul.Caſt. addẽtes ad illa tria,
per quæ diximus poſitiones haberi pro cõfeſſis; quar-
tũ videlicet, ꝙ poſitiones fuerunt factæ, & monitus
aduerſarius reſpondere præſtito prius iur° generali,
de calum.& ſic,ꝙ poſt litem conteſtatã factę fuerint
rationibus ibi per eum,& ſñiam interlocutoriã requi
ri ad hoc,ut poſitiones pro confeſſis habeãtur. tenet
Lanfr.de Oria.vbi ſup.nu.11.& in pr.Idẽ voluit Cyn.
in l.vlt.§.ꝙ ſi actor.C.de iureiur.propter calum.Fely.
in c.cum nõ ab homine.in fi.de iud. & omnia ſupra-
dicta comprobat Sal.in d.§.quod ſi actor, ubi teſtãt,
ita fuiſſe iudicatũ,& obtentum Bononiæ,& ita tenet
gl.in d.c.ſi poſt præſt.& Bal.in d.l.1.§.quod obſerua-
ri.C.de iur.calum.Iac.de Are.in d.ſuo tract.nu.20.&
in §.6.dicit,ꝙ uſus cauſarum obtinuit cõmuniter,ꝙ
71 non † reſpondens poſitionib.habeatur pro confeſſo,
licet de iure aliter eſſet dicendum,& nonnulli volue-
rint,quod ſolummodo habeatur pro contumace. Et
ita ab omnibus ſeruari teſtatur,& no.in ſum.Azo.in
tit.de confeſſ.& hodie de hoc eſt expreſſus.text.in c.
2.de confeſ.lib.6.Si poſt præſtitum,inquit tex.verita-
tis, aut calumniæ iuramentum reus, vel procurator
ipſius poſitionibus ab aduerſario ſibi factis interro-
gatus,iuſſuſque à iudice reſpondere, abſque rationa-
bili cauſa recuſet, aut nolit,aut contumaciter ſe ab-
ſentet,haberi debet ſuper his,de quibus in eiſdem po-
ſitionibus interrogatus extitit, pro confeſſo.
Sed limita, vt licet non reſpondens, vt ſupra poſi-
tionibus habeatur pro confeſſo,iſta tamen confeſſio
72 ficta recipit † probationem in contrarium, & nõ re-
ſpondens contrarium probare intendẽs admittetur.
Ita Io.And.in addit.ad Spec.in eod.tit. de poſitio.§.
vlt.verſ.qui non vult reſpondere poſitioni. arg. text.
in l.ſi prius.ff.de nou.oper.nunc.
73 Secundò limita, vt non procedat † in beneficiali-
bus, & ſpiritualibus, in quibus non reſpondens poſi-
tionibus ſicut, & non iurans de calumnia non habe-
tur pro confeſſo. Ita voluit Spec. in d. tit. de poſitio.
74 §.3.num.3.verſ.ſecus puto,ea ratione, quia † benefi-
cia, & ſpiritualia non poſſunt poſſideri abſque cano-
nica inſtitutione.cap.3. de inſtit. & confeſſio ſiue ta-
cita,ſiue expreſſa aduerſarij nihil in hoc operatur,ne
hac uia ingreſſus ad beneficia pateat uitioſis, capit.
eum, qui de eo,qui mittitur in poſſ.cau.rei ſeruan.lib.
6.Idem voluit Franc.Curt.in d.tract.de poſitio.num.
14.verſ.ſtat ergo ex præmiſsis, qui ad idem citat Ge-
min.in d.c.2.de confeſſ.lib.6.& Caſtren.in d.§.quod
ſi actor.
Tertiò limita,vt non habeat locum,quando poſi-
75 tio † fuiſſet ſcienter falſa: nam tunc non reſpondens,
non habetur pro confeſſo. Ita Franc. Curt. vbi ſupra
num. 15. verſic. 4. fallit; & dicit iſtud fuiſſe aureum
verbum Bald.in l.ſicut.in fi.C. de repud. hæred.
76 Quarto fallit,quando poſitio † fuiſſet facta minus
debitè, & legitimè; quia fuiſſet talis,cui non eſſet re-
ſpondendum, vel ſaltem debuiſſet ſibi dari terminus
ad deliberandum.Ita Franc.Curt.ubi ſupra, num.16.
& Bald.in d.§.quod ſi actor, quæ limitatio compre-
hendit omnes ſupraſcriptas poſitiones, quibus dixi-
mus non eſſe reſpondendum.
77 Quintò limita,quia ſicuti non ſemper † ex contu-
macia,quis habetur pro confeſſo,nec ſemper tanquã
confeſſus condemnatur;ſed ita demum,ſi cauſę qua-
litas hoc poſtulet.Ita probat tex.in d.§.quod ſi actor,
iuncta glo. ibi, quemadmodum ipſa rei qualitas, ſe-
cundum Bald.Salic.& Paul.à Caſtr. ibi exemplificã-
tes, quando libellus fuiſſet ineptus, vel non conclu-
dens,vel manifeſtam defenſionem rei continens, ſic
78 non ſemper † ex quo poſitionibus non reſpõdeò ha-
bebor pro confeſſo,ſed tunc demum, ſi cauſæ quali-
tas iſtud exigat, & libellus non erit ineptus, uel non
concludens,vel manifeſtam meam defenſionẽ con-
tinens,& ſimilib. in quibus ſicuti vera confeſsio non
præiudicat, quoad condemnationem, ita nec ficta,
vt tradit idem Franc.Curt.vbi ſupra.nu.16.
Scito tamen, quòd licet quis non teneatur reſpon-
dere poſitionibus,de quibus ſupra, tamen indiſtinctè
79 tene, quod † ſi quis reſponderit, tenet reſponſio, &
reſpondenti præiudicat. Ita Spec.in d.tit.de poſitio.§.
80 6.nu.6.ver.hoc autem ſcias: nam & valet † reſponſio
facta in iudicio ſine interrogatione.d.l.ſi ſine.§.1.ff.
de interrog.act.& c.quoniam contra,de probatio.

CONCLVSIO MCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionis ciuilis probatio ſit necne neceſ-
ſaria,& quis eam probare debeat, & per
quos actus probanda ſit, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionis materia latiſſima eſt, & uſus frequentiſſi-
mus.*
2 *Allegonti aliquid probandi onus incumbit.*
3 *Poſſeſſionem ciuilem allegans, eam probare debet, & cur,
ibid.num.4.*
4 *Dominium probari non poteſt,niſi probetur etiam ciuilis
poſſeſſio.*
5 *Dominium ex indirecta poſſeſſione,quæri non poteſt.*
6 *Poſſeſſio ciuilis per actus tantum, quibus naturaliter poſ-
ſidetur,probari poteſt.Contr.ibid.nu.8.*
*Quod defenditur,num.ſequen.Conciliatio tamen eſt. ibid.
num. 16.*
7 *Poſſeſſio ciuilis, ex naturali poſſeſſione præſumitur.*
9 *Poſſeſſio ciuilis ad hoc,vt probari poſſit,neceſſe eſt allegare
actus congruentes tali poſſeſſioni.*
10 *Poſſeſſio ciuilis ea propriè dicitur,quæ diuiduitatem à na
turali recepit.*
11 *Poſſidens naturaliter eiectus a poſſeſſione, etiam hodie iu-
ſte & animo poſſidere præſumitur.*
12 *Animus a facto pendet.*
13 *Animum allegans illum probare debet.*
14 *Animus coniecturis probari poteſt.*
15 *Poſſeſſio ciuilis, ex ſolo metu amittitur, cum repulſum ſe
ire quiſpiam ſuſpicatur.*

17 *Poſſeſ.*

17 *Poſſeſſionem ciuilem allegans quid probare debeat.*
18 *Præſentia in dubio præſumitur, præſertim in eodem loco.*
19 *Abſens, qui aliquem reliquit, per eum poſſeſsionem retinere videtur, & eo expulſo, omnis poſſeſsio videtur amiſſa.*
20 *Poſſeſsionis amiſsio non probatur, ſi quis reliquit colonū, & ille expulſus eſt, niſi probetur expulſio cum tota familia.*
21 *Poſſeſſio ciuilis animo retinetur.*
22 *Poſſeſsionem ciuilem nemo in dubio perdidiſſe præſumitur.*
23 *Poſsidendi animum quis retinuerit, necne, eius aſſertioni ſtatur.*

Quam latè pateat poſſeſſionis materia, & quam amplè fines ſuos in immenſis
iuris interpretum voluminibus propagarit, nemo eſt,
1 qui neſciat, & profectò non poteſt ea † non longè lateq; diffundi, cuius vſum frequẽtiſsimum appellauit
Vlpianus in l. Fulcinius. §. cum hoc edictum. ff. quib.
ex cau. in poſſeſſ. eat. ego vero in præſentia ea tãtum
examinando perſequar, quæ ad probationem pertinent, ne extra id, quòd vſq; ab initio me tractaturum
propoſui, digrediar; cætera quib. id curæ eſt, diſcutiẽda relinquens. Et primum quidem ab eo initium ſumere duxi, vtrum ſcilicet poſſeſsionis ciuilis probatio neceſſaria ſit, & cui eã probandi onus incumbat,
ac per quos eadem probanda ſit actus. Circa quam
diſputationem illud concludẽdum videtur, ciuilem
poſſeſsionẽ probari oportere ab eo, qui ea ſe tuetur,
2 ex generali pronunciato, quòd ei † onus probandi incumbat, qui aliquid allegat, tanquam ſuæ intẽtionis
fundamentum, l. ei, qui. ff. de probatio. l. actor. C. eo.
tit. & l. 1. ff. de exceptio. cum ſimil. atq; in ſpeciẽ poſ-
3 ſeſsionem † ciuilem probandam eſſe ab eo, qui eam
allegat. tradit Soc. iun. in conſ. 15. inſignis Doct. col.
2. nu. 5. vol. 4. quem ſequitur Crau. in conſ. 5. tria ſunt,
col. 3. nu. 11. & Firman. in reper. in verbo, poſſeſsio ciuilis. verſ. 1. & in verſ. poſſeſſor cõuenitur. verſ. 71. per
Bal. in l. pen. col. 2. nu. 8. verſ. modo quæro. C. ſiã non
competen. iudi. & per tex. in l. officium. ff. de rei vẽd.
vbi idem Baldus concludit, poſſeſsionem ciuilem à
poſsidente probandam eſſe.

4 Quæ concluſio ea † ratione corroboratur: nam ſi
dominij probatio præſtanda eſt, id certe fieri nequit
ſine probatione ciuilis poſſeſsionis, ex quo dominiũ
5 ex † indirecta poſſeſsione quæri non poteſt, vt habemus ex contex. l. prima. §. per ſeruum. ff. de acq. poſſ.
ergo ex antecedenti neceſſario, prędicta poſſeſsio ꝓbanda erit ab ipſo actore, vt & in terminis noſtris reſpondit Socyn. ſen. in d. conſ. 15. inſignis Doct. col. 2.
nu. 15. vol. 4. ex latè traditis à Bar. in l. in illa. ff. de verbor. oblig. Eadem alia ratione confirmo: nam interdictum retinendæ, vel recuperãdæ poſſeſsionis, quod
conceditur ob ciuilem ſolam poſſeſsionem, fruſtratorium redderetur, ſi poſſeſsionis probationẽ ſupervacaneam diceremus; igitur non eſt ambigendũ illã
probari debere, & ab eo, qui illam proponit.

Quibus aũt modis hæc ciuilis poſſeſsio ꝓbari poſ-
6 ſit, dicendum eſt, id tantum † per actus naturales fieri
poſſe, vt inſiſtendo rei, fructus percipiẽdo, & id genus
alijs, de quib. infrà latius diſſeremus; ita ſenſit Ripa
in l. 1. ſub nu. 28. verſ. 9. ſic. ff. de acq. poſſ. per ea, quæ
ſcripſit Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de
verb. obl. Oldr. in cõſ. 209. nu. 4. Bal. in l. 1. nu. 23. C. de
7 ſer. fugi. vbi ex † naturali poſſeſsione ciuilem pręſumi
inquit per l. Titia. ff. de ſolutio. quòd cõprobat Alex.
in conſ. 112. col. 1. nu. 3. vol. 1. Dec. in conſ. 56. nu. 3.
Iaſ. in §. ſic itaq; nu. 31. Inſtit. de actio. & Nat. in cõſ.
46. in præſenti conſultatione, nu. 46. vol. 3. & in conſ.
314. tria proponuntur, nu. 27. vol. 3.

8 Aliter tamen † ſenſit idem Bal in l. ſolã. col. 2. nu. 4.
verſ. 4. quæro. C. de teſtib. vbi docet etiam per actus
viſibiles congruẽtes poſſeſsioni, illam probari poſſe,
ex quo ciuilis poſſeſsio videri nõ poſsit, & propterea
per ea, quæ videntur cognoſci debeat. quem ad id allegat Soc. ſen. in conſ. 98. iuſtiſsimè iudex. col. 1. nu.
10. verſ. ad hoc facit, vol. 4. vbi per ipſummet Baldũ
9 ait, ad probãdum ciuilem † poſſeſsionem neceſſe eſſe
allegare actus congruentes tali poſſeſsioni.

Ex cuius Baldi litteră non rectè ſenſiſſe Ripam manifeſtè conſtat, cum ipſe illius fuerit opinionis, non
niſi per actus naturales poſſeſsionem ciuilẽ probari;
& ſic taxatiuè loquendo excludit alios modos probandi. Quòd ſi verũ eſſet, utiq; conſequeretur, ciuilẽ
poſſeſsionẽ non differre à naturali, nec aliã eſſe, niſi
quæ cum naturali cõiuncta eſt, cum ſin eum probari
nequeat, niſi per actus naturales; & ſic nulla poſſeſſio ciuilis (per eundẽ) erit ſeparata, vel ſeiuncta à naturali: nam quomodo demonſtrari poteſt poſſeſsio
ciuilis ſola ſiue animo, ſi eam oporteat actibus naturalibus demonſtrare? nonne hoc in caſu coniunctam
cũ naturali ſemper fateri neceſſe eſt? & tñ clariſsimi
10 iuris eſt, ciuilem † poſſeſsionem illam verã, propriãque eſſe, quæ diuiduitatem à naturali recipit, vt tradidere ſcribentes in d. l. 1. in primis Bal. nu. 25. verſic.
alia fuit opinio. & Iaſ. nu. 44. ff. de acq. poſ. Quod quidem negari oportebit, ſi admitteremus hãc ciuilis poſſeſsionis probationem impleri non poſſe ſine naturali: nam nihil intereſt, imò paria ſunt nullam extare
poſſeſsionem ciuilem, vel extare, & probari non poſſe. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. in lege. ff.
de contrah. emp. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. c. in
præſentia, & c. licet cauſam. de probatio.

Nec huic obſtabit, ſi dicetur, ciuilem poſſeſsionẽ
fore à naturali diuiſam per actus naturales iuris præ-
11 ſumptione, vt q ante poſsidebat † naturaliter, & fuit
poſteà eiectus a poſſeſsione præſumatur & hodie iuſte animoque poſsidere. Quia reſpondetur, quòd ſi
illud admitteretur, ſequeretur, naturalẽ alterius poſſeſsionem iniuſtam præſumi, quòd non eſt dicendũ,
arg. tex. in l. merito. ff. pro ſocio, atq; in ſpecie de poſſeſsione prodiderunt Bart. & Alex. in l. in communi.
§. inter prædones. ff. commu. diuidun. Bal. in l. ſi quis
diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. & Alex in conſ. 33. col.
vlt. nu. 23. vol. 1.

Secundò tẽderi põt, quòd cum retinere poſſeſsio-
12 nem ciuilẽ animo, ſit quid facti, cũ animus † à facto
pendeat, d. l. 1. §. 1. ibiq; Iaſ. & Horma Dictus, in 4. not.
nu 6. ff. de acqu. poſ. ob id neceſſe ſit, hunc animum
probare. l. in bello. §. factę. ff. de capt. & poſtlim. reue.
13 generale enim eſt, vt qui † animum allegat, illũ pro-
14 bare debeat; quòd coniecturis † fieri poteſt. c. 2. de renun. Præter id, quòd cõſequentia non tenet poſsidet
quis naturaliter, & ciuiliter; ergo poſſeſsione naturali ab alio occupata, retinuit ciuilem, quoniam ciuilis ſimul cum naturali quoq; perdi poteſt, quinimò
15 † ex ſolo metu ciuilis poſſeſsio amittitur, cum repulſum ſe iri quiſpiam ſuſpicatur. l. 3. §. ſi quis nũciat. l.
clam. §. vlt. cũ l. ſeq. & l. ſi id, qđ. §. vlt. ff. de acquir. poſ.
16 Quocirca † reconciliando Ripæ ſenſum cum ſententia Baldi diſtinguendum eſt, quod ſi inquiramus
quo pacto ciuilis poſſeſſio ꝓbari queat circa eius acquiſitionem, verũ erit, niſi per actus naturales, eam
poſſe probari, cũ actum talem corporis expoſtulet,
vt declarat Paul. a Caſtr. in d. l. clam. §. vlt. col. 2. ante
med. ff. de acq. poſſe. ſi uero quæramus de probatione
ciuilis poſſeſsionis circa eius retentionem, dicẽdum
erit, non oportere illam probari per actus naturales,
quia & ſi poſſeſſor ciuilis uelit, fas ſibi non ſit, cũ ab
occupatore actus prædicti exerceantur, nempè fructuum collectio, & reliqua, quę ad naturalem poſſeſſionem ſpectant: iccirco aliter probanda erit poſſeſſio hæc ciuilis circa eius retentionem, vbi ſeparata
eſt à naturali. Quales autem ſint hi actus tàm in ciuili, quàm in naturali poſſeſsione, quo etiam pacto
ꝓbari poſsint, & debeant, infra ſuo loco ſubijciemus.

Attamẽ, quoad præſentem ciuilis poſſeſſionis ma-
17 teriam duo ad eam † concludenter probandam dẽt probari. Primùm eſt abſentia ipſius poſſeſſoris eo tẽpore, quo alius incepit poſſidere, & ignorãtia poſſeſſionis occupatæ ab alio, quæ abſentia itidem probã-
18 da eſt, cum in dubio † præſumatur præſentia præſertim in eodem loco, vt tradit Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & nos alibi latiſſimè explicauimus: ita reſpondit idem Soc. ſen. in d. conſ. 15. ſub nu. 5. uol. 4. Alterum eſt, quod probari debet, quod ſcilicet neminem in poſſeſſione reliquerit ipſe poſſeſſor, quę duo requiſita apertè colligũtur ex l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ. & aſſeruit idem Soc. eod. in loco cui adhæret Crauet. in d. conſ. 5. nu. 11. ea ratione, quia ſi aliquis relinquitur, retinetur poſſeſſio per eum, qui abſens reliquit, ideò eo expulſo amiſſa
19 † uidetur omnis poſſeſſio, etiam ciuilis. l. vlt. ubi Bar. C. de acq. poſſ. & Doct. in c. ex parte, de reſcript. & in c. olim. il primo, de reſtit. ſpol. quæ iura ad id allegat Abb. in conſ. 100. ad claram. in prin. vol. 1. idẽ uoluit Cor. in conſ. 27. col. pen. ſub nu. 13. vol. 4. ac Soc. ſen. in conſ. 18. col. 9. nu. 29. verſ. nec obſtat, ſi diceretur, vol. 1. per tex. in l. 3. §. quòd ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. & Goza. in conſ. 86. uidet prima facie. col. 2. n. 11. & 12. vbi fortius dicit, quod vbi quis reliquit colonum, & ille expellatur, quòd ex hoc non probatur amiſſio
20 poſſeſſionis, niſi † probetur expulſio cum tota familia.

Poſtremò circa eandem cõcluſionem, antequam ad alia trãſeam, illud obſeruandum eſt, quòd quem-
21 admodum † poſſeſſio hæc ciuilis animo retinetur, &
22 quam † quis in dubio non præſumitur perdidiſſe, teſte Bertran. in conſ. 157. multa ſunt. nu. 18. vol. 3. ita declarationi eius, qui ſemper poſſidendi animum ſe
23 retinuiſſe † aſſeuerauit, ſtandum erit, vt probatur in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. in c. præſentiã. ibiq; gl. de teſtib. c. paſtoralis. de except. c. ſi vero. il 2. de ſent. excom. & comprobauit Gard. in conſ. 37. col. 2. cir. fi. verſ. ſecũdo ad hoc, & ſpeciatim de huius aſſertionis fide, circa poſſeſſionem ciuilem, tradidere Arch. in c. Pontifices. nu. 2. & ibi Gem. 7. q. 1. quorum ſententiam ſequutus eſt Fel. in c. vigilanti. nu. 10. et in c. cauſã quæ nu. 12. de præſcrip. & Balb. in l. Celſus. nu. 82. ff. de vſucap. ad idem reſponſum eſt à Cor. in cõſ. 91. col. 6. nu. 19. in fi. uerſ. tum etiam, quia vol. 4.

CONCLVSIO MCLXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur poſſeſſio rerum corporalium immobilium, per ſolam inſiſtentiam, aut detentationem poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio rerum corporalium immobilium probatur, per ſolam inſiſtentiam, ſiue detentationem poſſeſſionis.*
2 *Teſtis deponens, quod vidit Titium poſſidere, probat poſſeſſionem.*
3 *Verbum poſſidere probatum à teſte intelligitur de inſiſtẽtia, & detentatione; & eur. ibid.*
4 *Teſtes contrarij conciliari poſſunt, intelligendo verbum vnius propriè, alterius impropriè.*
5 *Poſſeſſio ex detentatione præſumitur.*
6 *Teſtis dicens vnum, ex quo aliud ſequitur, ſuper vtroque depoſuiſſe videtur.*
7 *Dicens vnum, omnia, quæ ab illo ſequuntur, dicere præſumitur.*
8 *Teſtes dicentes ſe vidiſſe tenere, & habere, probant poſſeſſionem.*
9 *Poſſeſſio probatur ex ſimplici deambulatione per fundũ.*
10 *Poſſeſſio, ex rei inſiſtentia, ità demum probatur, ſi res erat vacua, & non ab alio poſſeſſa.*
11 *Poſſeſſio non probatur, ex eo, quod filius, vel vxor, actus poſſeſſoris fecerint in re patris, vel mariti.*
12 *Vxor, & filius vtentes rebus mariti, vel patris; iure familiaritatis vti præſumuntur.*
13 *Vxor, & filius poſt mortem mariti, vel patris, rebus inſiſtentes poſſidere videntur.*
14 *Vxor mortuò marito, poteſt authoritate propria remanere in poſſeſſione domus ſibi pro dote hypothecatæ.*
15 *Filij poſt patris mortem, res paternas, vt hæredes poſſidere præſumuntur.*
16 *Poſſeſſio ex detentatione, et inſiſtentia non probatur, quãdo qualitas perſonæ, vel natura materiæ, de cuius poſſeſſione agitur repugnat.*
17 *Poſſeſſio rerum incorporalium non probatur ex detentatione, & inſiſtentia, niſi probetur, hæc facta fuiſſe, vt iure ſuo quis vteretur.*
18 *Tranſiens per fundum alterius, putans ibi eſſe viam publicam non acquirit poſſeſſionem.*
19 *Poſſeſſio rerum corporalium non acquiritur ſine apprehenſione, & animo poſſidendi.*
20 *Poſſeſſio rerum incorporalium non acquiritur ſine animo poſſidendi.*
21 *Pactum, quid eſſe ab aliquo iure ſuo, quomodo cognoſcatur, remiſſiuè.*

Poſſeſſionem rerum corporaliũ immobiliũ ꝓbari per ſo-
1 lã † inſiſtentiam, ſiue detentationem poſſeſſionis, tradidere cuncti iuris interpretes, in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq; præcipuè glo. in ver. ſtipuletur. ff. de verb. obligat. è quorum fuere num. Bar. ibi nu. 3. Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 4. eamque gl. ibi Doct.* communiter ſequi, author eſt mihi Dec. in conſ. 215. in cauſa vertente. col. 3. nu. 5. in 3. dub. & in conſ. 302. & pro tenui. col. 6. nu. 17. verſ. ſucceſſiuè uidendũ eſt: vbi alijs eandẽ corroborat, vt & facit Io Bapt. Pont. in tract. de ſpol. lib. 2. c. 14. nu. 94. verſ. probata: & fuit dictum Innoc. in c. cũ olim. il 2. poſt nu. 4. in fi. ibi, omnia autẽ de priuil. quod ſecutus eſt Bal. in l. 1. col. vlt. nu. 23. verſ. Innoc. dicit. C de ſer. fug. & Ant. à Bu. in c. cum ad ſedem, col. pen. nu 29. verſ. ad quintum, de reſt. ſpol. ubi nonnullis id corroborat: ſubiũngens ex ſententia Panor. in c. lit. eo. tit. ex c. quoniam. §. quod ſi ſuper, vt lit. nõ
2 conteſt. ꝙ teſtis † probet poſſeſſionem deponendo, ꝙ vidit Titiũ poſſidere, & ſi diceret, ꝙ vidit eum poſſi-
3 dere, debeat † intelligi de inſiſtentia, & detentatione; quia teſtis habet rñdere per verba facti; non iuris, vt not. Inno. in c. cùm cauſam. de teſtib. & per alia ibi ab eodẽ allegata, & in c. licet cauſ. col. antep. n. 52. verſ. de ruſticis aũt, de probat. quæ omnia approbat Abb. in d. c. cũ ad ſedem. col. 7. nu. 21. ver. ultimo; circa iſtã materiam, & in d. c. cum cauſam. col. 3. ſub nu. 6. uerſ. et ex dictis Innoc. Hinc colligunt ſcribentes, in c. cũ tu. de teſtib. vnum modum concordiæ teſtium admo-
4 dum quotidianũ: hoc eſt intelligendo † verbũ vnius teſtis propriè; et alterius impropriè. veluti in caſu noſtro: quorũ vnus deponit de poſſeſſione, alius de detẽtatione; quia exponitur primus per verbum ſecundi; ex eo, ꝙ poſſeſſio ſit nomẽ iuris, ut diximus. quamuis
5 ex detentione † pſũmatur poſſeſſio, ſecundũ Inno. in d. c. cũ olim, il 2. et Arch. in c. Pontifices. 7. q. 1. ita tradidere. in d. c. cũ tu. Inno. col. vlt. nu. 5. uerſ. quandoq; per locationẽ ꝓpriã. Abb. col. pen. ſub nu. 3. uer. ſunt, et alij modi. Fel. col. 4. ſub nu. 11. uerſ. datur alius modus, ac ibid. alij de teſti. ad idẽ rñdit Alex. in conſ. 51. uiſo, et diſcuſſo proceſſu. col. ult. n. 6. uol. 1. ubi ait ex detẽtatione, quã teſtis deponit, probari poſſeſſionẽ: idem aſſeruit. in cõſ. 112. uiſo quodã intro. col. 2. nu. 5. uol. 6. ubi plures allegat cõcordes. poſt Bal. in auth. et qui iurat. num. 4. C. de bon. auth. iud. poſſid. et in

conſ.10.in quæſtione,quæ vertitur.nu.7. vol.4. ac in conſ.351.& Io.& Federic.col.2.nu.3.verſ. & ſi dicat. vol.5.& in l.2.q.11.nu.30.in fi.C.de ſeru.& aq.in l.data opera.col.10.nu.50.verſ.item not.quod quando teſtis.C.de iis,qui accu.non poſſ.vbi notabiliter inquit,
6 quod quando teſtis dicit† vnum, ex quo aliud ſequitur,ſuper vtroq; de poſuiſſe videtur,arg.l.illud.ff. de acq.hær.vnde ſi teſtis dicat aliquem diu tenuiſſe, cũ ex corporali detentione præſumatur vera poſſeſſio, per ſupradicta in prin.concl.ſequitur,quod teſtis probet non nudam detentationem, ſed etiam verã poſ-
7 ſeſſionem:& ſic qui † dicit vnum, dicit omnia, quæ ſequũtur ab illo.idem tradidit Rom.in d.§.hæc quoque.nu.21.verſ.ſed tunc eſt dubium,ac Dec.in conſi. 302.& pro tenui.col.7.ſub nu.19.verſ.& pleniorẽ eſſe dicens,quod quando teſtes ſimpliciter dicunt,aliquẽ tenere,& poſſidere: probatur poſſeſſionem:& licet vi deantur deponere de poſſeſſione,prout in facto conſiſtit,vt per gl.in d.§. hæc quoq;.tamen ex tali atteſtatione facta reſultat poſſeſſio naturalis, & ciuilis per ea,quę ibi allegat:& per ſupradicta idem tenuit Rui. in conſ.168.cir.caſum.nu.2.vol.4.ubi ait poſſeſſionẽ
8 † probari per hæc verba,tenere,& habere,per l.habere duob.vbi not.ff.de verb.ſig.& in d.l.ſtipula. iſta.§. hæc quoq;.ff.de verb.oblig.Albe.in conſ.64.quia articulus.nu.28.& prius Dec. in conſ.56.in cauſ. appel. col.2.nu.3.& in conſ.400.viſo eleganti. conſ.nu.3.& ſeq.Corn.etiam in conſ. 251. in hac conſideratione, in prin.nu.7.vol.4.in conſ.280.laborioſa.nu.11. vol. 4.in conſ.6.in præſenti.ſub num.8.vol.3.in conſ.282. circ.primũ.col.4.ſub nu.4. verſ. 3. quia domum.vol. 1.idem ſenſit Franc.Bal.in l.Celſus.nu.134.ff. de uſucap.vbi quærens,nunquid probando ſimplicẽ deambulationem per fundum, cẽſeatur probata poſſeſſio ex mente Bal.in l.indicia.col. vlt. verſ. item per mo-
9 dũ.C.de rei vend.concludit † poſſeſſionẽ cẽſeri probatam.idem aſſeruit Bal.in l.poſt ſententiam . col.vlt. nu.12.C.de ſent.& interloc.omn.iud.ad idem reſpõdit Soc. ſen. in conſ.131. In præſenti conſultat. col.2. ſub num.2.verſ.ex qua detentatione.vol.1. vbi ait ſic * omnes ſentire.in d.§.hæc quoq;, & in conſ. 122. in cauſa dominæ Iacobæ.col.2.num.4.vol.4.ac prius in conſ.15.inſignis.Doct.n.2.eo.vol.4.cũ aliis ad id adductis à Patiſ.in cõſ.107.laborioſè.n.18.& ſeq.vol.1.
10 Limita concluſ. vt non procedat,quando res † cui inſiſtitur,uel domus,quæ inhabitatur,non ſit ab alio poſſeſſa;quia eo caſu ſola inſiſtentia, vel deambulatio,non probat poſſeſsionem, ſed opus eſt, vt res vacua ſit ab alio poſſeſſore, vel quod voluntate poſſeſſoris in habitetur,vel detineatur ſecũdum Balb. in d. l.Celſus.nu.134.verſ.& benè concludo.ff. de vſucap.

Ex qua limitatione illud inferri poteſt, ꝙ ſi filius
11 † vel vxor longo tpe inhabitauerit domũ patris, aut mariti, etiamſi fructus alicuius ipſorum fundi perceperit, non ob id dicatur probata poſſeſsio illarũ rerũ, cum nec ex illis actibus dici poſsit acquiſita:ex eo,ꝙ
12 non iure ſuo,ſed iure † familiaritatis id egiſſe præſumitur,vt declarant Doct. in l. qui iure familiaritatis, per illum tex.ff.de acq.poſs.& Soc.ſen.in d.conſ.131. n.1.& ſeq.vol.1.quem ſequitur Rebuf.in trac.de mater.poſs.in præf.nu.29.verſ.2.requiritur. tomo tertio.

Quòd poſtremum velim intelligas procedere durante vita patris, vel mariti . Nam ſi poſt mortem patris,vel mariti, filius, aut vxor habitarent domos, &
13 inſiſtere rebus perſeuerarent,præſumendum† eſſet iure proprio,& non alieno poſſidere ; vt id ex ſingulari Bal.deciſione colligi poteſt in l.pen.C. de pig. actio. quo in loco decidit, vxorem, quæ habebat bona uiri
14 obligata pro dote, poſſe propria † authoritate uelle in poſſeſsione remanere domus , quam cum marito uiuente habitabat iure familiaritatis, quia detentio ad eam peruenit ſine vitio, & quia ſuperuenit cauſa, ſcilicet mors viri, quæ cauſa cum extrinſecè accedat operatur, vt qs ſibi cauſam poſſeſsionis mutare poſſit,& ſit mutatio legis miniſterio ſine facto hominis, ut eſt tex.in l.3.§.ſi in rem,& in l.qua ratione.§.interdum.ff de acq.poſs.ut latè conſuluit Soc.in d.conſil. 131.nu.3.& ſeq. vbi etiam nu. 5. idem firmat de filiis
15 hæredibus,qui poſt mortem patris† præſumũtur habitaſſe domum,ut hæredes,& cauſam poſſeſsionis de nulla , in aliquam mutaſſe; & ſic quod ceſſante iure familiaritatis ob patrem præmortuum potuerunt nedum inſiſtere rebus mutando cauſam poſſeſsionis, ſed & poſſeſsionem rerum hæreditariarum propria authoritate apprehendere; vt eſt tex. & ibi Bart. in l. cum hæredes.ff.de acq. poſſ. & alii tradidere ab eodẽ Socino loco proximè adducto relati, & conſequenter cẽſentur potius tenuiſſe,& poſſediſſe iure proprio, quàm alieno.arg.l.2.C.quã.& quib.quar. pars debea. lib. 10.

Secundò limitanda erit concluſio; vt locũ habeat niſi qualitas perſonæ, uel natura materiæ, de qua te-
16 ſtis deponit,repugnet, quia † tunc ex ipſa detentatione non orietur probatio poſſeſsionis : ut ſi teſtis deponat,depoſitarium,uel commodatarium poſsidere, aut ſeruum, uel monachum incapacem poſſeſsionis ciuilis,uel laicum,quoad ſpiritualiã: ſic limitat Alc. in d.l.ſtipulatio iſta.§. hæc quoque. nu. 2. uerſ. quam concluſ.ex ſententia Aret.in c. cum ad ſedem. de reſtitut.ſpol.& prius his ita tradidit Anto.à Butr.in d.c. cum ad ſedem.col.pen.nu.29. verſ. ad quintum.

Tertiò eandem limitabis, ut præcipuè non procedat in rebus incorporalibus, in quibus ultra illam in-
17 ſiſtentiam requiritur,etiam quod probetur, exercentem actum circa incorporalia bona id feciſſe, ut iure ſuo uteretur,per l.ult.ff.quemadm.ſeru.amit. Inno.in c.bonæ.il 2.de poſtul.prælatorum,& per tex. in l.1.§. Ariſt.ff.de aq.quo.& æſti.ibi,qui ſe putat ſuo iure uti, non eum, qui ſcit nullum ius ſe habere:alioqui ſi credit ius in illa re non fouere, & non uti ſpeciali ſeruitu
18 te,ſibi non quæritur † aliqua quaſi iuris poſſeſsio : ut de illo , qui tranſiuit per fundum alterius putans ibi eſſe uiã publicã, exemplũ affert Fel.in d.ca.de quarta col.14.num.40.uerſ.limita,etiam de præſcriptio.afferens huiuſmodi nullum ius itineris,neq; quaſi poſſeſſionis illius fundi acquirere,ex ſententia.Caſt. in d.l. ult.ff.quemad ſeru.amit.quod & approbat Rebuf.in tract.de mater.poſſeſ.in præfat. num.163.
19 Nam quemadmodum in corporalibus rebus†non acquiritur poſſeſsio ſine apprehenſione , & in eis requiritur animus & corpus.l.3.de acq.poſſ.ita,et in in-
20 corporalibus† deſideratur animus poſsidendi,qui dicitur,quando ſuo iure quis actum facit, teſte eodem Rebuff.in d.præfa. nu. 164. Quomodo autem digno-
21 ſci poſsit,quod actus fiat iure † ſuo, explicat ibidem Rebuf.n.169.cum plurib.ſeq. & nos infra latius enucleauimus.in uerb. præſcriptio.

CONCLVSIO MCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Quomodo per penſionis ſolutionem poſſeſſio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio ex penſionis, vel canonis ſolutione aduerſus ſoluentem probatur.*

2 *Teſtis dicens,ſe à tali recepiſſe ſolutionem penſionis nomine Titii,probat Titium poſſidere.*

3 *Poſſeſsio probatur per confeſsionem de recepto canone,ſeu penſione.*

4 *Penſio ſuccedit loco fructuum.*
5 *Poſſeſſio per ſolutionem penſionis probatur etiam in prę-
iudicium tertij.*
6 *Poſſeſſio probatur per conceſſionem in emphyteuſim, &
canonis receptionem, etiam in tertij præiudicium.*
*Quod ampliatur. ibid. nu. 7. procedere ſiue conſtet tunc aliū
poſſediſſe, ſiue ad hoc dubitetur.*
8 *Inſtrumentum locationis, non probata receptione penſio-
nis, non probat poſſeſſionem.*
9 *Penſionis ſolutio, etiam vnica probat poſſeſſionem. ibid. &
latius. nu. 12. Contr. nu. 11.*
10 *Quaſi poſſeſſio ex vnico actu non ſolito fieri niſi à poſſeſ-
ſoribus, acquiritur. ibid. & latius. nu. 12.*
13 *Penſionis ſolutio, etiam non probata alia effectuatione
locationis probat poſſeſſionem.*
14 *Poſſeſſio, aduerſus tertium poſſeſſorem, ex penſionis ſolu-
tione non probatur: nec in præiudicium cuiuſlibet ter-
tij, vt ibid. num. 15.*
16 *Penſionis ſolutio, continuata à colono fieri hæredi locato-
ris, probat poſſeſſionem hæredis ipſius, etiam contra ter-
tium, qui eiuſdem rei poſſeſſionem ingreſſus fuerit.*
*Idque procedit, etiamſi hæres non omnes, ſed aliquos tan-
tum fructus penſionis perceperit, vt ibid. nu. 17.*
18 *Penſio, vbi a colono mortuo locatore, ſoluta eſt non hæredi
eius, ſed alteri, probat poſſeſſionem eius, cui ſolutum eſt,
non hæredis.*
19. *Penſio ſoluta non à colono, ſed ab alio, ab eo mandatū non
habente, non probat poſſeſſionem.*
20. *Penſionis ſolutio, vbi alter probat, veram ſuam poſſeſſio-
nem, aduerſus eum non obſtat. Ratio redditur, ibidem
num. 21.*
22. *Poſſeſſio non probatur ex eo, quod illi pro re ſoluta ſunt
tributa, & cur. ibid.*
23. *Penſionis ſolutio ita demum probat poſſeſſionem, ſi præce-
dente legitimo titulo ad transferendum dominium, ſo-
luta ſit.*
24. *Probatio dubia, & generalis, non concludit.*
25. *Eccleſia, quæ per longum tempus ſoluit alicui cenſum, an
præſumatur illi ſubiecta.*
26. *Poſſeſſio per penſionis ſolutionem tunc demum probatur,
quando ſoluens eſt in poſſeſſione rei, pro qua penſionem
ſoluit.*
27. *Poſſeſſio tunc acquiritur, quando colonus cępit reſponde-
re de fructibus.*

1 POſſeſſionem Præterea probari per
penſionis, † aut cano-
nis ſolutionem aduerſus ſoluentem penſionem, tra-
ditum eſt à glo. Bart. cæteriſq; interpretib. in l. qui vni
uerſas §. quod per colonum. vbi etiam Illuſtr. Dom.
meus Card. Alb. in doctiſſimis ſuis lucubrationib. ad
Bart. ff. de acq. poſſ. idem cenſuit Ang. in l. quamuis.
§. 1. vbi etiam Alex. col. 2. nu. 6. verſ. vlt. ff. eo. de acq.
poſſ. idem Ang. in l. quędam mulier. nu. 3. ver. hic re-
ſtat videre. ff. de rei vend. Imo. in c. cum veniſſet. nu.
3. de reſt. ſpol. Rom. in conſ. 70. viſis themate, & quæ-
ſtione. col. pen. ſub nu. 10. verſ. ex quo quidem proba
ta eſt. Alex. in conſ. 133. viſo proceſſu cauſæ. col. 3. in
fin. ſub nume. 3. uerſ. ſecundus teſtis eſt, uolum. 1. in
conſ. 118. in cauſa, & lite uertente inter Ant. agen-
tem. colum. ultim. nume. 19. uerſ. octauus non depo-
nit. uolum. 2. in conſ. 10. uiſo proceſſu inter Franciſ-
cum, & alios. num. 3. uolum. 4. et in conſil. 47. in cau-
ſa uertente. num. 11. uolum. 7. & prius his. Bartol. in l.
litibus, & l. domini prædiorum. Cod. de agri. & cenſ.
lib. 11. Bald. in d. cap. cum ueniſſet. col. 2. uerſ. oppo-
no quòd per receptionem. & ibidem Abbas, colum.
3. uerſi. & per hoc. Idem Bald. in conſ. 290. allegatio-
nes. colum. 2. uerſ. modo eſt. uolum. 1. & in conſ. 330.
ſtatuto cauetur. num. 2. eodem uolum. 1. Lanfranc.
de Orian. in tract. de teſtib. ſub num. mihi 93. uerſic.
Item probatur poſſeſſio, ubi ait ex eo poſſeſſionem
2 probari, ſi teſtes dicant penſionem † domus, uel fun-
di tali eſſe ſolutam, & quod mercedem receperit no-
mine locatoris, per d. glo. in d. §. ꝙ per colonum, ac
Bart. in d. l. quamuis. §. ſi conductor. Cor. in cōſ. 6. col.
1. nu. 4. volum. 3. Barb. in conſ. 11. illud afferam. col. 5.
in prin. num. 16. & ſeq. in conſ. 18. præclarè colu. pen.
verſ. præterea, nu. 13. & in conſ. pen. quod eſt. 70. prę-
clarè ſcribitur, col. 6. nu. 18. verſ. quinimo plus vide-
tur vol. 2. Marſ. in rub. C. de probatio. nu. 257. & ſeq.
Fel. in c. inter dilectos, nu. 8. de fid. inſtr. & in cap. cum
Bertoldus, numero 25. de re iud. Crauet. in conſ. 157.
numero 2. Bertran. in conſ. 333. numer. 5. in prima
par. volum. primo. Gozad. in conſ. 94. an illuſtris. in
fin. Rui. in conſ. 46. nu. 7. in fin. vol. 4. & in conſ. 115.
in cauſa, & lite, num. 16. volu. 5. vbi ait poſſeſſionem
3 † probari per confeſſionē de recepto canone, ſeu pē-
ſione. Caica. in conſ. 42. nu. 4. Pariſ. in conſ. 104. n. 88.
vol. 1. Tiraq. in tract. de iure conſtitu. in 3. par. limit. 1.
nu. 22. verſ. tamen probat Bald. in l. Celſus. nu. 130 ff.
de vſucap. Afflic. in deciſ. 325. facto verbo. n. 1. & ſeq.
Grat. in conſ. 150. nu. 51. vol. 1. Campeg. in trac. de te-
ſtib. reg. 340. ver. 5. Ceph. conſ. 19. reſignatio, n. 3. vol.
1. Bouer. in ſing. in ver. probatio. n. 1. quib. ſe ſubſcri-
pſit doctiſſimus Guidus Pancirol. in cōſ. 24. defunctę
illuſt. col. pen. n. 9. ver. quo ad ſecundū, vol. 1. vbi ęgre-
giè reſpondit, quod ſicut poſſeſſio ex fructuū perce-
ptione ꝓbatur, vt not. Bar. in l. Titia. ff. de ſol. & in l.
2. ff. de acq. poſ. ſic etiam per penſionis ſolutionē pro
betur poſſeſſio iuxta ea, quæ tradidit Alex. in d. l. quā
uis. §. 1. nu. 6. ver. vlt. not. ff. de acq. poſſ. cum loco fru-
4 ctuum † ſuccedat ipſa pēſio, ex l. defūcta. ff. de vſufru.
& ita conſuluit Aret. in conſ. 88. in præſenti conſulta
tione, ſub nu. 4. in vlt. dub. ver. vnde venio ad quartū,
& vltimum, idem voluit clariſſimus Menoch. in cō-
ment. retinen. poſſ. remed. 3. q. 72. nu. 567. verſ. 4. pro-
batur poſſeſſio.
Ampliāda eſt primo loco hęc cōcluſio, vt ex ſolu
tione mercedis, aut pēſionis dicat̄ probata poſſeſſio
5 nedum † in prędudicium ſoluentis, ſed in præiudiciū
tertij, vt aſſeuerauit Lanfran. ab Oria. in c. quoniā cō
tra. in verſ. teſtiū depoſitiones. nu. 129. verſ. ſed an id
iudicium, de probatio. vel ſi mauis ſub d. nu. 93. vbi
ait quod mercede percepta probata, probari vide-
tur poſſeſſio contra ſoluentem: at in prędudiciū tertij
dubitat; dicit tamē probari, quod eſt bene, & ſingula-
riter notandum: & ideo ſi agam contra aliquē rei vē-
dicatione, dicens talem rem eſſe meam, & probē do-
minium per teſtes probando præſumptionē, pro qua
præſumptione probanda probo poſſeſſionē hoc mo-
* do quia dico, teſtantur hāc eſſe * communē opinio-
nem. idē ſenſit Firma. in reper. in verſ. probatur. verſ.
8. authoritate eiuſdem, Lanfran. & aliorum ibi ab eo
adductorum.
Subampliatur hęc ampliatio, vt procedat, nō ſolū
6 ſi conſtet tūc alium † nō poſſediſſe, ſed etiā ſi de hoc
dubitatur. ita dicit Rui. in conſi. 44. in iudicio moto,
col. 2. n. 2. verſ. reſtat ergo vol. 4. p Aret. in d. l. vniuer-
ſas. §. quod per colonum. col. 1. verſ. in eadem glo. ff.
de acq. poſſ. vbi notabaliter voluit ſupradictā cōclu-
ſionem procedere in duobus caſibus, vel quando cer-
tum eſt poſſeſſionem vacare, vel quando dubitare-
tur, eſſet necne plena, an vacans.
Declaratur hæc ampliatio, quod licet probādo ſo
lutionē mercedis aut pēſionis probetur poſſeſſio; ta-
7 men ſola † inueſtitura, non probat poſſeſſionem in
præiudicium tertij, ſed ſolum inter ipſos: & ideo ſi in
exemplio propoſito in ſuperiori ampliatione, volēs
probare poſſeſſionem contra conuentum in tertiam
perſonam, ad probandum poſſeſſionem produco in-
ſtrumentum locationum factarum Titio de fundo,
de quo eſt controuerſia, nullatenus eſt probata poſſeſ
ſio. ita dixit idem Lanfr. de Oria. in d. trac. de teſtib.
ſub. nu. 150. aut ſub. d. nu. 93. quod ait eſſe pulcherri-
mum dictum Ang. quem ibi citat.

Secundo

Secundò amplio concluſionem, vt locum ſibi vē-
9 dicet: etiam ſi probaretur † vnicam fuiſſe factam ſolu
tionem penſionis: nam & eo caſu, quia ſoluitur tale,
quid quod non ſolet dari, ſine gratioſè concedi, pro-
bat quaſi poſſeſſio illius iuris, vt tradidere glo. Dom.
Innoc. ac alij in c. bonæ de poſtulat. præla. & in c. cū
Eccleſia Sutrina, de cau. poſſeſ. & proprie. quorum au
thoritate adductus ita conſultus reſpondit Roman.
in conſ. 313. in caſu propoſitæ conſultationis in fi. ac
Alex. in conſ. 74. viſo puncto. nu. 10. vol. 4. vbi ait, ex
10 vnico † actu probari quaſi poſſeſsionē, & ibi ad eun-
dem additionū author plures pro hac adducit ſentē-
tia in litera C. ſuper verſ. vnicum. Rom. refert, & ſe-
quitur Clariſs. D. Claud. Bertaz. inter ciuilia D. Bar
tholomæi, patris conſ. 125. cum in remedio. num. 40.
verſ. at ſecundo, vol. 1. doctè aſſerens poſſeſsionē iu-
ris ſatis eſſe oſtendere, & probare per vnicum actum:
ibiq; nonnullos concordes citat. idem ſenſit Calc. in
conſ. 42. Philip. de Bonfantis. nu. 3. verſ. quintiſmo. Ti-
ber. Dec. in conſ. 97. quæritur. nu. 57. vol. 3.
11 Aliter tamen † opinatus eſt idem Rom. parum ſi-
bi conſentiens in d. conſ. ſeptuageſimo, num. 13. verſ.
item, & quaſi poſſeſsio. vbi ait ex duobus actibus ac-
quiri quaſi poſſeſsionem.

Veruntamen contrariam huic ſententiam verio-
rem cenſeo: nam apud omnes in confeſſo eſt, per vni
12 cum † actum, qui non ſolet fieri, niſi à poſſeſſoribus
eiuſdem iuris acquiri, quaſi poſſeſsionem. l. 1. §. quæ-
ſitū. ff. de aq. quot. & æſti. hinc ex vnica præſentatio-
ne, & ex vnica electione acquiri, quaſi poſſeſsionem
iuris præſentandi, & eligendi, dixit gl. in d. c. cum Ec-
cleſia Sutrina in ver. trium. vbi Ripa. nu. 9. cum plur.
ſeq. hoc idem firmat Dec. in conſ. 137. pro tenui. col.
2. ſub num. 1. verſ. ꝙ autem quaſi poſſeſsio, vbi plures
cōcordes allegat, & in conſ. 124. placet mihi. in prin.
in conſ. 126. in cauſa D. Franciſci Gentilis. nu. 2. & lō-
gè plures refert Bald. in tract. de præſcrip. par. 1. 5. par.
prin. q. 9. nu. 5. uerſ. quarta concluſio eſt: ſic etiam per
unicam ſolutionem collectæ probatur, quaſi poſſeſ-
ſio iuris collectandi, ut reſpondit Bald. in conſ. 25 1.
ſententia, quam tulimus. col. 2. poſt nu. 1. uerſ. non eſt
dubium. col. 5. quem ſequuntur Rip. in d. c. cum Ec-
cleſia Sutrina. nu. 54. & Menoch. in d. q. 72. num. 568.
uerſ. quinto. de qua re nos infra abundè diſſeruimus,
ubi egimus de præſcriptione rerum incorporalium,
in uerſ. præſcriptio. ad idem pertinet, quod ille, qui
percepit fructus ſemel in anno fingitur toto illo an-
no poſſidere, ut placuit Spec. in tit. de probat. §. 1. nu.
35. uerſ. per extrema enim, ꝙ ſingulare cenſuit Fran.
Cremen. in ſing. 157. ſi probo. quos refert, & ſequitur
Tiraq. in tract. de præſcript. in uer. continuels. gl. 5. in
prin. ubi plurimos concordes congerit, prout etiam
ex unica perceptione fructuū præſumitur quis domi-
nus. ſecundum Flor. in l. 1. ff. famil. ercis. quem ſequi-
tur Barb. in d. conſ. 76. ſub eod. uerſ. quinimo plus ui-
detur. uolum. 2.

Tertiò ampliabis, ut eo uſq; cōcluſio uera ſit, ut et
13 † nō ꝓbata alia effectuatione locationis, p ſolā rece-
ptionē pēſionis ꝓbet̄ poſſeſsio: q̄a nō eſt ueriſimile,
ꝙ cōductor ſoluiſſet, & uoluiſſet illā pendere, ſi uirtu
te locationis non eſſet in poſſeſsione, et fructus non
percepiſſet, & ſic ex iſta ſolutione oritur præſumptio
effectuationis, ut colligo ex traditis per eundē Fran.
Aret. in d. l. qui vniuerſas. §. ꝙ per colonū. col. 2. verſ.
ſed circa tertiū. ff. de acq. poſ. & à Soc. ſen. in cōſ. 106.
libenti aīo. n. 2. uol. 3. ac à Rui. ſ. i. cōſ. 44. n. 10. uol. 4.

Eādē concl. primo limitabis, ut locū nō hēat, quan-
do ageret̄ de ꝓbanda poſſeſsione ex ſolutione pēſio-
14 nis aduerſus tertiū † poſſeſſorē; quū eo caſu licet mihi
ſoluat̄ pēſio nō ob id, ꝓbat̄, ꝙ ego poſſideam, neque
alius, q poſſidebat, priuat̄ ſua poſſeſsione: ſic declarāt
Bar. Imo. Alc. & Fran. Arc. in d. l. q vniuerſ. §. ꝙ p co-
lonū, ff. de acq. poſ. ubi idē Bar. ait id eſſe meū tenēdū

vt etiam id approbāt, ipſemet Barto. ac cæteri in d. l.
quamuis. §. 1. ff. eo. tit. quod nonnullorū authoritate
corroborat idem Socin. ſen. in d. cōnſ. 106. nu. 2. vol.
3. iō primus præceptoris ſui Aret. aſſerentis id eſſe * cō-
muniter receptum, in d. §. quod per colonum ad idē
plures reſpondit Cor. vt in conſ. 6. in præſenti diſcep-
tatione. nu. 4. vol. 3. in conſ. 24. licet in themate. col.
7. nu. 18. verſ. nam ſi alius. vol. 4. & in conſ. 316. vide-
tur in hac conſultatione, col. pen. nu. 7. verſ. præterea.
eo. vol. 4. idem ſenſit Fely. in c. inter dilectos. col. 5.
ſub nu. 8. verſ. & non ſolum locatio. de fid. inſtrum.
Balb. in l. Celſus, ſub nu. 130. verſ. hinc eſt. ff. de vſuca
pio. & ita in ſupremo Neapolitano conſi. fuiſſe vota
tū teſtatur Afflict. in dict. deciſ. 325. nu. 11. & ſeq. de
* communi dicit Per. Beninten. in deciſ. Bonon. 42.
in cauſa quæ agebatur, nu. 2. vt etiam pluribus cōfir-
mat Tiraqu. in dict. tract. de iu. cōſtitut. par. 3. limita.
prima. nu. 21. verſ. nam, & videmus. Gozadin. in cōſ.
99. in hac cauſa poſſeſſoria, nu. 14. verſ. non obſtant
allegata, ac Menoch. in d. cōmen. retinet. poſ. remed.
3. quæſtio. 72. ſub nu. 567. verſ. declaratur, & nouiſſi-
mè. Ioan. Baptiſt. Pontanus in tract. de ſpol. lib. 2. c.
24. nu. 83. verſ. ciuilium, autem fructuum, vbi latè in-
ſiſtit circa hanc poſſeſsionis probationem.

Amplia hāc limitationem, quod nec etiā in præiu-
15 dicium tertij † non poſſidentis non probetur poſſeſ-
ſio per receptionem penſionis, niſi ſolutio facta ſit in
conſpectu rei, vel fuerit ſæpius continuata, iuxta ſen-
tētiam Imo. in d. l. qui vniuerſas. §. quod per colonē.
verſ. no. diligenter. ff. de acq. poſ. quē ſequitur Gabr. in
ſuis cōclu. 10. 3. tit. de loca. cōcl. 4. nu. 4. verſ. 1. limita.

Intelligēs eādem limitationem locum habere, qn̄
colonus rei ſoluerit hæredi locatoris pēſionem. nam
16 ſi † præmortuo locatore continuet colonus ſoluēdo
recognoſcere hæredē, licet alius ingreſſus fuerit poſ-
ſeſsionē illius rei, & colonus verbo fateatur illū rem
recognoſcere ſe ab eodem, qui intrauit dictā poſſeſ-
ſionē, tamen pro herede ex ipſa ſolutione probata di
citur poſſeſsio contra illum tenuum poſſeſſorem. ita
dixere Ang. & Alex. in d. l. quamuis. §. 1. per illū text.
ff. de acq. poſ. quos refert, & ſequit̄ Afflict. in d. deciſ.
325. nu. 3. verſ. item fuit concluſum, & in deciſ. 167.
Gabr. de Datō. n. 5. ver. ſupuenit. cui adhæret. Huber.
Zucca, in l. vlt. nu. 114. ver. fallit tertio. C. de edic. diui
Adr. tollen. quia non requiritur, quod colonus conti-
nuet poſſeſsionē nomine hæredis, ſed ſatis eſt, quod
continuet cōductionem, nec recognoſcat facto aliū
in dominum, vt per eūdem Afflictum locis ſuperri-
mè allatis, ac per Zuccardum vbi ſupra. vbi etiā illud
addit hanc poſſeſsionem acquiri, etiam ſi hæres non
ratificet factū coloni. ea ratione, quia eo ipſo quod
hæres adit hereditatem, videtur quaſi contrahere cū
ipſo colono, & ei prędiū locare, per tex. in l. apud Iu-
lianū. ff. quibus. ex cauſ. in poſ. ea. idcirco cū videatur
aſſēturi, quod colonus reſideat, & laboret, ſatis videt̄
ratificaſſe illius factū: Affli. & ſequut⁹ eſt Nat. in cōſ.
533. fuit quæſt. nu. 7. cū plu. ſeq. verſ. in contrariū vol.
3. idē Ponta. in d. c. 14. nu. 126. verſ. e cōuerſo autem.
Zucca. verò refert, ſequitur Rol. à Val. in cōſ. 46. quia
in quacunq; nu. 15. 16. & 17. verſ. 2. reſpōdetur, vol. 2.

Amplio intelligentiam hāc procedere, & ſi hæres
17 nō oēs, ſed aliquos † fruct. pēſionis pcepiſſe ꝓbaue-
rit. nā & tūc nō modo ꝓbabit ſe eſſe hęredē. verū et
in poſſeſsione eſſe, vt cēſuit Are. in d. cōſ. 88. col. 3. n. 4
in vlt. dub. cui adheret Pācero. in d. cōſ. 24. n. 10. vol. 1.

Secundò ſublimitāda eſt eadē prima limitatio, vt
non procedat, qn̄ penſionarius mortuo locatore, al-
terum recognouit, & ei cępit ſoluere penſionem, ille
18 enim is recens cognitus poſſidere dicitur, non aut̄
hęres mortui locatoris, vt declarat idē Menoch. in d.
q. 72. ſub eod. nu. 567. in fi. teſtem ad id laudans eun-
dem Zuccar. in d. l. vlt. nu. 114. C. de edicto diu. Adr.
tollen. ac Ponta. vbi ſupra ſub eodem. nu. 127.

Digitized by Google

Secundo loco intelligenda eſt concluſio, vt tunc
19 procedat quando † ſolutio fit per ipſum colonum, ſe-
cus ſi à tertio non habente ab ipſo colono mandatū
ſoluendi, tunc enim ex ea ſolutione nulla probatur
poſſeſſio, cum potuerit eſſe, quod ille tertius ſoluerit
nedum ignorante colono, verum etiam ipſo inuito,
iuxta l. ſolutionem, vel iudicij. ff. de ſolutio. & ita re
ſpondit Cor. in d. conſ. 4. poſt. n. 4. ver. præterea, vol. 3.
vbi huius differentiæ illam reddit rationem: quia quū
ſoluit colonus demonſtratur eius animus, quod ipſe
tenuit nomine ipſius cui ſoluit ſed quādo eſt tertius,
non ita, quia potuit facillius falli in facto alieno,
quam in ſuo, l. vlt. ff. pro ſuo, & l. quamquam. ff. ad
Velleia. cum ſimil.

Tertio limitabis concluſionem locū ſibi vendica
re, quando per aduerſarium non probatur contrariū;
20 ſecus † ſi ex parte ſua probaret veram poſſeſſionem
ipſius rei, vt quia curauit arari, coli, & ſeminari fun-
dum, & ſimilia: nam tunc ſolutione penſionis nō ob
ſtante, non dicere, ut poſſeſſio probata ex latere pen-
ſionem recipientis, vt placuit Lanfran. in d. c. quoniā
contra. in ver. actum depoſitio nu. 126. in ff. de proba-
tio. vel in tract. de teſt. ſub nu. 93. verſ. ſed an in præ-
iudicium tertij, ac Aug. Aret. in d. l. quædam mulier.
nu. 3. verſ. hic reſtat. ff. de rei vendica.

Cuius limitationis ratio eſt, nā ex receptione pen-
21 ſionis vere non poterit concludēs probatio poſſeſ-
ſionis, cum potuerit ſolui etiā ei, qui non poſſidebat,
ſed præſumitur potius, quod ſoluens detinuerit, & fru-
ctus pcepit, nō n. veriſimile eſt, quod quis ſoluiſſet
niſi fructus percepiſſet tāquam colonus, vt eleganter
dixit Aret. in d. l. qui vniuerſas. §. 1. ff. de acq. poſſ. &
Cor. in d. conſ. 44. n. 10. vol. 4. ex qua ſolutione reſul
tat deinde præſumptio poſſeſſionis. cōtra quā præſū-
ptionem rectè admittenda erit probatio in contra-
rium. etenim, vt etiam docte animaduertit Cor. vbi
ſupra. actus iſte ſoluendi mercede nō eſt poſſeſſio, ne
que actus immediatæ poſſeſſionis, præſertim, quando
fit in abſentia rei, l. prædia. cum ibi notat. per Bar. &
cæteros. ff. de acquir. poſ. ſed fit ad alium finem; quia
probatur iſta ſolutio propter aliud, ideſt propter poſ-
ſeſſionem; quæ probatio poſſeſſionis dicitur, & præſu
mitur per probationē ſolutæ mercedis; & ſic præſum
ptiuè ſolutio, vel receptio pēſionis pbat poſſeſſionē,
quæ præſumptio tolli poteſt per aliam præſumptio-
nem per glo. in l. diuus. verſ. exiſtimari. ff. de in integ.
reſtit. quam à ſcribentibus * communiter eſſe recep-
tam teſtatur Cur. iun. in conſ. 35. dominus Benedi-
ctus. nu. 6. & multo fortius per alias probationes.

Quarto limitatur cōcluſio, vt non procedat in ſo-
22 lutione † tributorum. nam ex eo quod quis pro re ſo
luit tributa nō probatur rei poſſeſſio, vt colligere eſt
ex tex. l. ſi pater tuus. C. de actio. emp. vbi id expreſſe
no. Bar. & Bal. & cōfirmat illuſtriſſimus D. meus Card.
Alb. in ſuis lucubrationib. ad eūdē tex. de quā re vide
bis Soc. ſenior cōſ. 205. difficultas, ferè per tot. vol. 2.
conſules etiā Barb. in conſ. 8. alias aliteram. per tot.
vol. 3. vbi contrarium ſentire videtur; poſt multa cō-
cludens, quod onus ſoluēdi tributum ſpectat ad poſ-
ſeſſorem, & poſſeſſorē ſequitur: vnde ſi reperiatur, ali
quem ſoluiſſe tributum, vel collectā, conſequitur, vt
magis ratione poſſeſſionis quam proprietatis præſu-
matur id ab eo fuiſſe factum. De qua re quoniā me-
mini me alias ſuis locis multa tradidiſſe, id circo hic
circa id non inſiſto, ſed ad alias tranſitum facio.

Quinto eandem limito, vt tunc ſolutio penſionis
23 probet poſſeſſionem † quando ſoluitur præcedente
titulo legitimo, ad transferendum dominium cū ſic.
interueniat quædam ficta traditio, ſecus vbi princi-
paliter probatur ſolutio penſionis, ſide cēſus, etenim
cū multis de cauſis poſſit ſolui pēſio, ſiue cenſus, talis
24 ſolutio interminata nō pbat poſſeſſionē rei. pbatio
n. dubia, & generalis, nō cōcludit, quod determinatum
eſt, ita inſigniter declarat Ab. in c. bone. n. 15. verſ. in
gl. ſup. ver. nam procurationem, de appel. qui in hoc
decidit aduerſus Bal. in l. ſolet. ff. de offi. procons. vbi
25 determinauit Eccleſiam † quæ per longum tempus
alicui ſoluerit cenſum, præſumi illi ſubiectam.

Sexto limitāda eſt, vt vera ſit cōcluſio, quū ſoluens
26 † eſt in poſſeſſione illius rei, cuius nomine ſoluit pen
ſio, vel quia ſoluerit de mādato ipſius poſſidētis, vt de-
clarat Ant. à Butr. in d. c. cū veniſſet, col. pen. ſub nu.
13. verſ. quōq; vltra ſupra & ibid. Imo. nu. 3. verſ. in gl.
pe. de reſtit. ſpoliat. quē Anto. ſequit. Rim. ſen. in cōſ.
410. magniſ. nu. 10. vol. 3. & Soc. ſen. in cōſ. 266. in cā
quæ vertit, col. 5. n. 14. ver. quinimo ſolutio pēſionis,
vol. 2. p tex. in d. l. quāuis. §. ſi cōductor. ff. de acq. poſ.

Declaratur hæc limitatio, vt quādo ſoluitur pēſio
27 mādato ipſius poſſidentis, tunc † acquirit poſſeſſio
non à tempore iuſſus de reſpōdendo, ſed a tempore
actualis reſponſionis ipſius pēſionis; ita ſentit Butr. in
d. c. cū veniſſet, col. pen. ſub eo. nu. 13. verſ. & aduer-
te, per ea, quæ not. Innoc. in c. cū noſtris, de cōceſſ. præ-
ben. aſſerens, ſic intelligenda eſſe notata in c. inter di-
lectos. de fid. inſtrum. & in c. cum Bertol. de re iud.

CONCLVSIO MCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

An per locationem probetur poſſeſſio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per ſimplicem locationem non probatur. Ratio redditur, nu. 2.*
3 *Poſſeſſio per locationem probatur, quando vltra locationem interuenit penſionis ſolutio. & cur. nu. 5.*
Etiam ſi non omnes, ſed minima pars fructuum, penſionis nomine ſoluta ſit, vt ibidem nu. 4.
5 *Pēſionē fundi qui percipit, fructus eius percipere videtur.*
6 *Poſſidere vere dicitur, qui percipit fructus, & illis vtitur pro libito voluntatis ſuæ.*
7 *Poſſidere quis præſumitur fundum quando conductor aſſerit ſe eius nomine fundum colere.*
8 *Penſionem recipiens ad hoc vt poſſidere dicatur, non habet neceſſe probare detentationem conductoris ſoluentis. Contra. nu. 9.*
10 *Locatio fundi, & mercedis receptio, poſſeſſionem probant etiam aduerſus tertium non poſſidentem.*
11 *Inſtrumenta plura locationem fundi, plene probant locatorem poſſidere. & cur. ibid. nu. 12.*
12 *Argumentum à communiter accidentibus validum eſt in iure.*
13 *Inſtrumenta antiqua locationis probant poſſeſſionem locatoris.*
14 *Inſtrumento recognitionis in antiquis probant quaſi poſſeſſionem eius, qui recognoſcitur.*
15 *Locatio fundi nō probat eius poſſeſſionem, in præiudicium tertij poſſidentis.*
16 *Locatio fundi probat poſſeſſionem locatoris, quando vltra locationem, alia adminicula concurrunt.*
17 *Poſſeſſio inter ipſos conductorem, & locatorem, plene per ipſam locationem probatur. Ratio redditur, nu. 1.*
18 *Aeſtimum probatur inter illos, qui conſenſerunt deſcriptioni non inter alios.*
19 *Conductor non poteſt locatori referre quæſtionē dominij.*
20 *Conductor non poteſt ſuo nomine poſſidere.*

Offert deinceps ſe ſe nobis ea diſcutiēda dubitatio, qua quæri ſolet, an p locationem probetur poſſeſſio. In qua quidē vno ore, cuncti
1 quos hactenus viderim tradidere ſcribētes, per ſimplicem locationem nō poſſe probari poſſeſſionem,
vt colligere eſt ex nota. ab illdem met in capit. inter
dilectos p illū tex. in ſi. ibi, p inſtrumēto vero, & ro-
ullum,

Digitized by Google

inſtrumen.& vt aliquos huius ſententię viros in me-
dium afferam ſic ſeſe re gl.in l.qui vniuerſas. §.quod
per colonum, vbi ſcrib.ff.de acq.poſ.& Doct.in c.cũ
Bertoldus.de re iud.Bar.in l.quamuis.§.ſi cõductor,
& ibi Alex.col.2.ff.de acq.poſ.Inn.in d. c.inter dile-
ctos quem ad id allegat Cur.ſen.in conſ.70.ſuper cõ-
trouerſia in fi.Bal.in conſ.330.ſtatuto cauetur, quod
conductor.col.1.nu.1.& ſeq. vol. 1. Domini Rot.in
deciſ.1. alias 87. inſtrumentum de fid. inſtr. in antiq.
Bellam.deciſ.300.item pro locato.Alex.in conſ.10.
viſo proceſſu.col.2.nu. 3. verſ. quia per locationem.
vol.4.Fel in d.c.inter dilectos.nu.8. Soc. ſen.in conſ.
84.in cauſa agitata.col.pen.nu.17.in fi. vol. 1. Rim.
ſen.in conſ.99.viſo proceſſu.nu.42.vol.1.Dec.in cõſ.
146.pro tenui.col.8.ſub nu. 14.Ruin. in conſ.36. nu.
nu.13.verſ.præterea,ex quo vol.5. & in conſ.47. nu.
4.eo.vol.4.Gozad.in conſ.94.col.vlt.in fi.verſ.item,
quòd extraneus. Rebuf. in commen. ad conſti. reg.
Gall.tom.3.tit.de mater.poſſeſ.in præfa.nu.100.verſ.
tamen per locationem. Nat. in conſ.429. filiæ mag.
D. Ambroſij nu.16.verſ.hinc eſt vol.2.& Menoch.in
commen.retinẽ.poſſeſ.remed.3.q.72.nu. 571.verſ.8.
2 Cuius rei illa poteſt adduci ratio.quĩ locatio † fieri
põt de re aliena,& ab alio poſſeſſa,l.nemo.C.loca.&
ſic neceſſario non probat,vt obſeruauit Fel.in d.cap.
inter dilectos,nu.8.& ibi Imo. nu.16.verſ.item no.ꝙ
per actum locationis , & ibidem prius his Ant.à Bu-
trio nu.33.per c.cum venerabilis de exceptio.c.bona
de appella. & per gl.& in c.cũ Bertoldus. de re iudic.

Primo loco limitabis cõcluſione,vt nõ procedat,
quando vna cũ inſtrumento locationis factę,proba-
3 tur etiam † factam eſſe ſolutionẽ conuentæ pẽſionis:
nam illis duobus concurrẽtibus ꝑbatur poſſeſſio: ita
(pręter omnes ferè relatos authores,qui paſſim dictis
in locis id firmant) ſua authoritate comprobauit gl.
in l.qui vniuerſas. §. quod per colonum. in verb. cõ-
lonũ.ibi,idem fortè , colonus mercedem hæredi ſol-
uerit.ff.de acq.poſſ.vbi et Bar.verſ.ex qua ſolutione.
& in l.quamuis.§.ſi conductor.verſ.item oppone.ff.
eo.tit.& Ang. in l. quædam mulier.ff.de rei vendic.
Bal.in auth.quas actiones.col.vlt.nu. 17. verſ. poteſt
etiam probari.C.de ſacroſ.eccleſ.& in d.c.inter dile-
ctos,col.pen.in fin. verſ. per inſtrumentum. Rom.in
5 *Nauis inſtrumenta tradens, ipſius nauis poſſeſſionē cōceſſiſſe videtur.*
6 *Freni, & ſellæ traditione, quibus equus ducitur, dominiū equi in accipientem transfertur.*
7 *Inſtrumentorum traditione, vt trāsferatur poſſeſſio, quæ requirantur, remiſſiuè.*
8 *Inſtrumenta accipiens, ſi ea deinde dantis cōſenſu inciderit, poſſeſſionem in ipſum tranſtuliſſe denuo videtur.*
9 *Inſtrumentum, continens etiam clauſulam, dedit, & tradidit, non transfert poſſeſſionem, nec per id probari poteſt, tranſlata fuiſſe.*
10 *Poſſeſſio ſpiritualium, per actus diuinorum officiorum probatur.*
11 *Præſcriptio centum annorū per inſtrumenta ideo probari non poteſt, quia per inſtrumenta poſſeſſio nō probatur.*
12 *Inſtrumenta, aut inſtrumenti verba, non probant trāſlationem poſſeſſionis, niſi res in conſpectu ſit, cum inſtrumentum celebratur, & cur. ibid. nu. 15.*
13 *Poſſeſſio ita demum per inſtrumentum probatur, ſi intra rem ipſam, vel ipſius conſpectum ſit celebratum.*
14 *Inſtrumentum etiam habens verba, & aſſignauit; nō probat poſſeſſionem.*
16 *Præſentia, & conſpectus rei, vbi eius poſſeſſio aſſignatur, operantur, vt vera, & actualis poſſeſſio in accipientem transferatur.*
17 *Clauium traditio in conſpectu rei facta, transfert poſſeſſionem.*
18 *Canonicus, q. in conſpectu eccleſię verbaliter in poſſeſſionē miſſus fuit, acquirit veram, & actualem poſſeſſionem.*
19 *Annuli comprehenſio, in conſpectu eccleſiæ, transfert realē poſſeſſionem.*
20 *Præſentia rei tunc demum operatur realem poſſeſſionis tranſlationem, quando res eſt vacua, nec ab aliquo tertio poſſidetur.*
21 *Præſentia vbi eſt de ſubſtantia actus, præſumitur, & abſentiam allegans, liquido illam probare debet.*
22 *Præſentem rem, vel abſentem fuiſſe ad effectum realis poſſeſſionis transferendæ, cui probandi onus incumbat.*
23 *Verbum aliquod vbi in inſtrō reperitur, id omne, quod de eius verbi ſubſtantia eſt, interueniſſe præſumitur.*
24 *Verbū, inueſtiuit, denotat præſentiā Iudicis, & partium.*
25 *Verbum, Stipulor, ſignificat partes præſentes fuiſſe.*
26 *Verbum, Exhibere, demonſtrat rerum exhibitarum præſentiam.*
27 *Inſtrumēta, licet non probent poſſeſſionem, attamen actus, ex quibus reſultat poſſeſſio, vt ingreſſus, fructuum perceptio, penſionis ſolutio, & huiuſmodi, per inſtrumenta probari poſſunt.*
28 *Poſſeſſionem ſe obtinuiſſe dicēs, authoritate literarum iudicialium, debet id per inſtrumenta probare: nec ſufficit probatio per teſtes.*
29 *Acta iudicij, per ſcripturam probari debent.*
30 *Poſſeſſio per inſtrumenta probatur in antiquis.*
31 *Inſtrumenta probant poſſeſſionem in factis antiquis, etiam ſi agatur de præiudicio tertij.*
32 *Poſſeſſionis traditio, facta in inſtrumento, non probat adeptionem poſſeſſionis, alio tunc in poſſeſſione exiſtēte, niſi aliud appareat.*
33 *Inſtrumentum dicens, traditam fuiſſe poſſeſſionem, vel habens clauſulam conſtituti, non probat, niſi probetur tradentem in actuali poſſeſſione fuiſſe.*
34 *Poſſeſſionis adeptio in beneficialibus, per inſtrā publica, vel ſcripturam priuatam trino teſte notatam probatur.*
35 *Poſſeſſionis adeptio in beneficialib. p teſtes poterit pbari.*
36 *Aeſtimus codex, quando probet poſſeſſionem, remiſſiuè.*

EFFICAX Etiam eſt ad poſſeſſionis acquiſitæ probationē fictus ille modus à iure
1 introductus, qui fit per inſtrumentorum † traditionē: nā ſi inſtrm vēditionis domus meæ tibi donē, & tradā, poſſeſſionē et domus tradere videor: ita reſcripſere Imp. Seuer. & Antonin. in l. 1. vbi Bal. ac alij. C. de donatio. quā legē ad id adducit gl. in l. 3. ſup verbo, animo. verſ. quintus. ff. de acq. poſ. & ibi. hoc ſequunt Doct. & cenſent hunc caſum eſſe ſingularē, & multa dignū animaduerſione. Bal. etiam in margar. in verbo inſtrumētum, & in c. 1. quid ſit inueſti. in vſib. feudo. & Alexan cōſ. 28. viſo, & præhabito. col. 2. ſub nu. 2. vol. 2. idem voluit Spec. in tit. de emptio. & venditio. §. 1. nu. 33. verſ. itē etiam acquiritur poſſeſſio Hinc arg. d. l. 1. dicebat Bal. in l. ſeruū filij. §. cū, q. ff. de leg.
2 1. q † ſtatutū annullans inſtrm ob gabellam nō ſolutā, intelligat̄ et annullare quemcunq; obligationē in eo contentam, quē ſequitur Rom. in cōſ. 57. in cauſa vertente inter cōmunitatē Corton. paulo ante fin. & Tiraq. in tract. de iure conſtitu. part. 3. limit. 7. nu. 39. verſ. adde etiam. Eidem legi primæ ſimile eſt, qd vo-
3 luit Paul. I. C. in l. 2. ff. de pact. creditorē † dantem inſtrumentum crediti, debitorē ipſum liberaſſe videri, quòd etiā ſentit gl. in l. 1. in fi. ff. de reb. eorum. cui rei plurimum quoq; quadrat, quòd ſtatutum eſt in l. cū conſtet. C. quæ res pigno. obliga. poſ. & in l. creditri-
4 cem. ff. de remiſſ. pigno. qui pignoris inſtrm † tradit, ipſam rem in inſtrō contentam, in pignus cōceſſiſſe videri. ob eandem præterea legē 1. reſpōdit Soc. ſen. in conſ. 55. viſo inſtrumento. nu. 8. verſ. 4. vol. 4. quòd tradendo inſtrumēta nauis, ſine quibus nauis eſt inutilis, & quibus nauis ducitur, & per illa quodammo-
5 do repræſentat̄, cenſetur tradi † poſſeſſio ipſius nauis per ea, quæ ibi allegat, & in primis per glo. in §. interdum. Inſt. de rerum diuiſ. quæ dicit, quòd traditione
6 † freni, & ſellæ, quibus ducitur, & gubernatur equus,
7 transfertur dominium equi. Quæ autē † requirantur, vt per hmōi inſtrorum traditionem, probata dicatur poſſeſſionis traditio, explicat Alex. in d. l. in prin. col. 3. à nu. 10 vſque ad num. 14. ff. de acq. poſ. & vberius Rebuf. in cōmen. ad conſtit. reg. Gall. in præfat. tract. de mater. poſſeſ. à nu. 78. vſque ad nu. 90. ad quos me reijcio, ne in eis recenſendis otio abuti videar.

Amplianda tñ eſt hæc poſſeſſionis ficta probatio, vt non ſolum per inſtrorum traditionē probetur trā-
8 ſlata poſſeſſio. ſed etiā per † inciſionem illorum factā voluntate donantis, probata dicatur rurſus poſſeſſio tranſlata in primum dātem ita doctè determinat gl. in l. ab emptione. ſuper verb. conſtituantur. verſ. item pro hac. ff. de pact. quam ibidem plurimū commendat Bar. ſub nu. 8. Ang. nu. 6. vbi ait dictā gloſam ſingulariter eſſe notandam, nec eſſe alibi in iure, & caſū eſſe quotidianū; prout hunc referendo dicit Iaſ. ibidem, col. pen. ſub nu. 13. verſ. in 2. fundamēto. in fine, & eandem gl. pro ſingulari refert Rom. in ſing. 538. per traditionem, quam ſe didiciſſe à Baldo dicit in vſib. feudo. in prælud. & idem aſſeruit Bal. in l. ſi non ſortem. §. adeo. ff. de condictio. indeb & in d. l. 1. in fine. nu. 5. loquens de retraditione inſtrumenti. C. de dona. ipſam quoque gloſſam mirum in modum ſuſpicit Alex. in d. l. 3. in prin. ſub nu. 11. verſ. adde Bal. ac Rebuff. in d. præfat. nu. 90. verſ. adde quòd ſicut.

Declaranda modo eſt eadē cōcluſio, vt tñ p illud
9 inſtrm probetur poſſeſſio, et † ſi dicatur in eo dedit, & tradidit. ita docet Bar. in l. prædia. ff. de acq. poſ. ſecūdum vnam lecturam, quia illa verba important ſolū licentiam intrandi propria authoritate: ſic etiam reſpondit Alex. in conſ. 4. videt̄ inſpectis his. col. 2. nu. 2. verſ. attento maxime. vol. 2. & in conſ. 10. viſo proceſſu inter Franciſcū. nū. 1. vol. 1. quòd, & multis placuit, vt Lanfr. ab Oria. in c. qm̄ contra in verb. teſtiū depoſitiones. nu. 134. verſ. ſcias tñ. de probationibus Aret. in conſ. 41. diligēti. col. 3. nu. 7. verſ. 2. præmitto. Soc. ſen. in conſ. 93. ſub nu. 2. vol. 1. & in conſ. 205. in prin. vol. 2. vbi id pulchra ratione cōfirmat. Dec. in l. traditionib. col. 2. ſub num. 3. in 7. ampliat. C. de pact.

Bald.

Digitized by Google

Bald.in repe.l.Celſus.in 2.par. princ. ipſius legis, nu.
92.verſ.tñ per ſolum inſtrumẽtũ.ff.de vſucap. Marſi.
in l.1.§.ſi quis dicatur.num.16. verſ.adde etiam præ-
dictis.ff.de quæſt.Crauet.in cõſ.157.nobilis Bertran-
dus.colu.3.nu.13.verſ.5.reſpondeo.Ferret.in conſil.
2.in cauſa capellæ.nu.8.verſ.ruſus. vol.1.vbi reſpõ-
10 dit, poſſeſſionem † ſpiritualem per exercitium curæ
animarum.& per alios actus diuinorum officiorum,
non per inſtrumentum ſolum probari: & quod ex
inſtrumentis poſſeſſio non probetur aſſeuerauit glo.
in c.cũ nobis.in verſ.centum annorum.verſ.ſed qua-
liter probabit.vbi cæteri ſcriben.de præſcriptio. dicẽs
11 ibi,preſcriptionẽ† cẽtum annorum,per inſtrumenta
ideo non poſſe probari,quia poſſeſſio ipſa per inſtru-
menta non probetur, argum.c. inter dilectos: de fid.
inſtrumen. per quem tex.Ita etiã determinauit Rim.
ſen.in conſ.219.in præſenti cauta.nu.37.vol.2.atque
Pariſ.in conſ.145.cum ex facto.nu.8.& 9.vol.4.

Secundo eandem declaro concluſionem,& cũ ea
præcipuè hanc primã declaratione. vt per inſtrumen
12 tum, ac prædicta inſtrumẽti verba nulla † probetur
poſſeſſio,nec poſſeſſionis tranſlatio, niſi res in cõſpe-
ctu ſit,quamuis inſtrumẽti traditio ſit,d.l.prędia, quã
ſic poſſe intelligi dicit Bart.in l.2.nu.4.verſ.quæritur
hic,& ibi *omnes. C.de acquir. poſſeſ.in primis Bal.
col.2.nu.5.verſ. ſequitur in tex.inquit, cõmuniter ca
verba poſſeſſionem non probare,niſi cõtractus fieret
in re,vel iuxta rem,ſubiungens hæc concepta verba,
ſis ergo cautus tu, qui habes de traditione poſſeſſio-
nis probare,vt ex alio re ſundes,quã ex ipſo inſtrumẽ
to,ſaluo,niſi res eſſet in cõſpectu, vt cõtractus factus
in re.tene menti. quæ cõcepta verba refert etiã Ang,
frater ibidẽ, ſub nu. 4. idẽ tradidit Bart. in d.l.prędia.
nu.1.ex ſentẽtia Dyni,Iacobi de Arenã,Oldr.& Spe.
quos ibidẽ refert.ſic placuit,& Cyn.in d.l.2.verſ.3.in
ducitur,vbi authoritate permotus eiuſdẽ Iac.de Are.
diſtinguit,ꝙ aut inſtrumentum facit mentionem de
re tradita, & res eſt in conſpectu contrahentium, &
tũc poſſeſſio probatur per inſtrumẽtũ,per d.l.2.idẽ ſi
de facili potuit eſſe in cõſpectu,vt l.1.§.ſi iuſſerim.ff.
eod.tit.aut facit mentionẽ de re,quæ erat abſens,tũc
non probat inſtrumentum poſſeſſionem traditã, vel
nactam,ſed probat datã licentiã intrandi, vt d.l.præ-
dia.hoc idẽ ſenſere Bal. in l. quædã mulier.in 2. lect.
verſ.nota hic,quod poſſeſſio.ff.de rei vendic.Lanfrã.
de Oria.in d.c.quoniã cõtra.in eod.verb.teſtiũ depo-
ſitiones.nu.134.verſ.ſcias tamẽ. Spec.in tit.de empt.
& vendit.§.1. nu.32.verſ. ſed quid ſi in inſtrumento.
idẽ Bald.in l.nõ idcirco. C.de fide inſtrumen.in rub.
C.de cõtrahen.emptio. quæſt.16.nu. 20.in l.indicia,
nu.1.C.de rei vendica. & in cõſ.508.tenor quarundã
literarũ.nu.3.verſ.item per inſtrumentũ.vol.5.Abb.
in d.c.cum. nobis.col.2.ſub nu.5.verſ. itẽ poteſt pro-
bari poſſeſſio.de præſcriptio.vbi d.l.2. C.de acq.poſ.
ad id multũ,notabilẽ appellat Alex.in conſi.96.viſo
proceſſu cauſę vertentis.nu.1.ver.nec obſtat,ꝙ in in-
ſtrumento.vol.7.& prius idem dixerat in d.conſi.28.
colu.2.nu.5.verſ.vnde,aut volumus. volu.3.& in d.l.
prædia. colu.2.nu.8. verſ.vlt.no.ff.de acquir. poſſeſs.
ac Rebuff.in d.præfat.nu.90.& ſequen. verſ.vnde il-
la verba poſita.& infra nu.87.verſ.tamen inſtrumen
tum non probat.iſtis accedit Ioan.Baptiſta Ponta in
tract.de ſpol.lib.2.c.14.nu.29.& 91. Hinc dixit Bald.
in l.vlt.nu 47.ſub verſ.8.quærit.C.de edic.diui Adri.
tollen.quod ſi inſtrumentum confectũ ſit ſuper cor-
13 porali, † & viſibili traditione poſſeſſionis, probetur
poſſeſſio per ipſum inſtrumentũ factũ intra rem poſ-
ſeſſam, ſed per verbalem traditionẽ factam extra rẽ
poſſeſſio non probetur, ſed licentia poſſidendi,per d.
l.prædia.ac per Innoc.in c.2.de conſuetu.idem aſſer-
uit Pet. Ferrat. in praxi Papien. in for. poſi. actio. in
verb.item,ꝙ præfatus Petr.nu.2. vbi etiam.nu.4.ait,
bonum eſſe,ſi notarius atteſtetur in cõſpectu domus,
vel fundi inſtrumentum fuiſſe confectum, & vendi-
tionem ipſam, & tunc probabitur poſſeſſionem tra-
ditam fuiſſe.

Ampliatur iſta declaratio,vt procedat ẽt, ſi in eo-
14 dem dicatur inſtrumento,& aſſignauit: nam † cũ hoc
verbũ poſſit intelligi non de actuali traditione, ſed
ſolũ verbali, ex eo, quòd aſſignare etiam quis nudo
verbo dicatur.l.aſſignare.ff.de verb.ſignif.l.1.§.aſſi-
gnare,& l.aſſignare.ff.de aſſigna.lib.tamen hoc pro-
cederet,ſi ea,quę aſſignata dicuntur in pręſentia eius,
cui aſſignata ſunt,non extitiſſent: nam tũc verbum,
aſſignauit,non probaret poſſeſsionem: ſecus autem,
ſi aſsignatio facta fuiſſet in conſpectu rei aſsignãdæ;
quo caſu probat: ita reſpondit Rom. in conſ.402.in
caſu præmiſſo.nu.4.verſ.non igitur refragatur.ad idẽ
ipſemet conſuluit conſ. 509. circa propoſitam con-
ſultationem.ſub nu.37. verſ. quoad ſextum. loquens
ibi, quando in inſtrumento ea poſita fuiſſent verba,
Facio traditionem,& exhibitionem,ceſsionem,&c.
licet iuxta ſententiam Marſ.in d.l.1.§.ſi quis dicatur.
nu.16.verſ.adde etiam prædictis.ff. de quæſtio. his in
locis Rom. videatur ſibi ipſi aduerſari, vt animad-
uertit Hora. Mandoſ.in additio.ad eundem in d.cõſ.
509.ſuper verbo, in propoſito caſu litera H.
15 Horum omnium, quæ diximus,ratio † eſt: quoniam
16 pręſentia rei,cuius poſſeſsionẽ quis alteri ſe dicit aſ-
ſignare,poſſeſsionem inducit eiuſdẽ actualem, cum
rei ciuis,cui traditur, proprio aſpectu intelligat rei poſ-
ſeſsionẽ capere.l.1.§.ſi iuſſerim,& l. ꝙ meo.§.ſi ven-
ditorem.ff.de acq.poſ.ita dixit Rom.in cõſ.337.quo-
ad primũ,col.2.nu.6.verſ.præterea.vbi ait,traditionẽ
17 † clauium rei venditæ factã in præſentia.rei operari
traditionẽ in poſſeſsionem illius.l.clauib. ff. de con-
trah.empt.quemadmodum etiam ipſa verbalis rece-
18 ptio in canonicũ, atq; uerbalis immiſsio † in poſſeſ-
ſionem,ſi fuit per executorẽ facta in re præſenti,id eſt
in conſpectu Eccleſiæ, cuius quis intendebat eſſe ca-
nonicus, operatur immiſsionẽ realẽ in quaſi poſſeſ-
ſionem in ius canonicatus, & præbẽdæ. ſimile etiã,ꝙ
determinauere DD.Rot.in deciſ.5. aliás 153.no.po-
ne,ꝙ aliquis.de cau.poſſeſ. & propriet. in antiq.poſ-
19 ſeſsionem beneficij † intelligi acquiſitam etiam per
annuli portæ loci beneficialis comprehẽſionẽ, dum
tamẽ annulus per illum traditus ſit, qui habebat po-
teſtatem tradendi, ex eo, quod locus beneficij eſt in
præſentia, idcirco eius poſſeſsio actualiter acquiſita
uideretur at d.l.2.C.de acq.poſ.ut in hanc rem hæc ad-
ducit Rom.in d.conſ.482.nu.3. uerſ.ad hoc accedat.
idẽ uoluit Tiraq.in tract.de iure conſtit.par. 3.limit.
17.ſub nu.2.uerſ.contrarium tamen.

Quæ ratio(ut, & hoc loco iſtud adiiciam)intelli-
20 genda eſt, quando poſſeſsio † uacua eſſet: nam tunc
præſentia rei ex ſolo aſpectu inducit actualem poſ-
ſeſsionẽ ipſius:ita Rom. dictis iu locis declarat Rip.
in tract.de priuileg.contract.cau.peſt.num.188.uerſ.
ſed pro dilucidatione.in fin.quem refert, & ſequitur
Mandoſ in d.additio.ad Rom.in cõſ.337.ſuper uer-
bo immiſsionem, litera B.

At hic roget quis, quid in dubio; ſi hoc in caſu de
abſentia,uel præſentia rei non cõſtet, an ad probãdã
rei præſentiam ſatis erit, præſumere rẽ fuiſſe præſen-
tẽ ad hoc, ut per ea inſtrũ uerba,probata dicatur poſ-
ſeſsio,an potius è contra præſumendum erit rẽ tunc
temporis abfuiſſe? Quòd poſtremum fortaſſe uerius
21 eſſe uidetur,ex eo, quod quãdo † præſentia eſt de ſub-
ſtantia rei, probatio abſentiæ debet eſſe liquida ,ut l.
quæcunque.§.à pupillo.ff.de publicia.l. 2. C.de ſtat.
& imagi.& not.in l. 1. C. de fide inſtrumen. libr. 10.
22 Cæterum hac in re dicendum eſt,ſi uerba † id impor-
tare uideantur,tũc præſumi præſentiam, niſi contra-
rium probetur alioqui ſecus: nã cum in inſtrumento
23 aliquod uerbum reperitur,omne,quod † eſt de uerbi
ſubſtantia interueniſſe præſumitur; ueluti, ſi in ali-

24 quo inſtrumento contineať, quòd Titius titulo † col-
lationis, vel donationis Caium de tali re inueſtiuit,
tũc profectò præſumitur Caius inueſtitus in præſen-
tia iudicis, & partium; cum verba illa communiter
hoc importare videantur, & de eius verbi inueſtiuit,
ſubſtantia ſit, vt partes ſint præſentes iccirco propter
illud verbũ præſumuntur fuiſſe præſentes: ita reſpõ-
dit Oldr. in conſ. 217. ſuper eo, quod quęritur, ferè per
tot cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Io. And. in addit. ad
Spec. in d. tit. de emptio. & vendit. ſub nu. 18. ver. nũc
formam inſtrumenti. ſuper verbo tradidit. litera. C.
in addit. in c. quærit. Odofr. ſuper l. ſi ſeruum. idẽ vo-
luit Bal. in d. rub. C. de contrahẽ. empt. q. 18. num. 16.
quos referendo ſequitur Rom. in d. conſ. 509. col. vlt.
ſub nu. 23. verſ. reſtat ergo diſcutere; & ibidem Man-
doſ. in d. addit. ſuper verbo traditio. litera I. qui eundẽ
Rom. latè ab impugnatione Claud Seiſelli tuetur,
in d. l. prædia. & in d. l. 3. in princ. nu. 3. ff. de acq. poſſ.
Abb. in c. tenor. col. pen. nu. 11. verſ. quid autem, ſi in
inſtrumento. & ibidem Fel. in 1. Fallen. de ſenten. &
re iudic. ac Firma. in reper. in verſ. inueſtitura. proba-
ta per inſtrumentum, prout etiam diximus de verbo
25 † ſtipulor, de cuius ſubſtantia eſt, vt partium ſtipulã-
tium adſit præſentia. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. &
ideò, ſi illud in inſtrumento reperiatur partes præſen-
tes fuiſſe tẽpore inſtrumenti præſumentur, teſte Caſt.
in l. illud ante fi. C. de ſacroſ. eccleſ. & plenius in hy-
potheſi noſtra, ita conſultus reſpõdit Rom. in d. cõſ.
509. ſub d. nu. 23. cum nõnullis ſequen. hæc in verbo,
Exhibere, eo magis habere locum probans, vbi ait,
26 quod ſi in inſtrumento Titius dicat, ſe facere † exhi-
bitionem, & per ſupradicta cenſeri probatam, ex eo
verbo rerum exhibitarum præſentiam, quę eſt ipſius
exhibitionis intrinſeca ſolemnitas, & ſubſtantia; cũ
ille ſolum exhibere dicatur, qui rei præſentiam præ-
ſtat, l. vlt. ff. de verb. ſignif. l. 2. ff. ad exhiben. l. locum.
§. quid ſit. ff. de tabul. exhiben. & l. 3. §. ait prętor. ff. de
libe. homin. exhiben. quæ omnia latius ſumus proſę-
quuti in verbo, abſentia. col. 5. vol. 1.

Tertiò ſuperiora declaro, vt nõ procedant, quãdo
agitur de probãda poſſeſſione directè, veluti de cõti-
nuata, & ſucceſſiua, quoniã tunc poſſeſſio per inſtrm
non probatur, cum inſtrumenta de actibus momen-
taneis conficiantur, iuxta tradita per Bald. in rubr. C.
27 de fid. inſtr. ſecus autem † indirectè per actus poſſidẽ-
di, ex quibus indirectè poſſeſſio probatur, quæ reſul-
tat ex illis actibus: huiuſmodi enim actus momenta-
nei ad probandũ poſſeſſionẽ poſſunt per inſtrumen-
ta ꝓbari. vt de ingreſſu poſſeſſionis, d. l. prædia. & d. l.
vlt. C. de edic. diui Adr. tollen. & d. c. 2. de conſuet. de
tenura ipſius poſſeſſionis, quã authoritate iudicis, vel
voluntate partis tradẽtis apprehendit, de qua appre-
henſione fuit rogatus notarius: nã ꝑ traditionẽ tranſ-
fertur poſſeſſio. §. ꝑ traditionẽ. Inſt. tit. de rer. diui. &
d. l. traditionibus. C. de pact. & d. c. 2. ita Abb. in d. c.
cũ nobis. col. 2. ſub n. 5. verſ. ego vero dico de præſcri-
ptio quẽ refert, & ſequitur Curt. Iun. in cõſ. 90. ſacra-
tiſſimæ Trinitatis. col. vlt. ſub nu. 12. idem voluit D.
Vin. de Fran. in deciſ. 204. prius, nu. 31. & de omni
exercitio poſſidẽdi, ꝙ per inſtrm probari poteſt, vt in
locatione, precario. & huiuſmodi. l. Titia. ff. de ſol. l.
qui vinitetſas. §. quòd per colonum. ff. de acq. poſ. &
l. licib. vbi Bar. C. de agr. & cenſ. lib. 11. poſſunt enim
fieri inſtrũ ſolutionis mercedis, & pẽſionũ, ex quibus
probatur perceptio fructuũ; & ſic poſſeſſio; vt proba
tur ex notatis à Io. And. ac cæteris, in d. c. cum nobis.
de præſcript. & nos aliàs ſupra tradidimus: ſic apertè
ſenſit Bal. in auth. quas actiones. col. vlt. nu. 17. verſ.
põt ẽr probari C. de ſacroſ. eccl. & ita declarat Soc.
ſenior in d. cõſ. 205. difficultas. nu. 6. ver. & ita concludi
põt. vol. 2. ad id ſuẽdit Alba. in cõſ. 64. quia articulus,
nu. 16. ob id ſcripſit Bald. in d. l. quædam mulier, in 2.
lect. verſ. no. hic, quòd poſſeſſio. ff. de rei vẽd. ꝙ illud,

quod dicitur poſſeſſionẽ ſcilicet, probari per inſtru-
mentum procedere in poſſeſſione, quæ per contractũ
quæri poteſt, vel vbi inſtrumẽtum fit in ipſa re, aliàs
ſecus, eadem latè confirmat Io. Igne. in reper. §. non
aliàs. ex l. neceſſarios. atq. 4. incip. nouiſſimè, nu. 130.
verſ. quod autem poſſeſſio. ad ſenatuſc. Syllan. atque
Zuccar. in reper. l. vlt. nu. 413. ſuper gl. in verſ. publicũ
C. de edic. diu Adr. tolen. vbi ait poſſeſſionẽ probari,
quatenus ſit reſpectu actus ipſius acceptionis: nam
probat ipſum actũ apprehenſionis ſicut, & ipſe actus
traditionis probatur per dictum inſtrumẽtum ſuper
ipſa re confectum. d. l. non iccirco. vbi Bal. C. de fide
inſtrumen. vt etiam per conſtitutum appoſitum in
inſtrumento probari traditionem poſſeſſionis, aſſe-
uerauit Alex. in d. l. prædia. col. pen. ff. de acq. poſſeſſ.
hos refert Rol. à Val. in conſ. 46. quia in quacunque
materia. nu. 15. cum plur. ſeq. vol. 2. & in conſ. 6. viſis.
nu. 19. & ſeq. vol. 3. ac Nat. in conſ. 572. valde contẽ-
ditur. nu. 15. vol. 3.

Extenditur hæc declaratio, vt etiam ſi is, qui poſſi-
28 det, dicat ſe miſſum fuiſſe in poſſeſſionem † authori-
tate literarum iudicialium, idq; probet per teſtes ita
eſſe, non tamen hoc ſufficiat, imò debeat probare ꝑ
inſtrumentum: ita videtur dicere text. in d. l. vlt. C. de
29 edict. diui Adr. tolen. ſicut cætera † acta debent pro-
bari per ſcripturam, c. quoniam contra. de probatio.
& l. ne in arbit. C. de arb. ita inquit Bar. in d. l. vlt. in q.
vlt. cui adhæret Guid. Pap. in ſing. 275. incip excom-
municatus. §. aliquis poſſidet.

Quartò eadem declarantur, vt locum ſibi non vẽ-
30 dicent in factis † antiquis, in quibus poſſeſſio per in-
ſtrumentum probatur: ita mihi probat Dec. in conſ.
56. pro tenui. col. 5. ſub nu. 6. verſ & quod inſtrumẽto:
ex authoritatẽ Pauli. Caſt. quem ibi citat. eund. Dec.
ſequitur Alba. in d. conſ. 64. nu. 17. verſ. deindè in fa-
ctis antiquis. atq; Ioan. Bapt. Pont. in d. tract. de ſpol.
lib. 2. nu. 92. verſ. probaretur inſuper.

31 Quæ declaratio ampliatur, vt etiam procedat † in
præiudicium tertii: nam tunc quoque poſſeſſio pro-
batur per inſtrumentum: etenim, ut inquit Abb. in
cap. 1 nolum. ult. num. 5. uerſic. & ex hoc infert. de
fide inſtrum. ſcriptura publica probat contẽta in eã,
ex quo à principio habuit ſua ſubſtantialia, etiam in
præiudicium tertii veluti, ſi probem contra Titium
nouum poſſeſſorem fundi, quia illum fundum emi à
uero domino, qui tunc mihi tradidit: non enim indu-
co illud principaliter in præiudiciũ tertii, ſed ad pro-
bandum dominium, & ius mihi competens ad hoc,
d. l. 2. C. de acq. poſſ. Abbatẽ refert, & ſequitur Afflic.
in deciſ. 324. agitur cauſa, nu. 14. uerſ. dicitur, quòd. &
huic accedit idem Alba. in d. conſ. 64. nu. 18.

Quintò eadem declaranda ſunt, ut illa poſſeſſio-
32 nis traditio inſtrumentalis nunquam † probaret ade-
ptionem poſſeſſionis alio tunc exiſtẽte in poſſeſſio-
ne, ne aliàs fraudi locus eſſet, per mendoſum inſtru-
mentum clandeſtinę poſſeſſionis traditę, ex quo ori-
retur maximum poſſidentis præiudicium, niſi do-
ceretur de recognitione coloni, uel eius eiectione,
ſeu alterius poſſidentis, facta per eundem, qui inſtru-
mentali poſſeſſione niteretur, ut rñdit Dec. in conſil.
403. in cauſa poſſeſſionis. in fi. ita ſcripſit idẽ Ponta.
in eo. trac. de ſpol. lib. 2. nu. 93. uerſ. uerũ poſſeſſionis,
ubi ẽt refert Naheh ita decidentẽ in deciſ. 258. ſecus
eſſe ſubiũgẽs, ſi res undiq; alio poſſeſſore eſſet uacua:
nam tunc inſtrumẽtalis traditio probaret poſſeſſio-
nem rei, per Thomam Faſtol. in dub. 41. in c. ſecun-
dum dubium, quem ita intelligendum refert idem
Ponta. ubi ſupra, ne aliàs contineret reprobum ſen-
ſum, & idem alia attexit de hac inſtrumentali tradi-
tione, quæ producitur ad poſſeſſionis probationem.

Sextò declarò, quòd ẽt, ſi inſtrumentum mentio-
nem faceret de poſſeſſione tradita uel de conſtituto,
33 nõ tamen probaretẽ † poſſeſſio, niſi probet, in actuali
poſſeſ-

poſſeſſione tradente fuiſſe, vt docent Cyn. in d. l. prædia. & in d. l. 2. quorum diſtinctionē vberrime refert, & ſequitur Petr. Ferrar. in d. praxi Papien. in forma poſitio. acto. in verſ. item, quòd præfatus Petrus, ſub nu. 2. verſ. quid ergo, ſi hæc verba, ac ſcribunt Ang. & Alex. in l. quamuis. §. 1. ff. de acq. poſ. quòd relatum eximium cenſuit Mattheſ. in ſing. 67. no. q vēditor, & in ſing. 170. no. vnam doctrinā mirabilem, & ibi plenè addentes, ac Iaſ. in d. l. ab emptione, col. 6. nu. 13. verſ. 2. limita. ff. de pact. & Balb. in d. l. Celſus, in d. 2. par. in prin. num. 91. verſ. addo circa prædicta. ff. de vſuca p. quos ſequit eruditiſſimus Guid. Pancirol. in cōſ. 146. narrat. n. 15. vol. 1. & nos alibi plenè de hoc.

34 Septimò limito, vt concluſio non procedat † in probanda poſſeſſionis adeptione præſertim in beneficialibus, quæ poteſt probari per inſtrumēta publica, vel per ſcripturam priuatam trino teſte notatam, quę æquiualet inſtro publico, l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. habean. cum auth. ibi poſita. ſic ſenſit Rebuf. in praxi. benefic. tit. de miſ. in poſſeſ. nu. 41. verſ. 13. part.

35 1. ſubiungens, quòd poterit etiam teſtibus † probari, cum contrarium ſtatutum ſe non inuenire dicat, & parem probationem habeant teſtes, & inſtrumenta, l. in exercendis. C. de fide inſtrum.

36 Quomodo autē probetur poſſeſſio, ex deſcriptione facta in li. æſtimi, & cataſtri, iam diximus pluribus in locis, vt in concl. 272. in verſ. cataſtrum, & in concluſ. 642. in verſ. Dominium. vol. 1. & in concluſ. 664. in verſ. æſtimi. codex. vol. 2. ex his tu locis petere poteris modos probandi poſſeſſionem per æſtimi, aut cataſtri librum.

CONCLVSIO MCXCI.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionem probari ex eo, quòd quis confiteatur ſe nomine alicuius poſſidere.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex eo, quòd quis ſe alicuius nomine poſſidere fatetur.*

2 *Confeſſio, qua quis ſe alterius nomine poſſidere dicit, probat poſſeſſionem inter ipſas partes tantum.*

1 Probatur etiā poſſeſſio † ex eo ipſo, quòd quis confiteat ſe nomine alicuius poſſidere: per talem enim ſimplicē confeſſionem transfertur poſſeſſio in eum cuius nomine iſte cōfitetur poſſidere, vt id probat gl. ſing. in l. ab emptione, ſuper verbo conſtituantur. in princ. ff. de pact. quam ibidem eſſe menti tenendam dixit Ang. col. 2. nu. 4. verſ. ſequitur in gl. fuit confeſſus, vt probat Lanfr. de Orian. in c. quoniam contra. in verſ. teſtium depoſitiones. ſub nu. 13 3. verſ. eſt, & alius modus probādi de probatio. idem ſēſit gl. in l. 2. ſuper verſi. tradita. C. de acq. poſ. quam ſingulariter eſſe notādam dixit ibidē Bal. col. 2. nu. 5. verſ. ſecundò exponit gl. vbi ait, quòd licet in his verbis, confiteor me tuo nomine poſſidere, contrahens non addat Precario, tamen poſſeſſionem transferri, in cuius concluſionis explicatione non immorabor, cū pendeat ex his, quæ in hanc rem tradidit Cyn. in l. cum falſa ferè per tot. C. de iur. & fac. ign. & ex iis, quæ nos ſupra enucleauimus in verſ. confeſſio. concluſio. 384. vol. 1. & multis aliis in locis eiuſdem materiæ confeſſionis, vbi huius rei propria ſedes eſt.

Nihilominus cōcluſionē declarabis, vt procedat
2 inter ipſas partes, inter quas confeſſio emanat, ſecus inter alios: vt eam ſic intellexit Bald. in l. vlt. col. 12. nu. 47. ſub verſ. octauo quæritur. C. de edic. diui Adr. tollen. cætera pete ex ſupradictis locis.

CONCLVSIO MCXCII.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionem probari per cuſtodum appoſitionem ad rem ipſam.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur per cuſtodis appoſitionem ad rem ipſam.*

2 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio quomodo probetur, remiſſiuè.*

3 *Poſſeſſio probatur, quando in loco ponuntur perſonæ arbitrio, & voluntate alicuius, qui dicitur poſſidere.*

4 *Cuſtodis appoſitio, non mobilium tantum, ſed & immobilium poſſeſſionem probat.*

5 *Poſſeſſio per cuſtodis appoſitionem acquiritur, etiam ſine animo, & voluntate ipſius cuſtodis.*

1 Ad hæc probatur poſſeſſio p † cuſtodis appoſitionē ad rem ipſam: ſic mihi probant textus in l. 3. §. Nerua filius in l. ſi rē mobilē. in l. pen. ff. de acq. poſ. in l. ſi ita. §. dominus. ff. de vſu, & habita. & in l. ſi ita. §. mulier villæ cuſtos. ff. de fun. inſtruc. & inſtru. lega. & ita p hos contextus determinauere Alex. in conſ. 88. quoniam omne datū. col. 7. nu. 28. verſ. rurſus. vol. 5. Ruin. in conſ. 173. viſo pceſſu tàm principalis cauſæ. col. 4. nu. 9. vol. 4. vbi multa allegat. Afflict. in deciſ. 167. Gabriel. de Dato. ſub nu. 1. Soc. ſen. in conſ. 55. viſo inſtrumēto emptionis. nu. 2. & ſeq. vol. 4. vbi loquitur de eo, qui appoſuerat cuſtodes ad nauem emptam. Rebuff. in comment. ad conſtit. reg. in præfat. tract. de mater. poſſeſ. num. 55. verſ. ſecundò acquiritur. Nat. alios allegans, in conſ. 672. vertente iamdiù. nu. 9. & 21. vol. 4. Tiber. Decia. in conſ. 35. ſtantibus infraſcriptis. nu. 29. verſ. tertio, cum conſtet. vol. 2. vbi nonnullos concordes refert. clariſſimus Dom. Bartholom. Bertazol. in conſ. ciui. 67. non obſtantibus. num. 45. vol. 1. & prius in conſ. 1.
2 num. 45. vbi plures recenſet modos probandi † quaſi poſſeſſionis iuriſdictionem, vt per gabellarum exactiones. nu. 39. ex ſolutione oneium. nu. 40. ex accuſationibus, nu. 41. ex beſtiarum captura, & illarum reſtitutione, nu. 42. ex condemnatione, & punitione maleſactorum, nu. 43. & per obedientiam præſtitam officialibus exercentibus iuriſdictionem, nu. 44. qui modi egregiè ab eodē authoritatibus confirmantur, & nos aliàs ſupra hæc tradidimus in ver. iuriſdictio, ac alibi ſæpè. Ad cōcluſionum poſtremo noſtrarum materiam pertinet, quòd voluit Pariſ. in conſ. 5. vnio iſtius monaſterii, num. 23. vol. 4. vbi ait poſſeſſionem
3 probari ēt, quando † in loco ponuntur perſonæ arbitrio, & volūtate alicuius, q. dicitur poſſidere, arg. not. in l. 1. in prin. & in d. l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ.

Ampliatur priori loco concluſio, vt non ſolum
4 huiuſmodi cuſtodum appoſitio probet † poſſeſſionē rerum mobilium, ſed etiam immobilium, vt tradidere ſcriben. in d. l. 3. §. Nerua filius. in primis Alex. & Iaſ. ff. de acquir. hæred. quos referendo ſequitur Nat. in d. conſ. 671. num. 21. vol. 4. & latius deduxit d. nu. 9. cum ſeq.

Poſteriori ampliatur loco, vt etiam ſine volūtate
5 ipſorum cuſtodū † probetur ipſa poſſeſſio; licet aliàs in poſſeſſione, quæ acquiritur per ſeruum, aut p procuratorem, requiratur animus ſerui, aut procuratoris. l. 1. §. hæc, quæ de ſeruis, & §. per procuratorem, & ibi Doct. abundè. ff. de acq. poſ. ita probat Rebuff. in d. præfat. tract. de mater. poſſeſ. num. 55. & 56. & ante eum Soc. ſen. in d. l. 3. in prin. col. 2. nu. 23. verſic. ſed ad hanc difficultatem. ff. eo. de acq. poſſ.

CONCLVSIO MCXCIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo poſſeſſio per actum eundi, & agendi probetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per actum eundi, & agendi in fundo probari poteſt.*
2 *Acceſſus frequentarius ad rem probat poſſeſſionem.* Contr. nu. 3. Concil. nu. 4.
5 *Poſſeſſio p actum eundi, & agendi ita demum probatur, ſi animo poſſidendi, quis iſta fecerit.*
6 *Animo poſſidendi, quid ab aliquo factum fuiſſe, probari debet.*
7 *Animus cum ſit facti, non præſumitur, ſed probādus eſt.*
8 *Poſſidendi animus probatur ex actibus, qui citra ius poſſeſſorium fieri non poſſunt.*
9 *Poſſeſſio per actum eundi, & agendi non probatur, quādo tertius poſſidet.*
10 *Poſſidere, vel detinere eādem rem, duo inſolidum minime poſſunt.*

1 Poteſt quoque poſſeſſio probari per † actum, eūdi, & agēdi in fundo: ita ſtatuit Bal. in l. indicia. col. vlt. ſub nu. 6. verſ. item per modum. C. de rei vend. vbi ait, poſſeſſionem quoq; probari p modum, vt per ire, & agere, ex l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. & in diſput. incip. Accuſatus de vi turbatiua. col. pen. verſ. & not. qualiter probetur poſſeſſio. cui adhæret Alex. in conſ. 133. viſo proceſſu cauſæ inter Marcum Gualchinum. col. 4. ſub nu. 5. verſ. ibi hac vero inſtantia. vol. 1. qui loquitur in teſte deponente, ſe vidiſſe accedere ad terram, quos referendo ſequitur Afflict. in deciſ. 167. Gabriel. de Dato.
2 nu. 2. verſ. item probat. determinans ibi per † acceſſum frequentatum ad rem probari poſſeſſionē, & in conſtitut. reg. Neapol. lib. 1. rubr. 25. nu. 20 & 22. eundem ſequuti ſunt Bal. Natt. in cōſ. 292. Simon Carentinus nu. 2. vol. 2. Burſ. in conſ. 118. dum inſtrumēta, nu. 20. vol. 1. ac Franc. Marzar. in cōſ. 10. memini alias. verſ. ſecundus vero teſtis. fol. mihi 133. in impreſ. Floren. vbi nōnullis alijs id corroborat, prout, & nos fecimus ſup. in concl. 1179. in hoc. eo. verſ. poſſeſſio.

3 Quamquam † Ruy. in conſ. 161. quoad primū. col. 6. nu. 15. verſ. non obſtat etiam, quod per actum. vol. 4. aliam in hoc ſequutus eſt ſententiā adducens Bal. in l. poſt ſententiam col. vlt. num. 12. verſ. & no. circa prædicta. C. de ſentē. & interloc. omn. iud. vbi inquit, poſſeſſionē vſu probari; licet Iac. Butr. in l. incerti. C. de interd. dicat, quòd ire, & agere nōn probant poſſeſſionē, ſed perceptio fructuum, alio nō poſſidente. ſubiungens ibidē, iſtam Bal. poſteriorem opinionem videri veriorem; quia allegata per eūdem Bal. in d. l. indicia. nō probant. quo in loco, vt diximus permouetur per no. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. vbi hoc nō dicitur, ꝙ ſcilicet, per ire, & agere probetur poſſeſſio, ſed ſolum ad propoſitum vult Bar. poſt gl. quòd ex detentatione probetur poſſeſſio præſumptiuè, quòd autem per ire, & agere probetur detentatio, vt præſupponit Bal. non dicitur ibi.

4 Veruntamen à priori ſnīa non eſt ob id diſcedendum. Nam, & ſi Bal. in d. l. poſt ſententiam. Iac. Butr. opinionem referat, qui in hoc aliter ſenſit; tamen eā nō ſequitur, ſed ei aduerſat, ac priori affirmatiuæ accedit, quòd clarè cōſtare poteſt ex dictione licet, qua ipſe vtitur, vt inquit Neuiz. in Sylua nuptia. lib. ſeu c. c. incip. & vt melius, vbi agit, quā opinionē ſequi debeat iudex in iudicando. limita. 5. poſt nu. 32. per l. 1. in prin. vbi glo. in verſ. quāuis. ff. de eo, per quem fact. erit loquens. ibidem Neuiz. ita de dictione, quamuis, quam de dictione licet, & ita Baldum in propoſito noſtro ab impugnatione Ruini defendit Marzar. in d. conſ. 10. eod. uerſ. ſecundus vero teſtis.

Eandem concluſ. velim declares, vt procedat, quā-
5 do quis † vadit per fundum animo quærendi poſſeſſionem, cū ſine illo acquiri non poſſit. l. 3. in prin. & l. non quemadmodū. ff. de acq. poſſ. de quo quidem
6 animo † dēt conſtare: nam cum animus ſit facti. l. bonæ fidei. §. in contrarium. ff. de acq. rer. dom. & declarat Bart in l. ſi is, qui pro emptore. col. 6. ſub num. 12. ver. ſed circa hoc gloſſæ ponunt. ff. de vſuc. & in l. pro hærede. in prin. nu. 6. verſ. quæro an ea. ff. de acq. hær.
7 ideò † non præſumitur animus in dubio, niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtl. reuer. ſunt tamē
8 quidam actus poſſeſſorij, ex quibus † animus præſumitur, vt quia non poſſunt fieri citra ius, ſicut eſt arare, ſeminare, & fructus colligere. l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. & l. Titia. ff. de ſol. ſicut etiam dicitur, ꝙ ſæpenumero ex facto declaratur animus adeūdi, vt plenè per Bart. in l. gerit. ff. de acq. hær. Verum per ipſum ire talis animus non probatur, quia iſte actus eſt æquiuocus, qui potuit fieri animo poſſidendi, & non animo poſſidendi, & ꝙ per talem actum ſimpliciter nō probetur poſſeſſio, ſi aliter non conſtet de animo, eſt caſus in d. l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ. vbi dicitur, quod cuilibet licitum eſt ingredi fundum alienum; & ab alio poſſeſſum, & per illum ire, donec prohibeatur, & præſupponitur, & eſt certiſſimū, ꝙ tunc poſſeſſio non quæratur, & propterea abſq; dubio dictū Bal. intelligitur, quando de animo conſtat, & ſic concurrentib. alijs, quæ ſunt neceſſaria ad acquiſitionem poſſeſſionis, alioqui erroneum eſſe diceret, ꝙ eo ipſo, ꝙ probatur aliquem iuiſſe per fundum alienum, quod probetur illum poſſidere, illum fundum, & in contrarium vult etiam Bart. in l. 1. §. 1. in prin. ff. de itin. act. priua. vbi dicit, quod iſte eſt actus, qui ſolet permitti iure familiaritatis, & amicitiæ; ideò per illum non probetur poſſeſſio fundi, nec quaſi poſſeſſio alicuius iuris in fundo. ita ad verbum declarauit, & intellexit prædictam Bal. doctrinam Ruin. in conſ. 122. circa dubia. num. 7. verſ. ſecundo, cum reuerentia. cum plur. ſeq. vol. 5. arg. etiam eorum, quæ tradit Corn. in conſ. 100. in cauſa vertente inter magiſtrū Petrū. nu. 14. vol. 2.

Secundò explicanda eſt ipſamet concluſio, vt lo-
9 cum ſibi vendicet, quando † conſtaret, ꝙ alius nō detineret: nam cū per ire, & agere probetur detentatio, & conſequenter ex ea poſſeſſio præſumatur, vt præſupponit Bal. in d. l. indicia. d. num. 6. allegando no. in d. §. hæc quoque. propterea illud debet intelligi, cum probatur alium non detinere, ſecus verò cum probatur, quod alius detineat: nam tunc fieri nullo modo poteſt, quòd per ire, & agere detentatio probetur, & ſucceſſiuè poſſeſſio per illum: quoniam duo nō poſ-
10 ſunt † eandem rem detinere, ſicut nec poſſidere, d. l. 3 §. ex contrario. & ibi etiam Bart. ff. de acq. poſſeſ. ita etiam ipſe Rui. in d. conſ. 161. ſub nu. 15. verſ. & dato etiam. vol. 4. declarat de rei vendic. hoc idē nos ſupra tradidimus in d. concluſ. 1179. nu. 10. & comprobauit Marzar. in d. conſ. 10. eo. verſ. ſecundus vero teſtis.

CONCLVSIO MCXCIV.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur poſſeſſio per retentionem vſusfructus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur in donatarium tranſlata, ſi donator vſumfructum donatæ rei ſibi reſeruet. Ratio n. 2. ibid.*

3 Poſſeſſio

3 *Poſſeſſio per retentionem vſusfructus, ita demum probatur, ſi retinens poſſidet.*
4 *Poſſeſſio per retentionem proprietatis, dato alteri vſufructu non probatur. & cur. ibid.*
5 *Proprietas dignior eſt vſufructu.*
6 *Retinens ſibi ius emphyteuſis in aliqua re, poſſeßionem, & dominium transferre videtur.*
7 *Retentio vſusfructus non transfert poſſeſſionem, vbi aliter inter partes conuentum eſt, & cur. ibid.*
8 *Fictio locum habet, vbi æquitas aliud ſuadet.*
9 *Aequitas ſuadet pacta ſeruari, etiam ſi ſint contra naturalia contractus.*
10 *Feudatarius reſeruans ſibi vſumfructum, an transferat poſſeßionem in eum, cui dat proprietatem, remiſſiuè.*
11 *Poſſeſſio ex contractu inutili, in alium non transfertur.*

Sunt etiam in iure noſtro nonnullæ alię probandi viæ, quæ à noſtris fictitiæ nuncupãtur,
quibus poſſeſſio commodè probari poteſt. Ex his ea,
1 eſt, quæ fit per retentionẽ † vſusfructus, nempè ſi quis
conſtituat ſe vſufructuarium alicuius, vt Titij: nã in
Titium per talem vſumfructum trãsfertur poſſeſſio.
hic eſt caſus ſingularis in l. quiſquis. C. de donat. vbi
Imper. reſcripſerunt, quòd ſi tibi vendam rem, vel donem, & pro me retineam vſumfructum rem tradere
videar: quod ibidem tradunt Bar. Bal. & Ang. ac cæteri, eſſe multa obſeruatione dignũ, nec eſſe alibi, &
argu. l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem. C. eo. de donat. idẽ ſenſit gl. in l. 3. in prin. in verſ. animo. verſ. ſexto. ff. de acq. poſſ. Spec. etiam in tit. de empt. & vend.
§. 1. nu. 32. in fi. ad idem reſpondit Pau. Caſtr. in conſ.
171. in caſu præſenti, viſis omnib. in prin. vol. 2. Alex.
in conſ. 117. viſo proceſſu inter magiſtrũ Io. de Fabr.
col. 2. nu. 5. in fi. verſ. item probatur 1. & in conſ. 157.
viſo inſtrumento donationis. col. vlt. nu. 18. ver. non
habet. vol. 2. & prius his Bal. in cõſ. 86. circa prędicta.
nu. 2. vol. 5. & in c. cum veniſſet. col. 3. nu. 8. verſ. item
retentio vſusfructus. de reſtit. ſpolia. Dyn. in conſ. 49.
thema quæſtionis. col. 1. in fin. verſ. 1. quia donator.
quem modum probandi poſſeſſionem, mirabilẽ uocat Lanfranc. de Oria. in c. qm̃ contra. ſuper verſ. teſtium depoſitiones. nu. 133. ver. eſt & alius mirabilis
modus. de probat. ſic ſenſit, & Cor. in conſ. 113. circa
primum, in prin. vol. 1. & in conſ. 117. placet mihi cõcluſ. nu. 1. vol. 3. Bertran. in conſ. 292. ponit in facto.
nu. 3. vol. 1. & prius in cõſ. 276. viſo caſu. nu. 4. eo. vol.
1. Bellam. in conſ. 17. contrahens matrimoniũ. nu. 8.
ac nouiſſimè. Io. Bapt. Ponta. in tract. de ſpol. lib. 2. c.
14. nu. 103. verſ. vſumfructum, ubi etiam declarat.
2 Iſtius concluſionis † ratio eſt: nam qui vult tm̃ eſſe vſufructuarius, neceſſe eſt in conſequens, vt proprietatem à ſe abijcere velit, & nomine proprietarij
poſſidere ex mandato tacitè, à lege cõceſſo. l. 1. §. vlt.
cum l. ſeq. ff. vſufruct. quemadmo. caue. quam rationem ſenſit gl. d. l. quiſquis. in verſ. credatur. C. de donat. idẽ voluit Alex. in l. naturaliter. in prin. col. 2. ſub
nu. 3. uerſ. ꝙ confirmat Raph. Cum. ff. de acqu. poſſ.
quem refert, & ſequitur Rebuff. in comment. in conſtit. reg. Galli. in tract. de mater. poſſ. in præfat. tomo.
3. nu. 9. ſub verſ. ſexto.
Quæ concluſio primo loco intelligenda eſt, ut ꝓcedat, modo huiuſmodi, qui ſe vſufructuariũ conſti
3 tuit, poſſideret † eo tpe, quo ſe talem fecit, alioqui
per retentionem uſusfructus non probaretur poſſeſſio: ſic intellexit Ang. in d. l. quiſquis. verſ. & intellige, quem ſequutus eſt Lanfran. in c. qm̃ contra. in eo.
ver. teſtium depoſitiones. ſub nu. 133. uerſ. quod intellige. de probat. idem voluit Boer. in cõment. in cõſuetudin. Bituricen. §. 1. rub. de dona. uerſ. intelligenda eſt hæc cõſuetudo, & Chaſſan. in conſue. Burgun.
in rub. 3. deſ. fied. §. 8. ſup uerſ. reale. ſub nu. 4. verſ. aduerte ad vnũ, ac Bertran. in conſ. 185. quis donatio.
nu. 3. vol. 3. quibus adhæret Rebuf. in d. præfat. tract.
de mater. poſ. nu. 93. uerſ. quod eſt uerum.
Declaratur ſecundo eadem concluſio, ut non ha-
4 beat locum ècontra: nam per † retẽtionem proprietatis nõ probatur facta traditio uſusfructus, ſeu utilis
dominij, ut l. 3. §. dare autẽ. ff. de uſufruct. & quemad-
5 modum quis uta. frua. cũ proprietas † ſit dignior, nec
æquum ſit, quòd uſufructui ſeruiat, ſed contra ſit: ita
uoluit Bal. in d. c. cum ueniſſet. ſub nu. 8. uerſ. ſed quare. de reſtit. ſpol. ubi huius rei rationem affert, & in d.
l. quiſquis. uer. ſed iſta ratio. ac Rom. in d. l. 3. in prin.
col. 1 nu. 3. uerſ. quid autem èè contra referens hoc idẽ
ſentire Bal. in c. 1. quid ſit inueſti. in uſib. feu. & ibidẽ
hoc idem tradit Alex. colu. 3. num. 14. uerſ. hoc non
procedit, ſi contra fieret, & in addit. ad Bar. in d. l. quiſquis. C. de donat. quos ſequuti ſunt Boer. in d. cõſue.
Bituricen. rub. de dona. §. 1. col. 3. uerſ. quid ècontra.
& Rebuf. in ea. præfat. nu. 94. ubi etiam num. 95. ait,
6 quòd ſi tamen, quis retineat ſibi ius † emphyteuſis in
aliqua re, uidetur transferre directum dominium, &
poſſeſſionem; ex Aret. Alex. in d. l. 3. & Iaſ. in l. traditionib. C. de pact.
Tertiò limitatur concluſio, ut per retentionẽ uſuſfructus non poſſit probari poſſeſſionẽ fuiſſe transla-
7 tam, ubi aliter † expreſsè conuentum eſſet, quod ſcilicet poſſeſſio remaneret penes primũ authorem: nam
cum hic modus transferendi poſſeſſionẽ ſit fictus, d.
8 l. quiſquis ibi tradidiſſe credat; idcirco fictio nõ † habet locũ, ubi æquitas aliud ſuadet, ut docet Bart. in l.
ſi is, qui pro emptore. prima oppoſ. ff. de uſuc. & ęqui-
9 tas † ſuadet pacta ſeruari, etiã ſi ſint contra naturalia
contractus. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt.
l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſ. ita declarat Natt. in cõſ.
474. poſt multa. nu. 2. & 5. uol. 3. ex cuius conſilio eli-
10 cere poteris aliam declarationem ad hanc † concluſionem, an ea ſcilicet habeat locum in feudatario reſeruante ſibi uſumfructum.
Quartò eandem intellige, ut non procedat ex con-
11 tractu inutili, quo quidem † poſſeſſio nõ poteſt probari translata per reſeruationẽ uſusfructus; nã ſi principale nõ ualet, nec acceſſorium, l. cum principalis.
ff. de reg. iur. ita declarat Ruyn. in conſ. 69. diligenti.
col. 7. num. 15. uerſ. & per prædicta infero. uol. 3. ad id
allegans Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſ.
& in c. 2. de feudo dato in uic. leg. commiſſ. cui accedit idem Rebuff. ubi ſupra, nu. 96.

CONCLVSIO MCXCV.

ARGVMENTVM.

Plures alij recẽſentur modi, ex quibus poſſeſſio probatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per lignorum inciſionem, & beſtiarum paſculationem probatur, & cur. ibid. nu. 2.*
2 *Arbores incidere non ſpectat, niſi ad dominum.*
3 *Poſſeſſio probatur per actus, qui communiter non ſolent fieri niſi à dominis, & poſſeſſoribus rerum ſuarum.*
4 *Poſſeſſio probatur per demolitionem ædificij.*
5 *Poſſeſſio probatur ex eo, quod terris ad culturã redactis, fructus ex eis percepti ſunt.*
6 *Poſſeſſio non probatur per actus poſſeſſorios, niſi fiant nomine domini, & ad hoc præcedente mandato, vel ſequuta ratificatione.*
7 *Poſſeſſio nomine meo ab alio apprehenſa ſine mandato, mihi non acquiritur, non ſequuta ratificatione.*
8 *Teſtes dicentes ſe poſſediſſe nomine talis, non probant eius poſſeſſionẽ, niſi de eius mandato, vel ratificatione cõſtet.*
9 *Poſſeſſio non probatur per actus geſtos a procuratore, niſi de procuratorio & mandato eius appareat.*
10 *Teſtes deponentes, hoĩes vniuerſitatis, in tali ſilua ligna aſſ-*

aut paſculaſſe, non probant, niſi conſtet de mandato ipſius vniuerſitatis.
11 *Vniuerſitatis homines ligna in aliqua ſilua incidẽtes ſine mandato eius, vniuerſitati poſſeſſionem non acquirunt.*
12 *Poſſeſſio probatur per actus geſtos nomine meo, quãdo ab initio fui præſens, & conſenſi, etiam ſi de alio mandato non conſtet.*
13 *Poſſeſſio probatur per actus geſtos nomine meo, ſi de mãdato ſaltem tacitè, vel præſumptiuè appareat.*
14 *Ruſtici communiter ſunt viles, & formidoloſi homines.*
15 *Fructuũ perceptio, ex fundo, cuius quis meo nomine poſſeſſionem acquiſiuit, inducit ratificationem.*
16 *Poſſeſſio vniuerſitati per actus à particularibus geſtos acquiritur, ſi ſcientia vniuerſitatis, vel eam regentium interuenit.*
17 *Scientia ex patientia præſumitur.*
18 *Patientia loco mandati habetur.*
19 *Vniuerſitas ad hoc vt ex geſtis per particulares afficiatᷣ, communicatum conſilium, & deliberatum præcedere debet.*
20 *Colonus, quæ agit, dominus abſque alio mandato rata habere præſumitur.*
21 *Colono partiario vbi fundus locatᷣ, dominus omnia, quæ domino ex fundo vtilia ſunt, mandare videtur.*
22 *Teſtes vbi dicunt, Talem poſſidere nomine Titij, non probant, niſi de Titij mandato, vel ratihabitione appareat.*
23 *Teſtes dicentes, Titiũ poſſidere, quia viderunt talẽ nomine eius ligna, & arbores incidere, probant etiam ſi de Titij mandato non conſtet. & cur ibidem.*
24 *Poſſeſſio alterius nomine, abſq; eius mandato apprehẽſa, licet ei ab initio non acquiratur, ex poſt facto tñ ubi ſciuit, & paſſus eſt, uidetur habuiſſe ſaltem animũ retinendi, per quem illi acquiritur poſſeſſio.*
25 *Poſſeſſio probatur per uerba genitiui caſus.*
26 *Genitiuus caſus, de ſui natura importat dominium.*
27 *Verba genitiui caſus, quandoque poſſeſſionẽ, & ſimplicem uſum ac detentationem ſignificant.*
28 *Verba genitiui caſus à materia ſubiecta declarantur, & reſtringuntur.*
29 *Stercora, & fæcem, in loco ſibi uicino proijciẽtes, unuſquiſque prohibere poteſt.*
30 *Stercora proijci prohibens, non acquirit quaſi poſſeſſionẽ prohibendi. ſed ius prohibendi duntaxat.*
31 *Aquam poſſidens, terram ſub aquis latentem poſſidere nõ uidetur.*
32 *Fundi proprietas, & uſusfructus per inundationẽ amittuntur.*
33 *Poſſidens territorium, terram quoque ſub aquis latẽtem poſſidere uidetur.*
34 *Territorium quid comprehendat.*

NONNULLI poſtremo alij extãt modi, ex quibus poſſeſſio probari põt, quos breuiter hic referre nõ grauabor. Ex ijs ille eſt, qui fit
1 † per lignorum inciſionem, & beſtiarum paſculationem: ex ea enim probari poſſeſſionẽ teſtes mihi ſunt locupletiſſimi Alex. in cõſ. 38. quoniam omne datũ. col. 4. nu. 13. verſ. quod autem teſtes. vol. 5. Ruyn. in conſ. 68. in cauſa, & lite vertente inter Franciſcum. col. vlt. nu. 6. vol. 5. Natta in conſ. 672. vertente iamdiu. num. 19. vol. 4. & Dom. Bertaz. in conſ. ciui. 1. nu. 59. vol. 1.

Iſtiuſmodi poſſeſſionẽ probandi ea ratio eſt, quo-
2 niã huiuſmodi arborum † inciſio non ſolet ſpectare, niſi ad dominos, l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr.
3 l. arboribus in prin. ff. de vſufruct. & poſſeſſio † probatur per actus, qui non ſolent fieri in rebus, niſi cõmuniter à dominis, & poſſeſſoribus rerum ſuarum, l. 2. C. de acq. poſ. & l. Titia. ff. de ſolutio. ita confirmat Natta in d. conſ. 672. ſub eo. nu. 19. vol. 4.

Præterea probatur poſſeſſio ex demolitione ædifi-
4 cij, † vt conſtat ex allegatis à Pariſ. in cõſ. 99. Adriano agenti. nu. 2. verſ. nec eidem. vol.

Similis eſt ſuperioribus, qui ſequitᷣ modus: nam ſi
5 probatum ſit, ꝙ † terris, cultis arbuſtis ad culturã redactis, quas ronchos vulgo appellant, fructus ex eis perceperunt, colligendo fruges in eis ſatas continuo, & eorundem poſſeſſiõ probata poterit dici; vt conſului teſpondere Natta in d. conſ. 672. ſub eodem nu. 19. verſ. item probatum eſt, ac Bertaz. in d. cõſ. 1. ſub eo. nu. 59. verſ. & nedum de inciſionib.

Prædicti probandi poſſeſſionem modi declarantᷣ,
6 vt non procedant, niſi fiant † nomine dñi, & ad hoc præcedente mãdato, & ſequuta ratificatione, de quibus ſi non conſtet, non debet dici ꝑ id quæſita poſſeſſio, iuxta ea, quæ not. à Doct. in l. ꝙ meo in princ. & in l. generaliter. ff. de acqu. poſ. nam vbicunq; quis apprehendit poſſeſſionem nomine meo, non præce-
7 dente ad hoc mandato, mihi non acquiritur † poſſeſſio, niſi ſequuta ratificatione; ita rñdit Alex. in cõſi. 110. viſis acutiſſimis dubitationib. col. 2. ſub num. 2. verſ. præterea teſtis, vol. 1. per l. communis ſeruus in fi. & in l. ſi me in vacuam. in fi. vbi ſcriben. not. ff de acq. poſ. l. poſſeſ. §. ſi poſſeſſorio. ff. eod. & l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & plenius idem Alex. in conſ. 167. quoniam res. col. 1. nu. 1. & 3. volum. 6. in conſ. 153. circa litem. num. 2. volum. 6. Rolan. à Val. in conſ. 19. facta fuit donatio. num. 3. & 4. vol. 1. in conſ. 6. quoniã. nu. 8. vol. 2. vbi plures concordes allegat. in conſ. 78. habita nu. 25. vol. 3. Cæphal. in conſ. 250. menſibus elapſis. nu. 44. vol. 2. vbi loquitur in actu poſſeſſorio inciſionis lignorum. Crau. in conſ. 5. tria ſunt. nu. 16.
8 vbi ait poſſeſſionem non probari per teſtes † ẽt dicẽtes, ꝙ poſſederunt nomine talis, niſi probetᷣ de eius mandato, aut ratificatione, vbi plura ad id allegat. Simile eſt, ꝙ aſſeruit Pariſ. in d. conſ. 99. num. 4. ubi ait
9 poſſeſſionem † nõ probari per actũ geſtum à procuratore, niſi de procuratorio, & mãdato ipſius cõſtet. uulgata. l. 1. §. per procuratorem. ff. de acqui. poſ. cum ſimil. & per Bat. ac alios in l. qui mihi donatũ. ff. de dona. ita ẽt ſcripſit Bertr. in conſ. 30. lecto proceſſu. nu. 5. 6. & 9. vol. 1. & in cõſ. 219. multa ſunt. nu. 1. vol. 3. hinc vberimè reſpondit Corn. in conſ. 299. viſo reſcripto per tot. vol. 1. & in conſ. 46. in cã uertẽte inter vniuerſitatem. nu. 11. verſ. his tñ non obſtantibus.
10 vol. 3. teſtes † deponentes paſculationem, & lignationẽ per homines alicuius vniuerſitatis factã in alieno territorio, non probare poſſeſſionem iuris paſcẽdi, aut lignandi, niſi conſtet de mãdato ipſius vniuerſitatis, vt ibi plenè per eũ: cui adhæret Putheus in deciſ. 26 eadẽ dic. lib. 2. ſic deciſum referens corã ſe ipſo in una Nurſina. ac Io. Baptiſta Ponta. in tracta. de ſpol. c. 14. num. 99. in fi. lib. 2. ꝙ poſtremum approbat & nonnullis confirmat Boſ. in tract. crim. tit. de pluribus violen. nu. 60. uer. adde prædictis. Quod autem demolitio ædificij nõ probet poſſeſſionem eius, qui eã fecit alieno nomine, ſed illius, cuius nomine facta fuit, reſpondit Pariſ. in d. conſ. 99. nu. 2. & 3. uol. 4. Eadem declaratio confirmatur ex eo, ꝙ conſultus rñdit Bal. in conſ. 438. præmittendum eſt ad euidentiã. ſub nu. 1. & 2. uol. 1. ubi in ea eſt opinione, quod ſi ſin-
11 guli de uniuerſitate † lignando, uel cum animalibus paſculando ſiluam poſſederunt, quod uniuerſitas nõ dicatur poſſediſſe, uel poſſidere, niſi probetur illos tales mandatũ in conſilio, uel arenga ab uniuerſitate habuiſſe: & impoſſibile eſt, ut ibidem ſubiungit, ꝙ uniuerſitas uincat, ni doceat illas ſingulares ꝑſonas ab ea lignandi, uel paſculandi mandatum habuiſſe. Baldũ ſequuti ſunt Crau. in conſ. 317. in cauſa ꝓhibitionis. col. pen. nu. 4. uol. 2. ubi plures adducit cõcordes & Hieronym. de Monte, in tract. de finib. regun. c. 72. nu. 4. cum plur. ſeq. hoc idẽ quamplurib. corroborat Petr. Beninten. in dec. Bononien. 79. uniuerſitas caſtri Ragumagni. nu. 2. cum plur. ſeq.

Intelligẽda eſt primo loco hæc declaratio, ut procedat, qñ ille, cuius nomine poſſidetur, erat abſens:

ſecus

Digitized by Google

12 ſecus † ſi præſens,& cõſentiens tempore, quo alij in-
cœperũt poſſidere nomine eius: quia tunc probatur
poſſeſſio,vt conſtat ex not. ab Alex.in d.l.quod meo
col.2.nu.5.verſ.aut iſtud.ff.de acqu.poſ.vbi inquit,ꝙ
illud,quod dicitur in d.l.quod meo, illũ ſcilicet poſ-
ſidere,cuius nomine poſſidetur,intelligi, qñ præſens
erat ille, & conſentiens tempore, quo quis incœpit
eius noſe poſſidere,ſed ſi non erat præſens,& conſen
tiens,ſed nomine abſentis quis conſtituit,ſe eius no-
mine abſentis poſſidere,non dicatur poſſidere is cu-
ius nomine poſſidetur,antequam ratũ habeat. & ita
procedat.d.l.ſi cõmunis ſeruus,& d.l.ſi ego,ac aliæ le
ges ſupra citatæ.ſicq; Alex.in d.conſ.110.d.col.2.de
clarat Gozad.in conſ.42.in caſu propoſito. col.pen.
nu.10.verſ.ad quintũ dico.cui adhæret Rol.à Val.in
d.conſ.6.nu.40.verſ.nec habet obſtare.vol.2.

Secundo eadem intelligenda eſt, vt locũ habeat,
qñ non conſtaret de mandato, vt not. ſcriben.in d.l.
quod meo, ſecus ſi ſaltem tacitè, & præſumptiuè de
13 eo appareret, veluti quando domini ſciebant,& pa-
tiebant laboratores mediarios, aut colonos eo mo-
do negotia ſua,& eorũ noſe gerere: nam tunc præſu-
muntur ſibi ea mandaſſe, iuxta. l. remunerandi. §. ſi
paſſus.ff.mand.& not.gl.Bar.& alij in l.1.ff.de nego.
geſt.quos refert,& ſequitur Socy. iun.in conſ 135.nõ
obſtant his.col.pen.nu.25.ver.ſecundo reſpondetur,
& ſequen.vol.2.vbi etiam num.27.verſ.tertio,id alia
ratione probat,ex eo ſcilicet, quòd non ſit veriſimi-
14 le,quòd ruſtici, qui aliàs ſunt † viles, & formidoloſi
homines, nemus aliquod incidant ſine aliquo man-
dato l.non eſt veriſimile.ff.quod met. cau. cũ ſimil.
& ex gl.in l.tale pactum.§.vlt. per illũ tex. ff de pac.
hanc eandem cõfirmat limitationem Rol. à Val. in
d.conſ.nu.41.verſ.vlterius,vbi authoritate Ruy. ibi-
dem ab eo allegati, ait, idem eſſe per perceptionem
15 † fructuum, ex qua tacitè dicit induci ratificationẽ.
Ruy.conſ.eſt nu.39 quia, vt dicitur. ſub num.ſecun
do,verſ.ſed iſtis non obſtantibus.vol.quarto,qui cor
ruptè allegabatur in libro meo. Hanc etiam limita-
tionem corroboro ex eo, quòd de vniuerſitate dicit,
16 quòd ea ſcilicet poſſit per particularium † poſſeſſio
nem præſcribere abſque mandato,dummodo ſcien-
tia vniuerſitatis,vel eam regẽtium interuenerit, quæ
17 ſcientia per patientiam † præſumitur, & patientia lo
18 co † mandati habetur, vt ex latè tradita in hoc caſu
diſtinctione à Cepol.colligitur in tract.de ſeru.ruſti.
prædio.c.9.de iure paſcen.nu.25. quam referendo ſe
quitur Hieronym.de Monte,in d.tract.de finib.regẽ.
d.c.72.nu. octauo, eamque pluribus confirmat idem
nu.11.cum multis ſeq & Bertran.in conſ.24.conſpe
cto proceſſu. nu. 1. vol.1. ad idem reſpondit Dec.in
conſ.221.non patitur anguſtia.col.pen.nu.7. verſ.nõ
obſtat,quòd not.Bal.dicẽs, quòd ſi vniuerſitatis ho-
mines ſingulares cum eorum animalibus, paſculati
fuerint in nemore,tanquam eſſet vniuerſitatis,præſu
mitur,quòd ipſa vniuerſitas poſſederit,& præſcripſe-
rit,licet non appareat de mandato; quia vniuerſita-
tis patientia loco mandati habetur, l. qui patitur. ff.
manda.vt etiam determinat Afflict.in deciſ.376. ex
quo probatum eſt.nu.6.Cur.ſen.in conſ.76.ſuper mo
tiuis.col.vlt.nu.ſexto,adducens Bal.in l.ſicut.§.ſi qd
vniuerſitati,in fi. vbi etiam gl.ff. quod cuiuſque vni-
uer.nom.qui ita ad verbum iſtud determinat: eiuſq;
verba autea appellat Cur.vbi ſupra. idque latè deter
minant Pariſ. in conſ. 111. in cauſa in præſenti ver-
tente.col.penul.num.64. cum pluribus ſequen. verſ.
tamen aduertendum eſt.volu.primo, ac Hieronym.
vbi ſupra,num.13,cum pluribus ſeq. ibique nu. 15.&
16.reſpondet ad tradita per gl. in l. non poteſt dolo.
19 ff.de reg.iur.quæ vult,quod † ad hoc,vt actus geſtus
vniuerſitatem afficiat,fieri debeat communicato cõ
ſilio,& deliberatione præcedente, conſiliariis ſolem
niter congregatis,& ſcrib.in l.ſicut.§.ſi quid vniuer-
ſitati.ff.quod cuiuſque vniuer.nomi.& in l.aut facta.
§.vlt.ff.de pen.Propterea dicebat Dec. in d.cõſ.221.
eodem num.ſeptimo,cautũ debere eſſe aduocatũ in
articulando,& probando vniuerſitatis nomine par-
ticulares vſos fuiſſe nomine eius nemore,ac ſcienti-
bus eius adminiſtratoribus, eadem confirmat Petr.
Benin.in d.deciſ.70.num 7.

20 Tertio eandem declaro, † vt non uera ſit in colo-
no: etenim ratihabitionem eorũ, quæ colonus facit
nomine meo non requiri,ſenſere Socy.ſen. & iun.il-
le in conſ.89.in cauſa agitata,col.7.in fin. ſub nu.18.
verſ.ſed quid plura? vol.1.& in conſ.11.in cauſa Do.
Catherinæ,col.1.num.quarto,vol.3. hic d.conſ.135.
col.pen.num.29.verſ.nec obſtat prædictis. vol.ſecun
do,ex eoque confirmatur iſtud. quod idem met Soc.
iun.dixit in eodem conſ.135.nu.27.verſ.ſecundo par
21 ticulariter: nam quando quis locat fundum † colo-
no partiario, præſumitur ſibi mandare omnia, quæ
ſunt vtilia ipſi fundo,& domino, & prout eſt cõuen-
tum fieri,iuxta.l.ſi merces.§. ſi conductor. & ibi Bar.
ff. loca. & per conſequens etiam, vt nomine eius ex
nemoribus ligna incidantur,vel quidpiam idem de-
moliatur,aut ronchos faciat,quemadmodum expe-
rientia docet,quæ eſt rerum magiſtra, vt in ca. quam
ſit.de elect.lib.6.

Quarto eadem prima declaratio limitatur, vt lo-
22 cum ſibi vendicet, quando † laborator nomine dñi
accipiat poſſeſſionẽ, vel teſtis dicat nomine eiuſdẽ
domini illum poſſidere. nam in his caſibus requirit
ratihabitio;eo quòd de poſſeſſione domini nihil de
ponat teſtis; vt in his terminis loquuntur Alex. in d.
conſ.110.ſub eodem num.2.vol.1.Gozad. in d.conſ.
42.col.1.num.5.verſ.quinto conſiderandum. Ruyn.
in conſ.33.quia in hac cauſa.col.1. ſub num.1.vol.4.
& in d. conſ.39. ſub num.1. volum.4. & in conſ.163.
Ieſu Chriſti.num.3.vol.5. ac alij plures ſuperius alle-
gati, qui voluerunt, quòd ſi teſtes deponant labora-
tores poſſediſſe nomine meo non dicatur probata
poſſeſſio, niſi probetur de mandato, vel ratificatio-
ne,prout eos ita intelligendos eſſe dixit Rol. à Val.
in conſ. 46. quia in quacunque num. 14. verſ. & pri-
mo.volum 2.ſecus vero eſſet,quando teſtes depone-
23 rent de poſſeſſione † ipſius domini, idque ſe ſcire di-
cerent, quia ſunt vicini, tum quia viderunt colonos
illius nomine ſuo lignaſſe,ronchaſſe, aut aliud quid
piam ad poſſeſſionem pertinẽs feciſſe: quo quidem
caſu dicendum eſt, poſſeſſionem eſſe probatam do-
mini ipſius,qa de illa particulariter teſtes deponant,
& ꝙ dicant colonum illius nomine eiuſdem lignaſ-
ſe: ex quo potius videntur demonſtrare actũ poſſeſ-
ſorium,quam poſſeſſionem,& ad id teſtes ipſi videã
tur præſupponere,ꝙ interuenit mandatũ, vel volun-
tas domini,cum illũ poſſidere præſupponant:& præ-
ſertim in caſu, in quo non quæratur probare poſſeſ-
ſionem quem acquiſiuiſſe,ſed illũ poſſediſſe: vt ue-
nit in eo caſu, ſuper quo conſuluit Soc. iun.in d.cõſ.
135.vbi nu.29.verſ.præterea & hic eſt aduertendum
vol.2.ita ſupradictam declarationem noſtrã decla-
rauit,explicauit.

Quinto eandem declaro; nã licet probetur ab ini-
tio non interueniſſe mandatum, nec ratihabitionẽ
expreſſam,& ſic ab initio non fuiſſe domino acqui
ſitam poſſeſſionem;tamen dicendum eſt ex poſt fa-
24 cto dñm, cum per illius † ruſticos eiuſdem nomine
lignaretur,habuiſſe ſaltem animum retinẽdi, & per
huiuſmodi animum induci veram acquiſitionem,
licet nulla vera præceſſerit acquiſitio: iſta eſt ſingu-
laris doctrina Bar.in l.quod uulgo,per illam.l. ff.pro
empto.cui adhær.idem Soc.iun.in d. cõſ.135.nu.28.
uerſ.præterea,& tertio. uol.1.

25 Inſuper poſſeſſio probatẽ † per uerba genitiui ca-
26 ſus:nam licet de huius caſus natura ſit dominiũ † im-
portare,l.2.§.1.ff.de religio. & ſumpt. fune. cũ ſimil.

tamen verba genitiui etiam poſſeſſionẽ ſolam,& qñ
27 que ſimplicem † vſum,& detentationem importare ſolent,vt in l.2.in prin.iuncta gl.ff.vi bonor. rapt.& in l.1.§.poteſtatis.ff.de pecu.eadem gl.in l.2.in prin. ff.de origin.iur. Bar.in l.quintus,la 2.§.argento.ff.de aur.& argen. lega.glo etiam in l.vlt.C.de edic.diui. Adr.tollen.& in l.prima,§.ait prætor, cum ſequen.ff. nau.caup.ſtabu. ita ſenſit Alex. in conſ. 54. viſo proceſſu cauſæ inter dominos de Lardis.col.2.nu.2.vol. 5. & in conſ.35. viſo proceſſu inter Communitatem Ciuitatis Sarzanæ, col.5.nu.14. volum. 5. & Bero.in conſ.50.orta fuit controuerſia,nu.3.verſ.1. oſtendit, & nu.8.verſ.rurſus quamuis, vol.3. vbi conſuluit ſuper illa verba, *li beni,che s'è prouato eſſere di Madonna Diamante, &c.*

Declaratur hæc probãdi poſſeſſionem ratio, vt ta-
28 men verba genitiui caſus ſint † à materia ſubiecta reſtringenda,& declaranda,vt ſi proferantur in caſu, in quo principaliter,& directè de dominio agatur,ſolum dominiũ dicantur importare; at ſi proferantũ in caſu,in quo ſolũ,& principaliter de poſſeſſione agatur,ſolum denotent poſſeſſionem; vt in iudicio poſſeſſorio retinendæ, in quo probatio ſolũ principaliter fieri debet de mera poſſeſſione, & non de dominio,l.naturaliter.§. nihil cõe, & ibi ſcriben. ff.de acquir. poſſeſ. Bart.in l. ſi duo. ff.vti poſſidc. §.retinendæ. Inſtitu. titu. de interdic. Abb. ac alij in cap.licet cauſam de probat.ita tradidere * communi cõſenſu ſcriben.omnes in rub.ff.de nou.oper.nunc.vbi in primis Alex.colum.6.& 7.num.17.cum plur. ſeq. verſi. in hoc articulo dicõ, quo in loco latiſſimè materiã hanc examinant,eandem ad plurima inferentes,pręſertim ad ſtatuta:ad quos me reijcio, & in propoſito caſu,eos ſequutus eſt ſcriben. Bero. in d. conſ.50.ſub nu.3.& 4.ac.8.vol.3.

Ad hæc, an probetur poſſeſſio ex proiectione ſordium,ſeu prohibitione,ne proijciãtur, egregiè declarat Pariſ.in d. conſ.99.nu.6. volum.4. vbi ait,vnicui-
29 que licere in loco ſibi vicino † proijciẽtes ſtercora,
30 & fecem prohibere, ex hoc autem † actu prohibendi minimè quæri poſſeſſionem,nec eius continuationem,ſed ei tantum competere ius prohibendi ad euitandum fœtorem,vel malum aſpectũ, vt inquit tex. in l. 2. §. ſi quis cloacam, & §. idem ait,ſi odore.vbi Bar.ff. ne quid in lo. publi.& per eundem Bart.in l. quanquam.ff.de cloa.

Vlterius per probationem factam de poſſeſſione
31 † aquæ, vel piſcationis non probari poſſeſſionẽ terræ, quæ latebat ſub aquis colligitur ex reſponſione Pomponij,in l.ſi ager la 1.ff.quęadm.vſusfr.uct.amit.
32 vbi rñdit, per † inundationẽ agri, in quo quis vſumfructum habebat,ipſum amitti vſumfructũ, cum ipſa ẽt proprietas eo caſu amittatũ,adeo vt ne piſcando quidẽ retineri poſſit idẽ vſusfructus,quo contextu p̃motus Alex.ſic determinauit in conſ.57.in cauſa,& lite inter mag. & generoſum Equitem,col.3.num.7. verſ.tutius etiam reſpondetur. volu.7.vbi concludit, ꝙ probans ſe poſſediſſe aquas piſcando,non ideo p̃bat terram ſub illis aquis latentem ad ſe ſpectare, & ibidem col.4.nu.10.verſ. prætereà conſuetudo ſubiũgit,quod ſi aquæ excreſcant,& occupent terras priuatorum,non ideo dominum vallium effici dominum illarum terrarum,& propterea relabentibus aquis dominum vallium, non retinere dominium agrorum, qui ab ipſis aquis fuerunt occupati.

Declaranda eſt hæc probatio,vt procedat in eo, q poſſidet aquas vti aquas,aut lacum,vti lacum: nam vtiq; verũ eſt huiuſmodi non dici poſſidere terram
33 aquis ſubiectam:ſecus † in eo, qui poſſideret territorium, & propterea in terminis, in quibus conſuluit, Alexan.in d.conſ.57.conductores lacus,ſeu vallium aquis inundatarum ad piſcandum, ſi recedant aquæ, non dicentur conduxiſſe terram,que tempore conductionis erat aquis ſuppoſita: hoc enim in caſu lacus & vallis erat locata tanq̃ res ſpecialis, & ad ſpecialẽ vſum, ſcilicet, ad piſcandum, vt ibi præſupponitur: idcirco non poterat extendi ad alium uſum, hoc eſt paſcuandi,ſi ualles exſiccatæ fuiſſent,per ea, quæ ibi ipſemet Alex.deducit. Aliter uero dicendum eſſet in caſu,ſuper quo conſuluit Tiber. Decia. in conſ. 123. & quo ad argumentum,uol. 3.in quo nõn ualles,non lacus,non aquæ datæ fuerant in emphyteuſim, neq, ad certum,& expreſſum uſum piſcationis, ut in Alec. caſu, ſed conceſſum erat quid uniuerſale, uidelicet
34 territorium,ꝙ comprehendit,† & ualles,& aquas,& lacus & loca deſerta,& inculta,& piſcationes, & aucupationes,& uenationes,& iuriſdictionẽ, & omnia quæ iure territorij competebant prius Principi,quod quidem ius uniuerſale territorij recipit augumẽtum, & diminutionem,ut idem Dec.ibidem latè deduxit, nu.92.uerſ.non obſtat nonũ, quod ſi in dicto ſuo caſu agri priuati deſerti fuerunt, & occupati aquis, ius piſcandi in illis aquis utiq; cõpetiſſet ante conceſſionem Principi iure uniuerſali ipſius territorij; & itidẽ ſi poſt uiginti annos iterum agri effecti eſſent, competijſſent illi pariter Principi eodem iure uniuerſali territorij:ergo pariter competere debent, & emphyteutæ,in quem uniuerſum ius illud territorii tranſlatum eſt; & ita declarat Decian.in d.conſ.123.nu.29. uol.3.per ea,quæ tradidit Alex.in d. conſ.57.nu.6.& 10.uol.7.

Quamplures alios poſſem receſere modos,quibus poſſeſſio,acquiritũ,& probatur: qui ſine ullo negocio colligi poſſunt ex toto tit.Inſti.& ff.de rer.diuiſio.ex tit.ff.de acq.poſſ.& de acquit.rer.dom.& ex traditis à Rebuf.in comment.ad conſtitu.reg.Gall.in præfa. tract.de mater. poſſ.per tot. quæ loca quoniã unicuique ſunt obuia;propterea ad ea lectorem relego.

CONCLVSIO MCXCVI.

ARGVMENTVM.

Quid probare debeat actor,ad hoc,ut in interdicto retinendæ poſſeſſionis, quod uti poſſidetis,appellatur,obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorio interdicto,uti poſſidetis,agens,poſſeſſionẽ ſuam probare debet.& cur.ibid.nu.4.*
2 *Agens interdicto,uti poſſidetis,debet, probare ſe poſſidere, & aduerſarium turbare,& moleſtare.*
3 *Interdictum,uti poſſidetis, datur poſſidenti contra moleſtantem,& turbantem.*
4 *Interdictum,uti poſſidetis,non competit,niſi poſſidenti.*
5 *Precario rem alteri concedens, ubi in eum utranque poſſeſſionem tranſtulit, interdicto uti poſſidetis agere non poteſt.*
6 *Detentator ſimplex uti poſſidetis interdicto uti non põt.*
7 *Interdictum, uti poſſidetis,non redditur ſpoliato, qui poſſeſſione caret.*
8 *Agens huiuſmodi interdicto retinendæ, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter tantum poſſidetis, obtinebit.*
9 *Agenti interdicto, uti poſſidetis ſufficit probare poſſeſſionem acquiſitam per unicum actum, dumtamen non ſit vitioſa.*
10 *Interdicto,uti poſſidetis agens,debet probare, ſe litis conteſtatæ tempore poſſediſſe.*
11 *Interdicto,uti poſſidetis,ſi duo prætendant ſe poſſidere, ille obtinet,qui melius probat, ſe poſſidere tempore litis conteſtatæ.*
12 *Ius ſuperueniens poſt litem conteſtatam in iudicio non venit.*

13 *Agens*

13 *Agens interdicto, vti poſſidetis, non cogitur probare, ſe poſſediſſe tempore litis conteſtatæ, niſi reus probet ſe medio tempore poſſediſſe.*

14 *Agens interdicto, vti poſſidetis, probare debet, ſe litis conteſtatæ tempore poſſediſſe, etiam in ijs caſibus, in quibus lis non ſolet conteſtari.*

15 *Tempus certum allegans pro fundamento intentionis ſuæ, debet illud deducere, & probare.*

16 *Interdicto retinendæ, vti poſſidetis, agens, vbi allegat ſe de præſenti poſſidere, & reus non probat ſe medio tempore poſſediſſe, poſſeſſionem ſuam tempore litis conteſtatæ probare non cogitur.*

Et cur. ibid. nu. 17.

17 *Præſumptiones deſcendentes ex facto proprio, ad hoc, vt iuuent, allegari debent.*

18 *In interdicto vti poſſidetis, ex poſſeſſione præterita nõ præſumitur quis de præſenti poſſidere, ſed probare debet.*

Quod tamen declaratur, ibid. nu. 20.

19 *Agens interdicto, vtrobi ſolum probare debet, ſe maiore anni parte poſſediſſe.*

21 *Poſſidens olim, vbi alter probat ſe de præſenti poſſidere, hodie quoque poſſidere non præſumitur.*

22 *Agens interdicto, vti poſſidetis, debet probare, ſe turbationis tempore poſſediſſe.*

23 *Interdicto vti poſſidetis agens, vbi reus conuentus probat ſe hodie poſſidere, poſſeſſionem illam clandeſtinã eſſe præſua, probare debet.*

Et quomodo huiuſmodi clandeſtinitas probetur. ibidem, numero 24.

25 *Agens huiuſmodi interdicto, vti poſſidetis, debet probare ſe à reo conuento in ſua poſſeſſione turbatum fuiſſe.*

Et cur. ibid. nu. 26.

26 *Interdictum vti poſſidetis, competit pro turbatione, quæ fit poſſidenti.*

27 *Agens hoc interdicto, ſolum probare debet, turbationem iam factam fuiſſe, nec requiritur, quod præſentem turbationem probet.*

28 *Turbatus in poſſeſſione aduerſus turbantem, nullã actionem præter iniuriarum habet iure communi.*

29 *Agens iniuriarũ aduerſus turbantem, turbationem dolo factam probare debet.*

30 *Turbatiua vis non punitur, niſi ratione doli.*

31 *Agens criminaliter aduerſus turbantem, ex diſpoſitione ſtatuti, quando dolum vel latam culpam in turbatione interueniſſe probare debeat, Et nu. 33. et 34.*

32 *Pœna corporalis, niſi dolus in delicto interuenerit, non infligitur.*

35 *Agens interdicto, vti poſſidetis, ſi probat ſe ante litem conteſtatam, & turbationem poſſediſſe, poſt conteſtationem, & turbationem quoque præſumitur poſſidere.*

Ratio redditur, ibid. nu. 36.

37 *Poſſeſſio animo retinetur.*

38 *Interdicto vti poſſidetis, reus conuentus, probando actoris poſſeſſionem violentam, clandeſtinam, aut precariã, abſoluitur.*

Et quomodo id probare poterit. ibidem. nu. 39.

40 *Agentem hoc interdicto non poſſidere, reus ex eo ipſo probat, quod agens non oſtendat ſe poſſidere.*

41 *Interdicto vti poſſidetis reus cõuentus, exceptionem, quod actor vi, clam, vel precario poſſideat, debet opponere ante litem non conteſtatam.*

Et cur. ibidem nu. 42.

Et declaratur. ibid. nu. 43.

44 *Poſſeſſio vbi pari modo ex parte actoris, & rei probata eſt, titulus ab actore probari debet.*

45 *Titulus tunc eo magis probãdus eſt ab agente interdicto, vti poſſidetis, quando ſine titulo iuſte poſſidere non põt.*

46 *Beneficium ſine titulo nullus retinere poteſt.*

47 *Poſſeſſio beneficij non colloratur ex collatione facta a nõ habente poteſtatem.*

48 *Beneficio ſpoliatus agẽs interdicto recuperandæ, titulũ ſuæ poſſeſſionis iuſtificare debet.*

49 *Reus conuentus interdicto, vti poſſidetis, ſi actor non docuerit de iure ſuo, abſoluendus eſt.*

50 *Poſſeſſorem incolorate poſſidere aſſerens probare tenetur.*

51 *Agens interdicto vti poſſidetis, vbi diu poſſedit pacificè, titulum probare non tenetur.*

52 *Poſſeſſio quomodo colorari, & iuſtificari dicatur remiſſiuè.*

53 *Agens interdicto vti poſſidetis, non cogitur probare ſe nõ vi, clam, vel precario poſſidere.*

Et cur. ibid. nu. 54.

55 *Poſſeſſio releuat ab onere probandi.*

56 *Negatiua ab actore neceſſario probanda non eſt.*

57 *Mala fides non præſumitur.*

58 *Delinquere nemo præſumendus eſt.*

59 *Agens interdicto, vti poſſidetis, non cogitur probare ſe bona fide poſſidere.*

POSSESSORIO interdicto vti poſſidetis, ab agente intẽtato, inter alia,
quæ ab eo ſunt probanda, vt obtineat, & vincat, potiſ
1 ſimam † eſſe poſſeſſionẽ ipſam tradidere Scribentes,
vt Paul. à Caſtr. in conſ. 442. viſis, & diligẽter examinatis. circa fi. verſ. & hoc præualet. vol. 2. Dec. in cõſ.
663. in cauſa mota. in prin. Ioan. Petr. Ferrar. in praxi
Papien. in forma libel. pro turba. poſſeſ. in verb. hodie tenet, & poſſidet. in prin. & Faber in §. retinendæ.
num. 16. verſ. circa quintam. quos ad id adducit Bello. in conſ. 11. in cauſa vertente. num. 3. idem aſſeruit
Iaſ. in §. nihil commune. l. naturaliter. nu. 82. verſ. ſed
aduerte ſubtiliter. ff. de acquir. poſſ. & Aret. in dicto
§. retinendæ. num. 4. ad idem reſpondit Cor. in conſ.
113. circa primum. ſub num. 1. verſ. & per conſequẽs.
volum. 1. idem voluit Guid. Pap. in conſ. 82. in cauſa
vertente. ſub num. 2. verſ. & ſic cum ipſe Pariſ. in conſilio 13. attingendo articulum. nu. 80. verſ. vt enim,
2 vol. 1. vbi ait, quod vt quis in tali poſſeſſorio † poſſit
obtinere, neceſſe ſit, quod probet ſe poſſidere, & aduerſarium ipſum turbare, & moleſtare, eo quod detur poſſidenti contra moleſtantem, † & turbantem,
3 per ea, quæ ibi allegat Barba. in conſ. 25. clementiſſimum Deum. col. 1. & ſequen. volum. 4. vbi plenè Bero. in conſ. 77. viſo proceſſu. num. 12. volu. 3. Rebuff.
in commen. ad conſtitut. reg. Gall. tomo 3. tracta. de
matern. poſſeſſio. artic. 1. glo. 2. num. 40. verſ. & duo
ſubſtantialia.

Cuius concluſionis ea uidetur eſſe ratio, quoniam
4 hoc † interdictum non cõpetit, niſi poſſidenti; ita tradit idem met Ioan. Fab. in d. §. retinendæ. num. 16. ex
traditis ab eodem ibi. in prin. per l. 1. in prin. & §. hoc
interdictum. ff. uti poſſidetis. quem ſequitur Menoc.
in commen. retinen. poſſ. remed. 3. q. 1. num. 18. ubi
alios citat. nã ut inquit Bero. in conſ. 53. ſtante themate. num. 7. uol. 3. in hoc interdicto, poſſeſſor debet
contra non poſſeſſorem obtinere. c. licet cauſam. de
probat. cum ibi no. d. l. 1. & l. ſi duo. ubi Bar. ff. uti poſ
ſide. & idem Bero. in conſ. 119. in cauſa monialium.
nu. 8. uol. 3.

5 Hinc propterea fit, ꝙ hoc † interdictum non poſ
ſit reddi domino rei, qui rem alteri precario conceſſit, ubi iſte precario concedens utranque poſſeſſionẽ
tranſtulit, quod facere poſſe patet ex l. Pomponius.
§. ſi is. ff. de acq. poſſ. nullam enim poſſeſſionem probare poteſt, nec habet, cuius cauſa prætor ad hoc interdictum concedendum permotus eſt, ut ſenſit Io.
à Plat. in d. §. retinendæ. col. 2. uerſ. ad primum dic.
quod etiam ab impugnatione tuetur Sali. in l. unica.
col. 7. oppoſ. 14. C. uti poſſide.

Ex hoc ẽt conſequitur, iſtud interdictum retinen-
6 dæ poſſeſſionis, non reddi illi, † qui tantummodo detinet, ut aſſeuerauit gl. in l. 1. §. quoties. ff. de itin. actuque priu. Inno. in c. ueniens. de præſcr. Ioan. Fab. in d.
§. retinendæ. nu. 3. & ibid. Aret. num. 2. Rube. Alex. in
d. §. nihil cõmune. nu. 39. non enim ſe poſſidere probare poteſt, argu. l. 3. §. creditores. ff. uti poſſide. dum
Iuriſconſul. inquit, ideò creditoribus in poſſeſſionẽ

miſſis

miſſis cauſa cuſtodiæ nõ reddi iſtud interdictũ, quia non poſſident; quam ſententiam à contraria Innocẽtij ſententia, qua voluit huic detentori concedi hoc interdictum, in c. contingit. de dolo, & cõtuma. egregiè tuetur Menoc. ſuperius relato loco, q. 5. num. 48. cum plurib. ſequen.

Superioribus ſimile eſt, ꝙ ſequitur, vt idem inter-
7 dictum non reddatur † ſpoliato, cum poſſeſſione ille careat, vt conſultus reſpondit Caſtr. in conſ. 234. in cauſa appellationis col. 2. vol. 2. Bertran. in conſ. 51. nu. 4. lib. 2. in 2. par. & alij relati à Menoch. vbi ſup. q. 34. nu. 254. & q. 71. ſub nu. 558.

Eandem concluſionem velim primò declares, vt
8 in hoc interdicto ſufficiat † ipſi actori probare, ſe aliquo modo poſſediſſe, vel ciuiliter tantũ, vel naturaliter tantum, vt docuit Bar. in l. 1. in prin. & in §. interdictum autem. nu. 6. ff. vti poſſide. quem referendo ſequutus eſt Petrus Ferrar. in d. Praxi Papien. in eo. verbo, hodie tenet. nu. 3.

Secundò declaratur, vt ad obtinendum in hoc interdictó ſufficiat, ꝙ ab actore probeť acquiſita poſ-
9 ſeſſio † etiã ex vnico actu, & recenti, dummodo non ſit vitioſa, & iniuſta ab aduerſario: ita conſultus reſpondit Bero. in conſ. 20. viſis, ac diligenter cõſideratis. num. 14. volu. 1. & in conſ. 75. in præſenti cauſa in prin. & num. 16. vol. 3. vtroque in loco dicens id eſſe de mente Anto. à Butr. in c. cum eccleſia Sutrina, ibique Abb. col. 6. de cau. poſſ. & propriet. idem Bero. in conſ. d. 53. nu. 2. vol. 3.

Tertiò intelligenda eſt, vt etiam iſtiuſmodi agens
10 probare debeat ſe tpe † litis conteſtatæ poſſediſſe; ſic ſenſit Imper. in d. §. retinendæ. ver. hodie tamẽ. Inſti. tit. de interdic. vbi Faber. d. nu. 16. & Aret. nu. 43. ver. ſed aduertas. idem voluit Bar. in d. l. 1. §. vlt. num. 14. & in d. l. vni. nu. 3. per gl. ibi. in verbo, ab altero. C. vti poſſide. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 92. perſpectis his nu. 4. vol. 1. in conſ. 136. num. 7. vol. 2. in conſ. 53. nu. 1. vol. 5. & in cõſ. 88. quoniam omne datũ. nu. 3. eo. vol. 1. & ab eadem ſtetere ſententia Abb. in ca. ueniens. ſub nu. 24. verſ. ſed extra gl. quæro. de pſcrip. Soc. ſen. in conſ. 59. viſis actis. num. 2. volu. 4. Fulg. in conſ. 194. nu. 1. Cum. in eadẽ facti ſpecie, qua Fulgo. conſulens in conſ. 49. nu. 1. Rui. in conſ. 164. ſub nu. 8. verſ. aut dř intentatum. vol. 5. Marcus Ang. Peru. in conſ. 47. in quæſtio. vertente. num. 8. impreſ. inter conſ. criminal. diuerſ. volu. 2. quo in conſ. 45. & 6. in materia turbatæ poſſeſſionis tres diſtinguit caſus, qui obſeruandi ſunt. Ferrar. vbi ſup. in prin. Bertra. in cõſ. 196. pro faciliori. nu. 2. & 8. vol. 1. Soc. ſen. in conſ. 54. viſa breui narratione, col. 4. num. 15. verſ. quibus premiſſis. vol. 4. Barba. in d. conſ. 25. paulo poſt prin. vol. 4. Rimin. ſen. in conſ. 341. ſi rectè. nu. 3. vol. 2. Rip. in d. §. nihil commune, nu. 157. ver. ſecundo aduerte, p l. 1. ff. vtrobi. & per Bar. in d. §. nihil cõmune. in 2. col. ſub nu. 21. Neuiz. in conſ. 81. Deum inuocent. nu. 16. verſ. tertiò principaliter. Bello. in conſ. 11. nu. 3. Soc. iun. in conſ. 146. nu. 6. vol. 1. Pariſ. in d. conſ. 13. nu. 81. verſ. quinimo. vol. 1. & in conſ. 112. nu. 70. vol. 1. Petr. Beninten. in deciſ. 72. in cauſa, quæ agebatur. num. 1. hinc dicebat Alcia. in conſ. 440. in prin. ꝙ in tali in-
11 terdicto ſi duo † prætendebant ſe poſſidere, ille obtinet, qui melius probat ſe poſſidere tpe litis conteſtatæ; & ideo, ꝙ ſit articulandum de tali tẽpore, vt quis obtineat. quem ſequitur Rolan. à Val. in conſ. 9. negari non poteſt. nu. 18. verſ. prima etenim eſt concl. vol. 3. vbi multos in hanc ſniam allegai. ad idem rñdit Natta in conſ. 572. valdè contẽditur nu. 16. verſ. ſecundo adducitur vol. 3. ob id dicebat Bar. in l. non poteſt. ff. de iud. & in l. eadem. §. actiones. nu. 19. verſ. vlterius procedo. ff. de excep. rei iudic. quod cautus debet eſſe aduocatus, vt ĩ capitulis deducat, ius actori cõpetere tempore litis conteſtatæ, alioqui non ob
12 tineret: cum poſt litem † cõteſtatam ius ſuperueniẽs in iudicio nõ veniat: vt, & tradidere Io. And. ac alij in c. Abbate ſanè. de re iudic. in ſexto, & Bald. in l. 1. col. 2. nu. 12. verſ. modo quæro. C. ſi plu. vna ſenten.

13 Iſtud declarandũ eſt, vt procedat, cum † reus probat, ſe medio tẽpore poſſediſſe: tunc enim proculdubio actor ſe etiam tempore litis cõteſtatæ poſſediſſe probare debet, ſecus ſi non probet: nã eo in caſu præſumitur continuata poſſeſſio, etiã tempore litis conteſtatæ, per regulã l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. ſic in conſ. Neapolitano fuiſſe determinatum, teſtať Afflict. in deciſ. 344. eccleſia Sancti Martini. nu. 12. & ſequen. per id, quod dixit Aret. in d. §. retinendæ. nu. 4. Afflictum ſequutus eſt Rebuff. in cõmen. ad cõſtitutio. reg. tract. de mater. poſſeſſionis. arti. 2. gl. 1. nu. 18. verſ. intellige. per not. à Bal. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. idem Rebuff. ibidem articulo 8. glo. 1. nu. 9. ver. ſexto cũ alijs in hanc ſniam deductis ab eodem Menoc. vbi ſupra, quæſt. 71. nu. 557. ſic ſenſit, & Capic. in deciſ. 209. in cauſa ſacri monaſterij. num. 2. et Alber. in l. ſiue poſſideris. col. 2. C. de proba. eundem Afflictum ſequutus eſt Pariſ. in cõſ. 126. nullitas, nu. 5. vol. 4. hoc idem placuit Ruin. in conſ. 68. in cauſa, & lite, nu. 8. vol. 2. permoti ex eadem regula d. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. ad idem reſpondit Natt. in d. conſ. 572. nu. 18. Couar. in c. poſſeſſor. 2. par. §. 1. ſub nu. 4. verſ. & ſanè Mattheus. de reg. iur. in 6. & Cache. in deciſ. 42. Antonius. num. 4. verſ. non obſtant. & in deciſ. 99. nu. 51. verſ. non obſtat vltimo.

Hæc omnia amplianda ſunt, vt non ſolũ procedãt ijs in caſibus, in quib. litis conteſtatio fit: ſed etiam in
14 ijs, in quib. † lis non conteſtať; & ſic in illis agens probare quoq; debet ſe poſſediſſe tempore, quo reus cœpit eſſe contumax: ſic placuit Bal. in ſua diſputa. incipien. accuſatus de vi turbatiua. arg. l. ſi eum. in fi. ff. ſi quis cautio. cuius doctrinæ. ſe ſubſcripſit Alex. in d. conſ. 54. in prin. & in d. cõſ. 88. ſub nu. 3. vol. 1. ac Nat. in d. conſ. 572. nu. 16. vbi nu. 17. dicit, ꝙ iſtud procedit etiã ſecundum regulam, quæ habet, quod qui fun
15 dat intentionem † ſuam in tempore certo, habet illud deducere, & probare l. cum actum vbi gl. Bart. & alij. ff. de nego. geſt. l. matrem. C. de probat. & glo. in clem. vlt. in verb. creatum. de reſcr. eundẽ refert Bal. Grammat. in conſ. 77. æterni numinis. nu. 9.

Eadem limitatio intelligenda eſt, nam dũ dicebamus, reo non probãte, ſe medio tempore poſsediſse, præſumi in actore continuatã poſseſsionem, ẽt tem-
16 pore litis conteſtatæ, iſtud procedit, mõ actor † alleget, ſe de præſenti poſsidere, vt præſumatur ſe tempore litis conteſtatæ poſsediſse: ita * communiter in d. l. ſiue poſsidetis cõcludi aſſeruit Alex. conſ. 133. viſo proceſſu cauſæ. col. 3. nu. 3. vol. 1. in conſ. 54. viſo proceſſu cauſæ. col. pen. nu. 11. vol. 5. & in conſ. 88. quoniam omne datum. col. 6. nu. 40. eo. vol. 5. & in conſ. 164. nu. 14. eo. vol. 5. Soc. ſen. in conſ. 59. nu. 8. volu. 4. per gl. quam dicit * communiter approbatam in d. l. ſiue poſsidetis. & Ferrar. in d. Prax. Papien. in eo. uerbo, hodie tenent. num. 2. ut alibi, & nos id latius corroborauimus.

17 Cuius limitationis ratio eſt, quoniam præſumptiones deſcendentes ex facto proprio ad hoc, vt iuuent, allegari debent, ut docet Bar. in l. cũ qd. ff. ſi cert. pet. Alex. in l. qui in aliena. col. 4. ff. de acq. hære. Abb. & alij in c. afferte. de præſump. cum alijs, ad idẽ allegatis ab Alcia. in tract. præſump. reg. 2. præſump. 21. nu. 3. uerſ. ſed iſta ratio: quod pluribus confirmat Rol. à Val. in d. conſ. 9. nu. 20. cum plurib. ſeq.

Secundò declaratur eadẽ limitatio: etenim ipſa regula d. l. ſiue poſsidetis, non habet locũ in hoc interdicto uti poſsidetis, ſed requiritur, quòd fiat pbatio
18 † de præſenti, ut notatur in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpoliat. & in d. l. 1. §. 1. in fi. ff. utrobi. ubi erat differentia inter interdictum uti poſsidetis, & utrobi, cum in
19 hoc † poſteriori ſufficiat probare, maiori parte anni poſse-

poſſediſſe,quod ſecus eſt in interdicto vti poſſidetis,
vbi requirebatur poſſediſſe tempore litis conteſtatę,
ꝙ ſi attenderetur d.l.ſiue poſſideris. nulla eſſet diffe-
rentia:ita ad verbum dixit Grat.in conſ.50. reueren-
diſſime.nu.34.ſub verſ.quarto reſpondeo.volu.1.quē
refert, & ſequitur Rol. à Val.in d.conſ.9. nu.19. ſub
verſ.nec habet obſtare, volu.3. & Gab. in concluſio.
numero 22. verſicu. 8. limita. titulo de præſumptio.
libro 1.

20 Attamen quo † ad hanc Grati opinionē ſciendū
eſt,ꝙ iura,præſertim vero d.§.retinendæ,(quæ requi-
runt in interdicto retinendæ poſſeſſionis neceſſariā
eſſe probationem poſſeſſionis tempore litis conteſta
tæ,quaſi neceſſaria ſit eius temporis poſſeſſio; vel in-
telligenda ſunt, vt ex probatione præteritæ poſſeſſio
nis & allegatione poſſeſſionis obtentæ, litis conteſta-
* tionis tpe. iuxta * communem ſnīam , de qua in d. l.
ſiue poſſidetis. præſumatur poſſeſſio præſens ; vel in-
telligenda ſunt in rebus corporalibus, in quibus ſatis
erit probare poſſeſſionem certi temporis,& proximi,
ante litem notam.vt explicat Io.Fab.d.§.retinendæ,
nu.23.etenim ſat erit hęc probatio,vt actor obtineat
in hoc interdicto uti poſſideris, ita declat, & mordi-
cus tenet Couarru. in d. cap. poſſeſſor. §. primo, ſub
numero quarto , verſiculo quin.& interdicto de reg.
iur.in ſexto.

Tertio ſuperiora intelligenda ſunt, vt procedant,
21 qñ alter contendens † nō probaret poſſeſſionē de p̄-
ſenti : nā tunc vbi alter ex contendentibus aſſerat ſe
poſſidere,& probet poſſeſſionem antiquā, præſumitē
etiam hodie poſſidere , & ſic tempore litis conteſta-
tæ ; ſecus qñ ille probaret poſſeſſionem de præſenti;
tunc enim quia duo non poſſunt eodē tempore con
tendentes ſimul poſſidere, vt in l.ſi vt certo.§.ſi duo-
bus vehiculū. ff. commod. ceſſaret illa præſumptio,
ꝙ hodie poſſideret, ideo ſi alter probaret poſſeſſionē
præſentem,tunc ex pręterita poſſeſſione nulla oriretē
præſumptio continuatæ poſſeſſionis, & ſtaremus cer
to,& ceſſaret coniectura,l.ſi certis annis.C.de pact.l.
certa forma.C.de iur.fiſc.lib.10.l.pediculis.§. argen-
to.ff.de aur.& argen.lega. cum ſimil. ita tñdit Barb.
in d.conſ.25.col.2.verſ.& ſi dicatur.vol.4.

Quarto intelligenda eſt concluſio ; vt non ſolum
22 iſte agens debeat probare, ſe litis conteſtatæ,ſed etiā
turbationis tpe poſſediſſe:ita tradidit Bart.in d.l.1.§.
vlt.num.14.& 18.ff.vti poſſediſſe. Abb.in d.c.veniēs,
ſub d.num.24.verſ.ſed extra glo.quęro de præſcript.
Alex.in d.conſ.136.num.7.volum.2.& in conſ.81.le-
cto,& diſcuſſo,num.2.volum.3. Mar.Angelel.in di-
cto conſ.47.num.8.Cor.in conſ.130. viſo libello,nu.
1.volum.1.Ferrar.& Bello.vbi ſup.Aret.itidem in d.
§.retinendæ.num.5.& ibi Faber,num.16.Barba.in d.
conſ.25.in princ.volum.4.Rip.in dicto §.nihil com
mune,num.153.verſ.adde.Neuiza. in dicto conſilio
81.num.16.Socyn.ſen.in dicto conſilio 54. num.15.
verſ.quibus præmiſſis,volum.4. per cap.conſultatio.
de offic.deleg.& cap.cum ad ſedem.de reſtit. ſpolia.
& in conſ.59.num.2.eodem volum.4. Iaſ. in conſ.6.
ſpectariſſimæ dominæ Nicolinæ, colum.2. ſub nu.2.
verſ.vel,& quarto.volum.1.ac Socyn. iun.in d.conſ.
146. num.6.vol. primo, quod etiam pluribus corro-
borat Rolan.à Val.in dicto conſ.9. num.28.verſ. ſe-
cunda eſt concluſio.uol.3. Nat. etiam in dicto conſ.
572.num. 16.iunctis ijs, quos adducit Menoch. in d.
quæſtio.71.num.556. atque Ioſeph. Ludoui. in con-
cluſion.71.de turba.poſſeſ.colum.5.verſiculo & qui
vult obtinere.

Vnde his in caſibus diligēter eſt obſeruandum , ꝙ
23 ſi reus † conuentus probet ſe poſſidere, tūc actor p̄-
bare debet , poſſeſſionem illam eſſe clandeſtinā præ
ſua: vt docuit Bar.in d.l.1.§.vltim.num.18.cuius ſen-
tentiæ adhæret Barbat. in dicto conſ.25. paulo poſt
princ.volu.4.& Iaſ.in dicto conſ.6. ante finem,verſ.
vel,& quarto, volum.1. Quæ quidem clandeſtinitas
24 † eo ipſo probatur,quòd aduerſarius non probat an-
tiquiorem poſſeſſionem , vel ab alio eam fuiſſe con-
ſequutum, vt plenius id proſequitur Bartolus in d. §.
vltim.num.18.& 19.ac Iaſ. in dicto conſilio ſexto,
circa finem,& Aretin.in dicto §.retinendæ nu.5.ver
ſic.ex prædictis , & Soc.ſen. in dicto conſilio 4.nu.
16.volmu.4.

25 Alterum,ꝙ ab agente probari debet,eſt ipſa † tur-
batio ex parte conuenti , ſe nempe à reo co uento
fuiſſe turbatum eo tpe.quo poſſidebat , vt dixit Alc.
in d.conſilio 88.num.3.verſ.ſecundo,quia volum.5.
per glo.in l.ſi duo.§.2.ff.vti poſſide.& cap. licet cau-
ſam. de probat. idem voluit Ferrar. in dicto verſicu.
hodie tenet.num.1.Rimin.ſenior.in dicto conſ.341.
num.3.volum.2.Corn.in dicto conſ.113. ſub nume.
1.verſ.probatur etiam volum.primo,Guid.Pap.in di
cto conſ.82.dict.nu.2. Bello.in dicto conſ. 11. num.
6.Socy.iun.in dicto conſ.146.num.6.volum.1.Iaſ.in
d.§.nihil commune.num.72.& Rebuff.in d.tract.de
mater.poſſeſ.tom.3.art.1.glo.2. num.40.ac Menoc.
vbi ſup.num.559.verſ.ſecundum,& Ioſeph. Ludo.in
d.concluſ.71.colum.6.verſ. ſecundum quæſitum eſt,
& infra trademus, ac alios referemus, in verſ. turba-
tio poſſeſſionis.

Huius requiſiti ratio eſt , qm̄ hoc interdictum uti
26 poſſideris † propriè datur pro turbatione,quæ fit ipſi
poſſidenti,ut habemus in d.l.1.§. eſt igitur. & in d.l.
ſi duo.§.item videamus,ff.vti poſſi. & tradidere,glo.
ac Doctor.in l. clam poſſidere.§.vltim. ff.de acquir.
poſſeſ.

27 Quod intelliges , vt etiam ſufficiat probari † iā fa-
ctam turbationem,nec ipſum actorem oporteat fidē
facere ſe à reo in præſentia turbari;licet tutum ſit al-
legare,& proponere turbationem præſentem,quam-
uis neceſſe non ſit eam probare,teſte Fabro in d.§.re
tinendæ.nu.20.in ſi.verſ. item quæritur.cum eo ipſo,
quòd reus ſe opponit turbet,vt dixit Spec. in titu. de
actio.ſeu.petitio.§.ſuper petitionib.num. 6.verſ. ſed
nunquid habeo.Bal.etiam in dicto ca. licet cauſam,
num.31.verſ.adde dicit Innocen. de probatio. quòd
etiam nonnullis confirmat Pariſ.in conſ. 126. nulli-
tas ſententiæ.nu.9.uerſ.ad quod.uolu.4. & plurib.de
hoc agit Rolan.à Val.in conſ.9. negari non pōt. nu.
1. ,& 11.uolu.3. nam per eius negationem, dicendo
ſcilicet actorem non poſſidere, fit res dubia,ca.cum
ad ſedem.de reſtitut.ſpolia.& l.ultim.C.qui ad liber.
procla.de quo plenè per Fely.in dicto cap. licet cau-
ſam.ſub num.11.uerſ. ſed iſta turbatione, argu. quo-
que eius,quod ſcripſit idem Bal.in dicto c.licet cau-
ſam,ſub nu.11.uerſ.ſed iſta turbatione,argu. quoque
eius, quod ſcripſit idem Bald. in dicto cap.licet cau-
ſam. num.31. verſ.quid dices. vbi ait , quòd etiam ſi
reus non turbauerit actorem in poſſeſſione, in princi
pio litis,quia ignorabat aduerſariū poſſidere , & pro-
teſtabatur,ſe non habere animum turbandi , ſed lite
pendente cęperit turbare , nihilominus debere ſuc-
cumbere,& iudicium ſuſtinere ; quia turbatio quan-
docunque ſuperueniens,fundat iudicium paſſiuè.

Secundo illud idem intelligendū eſt,vt ſi capitali-
ter agatur aduerſus hūc turbatorem , ex diſpoſitione
28 iuris communis,actione,ſcilicet iniuriarū,quo † ſo-
lo remedio,hoc in caſu cōtra illum prouiſum eſt, vt
tradidere Iac.de Are.in l.vnica.num.5.C.vti poſſide.
Bart.in l.extat.nu.4.ff. quod met.cau. & Ang.in l.cū
filius.§.1.ff.de verborum obli.neceſſe habet actor p̄-
29 bare † turbationem hanc factam fuiſſe dolo turbātis;
alioqui ſequi debet abſolutio, nam cum de iure cō-
30 muni vis turbatiua † non videatur puniri,niſi ratione
doli,vt l.ſeruus.la prima.& ibi gloſſ. in verſ. facimus.
ff.de actio.& oblig.nimirum ſi is eſt probandus:ita in
hac facti ſpecie reſpondet Bald.in conſ. 119. ſtatuto
cauetur,quod turbans. colū. vltim. num.3. in fin. vo
lum.

ſum.2. & in conſ.289 quia cõſuetudo æquiualet.nu.
4.verſ.4.eſt præmittendum.vol.4. * ad idem reſpon-
dit Corn.in conſ. 100. in cauſa vertente, nu.3.vol.2.
& Cataldinus Boncompag. in conſ. 58. idem,quòd
ſupra,num.2.lib.primo,inter conſ.crimi. diuer.per l.
1.hæc in factum.verſ.nec adijcitur.ff.de his,qui deie-
ce.vel effude.

Quòd ſi ex diſpoſitione ſtatuti velit actor in tur-
batorem experiri, profecto ſi in eo ſtatuto indicitur
corporalis pœna, & hoc in caſu, vt in ſuperiori, do-
31 lus † neceſſario probandus eſt,adeò,vt non ſufficiat,
ēt latam culpam probare;ita determinat Bart.in l. 1.
§.non aũt,nu.2.verſ.iuxta hoc quæro.ff. ſi quis teſta.
32 lib.eſſe iuſ.fue.ex eo, quòd pœna † corporalis nunq̃
indicitur,cum dolus à committente delictum abeſt,
vt eſt tex.in l.lege.Cornelia ff.ad leg.Cornel.de ſica.
& ita colligitur ex gl.in l.oſſa.§.in locũ.in verſ.ſi do
lo.ff.de religio. & ſumpt.fune. q̃ ſequitur, & vna cũ
alijs allegat,& * communem ſnĩam dicit Cœpol. in
conſ.33.multa poſſent,nu.5.verſ.ſed his non obſtan-
tibus, prout etiam de * communi teſtatur Iaſon in l.
actionib.nu.23.verſ.circa ſecundam partẽm,gl.ff.de
in lit.iuran. quos cum multis alijs refert, & ſequitur
Iul.Clar.in praxi crim.§.vlt.q.84. in princ.vbi etiam
hanc opinionem appellat * communem.

33 Si verò idem ſtatutum † indicat pœnam pecunia-
riam,& puniat turbationem illatam perſonæ his ver
bis vtẽs. Si quis turbauerit aliquẽ in ſua poſſeſſione:
tunc in turbante dolus requiritur,ea ratione, quia tur
batio non põt inferri in perſona ſine affectu turban-
tis,l.3.ff.de iniu. at ſi ſtatutum puniat turbationẽ illa
34 tam in rem, vt ſi dicat, ſi quis alterius † poſſeſſionẽ
turbauerit,aut, ſi quis ingreſſus fuerit poſſeſſionẽ al-
terius.tunc lata culpa ſufficit,ex tex.§.quia tñ.Inſtit.
titu.vi bono.rapto.& l.ſi quis in tantã. C.vnde vi.vn
de hoc caſu lata culpa dolo æquiparatur, per l.1.ff.ſi
mens.fal.mo.dixe.ita diſtinxit Bar.in d.l.1.§.nõ aũt.
nu.3. & ibi eũ ſequitur Ang. nu.5. ff. ſi quis teſta. lib.
eſſe iuſ.fue.& in l.iuſtè poſſidet. in fin. ff.de acq.poſſ.
eiuſdem ſnĩæ accedunt Barbat. in conſ. 70. quòd eſt
pen.incip.præclarè ſcribitur primo Regum.col.pen.
verſ.capio nunc aliam dubitationem.vol.1. Io.Petr.
Ferrar.in d. praxi Pap. in forma libelli pro poſſeſ.tur-
ba.in verſ.& in continetur.nu.2. verſ. pone. Corne. in
dicto conſ. 100.nu.4.in conſ.204. videtur prima fron
te.nu.6.verſ.his tamen non obſtantibus. volum.2.in
conſ. 94. viſo proceſſu accuſationis.num. 10. in fin.
vol.3.in conſ.162.viſa copia.num.9. verſic. in 2.cap.
eod.volum.3.in conſ.33. viſa inquiſitione, num. 19.
volum.4.& in conſ.280. laborioſa.nu.4. volum.4.&
Boſs.in tract.cauſar.crimin.tit.de plurib.violen.nu.
49.quos refert, & ſequitur Menoc. in dicto comment.
retinen. poſſeſ.remed.3.q.76. nu.614. vbi etiam ipſe
ita diſtinxit, & plenè eandem diſtinctionem proſe-
quitur.Quanquam Bal.in d.diſputatio.incip.accuſa
tus de vi turbatiua.aſſerit huiuſmodi Bar.diſtinctio-
nem iure non probari,& eſſe potius verbalem,q̃ rea-
lem:nam ſi ſtatutum prohibet,ne quis turbet poſſeſ-
ſionem alterius,vr̃ in effectu diſponere, ne poſſeſſor
patiatur in ſua poſſeſſione turbationem, vt latius ibi
per eundem Baldũ, & propterea etiã ſi verba ſtatu-
ti dirigantur in rem,non in perſonam,videtur, quòd
exigatur probatio doli,reiecta diſtinctione Bar.ſecũ
dum ſnĩam Baldi, in qua quidem controuerſiã, vter
rectius ſenſerit, lector tu videris. mihi certè ab iſta
Bartoli doctrina recedere,tutum non vr̃ tot patrum
auctoritate roborata.Quæ aũt ſint doli,& culpę hoc
in caſu poſſeſſionis turbatæ pſumptiones, & indicia,
tũ,quę ſint cauſæ iuſtę excuſantes à dolo perturbato
rem,infra latius explicabitur.poſtremò, quot modis
poſſit conſiderari poſſeſſionis turbatio,vberrimè di-
ſcuſſum fuit à Rebuf.in eiſdẽ comment.ad conſt.re-
gi.Galli.tom.3.tract.de mater.poſſeſ.art.1.gl.2.à nu.
2.vſque ad num.38.vbi 22.refert modos,quibus quis
alium turbare dicitur,& à Menoch. in d. 3.remed.q.
62.nu.467.per totum vbi 28.modos enumerat, quos
hic apponere ſuperuacaneum eſſe duxi,ſed opportu
niori loco,eos examinare infra reſeruo.

Sed rogabit me quiſpiã, quomodo poterit actor
probare ſe duobus his temporibus,nimirum litis cõ-
teſtatæ,& turbationis illatę,poſſediſſe? Actor itaque
35 † probando,ſe poſſediſſe ante litem cõteſtatam, &
ante turbationẽ illatam per aliquod tẽpus,& allegã-
do adhuc ſe poſſidere, præſumendũ erit continuatã
ab eo fuiſſe poſſeſſionem:cũ in ſolo animo cõſiſtat,
& retineatur,vſque ad litem cõteſtatam,& poſt; niſi
contrariũ probetur, vt tradidere glo. & cæteri Doct.
in l.ſiue poſſideris.in primis Cyn.nu.3. verſ.ſed nun-
quid.C.de probat.idem Cyn.in d.l.nõ ignorabit. nu.
2.verſ.in poſſeſſione. C. ad exhibe. idem dixit aper-
tius Bald. in caſu noſtro, in d.l. vnica.col.vltim.poſt
nu.12.verſ.aduerte,quod aut probatur.C.vti poſſide.
quem ſequitur Alex. in d.conſ.78. num.30.verſ.non
obſtant allegat.vol.5.vbi plures citat, prout, & facit
in conſ.133. num.3. in prin. vbi de * communi dicit.
vol. primo, vt & aſſeruere in terminis noſtris Rimi-
ſen.in conſ.216.in præſenti cauſa.nu.5.vol.2. Capic.
in d.deciſ.219.nu.2.Bello.in d.conſ.11.num.13.in fi.
& Ferrar. in d.verſ.hodie tenet.nu.2. vt, & nos latius
id infra examinauimus.

Cuius quidem præſumptionis ratio eſt,quĩ nõ præ
36 ſumitur † mutatio voluntatis animi, niſi contrariũ
probetur,c.maiores in fi.de baptiſ.& c.licet,de ꝓcur.
lib.6.ut ēt ſenſit gl.in l.1.C.de ſeru.fug.idem colligit
ex l.cum.ff.de proba.l.fideicom.§.ſi rem.ff. de leg.3.
& ex l.cum hic ſtatus.§.1.de don.inter vir.& vxo.poſ
37 ſeſſio enim,vt † modo diximus, animo retinet̃. l. li-
cet.C.de acq.poſſ.& l.3.§.in amittenda.ff.eod.

Superiora oĩa vna cũ concluſione limitãda ſunt,
vt ſi reus pro ſua defenſione probaret, ꝙ illa agentis
poſſeſſio eſſet ab ipſo habita vi, clam, vel precario,
38 tunc non prodeſſet † actori talis poſſeſſio in hoc in-
terdicto,ēt ſi eo,quo diximus modo probaſſet illã,
vt d.l.1.in prin.& §.vlt.ff.vti poſſide.& l.1.C.eo.titu.
vel ſi probaret actorem nõ poſſidere, vel quod ipſe-
met reus iuſtam habeat detinendi cauſam, licet non
poſſideat.l.colonus.ff.de vi,& vi arma. ita tradidere
Bar.in d.l.vlt.nu.19.& Ferrar.in d.praxi Papien.in d.
verſ.hodie tenet.nu.4.verſ.aduerte tamẽ,quos ſequi-
tur Menoch.in d.comment.retinen.poſſ.remed.3.q.
75.nu.602.

Sed quomodo probabit reus actorẽ ab ipſo poſſi-
39 dere vi,clam,& precario? Plurib.† certè modis id ef-
ficere poterit:inter quos ille primas obtinet, proban
do, ſcilicet ſuam antiquiorẽ poſſeſſionem, nam tũc
ſequens poſſeſſio,vt, & ſupra dicebamus ipſius agen
tis præſumit̃ clandeſtina, ſeu violenta,niſi probet ti-
tulũ ſuæ poſſeſſionis.d.c.licet cauſam, & ibi doct.de
probat.ut inf.in ſequenti concluſione explicauimus,
& tradidit Ferrar. ubi ſup.nu. 4. prætereà id probabit
per inſtrã locationum,per fructuum perceptionẽ, &
alijs quamplurib.modis, quibus poſſeſſio ipſa proba
tur;de quibus omnibus ſuo loco diſſeruimus.

40 Quòd aũt † actor non poſſideat, poterit reus pro-
bare,ex eo, ꝙ actor ipſe non probat ſe poſſidere, vel
ſi reus probet aliũ ciuiliter, & naturaliter poſſidere,
etenim poteſt ipſe reus opponere de iure tertij, qñ il-
lud ius eſt excluſiuum iuris agentis,ut l.cum ſeruum.
C.de ſeru.fugit.& l.ult.C.de rei vẽd. ita docuit Bart.
in d.l.1.§.ult.nu.19.ff.uti poſſide.quo pacto uero in
beneficialib. ſoleat circa hoc obſeruari. docet Me-
noch.in d.q.75.ſub.nu.602.uerſ.in beneficialib.

Generalem hanc limitationẽ intelligas procede-
re, dummodo reus aduerſus agentem exceptionẽ il-
lã,quod ui,uel clam, precario ab alio poſſidet, obij-
41 ciat †,ante litem cõteſtatã, eam etenim hoc tempo-

re opponi

re opponi debere ſenſit apertè Innoc. in c. veniẽs ſub
nu. 1. verſ. item cum interdictum. de præſcriptio. quẽ
ſequuti ſũt ibid. Abb. nu. 29. verſ. vult ergo. & in c. 2.
in primo. not. nu. 2. de ordi. cognitio. Fran. in c. 1. in 2.
no. de reſtit. ſpolia. in 6. Imo. in d. c. veniens. nu. 10. &
ibidẽ Pariſ. nu. 25. idẽ voluiſſe Ang. aſſerens in l. 1. §.
perpetuo. ff. quod vi, aut clam, Innoc. ſequutus eſt Io.
Petr. Ferrar. in d. praxi Papien. in d. verſ. hodie tenet,
ſub nu. 4. verſ. & not. ſecundũ Innoc. ea ratione addu
42 ctũ, q̃a cum hęc ſit † dilatoria exceptio, proinde ante
litem conteſtatam debet opponi, c. exhibita. de iudi.
Iſtud vero declarandum eſt, vt procedat, cum hæc
43 exceptio † obijcitur in vim dilatoriæ: tunc enim pro
culdubio ante litẽ conteſtatam, huiuſmodi exceptio
opponitur; ſecus autẽ cum obijcitur ad perimẽdum
iudicium, contra quod opponitur, hoc eſt in vim pe
remptoriæ: nam tunc, & lite conteſtata poſſe obijci,
ſenſere Bart. in d. l. 1. §. vlt. nu. 4. verſ. ſed iuxta hoc q̃-
ro. ff. vti poſſi. cui accedunt Anto. à But. in c. veniens
nu. 16. in fi. & ibid. Abb. ac Imo. ille ſub nu. 25. verſ.
ſecundũ remediũ eſt hic nu. 16. de præſcriptio. eiuſdẽ
fuere ſententiæ Rom. in d. §. nihil commune. nu. 17. in
fi. Sali. in l. vnica. col. 7. q. 3. C. ſi de momen. poſſ. fue.
appel. & Philip. Franc. in c. propoſuit. col. 1. de appel-
latio. vt latius explicat, & ita cõciliat opiniones pru-
dentũ in hoc inter ſe diſſidentes Menoch. in d. com-
ment. retinen. poſſ. remed. 3. q. 77. nu. 665. cum ſeq.
Reſtant, & alia, quæ ab agente interdicto vti poſſi
dentis ſunt probanda. Nã datis partibus, ſuper poſſeſ-
ſione, tam à parte rei quàm actoris probationibus, ti
44 tulus † ab actore ꝓbari debebit, ſi in hoc iudicio vo-
luerit obtinere: ita tradidere ſcriben. in c. licet causã.
de probatio. Bart. etiã in l. ſi duo. in prin. ſub nu. 4. ff.
eod. vti poſſi. vt latè iſtud cõfirmauimus in ſequenti
cõcluſ. incip. in interdicto retinendæ. 4. limit. alioqui
huic agẽti hoc interdicto neceſſe nõ eſt probare, nec
iuſtificare poſſeſſionẽ ex titulo ex eo, quod eũ tuea-
tur Prætor, d. §. retinendæ, Inſtit. tit. de interdict. & ita
in propoſito noſtro ſcripſit Bero. in. q. 71. incipien.
cum quidam, nu. 6. ac Doct. in d. c. licet cauſam, quos
ſequitũ Menoc. vbi ſupra, quæſt. 73. nu. 588. ac Ioſeph.
Lud. in concluſ. 71. col. 6. verſ. nec in huiuſmodi.
Quod poſtremo loco diximus intelligendũ, & ex-
plicandum eſt, tunc demum locum habere cũ poſſeſ
45 ſor ſine titulo poſſidere poteſt; † ſecus vero cum nõ
poteſt, exempli gratia, ſi laicus aſſerat ſe poſſidere de
cimas, vel ſi Abbas cõtendat, ſe habere quaſi poſſeſ-
ſionem iuriſdictionis, intra fines territorij Baronis,
vel Principis; etenim ſi aduerſus eum, qui domi-
nus eſt, agat, titulus omnino ei probandus eſt: ita de-
clarauit, & his vſus eſt exemplis Io. Faber. in d. §. reti-
nendæ. ſub nu. 3. verſ. & ideo non videtur, & plenius
ſub nu. 29. verſ. item no. quod agens. cui adhæret Ca-
pi. in deciſ. 209. in cauſa ſacri monaſterij. nu. 4. in fi. &
5. idem dicendũ procedere in quaſi poſſeſſione bene
46 ficij: etenim † cum nullus eã ſine titulo retinere poſ-
ſit. cap. dudum. de elect. nimirũ ſi agens hoc interdi-
cto eandẽ colorare, & iuſtificare debet, vt ſpeciatim
tradidit Coſmus Guymier, in cõmenta. ad pragma.
ſanctio. tit. de pacif. poſſ. ſuper verſ. inquirãt pag. vlti.
verſ. ſed hæc opinio. quẽ refert, & ſequitur Ber. in cõ-
ſil. 133. viſo proceſſu cauſæ, in princ. verſ. ad primum,
volum. 2. vbi nonnullorũ corroborat authoritatibus,
& eſſe magis communem Docto. opinionẽ in c. 1.
de reg. iur. in 6. & in cle. 1. de cau. poſſ. & propric. dicit.
47 ſubiungens ibid. nu. 2. poſſeſſionem † beneficij hoc
in caſu non probari, eſſe coloratam ex collatione fa-
cta a Vicario aut ab alio qui conferre non potuit, vt
latius ibi per eum, & ſuperius in conſi. 132. in princ.
eod. volu. 2. vbi conſuluit in eadem cauſa, eadem la-
tiſſime examinantur ab eod. Bertran. in conſi. 2. viſo
proceſſu cauſæ, nu. 18. cum plurib. ſeq. vol. 3.
Hæc declaratio ampliatur, vt nõ ſolũ procedat in
48 in interdicto retinendæ, ſed etiã † in remedio recupe
randæ. nã ſpoliatus in poſſeſſione beneficij, vel alte-
rius rei ſpiritualis, eo agens remedio non obtinebit,
niſi ſuæ quaſi poſſeſſionis titulum probauerit, vt ſẽſit
glo. in c. nomine Domini in ver. audientia. de decim.
idem determinauere domini Rot. in deciſ. 1. alias 4.
& in deciſ. 2. alias 4. & in deciſ. 1. alias 4. & in deciſ. 2.
alias 14. de reſtit. ſpol. in nou. ſic ſenſere Caſt. in conſ.
253. ad confirmationem eorum. col. 2. nu. 4. verſ. ſu-
per tertio art. vol. 1. Guid. Pap. in deciſ. 85. & in ſing.
231. Dec. in l. vlt. nu. 19. in fin. C. de edic. di. Adr. tol-
len. Ferret. in conſ. 28. nu. 9. Capic. in recuper. poſſeſſ.
remed. 17. quæſt. 36. num. 458. de qua re alias dabitur
commodior diſſerendi locus.
Declarãda eſt eadem, vt locũ habeat, quãdo actor
49 probaſſet de iure ſuo, alioqui † ſi de eo nõ docuerit,
reus debet abſolui, nec cogitur fidẽ facere de titulo
ſuæ poſſeſſionis; adeò vt ipſemet actor cõtra poſſeſſo
rem reũ non poſſit facere poſitiones, vel articulos de
non iure rei, quia ſi nullum ius habet actor, abſolui
debet reus, etiam ſi nullum ius haberet. ſic his conce-
ptis verbis locutus eſt Archid. in c. cõtra morem. nu.
3. verſ. in ea. gl. ibi, inſtitutionem. 100. diſt. cap. ex lit-
teris. de præb. ſubiungens, ita Curiam Romanã tene-
re, ſicque de mãdato Pont. Innoc. fuiſſe pronuntiatũ
in cauſa Eccleſiæ ſanctę Marię de Vepribus; vt ibi-
dem plenius per eundem; ac eodẽ in loco ſequuntur
cæteri ſcribent. ad inſtantiam enim partis non cogi-
tur poſſeſſor exhibere titulũ ſuæ poſſeſſionis: & aſſe-
50 renti poſſeſſorẽ † incolatè poſſidere incumbit proba
tio, non autem reo poſſeſſori, arg. gloſſ. in c. 1. de reg.
iur. in 6. & tenet Io. Calde. in c. cum noſtris. quæſt. 4.
& ibi Imol. coſ. 19. nu. 27. verſ. circa ſecundum. de cõ-
ceſſ. preb. vbi referunt ſic tenuiſſe antea Compoſt. in
loco ibi allegato. Aegid. etiã Bellam. in c. licet. il 2.
quæſt. 2. de præb. in 6. atque Gemin. in cap. ordinarij.
§. quod ſi forte col. 2. ſub nu. 7. verſ. gloſſ. ſuper verb.
exhiberi de offic. ord. in 6. quibus adhęret. Bert. in di
cto conſilio 132. nu. 22. & ſeq. vol. 2. vbi ita declarat.
Eadem intelligẽda eſt, cum poſſeſſio eſt recens, &
de ea eſt contentio; ſecus quando iſte actor diu poſ-
51 ſedit pacifice: tunc † enim non eſt ei neceſſe probare
titulum: ita declarauit Capic. in deciſ. 6. nu. 9. quem
refert, & ſequitur Rebuff. in comment. ad conſtitu.
reg. artic. 9. gloſ. vnica. nu. 27. & Menoch. in d. queſt.
73. ſub. num. 191. verſ. hoc intelligitur. & in d. quæſt.
36. nu. 461. verſ. declaratur primo.
52 In iſtis autem caſibus, quomodo poſſeſſio † co-
lorari, & iuſtificari dicatur. abũde declarat Menoch.
in d. q. 73. nu. 54. cum plur. ſequen. de quibus nos la-
tius infra egimus in verb. titulus.
Iis autem, quos diximus modis, probata poſſeſſio-
53 ne ab auctore, conſequitur, quod idem † agens non
cogatur probare; ſe non vi, non clam, non precario
poſſidere, vt memoriæ prodidit Io. Fab. in §. retinen-
dæ, nu. 21. verſ. ſed quæritur, nunquid agens Inſtit. tit.
de interdict. poſt Dy. & Iac. Butr. in l. 1. §. hoc interdi
cto. ff. vti poſſide. Et ſi alij aliter ſenſerint, quorum ra
tiones relatæ à Fabro, vbi ſupra, diluit, & proſternit
Menoch. in dicto comment. retinen. poſſeſſ. queſt.
74. ſub. num. 601. verſ. nec aduerſantur.
54 Laborat † autẽ Faber ſuperius adducto loco in af
ferẽda ratione circa hoc, duaſque affert, quæ ita ſe ſe
habẽt. Prior eſt; ex eo, ſcilicet, ſatis eſſe probare poſſeſ
55 ſionẽ, quòd illa poſtmodum ab onere † probãdi re-
leuat, §. cõmodum. Inſtit. de interdi. & l. circa. ff. de ꝓ
batio. Poſterior eſt, quoniam illa negatiua eſt, & quæ
56 † ab actore neceſſario probanda nõ eſt, l. actor. C. de
probatio. Diſplicẽt Menoch. iſtæ rationes, eaſque ꝓ-
ſternit: veriorem vero eam eſſe cenſet, quod probans
ſe poſſidere, intelligatur bona fidẽ poſſidere, cũ ma-
57 la fides † nõ præſumatur, l. penult. C. de euictio. vt latè
nos ſupra ꝓbauimus in cõcluſ. 1004. in verſ. mala fi-
des,

58 des,vol.2.ſecundo eò, quòd nemo † delinquere præſumatur.vulgata l.merito.ff.pro ſocio. vt itidē abundè tradidimus,in concl.495.in verſ.delictum . vol.1. atq; ita ſequitur,quòd nec vi,nec clam, nec precario poſſidet:propterea dicebat Innoc.in cap. cum veniſſent.col.4.verſ.item nota,quòd licet.de reſtitu. in in-
59 tegr.agentem ex hoc interdicto † non cōpelli probare, ſe bona fide poſſidere; quòd etiam placuit, & alijs confirmauit Capi.in d.dec.209.nu.10. & in hoc reſidet Menoch. tu autem rector cui adhæreas rationi,tuum eſto iudicium .

CONCLVSIO MCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Cui incumbat onus probandi turbationem poſſeſſionis factam fuiſſe dolo , vel culpæ turbantis , poſtremò quæ ſint indicia , & præſumptiones doli, & latæ culpæ in hoc turbatæ poſſeſſionis caſu .

SVMMARIVM.

1 *Turbationem dolo,vel culpa turbantis factam fuiſſe aſſerens probare debet.*
2 *Dolus non præſumitur,& dolo aliquid, vel culpa factum allegans probare debet.*
3 *Dolus in mente conſiſtit , & verè probari non poteſt , ideò ad eum indicandum coniectura,& præſumptiones ſufficiunt.*
4 *Turbare dolo dicitur , qui in caſu illicito occupat alterius poſſeſſionem.*
5 *Statutum,quod poſſeſſio defuncti continuetur in ſucceſſorem,intelligendum eſt de poſſeſſione vacanti,non ab alio occupata.*
6 *Spoliari poſſeſſione ſua , etiam prædo non debet, ſed in ea tuendus eſt.*
7 *Poſſeſſionem alterius ingrediens , etiam tanquam in rem ſuam,turbator dicitur.*
8 *Turbare dolo dicitur , qui nullo modo poſſidet , & alium ſcit poſſidere.*
9 *Turbatorem ſciuiſſe alterum poſſidere, eo ipſo probatur , quod ipſe non poſſideat.Debebat enim ſcire,quod ſuum non eſt,alterius eſſe.*
10 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
11 *Notoria, & diuulgata vnuſquiſq; ſcire præſumitur.*
12 *Turbans,ſi iuſtam,vel iniuſtam turbandi cauſam probauerit à dolo excuſatur.*
13 *Fama publica turbantem à dolo excuſat.*
14 *Poſſeſſionem alterius,mandato alicuius ingrediens turbare non dicitur.*
15 *Poſſeſſionem ingrediens iure familiaritatis,& ſolatij cauſa non dicitur turbare.*
16 *Turbans alium in poſſeſſione , quam probabiliter ſuam eſſe crediderat, in dolo eſſe non dicitur.*
17 *Hæres inſiſtens poſſeſſioni,quam ſua ſponte acceperat, excuſatur, ſi credidit ſibi vt hæredi ita licuiſſe.*
18 *Turbare non dicitur, qui ingreditur poſſeſſionem ratione iuris, quod in illa poſſeſſione habet.*
Niſi excedat terminos,qui ſibi propter ius illud competunt, vt ibid.nu.19.
20 *Turbare non dicitur,qui in poſſeſſione facit actus non inferentes occupationem,vel turbationem,vt ſeminare,putare, & huiuſmodi.*
21 *Turbationis pœna non tenetur,qui proteſtatus eſt , ſe ingredi poſſeſſionem cauſa ſeruandi ius ſuum.*
22 *Turbaſſe ſe dicens ex aliqua iuſta cauſa,eam probare dēt.*
23 *Ignorantia iuris ad hoc,vt excuſet à dolo,probanda eſt.*
24 *Ignorantia iuris in dubio non præſumitur.*
25 *Turbationis iuſta cauſa,vbi allegatur,nō requiritur eius adeò omnino exacta probatio.*
26 *Cauſam iniuſtam turbationis allegans,eam plenè, & dilucidè probare debet.*
27 *Turbationis modus,vbi violentus eſt, nulla cauſa dolo excuſat.*
28 *Turbans armis modum excedit,niſi probet ſic factum ad iuris ſui conſeruationem , eo quod timeret aliquorum potentiam.*
29 *Turbans ex iniuſta cauſa ſtatim, ac eam iniuſtam cognouit,debet a turbatione deſiſtere.*
30 *Turbans, cognita iniuſtitia ſuæ cauſæ in turbando perſeuerans,an excuſetur a præterita turbatione remiſſiuè.*

Explicauimus in ſuperiori concluſione,quibus in caſibus actor agens aduerſus turbantem in interdicto retinendæ vti poſſidetis, probare debeat turbationem factā fuiſſe dolo,vel culpa turbantis. Videamus nūc, cui incumbat onus probandi hunc dolum,aut culpā, præterea,quæ ſint indicia , & præſumptiones doli, & latę culpę hoc in caſu turbationis.poſtremò,quę cauſæ iuſtæ ſint excuſantes à dolo perturbatorē.Quòd at-
1 tinet ad primum,actor aſſerēs † turbationem dolo,aut culpa turbantis factā fuiſſe probare debet,etenim cū
2 dolus † non præſumatur,vulgata.l.dolum.C.de dolo, & ad id eſt tex. mem.dignus in l.quod adhibitis. ibi, in q̄ te credo magis errore,quā malitia incidiſſe.C.de his,q̄ ſibi aſcrib.in teſtam.vt hoc quamplurimis alijs confirmauimus.concl.531.in ver.dolus.vol.1.conſequitur,vt qui dolo,aut culpa quidpiā eſſe factū dixerit,iſtud probare debeat:ita tradidit.Caſt. in l.quis ex argentar.§.Prætor.nu.7.ff.de eden. & in l. tranſact. & cæteri à nobis relati.in d.concluſ.531.nu. 9.
3 Verùm † cum dolus in mente conſiſtat,& ob id verè probari non poſſit,vt inquit Corn.in conſ.140.nu.10.vol.2.per no.à glo.ſingulari in §.aliæ.Inſtit. tit.de actio.ſit,vt ex coniecturis,& præſumptionib.probandus ſit,vt habemus ex d.l.dolū.C. de dolo. vt ſcripſit Caſtr.in l.quod Nerua.nu.3. ff. depoſi. & reſpondere conſuluit Ruin.in conſ.4.nu.10.vol.1.in conſ.73.nu.1.& 9.volum.2.ac Barbat. in conſil. 17. ſub num. 28. volum.2.& alibi ſæpè , vt vna cum alijs prudentibus eundem retulimus.in concluſ.530.in ver.dolus.nu.2. volum. 1.

Inter cæteras itaq; coniecturas, & præſumptiones, ex quibus turbantis dolus ex turbata alterius poſſeſ-
4 ſione argui poteſt,ea eſt,cum ipſe † in caſu illicito occuparet alterius poſſeſſionem,exempli gratia , ſi hic turbans hęres ex ſtatuto factus vellet rei poſſeſſionē, quæ eſt apud hūc poſſeſſorē factum ea ratione occupare,quia ea lege municipali caueatur,poſſeſſionem defuncti continuandā eſſe in ſucceſſorē:non enim ei
5 id permittitur,quoniam decretum illud † intelligendū eſt de poſſeſſione vacāte,non aūt poſtq̄ alius poſſeſſionem apprehenderit, prout ita debere intelligi conſulius reſpondit Bald. in conſ.452. quia domina Catherina.in prin.vol.4.& clarius Alex. in conſ.83. viſa facti narratione.col.1.num.3.volum.2.ac Neuizan.in conſ.81.Deum inuocent.num.25.Nat. in cōſ. 538.ſuit quæſt.num. 6. vol. 3. neque enim veriſimile eſt hoc ſtatutum permiſiſſe quemquam priuari de fa-
6 cto poſſeſſione,etiam de facto apprehenſa,cum † nec prædo ſua debeat,vel à ſpoliato poſſeſſione ſpoliari, ſed in ſua poſſeſſione ſit tenendus.l.colonus,& l.cum fundum.ff.de vi,& vi arma.& c.in literis.de reſt.ſpol. ita reſpondit Corn.in conſil.166.circa primum conſultationis articulum.col.penult.num.7. verſ.tamen his non obſtantibus.volum. 1. quem refert, & ſequitur Dec.in d.l.1.col.2.num.5.verſ. & etiam ſi decretum, & col. 10.nu.34.verſ.2.concl.C.de edic.diu.Adr. tollen.ad idem reſpondit ipſemet Corn.in conſ.94.viſo proceſſu accuſationis.col.penult.nu.11. & 12. vol. 3. & in conſ.280.laborioſa.col. 3.num.5. volum.4. permotus auctoritate Bar. in cōſ.91.in quæſtione vertē-

te in

Digitized by Google

te in curia,& in cõſ.112.quidam accuſatus lib.1. qui-
bus in locis voluit, eo ipſo, quòd quis ingrediatur rẽ
ab alio poſſeſſam: etiam ſi ingrediatur tanquam in
rem ſuam, veniat condemnandus, quia debeat diligẽ
7 ter inquirere, quis poſſideat. tacitè innuens, quod † in
dubio præſumatur eſſe in dolo, arg.l.vlt.C.vnde vi,&
c.1.de præſumpt.nam ex quo debuit perquirere, veri-
ſimile eſt, quod perquirendo ei innotuerit, apud quẽ
foret poſſeſſio,& per conſequẽs, quod ſit in dolo.arg.
eorum, quæ tra duntur à ſcribentibus.in c.ad falſario-
rum.de crim.falſi.cuius præſumptionis declarationẽ
deprehẽdes apud Tiraq.in tract.le mort.ſaiſit, le viſ.
in 5. par. declara.3.

Extat,& aliud doli indicium, cum ſcilicet turbans
8 nullo † modo poſſidet, & alium ſcit poſſidere; vt in
hanc ſententiam reſpondit Alex.in cõſ.23.viſo pro-
ceſſu inquiſitionis.nume.2.vol.6. ſcientia poſſeſſio-
9 nis alterius ſatis probatur ex eo, quòd probatur † tur-
batorem non poſſediſſe, nec poſſidere; hinc enim ſe-
quitur, cum ſcire debuiſſe, quod ſuum nõ eſt, alterius
eſſe.d.l.vlt.C.vnde vi,& in hac hypotheſi ita reſpon
dit Bal.in conſ.144.præſuppoſito.num.3.vol.1, & in
conſ.119.ſtatuto cauetur, quòd turbans.col.vlt.nu.4.
verſ.ſed contra hoc opponitur.vol.2. vt ſentire viſus
eſt Bart.in d.conſil.91.num.6.lib.1. Poterit,& ex eo
probari, quòd turbator ſit vicinus, vt conſuluit Corn.
in d.conſil.94.num.11.verſ. confert, volum 2, ea ra-
10 ne, quia vicinus † præſumitur ſcire facta vicini. cap.
quoldam.cap.quanto, de præſumptio.vt abundè ſcri
pſit Fely.in c. literis. de præſumptio. vt etiam in pro-
poſito noſtro dixit Bal.in conſ.446.ſciendum eſt, qđ
quis.ſub num.1.verſ.facit, quia vicini.vol.3. Idem ẽt
eſt.cum ſciunt alterum per procuratorem poſſidere:
vt placuit Lap. in alleg.127. Anaſtaſius. ſub num.5.
verſic.vel ſufficit, ſubiungens hoc itidem eſſe dicen-
dum, cum turbatus diũ, & notoriè poſſedit. præſumi-
11 tur † enim quis ſcire ea, quæ publicè fiunt,& ſunt no-
toria, vel communiter dicuntur, vt per l.ſi tutor. C.de
peric.tuto.dixit Ruin.in cõſ.164. quamuis ex his.nu.
19.vol.5.Curt.iun.in conſ.52.circa controuerſiã. ſub
nu.4.& Pariſ.in conſ.138.dico in iſta.nu.17.vol.4.&
præd.l.ſi tutor. eũdem Lapum dicta in l.ſequutus eſt
Gemin.in c.eum, qui.ad fi.de præben.lib.6. atq; Me-
noch.in comment.retinen.poſſ.remed.3.q.76. num.
619. vbi materiam hanc ſic explicauit.

Cæterùm, ſi turbans in poſſeſſionis turbatæ pœnas
incidere noluerit,& dolum, aut culpam, ſubterfuge-
re,& euitare voluerit, ei omninò neceſſe erit probare
12 † iuſtam, vel iniuſtam, modo ſit in bona fide, cauſam
ita perturbandi, atque agendi, quod egit: illa etenim
dolum extinguit, atque ceſſare facit, & ob id à turba-
tionis pœna illum eximit, vt docuit Bart.in l.1. §. nõ
autem.in fin.ff.ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſ. fue. per l.
igitur.§.cauſæ.ff.de lib.cau. & ſenſit Bal. in conſ. 58.
quidam eſt accuſatus.in fi.volum.5.atque confirma-
uit Cor.in conſ.205.num.7.volum. 2. Boſ.quoque in
tract.cau.crim.tit.de decreto.Mediol.nu.19.vt etiam
permultis corroborat Menoch. in commenta.recup.
poſſeſ.remed.5.quæſt.14.num.48.cum plurib. ſeq.&
in dicta quæſt.76.num.623.& ſequen.vbi egregiè mo
re ſuo loquitur.

Plurimæ vero à ſcribentibus varijs in locis referun
tur cauſæ iuſtę, quę hunc perturbatorem à dolo excu-
ſare poſſunt. Quarum illa prima eſt, quæ à fama pu-
13 blica † oritur, vt ſi fama percrebuerit rem, & poſſeſ-
ſionem eſſe, atque adeò ſpectare ad ipſum accuſatũ,
qui eâ fama commotus poſſeſſionem fuerit ingreſ-
ſus, ſenſit Bal.in conſ.289. quia conſuetudo.num.6.
verſ.conſideratis igitur.vol.4.

14 Altera eſt cauſa, cum probat ſe ex † mandato alte-
rius ingreſſum fuiſſe poſſeſſionem: non enim tũc tur-
bare voluit, vt placuit Bald.in d.conſil.144.num.1.&
ſeq.vol.1.& in conſil.431.quia in accuſatione, num.
2. volu.4. Ferrar. in praxi Papien, in forma libel.pro
turba.poſſ.in ver.animo, & intentione.num.2.& 3.
Corn.in d.conſ.205.num.7.vol.& Rip.in cap.2.num.
40. de iudic.

Vt etiam illa excuſat, cum accuſatus probat ſe ex
15 amicitię cauſa, vel iure familiaritatis, aut ſolatij poſ-
ſeſſionem illam ingreſſum fuiſſe; vt in hac hypothe-
ſi conſulti reſpondere Bal.in d. conſ.431. nu.2. verſ.
5.ratio.vol.4.& Corn.in d.conſ.100.nu.26.in fi. vol.
2.& in conſ.280.nu.9.vol.4.

Eandem excuſationem à dolo ipſimet turbatori
16 præſtat † credulitas poſſeſſionis nempè, quando hic
accuſatus probabiliter credit poſſeſſionem ſuã eſſe,
& ſe poſſidere, iux.l.1.§.ſi quis ideò.ff ne vis fiat ei. vt
ita reſpondit Bald.in d.conſ.431. in fi.vol.4.& in ca.
licet cauſam ad fin.de probatio.Soc.ſen.etiam in cõ
ſil.131.in præſenti conſultatione.col.4.num.10.verſ.
17 amplius etiam volum.1.vbi uoluit hæredem † inſiſtẽ
tem poſſeſſioni, quam ſua ſponte acceperat, excuſa-
ri, ſi crediderit ſibi, vt hæredi ita licuiſſe. eundem ſe-
quuti ſunt Dec.in conſil.565.in fin.Crauet. in conſi.
18.num.9.& in conſil.280.colum.3.ſub num.2. verſ.
ex quibus.

Præterea iuſta eſt excuſationis cauſa, cum hic in-
18 greſſus fuit poſſeſſionem † ratione iuris, quod in illa
poſſeſſione habet, vt eſt in ſocio, qui ingreditur poſ-
ſeſsionem rei communis, nec enim tunc tanquã tur-
bator accuſari poteſt, vt cõſuluere Bald.in conſil.37.
quidam Netius.nu.4.vol.5.Alex.in conſ. 103. vide-
tur prima conſideratione.nu.10.& ſeq.vol.1.& Plo.
in l.ſi quando.nu.313.C.vnde vi.

Quæ cauſa limitatur, vt non procedat, cum ſocius
19 ingrediens † excedit terminos, qui ſocietati conue-
niunt, veluti ſi totam rem occupet, vt apertè dixere
Alex.in d.conſ.103.nu.6. verſ.& primo non obſtat.
Plot.in d.l.ſi quando.nu.314.& Boſ.in tract.crim.tit.
de decr.Mediol.nu.18.

Inſuper ea ex cauſa iſtiuſmodi à dolo excuſatur,
20 cum illius actus † in poſſeſsione factus non infert oc
cupationem poſſeſsionis, vt ſi quis ſimpliciter ſemi-
naret prædium, ſi vites putaret, & alia id genus face-
ret. Etenim huiuſmodi actus cũ ex ſui natura boni, et
vtiles ſint prædij poſſeſsori, & domino niſi aliud ad-
datur, non inferunt turbationem, vt hoc in caſu ſcri-
pſere conſulti, Guliel.Peruſ.int.conſ.crim.diuer.cõſ.
37.viſis actis.n.1.& ſeq.lib.1,& ibi.Cataldi. Boncõ-
pa.in conſ 58.idem, quod ſup.per tot.in primis.num.
6.& ſeq.verſ.nec eſt verũ. Quod quomodo procedat,
infra à me declarabitur in verb Turbatio. in 27. tur-
bationem poſſeſsionis modo probandi.

Nec eſt omninò negligẽda, quæ ſequitur iuſta ex-
21 cuſationis accuſati cauſa, quæ eſt cum accuſatus eſt
proteſtatus, ſe eam poſſeſsionem ingredi cauſa ſeruã
di ius ſuum, vt refert.idem Ferrar.vbi ſup.in d.ver.ani
mo.nu.1. dummodo eam proteſtationem aliquo iu-
re patefacto comprobauerit, ne ficta, & commẽtitia
proteſtatio dici poſsit: ita cauſam hanc intelligit, &
declarat Menoch.in d.commen.retin.poſs.remed.3.
ead.q.76.num.651.uerſ. undecima.

Plures alias huiuſmodi cauſas iuſtas à dolo accu-
ſatum turbatę poſſeſsionis excuſantes, refert Menoc.
in d.quæſtio.ſub nu.626.uerſ. cauſæ autem iuſtæ.cum
plurib.ſequen. quas etiam declarat.illaſque huc affer
re nolui, cum apud illum, cuius doctiſsimi, & elima-
ti commentarij omnium hodiè manibus circumfe-
runtur,& uerſantur, ſine ullo negotio reperire, & le-
gere unuſquiſque poſsit.

Verumtamen diligenter illud circa has cauſas eſt
animaduertendum, quòd tunc demũ hæ, vel aliæ ip-
ſis ſimiles cauſæ iuſtæ, vel coloratæ accuſatũ de poſ-
ſeſsione turbata, ne puniatur, excuſant, quando ipſe
22 † probauit, ſe eam ob cauſam adductum fuiſse ad ita
turbandum, ut placuit Corn.in conſilio 33.num.22.
vol.4.

vol.4.& apertius in conſ.280.num. 6. eodem volum.
ad ſimilitudinem eius,quod dicitur de iuris ignoran-
23 tia,vt faciat † ceſſare dolum, & ſic hunc accuſatum à
dolo poſſit tueri,vt apertè probatur in l.ſed & ſi,§.ſci
re.ff.de petit.hæred.tamen illud verum eſt,quãdo iu-
ris ignorantia probatur.ita loquitur.d.§.ſcire,qui præ
24 ſupponit iuris ignorantiam; quæ quidem † in dubio
non præſumitur.l.leges ſacratiſſimæ,& l.vlt.C. de le-
gib.adeò vt potius præſumatur mala fides, & ſic do-
lus,quàm iuris ignorantia,vt eſt gl.inſignis,quam ſib
ſequuntur Doct.in c.ſi diligenti.de præſcrip.arg.c.qui
contra iura mercatur.de regul.iur.in 6. & l. quemad-
modum.C.de agr.& cenſ.lib.11.& ante Cor. in can-
dẽ reſponſum eſt ſentẽtiam ab Alex.in conſ. 193.ſub
n.13.ver.& dicto,ꝙ comes.vol.1. & ab Aret. licet in
alio caſu.in conſ.80.ſub nu.3.quod etiam latius ſeq-
tur Boſſ.in d.ti.de decret. Mediol.nu.16. ac Menoch.
in comment.recup.poſſ.remed.5.nu. 60.

Quod declarandum eſt,vt hæc probatio nõ admo
25 dum exacta † requiratur, cum cauſa iuſta allegatur;
cũ etiam illa ſatis ſit,quæ ex actis colligitur,vt docet
Bal.in auth.generaliter.num.9.verſ.adde,iuxta.C de
epiſc.& cler.quod ſi ad excuſationem iniuſta allega-
26 retur cauſa,† diligens,& exacta, vehemensque con-
iectura,& probatio requiritur, vt in hoc propoſito lo
quuntur Alex in d.conſ.103. num. 13. ac Corn. in d.
conſ.260 num. 6. per doctrinam Bart. in l.inter om-
nes.§.rectè.ff.de furtis, quam ſummè commendatur.
Aret.in d.conſ.80.num.3.& Tiraq.in tract. de pœnis
leg.cauſa 43.nu.9.

Secundo loco obſeruandum eſt ſupra traditas,aut
27 alias id genus cauſas excuſare,niſi † turbationis mo-
dus ſit violentus,vt aſſeuerauit Alex. in d. conſ. 103.
num. 12.verſ.quod autem.vol.1.Soc.iun.in conſ. 18.
nu.33.vol.2 cum alijs ad id adductis à Menoch.in d.
quæſt.76.nu.654.vbi iſtud intelligit verum,cum mo-
dus violẽtiæ armatæ exceſſus eſt; ſecus ſi occupatio
28 armis † ſit facta ob id,ꝙ timerent aliquorum poten-
tiam; idque probetur factum ad iuris ſui conſerua-
tionem.

Poſtremò ſciendum eſt,quod ad hoc, vt cauſæ hæ,
29 vel aliæ iniuſtæ,vel coloratæ excuſẽt,is turbator † de-
bet cum primum cognouit illã cauſam eſſe iniuſtã,
& ſe ex ea ius non fouere,à turbatione deſiſtere;ſic in
hoc,themate reſponſum eſt à Bart. in conſ.91. in no-
mine Domini.nu.7.lib.1.mouetur.ibid. Bart. ex tex-
tu.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.de
adult. quod nonnullis confirmat Iaſ. Bart. ſequendo
in l.ſi quis id,quod.num.31.verſ.4. no. ff. de iuriſdict.
omn.iud. prout,& facit Menoch.in d.q.76.num.655.
cum ſequen. vbi etiam occaſione. d.conſ.91. Bartol.
30 examinat, an turbans cognita † iniuſtitia ſuæ cauſæ,
& perſeuerans adhuc perturbãdo,ob illam iniuſtam
cauſam excuſetur à præterita turbatione. ad quem
Lectorem relego.

CONCLVSIO MCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Quis probare debeat eum,qui aliàs in poſ-ſeſſione erat, dolo deſijſſe poſſidere, & quomodo id probetur.

SVMMARIVM.

1 *Reus,qui olim poſſidebat,probare debet, ſe ſine dolo malo deſijſſe poſſidere.*
Contr.ibid.nu.5. Concil.nu.7.
2 *Poſſidere quis præſumitur id,quod aliquando poſſedit.*
3 *Caprarius,capras citra fraudem ſuam abactas fuiſſe probare cogitur.*
4 *Tutor probare debet,ſe ignoraſſe tutorem petitum, vel datum,ne teneatur negligentia ob res,quæ perierunt.*
6 *Dolo dicens factum aliquid, licet in exceptione,dolum probare debet.*
8 *Benemeritus eo ipſo quis probatur, quod non probetur demeritus.*
9 *Poſſidens,qui habuit malum & vitioſum initium,tenetur etiam ſi dolo, vel culpa non deſierit poſſidere.*
10 *Poſſidere dolo deſijſſe dicitur,qui poſtquam illi innotuit me daturum libellum, vel poſtquam illum dedi,nõ poſſidet amplius.*
11 *Poſſidere dolo deſijſſe dicitur, qui tempore primæ citationis poſſidebat, & amplius non poſſidere nunc reperitur.*
12 *Poſſeſſionem rei tempore litis motæ,probare ſufficit in reali, & quaſi reali actione, ad hoc, vt dolo dicatur deſijſſe poſſidere.*

Ob multa ſæpenumero,quæ quotidie ſo
lent in praxi contingere,præ-
ſertim in exceptione rei iudicatæ.c.penult.de except.
dubitari conſueuit, quis probare teneatur eum, qui
aliàs in poſſeſſione erat alicuius rei, poſteà eam de-
ſijt poſſidere,rem illam dolo deſiiſſe poſſidere;an ip-
ſe, qui olim eam poſſidebat,ſe nimirum nullo dolo
id feciſſe an actor,ſcilicet aduerſarius dolo id effece-
1 rit. Et quod ad reum † pertineat probare ſe ſine dolo
malo deſijſſe poſſidere,determinare videtur Caius iu
riſc.in l.ſi rẽ meam ibi,quod probaueris ſine dolo ma
lo deſiiſſe poſſidere.de excep.rei ind.vbi gl.duo mira
bilia colligit,& notat, quod.ſ.quis præſumatur poſſi-
2 dere † id,quod aliquando poſſedit; & ꝙ quis præſuma
tur in dolo,niſi contra probet,concordes ad id addu-
cit.context.in l.ſi quis fundum.§. Imperator. ff. loca.
3 vbi caprarius † citra ſuam fraudẽ capras abactas fuiſ
ſe probare cogitur.& in l.pen.C. de peric. tut. vbi tu-
4 tor † probare debet ſe ignoraſſe tutorem petitum, vel
datum,ne teneatur negligentia ob res,quæ perierũt.

5 Verùm † huic concluſioni mirum in modum ad-
uerſari videtur id, quod reſpondit Vlp. in l. quoties.
6 §.qui dolo.ff.de probatio.cùm ocmpè, qui dolo † di-
cit factum aliquid,licet in exceptione docere dolum
admiſſum deberet. quo in loco gl.ſuper ver. admiſſũ
cõcordes adducit leges,& gl.in c.ſedes.in ver. dolus.
de reſcrip.quod aliàs nos pluribus confirmauimus in
concluſ.531.in ver.dolus. vol.1.

7 Conciliandæ † ſunt hæ inter ſe opiniones, & quidẽ
vt prior procedat,quando tẽpore litis conteſtatæ poſ-
ſidebat:nam ſi ipſe reus dicat,ſe nõ poſſidere, ad hoc
vt abſoluatur,præſumitur cõtra ipſum,quod dolo de-
ſierit poſſidere,& idcirco probare tenetur,ꝙ nullo do
lo deſierit poſſidere,ad hoc;vt abſoluatur, & ita loq-
tur.d.l.ſi rem meam, alioqui condemnaretur tanquã
poſſideret: ſecus autem ſi non conſtabat, quod tem-
pore litis conteſtatæ poſſideret: nam tunc dicenti, eũ
dolo deſijſſe poſſidere,probandi onus incumbet, &
ſic intelligẽda eſt poſterior ſententia:ita egregie do-
cet glo.in d.c.pen.ſuper verbo,ſine dolo,verſ. vel dic
* de exceptionib.cum qua DD. ibi.* communiter trã-
ſire teſtatur Abb.ibi col.2. nu.8.verſ. nũc quarto pro-
ut reuera tranſeunt.vt Ant. But.col.2.nu.8.verſ. quar-
to,quis probabit.Imol.verſ.in gl.2.& Fel.col.1. nu. 2.
* verſ.dum concluditur, vbi ita * communiter cõclu-
di aſſeuerat.Quamquam Io.Fabr.in §.omnium.col.9.
nu.23.in fi.Inſt.de act.eam ſequutus eſt glo.concilia-
tionem,de qua in d.l.ſi rem meã.ff.de except. rei iud.
quod ſcilicet eo ipſo, quod contrarium non probat
ipſe qui deſijt poſſidere probet,quod ſine dolo deſie-
rit poſſidere.arg.l.ſuper ſeruis.in prin.C. q milij. poſſ.
vel non lib.12.& l.omnium.C.de teſtam.quemadmodũ
8 quis probatur † benemeritus eo ipſo, ꝙ non probatur
demeritus.l.cum pater.§.rogo.ff.de leg.2.facit glo.in
c.1.in ver.non timore mortis.de his, quæ vi met.cau.
fi. ſed prior conciliatio mihi videtur tutior.

Decla-

Declaranda eſt eadē prior reſponſio, vt tunc in caſu
9 noſtro nullus ſit probandus dolus, quando ille, qui
poſſidebat, habuit malum, & vitioſum initium: nam
ipſe tenebitur, etiamſi ſine dolo, & ſine culpa deſierit
poſſidere ita reſpondit Paulus I. C. in l. ſi vi me deie-
cerit. ff. de vi, & vi arma. quòd putat eſſe notandum
Io. Fab. in d. §. omn. nu. 24. verſ. item eſt dare caſus.
10 Probabitur autem ipſum † dolo deſiiſſe poſſidere,
ex eo, quòd poſt datum libellum non poſſidet, vel poſtq̄
dixerim me daturū libellum ipſe alienauit; ita docet
Bar. in l. qui petitorio. in fi. prin. ff. de rei vend. allegat
no. in ſimili, in l. Fulcin. §. 2. ff. ex qb. cau. maio. & no.
à Dy. in c. ꝓ poſſeſſore. cir. prin. de reg. iu. in 6. Bar. re-
ferunt. & ſequunt̄ Alex. in conſ. 71. vſ prima conſide
ratione col. 1. nu. 2. ver. vñ ſi proteſtor. uol. 3. & in l. 1.
in prin. col. 1. ſub n. 1. verſ. p̄tereà alia ratione. ff. ſi ex
noxa. cau. aga. Iaſ. in d. §. oium aūt. col. 17. nu. 80. verſ.
qualiter aūt. & ibi. Io. Fab. n. 24. ver. ſed q̄s erit modus
ꝓbandi dolū. Inſt. de act. vbi ipſemet Iaſ. cõcordes ci
tat. & Barb. in cõſ. 66. & quidē viſo ꝓceſſu col. 3. verſ.
& adduco ſimile. vol. 1. & in conſ. 65. clementiſſimi
Dei patris. col. 2. ver. vñ ſapiēter dicebat Odof. vol. 3.
qb. in locis alios idē ſentiētes refert. vñ dicebat Bald.
11 in d. c. pen. in fi. quod non ſatis eſt, † reū poſſediſſe tē-
pore primæ citationis, quia poſteà præſumitur deſiiſ-
ſe dolo poſſidere per ea, quæ no. in l. apud Celſum. in
prin. ff. de do. except. ſcripſit, etiam idem Bal. in l. non
ignorabit. nu. 2. uer. vlt. generaliter. C. ad exhiben. qd
12 † in reali, & quaſi reali actione, ſufficit probare poſ-
ſeſſionem rei tempore litis motæ. ita dicit illam legē
allegari quotidie pro ſingulari. eidem Baldo accedit
Fel. in d. c. pen. ſub nu. 2. de exceptionibus.

CONCLVSIO MCXCIX.

ARGVMENTVM.

Eum, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, in interdicto, vti poſſidetis vincere, & quatenus id verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionem antiquiorem probans, obtinet in interdicto vti poſſidetis. Ratio, ibid. nu. 5.*
2 *Poſſidere eandem rem duo in ſolidum non poſſunt.*
3 *Spoliatio eo ipſo dr̄ probata, quòd quis oſtendit habuiſſe antiquiorē poſſeſſionem, nec eā nūc hēt, ſed eius aduerſarius.*
4 *Pro antiquiori poſſeſſione præſumitur.*
5 *Poſſeſſio antiqua præſumitur continuata, & iunior clandeſtina, niſi contrarium probetur.*
6 *Poſſeſſio antiqua non præfertur iuniori, quando iunior prouenit, ex iuſto titulo, & cā ab aduerſario acquiſita.*
7 *Poſſeſſio antiquior præfertur iuniori, etiamſi iunior haberet titulum, acquiſitum tamen poſt illam antiquiorē poſſeſſionem. Ratio redditur. ibid. nu. 8. & 9.*
9 *Titulus poſteà acquiſitus nil patrocinatur, quādo alterius poſſeſſio antiquior eſt, cum titulus ille præſumatur habitus ab iniuſto authore, vt ibid. nu. 8.*
10 *Curtius iun. declaratur in conſ. 108. nu. 25.*
11 *Poſſeſſio antiquior non præfertur iuniori, quando iunior probaret titulum antiquiorem poſſeſſione aduerſarij.*
12 *Poſſeſſio iuſtificata multum prodeſt ad victoriam, etiam in cauſis nudæ poſſeſſionis.*
13 *Titulus, quo ꝓbet antiqor poſſeſſionē aduerſarij remiſſiue.*
14 *Poſſeſſorij, et petitorij iudicio, vbi ſimul eſt intentata, iunior poſſeſſio cum titulo, ꝓfert̄ antiquiori poſſeſſioni ſine titulo.*
15 *Poſſeſſorium, & petitorium, vbi ſimul intentatur, et vnus probat melius de poſſeſſione, alter melius de dominio, iudex quid pronunciare debeat.*
16 *Poſſeſſio iunior cum titulo, præfertur antiquiori ſine titulo in beneficialibus.*
17 *Poſſeſſio iunior cum titulo præfertur iuniori, quæ probatur bona fide acquiſita.*
18 *Poſſeſſio antiquior iuniori præfertur, etiamſi poſſeſſiones eſſent ab vtraque parte pares.*
19 *Poſſeſſio antiquior etiā vno momento præfertur iuniori.*
20 *Dictio, & plus, tunc operatur, quando momentum temporis faceret præualere probationem.*
21 *Teſtes deponentes de poſſeſſione decem annorum, & plus, probant antiquiorem poſſeſſionem, etiamſi alius de decenni poſſeſſione docuiſſet.*
22 *Probationum momenta, vbi paria ſunt, vnum aliquid additum vni parti facit eam alteri præualere.*
23 *Prioritas, & poſterioritas temporis, vbi attenduntur, nō ſolùm dies, verumetiam hora eſt in conſideratione.*
24 *Collationes beneficij, vbi plures factæ ſunt eodem die, præfertur illa, quæ in hora præcedit.*
25 *Poſſeſſio antiquior præfertur, etiam in incorporalibus.*
26 *Poſſeſſio clandeſtina in incorporalibus non attenditur.*
27 *Poſſeſſio antiquior ſiue iuſta ſiue iniuſta præfertur iuniori, in interdicto vti poſſidetis.*
28 *Poſſeſſor antiquior ad hoc, vt iuniori præferatur, debet articulare, & allegare aduerſarium clam poſſidere, reſpectu ſuæ poſſeſſionis, & cur. ibid.*
29 *Agens remedio recuperandæ poſſeſſionis, debet deducere aduerſarium clam poſſidere, reſpectu poſſeſſionis, quę ſententia confirmatur nu. 32.*
Contra. ibid. nu. 30. Concil nu. 33. & 34.
31 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis, an detur contra titulo, & bona fide poſſidentem, & latius. nu. 34.*
35 *Poſſeſſor antiquior, deducens aduerſarium clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis. nihil agit, quando iunior paratus eſt incontinenti docere de dominio, & cur. ibid.*
36 *Poſſeſſor antiquior, licet articulare debeat, aduerſarium clam poſſidere, non tamen id probare cogitur.*
37 *Poſſeſſio iunior clandeſtina præſumitur, quando de antiquiori apparet.*
38 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*
39 *Poſſeſſionē antiquiorē habens, iuniorem poſſeſſorē clam poſſidere, etiam poſt concluſum in cauſa allegare poteſt.*
40 *Concluſio in cauſa, non impedit id, quod ex actis apparet deduci, & allegari poſſe.*
41 *Probatio iam facta, poſt cõcluſum in cauſa declarari põt.*
42 *Litem non fuiſſe conteſtatam poſt concluſum in cauſa poteſt allegari.*
43 *Poſſeſſionē antiquiorē hēns, obtinet cõtra aduerſariū, qui nō poſſidet ſed ſolū titulū ſine poſſeſſione hēt, etiāſi non allegauerit aduerſariū clā poſſidere, reſpectu poſſeſſionis.*
44 *Poſſeſſor antiquior, vbi probationes à partibus factæ fuerunt reſpectu diuerſi iuris, obtinet, etiamſi non allegauerit aduerſarium clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis.*
45 *Poſſeſſor antiquior non præfertur, quando ſciuit iuniorem poſſidere poſt ſe, & tolerauit.*
46 *Poſſeſſor antiquior, quando conſtat eum facto ſuo à poſſeſſione ceciſſe, iuniori non præfertur.*
47 *Poſſeſſiones vtriuſq; partis, vbi pares ſunt in tpe, & ꝓbationib. illa obtinet, q̄ de titulo, & dominio melius ꝓbat.*
48 *Poſſeſſio, vbi non conſtat, quæ ſit antiquior, & vnus habet titulum, alter vero non, is vincit, qui titulum habet, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*
49 *Poſſeſſio titulata, vtpote iuſtior, præferē nō habēti titulū.*
Etiamſi is, qui titulum non habet poſſeſſionem ſuam per plures teſtes probauerit, vt ibid. nu. 50 Contr. ibid. nu. 51.
52 *Poſſeſſio, & titulus, vbi ab vtraque parte probatur eſt, is vincit, qui melius titulum probat.*
53 *Poſſeſſio antiquior ea præſumitur, quæ antiquiorem titulum habet.*
54 *Titulus, vbi ab vtraq; parte oſtenditur, ea vincit quę probat prioritatem, & potiorem tituli. ibid. & nu. 55.*
56 *Titulum iuri communi conformem, vbi vna pars oſtēdit, altera vero titulum contra ius commune, præferenda eſt ea, quæ titulum ſecundum ius commune probat.*
57 *Duo vincula magis ligant, quam vnum.*
58 *Poſſeſſionem, & titulum, vbi partes æquè probarent, quid iudex facere debeat, inferenda ſententia remiſſiue.*
59 *Poſſeſſio antiqor nō ꝓferē iuniori i interdicto recuperādæ.*

60 *Poſſeſſor iunior potiſt contra antiquiorem poſſeſſorem de antiquiori poſſeſſione tertij opponere. Dūmodo habeat cauſam ab ipſo tertio, vt ibid. nu. 61.*
61 *Poſſeſſio, vbi pari modo eſt in vtraq; parte, ea præfert, quę melioribus & validioribus probationibus probat, et cur. ibi. n. 63.*
62 *Probationes meliores, et efficaciores, cæteris parib. præferunt.*
63 *Probationes, quæ meliores, & efficaciores ſint, iudicis arbitrio relinquuntur.*
64 *Poſſeſſionem melius probare dicitur, qui eam per plures teſtes probat.*
66 *Teſtes pauciores, ſed digniores, pluribus præferuntur.*
67 *Teſtes non ſubditi in probanda, quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, teſtibus ſubditis præferuntur.*
68 *Teſtes pauciores veriſimiliora deponētes, plurib. præferunt.*
69 *Teſtes laici deponētes de non delicto, præferuntur clericis, de delicto deponentibus.*
70 *Delinquere nemo præſumitur.*
71 *Teſtes deponentes de poſſeſſione, & titulo, melius probant, quam deponentes de ſola poſſeſſione.*
72 *Teſtes plures numero, melius poſſeſſionem probare dicuntur, quando omnes de poſſeſſione rectè deponunt.*
73 *Teſtes rei in dubio præſumuntur digniores teſtib. actoris.*
74 *Reo in dubio fauendum eſt.*
75 *Poſſeſſionē melius probare dicitur, qui eam per teſtes affirmatiuè deponentes probat. Quod intellige, vt ibi. nu. 77.*
76 *Teſtes affirmatiuè deponentes teſtibus negatiui deponentibus præferuntur.*
78 *Teſtes aſſignantes cām ſcientiæ melius probant poſſeſſionē.*
79 *Vicini præſumuntur melius ſcire veritatem, & illis magis creditur in probanda poſſeſſione.*
80 *Poſſeſſionem probans in ſpecie præfertur probanti illam in genere.*
81 *Probatio ſpecifica, præualet probationi generali.*
Adeo, vt probans in genere, iuris fictione fingatur nihil probaſſe, vt ibid. nu. 82.
83 *Poſſeſſio, vbi ab vtraq, parte pariter probata eſt, is præfertur, cui ius commune fauet. & cur. ibid.*
84 *Poſſeſſio antiquior iuniori non præfertur, quando iuniorem habens, probaret ſe poſſediſſe à decem annis citra.*
Quod declara, vt ibid. nu. 88.
85 *Poſſeſſio antiqua præſumitur animo continuari.*
86 *Poſſidens olim, hodie quoque poſſidere præſumitur.*
87 *Negligentia per longum tempus inducitur, & ex ea obliuio, & amiſſio poſſeſſionis.*
89 *Poſſeſſio antiquior non præfertur iuniori, quando antiquior poſſeſſor non probat, ſe etiā in præſentia poſſidere.*

In Interdicto retinendæ vti poſſidetis quotieſcun-
que ambæ partes ſunt in poſſeſſione, prout quo
tidie contingit, quando vtraq; prætendit ſe poſſidere,
1 eū victoriæ palmā reportare, & obtinere, q̄ prior † poſ-
ſidet, quæq; de anteriori, & antiquiori poſſeſſione p-
bat, colligere eſt ex c. licet cauſam, vbi id notant * om
nes. in primis abundè per Fel. ſub nu. 8. verſ. 3. cā victo
riæ. de probatio. illius n. poſſeſſio impedit, quominus
ſequēs poſſideat, vt dixit Bal. in c. ſi diligenti. col. vlt.
2 nu. 21. verſ. quæro duo. de præſcrip. cū duo † in ſolidū
eodē iure poſſidere nō poſſint. l. 3. §. ex cōtrario. ff. de
acq. poſ. & l. duo. ff. de precar. ita docuit Bart. in l. 3. &
in l. ſi duo. in prin. ſub nu. 4. ff. vti poſſide. & in l. vnic.
col. pen. ſub nu. 8. verſ. ſi vero vterq;. C. eo. vti poſſide.
hoc idē voluit Bal. in l. arborib. §. nā & ſi agrum. in
prin. ff. de vſufr. & quēad. quis vta. vbi inq̄t, q̄ ſi vnus
probet, ſe araſſe, alius ſe fructus reportaſſe, cū vterq;
actus ſit ſufficiens ad poſſidendum. l. ſi quis ſuper. C.
ſi. regūd. illū vincere, qui probat de antiquiori facto.
ad idē ipſemet rñdit in conſ. 420. verba principis. col.
vlt. nu. 8. vol. 1. in conſ. 104. comparuerūt, in fi. vol. 5.
in conſ. 445. qualiter probentur pertinentię. n. 11. verſ.
ſic modo oportet vol. 5. vbi ait, q̄ quando res eſt om
nino dubia, pp intricationem probationū, & poſſeſ-
ſionū, & mixturā actuū hincinde, ille vincit in cā, q̄
habet antiquiorem poſſeſſionē, prout etiā conſuluit
in conſ. 489. in cā vertente inter capitulū. nu. 7. vol. 3.
in hanc prætereà ſniam plene conſuluit, motus ex d.
c. licet cauſam, Anch. in conſ. 274. ad declarationem
dubij, præſertim ſub nu. 1. & in conſ. 310. tres dñi ma-
gnifici. ſub nu. 3. verſ. itē titulus. Sic ēt rñdit Alex. in
cōſ. 88. qm̄ omne datū. nu. 4. vol. 5. in conſ. 110. nu. 1.
vol. 1. in conſ. 80. nu. 13. vol. 2. & in conſ. 99. viſis pro-
ceſſib. col. 3. nu. 14. vol. 5. hoc idē cōcludunt Soc. ſen.
in cōſ. 54. viſa breui narratione. col. 4. nu. 19. vol. 4. &
in cōſ. 98. iuſtiſſimè iudex. col. 3. n. 13. eo. vol. 4. Raph.
Fulg. in cōſ. 195. proponitur, q̄ domi. Antonia. nu. 3.
verſ. poſtremo Cuma. qui ſuper eadē, qua Fulg. facti
contingentia cōſuluit, in conſ. 39. dom. Ant. Abb. in
conſ. 55. in 3. membr. lib. 2. Aret. in §. quadrupli. col.
pen. ſub nu. 49. verſ. & prædicta procedunt. Inſtit. de
actio. Curt. ſen. in conſ. 24. ſuper eo. nu. 1. Dec. in d. c.
licet cām. nu. 95. verſ. 3. in interdicto, vti poſſidetis, &
in cōſ. 302. ſub nu. 7. verſ. & in tali interdicto. Cur. iun.
in conſ. 165. præſupponitur in facto. col. 2. nu. 2. Bert.
in conſ. 224. viſo cōſultationis themate. nu. 20. vol. 3.
Barb. in conſ. 25. clementiſſimū Ducum. col. 2. volu. 4.
Bero. in conſ. 47. nu. 2. vol. 3. Pariſ. in conſ. 112. nu. 73.
vol. 1. Ruin. in cōſ. 28. in cā, & lite. nu. 5. & 6. vol. 4. &
in conſ. 53. nu. 8. eo. vol. 4. & idem Pariſ. in conſ. 126.
nu. 2. vol. 4. Goz. in conſ. 86. nu. 7. Soc. iun. in cōſ. 146.
nu. 25. vol. 1. ſubiungens * oēs ſeqni Bart. in d. l. ſi duo.
Rol. à Val. in conſ. 46. nu. 41. vol. 2. & in cōſ. 9. nu. 29.
vol. 3. vbi de * cōi dicit, ad idem plures cōgerit Bert.
in conſ. 100. in interdicto vti poſſidetis. nu. 1. volu. 1.
& plures alios ad id alle. Menoch. in cōmēt. retinen.
poſ. remed. 3. q 87. nu. 225. verſ. ſeptimus eſt caſus. vbi
ſub num. 72. declarat, quæ ſit illa poſſeſſio iudicanda
antiquior. Hinc ſcripſit Bal. in l. ordinarij. nu. 10. ver.
ſed iuxta prædicta quæro. C. de rei vendic. quòd ſi in
hoc interdicto vtraque pars probet de poſſeſſione, ſi
vnus probet p plures teſtes, ſed non plures, & digniores,
vel ſi nō p digniores, & alius probet de antiquiori
poſſeſſione, iſte debeat vincere, quia potior eſt in
poſſeſſione, p dictū c. licet cauſam. Simile eſt, quòd
idē tradidit in l. ſi de proprietate. col. vlt. nu. 20. verſ.
3 & nota, quod in l. C. ſi non à competen. iudi. qd † eo
ipſo, q̄ quis probauit, ſe habuiſſe antiquiorem poſ-
ſeſſionem, nec illā nunc habeat, ſed illius aduerſarius
eam teneat, dicatur probaſſe de ſpoliatione, per no. à
Dy. in c. ſine poſſeſſione. in fi. de reg. iur. in ſexto. nec
4 mirum profecto: etenim pro † ipſa antiquiori poſſeſ-
ſione præſumi, reſpondit Alex. in conſ. 33. num. 23.
vol. 3. ſexcēta alia iſtis ſimilia in mediū affert Nat. in
conſ. 538. fuit q. nu. 3. in conſ. 572. valde contenditur.
nu. 1. cū plur. ſeq. vol. 3. & in conſ. 649. reddidi alias,
nu. 13. & ſeq. vol. 4. & hanc cōcluſionem plurimorū
corroborat authoritatib. Rebuf. in comment. ad cō-
cor. ſub. de annat. in vlt. regula, verſ. 6. vincit is, in qua
quidem rub. latè inſiſtit circa hanc poſſeſſionis ma-
teriam, & præcipuè in beneficialibus.
5 Iſtius cōcluſionis ea ratio eſt, qm̄ antiqua poſſeſſio
præſumit continuata, ergo iunior clandeſtina cēſen-
da eſt, niſi contrarium probetur, vt d. c. licet cauſam,
vbi ſcriben. de probatio. & l. clam poſſidere. in princ.
& in §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſ. ita dixere cun-
cti ad concluſionē citati in primis Bart. in d. l. ſi duo.
in princ. ſub nu. 4. & in d. l. vni. eo. nu. 8. C. vti poſſide.
Bald. in d. l. ordinarij. ſub num. 10. C. de rei vendic. ex
eo, quòd ſecundo poſſidens non potuerit poſſeſſio-
nē quærere, niſi clam; vel niſi deiecerit eū, qui primo
poſſidebat. l. ſi finita, §. vbi autē. ff. de dam. infect. idē
ſenſere Alex. in conſ. 51. nu. 1. vol. 1. in cōſ. 147. nu. 5.
vol. 2. in conſ. 220. col. 3. ſub nu. 8. verſ. ſed ita eſt. eo.
vol. 2. & cōſ. 6. col. 3. n. 8. vol. 3. Bero. in cōſ. 58. nu. 2. &
in conſ. 61. nu. 5. vol. 3. Rimin. ſen. in conſ. 350. nō inſiſtam.
num. 11. & ibi adden. vol. 2. Curt. iun. in conſ.
368. ſacratiſſimæ Trinitatis. nu. 32. & in d. conſ. 165.
num. 3. vbi de * communi dicit Soc. ſen. in d. conſ. 98.
nu. 14.

Digitized by Google

nu.14.vol.4.Io.Petr.Ferrar.in Praxi Papien. in verb. hodie tenet.nu.4.Bello.in conſ.11.nu.4.Crot. in cõſ. 110.magnifice dom.prætor.nu.3.Rip. in c. cũ eccleſia Sutrina.ſub nu.25.verſ.ex iſtis colligo rationẽ. de cauſ.poſ.& propriet.Soc.iun.in d.conſ.146. num. 26. vol.1.& in conſ.128.nu.22.vol.2.Natt.in d. cõſ. 572. nu.1.Petr.Benint.in dec.42. in cauſa, quæ agebatur. nu.4.Alba.in conſ.64.nu.20.Marc.Angelcl. in conſ. 47.in quæſtione vertente.nu.6.verſ.tertius eſt caſus; quod eſt impreſſum inter conſ.crim.diuer.lib.2.Affl. in dec.324.agitur cauſa.nu.8.Bertran.in conſ.80.calculato proceſſu.nu.1.vol.1.in cõſ.132.dubitatur. nu. 14.vol.2.in conſ.ſeq.133.viſo proceſſu cauſæ.num.3. eod.vol.2.idẽ Natt.in conſ.521.ſcripſi aliàs.num.20. vol.3.in conſ.636.multa ſunt.nu.14.eo.vol.3. Ceph. in conſ.289.nu.57.vol.2.Doc.Octauia.Vulp. in cõſi. crim.56.breuib.nu.5.lib.1.Propterea dicebat Bal. in l.non ignorabit.nu.3.C.ad exhiben. quòd eo ipſo,qđ apparet,me prius poſſediſſe,tua ſecunda poſſeſſio pręſumatur clandeſtina,niſi probetur,quòd de ipſa ſciuerim,per d.c.licet cauſam: hinc quoq; ipſemet aſſerit. Bal.in l.ſuper longi col.vlt.ſub nu.20.verſ. ſi vero dubitatur.C.de præſcr. long temp. ꝙ ſi non appatet de iuſtitia,& iniuſtitia meæ poſſeſſionis, ſi tertius prius poſſidebat,mea poſſeſſio præſumatur iniuſta,& clandeſtina:nec tũc vſucapio per d.c.licet cauſam.Quinetiam,idẽ Bal.affirmauit.in d.c. licet cauſam.ſub nu. 30.verſ.item vt eleganter.poſt Iac.But.in l.1.C.de interdict.iſtum nouum,qui ſe aſſerit poſſidere, non dici propriè poſſidere,ſed eſſe quoddã ire, & agere. & ſi percipiat fructus,non ob id fieri poſſeſſorem, quia aliud eſt fructus,aliud poſſeſſio.l.ſi fur.ff.de vſufruc.l. Pompon.ff.quib.mod.vſufruc.amitta.l. fundi Trebatiani.ff.de vſufruc.leg.& l.ſi apes.§.vlt. ff. de fur.

Quæ ratio(vt & hoc loco iſtud attingam)tunc haberet locum,quando† non cõſtaret, quod noua illa
6 poſſeſſio eſſet iuſta, ſed eſſemus in dubio, quia tunc propter antiquiorem poſſeſſionem aduerſarij illa cẽſeretur,& præſumeretur iniuſta,& vitioſa. At vbicũque cõſtaret,& certum eſſet,ꝙ noua,& recens poſſeſſio non eſſet iniuſta, nec vitioſa,ſed iuſta,veluti ex iuſto titulo proueniente ab aduerſario, & ex facto, & contractu ipſius,non deberet dici tũc,nec præſumi iniuſta;quoniam eo in caſu non poteſt,quis dici,vi,clã, vel precario ab aduerſario poſſidere,cum ab eo ex iuſta cauſa,& ex contractu ſecum celebrato poſſideat, vt in d.c.licet cauſam,& in l.1.in prin. & §. vlt. cum l. ſeq. vbi ſcrib. ff. vti poſſide.nec tunc incertis opus erit coniecturis.l.continuus.§.cum ita,vbi glo. ff. de verb.oblig.ita declarat Bero. in conſ. 46. in cauſa illorum de Pedochijs.nu.3.vol.3.

Amplianda nunc eſt primum concluſio, ut procedat,etiã ſi alius,qui habet poſteriorẽ, vltra poſſeſſio-
7 nem haberet†titulum,qui vero antiquiorem, nullus ei eſſet titulus:nã nihilominus probans de antiquiori poſſeſſione,etiã ſine titulo obtinebit, dummodo titulus illius fuerit acquiſitus poſt antiquiorẽ poſſeſſionem.ita reſpõdit Alex.in d.cõſ.88.n.12.uerſ.ſed premiſſis non obſtantib.uol.5.motus authoritate Baldi ita decidẽtis in ſua diſputatione incip. Accuſatus de ui turbatiua.col.ult.atq.l.ſi fundus.ff.de fun.dotali,& quia aliàs quis de facili ſupponeret aliquem, à quo emeret,& fingeret ſe titulo poſsidere.arg.no. in ſimi. per ſcrib.in l.cogi.C.de petitio. hæred. ſic dicit Caſtr. in conſ.422.uiſis,& diligenter examinatis nu. 3. & 4. uol.2.ubi plus inquit,ꝙ id,quòd dicitur in hoc poſſeſſorio,obtinere eum,qui probat de titulo,intelligatur ſtante probatione æquali in tẽpore hincinde; ſecus qñ unus probat de antiquiori poſſeſſione, quia tunc nõ curamus de titulo.idẽ tradidere Bero. in conſ. 49. uiſis.n.3.uol.3.et Io.Bapt.Ferret.in conſ.7.Chriſti nomine repetito.nu.3.& ſeq.uol.1.ac Bertran. in d. cõſ. 133.nu.18.uerſ.tum etiam,quia uol.2.Natta cõſ.419.

8 in præſenti iudicio.nu.10.uol.2.tum et quia ille titulus præſumitur habitus ab iniuſto authore, ſtãte poſſeſsione antiquiori alterius partis, ut ait Rober. Maran.in praxi ciuili.par.4.diſt.7.nu.19. uerſ. quod procedit.quam ſequitur referendo Rol.à Val.in d. conſ. 9.nu.36.uol.3.iſtis adhæret Dec.in d.c. licet cauſ.nu. 95.uerſ.et iſta concluſio. et in conſ.302. et pro tenui. col.3.poſt nu.7.uerſ.et iſta concluſ. idem determinat Afflic.in dec.363.utrũ.nu.4.idem ſenſere Curt.iun. in d.conſ.168.ſub eod.nu.32.Bello.in d.conſ.2.nu.4.Io. Crot.in conſ.109.q.propoſita.nu.4. et Soc. iun. in d. cõſ.146.n.28.uol.1.atq; Rebuſ.in d.rub.de annat.ſub uer. notandum eſt. ubi etiam uer. ſeq. iſtud declarat præter ea, quæ in hac deducit ſententiam Menoch. in d.q.87.nu.728.uer.nouus eſt caſus, et ſeq.

Quòd ea etiam corroboratur ratione: nam titulus
9 poſteà † acquiſitus nil patrocinatur, quando alterius poſſeſſio antiquior eſt,ut dixit Bald.in l. data opera, num. 101. verſ. apparet ergo. C. de iis,qui accuſ.non poſſ.cui accedit.idem Dec.in d.c.licet cauſam. num. 97.verſ.nil enim.Hormano.Decius in l.naturaliter. §. nihil cõe,nu.46.ff de acq.poſſ.Gozad. in conſ.86. nũ. 19. et ita intelligendus eſt Menoch. in q. 87. nu 727. uerſ.8.eſt caſus.dum ſimpliciter inquit habẽtem poſſeſsionẽ antiquiorem obtinere, etiam ſi aduerſarius iuniorẽ poſſeſſionem habens probet, ſe antiquiorem titulum habere:nã iſtud procedit, quando ille titulus ab eo habitus eſt, poſt illam antiquiorem aduerſarij poſſeſſionẽ,iuxta ea,quæ ab eo.ibi.ad hoc allegãtur.
10 ita et videt poſſe intelligi id,quod tradidit Curt.iun. in conſ.108.nu.25.verſ attento maximè,dũ vult poſſeſſionem iuniorem cum titulo non eſſe præferendã antiquiori poſſeſſioni abſq; titulo,qñ poſſeſſor ille eſſet adeptus titulum poſt poſſeſſionem: nam ibi Curtius fortaſſe intelligit non de titulo acquiſito ab ipſo iuniori poſſeſſoie poſt ſuam ipſiuſmet poſſeſſionem antiquiorẽ aduerſarij,dum ibi allegat ad id Bal.in diſput.incip.accuſatus de vi turbatiua.eo etenim in loco Bal.nõ loquitur de titulo acquiſito poſt poſſeſsionẽ ſui authoris, ſed poſt aduerſarij antiquiorem poſſeſſionẽ,prout ita intelligendũ eſſe Bal.ibi, fidem facit Alex.in d.conſ.88.ſub nu. 12.vol. 5. dũ ſic inquit. Plus dicit Bal.in diſput.ſua incip. accuſatus de vi turbatiua,ꝙ in interdicto vti poſſidetis,obtinet ille, qui docet de antiquiore poſſeſſione ſine titulo, et ſi aduerſarius doceat de poſſeſſione iuniori cum titulo poſt antiquiorẽ poſſeſſionem.ſic etiam Bal.intelligit Bero.in cõſ.94.viſis cap.n.11.verſ.2.facit.vol.3. Nat. in cõſ.419.in præſenti iudicio.col.vlt.n.10.verſ. huic arg.vol.2.ac Hieron.de Monte in tract.de finib.regẽ. c.47.nu.9.& in c.67.in fi.& quamplures ex iis,quos in ampliatione præcedẽti,& in limitatione ſequẽti adduximus.in primis.Rui.in cõſ.53.in hoc iudicio. col. vlt.ſub nu.14.vol.4.& Rol.à Val.in d. conſ.9. nu.45. verſ.ſimiliter non obſtat.vol.3. vt & in hac mãſit ſententia ipſemet. Curt.iun. in d.cõſ. 168. nu.32.ne igitur Curt.ſibimet aduerſetur, ita vi. poſſe explicari. in d. conſ.108.quanquam ſi diligenter illius verba examinenẽ, intellexiſſe. ibi Curtium opinor de titulo acquiſito ab ipſo iuniori poſſeſſore, poſt ſuam ipſiuſmet poſſeſſionem ut ſic eum intellexit Crauet. in conſil. 258.efficaciora viſa ſunt.ſub nu.22. verſ. aduertendũ tamen.vol.2. quem etiam ibidem reprobat.

Limitanda eſt,primo loco iſthæc ampliatio,vt locum ſibi nõ vendicet,vbi & titulo, & poſſeſſione ab vtraq; parte probatis,à ſecundo poſſeſſore probaret
11 titulus † antiquior poſſeſsione aduerſarij,& ſic illius poſſeſsio eſſet magis iuſtificata:nam ex prioritate,& antiquitate tituli preſumitur poſſeſsio antiquior,vel ſaltem iuſtior,vt egregiè dicit Bal.in d. c.licet cauſã. nu.30.in l.poſt ſñiam ſub nu.4. C. de ſent. & interlo. om.iud.& in l.ſiue aũt.in §.ſi duob.in fi.ff.de publ.in rem actio.ac in conſ.58.quidam eſt accuſatus.vol.5.

ex ſententia Iac. de Aret. in l. quoties. C. de rei vẽdica-
tio. Bal. ſequuti ſunt Rip. in d. §. nihil commune. nu.
100. ibid. Claud. Marmer. n. 93. ac Horman. Decius
nu. 45. Fel. in d. c. licet cauſam, ſub nu. 9. verſ. quartaq; à
victoriæ. in fi. ac Soc. ſen. in d. conſ. 98. col. vlt. nu. 16.
verſ. 3. dato. vol. 4. et ante hos ita reſpondit Anch. in
cõſ. 297. efficacib. nu. 4. & 5. adeò vt probans cauſam
iuſtiorem vincit; & tãto cenſet iuſtior, & potior, q̃to
magis eſt à titulo & à proprietate cauſata: quia ad vi
12 ctoriã cauſæ ẽt nudæ poſſeſsionis † multũ prodeſt poſ
ſeſsio iuſtificata; verba sũt aurea. Bal. in d. l. data ope-
ra in fi. C. de iis. qui accuſ. non poſſ. idem voluit Ang.
in d. l. quoties. vñ conſtito de iure, & titulo, tunc ẽt no
ua poſſeſsio prodeſt, q̃a non p̃ſumit̃ clandeſtina: in-
telligendo, vt modo diximus, ut ait Bal. in d. l. ordina
rij. nu. 10. C. de rei uendic. & cæteri in hanc rẽ à Curt.
ſen. allegati in d. cõſ. 24. n. 5. uerſ. 3. me mouet. in cõſ.
72. magnifice uir. nu. 6. uer. aduertat dignitas ueſtra,
& in conſ. 76. ſuper motiuis. col. pen. ſub nu. 5. verſ. ſe-
cunda concl. quẽ refert, & ſequitur Nat. in d. cõſ. 549.
nu. 15. uol. 4. hoc idẽ placuit Fulg. in d. conſ. 194. n. 3.
Cuma. in conſ. 49. nu. 3. Iaſ. in d. §. nihil cõmune. nu.
39. uerſ. id benefacit, & ibidem * omnes. Aret. in conſ.
42. in fi. ac prius his. Alex. in d. conſ. 99. num. 4. vol. 5.
Rui. ẽt in d. conſ. 53. nu. 13. & col. ult. ſub nu. 14. uerſ.
& vbi ẽt uol. 4. ubi inquit, ita debere intelligi ea, quæ
tradidere Butr. in d. c. licet cauſam. col. antep. nu. 56.
uer. oppono. quòd non arctẽtur. & uer. ſeq. de probat.
36 *Priuilegium allegans debet ipſum probare.*
37 *Canonici dicentes ſe in aliquo priuilegiatos, licet fuerint in eius vſu, & quaſi poſſeſſione probare tenentur.*
38 *Poſſeſſio rerum incorporalium non releuat ab onere probandi, quando præſens ſtatus contradicit eius origini, & naturæ.*
40 *Poſſeſſio rerum corporalium, ita demum releuat ab onere probandi, ſi eſt poſſeſſio ſtatus, vel qualitatis, quæ ineſt actualiter, vel eſt apta ineſſe ab origine.*
41 *Poſſidens res incorporales mala fide, & de dolo malo, non releuatur per eam ab onere probandi.*
42 *Poſſeſſio cum mala fide in incorporalibus nunquam transfert onus probandi in aduerſarium.*
43 *Poſſeſſio etiam cum mala fide transfert onus probandi in aduerſarium fauore religionis.*
44 *Præteritum tempus in his, quę temporis curſu mutantur, non facit præſumi de præſenti, & nu. 45.*
46 *Aetas ex aſpectu iudicatur.*
47 *Poſſeſſio alicuius ſtatus, vel qualitatis, quæ repugnat origini rei, etiam ſi conueniat intentioni aduerſarij, non transfert onus probandi in aduerſarium.*
Contrarium, nu. 50. Concil. nu. 51.
48 *Libera vnaquæque res præſumitur.*
49 *Seruitus non habet cauſam naturalem, ſed aut impoſititiam, aut præſcriptitiam.*
52 *Poſſeſſio ſtatus, aut qualitatis iuri communi repugnantis, vbi in iudicium principaliter deducitur, non releuat ab onere probandi.*
53 *Poſſidens ſeruitutem, vel priuilegium, vbi his vult vti in præiudicium tertij, non releuatur à probandi onere.*
54 *Præteritum facit præſumi in ſequenti.*
55 *Notariatus dicitur quoddam priuilegium, contra ius commune à Principe conceſſum.*
56 *Notarius ad hoc, vt per eum geſta teneant, ſufficit, quòd probet, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione Notariatus.*
57 *Notariatus quaſi poſſeſſio non ſufficit, vbi notarius petit ſe Notarium declarari ad perpetuam memoriam.*
58 *Poſſeſſio ſtatus aut qualitatis, quæ non conuenit, nec origini rei, nec contradictioni aduerſarij, onus probandi transfert.*
59 *Poſſeſſio qualitatis vbi non eſt ſeparata à proprietate, vel eſſentia rei, onus probandi in aduerſarium transfert.*
60 *Quilibet ab origine ſine malitia naſcitur.*
61 *Poſſeſſio ſeruitutis, & contumacia aduerſarij, onus probandi in eum transferunt.*
62 *Contumax ſemper fingitur fateri.*
63 *Poſſeſſor hodie, olim quoq; ipſemet, & non alius poſſediſſe præſumitur.*
64 *Aſſerenti ſe eſſe illum, qui poſſedit, creditur, & negãti onus probandi incumbit.*
65 *Poſſeſſio non transfert onus probandi in aduerſarium, quando contra poſſidentem adeſt aliqua præſumptio.*

66 Poſſeſ-

66 Poſſeſſio cui ius commune reſiſtit, non transfert in nõ poſ-
ſidentem probandi onus.
67 Poſſeſſio contra ius commune nihil releuat.
68 Poſſeſſio violenta hominis liberi, tanquam ſerui, cum ſit
damnata a iure, nil iuuat.
69 Poſſeſſio iuris decimandi in aliena diœceſi nihil prodeſt,
quia ei ius reſiſtit.
70 Poſſeſſio contra ius commune, coadiuuata aliquo titulo,
releuat ab onere probandi.
71 Poſſeſſio non transfert in aliũ probationem, quando ius
proprietatis principaliter in iudicium deducitur.
72 Poſſeſſio licet releuet ab onere probandi, titulum, id tamen
fallit, quando actor illũ principaliter in iudicio deducit.
73 Poſſeſſio in feudalibus, quando releuet ab onere probãdi.

Magnum reuera poſſeſſionis eſt cõmo-
dum: longè namq; cõmodius
1 eſſe, & potius † poſſidere, quam petere, & huius emo-
lumenti gratia plerumq; & fere ſemper ingẽtes exi-
ſtere contentiones de ipſa poſſeſſione, dicere ſolebat
Imp. in §. retinendæ. Inſt. tit. de interdict. idẽ colligitur
ex c. 1. de cõten. inter dom. & fide. l. 1. ff. de Saluia. in-
terdic. & ex l. ſi debitor. ff. de pigno. propterea gl. eos,
2 qui tenẽt, & poſſident beatos † appellauit, in §. ſi tres,
vel plures, in verb. tegrat. de pace tenẽ. & eius violat.
in vſib. feud. hinc ẽt dicebat. Spec. in tit. de emphyt.
§. 5. nu. 83. verſ. 66. quæritur, poſſeſſorem habere plus
3 iuris in retinendo, quam actorem † in agendo. habere
ẽt dicitur, qui iure poſſeſſionis fruitur. l. 1. §. habere. ff.
4 ne quid in loco publ. & qui † habet poſſeſſionem, di-
citur habere ius in re. teſte Alc. in conſ. 312. nu. 4. lib.
4. inter cæteras vero, quæ variis in locis colligere pru-
dentes, quamquã ſolet ingentes vtilitates afferre poſ-
ſeſſio, ea non eſt in poſtremis habenda, qđ onus pro-
5 bandi † in aduerſarium transferi; cum enim coniectu-
ra ſit, eũ, qui poſſidet, iure poſſidere, fit vt poſſeſſio in
ſuo loco remanere debeat, niſi actor ſuam eſſe legitimè
ꝓbauerit, vnde dici cõſueuit, cũ obſcura ſunt vtriuſ-
6 que iura, ꝓ poſſidente iudicandũ eſſe, in d. §. retinen-
dæ. quæ concluſ. noſtra apertè probatur ex c. ſæpè de
reſtit. ſpol. c. ex literis de probatio. c. ad aures. de præ-
ſcrip. clem. 1. vt lite penden. l. circa. ff. de probatio. l. ſi
quis liberũ. ff. eod. l. 2. l. ſiue poſſideris. l. matrẽ, iuncta
gl. in uerb. cõuenit. in fi. & ibi Bar. ac alii. l. actor. l. uis
eius. C. eo. de probatio. l. liberis. §. ult. ff. de liber. cau. l.
ult. C. de rei uend. l. ob maritorũ. C. ne uxor pro ma-
rito. & ex l. ſi accuſare. C. de eden. ꝙ & aliis iuribus, ꝗ̃
plurimis affatim ꝓbat Tiraq. in tract. de iure primo-
genit. in 11. opin. 17. q. nu. 19. & 20. uerſ. & præter eos,
cũ ſeq. ſic tradidere Bald. in conſ. 335. num. 3. vol. 5.
Corn. in conſ. 90 uiſo proceſſu. col. 3. nu. 18. uol. 2. &
Soc. ſen. in conſ. 216. accuratè. num. 1. uol. 2. Barb. in
conſ. 18 præclarè ſcriptum eſt. col. 15. uerſ cũ ergo in
propoſito noſtro. uol. 2. in cõſ. 55. ſapienter ſcribitur.
uol. 5. uerſ. modo in propoſito noſtro. uol. 2. & in cõſ.
12. difficile eſt. col. pen. uerſ. eſt præterea aduertendũ.
uol. 3. Cur. ſen. in l. admonendi. nu. 323. uerſ. ſic ẽt ex
poſſeſſione. ff. de iureiur. Corn. in cõſ. 90. uiſo ꝓceſſu.
nu. 18. uol. 2. Rim. ſen. in conſ. 127. cognito proceſſu.
nu. 10. uol. 1. Dec. in cõſ. 467. benè in prin. & cõſ. 468.
uiſo caſu propoſito, in prin. & in d. c. literis. col. 2. in 5.
no. n. 20. & ſeq. de probatio. in conſ. 252. dura admo-
dũ. nu. 1. in conſ. 410. in cã mota Mediolani. nu. 5. in
conſ. 424. proponitur. nu. 2. & ſeq. Robert. Maran. in l.
is poteſt. n. 219. uerſ. & per hoc notã. ff. de acq. hær. Io.
Coral. in §. nihil commune. l. naturaliter. nu. 18. uerſ.
tertium commodum eſt. ff. de acquir. poſſ. & ibidem
Berenga. Fernan. ſub nu. 2. uerſ. decimoquarto differ-
runt. Ripa. in d. c. ſæpè. ſub nu. 2. uerſ. tertiũ commo-
dum. Sylua nus in conſ. 27. diligẽter, & maturè. nu. 7.
& ſeq uerſ. tertia, eſt cõcluſio, quibus in locis hi autho-
res, quamplurima cõmoda, quæ nobis poſſeſſio parat,
commemorant, concluſionẽ quoq; noſtram confir-
mat Nat. in cõſ. 473. quædam nomine Syluia. nu. 12.
vol. 3. Ceph. in conſ. 4. Illuſtris D. Claudius. num. 53.
vol. 1. & in conſ. 77. cum in hac cauſa. nu 46. eo. uol.
1. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. centu. 1. lib. 2. caſ.
48. nu. 12. & nu. 34. ubi ait poſſeſſionem, non eſſe pro-
bationem, ſed releuationem ab onere probãdi, & in
comment. adipiſc. poſſ. remed. 4. q. 95. num. 794. poſt
uerſ. declaratur ſexto.
7 Concluſionis noſtræ ratio eſt, quoniam † ex poſſeſ-
ſione præſumitur titulus, vt eſt tex. in d. clem. 1. vt lit.
pend. vbi probatur ex poſſeſſione, ius præſumi etiam
ad commodum tertij, quem tex. ad id dicit ſingula-
rem Barb. in d. conſ. 12. col. pen uerſ. eſt præterea ad-
uertendum. uol. 3. & in addit. ad Bal. in c. 1. tit. de con
ten. inr. dom. & fide. ac Tiraquel. vbi ſupra. num. 20.
in fine.
Ex hac ita confirmata concluſione ſequitur, quod
8 licet alias, quando † tempus eſt fundamentum inten-
tionis alicuius, debeat ab eo probari, vt elicitur ex tra
ditis à glo. in l. cum actum. in ver. non poteſt. & ita à
Bart. nu. 6. ff. de neg. geſt. in l. qui iuraſſe. in §. ſi pater
iurauerit. in verſ. acquiſiſti. ff. de iureiu. à Bart. iti dem
ac cæteris in l. nõ ſolum §. ſed vt probari. ff. de excep.
rei iud. à gl. in c. venerabilib. in glo. pen. de ſenten. ex-
com. in 6. poſtremò a Bal. atque Saly. in l. vlt. per illũ
tex. C. an ſer. ex ſuo fac. in quam ſententiam multa de
more ſuo accumulat. And. Barb. in conſ. 29. col. ante
pen. in fi. uol. 1. in rub. C. qui admitti. nu. 6. uerſic. ſed
poſſet quiſpiam. & ibi Cag. nu. 59. uerſ. circa ſecundã
9 partem rub. iſtud tamen locum † non habet, cum ip-
ſe reperitur in poſſeſſione, vt egregiè docet Bart. in l.
1. §. non autem. ſub nu. 1 verſ. 1. ff. de bon. poſſ. ſecun.
10 tab. quo in loco determinat, quòd † ſi duo producan-
tur teſtamenta eadem die confecta, qui ſcriptus hæ-
res poſſidet anteponendum eſſe, idem confirmatur
ex tex. d. c. ex lit. de probat. & c. ſi à ſede, de præben. in
6. in hanc eandem ſententiam conſultum eſt a Bald.
in conſ. 274. licet allegationes. nu. 2. uerſ. proponitur.
vol. 2. ad idem reſpondit Alex. in cõſ. 19. admodum
præclarè. nu. 1. uol. 2. ac tradidit Cur. ſen. in l. admonẽ
di. ſub nu. 323. uerſ. 6. moueor. ff. de iureiur. Bar. ſequi-
tur. Gem. in c. pen. col. 4. nu. 5. de reſcrip. in 6. relatus à
Iaſ. in l. 1. col. 2. nu. 7. ſub uerſ. tertio limit. ff. ſol. matr.
Aret. in prin. tit. Inſtit. de adomptio. leg. col. 2. ſub nu.
2. verſ. & Bart. Io. Coral. in d. §. nihil commune. n. 17.
uerſ. ſecundus fructus poſſeſſionis. & Marah. in d. l. is
poteſt. nu. 219. ꝙ eſſe benè notandum pro limitatio-
ne eius, quod dixit gl. in l. ult. C. de edic. diu. Adr. tol.
& gl. in c. ult. ubi lũtas. 13. q. 2. ac in c. ſi duob. de reſcri.
in 6. aſſeueràuit. Barb. in conſ. 23. ſcripſit Propheta.
col. pen. uer. uenio ad ultimam dubitationẽ. uol. 1. &
idẽ pulchrè in d. conſ. 35. col. 5. uerſ. 4. præmitto. uol.
2. aliis hoc idẽ confirmat Tiraq. in d. tract. de iur. pri-
mig. in 11. opin. 17. q. nu. 9. uerſ. huc item reſpexit.
Cui quidem pronunciato proculdubio quadrat, &
11 illud, ut is, qui agnouit † bonorum poſſeſſionem præ-
ſumatur in dubio, tempore congruo agnouiſſe, nec
teneri iſtud probare, quando eſt in poſſeſſione reali
bonorum. Ita concludit Barb. in d. rub. C. qui admit.
col. 2. num. 7. verſ. fateor tamen, & ibi, quo ad hoc i-
ſtum ſequuntur Iaſ. col. 2. & ſeq. ſub nu. 7. uerſ. & tunc
ait iſte. Dec. nu. 38. uer. ſed breuiter. Iac. Niger. nu. 13.
uerſ. iuxta hanc partem rub. ac cæteri, excepto. Cagn.
num. 62. uerſ. limitatur prædicta concluſio, & ſeq. &
in l. in pari. nu. 8. uerſ. & adde ultra prædicta. ff. de reg.
iur. per ea, quæ ab eo ibidem traduntur.
His finitimum eſt, ꝙ ſcriptis prodidit. gl. in c. nulli.
12 12. q. 5. ubi ſingulariter decidit, quod ſi † rector Eccle-
ſiæ decedat; quæ ratuſque, an quæſita, ſint ex clerici
patrimonio; an ex redditibus Eccleſiæ: pro eo præſu-
mi, qui eſt in poſſeſſione proinde conſanguineũ poſ-
ſidentem Eccleſiæ eſſe præferendum, ꝙ clarius expli-
catur. in c. ſint manifeſte. in uerſ. probatur. 12. quæſt.
1. ubi

ſ.vbi ait, quòd ſi poſt mortem clerici Eccleſia ſit in
poſſeſſione rerum, hęredibus incumbit onus proban-
di bona illa non eſſe Eccleſiæ: ſed ſi hæredes ſint in
poſſeſſione, tunc Eccleſiam illud debere probare, cui
ſe ſubſcribit Curt. ſen. in d. l. admonendi. ſub d. num.
423. verſ. nono faciat. & eandem gl. valde ſingularē
appellat. & ſequitur Barb. in d. conſ. 23. eodem. col.
pen. verſ. & adduco gloſſam, volu. 1. quam opinionē
fulcio ex eo, quòd in ſimili dixere gl. in l. cum opor-
tet. in princ. in verſ. ex eius ſubſtantia, in fi. C. de bon.
quæ liber. & Bal. in auth. ex teſtamēto. C. de collatio.
vbi ſi dubitetur, an illud, quod habet, acquiſiuerit ex
bonis patris, an aliundè, & quæratur cui incumbat
13 onus probandi, ſtatuunt † incumbere non poſſidenti,
quos refert Alex. in conſ. 140. circa primum dubium
* num. 3. vol. 5. id * omnes ſequūtur; cum conſtat præ-
14 latum † aut clericum tempore promotionis habuiſſe
bona propria; nempè Ioā. Andr. & Card. Flor. in c. vt
vnuſquiſq; vbi Abb. in fi. de pecu. cleri. Arch. in d. c.
ſint manifeſtè. nu. 4. 12. q. 2. Soc. ſen. in d. conſ. 116. per
tot. iſtud cōſ. vol. 2. ac cæteri à Tiraq. relati in d. tract.
de iure primoge. in 11. opin. 17. q. n. 8. ver. occurit hic.

Eiuſdem notæ eſt traditum à Bart. in l. ſi inter nu.
1. verſ. ſed quæro. ff. de reb. dub. vbi pręclarè admodū
15 ſtatuit, quòd ſi donatio † facta ſit inter virum, & vxo-
rem, & ambo deceſſerint, adeò vt non appareat, vter
prior perierit, in dubio pro poſſidente res hæredita-
rias præſumendum eſſe, qui pp poſſeſſionis cōmodū
transfert onus probādi in aduerſariū. ex d. l. vlt. C. de
rei vend. & in d. l. in pari. ff. de reg. iur. & in c. pari. eo.
tit. in 6. idē dixit ipſemet Bart. de patre, & filio ſimul
morientib. in l. q duos. §. cū in bello. ff. eo. de reb. dub.
Bartolū referunt, & ſequuntur Barb. in d. cōſ. 23. col.
pen. verſ. & adduco, quòd ſapienter, vol. 1. vbi multa
iſtis ſimilia in medium profert, Cur. ſen. in d. l. admo-
nendi, ſub eo. nu. 473. verſ. 4. moueor. cū verſ. ſeq. Io.
Coraſ. d. §. nihil cōe. nu. 17. in fi. ac Lauten. Sylua. in
d. conſ. 27. ſub nu. 7. verſ. bene facit, quòd pulchrè vo-
luit Bar. de qua re meminit & Tiraq. vbi ſupr. nu. 12.
verſ. adde. & quod ſcribit Bart. & nu. ſeq. confirmat.
eandem Bartoli doctrinā nos ſequuti ſumus, & plu-
ribus alijs confirmauimus infra in verſic. ſubſtitutus.
cōcl. 1333. nu. 14. ſub verſ. 3. declaratur hoc eo. vol. 2.

Accedat, & quòd in hanc rem ſcriptum eſt à Bal.
in c. capitulum ſanctæ Crucis, col. 1. verſ. quid ſi, eadē
16 die. de reſcript. vbi docuit † quòd ſi duo impetrarint à
ſummo Pont. vel Rege officiū, neutrum debere ad-
mitti: quòd ſi alter poſſideat, pro illo præſumēdum,
& iudicandum eſſe; quia eo ipſo, quòd poſſidet; plus
iuris habet eo, qui non poſſidet. l. 1. in fi. ff. vti poſſid.
Baldum refert, & ſequitur Curt. ſen. in d. l. admonēdi.
ſub eodem nu. 323. verſ. 8. facit. idem dixit Ang. in d.
l. ſed cum ambo. nu. 1. in fin. ff. de iud. de duobus, qui
impetrarunt præbendam in eadem die: cui adhæret
idem Cur. modo relato loco, verſ. 7. per ea. & Syluan.
in d. conſ. 27. nu. 7. circa fi. & idem eſſe inquit in feu-
do conceſſo eo. die, in diuerſis bullis, & in diuerſis
teſtamentis, vt & memoriæ prodidit Caſellia. Cor. in
memoria. incip. poſſeſſionis commoditas.

Ex eodē fonte manat, quòd conſul. reſpondit Soc.
ſen. ſuper cōtrouerſia orta quorundā pręդiorum, quę
poſſidebātur, à Communitate Caſtri noui intra fines
Sarzanæ patriæ meæ, quæ tanquā benigniſſima parēs
me ciuem ſuum æquè ac filiū genuit, aluit, & educa-
uit, cui me tantū debere profiteor, quātū nec Deo
Opt. Max. atq; meis parentibus, & ipſi patrię (vt dice-
re ſolebat Peripateticorum facilè Princeps Ariſtote-
les) parē gratiā me poſſe referre cognoſco, & quantū
me nunquam perſoluere poſſe confido. Ad rem itaq;
noſtrā redeundo, licet ea, quæ ſunt infra fines, pręſu-
17 mant † illius eſſe, cuius sūt fines, authore Bal. in rub.
C. de contrah. empt. nu. 23. verſ. 22. quæro per l. æde.
ſacra. § vlt. ff. eodem de contrah. empt. quod tradidit
Paul. Caſtr. per tex. in l. 1. in prin. ff. de acq. poſſeſ. vbi
dicit, quòd loca, quæ ſunt intra fines, præſumuntur
eſſe communitatis, cuius ſunt fines; adeo vt domini,
& communitates habeant intentionem fundatam
quoad res ſitas in ſuo territorio, donec contrarium
probetur, vt ait Hoſt. in c. ſi diligenti. de præſcriptio.
& nos vberrimè id probauimus in cōcl. 217. in verſ.
bona intra fines Regni. vol. 1. tamē contra, ſi quis ſit
18 in poſſeſſione eorum bonorū, ipſe habebit † intentio-
nem fundatam, & transfert onus probandi ad domi-
num, aut communitatem territorij, in quo bona illa
ſita sūt, ea nempè ad ſe pertinere, & ſpectare, ob poſ-
ſeſſionis naturam, quæ transferre ſolet onus proban-
di in aduerſarium. d. §. retinendæ, Inſtit. de interdict.
d. l. vlt. C. de rei vend. & l. ſiue poſſideтis, vbi Doct. C.
de probat. nam antequam actor probet illa ad alium
non pertinere, reus, qui poſſidet, ex ſola poſſeſſione
probat dominium. d. l. ob maritorū, & ibi glo. ac alij.
ne vxor pro mari. in l. cum res. C. de probat. & plene
Bar. & cæteri. in l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſtit.
proinde cum communitas Caſtri noui, fuerit in poſ-
ſeſſione prædiorū, quæ intra Sarzanæ fines, obtinet,
merito eiuſdem patriæ meæ partes eſſe probandi ad
ſe, ea ſpectare, non ad dictam communitatem, con-
ſuluit idem Soc. ſen. in conſ. 127. viſis capitulis. nu. 2.
cum ſeq. verſ. capio ſecundam dubitationem. vol. 2.
vt ibi plenius per eum, quod conſilium de verbo ad
verbum repetitum eſt in conſ. 181. vol. 3.

Superioribus maiorē in modum conuenit, quòd
profitendo ſenſit Iaſ. in l. 1. col. 2. nu. 7. verſ. 3. li enim.
ff. ſolut. matr. quo in loco protulit, quòd licet repertis
duobus inſtrumentis eadem die confectis, nec vllo
modo cōſtet, quod prius, & poſterius fuerit conditū,
19 præſumendum ſit dotis † inſtrumentum priore loco
factum. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. quæ quidem fuit
concl. Bar. in d. l. 1. cui omnes aſſentiuntur: tñ id locū
20 ſibi vendicare non pōt, vbi alius priuatus † eſt in poſ-
ſeſſione; qui præferendus eſt, & illud inſtrumentū do-
tis prius eſſe factū in aduerſariū probandi onus trāſ-
fert, etiam quando datur perſona priuilegiata. d. c. ſi
à ſede. de præb. in 6. & d. c. ex literis. de prob. vbi gl.

Simile quidpiam voluit Bal. in c. ex literis. num. 6.
ſub verſ. nos habemus de cōſuetud. vbi decidit, quòd
ſi ſint duo eiuſdem nominis, & cognominis, & vnus
21 poſſideat inſtrumentum, ille præſumatur † creditor,
& transferat onus contrarium probandi in aduerſa-
rium; quia præſumatur pro poſſeſſore per ea, quæ an-
te diximus: quem refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. 1. ſub
nu. 7. ff. ſolut. matrim.

Quibus & proximum eſt, ꝙ ſequitur. Etenim in ar-
dua illa quæſtione labirintho inextricabiliore, quæ
oēs ferè iuris interpretes anteſignanos mirū in mo-
dum torſit, quam mare Anglicanum, ideſt materiā
profundā continere, dixit Alberi. à Roſa in l. precib.
col. 3. C. de impub. & alijs ſubſtit. quando ſcilicet, ali-
qua mulier eodem partu duos peperit ſucceſſiuè: cū
certum ſit, naturā non permittere ſimul vno impetu
duos infantes de vtero matris prodire, vt inquit I. C.
in l. Arethuſa. ff. de ſtat. hom. ignoretr aūt, nec poſteà
ſciri poſſit, quis iſtorū infantium prior egreſſus fue-
rit: tunc in iſtis geminis circa rēs indiuiſibiles in iure
22 primogenituræ illum † eſſe præferendum, q nunc eſt
in poſſeſſione, & ob id ab onere pbādi releuari; opti-
mè colligitur ex eo, quòd tradidit gl. in l. idem erit in
verſ. quæſtio. in fi. ff. de ſtat. homin. quam ſequit̄ alijs
id corroborans Io. de Cirier. in tract. de primogenit.
in 3. col. q. 11. nu. 1. & 6. cum ſeq. & in hanc ſententiā
plurima, vt aſſolet, congerit Tiraq. in d. tract. de iure
primigen. 11. opin. 17. quæſt. per totum, quamuis ipſe
in concluſione d. q. 17. nu. 7. verſ. igitur, vt totam ſe-
quitur in hac dubitatione eam opinionem, quę dicit
vtrunque admitti, ſiue in dignitatibus regalibus, ſiue
in cæteris rebus hæreditarijs, de qua per ipſummet in
princip.

princip.d.q.17.& in 4.opin.d.17.q.incip. ad quartam
opinionem,quam ibid.in princip.communiorem,&
humaniorem vocat, & in d. concluſ. totius quæſtio.
vbi hoc procedere aſſerit, niſi alter prior poſſeſſionẽ
rerum adeptus fuerit, is enim interim præferetur,niſi
alter maiorem natu eſſe ſe probaret ; aut niſi hic,
qui poſſeſsionem prior accepit , eandem amiſerit,
& alter eandem acquiſiuerit,& diutius poſſederit,in
eaque eſſet , cum lis de hoc iure intentaretur : tunc
enim is , qui in poſſeſsione eſt,præferetur, niſi etiam
alter maiorem natu ſe eſſe probauerit.

Nec minus eandem concluſionẽ noſtram corro-
borat,quòd docuit gl.in c.afferte.in gl. vlt.poſt prin-
cip. de præſumpt. quòd ſi in caſu illius. c. vtraq; ma-
ter illud dixiſſet, quòd altera tantum dixit , ſcilicet,
date huic infantem viuum , & non occidatur tunc
enim fuiſſet Infans adiudicandus ei, quæ erat in poſ-
23 ſeſsione† niſi à contraria parte, in quam propter di-
ctam poſſeſsionem fuiſſet tranſlatum probãdi onus,
alia probatio interueniſſet, quam gl.ibidem *omnes
ſcribentes libenter amplectuntur , & ſequũtur eam-
que dicit ſingularem Barb. in l. in illa ſtipulatione.
col.29.ff.de verb.obl.ut idem teſtatur Tiraq.vbi ſup.
nũ.7.verſ. his quoque.

Huc itidem illud pertinet ; quòd ſi quis opponat
cauſam proprietatis contra executionem ſententiæ,
ipſi non incumbet onus probandi de proprietate,qui
24 erit† in poſſeſsione, ſed non poſsidenti ; ſiue ſit quæ-
ſtio proprietatis,ſiue dominij ita concludũ Bar. in l.
à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.col.2.nu.4.& ibid.Iaſ.col.
2.nu.8.verſ.circa primum. ff. de re iudic.per gl.in d.l.
ob maritorum.C.ne vxor pro mari. idem tenet Bart.
in l.is,cui.§.bonorum.in fi.ff.vt in poſſeſ.leg.& l.qui-
dam in ſuo.ff.de condit.inſtit.

Plurima alia ſuperioribus valde conſentanea, pro
maiori concluſionis noſtræ cõfirmatione, in mediũ
adducere ſtatuerã,ſed cũ ea adamuſsim à Tiraq.in d.
22.opin 17.q.per tot.collecta deprehenderim, & nõ-
nulla à Rebuf.in trac.de pacifi.poſ.à nu.371.ver.no-
tandũ eſt tamẽ,vſque ad nu. 376.& illius Tiraq.ope-
ra omniũ verſentur manibus, ideirco hoc labore ſu-
perſedebo,& ad ea , q̃ ibi copioſè ſcripſit,me reijciã.

Concluſionẽ hanc ita confirmatã velim amplies
primum, vt non ſolum procedat in corporalibus,ſed
25 etiã in iuribus incorporalibus:nam pro eo,qui eſt† in
quaſi poſſeſsione alicuius qualitatis,tàm perſonalis,
quàm realis,præſumitur, vt releuetur ab onere ꝓban-
di,transferaturq; id onus in aduerſarium : ita egregiè
ſenſit gl.in l.ſolemnibus , in verſ.ſi alijs, vbi pulchrè
26 Paul.Caſtr.C.de fid.inſtr.vbi ait , militem† ſolemni-
bus ſtipendijs honeſtè ſolutum , qui ſuper huiuſmo-
di re inſtrumenta facta amiſerit, veteranorũ priuile-
gia uſurpare poſſe,etiam ſi aliter miſsionem honeſtã
non probet,cũ eſt in quaſi poſſeſsione illorum priui-
legiorum. in eandem reſponſum eſt ſententiã à Bal.
in conſ.351.in bonis feudalibus.nu.2. vol.1.idem de
quaſi poſſeſſione filiationis dixit Alex. in cõſ. 51.vi-
ſo,& diſcuſſo ꝓceſſu.col. 1. ſub nu.2. vol.1.vbi addẽ-
tes in verſ.transferẽ,plures ad id allegant Dec.in cõſ.
921.in cauſa,quæ Alexandriæ.nu.1. & Fulg. in conſ.
137.viſis præcepto.nu. 2.in 2. dub. proinde,ſi quis eſt
27 in† quaſi poſſeſſione ingenuitatis, & ego eũ conten-
dam ſeruum meũ,teneor probare, d.l.circa.ff.de pro-
batio.l.eã quę.C.de libera.cauſ.l.liberis.§.vlt.& in l.
cui neceſſitas.ff.eo.de liber.cau. vt & in quaſi poſſeſ-
ſione ſeruitutis habemus à Vlpia. in l. ſicuti. §. ſed ſi
quæratur.ff.ſi ſerui.vendice.nã cũ ibi.l.C.declaret,qs
in iſtis iurib.incorporalib. poſſeſſor, & quis petitoris
partes ſuſtinere debeat,profecto nullam aliam ob
cãm id quærere videtur,niſi ad effectum probationis
principaliter.l.ſi prius.in ſi.ff.de oper.nou.nunc.& in
l.certi.C.de rei vend.vnde cũ ibi in ea ſeruitute tigni
iniuncti,quæ habet formã, & ſpeciẽ ſeruitutis, conti-
nuo appareat,qs ſit in poſſeſſione ipſius: ſtatim enim
ꝙ tignum iniunctũ eſt,liquet , hoc ex ſeruitute eſſe,
quia regulariter nõ ſolet vicinus habere tigna in pa-
riete vicini,niſi ex cã ſeruitutis,ob id mirandũ nõ eſt,
28 ſi negans ſeruitutem,& dicens † iſtud non eſſe cauſa
ſeruitutis,dẽat hoc probare , & cõſtitutus in ea quaſi
poſſeſſione releuetur ab onere probandi: hoc idẽ cõ-
firmatur ex text.l.altius. in fi.C.de ſeruitu.vbi, ſi quis
29 vult dicere feneſtrã† in ſuo pariete factam,non fuiſſe
iure factam,debet hoc probare,& conuincere aduer-
ſariũ,qui prætendebat ſeruiturẽ,ecce ergo , ꝙ aduer-
ſarius ex quo erat in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,quia
feneſtra erat facta , non tenetur probare feneſtrã eſſe
iure impoſitã,ſed immo ipſe debet conuinci iure nõ
impoſuiſſe,hanc eandẽ ampliationis noſtrę deciſio-
nem ſequitur Bart.in d.§. nihil cõe.l.naturaliter.col.
7.num.18.in fi. verſ.ſi actor,propter poſſeſſionem,&
ibidem Hotomanno.&.Decius.nu. 95. verſ.ſecunda cõ-
cluſio eſt. Claud. Marmer.nu 158.verſ.ſecunda con-
cluſio.Bar.& Io.Coraſ.nu.18. verſ. tertium commo-
dum eſt,qui de * cõmuni dicit,& Fabi.Accorombo.
nu.127.verſi.bene verũ eſt , quo in loco eo,quo dixi-
mus,modo,inducit d.l.ſicuti.§. ſed ſi quæratur,& d.l.
altius,& rñdet fundamentis eorũ,qui aliter ſentiunt.
Bart. vero ſupracitato loco permouetur ex gl. in d.l.
ſicuti.§.ſed ſi quæratur.in verſ.poſſeſſoris , cuius ver-
ba,ſi rectè ponderentur,aliter ſentit gl. vt paulo poſt
latius explicabimus. eandem ampliationem corro-
boro ex tex.ad id ſing.in c.ſi iudex de ſent. excomm.
30 in 6.vbi captus† delinquens,in habitu clericali,& ſic
qui erat in quaſi poſſeſſione clericatus , releuatur ab
onere probandi , quòd ſit laicus ob eam quaſi poſſeſ-
ſionem,confirmo præterea ex eo, quòd ſtat gloſ.in l.
Titia,in verſ.denegandam. ff.ſol. matr. vt ſi filius ſit
31 in quaſi poſſeſſione ſui iuris,transferat † onus probã-
di in patrem,qui illum dicit eſſe in ſua poteſtate;quã
niſi id probet, iudicabitur pro filio , quam ſequuntur
ibidem Bar.& in l.is poteſt.col.4.nu.15.verſ. expedi-
tus de theorica. ff.de acq.hær.& Alex.in l. ſi emanci-
pati.in 2.not.C.de collatio.vbi alios cõcordes refert,
& quòd huiuſmodi poſſeſſio releuet ab onere pro-
bandi elicitur ex traditis ab eodem Bart.in l.1. §.vlt.
32 ff.de aqua quot.& æſti.vbi probatio† quaſi poſſeſſio-
nis diuturnæ cum allegatione tituli operatur ipſius
tituli probationem , ab hac præterea opinione ſtat
Capic.in deciſ.209.in cauſ.ſacri monaſterij.num.21.
verſ.& facit Alex.Gozad. in cõſ.50. prima facie. nu.
16.verſ.quarto,& fortius , vbi de *communi teſtatur.

Ex hac ampliatione colligitur , quòd ſi ruſticus ali-
quo tẽpore ſoluerit centum ſuo domino,qui deindè
accitus ad ſoluendũ obiecit domino, vt ſibi oſtende
ret Inſtrumentum,quo probaretur, rẽ illam eſſe em-
33 phyteuticam;quandoquidem† emphyteuſis eſt quę-
dam ſeruitus.l.ſi tibi.in fi.ff.de leg.1.dominum,q eſt
34 in quaſi poſſeſſione† recipiendi cenſum, ab ea quaſi
poſſeſſione releuari onere probandi:& idcirco debet
ipſe petere ſe manuteneri in iſta quaſi poſſeſſione, ꝓ-
ponendo remedium.cap.querelam. il 1.de elect. ita
determinat Spec.in tit.de emphyt.§.1.nu. 80. ver. ſe-
xageſimotertio,quæritur.cum quo ſenſit Paul. Caſtr.
in d.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. col.2. ſub nu. 9. verſ. et
per ꝓdicta patet.ti.ſi ſerui.vend. Speculatori accedũt
Ang.in l.qui in aliena.in prin.n.2.et ibid.Alc. col.4.
nu.13.verſ.item inferebat Ang.hic.ff.de acq. hæred.
35 Veruntamẽ,† ꝙ ad ampliationem pertinet, à ſe ip-
ſo diſpar in alia oĩa diſceſsit. Accurſ. in d.l. ſicuti. §.
ſed ſi quæratur.in d.verſ. poſſeſſoris.vbi ait illud, quod
decidit ibi.l. C. cum nempè poſſeſsionis partes ſuſti-
nere,ſi tigna immiſſa ſint, qui ſeruitutẽ deberi ſibi cõ
tendit, procedere,et ei prodeſſe,quoad hoc, vt maio-
res habeat inducias,et nõ iuret prius de calũnia, et vt
nõ habeat ꝓuocare ad iudiciũ,ſed quoad hoc, vt ha-
beat neceſſe probare ſeruitutem ſibi conſtitutã, ſuſti-
nei par-

Digitized by Google

net partes actoris, quia qui dicit rem liberam, habet
intentionem fundatã, in cuius ſententiã pedibus iuit
Bar.in d.l.ſi prius.col.7.in 2.oppoſ.3.par. nu. 17. ff.de
opc.nou.nunc.quẽ referẽdo ſequitur Bellam.in cõſ.
44.decanus.nu.3.verſ. ad ſecũdum.idem voluit ipſe-
met Accurſ.in d.l ſi prius.in verſ.egiſſent,& qđ quaſi
poſſeſſio non releuet ab onere probãdi, apertè colli-
gitur ex eo,quòd ſcripſit Bar.in l.1. §.hoc interdicto.
col.2.nu.7.verſ.vlterius quæro. ff. de itin. actuq; pri-
uato.quo in loco quærens,quomodo dominus poſſit
expellere cũ, qui eſt in quaſi poſſeſſione iure ſeruitu-
tis,concludit,quòd non habebit neceſſe probare dñs
ſeruitutem illi nõ competere, ſed ſufficiet probare ſe
dominum rei, & illi exiſtẽti in quaſi poſſeſſione iure
ſeruitutis denegabit̃ facultas vtẽdi ſeruitute,niſi pro-
bet eam ſibi competere,p l.vti frui. §.1. cum ibi not.
ff.ſi vſusfruct.pet. & d.l.ſicuti. ꝟ. ſed ſi quæratur.ff.ſi
ſerui.vend.cum ibi no. cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit
Alex.in cõſ.142.conſideratis diligenter. col. vlt. ſub
nu.3. verſ. præterea poteſt reſponderi. vol. 1. At hæc
eadem contraria opinio confirmat̃ ex ijs, quæ tradi-
dere Alex.in d.l.Titia.col.2.ſub num. 5. verſ.in gl.fi.
ibi,& ante cũ ibi Pet. de Bellaper: ac Bal. & Iaſ.in d.
l.ſi emancipati.col.1.ſub nu.2.verſ.limita tñ, quibus
in locis voluere, quòd licet filius ſit in quaſi poſſeſ-
ſione ſui iuris, nõ tñ ob id releuetur ab onere probã-
di;ex eo,quòd primæuus ſtatus naturæ repugnet huic
quaſi poſſeſſioni.l.item qui in poteſtate.ff. de his,qui
ſunt ſui,vel alien.iur.p d.gl.in d.l.ſicuti. §.ſed ſi quæ-
ratur,& p Bar.in d.l. ſi prius relato in loco,quamquã
rationem hanc impugnet Dec.in d. l. ſi emancipati.
col.2.num.4.verſ.eſt ẽt notandũ.C.de collatio.hanc
quoq; opinionem ſe amplecti apertè teſtari vidẽtur
Pet.Cyn.Alb.in d.l.ſi ſolemnib. C.de fid. inſtr. dum
gl.ibi in verſ.ſi alijs.reprobant in his, quæ ſunt cõtra
ius commune,vt in priuilegijs, ſeruitutibus,& alijs id
genus;in quib.non ſatis eſt eſſe in poſſeſſione,niſi de
his probatum fuerit,quorũ ſnĩa adiuuatur ẽt ex text.
in c.cũ perſonæ de priuil.in 6.vbi qui allegat priuile-
36 gium †debet ipſum probare, nec ſufficit eſſe in quaſi
poſſeſſione ipſius.hinc dicebat Cyn. in d. l. ſi ſolem-
37 nibus. in fi.ꝙ ſi canonici dicant ſe in aliquo †eſſe pri-
uilegiati,licet fuerint in vſu,& in ipſa poſſeſſione ip-
ſius priuilegij, debere tñ eos docere de ſuo priuile-
gio.citatq; Pet. referentem,quòd per hoc fuit reſpõ-
ſum capitulo ſancti Armanni,cum peteret clericum
ſuum captũ ab epiſcopo,& hoc virtute ſui priuilegij.
Epiſcopus aũt noluit, niſi prius doceret de ſuo priui-
legio.eoſdẽ ſequitur Floria.in d.l. ſicuti.ꝟ.ſed ſi quæ-
38 ratur.ff.ſi ſerui.vend.vbi ait,quòd qñ præſens† ſtatus
non contradicit,nec conſentit origini, ſed eſt præter
eius naturam, vt quia reperitur, quis in quaſi poſſeſ-
ſione vectigalis exigendi, vel iuriſdictionis in loco
exercendæ,vel clericatus,in iſtis caſibus quaſi poſſeſ-
ſionem nõ prodeſſe,niſi de titulo doceatur, quia iſta
ſunt accidentia,& non ſunt iuſta, niſi iuſtificent̃,id-
circo ſiñ cũ publicanus agẽs ad penam fundati datij,
nõ auditur,niſi verè probet, quòd ſit in quaſi poſſeſ-
ſione datij exigẽdi,idẽ dicit ꝓcedere in clerico agen-
te ad beneficiũ, vel ad euitandũ iudicem ſecularem:
aſſerens ei nõ credi,niſi de titulo clericatus appareat,
licet incedat in habitu,& tonſura:eoſdem referendo
ſequitur authores Capic. in deciſ. 77. in cauſa Dom.
Petri Focel.nu.7.cum ſeq.verſ.alia, & tertia limit.
39 Cæterum†ad concordiã poterunt adduci hi inter
ſe diſſidentes authores ex ijs, quæ mox p declaratio-
nes, & limitationes tradcmus. Primò itaque ſupe-
rius allata ampliationẽ declarabis, vt procedat in ea
40 † quaſi poſſeſſione ſtatus, vel qualitatis, quæ ineſt
actualiter,vel eſt apta ineſſe ab origine: tũc enim re-
leuat ab onere probandi, & transfert id onus in ad-
uerſariũ:ita intelligitur.d.l.circa, vbi gl.in verſ.inge-
nuum.ff.de probat.& d.l.liberis.§.vlt.ff.de lib.cau.&
l.mouemur.vbi gl.C.ſi ſerui.expor.vene. ex qua elicit̃,
quamcunq; rẽ iudicari ſm̃ preſentem ſtatum.ſic pla-
cuit Bar.in d.l.ſi prius.col.7.in 3. oppo. tertiæ par.nu.
18.& eum ibi ſequitur Iaſ.col.24.in princ.nu.43.verſ.
regula affirmatiua eſt,ac ibi cæteri,Bal. itidem in d.l.
Titia.col.2.ſub nu.1.verſ. circa hoc vtrum poſſeſsio,
& in d.conſ.351.nu.2.verſ.præterea quoties,vol.1.
Hæc declaratio primo intelligenda eſt, ut uera ſit,
41 qñ quis eſt† in ea quaſi poſſeſsione bona fide;ſecus ſi
42 dolo malo;nũquã † enim quaſi poſſeſsio in iurib.in-
corporalibus cũ mala fide transfert onus probãdi in
aduerſariũ,vt mihi probat tex.in l.igitur.§.poteſt, &
text.vna cũ gl.in d.l.liberis.§.vlt.in verſ.dolo malo.
ff.de libera.cau.quæ gl. contextus cõcordes adducit.
& ita limitat.Bal.in d.l.eam,que.in prin.C.de libera.
cau.quem referunt,& ſequũtur Iaſ.in d.l. ſi prius.ſub
d.nu.43.verſ.ſecundo limita.& Io.Coraſ.in d.§.nihil
commune.ſub eo.nu.18.verſ. quod intellige.hoc idẽ
corroborat nonnullis Neuiz. in conſ.81. Deum in-
uocent.nu.35.verſ. quinto ſuadetur.
Idem poſtremũ, quòd diximus de dolo malo ſub-
43 limitatur,vt non habeat † locum fauore religionis:
eo etenim in caſu non obſtante dolo malo transfer-
tur onus probandi in aduerſarium, vt ad id eſt gl.ſin-
gularis in §.ſi quis igitur.in verſ.probare.in Auth.de
monach.cui accedit Illuſtriſ.Card. Alb. in ſuis lucu-
brat.ad Bar.in d.l.ſi prius.nu.2.ibi enim ſeruus erat in
quaſi poſſeſsione libertatis, per fugam ſuam, & ſic
uitiosè, & tamen religionis fauore inductum eſt, vt
dominus debeat, ſe probare dominum, quòd d. ꝟ.ſi
quis igitur.ſuper tex.ibi, probare confirmauit Ang.
Deindè eadẽ prima declaratio debet intelligi, vt
44 habeat locum in his,quæ†temporis curſu mutantur,
vt patet in ætate: tunc enim ex origine primi ſtatus,
nunquam poſſumus arguere ad præſens tẽpus, licet
enim ab initio quiſq; minor naſcatur,tñ procedente
45 tempore fit maior, proinde hoc † in caſu talis quis
præſumitur,qualis in præſenti ſtatu reperitur:idcirco
46 †ex aſpectu ſuper ætate iudicatur. l. minor. 25.ann.
ex aſpectu ff.de minoribus, quæ limitatio colligitur
ex text.una cũ gl.in l.ſi minorem.in uerſ.comproba-
tum. C. de in integr. reſtit. minor. & in l.de ætate.in
uerſ.probãdũ eſt.ff.de minor.in l.cũ te. C. de prob.&
ex l.ſpadonem.ꝟ.q abſolutus.ff.de excuſ.tut.ita dixit
Ang.in d.l.ſi prius.col.ult.nu.4. uerſ. interdũ præſens
ſtatus rei,& ibid.id probãt Imol. Alex. col.8. nu. 37.
uerſ.itẽ iuxta no.hic Cuman.col. pen. num. 18. uerſ.
Ang.aũt,& Iaſ.col.13.ſub nu.43.uerſ.3.limit.& prius
his ſic docuit Bar.in l.ſi cui.§.ijſdẽ.nu. 8. ff.de accuſ.
Secundo loco eadẽ ampliatio limitanda eſt, vt lo-
cũ ſibi non vendicet, vbi quaſi poſſeſſio alicuius ſta-
tus, vel qualitatis neceſſario non cõueniret cum ori-
gine rei,ſed illi repugnaret,ẽt ſi conueniret intẽtioni
47 aduerſarij: tunc† quaſi poſſeſſio nõ releuat, nec trãſ-
fert onus probãdi:quo circa ille, qui eſt in quaſi poſ-
ſeſſione ſeruitutis realis,non releuatur ab onere pro-
48 bandi ſeruitutẽ,quia quælibet†res preſumitur libera
ab origine.d.l.altius.C.de ſerui.& l.ſi in ædib. C.eod.
49 tit.ſeruitus enim†non habet cauſam naturalem,ſed
aut impoſititiã,aut præſcriptitiam.§.vlt.Inſtit.tit. de
ſerui.vt inquit Bal.in c.cum omnes.nu. 44.verſ. nam
fluxus aquæ.de conſtitutio.ita ſenſit gl.in d.l.ſi prius.
in verſ.egiſſẽt,& in d.l.ſicuti.§.ſed ſi quærat. in verb.
poſſeſſorijs.ff.ſi ſer. vend. & in d.l.circa, in verſ.inge-
nuitatis.ff.de prob.& p hac ſnĩa, tex. eſt valde ſingu-
laris in Auth. de monac. in §. nequaquã. iſtud ẽt cõ-
probauit Cyn.in l.2.in 4.q.nu.4. C.de ſeruit. & aqua
Ant.à But.in c.bonæ,il 2.col.3.nu.12.ver.nota bene.
de poſtul.præla. hanc eandẽ doctrinam ſequuti ſunt
* *cõmuniter ſcribentes in d.l.ſi prius,vt Bart. col.7.in
quarta opp.tertiæ part.nu.18.& prius nu. 16. Angel.
colum.vltim.nu.4.Alex.colum.8. num. 37.Cuman.
colum.penult.num.18.& Iaſ.col.14. num. 44.verſ.4.

regula

regula negatiua eſt, quam limitationē ibid. ipſemet.
Iaſ. plur. nu. ſeq. nōnullis illationibus in praxi vtilib.
plurimū illuſtrat. eandem cōfirmat Rim. ſen. in cōſ.
431. in cauſa iſtorum. nu. 13. & nu. 14. vol. 3. Natt. in
conſi. 514. tria proponuntur, nu. 28. vol. 3. cui adhæ-
ret Rol. à Vall. in conſi. 46. in præſenti conſultatio-
ne, num. 47. volum. 3. illamque authoritatibus corro
borat Contard. in l. diffamari. in limita. num. 26. cum
plurib. ſequen. verſ. limita poſtremo. C. de ingen. &
manumiſ.
50 Cæterum † huic limitationi obſtare vr̄, ꝙ voluit
Accurſ. in d. l. 1. §. hoc interdicto. in verſ. an non. ff.
de itine. actuque priua. quo in loco inter cæteras, quę
ex ea quaſi poſſeſſione ſeruitutis diſcōtinuæ, ſcilicet,
itineris, emergunt vtilitates, eā eſſe tradit, ꝙ ille, qui
eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, in ea ſe tueri pōt
probando hanc quaſi poſſeſſionem, etiam ſine titu-
lo, cuius ſententiæ ſe ſubſcribere vr̄ Cuman. in d. l. ſi
prius. num. 15. ff. de oper. nou. nunciat. vbi ait, hunc
poſſeſſorem, ſeu quaſi, neceſſe non habere ſeruitutē
ſibi competere, probare, cum confeſſoria experitur,
vel cū negatoria conuenitur; ea ratione, quia maior
eſt vis, & præſumptio quaſi poſſeſſionis, quam illius
præſumptionis, quòd qualibet res libera præſumat:
nec enim præſumitur iactare ſuum, l. cum de indebi-
to. ff. de probat. §. 1.
51 Attamen † conciliari poſſe videnē hanc in modū
hæ diſſenſiones. Nam ſi iudicio poſſeſſorio tm̄ aga-
tur, quaſi poſſeſſor iſte tuendus eſt, donec de contra-
rio iure dn̄i appareat: & ita procedat poſterior relata
opinio: ſi vero iudicio petitorio, in quo titulum ne-
ceſſe eſt probare, non ſufficit quaſi poſſeſſio, niſi per
fectè præſcripta ſit, quoniam tunc obtinet vim titu-
li: ita declarat, & conciliat Menoc. in comment. re-
tinen. poſſeſ. reme. 5. q. 3. nu. 49. & q. 4. num. 53. verſ.
diſſoluendus eſt modus.
Sublimitatur primum hęc ad ampliationē limita
tio, vt non procedat, vbi illa qualitas, aut ſtatus, quē
inducit quaſi poſſeſſio, pōt inciſe rei de iure commu
ni, & in iudicium deducitur incidenter, ſine præiudi-
cio alicuius tertij: tūc enim ea quaſi poſſeſſio releua
ret ab onere probādi. ita determinat Bal. in d. l. Titia.
col. 2. ſub nu. 1. verſ. primo caſu ff. ſol. matr. per not.
in d. §. ſed ſi quæratur, & in l. 1. ff. fami. erciſcun. ſecus
52 † autem ſi principaliter: nam tunc quaſi poſſeſſio,
non releuat ab onere probationis. l. 3. §. hoc aūt. ff. de
itin. actuq; priua, ſic ſenſit Cyn. in l. 1. col. vlt. in quin
ta, & vlt. q. 12. C. vbi cau. ſta. in l. 2. col. pen. in 4. q. nu.
4. C. de ſerui. & aqua. & in l. 2. col. 12. in 2. q. nu. 12. C.
quæ ſit longa conſuetu. quem ſequitur Bal. in d. l. Ti-
tia, vbi ſupra, quo in loco refert etiam Oldra. ita ſen-
tientem in l. pen. ff. de condi. inſtit. cui Bald. adhæret
Tiraq. vbi ſup. nu. 30. verſ. nemo autem.
Secundo ſublimitatur, vt non procedat, cū ſeruitu
tis, aut priuilegij vſus in nullius tendit præiudicium,
nā tunc ſufficit eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vel
priuilegij, quantum ad hoc, vt poſſidens non debeat
excludi ab vſu, niſi probet contrarium: ſecus vero,
53 qū † poſſidēs vult vti ſeruitute, vel priuilegio, in præ
iudicium alterius. profectò tunc ei non prodeſſet eſ-
ſe in quaſi poſſeſſione illorum tutium, niſi probet, ſi
negatur: ita debet intelligi d. c. cū perſonæ, de priui-
leg. in 6. ibi enim allegātes priuilegiū exemptionis,
aut libertatis volebant eo vti aduerſus Epiſcopū, cui
erant ſubiecti: ſic etiam accipiendum eſt id, ꝙ de ſer
uitute diximus, & gl. in d. §. ſed ſi quæratur. ibi enim
illud non procedit, cū poſſidens vult ea ſeruitute vti
in præiudicium domini: ſic doctè, & elegāter decla-
rat Paul. Caſtr. in d. l. ſi ſolemnib. nu. 3. verſ. breuiter
dic. C. de fid. inſtr. cuius ſententiam comprobat Ti-
raq. in d. tract. de iur. primige. in 1. opinio. 17. q. nu.
11, verſ. prætermitteremus gl. eiuſdem videtur eſſe opi-
nionis Bald. in d. l. Titia. col. vlt. ſub d. num. 1. verſ. 2.
caſu. ff. ſolut. matrimo. vbi vult, quo ſequendo ſtatum
quem quaſi poſſeſſio inducit primo, non pōt ineſſe,
niſi ex priuilegio cum alterius iniuria: nunquā rele-
uet ab onere probandi, quia habeat contra ſe præſu
54 deptē neceſſariam veritatem, quæ † ex præterito in-
fert in ſequentia, niſi contra probetur, vt in c. ad deci
mas, de reſtit. ſpol. in 6. quem refert, & ſequitur Con-
tard. in d. l. diffamari. nu. 28. poſt verſ. limita Poſtre-
mo. C. de ingen. & manu. & ante eum Alex. in d. l. ſi
prius nu. 39. in fi.
55 Hinc fit, quod licet notariatus † ſit, quoddā priui-
legium contra ius commune, quod a Principe cōfer
tur, vt ſcilicet notarij ſcripturæ, & ſic voci mortuæ
credatur, ſecundum Innoc. in c. cum P. Tabellio. de
56 fid. inſtr. argum. etiam d. c. cum perſonæ: tamen † ad
hoc, vt notarij inſtrumenta valeant, & quæ ab eoge
ſta ſunt teneant, ſufficit, ſi ipſe notarius allegęt, ꝙ eſt
in quaſi poſſeſſione notariatus, & ꝙ pro huiuſmodi
habeatur, & reputetur, oſtendendo plura inſtrumen-
ta arbitrio iudicis, vt ait Spe. in tit. de inſtrum. edit. §.
reſtat. num. 39. verſ. illud autem notandum eſt, & ob
id transfert onus probandi in aduerſariū, præſertim
cū in hoc verſetur vtilitas publica, l. Barbarius. ff. de
offic. prętor. ſic ſenſit Ang. in Auth. de tabel. §. pen. nu.
9. verſ. item an ſufficiat. motus authoritate Innoc. in
c. dilectus. de fid. inſtru. quibus accedit Alex. in conſ.
138. opor tune. col. 2. ſub nu. 2. verſ. pro hoc facit. vol.
2. vbi ad id alia allegat. Secus vero, quo ad hunc ca-
57 ſum, eſſe, ſi ipſe peteret † pronunciari, ſe notariū ad
perpetuam memoriam; tunc enim illi non ſufficeret
iſta quaſi poſſeſſio, ad hoc probandum, ſed aliter de-
beret probare: ita tradidit Caſtr. in d. l. ſi ſolemnibus.
nu. 4. verſ. & ſic in quæſt.
Tertiò ſublimitanda eſt eadem ſecunda limitatio
ad ampliationē, vt non procedat, qū quaſi poſſeſſio
præſens non conuenit origini rei: tamen & non con
uenit contradictioni aduerſarij, vt eſt in quaſi poſſeſ
ſione libertinitatis, quæ nō eſt à principio in origine,
qa nemo naſcit̄ libertinus. l. libertini. ff. de ſta. homi.
tn̄ etiam origo non conuenit intentioni contradicē
tis, qui aſſerit ſe eſſe ingenuum: cum potuit naſci
58 ſeruus, & hæc quidem quaſi poſſeſſio, vtiq; transfert
onus probādi vt d. l. circa. ff. de prob. ita docet Bar.
in d. l. ſi prius. ea. col. 7. in 4. oppo. 1. part. ſub nu. 18. &
ibidem Iaſ. nu. 47. verſ. limita iſtam regulam.
Quartò ſublimita, vt non habeat locum, quando
59 illa quaſi poſſeſſio † non eſt ſeparata à ꝓprietate, vel
eſſentia rei, vt eſt quaſi poſſeſſio malitiæ, quæ licet rē
pugnet origini ſtatus hominiſ, cum ab origine quili
60 bet † naſcatur ſine malitia, & peccato, tamē trāsfert
onus, probandi in aduerſarium, vt in c. ſemel malus.
de regul. iur. in 6. vt latius explicat idem Bar. in d. l. ſi
prius. in 5. oppo. ſub nu. 18. vbi etiam Iaſ. ſub nu. 43.
verſ. iſta regula fallit. de quo nos latè diſſeruimus, in
concluſ. 1003. in verſ. malus præcipuè, num. 37. cum
plur. ſeq. vol. 2.
Quintò velim eandem ſublimites, & intelligas, vt
procedat, qū adeſt ſola quaſi poſſeſſio ſeruitutis rea-
61 lis, ſecus ſi etiam concurrat † cōtumacia aduerſarij,
qa tūc quaſi poſſeſſio, & cōtumacia, transferūt onus
probandi libertatem rei: ſic aduertit Bar. ac omnes
ſcribentes antiquos, & recentiores determinat Iaſ. in
d. l. ſi prius. in 3. oppo. Bar. tertiæ par. in 3. concl. num.
38. verſ. vnde teneo, ꝙ dicit de hoc eſſe caſum, vt eius
verbis vtar, ſingulariū, in princ. d. l. ſi prius. eaque confir-
mat id ratione: nam actor, qui egit confeſſoria narra
uit in libello ſeruitutem ſibi, vel prædio ſuo deberi,
iuxta §. vlt. Inſtit. tit. de ſeruit. reus autem fuit contu-
max, certè propter contumaciam fingitur conſenti-
re, & fateri verum eſſe, ꝙ ſeruitus ſit ſibi debita: con-
62 tumax enim fingitur † ſemper fateri illud, ꝙ eſt ſibi
deterius. l. de ætate. §. qui tacuit. & ibi Bar. ff. de inter-
rog. act. l. locū. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. vnde
cum

Digitized by Google

cum ex contumacia inducatur ficta confeſsio ſerui-
tutis nimirum, ſi grauetur contumax probare, quòd
ſibi eſt ius ædificandi inuito vicino, non obſtãte illa
ficta confeſſata ſeruitute, vt ibi latius per eum, quæ
opinio, an vera ſit, ipſe viderit, hanc vero materiam
vbertimè examinant vetuſtiores interpretes, in d.l.ſi
prius, in 2.oppoſit. Bar. ad tertiam par. col. 7. nu. 32. cũ
plur. ſeq. verſ. in ead. gl. ibi, eo ipſo. Caſtr. col. pen. &
vlti. ſub nu. 3. & 4. ac Cuma. col. 5. & 6. nu. 12. cũ plur.
ſeq. ac nu. 19. cum plur. ſeq. ex quorum dictis plurima
alia circa id elici poterunt, ad eos te lector relego, cũ
eorumdem commentarij vnicuique ſint obuij.

Secũdò primario loco ampliatur ipſa principalis
63 cõcluſio, vt etiam per† poſſeſsionem, in qua quis re-
peritur, præſumatur ipſum ſolum poſſediſſe, nõ aliũ;
64 & ſi ſ[illegible] is aſſerat illum† eſſe qui dicitur, & poſsidere,
& poſsidet, præſumatur eundemmet eſſe, & qui dixe-
rit alium poſſediſſe, nec eſſe illum, qui poſsidet, in-
cumbat onus probandi ob alterius poſſeſsionem: ita
doctè re vera conſultus reſpõdit Paul. à Caſtr. in cõſ.
140. viſis allegationibus ſupra ſcriptis. num. 1. & ſeq.
vol. 2. per ea, quæ tradidere Cyn. ac alij, in l. ſi qua per
calumniam. C. de epiſcop. & cler. Bar. in l. ſi ſeruum.
§. ſi inter duos, in fi. ff. de leg. 2. & in l. demonſtratio.
ff. de condit. & demonſtr. idem Bar. in l. rem, quæ no-
bis. ff. de acq. poſ. & in l. rem alienam. de pign. actio.
vt ibidem latius per eundem Caſtren.

Ad hæc limitanda eſt concluſio, vt non procedat,
65 quando eſt aliqua † præſumptio contra poſsidẽtem,
* vt no. Io. Andr. & * communiter ſcriben. in c. vt vnuſ-
* quiſq; de pecul. cler. in c. 1. de teſtamen. & * commu-
niter Doct. in c. cum in officijs. de teſtamen. per id, ꝙ
habetur in c. 1. & in d. cap. vt vnuſquiſque, de pecul.
cleric. ita declarat Alex. in conſ. 24. attentis his in fi.
volu. 3. cui accedit Curt. iun. in conſ. 90. ſacratiſsimæ
Trinitatis nu. 3. verſ. ex præmiſsis.

Inſuper eandem limito, vt non habeat locũ, quan-
66 do ius† commune tali poſſeſsioni reſiſtit, vt colligi-
tur ex gl. in d. l. ſiue poſsidetis. in verſ. facti. C. de pro-
* batio. quam dicit * communiter approbatam idem
Cur. iun. in d. conſ. 90. nu. 3. in fi. & poteſt confirmari
ex his, quæ nuper tradidimus, & corroboratur pluri-
bus ſummorum Pontificum conſtitutionibus, vbi
ſcribentes, vt c. ex inſinuatione, de procura. in c. con-
ſtit. de electio. & cap. cum eccleſia, circa fin. de cauſ.
poſſeſ. & propriet. ad idem reſpondit Alex. in conſil.
70. in cauſa inter Dom. Balthaſar. colum. 1. num. 4.
vol. 3. vbi ex text. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6. de-
terminat, quòd quandò poſſeſsio eſt contra ius com-
67 mune, † talis poſseſsio non releuat, nec præſumptio-
nem inducit pro poſsidẽte, etiam ſi poſsediſſet, quis
longo tempore, vt ibi in verſic. aliquandiù, quòd re-
fertur ad longum tempus, vt no. Arch. in c. longin-
quitate, 12. q. 2. & Abb. antiq. in d. cap. ad decimas in
eandem reſponſum eſt ſententiam à Ruyn. in conſ.
28. in cauſa, & lite. nu. 9. uol. 4. ubi ait, poſseſsionem
68 uiolentam hominis liberi, tanquam † ſeruum, non
releuare, quia eſt damnata à iure, & ei ius reſiſtit, q͂a
homo liber à faciente, uel ab eo, qui ſcire præſuma-
tur, poſsidere non poteſt. l. cum hæredes. §. item quę-
ro, & l. qui uniuerſas. §. 1. ff. de acqu. poſ. ſicut dicitur
de illo, qui in aliena diœceſi eſt in quaſi poſseſsione
69 † decimandi: nam talis poſseſsio, quia ei ius reſiſtit,
tum quia eſt à iure communi damnata, non releuat,
d. c. ad decimas. de reſti. ſpol. in 6. ſic Bal. in l. ius eius.
in fi. C. de probatio.

Sublimitatur hæc limitatio, ut locum ſibi non uẽ-
70 dicet, q͂n huiuſmodi poſseſsio eſſet† coadiuuata ali-
quo titulo, licet de modo, uel qualitate tituli nõ cõ-
ſtet: nam tũc releuabit ab onere probandi, & ex poſ-
ſeſsione præſumitur pro titulo, & qualitate tituli, re-
ſpectu ſtatus, in quo poſseſsio reperitur, ſic declarat
Anton. à Butr. in cap. cum ueniſſent, colum. ſecunda
nu. 12. & ibidem eum ſequutur Io. Imo. col. 3. nu. 11.
de Inſtit. vbi dicunt, id eſſe perpetuo menti tenendũ,
quia ſit notabile verbum, & ſe neſcire alibi tàm aper-
tè, quibus adhæret Alex. in conſ. 219. ponderatis his.
col. 5. nu. 17. verſ. & quòd ex poſſeſſione. vol. 6.

Limitatur præterea concluſio, vt non procedat,
71 quando ius proprietatis † principaliter in iudicium
deducitur: nam tunc poſſeſſio, ſeu quaſi non releuat
ab onere probandi: etenim licet poſſeſſio, ſeu qua-
72 ſi reum releuet ab onere† probandi titulum. d. l. ſiue
poſſidetis l. Cogi. C. de petit. hær. cũ ſimil. tamen non
releuat actorem, in quantum illum principaliter in
iudicium deducit. ita colligit, & not. Ant. à Butr. in c.
in cauſa. col. 1. nu. 9. verſ. no. quaſi poſſeſſionem iuris.
de cau. poſſ. & proprie. & prius in c. 3. col. 10. num. 44.
verſ. no. ſexto, eodem titu.

73 An autem, & quãdo quaſi poſſeſſio† in feudalibus
releuet ab onere probandi, te docebit Io. Igne. in re-
pet. §. non aliàs ex l. neceſſarios. ff. ad Senatuſc. Sylla-
nia. in 1. par. à nu. 316. vſq; ad nu. 341. & quid in bene-
ficialibus idem ibid. plenè examinat, nu. 342. 349. &
377. & per tot. in dictis nu. ad quem me reijcio.

CONCLVSIO MCCI.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quibus in caſibus poſſeſ-
ſionis continuatio præſumatur, & qui
olim poſſedit, & hodie poſſidere.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens olim, & hodie poſſidere præſumitur.*
Ratio. ibid. nu. 10. & 11.
2 *Poſſidens olim, ſi hodie non poſſidet, dolo præſumitur de-
ſiiſſe poſſidere.*
3 *Beneficium poſsidens, illud vſq; ad mortem poſſediſſe pre-
ſumitur.*
4 *Libellus, in quo dicitur, talem fundum ad me pertinuiſſe,
etiam ſi non dicatur nunc pertinere, procedit.*
5 *Dominio de præterito etiam ex aduerſarij confeſsione pro-
bato, infertur dominium de præſenti.*
6 *Poſſediſſe medio tempore præſumitur, qui extremis tem-
poribus poſſediſſe probat. & cur. nu. 7.*
Contr. nu. 8. Concil. nu. 9.
7 *Extremis probatis media præſumuntur.*
11 *Mutatio voluntatis poſsidendi non præſumitur.*
12 *Poſseſsionem interruptam, non continuatam dicens pro-
bare debet.*
13 *Spoliato agenti ad recuperandam poſseſsionem, ſatis eſt
probare ſe olim poſſediſſe, licet poſſeſsionem non probet
in die ſpolij.*
14 *Succeſſor poteſt allegare continuatam fuiſſe poſſeſsionẽ ab
eo, a quo cauſam [illegible], quem conſtat ſemel poſſediſſe,
vſque ad mortem, vel vſque ad titulum ab eo habitum.*
*Quod declar. procedere, modo illa poſſeſsio prioris authoris
plenè probetur, vt ibid. nu. 15.*
16 *Poſsidens olim, hodie quoque poſsidere præſumitur, etiam
in ijs caſibus, in quibus pro forma requiritur, determi-
nata probatio certi temporis.*
17 *Poſſeſsio præſens ex præterita præſumitur, etiam ſi de
præſentia per ſolam aduerſarij confeſsionem appareat.*
*Modo iſta confeſsio facta ſit in libello; ſecus ſi ſimpliciter
facta ſit, vt ibid. nu. 18. Contr. vt nu. 20.*
19 *Verba præteriti temporis, præſertim in aduerſario, ſunt
abnegatiua præſentis.*
21 *Mobilem rem, qui ſemel poſſedit, & hodie poſsidere præ-
ſumitur.*
Contrar. nu. 22. Conciliatio. nu. 26.
23 *Mobilium rerum vilis, & neglecta eſt poſſeſsio.*

24 Hæredi

24 *Hæredi iuramento aſſerenti librum rationum ad ſe non perueniſſe creditur.*

25 *Mobilium poſſeſſio animo non retinetur, ſed quatenus ſunt in conſpectu, vel cuſtodia noſtra.*

27 *Poſſidens ante contractum præſumitur poſſidere etiam tempore contractus.*

28 *Poſſidēs olim, & hodie præſumitur poſſidere, etiamſi agatur de inducendo delicto.*

Contrar. nu. 29.

Conciliatio, nu. 30.

31 *Delictum præſumitur cum actus à iure probibitus celebratur.*

32 *Poſſidens olim, vltra decem annos poſſidere non præſumitur.*

33 *Poſſeſſio non continuatur niſi ad decennium.*

die non poſsideret, ueluti præſumptio oriens ex ſen-
tẽtia, quæ eſt efficacior iſta præſumptione, teſte Imo.
in c. licet monaſterium. colum. 7. poſt num. 9. uerſi.
Bal. tamen, & ibidem Felyn. num. 28. in fin. in 15. li-
63 mita. de ſentent. & re iudic. una † enim præſumptio
tollit aliam. l. duos. ff. de in integ. reſtit. minor. quod
placuit, & Alc. ubi ſupra nu. 16. uer. limitatur octauò,
ad idem reſpondit Neuizan. in conſ. 81. Dcum inno-
cent. nu. 24. & 26.

Octauò eandem limito: nam licet quoad præſu-
mendum dominium certæ rei, uel ad præſumendum
continuationem qualitatis de præterito præſumatur
64 tamẽ præſens p in prædicta, tamen † id non procedit,
quo ad probandum continuationem alicuius uni-
uerſitatis; ut ſi probetur, quòd in præteritum habuiſſet
ſubſtantiam locupletam, & tantùm ualentem, non
infertur de præterito in præſens, & ſic non probatur
de præſenti probare: ita docet inſigniter Bartol. in l.
in confirmando. num. 1. ff. de confirman. tut. uel cur.
quem referendo ſequitur Alex. in conſ. 47. circa pri-
mum, de quo quæritur. col. 5. ſub nu. 10. uerſ. ad hoc
reſpondetur pluribus modis. uol. 2.

Quod autem Gabr. in d. concluſ. 10. num. 7. & ſeq.
eandem concluſionem noſtram ampliat in excom-
municatione, & limitat in dominio. num. 15. & ſeq.
nos ſupra ſuis locis, nempè in uerſ. dominium. de his
abundè diſſeruimus: propterea nunc circa ea non
immorabimur.

CONCLVSIO MCCII.

ARGVMENTVM.

In poſſeſſione repertum præſumi poſſidere ex titulo præcedenti, & ab eodem, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens ex titulo præcedenti, & ab eo, à quo illum habuit poſſidere præſumitur.*
Et cur. ibid. num. ſeq.
2 *Emẽs rem aliquam ſi in eius poſſeſſione reperiatur, ex cauſa emptionis præſumitur poſſidere.*
3 *Poßidens ſiue cauſam habuit à domino, ſiue à non domino, ex illa cauſa præſumitur poſſidere.*
4 *Poſſidens ex titulo habili ad tranſlationem dominij, volẽte eo, qui titulum contulit, & non contradicente, ex eo poſſidere præſumitur.*
5 *Eccleſia, ſi in rei donatæ poſſeſſione reperitur, præſumitur illi ex ea donatione facta traditio.*
6 *Poſſeſſio præſumitur habita ab eo, à quo quis habet titulum.*
7 *Poſſeſſio talis præſumitur, qualis eſt titulus præcedens.*
8 *Poſſeſſio ex contractu ſimulato non transfertur, etiam ſi quis à poſſeßione diſcedat, & alium in poſſeſſione dimittat.*
9 *Traditio facta ex contractu ſimulato præſumitur ſimulata, ſicut, & ipſe contractus.*
10 *Contractus ſimulatus in principali, præſumitur etiam ſimulatus circa acceſſoria.*
11 *Traditio facta procuratori, qui rem emit, ex interuallo, an præſumatur facta nomine procuratorio.*
12 *Traditio cum ſit acceſſoria ad contractum, debet ſecundum eius naturam regulari.*
13 *Traditio facta ex cõtractu ſimulato, præſumitur, & ipſa ſimulata, etiam ſi ex interuallo fiat.*
14 *Mulier poſt mortem viri bona eius pro dote retinens, ex ea cauſa poßidere præſumitur.*
15 *Legatarius poſſidens bona legata, ex cauſa legati poſſidere cenſetur.*
16 *Poſſeſſio præſumitur continuata, in executionem tituli præcedentis, dato quod in titulo poſſet aliqua oriri dubitatio.*
17 *Tituli primordium poſteriorem format euentum.*
18 *Poſſidens diu res patris à fratribus ſeparatas ex præcedenti diuiſionis titulo poſſidere præſumitur.*
19 *Traditio præſumitur facta ex præcedenti cauſa debiti.*
20 *Habens aliquid ex præcedenti cauſa, etiamſi ex interuallo præceſſerit habere præſumitur.*
21 *Poſſeſſio præſumitur habita, & continuata, ex titulo præcedenti.*
22 *Facti vbi vna tantum cauſa apparet, ex illa cauſa factũ præſumitur.*
23 *Factum præſumitur eius impenſis, qui facere tenebatur.*
24 *Poſſidere quis ex titulo præcedenti pręſumitur, nõ ſolum ſi conſtat eum poſſidere ſciente, & patiente aduerſario, ſed etiam vbi ſumus in dubio.*
25 *Poſsidere quis præſumitur ex titulo pręcedenti, etiamſi titulus eſſet inualidus, & putatiuus.*
Contrarium, nu. 27.
26 *Titulus etiam erroneus declarat poſſidentiũ voluntatem.*
28 *Legatarius exiſtens in poſſeſsione rei legatę, ex pręcedenti titulo poſsidere pręſumitur.*
29 *Hęres poſsidens bona hęreditaria pręſumitur poſsidere ex cauſa hęreditatis delatę.*
30 *Fideicommiſſum agnoſcens, & poſsidens bona ei ſubiecta, pręſumitur poſsidere ex ipſa fideicommiſsi cauſa.*
31 *Poſsidẽs, etiamſi dubitetur, an ille, à quo titulum habuit, tunc poſsideret necne, occaſione illius pręambuli tituli, poſsidere pręſumitur.*
32 *Poſſeſsio vbi pręcedit titulum, pręſumitur ex titulo ſuperuenienti cauſa poſſeſsionis mutata.*
33 *Poſsidens, vbi conſtat eum, à quo titulũ non habet poſsidere, licet occaſione eius tituli poßidere videatur, non tamen ab eo, qui illi titulum dedit, poſsidere pręſumitur.*
34 *Traditionem vbi conſtat factam ab vno, & titulũ habitum ab altero ex eo titulo non pręſumitur quis poſsidere.*
35 *Poſsidens tunc demum ex titulo pręcedenti poſsidere pręſumitur, quando impleuit contractum ex parte ſua.*
36 *Poſsidens ita demum pręſumitur poſsidere ex titulo pręambulo, ſi ſui auctoris poſſeſsionem allegat.*
37 *Poſsidere quis non pręſumitur ex titulo pręſumpto, pręcedenti, ne duę pręſumptiones circa idem concurrant.*
38 *Poſsidere licet quis pręſumatur ex titulo pręcedenti poteſt tamen probari contrarium.*

1 Quilibet in poſſeſſione repertus pręſumitur † ex titulo pręcedẽti, & ab eodẽ poſſidere. hoc eſt gloſſæ ſingulare pronunciatum in l. quædam mulier. in ver. ſufficiebat. ff. de rei vẽdic.
2 vbi ait quod ſi quis emerit † rem aliquam, & poſtea,
in eius poſſeſſione reperiatur, præſumatur illũ habere poſſeſſionem ex cauſa emptionis. arg. d. leg. quam gloſſam multũ notabiliter ad id allegari dixit ibidẽ Ang. nu. 4. verſ. ſequitur in gl. & eandem ibi not. Bart.
3 ac Bal. vbi ipſe Bal. ait id procedere ſiue † qs habeat
hanc cãm à domino, vt in d. l. quædam mulier. ſiue à non domino, authoritate Arch. in c. ſi quis deinceps. in fi. 16. q. 7. quod etiam idem met. Bar. nempè, & Bal. tradidere in l. 2. per gl. ibi in verſ. vt dominũ. C. de acqui. poſ. ille nu. 2. hic in prin. & fi. commen. prout idẽ Ang. in pr. & fi. aſſerentes, quòd ille, qui reperitur in poſſeſſione ex tit. habili ad trãſlationem dominij, ſẽ-
4 per præſumitur poſſidere † volente eo, qui titulũ con-
tulit, & non contradicente, niſi contrariũ probetur. Eadem quoq; concluſio colligitur ex l. vni. C. de impone. lucrati. deſcri. lib. 10. Hinc dicebat Spe. in tit. de emph. aut de loc. §. nunc aliqua. nu. 75. verſ. 58. quęrit, quod ſi eccleſia habeat cartã, in qua contineatur, ꝙ talis Comes donauit talem rem eccleſiæ, id non ſufficeret ad probationem, niſi eccleſia ſe poſſidere probaret, vt l. cum, qui. §. vlt. cum ſeq. ff. de publ. ſed ſi ec-
5 cleſia habeat titulum, & in poſſeſſione fuit, ſatis pręſumendum ſit, ꝙ ex titulo præcedenti facta fuerit ſibi traditio. arg. d. l. 1. ob id ſcripſit ẽt Bar. in l. Celſ. col. pe. nu. 16. ver. quæro pone. ff. de vſucap. ꝙ ſi quis probet titulum, & probet eum, qui conceſſit titulũ, poſſediſſe rem eo tempore quo vendidit; atq; poſteà probet poſſediſſe illo præſente, & ſciente; nec tñ probet traditionem, pręſumi hoc caſu traditionẽ fuiſſe factã ex illo titulo præambulo. per d. glo. & cũ hac conclu-
* ſione Bartoli tranſire * communiter Doct. nihil addẽ-
* do, quia ſit doctr. gl. * communiter approbata in locis pręallegatis, aſſeuerauit Balb. in reper. d. l. Celius in 2. par. prin. ipſius leg. nu. 93. verſ. 2. quærit Bart. Quinetiã voluit Bar. ob dictarum gl. authorit. in l. cũ ſolus. col.
6 vlt. ſub nu. 4. verſ. 3. caſu. ff. de vſucap. ꝙ à quo † qs ha-
bet titulum, ab eo pręſumatur poſſeſſionẽ habere, vel
7 ſaltem eius nomine, quia talis præſumitur † poſſeſſio.
qualis eſt titulus præcedens. l. ſi à te. ff. ſi ſeru. vendice. quem ſequitur Bal. in d. l. quædã mulier. in fi. Eãdem præterea concluſ. noſtrã ſunt ſequuti Bal. in conſ. 10. in q. quæ vertitur. col. 2. ſub nu. 7. verſ. & ſi dicat. vol. 5. vbi citat ẽt Bart. id aſſerentem, in l. 2. §. ſi ſub conditione. in fi. ff. de vſucap. pro empto. quo in loco voluit ꝙ ſatis ſit, ſi appareat, me titulũ habuiſſe, & poſſediſſe, licet nõ cõſtet, me ſciuiſſe de titulo in initio poſſeſſionis ꝙ dicit eſſe notãdũ. eãdẽ quoq; cõcluſ. confirmat. idẽ Bal. in cõſ. 89. D. Thom. n. 4. vol. 1. in cõſ. 379. ſequitur. n. 5. vol. 1. & in conſ. 503. tenor. quarũdã literarum, in fin. eodem vol. 5. ad idem etiam videtur

reſpexiſſe idē Bal. in auth. quas actiones in fi. C. de ſa-
croſ. eccleſ. & Bart. in conſ. 209. viſo proceſſu facto,
in fi. vol. 1. in eandem deſcendere ſententiam Ang.
in l. iudicia. nu. 3. verſ. ſimiliter. C. de reſ. vend. Socyn.
ſen. in conſ. 15. inſiſtentes Doctor. nu. 7. verſ. 3. & vlti-
mo, vol. 4. Ant. à Butr. in c. 2. loco colum. 3. num. 19.
verſ. vnum incidenter de probatio. Lanfr. ab Orian.
in c. quoniam contra in verſic. teſtium depoſitiones.
nu. 135. verſ. non omitto vnum notabile verbum. de
probatio. Pet. Ferrar. in praxi Papien. in for. poſſeſſo.
in verſ. ité ſpatio. 30. an. fi. dicens, quod in dubio quis
præſumitur poſſediſſe ex cauſa, quæ probat. Corſe. in
ſing. in ver. poſſeſ. incip. vbiq; vbi addentes nonnul-
la accumulat Rebuf. de côſti. regi. Galli. præfat. tract.
de mater. poſ. nu. 123. verſ. inſuper notandū eſt. Rol.
à Val. in conſ. 9. negari non poteſt. nu. 39. vol. 3. Natt.
in conſ. 443. ſuper caſu. num. 5. vol. 2. quo in loco ad-
uerſus. Bar. in l. emptione. C. plus valc. quòd agitur. &
8 ibidem Sal. concludit, poſſeſſionem ex contractu † ſi-
mulato non transferri, etiamſi quis a poſſeſſione di-
ſcedat, & alium in poſſeſſione dimittat, authoritate
Bar. adductus ita decidentis, in l. emptior. ff. de aqua
pluu. arcen. nam licet ſecundum eū, ſi agatur, vt poſ-
ſeſſio transferatur, ex contractu ſimulato, transferri
9 poſſit: tñ in dubio traditio † præſumitur ſimulata, ſi-
cut ipſe côtractus, quòd & placuit Ang. in l. 1. §. ſi vir.
ff. de acq. poſſ. vbi vult, quod ex contractu ſimulato
nunquā transferatur poſſeſſio, & ſequitur ibi hoc Imo.
& idē Ang. in l. ſi donatione. C. de collatio. dicens de
hoc eſſe ſing. tex. in d. l. emptor. ff. de aqua plu. arc. qd
& tenet ibidē Aret. vbi improbat opinionē Baldi, in
d. l. emptione. & Bar. adhæret, in d. l. emptor. q a ſicut
10 ſimulatio † fuit adhibita, circa contractū, ita videtur
adhibita circa acceſſoria. l. doli. verſ. diuerſum. ff. de
nox. [illegible] §. idē quæſitū & ibi no. Bar. ff. de côd. indeb.
& approbat Alc. in d. l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſ. hæc
Nat. in d. côſ. 443. num. 1. vbi nu. 2. aduerſus Alex. non
modo inducit ad hanc opinionē confirmandam. d. l.
emptor. vt apud eundē videre eſt. Et licet nonnulli ad
has conciliandas opiniones, in hoc articulo diſtin-
guāt, q ſcilicet, aut traditio facta eſt incontinenti, &
tunc præſumatur ſimulata, ſecus ſi ex interuallo, p ut
q in ſimili dicit Bar. in l. q mihi donatū. ff. de donat.
tamen hæc diſtinctio nō ſatis quadrat: nam id, quod
* vult Bart. in d. l. qui mihi donatum * communiter re-
prehenditur; non enim verū eſt, quod ibi ipſe dicit, q
ſcilicet, ſi quis emat fundum procuratorio nomine
alicuius, deinde ſibi fiat traditio fundi ſimpliciter ex
interuallo præſumatur, & intelligatur ſibi facta no-
mine proprio, & nō domino, ſed ſibi quæratur poſſeſ-
ſio: quia imo videtur agi, vt poſſeſſio ei quæratur pro-
11 curatorio † nomine: nam cum traditio ſit acceſſoria
12 ad principalem contractū præambulum, debet † ſe-
cundum ſuam naturā regulari. l. acceſſoriū. ff. de reg.
iur. & poſſeſſio quandocunq; quæſita intelligitur ra-
tione præambuli tituli. d. l. quædā mulier. & ita Bart.
impugnat. Cuma. Imo. & Rom. in d. l. q mihi donatū.
Alex. in l. qui in alieno. §. 1. ff. de acq. hæred. in fi. ſeque
per prædicta, in primis etiam per hanc concluſionem
noſtram, aduerſus Bar. concludit Nat. in d. conſ. 443.
13 num. 9. volum. in ſuo caſu, quod etiam ſi traditio † poſ-
ſeſſionis facta fuiſſet ex interuallo, præſumatur ſimula-
ta, quemadmodū ipſe titulus fuit ſimulatus. Et vt ad
concluſionem noſtram reuertamur, eandem quoq;
ſequuntur, & egregiè confirmant Curt. iun. in côſ.
[illegible] Trinitatis. col. penul. num. 33. Crau.
in conſ. 226. licet abundè. nu. 5. in côſ. 255. quia Petr.
nu. 3. & in conſ. 37. in cauſa prohibitionis, nu. 3. qui-
bus in locis plures concordes adducit plenè Alc. in
tract. præſumpt. reg. 2. præſump. 23. num. 1. & ſequen.
Parif. in conſ. 75. omnis difficultas. nu. 5. vol. 4. Alba.
in conſ. 64. quia articulus. nu. 32. Berò. in conſ. 13. vi-
ſa petitione. num. 40. col. 3. & prius in conſ. 60. in hac
conſultatione. nu. 5. & ſequ. vol. 2. vbi reſpondit, quòd
poſſeſſio ſine vitio, & ex titulo præcedenti præſuma-
14 tur maximè in muliere † poſt mortē viri, bona illius
15 retinente pro dote ſua: idem in retinēre bona † ſua
ſua propria authoritate, præſertim ſi illi huiuſmodi fa-
cultas retinendi data ſit. & in conſ. 16. in cauſa illorū
de Pedoclijs. nu. 2. volu. 3. & in conſ. 204. cum iam-
diu. nu. 4. volu. 1. Corn. in conſ. 143. circa primum
paulò poſt princ. vol. 2. in côſ. 64. viſis ſcripturis nu.
4. vol. 1. in conſ. 110. in iudicio. nu. 20. vol. 2. in conſ.
201. videtur. nu. 1. vol. 1. in conſ. 94. viſo proceſſu nu.
10. volu. 3. in conſ. 231. viſis certis ſcripturis. nu. 1. eo-
dem vol. 3. in côſ. 6. in præſenti diſceptatione ſub nu.
7. vol. 3. in conſ. 43. viſo puncto in princ. volu. primo.
in conſ. 14. quatuor dubia. nu. 14. volu. 3. in conſ. 342.
in hac conſultatione nu. 10. verſ. non obſtat allega-
tio illa, volum. primo, in conſ. 144. nu. 6. volu. tertio.
Boer. deciſ. 77. & in plena audientia. nu. 3. Henri. Bo-
uer. in ſing. in verſ. præſūptio. nu. 34. ac Tiber. Decia.
in côſ. 50. & quidē prima fronte. nu. 29. & ſequen. vol.
1. & prius, in conſ. 22. quoad primum. num. 20. & ſe-
quen. eodem vol. 1. in conſ. 124. poſt abſolutum cô-
ſilium nu. 40. ſub verſ. 3. confirmantur. volu. 3. vbi reſ-
16 pondit, poſſeſſionem † præſumi côtinuatā in execu-
tionem tituli præcedentis, dato, q in titulo aliqua
poſſet oriri dubitatio p d. l. 2. Propterea ſcripſit Soc.
ſen. in conſ. 87. in præſenti conſultatione. col. penul.
ſub. nu. 24. verſ. iuuatur etiam præſumptio, volu. pri-
17 mo, q ex † tituli primordio poſterior formatur euen-
tus. per d. l. quædā mulier. idem aſſeruit in conſ. 98 in
cauſa agitata. colu. pen. nu. 15. in fi. eod. volu. primo.
vnde etiam ipſemet reſpondit, in conſ. 152. viſis col.
18 2. nu. 5. vol. 2. quod ſi quis ſimul cum † alijs fratribus
ſuis longo tempore poſſederit bona patris ſeparata à
bonis patrui, cenſeri, poſſediſſe ex præcedenti titulo
diuiſionis, per d. l. quædā mulier, & d. l. 2. proinde ibi
19 dem dixit, col. 7. nu. 26. † quod traditio præſumatur
facta ex præcedenti cauſa debiti, per eaſdē leges: eā-
dem concluſionem ipſemet côfirmauit in conſ. 11.
in cau. D. Catherinæ col. 2. ſub. nu. 6. ver. immo ex
quo. 1ac. vol. 3. ſic etiā ſenſit D. Guid. Panciro. in côſ.
130. nu. 4. volu. 1. ac Natt. in conſ. 446. ſuper quæſ. nu.
10. verſ additur etiam prædictis: volum. 2. & in conſ.
506. cupiebam. nu. 32. volu. 3. per dictam. l. quædam
mulier. & dictā l. 2. & l. triticum. & ibi glo. in verſ. co-
gitauit. ff. de verbo. oblig. & ibi Bar. ac cæteri Doct.
20 vbi volunt, q † aliquis præſumatur habere ex cauſa,
quæ præceſſit, etiā ſi cauſa ex interuallo præceſſerit,
per l. ſi diuortio. ff. de verbo. oblig. & l. 2. §. 1. ff. de do.
præleg. idem Natt. in conſ. 672. veniente. nu. 24. vol. 4.
Cepha. in conſ. 98. D. Bat. nu. 29. uolum. 1. ac prius in
conſ. 9. bona præpoſituræ. nu. 26. vol. 1. & in conſ. 84.
anno 1520. nu. 21. vol. 1. in conſ. 131. quāuis abundè,
nu. 75. vol. 2. in conſ. 225. ad fauorem. nu. 27. eo. uol.
2. in conſ. 198. clarè conſtat. nu. 13. eo. uol. 2. clariſſi-
mus D. Barthol. Bertaz. in conſ. ciuil. 2. cauſa hæc, nu.
25. verſ. & licet. uol. 1. & in côſ. crimi. 71. mag. iur. vtr.
Doct. nu. 16. uolu. 1. Burſa. in conſ. 118. dum inſtru-
menta. nu. 17. uolu. 1. & in conſ. 119. apparet num. 9.
eod. uolu. 1. Hierony. Gab. in conſ. 32. puto in ſpecie
21 nu. 2. ubi ait, quod poſſeſſio † præſumitur habita ex
titulo præcedenti, & continuata, uolente illo, qui
uendidit, & faciat, ut exiſtimetur res ab ipſo uendi-
tore tradita, idcirco obtineat abſque alia traditionis
probatione qui publiciana agit. Pariſ. in conſ. 64. lu-
culenter nu. 12. uol. 1.

Quæ côcluſio ex eo etiam corroboratur axiomate:
22 nā quando † aliquid eſt factum, nec apparet ex qua
cauſa, & vna tantū appareat, ex illa cauſa factū præ-
ſumitur, l. ult. ff. de alimen. pupil. præſtan. & inquit
Bart. in l. cū ſeruus. ff. de uerb. oblig. q placuit, & So-
cin. ſen. in conſ. 205. col. 3. ſub nu. 4. uol. 2. & in conſ.
16. nu. 3. uol. 2. quos ad id refert Illuſtriſſimus Card.
Alban.

Digitized by Google

Alban.in lucubra.ad Bar.in d.l.quædã mulier.nu.3. in fi.ff.de rei vẽd.Hinc idem Soc.in l.2.ſub nu.6.verſ. vlt.Pau.de Caſt.ff.de cõdi.& demõſt.determinans quæſtionẽ illam, an nauicularius promittens ponere aliquẽ in naui, & eum ad certum locum deferre certo pretio,ſi ille fuerit in eo loco, & nauicularius nõ poſuerit eum in naui,dicatur impleta cõditio; inter cæteros,quos refert, pro deciſione caſus, vnus eſt,atque is vltimus,quòd aliquando nõ apparet,an res fuerint ibi poſitæ à nauiculario ſciente ne,an eo ignorãte; & hoc caſu putat ibidem, Socinus competere actionẽ ex promiſſione; quia ex quo factum reperitur,præſumitur ex præcedenti cauſa factum, argu.d.l.quædam mulier.& eius, quod not. Bart.in d.l.cum ſolus.ff.de vſucapio. præterea ex quo nauicularius tenebaẽ por-
23 tare,illius impenſis præſumitur factum † illud in dubio ab eo, cuius impenſis fieri debebat, ex theorica Bar.in d.l.cum ſeruus.ff. de verb.oblig.

Ampliãda eſt primo loco concluſio, vt procedat non ſolum qñ conſtat hunc poſſidere ſciente, & pa-
24 tiẽte aduerſario,ſed etiã,†quando ſumus in dubio; vt colligitur ex gl.in d.l.2.in verſ.vt dominum. C.de acq.poſ.per tex.in l.qui vas.§.vetare.ff.de furt.q text. loquitur tàm in ſciente,quàm ignorante, & ſic vult, quod in dubio præſumatur, quòd volẽte aduerſario, fuerit tradita poſſeſſio:non autẽ dicitur,quando probaretur omnino,quòd ignoraſſet, qa hoc caſu potius præſumeretur cõtradictio, vt l.ſi ex ſtipulatione vbi Bar.ff.de acq.poſ.ſed quando ſumus in dubio,ita cãdem gl.intellexit Ang.in d.l.2.in fi.& in d.l.quędam mulier.nu.4.& Soc.ſen.in conſ.15.inſignis Doct. nu. 7.verſ.3.& vltimo,vol.4. vbi latius inſiſtit.

Ampliatur ſecundo,vt locum ſibi vendicet,etiã ſi
25 titulus nõ eſſet verus,ſed putatiuus,aut inualidus†nã ex eo etiã præſumitur poſſidere:ita reſpondit Socyn. ſen.in conſ.13. inſignis Doctor, in cauſa presbyteri. col.3.nu.18.verſ.ad illud autem vltimũ. vol.4.ex eo,
26 ꝙ titulus†licet erroneus declarat poſſidentiũ uoluntatem,arg.l.ult.ff.de reb.cor.& l. in teſtamento.ff. de fideicom.libe.ut & uoluit Bar. in l.fideicommiſſa.§. quoties.ff.de leg.3.ad idẽ reſpondit Dec. in cõſ. 407. viſis,& diligẽter. in fi. Socinum ſupra citato loco ſequuti ſunt Alc.in d.tract.de præſump.reg. 2.præſump. 23.in fi.Ciau.in cõſ.61. D. Antonius nu.2.Nat.in cõſ. 502.ſup præſenti controuerſia.nu. 22. uol.3.Cæph.in cõſ.4.Illuſtriſſimus D.Claudius.nu. 39 ubi n. 40.aliã iſtius ampliationis rationem adduxit. uol. 1.& prius his Cur.iun.in d.cõſ.368.nu. 34. quem ſequitur idem Cæph.in d.conſ.152.nu.75.uol.2.

27 Contrariũ tamen† in hoc videtur reſpõdiſſe Bero. in conſ.69.ſi verum eſt,col.2.nu.7.verſ.2. quis.vol.3. vbi inquit,quòd quis præſumatur tunc ex cauſa præcedenti poſſidere,quando illa cauſa eſt habilis,& valida,arg.l.traditio.ff.de acq.rer.domin.idem viſus eſt ſentire Corn.conſ. 261.viſo proceſſu agitato. col. 2. nu.7.verſ.nec obſtat.l.minus inſtructus.vol.3.vbi ait, iura ab eo in hanc ſententiam allegata, loqui in actu licito,hoc eſt, ad præſumẽdum actum licitè factum, vbi alias eſſet illicitus, ſi enim in dictis iuribus propria auctoritate fuiſſet occupata poſſeſſio, fuiſſet vitioſa, & illicitè quæſita, & ſi ex præcedenti titulo de voluntate præbẽtis titulum quæſita fuit, tunc poſſeſſio fuit licitè quæſita, & poſſeſſio ipſa iuſta, & nõ vitioſa, iccirco præſumitur ex ea cauſa valida acquiſita,arg.l.merito.ff.pro ſocio.& eorum, quæ habentur in l.pro hærede. & in l.gerit.ff. de acq.hær.

Amplio tertio,vt habeat locum etiam in iurib.per
28 dictam l.ſi à te.ff.ſi ſerui.vendic.quò circa † ſi legata fuerit res Titio,& reperiatur in eius poſſeſſione, præſumitur poſſidere titulo legati.l.pen.ff.pro lega. vt &
29 etenim in hæreditate:nã ſi alicui delata ſit†hereditas, & reperiatur aliquam rem hæreditariam poſſidere, præſumitur iſtud facere hæreditario iure,arg.l.3.verſ. & quod de ſubeunda.C.de natu.lib.intelligendo tũ, vt no.in l.1.C.de repud.hæred.& Bart.in l.gerit.ff.de acq.hær.ita extendit Alc.in d.præſump.23.nu.2.& 3. & ſeq. ob id etiam conſultus reſpondit Bero.in conſ. 110.materia propoſita quæſtionis. colum.1. num.4.
30 volum.2.quod q agnouit fideicommiſſum,tenuitq; ac poſſedit bona,de quibus in fideicommiſſo,ex cauſa fideicommiſſi illa tenere, & poſſidere præſumendum,eſt.arg.d.l.quædam mulier.ff.de rei vend.& d.l. 2.C. de acquir. hæred.

Declaranda eſt primo loco concluſio,vt procedat etiam ſi ille, à quo habui titulum, tunc non poſſideret, vel dubitaretur, poſſideret necne, quia nihil eſt
31 probatum; nam & hoc caſu † occaſione eiuſdem tituli præſumor poſſidere; etenim eo ipſo, quòd mihi titulum conceſſit, videtur conceſſiſſe à quocunque poſſeſſionẽ dictæ rei acquirere,ita docet Bart. in d.l. cũ ſolus.col.vlt.ſub eo.nu.4.ver.3.caſu,p gl.in l.ſi res. ff.de rei vẽd. præterquam in caſu l.ei,qui. vbi idẽ Bar. ff.de furt.cui accedit Bal.in l. ſuper longi. col. vlt.ſub nu.20.verſ.ſi ille nõ poſſidebat,& ibid. Ang.col.pen. ſub n.5.ver.ſi aũt ille nõ poſſidebat.C.de preſcr.long. tẽp.& Pet.de Vbal.in rep. c.ſi diligenti.col.mihi parua.33.in prin.verſ.ſi aũt ille nõ poſſidebat. de preſcr. q tres verè germani fratres hanc materiam explicantes,eiſdẽ conceptis verbis, inter ſe vtuntur.idẽ dixit ipſemet Bal.in l.iudicia.n.5.verſ.2.incidenter quero. C.de rei vẽd.vbi inquit iſtud verũ eſſe,ſi titulus præce-
32 dat poſſeſſionẽ,ſed ſi poſſeſſio † pcedat titulũ, adhuc idẽ dicendũ opinatur, quod ſcilicet ex titulo præſumatur cauſa poſeſſionis mutata, per ea, quæ notã.in l. cũ nemo.C.de acqu. poſ. & ſecundum Bart. in d.l. cum ſolus.ff. de vſucapio.

Declaratur ſecũdo, vt vera ſit, modo qui mihi de-
33 dit titulum tunc poſſideret:nam † tunc vtiq; clarum eſt in dubio,me ab eodem, & ex eadẽ cauſa præſumi me poſſidere,ſecus ſi non poſſideret,quia tunc, vt in ſuperiori caſu diximus, ex eadem cauſa tantũ in dubio,non ab eodẽ; ſed ex alio poſſidere præſumor: ita Bal. Ang.& Pet.de Vbal.relatis in locis,in quibus ſic explicant doctrinam Bart. in d.l.cum ſolus.

Declaratur tertio, vt locum habeat, quando non
34 ſtat de origine traditionis:nam ſi conſtaret†traditionem factam ab uno, & titulum habitum ab altero, eſſet ſecus,vt l.ſi is §.vltim.ff.pro empto.& l. cũ,qui. §.vlt.ibi,eo nomine.ff.de publ. in rem actio.ita concluſionem hanc intelligit Ang. in d.l. quædam mulier.ſub nu.4. ff.de rei vend.

Quarto eandem declaro.vt procedat,quando poſſidens impleuerit contractũ ex parte ſua,vt d.l.2. tũc enim præſumitur iuſtè poſſidere, & conſenſu eius, q ei præbuit titulum,quando etiam ipſe author tituli à principio poſſidebat; ſecus ſi ille poſſidens non impleuerit.l.Iul.§.offerri.ff.de act.emp.§.uenditæ.Inſtit.de rer.diu.& l.in ciuile. C. de rei vẽd.ita dixere idẽ met germani fratres.Bal.in d.l ſuper long.col.vlt.ſub nu.20. ver.ſi autem poſſidebat,& ibid. Ang. col pen. ſub n.5.verſ.ſi uero poſſidebat.C.de præſcr.long.tẽp. ac Pet.de Vbal.in d.repet.c.ſi diligenti.col.33.uerſ. ſi uero poſſidebat,de preſcr.Hinc reſpondit Aret.in cõſil. 128.clariſſimè dominæ Collateralis, vidi ſcripturas.col.ult.nu.11.verſ.ſed ex tertio capite,ꝙ iura, quę volunt,qñ titulus venditionis precedit,ſi poſteà reperiatur poſſeſſio penes emptorem, præſumatur eã habere ex tacita voluntate uenditoris,ut l.1.§.ult. ff. de except.rei uend.& d.l.2.C. de acq.poſſ.procedant.qñ pretium fuit per emptorem ſolutum, alioqui ſciẽtiã, & patientiam uenditoris non indicare tacitũ conſenſum, ut res uideatur eſſe penes emptorẽ ex uoluntate ſua,ex ea.cauſ.per gl.not.quam ibi approbat Bart. & ibi eſt caſus in l.ſi ex ſtipulat.ff. de acq. poſſ. ad idem reſpõdit Alex.int.cõſ.Cur.ſen. in conſ.22. Titius,& Seius.col.2.n.2.& ſeq.uer.nõ enim obſtat,ſi dicaẽ,ꝙ

eſt

eſt inter conſilia ipſius Alex.cōſ.86.pōderatis narratis.volu.6. ſic intelligens prædicta iura,nimirum qñ emptor ſolniſſet pretium, ſeu aliter ſatisfeciſſet uēditori,per gl.in § interdum.Inſtit.tit.de rer. diui. citans etiam ad id Bald. qui hoc expreſsè dixit in rub. C.de contrah.empt.quæſt.19.num.20.ac referens in hanc ſententiam Raynerij diſtinctionem in l.nec ex uera. C.de acq.poſ.vt apud eundem videre eſt.ad idem reſpondit ipſemet Alex. in conſ.33. uiſo proceſſu inter Aromaninum agentem,col.2. nu.6. verſ. nec obſtat, ſi dicatur,uolum.6.aliàs conſ.90.uol.5. quem referēdo ſquitur Rim.ſen.in cōſ.741.in hac cauſa Vincentij.colu.2.nu.7.verſ.confirmatur hoc vol.4.quo in loco, & ipſe ex eodem Alex. declarans reg. d.l. quædā mulier. inquit quod traditio ſubſequens præſumitur facta ex præcedenti cauſa,vt intelligatur,quando ex cauſa præcedenti neceſſario facienda erat, aliàs ſecus. Quod etiam idem eſſet, ſi fuiſſet habita ſides de pretio,vt voluit Bal.in d.rub.C.de cōtrahen.empno. quæſt.16. ſub nu.16. ac plenè per Io. Bapt. Ponta.in tract.de ſpolia. lib.2.c.14. num.19. verſi.ſi nihil conueniſſet de certo pretio.

Quintò declaratur concluſio,vt locum ſibi vendi-
36 cet,dummodo poſſidens † alleget pręcedentem titulum, & ſui authoris poſſeſſionem; per ea,quæ pluribus confirmauit Alex.in conſ.94.in cauſa,& lite coram arbitris.col.3.nu.9.& ſeq.ver. plus vol.2.& prius in conſ.92.viſo,& diſcuſſo laborioſo, colu.2.ſub nu.3.circa finem, eodem vol.2.

Sexto eandem declaro, vt vera ſit in titulo vero, ſecus eſt in pręſumpto: nam ne duæ præſumptiones, & duo ſpecialia concurrant, non præſumitur quis ex
37 titulo † præſumpto propter lapſum temporis poſſediſſe, niſi id probet, vt aſſeruere Sali.in l. ſi certis annis,nu.9. vbi etiam Alex.Iaſ.nu.15. idem Alexan.in conſ.113. ſuper primo.nu.2.vol.1. cum alijs relatis à Fel.in d.cap.quarta,ſub nu 41.de præſcrip. & Iaſ.in l. qui in aliena,nu.47. ff.de acquiren. hæredit. quos referendo in propoſito noſtro ſequitur Hierony. Gab. in conſ.145.exiſtimet aliquis nu.7.verſ.4.

Septimo declaratur concluſio:nam licet poſſeſſio præſumatur ex titulo præcedenti, tamen cum hęc
38 præſumptio ſit iuris ob id poterit † probari contrarium, vt patet ex allegatis ab eodem Hierony. Gab. in d.conſ.145.nu.8.

CONCLVSIO MCCIII.

ARGVMENTVM.

Poſſidere quis præſumitur nomine proprio potius, quam alieno.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere quis in dubio nomine proprio præſumitur.*
2 *Poſſidere vt vaſſallus,emphiteuta,vel vſufructuarius,nemo in dubio præſumitur, cū alieno nomine poſſideat.*
3 *Poſſidere quilibet præſumitur pro ſuo, & vt dominus.*
4 *Precario quis poſſidere præſumitur res incorporales,quæ nō poſſut niſi pcario vel donatione poſſideri, & cur ibi.*
5 *Precarium potius præſumitur,quam donatio.*
6 *Poſſidere nomine proprio potius, quam alieno tunc demū quis præſumitur,quādo extat cauſa,qua quis veriſimiliter iure proprio poſſidere poteſt.*
7 *Poſſidere iure proprio is præſumitur, ad quem res ſpectat, & qui habet titulum, aliter non.*
8 *Frater, qui ſolus in diuiſam hæreditatem poſſidet, & adminiſtrat, dicitur iure familiaritatis pro alijs fratribus poſſidere.*
9 *Frater habitans in domo fratris, & illius bona adminiſtrans,præſumitur id facere iure familiaritatis,& non poteſt dici nomine proprio poſſidere.*
10 *Primogenitus permittens alios fratres ſecum gubernare, non præſumitur iuri primogenituræ renunciaſſe,ſed id eis iure familiaritatis conceſſiſſe.*
11 *Vtens iure alieno, & dicens vſum fuiſſe tamquam iure proprio,& ſibi debito,id probare debet.*
12 *Poſſidens bona emphiteutica vigore inueſtiturarum, dicitur ſolum poſſediſſe nomine proprio,non iure familiaritatis pro non habente titulum.*
13 *Vxor,cui donatio domus facta eſt à marito non poteſt viro mortuo, in præiudicium filiorum mutare ſibi cauſam poſſidendi.*
14 *Frater in re communi faciens actus poſſeſſoris dicitur poſſidere iure familiaritatis pro alijs fratribus.*
15 *Socius nunquam præſumitur uti re communi vti ſua, niſi pro parte,quæ ad eum pertinet.*
16 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
17 *Actus præſumitur geſtus in dubio nomine proprio potius quam alieno.*
18 *Agens aduerſus poſſidentem, rei vendicatione, ſi is negauerit ſe poſſidere nomine proprio, probare debebit eum nomine proprio poſſidere. Quo caſu propter mendacium à reo auferetur poſſeſſio,& agenti adiudicabitur.*
19 *Poſſidens reſtituere rem non compellitur, niſi probantibus de iure ſuo.*
20 *Agens regulariter habet onus probandi.*
21 *Reus conuentus rei vendicatione, ſi fuerit de mendacio cōuictus nō ſolum circa poſſeſſionē, ſed & in qualitate poſſeſſionis,ab eo aufertur poſſeſſio,& actori datur. Quod tamen declaratur ibid.nu.22.Contrarium nu. 23.*
24 *Reus cōuictus de mendacio circa poſſeſſionem, in iudicio rei vendicationis, priuatur poſſeſſione, etiamſi eſſet paratus probare incontinenti de dominio.*
25 *Exceptio dominij, incontinenti probanda admittitur in poſſeſſorijs adipiſcendæ iudicijs.*
26 *Poſſeſſio à reo conuento rei vendicatione, negante ſe poſſidere,non aufertur,quando ante litem conteſtatam dictum ſuum reuocauit.*

1 EUM QUI poſſidet, in dubio sēper potius † præſumi nomine ꝓprio quā alieno poſſidere,adeo vt aſſerenti cōtrarium incumbat onus ꝓbandi,colligitur ex l.filiusfamilias.§.diui. in ver.ijdem Principes.ff. de leg.1. quo in loco Ang. nu.2.ver.in tex.ibi,nō vt pro dominis ait hūc cōtextū ad hoc meliorē eſſe, qui ſit in iure idē determinat glo.in l.2.in ver.vt dominum.C.de acq.poſ.quā ibid. ad hoc notant Bart. & Salic.ad idē reſpōdit Alex.in conſ.136.viſo, & examinato proceſſu, nu.2. verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus volu. 1. vbi propterea de-
2 cidit,quod nullus † pręſumitur poſſidere vt vaſallus, emphyteuta,vel vſufructuarius, qui poſſidet alieno nomine.l.male agitur. vbi glo.& Bar. C.de præſcrip. 30.ann.Doct.in l.3.ex contrario.ff.de acq.poſ.& in l.
4 ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.commo.cū quilibet † præſumatur poſſidere pro ſuo,& vt dominus.Alex.reſerūt, & ſequuntur Nat. in conſ.514.tria proponuntur.nu. 26.vol.3.& in conſ.634.prælecto. nu.19. eod. volu.3. ac Rol. à Val.in conſ.46. in præſenti conſultatione. nu.44.& ſeq.vol.3.concluſionem quoq; noſtram cōprobat Bal.in l.2.col.5.q.9.nu.28.C.de ſerui.& aqua. vbi quærens,an ille qui reperiatur in poſſeſſione pręſumatur precario poſſidere, an pro ſuo reſpondit, in rebus corporalibus præſumi pro ſuo.vt l. Titia. ff.de ſolutio. ſed in incorporalibus pſumi precario in his,
4 quæ non poſſunt poſſideri,niſi ex donatione,vel pre-
5 catio quia magis præſumitur † precarium, quam donatio,argu.l.Lucius,ff.de donat.ad idē reſpōdit ipſemet Nat.in conſ.502. ſuper præſenti cōtrouerſia.nu. 15.eod. vol.3. ac Paril.in conſ.75. omnis difficultas, nu. 7. vol. 4. inquit poſſeſſionem penes aliquem eſſe pręſumi potius nomine proprio, quam alieno.

Concluſionem hanc ſic confirmatā vellim intelli-
6 gas,& declares,vt procedat,quādo † extat cauſa,qua quis veriſimiliter iure proprio poſſidere poſſit,veluti

ſi ali-

ſi aliquis præcedat titulus, quia tunc vtiq; verum eſt,
p̄ſumi poſſidere noīe proprio, non aūt alieno, aut cōi
iuxta ea, quæ not. à gl. in l. quædā mulier. ff. de rei ven-
di. in l. a. C. de acq. poſ. in l. 1. C. de imponen. lucra. de-
ſcrip. lib. 10. ſic ſenſit Ceph. in conſ. 4. Illuſt. Do. Clau-
dius. nu. 39. vol. 1. vbi nonnullos citat concordes. ad
idem rñdit Soc. ſen. in conſ. 60. conſilijs noſtris. col. a.
nu. 4. vol. 1. vbi ex ſentent. Bart. Ang. Imo. Caſtren. ac
cæterorum in l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ.
7 ait, quod ille præſumitur † poſſidere iure proprio, ad
quē res ſpectat, & qui habet titulum; aliter non. Quæ
quidē declaratio ſummopere conducit ad illud de-
terminandū, q̄ dicitur de duob. fratrib. cæteriſq; con
ſanguineis, & affinib. aut amicis, ſimul habitantibus
poſſidentibus patrimonium, aut aliud quidpiam in-
8 diuiſum, quorū † vnus duntaxat adminiſtrat, & curat,
vt prædia colantur, & fructus colligantur, vt is dica-
tur iure familiaritatis, ēt pro fratre poſſidere. l. genera
liter, & d. l. q iure familiaritatis, & ibi Bart. ff. de acq.
poſſ. l. certè. §. hoſpites, & itidē ibi Bart. ff. de preca. ac
in l. ſi mulieri. ff. quib. mod. vſufr. amitta. vt verū iſtud
ſit, qñ frater ille poſſidens nullū haberet titulū, ſecus
ſi titulū habeat in bonis poſſeſſis, q̄a tunc intelligitur
iure ꝓprio poſſediſſe, vt egregiè docet Ang. in l. aſſi-
duis. ſub n. 1. verſ. in tex. ibi mulier poſſidet. C. qui po-
tio. in pig. habean. quo in loco tradit, q̄ ſi duo amici,
duo fratres, duo affines, vel conſanguinei, filius cum
matre, patre cū filio, aut econtra, ſimul in eadem do-
mo morentur, & vnus habeat titulū, dicere non poſ-
ſit, ſe habere ſuſtentationē in domo, pro ſua, & tanq̄
9 ſua. quinimo, † & ſi prædia eſſent ruſtica, & ille, qui ha
bet eorū titulum, nunq̄ ad illa iuiſſet, fructuſq; perce-
piſſet. ipſaq; p̄dia locaſſet, non poſſet dicere, ſe illa p̄-
dia poſſediſſe, pro ſuis, & tanq̄ ſua, q̄ ib. d. menti tenē
dum cēſet Ang. quē ſequitur, ac alios refert Soc. ſen.
in d. conſ. 60. nu. 7. verſ. ſiñ probatur. vol. 1. ſimile eſt,
q̄ ſtatuit Pau. à Caſt. in d. l. qui iure familiaritatis, vbi
10 cōſulendo ſe determinaſſe refert, primogenitū † per-
mittētē alios fratres cū eo ſimul officiales ponere in
oppido ad eū ſolū pertinenti, ēt per longum tp̄s non
intelligi iuri primogenituræ renūciaſſe, quia eius pa-
tientia debet intelligi, eſſe iure familiaritatis, & non
alio iure, & ex gratia non ex debito; nec ēt illos hoc
feciſſe aīo quærendi dominiū, ſed potius cā fraterni-
tatis, & bonæ cōcordiæ, & familiaritatis, per d. l. q iu-
re. poſtq̄ conſtat de iure primogenitu, adeo vt qui ali-
ter vellet dicere, neceſſe haberet probare ſecundoge-
nitos iure ſuo officiales poſuiſſe, & ex debito, & ꝓ iu-
re ſibi cōpetenti, nō ex grā. l. vlt. ff. quēad. ſerui. amit-
ta. & l. 1. §. Ariſt. vbi gl. concordes textus allegat. ff. de
aqua quoti. & æſti. & prætereà, q̄ primogenitus id ſci
uerit, hoc eſt, q̄ ſecundogeniti voluerint facere iure
proprio, & paſſus fuerit. adducens ad hoc id, q̄ in ſimi
li not. Innoc. in c. bonæ. il ſecundo. col. 2. in verſ. af-
fuiſſe. in fi. gl. de poſtul. præl. vbi inq̄t, debere cōſtare,
11 quod ille. qui † vtitur iure alieno, vel re aliena, fuerit
vſus tanq̄ iure proprio, aut ſibi debito, vt ſibi acq̄rat,
alioq vr̄ vſus iure familiaritatis, hoc idē plenius de-
terminat ipſemet Caſt. in conſ. 179. in cā, quā magni-
ficus. col. 4. ſub nu. 4. verſ. item non obſtat, q̄ poſteà
pater. vol. 1. cui adhærent. Rni. in conſ. 34. in hac lite.
col. 5. nu. 12. verſ. nec ēt ex vol. 1. Guliel. Bened. in re-
pet. c. Rayn. in verſ. in eodē teſtō relinquens. il 1. nu.
146. ver. & adeò de teſta. qui id ſingulare exiſtimat.
Tiraq. in tract. de iur. primig. q. 25. vbi hoc nonnullis
cōfirmat. & Ceph. in d. conſ. 4. ſub nu. 40. vol. 1. Ob id
p̄terea, rñdit conſultus Alex. in conſ. 6. circa proceſ-
ſum cauſæ vertentis. col. 5. nu. 15. verſ. nō obſtat etiā,
12 ſi dicatur, q̄ Philip. vol. 3. poſſidentē † emphyteutica
bona vigore inueſtituratum dici ſolū poſſediſſe no-
mine proprio, nō iure familiaritatis ꝓ non habente
titulū. Hinc ēt conſuluit. idem Caſtr. in conſ. 138. d.
13 donat. col. 2. ſub nu. 1, verſ. breuiter. vol. 1. vxorē † cui
donatio domus facta fuit à marito, quæ nō incepit à
traditione, nō poſſe in p̄iudiciū filiorū poſt viri mor-
tem mutare ſibi cām poſſidendi, vt. ſ. quemadmodū
viuente marito detinebatur in domo, poſt illius mor
tē, incipiat poſſidere, & vt ibi viuente viro res mobi-
les cuſtodiebat pro eo, poſt eius obitum, incipiat poſ-
ſidere ꝓ ſe. l. cū nemo. C. de acqu. poſſ. qñ requirebat
ad hoc, vt iuſtā detentionis cām haberet, q̄ interue-
niſſet voluntas viri, vt. ſ. ea ſuo proprio nomine acci-
peret, & retineret, quo caſu pro traditione haberetur.
d. l. quædā mulier & d. l. a. ad idē pertinet, q̄ ipſemet
dixit in cōſ. 391. in cauſa, quæ vertit̄ in ciuitate Maſ-
ſæ ſub nu. 1. & 2. vol. 2. Alex. in cōſ. a13. viſo, & oppor
tunè diſcuſſo. nu. 11. vol. 2. & Soc. ſen. in conſ. 131. in
p̄ſenti cōſultatione. n. 1. cū plurib. ſeq. vbi latè vol. 1.
14 Quæ limitatio ea quoq; roboratur † ratione. Nam
quando frater, aliuſvè conſanguineus, ſeu affinis, aut
amicus carens titulo ſolus adminiſtrat, & actus ſolos
poſſeſſorios facit, in bonis communibus intelligitur
tunc poſſidere iure familiaritatis, pro alijs fratribus,
15 aut cæteris, quoniam † ſocius nunquam præſumitur
vti re communi, vt ſua niſi pro parte, quæ ad eū per-
tinet, vt euitetur delicti præſumptio, vulgata. l. meri-
to. ff. pro ſocio. quę ratio ceſſat, vbi ſolus habet titulū,
quia dicendum tunc eſt, quod poſſideat pro ſe ipſo,
16 cum nemo † præſumatur iactare ſuum, peruulgata.
l. cum de indebito. in princip. ff. de probatio. l. ſi cum
aurum. ff. de ſolutio. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de
17 pig. act. & quilibet præſumatur † potius actum gerere
nomine proprio, quā alieno. l. & magis. ff. de ſolut. ac
l. Papinianus. ff. mād. ſic in ſupradicta limitatione tra
dita ſequens reſpondit. & confirmauit Nat. in d. cōſ.
502. num. 14. cum plurib. ſeq. vol. 3.
Declaratur ſecundò noſtra concluſio, vt non pro-
18 cedat in actore † agente rei vendicatione aduerſus
reum poſſidentem, qui ſe poſſidere noīe proprio ne-
gauit, ſed alieno, ad hoc, vt reus poſſeſſione p̄ueiur,
& in ipsū transferat̄ actorem. iux. l. vlt. ff. de rei vēdic.
nā licet ipſemet actor p̄ſumptionem pro ſe (& quili-
bet præſumatur non alieno, ſed proprio nomine poſ-
ſidere, vt diximus) habeat, quę generatim in aduerſa-
rium probandi onus trāſferre ſolet, vt l. ſiue poſſide-
tis C. de probat. vbi Bal. nu. 6. l. ab ea parte. ff. eo. l. ge-
neraliter. §. ſi petitū. in fi. ff. de fideicom. liber. c. bona
fides. de depoſi. Bart. in l. in illa. in fi. ff. de verb. obl. cū
ſimilib. tñ hoc in caſu eiuſdē actoris partes erunt, ꝓbā-
di reum noīe proprio, non alieno poſſidere, & illum
mendacij conuincere, ad hoc, vt habeat locū. d. l. vlt.
ff. de rei vendic. q̄ in pœna dicti mendacij à reo incō-
tinēti poſſeſſionē aufert, & in actorē, etiā de iure ſuo,
nihil probantē illam transfert, q̄uis regulariter tenen
19 tes res alienas, non debeāt eas † reſtituere. niſi proban
tibus de iure ſuo, vt l. res alienas, quę eſt l. vlt. C. de rei
uendic. Etenim ut diſpoſitio. d. l. ult. ff. de rei uēd. ſuū
ſortiatur effectū inter alia neceſſe eſt, q̄ actor proba-
uerit reū poſsidere, & ſic q̄ aſſumpſerit in ſe onus ꝓ-
bandi, ita dicit tex. in d. l. vlt. ibi, ita tamen, ut ſi poſsit
aduerſarius cōuincere, rem ab aduerſario poſsideri,
& cap. ſecus ſi antequam probauerit, conſtet reum
poſsidere, ita ad uerbum dixit Abb. in c. pen. colum.
5. ſub num. 18. uerſ. item requiritur, quod actor. de iu-
ram. calumn. ad idem reſpondit Guid. Pap. in conſil.
3. lex fin. num. 3. uerſic. 3. ſic quoque docuit Bart. in
d. l. ult. num. 6. ubi cæteri. cui accedit Iaſ. in §. omni-
nò. num. 93. Inſtit. de actio. ubi dicit id eſſe bene no-
tandum, & Grat. in conſil. 37. & ſi præſens cauſa. ſub
num. 8. uerſic. 4. præſuppono. uolum. 2. relatus à Gab.
in ſuis commun. concluſio. lib. 5. tit. de acquir. poſſ.
concluſio. 5. num. 13. uerſ. 6. limita. quo in loco Gra-
tus ait, merito iſtud ita debere intelligi, cum præſu-
matur pro negante, & quod non iniuſtè grauauerit
20 actorem in probatione; maximè cū ad agentē † regu-
lariter ſpectet onus probādi intentionē ſuā, d. l. ab ea
parte,

Digitized by Google

parte,& l.verius,ff.de ꝓbatio.& pro hac ſententia mi-
hi ſatis erit in præſentia vnũ tantummodo allegare.
Rolan.à Val.in cõſ.88.ꝗ Dom.Antonio,nu.11.ver.
verũ in caſu præſenti. cum cæteris ſequen. vſque ad
finem conſ.volu.4.quod quidem reſponſum nuncu-
patim ſuper hac facti ſpecie editum eſt,vbi ipſe id la-
tiſſimè tuetur: diſpoſitionem nempè dict.l.vlt. locũ
habere non poſſe, vbicunque reus, qui negauit ſe
poſſidere nomine proprio, ſed alieno, reuocat ſuam
confeſſionem negatiuam,antequam lis conteſtetur,
& actor onere probationis grauetur, idque * com-
muni Doctorum calculo admitti teſtatur,quos dict.
num.11.citat. hoc idem defendit Nat. in conſilio
381.circa præſentem, per tot.volum.2.ac Gabr.in di-
cta concluſ. ſub num. 27. verſic. ſecundo limita. ad
quos me reijcio.

Quæ quidem declaratio ampliatur primum,vt ha
21 beat locum, etiam † ſi reus non fuerit mentitus in
poſſeſſionis ſubſtantia, ſed in qualitate poſſeſſionis,
quia falſum dixit titulum:& hoc caſu, vt habeat lo-
cũ d.l.vlt.diſpoſitio,actor debet in ſe probandi onus
aſſumere, & illum mendacij conuincere, qui conui-
ctus poſſeſſionem quoque amittere debebit, & ea in
actorem transferretur,vt & in ſuperiori caſu:ita ſen-
ſit Bald.in l.cogi.col.vltim.nu.12.verſ.vlterius quæ-
ritur. C. de petitio. hæred. ac Gabr. in dicta concluſ.
ſub nu.23.verſ.8.limita.arg.§.pen.inci.illud quoque
il.2.in Auth.de trien.& ſemiſ.

Declaratur hæc ampliatio, vt tunc demum vera
ſit,quando ipſe actor probaſſet illum reum non poſſi-
dere illo titulo:quoniam ſi probaſſet eum,à quo reus
titulum dicit ſe habere,eſſe furioſum, vel alio ſimili
modo impeditum, tunc vtique deberet puniri reus
22 in translatione poſſeſſionis: ſecus † ſi reus conuinca-
tur de mendatio, eo quia ipſemet reus non probauit
titulum allegatum, quia vt paulò ante diximus, ad
hoc vt habeat locum, dict. l. vlt. non ſufficit ſolum
mendacium,ſed requiritur etiam,quòd actor ſit gra-
uatus onere probandi:ita docet ad verbum Bar.in d.
l.vltim.col.2.nu.6.verſ.ſed quæro. ff.de rei vendi.cu-
ius verba eſſe bene notanda ad declarationem. d.l.
vlt.aſſeuerauit Iaſ.in d.§. omnium.nu.92.& ſeq.verſ.
quid autem ſi ſeruus.Inſtit.tit.de actio.

Cæterũ quoad ampliationem,& illius declaratio-
23 nem apertè cõtrariam † ſequutus eſt ſententiam Car
caſſona,Sardus in addit. ad Iaſ.in dict.§.omnium.lit
tera G. in addit. incip. tu dicas, de actio. indiſtinctè
verius eſſe exiſtimans,quod ob mendacium tituli nõ
puniatur quis priuatione poſſeſſionis, ex rationibus
ibidem ab eo adductis. Cogitabis tamen propter au-
ctoritatem Bart. Bald. ac Iaſ. quæ vt in hoc caſu, ſic
in cæteris apud me ſemper plurimum valuit.

Ampliatur ſecundo eadẽ ſecũda ad concluſionẽ
24 declaratio,vt locum † ſibi vendicet, etiam ſi reus in
caſu dict.l.vltim.mendacij cõuictus,ex actoris ꝓba-
tionibus,diceret, Dominus iudex, nõ grauetis me in
translatione poſſeſſionis,q̃a hodie cõſtat,hodie aga-
tur,& ſtatim volo probare de dominio meo:nam,&
tunc non eſſet audiendus; immò hoc nõ obſtãte pro
pter mendacium puniendũ transferretur poſſeſſio in
aduerſarium:ita tenet Bart.in dict.l. vltim.col. 2.nu.
9.verſ.ex quo nota.& col.vltim.num.13.verſ.ex quo
nota caſum; quibus in locis iſtud admodũ mirabile
dicit,ac menti tenendũ ex eo, quod licet iſtud ſit re-
mediũ adipiſcẽdæ poſſeſſionis,& ob id videretur ad-
mittenda exceptio dominij incontinenti probãda,ſi
25 cut ſeruatur † in alijs poſſeſſorijs adipiſcẽdę,l.3.§.ibi.
ff.ad exhiben.& not.in c.litteras de reſtit.ſpol.in hoc
tamen nõ admittatur,nec ei obſtet,huiuſmodi exce
ptio dominij,idque propter mendacium,idem cõfir-
mauit in authen.item poſſeſſor, nu.4. verſic. modo,
poſt gloſſ.ibi.C.qui potio. in pigno. habean. ꝗ itidẽ
dicit eſſe notandum Anton à Butr. in dicto c.penul.
colu.penult.num.22.in fin.ſub verſic. quæro aliquis.
de iuram. calu. ibique teſtatur Abb.colu.5. ſub nu-
mero 18.verſ.nunquid autem. hoc * communiter te-
neri in dict. l. vlt. ſubiungens, quod ſi ſecus fieret,
nunquam puniretur mendacium. quibus omnibus
ſe ſubſcripſere Iaſ.in dicto §. omnium; nu.90.verſic.
item aduerte. Inſtit. tit.de actio.Gabr.in d.concluſ.
5.nu.17.verſ.2. amplia.

Poſſem hoc in loco eãdem d.l. vlt. diſpoſitionem
26 limitare,vt nõ habeat locum,quando † negans reuo
cauerit cõfeſſionem ante litem conteſtatam,vt ſcili-
cet tunc non ſit ab eo auferenda poſſeſſio,& in acto-
rem transferenda, vt pluribus auctoritatibus demon
ſtrat Gabr.in dicta concluſ. ſub nu.27. verſ.2.limita.
ac multis rationibus planum faciunt, Natt. in dict.
conſ.381.per tot. volum.2. ac Rolan. à Val.in dicto
conſ.88.à num.11. vſque ad finem conſilij.volu.4.&
inſuper eandem l. vltim. & proinde noſtram ſecun-
dam ad concluſionem declarationem,cum pluribus
alijs ampliationibus, & limitationibus exornare.Ve
runtamen cum illæ nihil ad præſentem probationis
materiam pertineant, ea de induſtria prætermittere
operæ pretium eſſe duxi, lectorem ad modo relatos
auctores relegans, in primis ad Iaſ.in d.§.omnium.à
nu.86.vſque ad nu.100. & ibi Aret. nu. 8. & 9. Inſtit.
tit.de actio.ad Gabr.in dicta concluſ.5. per tot.tit.de
acq.poſſ.libr.5.quibus potiſſimum curæ fuit hanc d.
l.vlt.materiam adamuſſim examinare.

CONCLVSIO MCCIV.

ARGVMENTVM.

Probatio plenanè, an ſemiplena requiratur in probanda poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio leuioribus, & ſemiplenis probationibus poteſt probari.*
Quod confirmatur latè in ſequent.
Contrarium,num.10.
Conciliationes plures traduntur.nu.11 & 15.
2 *Poſſeſſio poteſt per famam, & vnicum teſtem probari, & latius,num.7.*
3 *Poſſeſſoria cauſa reſpectu probationũ dicitur ſummaria.*
4 *Poſſeſſionis cauſa dicitur modica, & leuis præiudicij, etiã ſi cauſa principalis ſit magna.*
5 *Iudicium ſummarium,vbicunque parat præiudicium reparabile in alio iudicio, non requirit plenam probationem.*
6 *Cauſæ, quæ non plenè præiudicant, plenam probationem non requirunt.*
8 *Probationes priuilegiatæ, veluti iuramentum ſuppletiuũ admittuntur in cauſis ſummarijs, modici præiudicij.*
9 *Iuramentum ſuppletiuum in iudicijs poſſeſſorijs defertur etiam parte non petente.*
12 *Cauſæ ſummariæ,quæ probationes requirant.*
13 *Cancellariæ reg.de in. quæſ.non toll. habent locum etiam in poſſeſſione.*
14 *Momentanea poſſeſſio,quæ dicatur.*
16 *Probatio plena,quæ dicatur, & quando, diſtinguitur.*
17 *Poſſeſſio an requirat plenam, vel ſemiplenam probationem in iudicis arbitrio plurimum reſidet.*
18 *Poſſeſſoria cauſa modici præiudicij, ita demum admittit ſemiplenam, ſi contra dictam probationem non adſint aliqua indicia.*
19 *Teſtis vnicus ita demum probat in cauſa poſſeſſoria, ſi eſt omni exceptione maior.*
20 *Poſſeſſio per teſtes ſingulares non probatur.*
Contrarium,numero 21.
Conciliatio numero 22. & ſequent.

22 Te-

22 *Teſtes ſingulares, an, & quando probent poſſeſſionem, ibid. & num. ſeqq.*
25 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum aliquid in genere.*
26 *Teſtes deponentes, me vidiſſe diuerſo tempore poſſidere, probant poſſeſſionem.*

1 In probanda qualibet poſſeſsione ge
neratim† leues, & ſemi-
plenas requiri tantummodo probationes nõnulli ex
noſtris ſenſere, ex iſtorum fuere numero Rebuff. in
comment.ad conſtit.reg.Galli, tom. 3. tit. de mater.
poſſeſs.artic.7.glo. 1.nu.26.verſ. decimaquinta, aſſe-
rens in hoc cauſam poſſeſſorij à petitorio iudicio dif-
ferre, quod in eo ſemiplenè, in hoc plenę deſideran-
tur probationes. Alc.in conſ.389.nu. 3. ac Bellon. in
conſ.35.nu. 6. quos in hanc ſententiam adducit Me-
noch.in commen.recuper.poſſeſ.remed.15.q.32. nu.
410.& ſeq.ad idem ante hos reſpondit Alex.in conſ.
103.ſuper eo.dubio.col.2.ſub nu.3.& ſub nu. 7. vol.
7.& in l.vlt.col.5.num.18.& ibi Caſt.col. 6.num. 14.
in fin.verſ.item in poſſeſſorio iſtius legis. C. de edic.
din.Adria.tollen.Gozad. etiam in conſ.50.1.facie.
num.2.& 5.loquentes in interdicto quorum bonorũ,
prout facit Bero. in conſ. 43. cum nonnullæ dubita-
tiones.num.46.ver. ſupereſt nunc videndum cũ plur.
* ſeq.vol.3.vbi de magis * communi dicit: eamque la-
tiſſimè ibidem tuetur ab impugnationibus nonnul-
lorum. & Corn. in conſ.1. in præſenti ardua conſul-
tatione.in fi.volum.3.quem refert, & ſequitur. idem
Gozad.in conſ.12.in hac cauſa.num.11. verſ. quibus
tamen non obſtantib. & generatim aſſeruit ipſemet
Gozad.in conſ.103.videtur 1.ſub nu.10.verſ.2.reſpõ-
deo.atque Pariſ.in cõſ.10.aduerſus.nu.32. verſ. & qa
vol.2.Bero.in conſ.9.viſo proceſſu.num.4.& 9.in fi.
vol.2.Ruin.in conſ.53.in hoc indicio.col.3.num.10.
vol.4.& in cõſ.106.in hac lite.nu.18.vol. 5. conſulẽs
in poſſeſſorio retinendæ.Soc.ſen.in conſ.187.in con-
trouerſia.col.6.ſub nu.18.verſ.poſtremò præmiſſa cõ
firmantur.vol.2.cui accedit Crauet.in conſ.158.vilis
actis.nu.12.verſ. & multo magis.cum alijs ad id cita-
tis à Rol.à Val.in conſ.50. in hoc remedio.num.9.&
ſeq.vol.2. & promiſcuè in omnib. alijs remedijs poſ-
ſeſſionis admittunt.Gemin.in conſ.148. ſuper iſto du
bio.col.3.n.4.per c.ex inſinuatione.de procur. Caſtr.
in conſ.3.in cauſa, quæ vertitur coram domino Vica
rio.col.3.ſub num.3 verſ.4.principaliter.vol. 2.idem
Alex.in conſ. 117. viſo proceſſu inter magiſtrum Io.
col.2.nu.6.vol.2.in cõſ.51.viſo, & diſcuſſo proceſſu,
col.2.nu.3.in fi.vol.1.& in cõſ.70. magnificus miles,
col.vlt.nu.11.vol.6.prius his. Bar.in l.2.§.ſi vero poſt
nu.1.C.vbi in rẽ act.exerc.debe.in l.1.nu.10.C.quor.
bon.ac in l.2.nu.2.ff.eod. cui ſe ſubſcripſit Aret.in §.
quadrupli.col.11.n.37.ver.4.qd ſit neceſſe deduci.in-
ſti.tit. de act. & Iaſ.in l. admonẽdi.col.89 ſub n.273.
verſ.ſubdit ſing. Bart.ff.de iureiu.& in l.à diuo Pio.§.
ſi ſup reb.n.4.in 3.not.ff. de re iud. vt & tradidit Bal.
in l.2.in fi.C.de edic.diu.Adr.tol.ad idẽ conſultus re-
ſpondit Dec.in conſ.56.in cauſ.appell.nu.1.in conſi.
252.agitur cauſa.nu.2.& 3.in conſ.663.in cauſ.mota.
nu.2.in c.cũ cauſ.col.2.nu. 17. uerſ. & ideò in cã poſ-
ſeſſorij.de probat.in l.2.nu.2.verſ.& ꝙ dictũ eſt.C.de
Carbo.edic.& in d.l.vlt.col.8.num.28.C.de edic.diu.
Adr.tol.Neuiz.in conſ.14 os meũ.nu.12.& in cõſ.80.
Benedictus es dñe.nu.11. Anch.in q.25.nu.7.Io.Dile
cti,in trac.de arte teſtan.tit.11.de acq.vel repu. hære-
di.cautel.20.ſub n.7.verſ.pterea vtile eſt.Nat. in cõſ.
121.in cauſ.poſſeſs.nu.2.lib.1.Rebuff.in commen.ad
concor.rub.de annat.in fi. aſſeuerans in cauſa poſſeſ-
ſorij ſufficere ſemiplenas probationes, quando alter
non melius probat per Bart.in d.l.2.ff.quor.bonor.&
2 ſic admitti probationem† per famã, vel per vnũ teſtẽ.
ex Mattheſil.in not.2.& Dec. in d.conſ.663. num. 2.
idem Natt. in conſ.473. quædam nomine Siluia. nu.
3 2.volu.2.vbi ait, ꝙ licet † cã poſſeſſorij reſpectu ordi-
nis in procedendo non ſit ſummaria, tamen reſpectu
probationum ſummaria dicitur, quia leuiores proba
tiones ſufficiant. per Bart. ſupra allegatum. idẽ reſpõ-
ſub nu.13.uer.2.hoc deducitur,per ſupradicta,& alia
quæ ibi allegat. eandem corroborat concluſionē ex
doctrina Bar.in l.ſi duo ad fi.ff.uti poſſide. quē ſequū
tur ſcrib.in l.1.C.eo.& in c. licet cauſam, de probat.
idem Soc.in d.l. ſi quis cum totum. in prin. ſub nu.6.
ubi Bar.uelle dicit,quod ſi duo probent æqualiter de
poſſeſſione fundi feratur ſentēria, quod quilibet poſ-
ſederit pro dimidia pro indiuiſo,& tamen uult idem
Soc.ſubiungi, quod ſi altera probatio ſit potentior
excludat probationem minus potētem, ut probatur
ibi in illius diſtinctione: ergo patet, quod probatio
poſſeſſionis intelligatur reſpectu totius fundi: alioq
non excluderet de neceſſitate probationem aduerſa-
rij,eiuſdē etiam Socini, in d.l.ſi quis cum totum au-
thoritate motus Petr.Benint. in deciſ. Bononien.33.
dubitatum fuit primo,in fi.determinauit, ſi dicat te-
7 ſtis † Sempronium poſſediſſe domum alter teſtis dicat
poſſediſſe vna cū Iacobo, dici ꝓbatam poſſeſſionem
inſolidū. Eandē concluſionē cōfirmo, ex l.vxori ſuæ
in prin.vbi gl.ſing.ff.de leg.3.vbi Scæuola I.C.reſpō-
8 dit ratione incertitudinis, qui poſſidet † partē, præſu-
mi poſſidere totum,quo reſponſo adductus Bald. in
c.ſi diligenti.col.vlt.num. 18. verſ.quæro, vnus teſtis
9 dicit.de præſcrip.determinauit,teſtem † vnum depo-
nentem,ſe vidiſſe poſſidere Titium in capite agri,al-
terum vero in alio capite,totam dici probatam poſ-
ſeſſionem,& per l.3.§. 1. ff.de acquir.poſſeſ.

10 Veruntamen † aduerſus hanc concluſionem pluri-
mum obſtare videtur,quod concludunt Doct.in l.1.
in fi.maximè Fran.Cur.ff.ſi cer.pet.teſtes non ꝓbare,
ſi dicant fundū eſſe Titij, vel ſuū cum verbum ſuum,
ſit ambiguum ſimile eſt, qđ determinat Innoc. in c.
auditis,& ibi Abb.col.4. nu. 16. verſ.mihi placet, &
Fel.col.15.nu.24.verſ.guſta etiam quotidianum ver-
bū de præſcriptio. quibus in locis vnanimes tradide-
11 re, teſtem deponentem aliquē † exercuiſſe iura Epi-
ſcopalia non probare, ꝙ exercuerit omnia iura,cum
ipſius dictū verificari poſſit in aliqbus veluti in duo-
bus.l.inter illam.§.1.ff.de verb. ſignif.ex eo permoti,
quod in teſtibus,& ſic in materia probationum inde-
12 finita non equipolleat † vniuerſali:cum probatio de-
13 beat neceſſario concludere,† c. in præſentia. de pro-
batio.in l.neq; natales. C. eod. ad idē reſpōdit Oldr.
in conſ.106.in executione.nu.1.2.3.& 4.vbi cōſuluit,
14 quod ſi in inſtrumento † dicatur canonicos talis Ec-
cleſiæ conſtituiſſe talē procuratorē, nō propterea ꝓ-
bari legitimam conſtitutionem procuratoris, ꝙ ſci-
licet fuerit conſtitutus ab omnibus,vel à maiori par-
te,quia illa indefinita verba, Canonici,poſſunt veri-
ficari in duobus tm̄. d.l.inter illā,& l.libertas.§ vlt.ff.
de manu.teſtam.idem tradidere Anch. & Imol.in c.
quanto.de his,quæ fiunt à præla. Bar.in l. curiales.C.
de præd.decur.lib.10.Bal.in l. ab hoſtib.§.ſed ꝙ ſim-
pliciter. col. 2. ff. ex quibus cauſ.maior. Abb.in cap.
2.nu.6.de coniug.lepr.ſ.vbi refert, & ſequitur Oldr.
in d.conſ.10.& Alex.in l.reſcriptum.col.1.nu.1.ff.de
pact.& in propoſito noſtro eūdem,ac cæteros refert,
& ſequitur in conſ.100. viſis acutiſſimis dubitationi-
bus col.1.ſub num.1.& 2.verſ. non obſtat atteſtatiō.
15 vol.1.vbi apertè tenet,quod licet † teſtes deponerent
Titium poſſediſſe terrenum poſitum inter certas ſo-
neas, tamen per hoc non videri concludenter depo-
nere, & probare de territorio, de quo vertebat que-
ſtio,cū non dixerint de toto, etiam ſi inter dicta cō-
16 finia reperiatur,ea ratione,quia vbi agitur, † qđ vni-
uerſum,indefinita non æquipollet vniuerſali,ꝑ ſupe-
rius à nobis tradita: eundem referendo ſequitur Cur.
iun.in conſ.17. licet ꝑ celeberrimos. col. pen. nu.14.
* verſ.vera etenim. vbi hanc verā,& *communē Doct.
appellauit concluſionem, & ob id ibi cōcludit,quod
17 licet † teſtes deponant, ſe vidiſſe ſolui ad tertium, &
quartum terminum,quod concludenter non probēt
de toto tpe, & de omnibus terminis ſolutionum, &
ſic ꝙ omnes, & integræ ſolutiones factæ fuerint. idē
in ſimili cōcludit ipſemet Alex. plurib. alijs in locis,
vt in cōſ.7.aliàs 198.ſuper hac dubitatione,qua quæ-
ritur.nu.2.eo.vol.1.in conſ.68.viſo,& dudum diſcuſ-
ſo.col.3.nu.8.verſ.nec ſufficiat. vol.2. in conſ.108.in
cauſa,& lite vertente inter dominos.col. pen.nu.13.
& ſeq. verſ.præterea licet.eo.uol.2.in conſ.208.ſuper
cauſa,& lite.col.2.ſub num.2.uerſ. non obſtat etiam
quoddam inſtrumentum.eo,uol.2.in conſ.3.uiſo ſu-
periore themate.col.3.nu.5.uerſ.præterea dicit teſtis.
uol.3.in conſ.10. uiſo proceſſu inter Franciſcum, &
alios.nu.9.uol.4.in conſ.114.in cauſa, & lite inter fi-
lios.col.3.nu.42.verſ.nec obſtat,quod cōe Medicini.
eo.uol.4.in conſ.195.reddito ꝑ me conſ.col.2. nu. 5.
uerſ.nec obſtat,ꝙ dicant.uol.7.& in cōſ.212.in cauſa
Dominorum Petri,& Vincentij.nu.2.3.& 4. eo.uol.
18 7.ubi conſuluit,teſtes † deponētes de poſſeſſione,in-
telligendos eſſe reſpectu dimidiæ partis,cum nō ad-
dant,nec concludant totā, per ſupradictā rōnem, ꝙ
19 ſcilicet in probationibus † indefinita nō æquipolleat
uniuerſali. hoc idem de ſoncæ uerbo determinauit
idē in conſ.54.uiſo proceſſu cauſæ inter dominos de
Lardis.col.3. nu 8.uerſ. & per hæc patet. uol.5.licet
quo ad hanc ratione in teſtibus, neſcio quo ductus
ſpiritu aliter ipſe Alex. ſēſerit, & perperā in cōſ.118.
in cauſa & lite inter Peregrinū.col.2.uer modo ſi di-
ligenter. uol. 1. & ꝙ in teſtibus indefinita non æqui-
polleat uniuerſali,quā plures alij ſenſere,ut Corn. in
conſ.103.circa primū.col.3.ſub nu.3.uerſ. tñ his non
obſtātib.uol.1.Iaſ.conſ.81.Cōmunitas Baſchi. col.3.
nu.3.uerſ.item illa indefinita,uol.3. & plenius in l.2.
num.20. uerſ.in iſta materia indefinitæ ff.de liber. &
poſthum.& in l.non hoc.col.4.nu.13.& 14. uerſ. 10.
& ſeq.C.unde legit. Rim. ſen.in conſ. 430. uiſo the-
mate.nu.26.uol.3.Dec in c.3.loco.col.3.nu. 34. uerſ.
ſed ulterius de ꝓbatio.in l.cōtractus.nu 26. uerſ. hoc
tamen.ff.de reg.iur.in conſ. 61. pro tenui. col. 3.poſt
num.2.uerſ.& dictū Oldr.& in conſ.221.non patitur
anguſtia.col.4.nu.6.uerſ.& non obſtat, ꝙ indefinitè.
Rip.in c.cū M.Ferrarienſis. ſub nu. 11.uerſ. credo de
reſcrip.Ruyn.in conſ.98.uiſa renunciatione. num.5.
uol.1.in conſ.92.in hac conſinium.nu. 14.uol.4. ubi
hanc opinionē cōem dicit, & prius in conſ. 64. uiſo
proceſſu ſatis uerboſo.nu.13.uol.4.Nat.in conſ. 164.
Illuſtris Domine Præſes.nu. 25.uol. 1. Marſ. in ſing.
171.audiſti aliàs.Io.Cror.in tract.de teſtib.part.7.nu.
99.ver.duodecimo.plenè Didac.Couar.lib. 1.variar.
reſolut.c.13.ſub nu.9.verſ.undecimo ex his & ſexcē-
ti alij,quos ſi enumerare uellē, in infinitū propè no-
ſtra ꝑtraheretur oratio. Poſtremò, ꝙ teſtis probās ſim-
pliciter Titium poſſediſſe fundum, nō probet poſſe-
diſſe integrū,ea ratione corroboro. Etenim ſtāt iſta
ſimul, ꝙ ipſe uiderit poſſidere partē fundi, ꝑ q̄ nō ꝓ-
bet poſſeſſio totius, niſi ille habuerit aīmū poſſidēdi

Digitized by Google

totum hoc autem pendet ab animo, de quo teſtis
21 †non poteſt teſtificari. propterea dicendum eſt; illum
non atteſtari de poſſeſſione prout eſt iuris, ſed de de-
tentione facti, quę ſenſu percipitur, ex qua præſum-
ptione poſſeſſio ꝓbatur. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;
ff. de verb. obl. vt in hac eadem poſſeſſionis materia
nos ſupra tradidimus: & dixit Socy. in d. l. 3. in princ.
col. 2. in 4. not. nu. 21. ff. de acq. poſ.
22 Hanc diſſenſionem† conatus eſt conciliare Soc. in
d. l. ſi quis cum totum. ſub nu. 4. verſ. ſed aduerte di-
23 ligenter. ff. de rei vend. inquiẽs, quando ſit mẽtio† de
fundo expreſſo nomine orationẽ nõ dici indefinitã,
ſed particularem, ſecundũ Bar. in l. ſi plurib. in prin. &
in l. ſi ita relictũ, in prin. ff. de leg. 2. Dec. in d. cõſ. 146.
ante fi. verſ. vlt. nõ obſtat. Cag. in l. 1. ſub nu. 16. verſ.
ſed ꝙ de fundo. ff. de reg. iur. idẽ ſẽſit Curt. in d. l. 1. in
fi. ff. ſi cert. pet. vbi ait, illos errare, qui iſtam orationẽ
indefinitam, dicũt, vt puta fundũ tuũ, vel ſuũ: qa fun-
dus eſt res particularis, & oratio particularis non dr̃
indefinita, vt dicũt dialectici, & Bart. in d. l. ſi plurib.
Veruntamen iſtorum ſolutionẽ non diluere con-
trariũ tradidere Ruy. in d. conſ. 71. ſub nu. 11. & ſeq.
verſ. ſed præmiſſis etiã non obſtantib. vol. 2. qui non
obſtante hac Soc. reſponſione, aliter conſuluit in te-
24 ſtibus deponentibus de promiſſione† de conſignan-
do prato ſimpliciter, vt ſcilicet non intelligatur de
toto, quanquam fortaſſe ſic ipſe ſenſit ob aliã ratio-
nem, de qua ibi per eum, & Rebuſ. in l. pupillus. in §.
verbum ſuum, ver. reſpondet tamen idem Curt. ff. de
verb. ſign, qa vt ipſe ait, fac, vt ſi particularis oratio,
ſi per eam deponat teſtis, & res dubia ſit, concludit
eius dictum, per prædicta. Propterea iſtud authorum
diſſidium facilè poterit tolli ex declarationibus, quas
mox ad cõcluſionem ipſam in medium proferemus.
Primò itaq; declaranda eſt concluſio, vt non ꝓce-
25 dat, qñ † verba indefinitè à teſtibus prolata poſſunt
declarari per relationem ad capitulum. Idcircò ſi in
capitulo, aut articulis dicebatur, ꝙ Titius poſſedit to-
tam illã rem, nempè fundum, & teſtes aſſerant, ſe vi-
diſſe eum poſſidere rem contentã in articulis, vel di-
cant, vera eſſe contenta in c. probabunt vniuerſaliter
de poſſeſſione totius fundi, vt declarat Bart. egregiè
in l. Labeo. nu. 7. ff. de ſupellect. lega. cui adhæret Bal.
in l. de quib. col. vlt. ſub nu. 40. verſ. & ſecundum Bar.
ff. de legib. Aret. in d. l. ſerui electione. §. 1. in fin. ff. de
leg. 1. Dec. in cõſ. 10. in cauſa inquiſitionis. col. 5. nu.
7. verſ. circa ſecundum teſtẽ, & Fel. in d. c. auditis. col.
mihi. 16. ſub num. 24. verſ. quod autem dictum eſt, de
præſcriptio. ac Soc. in d. l. ſi quis cũ totum. col. 2. ſub
nu. 4. verſ. in qua tamen quæſtione. dicens, ſe putare
26 hæc eſſe veriſſima ex eo, quod reſponſio dẽt† referri
ad interrogationem, l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interrog.
actio. & in c. inter. in fin. de fid. inſtru. idem in ſimili
concludit Dec. in d. conſ. 146. in fi. Idem quoq; eſſet,
ſi in articulis eſſet, ꝙ totus fundus eſſet ſuus, & teſtes
deponãt ſimpliciter eſſe ſuũ, vt per Rebuſ. in d. l. pu-
pillus. §. verbũ ſuum. verſ. ideo ego dicerẽ. ff. de verb.
ſign. eandẽ ſequũtur limitationem Cland. Aquen. in
l. Celſus. col. vlt. ſub n. 46. ff. de vſucap. Thom. Gram.
in vot. 26. exorta lite. nu. 2. & 6. & Cagnol. in d. l. 1. ſub
nu. 16. verſ. limita etiã prædicta. ff. de reg. iur. Quòd ſi
27 non conſtaret † de voluntate teſtium per articulos,
vtpotè, qa articuli vnius partis dicũt ſe poſſidere do-
mum, vel fundũ, articuli rei ſe poſſediſſe dimidiã, &
teſtes ſimul audiũtur & ꝓ actore, & pro reo; q depo-
nũt actorem poſſediſſe fundum, vel domum; in hoc
caſu hanc depoſitionẽ nõ ſufficere, tenet Rebuf. vbi
ſupra verſ. ſi vero nõ appareat. imo, quia ambigua ſit
probatio, reaudiendos teſtes eſſe dicit ꝑ c. per tuas. de
teſtib. Sicque debere intelligi gl. vlt. ibi poſitam ait;
quæ ſolum nõ eſſe neceſſariã illam in tex. d. §. verbũ
ſuum, adiectionẽ: nec ſibi cõem: quando apparebat
clarè de mẽte; aliàs cõtra: & ita ſupradictã Doct. re-
pugnantiam tollit ipſemet. Rebuff. vbi ſup.
Secundò limitatur, vt vera ſit, quando eſſet vnum
tantum corpus, vel ſaltem ſi indefinita ſit probata in
multitudinis numero, non eſſent vltra duo corpora;
28 ſecus vero, vbi terrenum† eſſet multiplex, & ſic cor-
pora eſſent plura: tunc indefinita nõ ſtaret vniuerſa-
liter reſpectu plurium rerũ, ſed totalitatẽ, & integri-
tatem rei, vel rerum diceret, ad quam refertur, vel re-
ferri põt, quod eo magis locũ haberet, qñ ea indefini-
29 ta † eſſet probata ad certas res intra fines comprehẽ-
ſas: tunc. n. illa nõ ſolum totalitatẽ rerum, ſed ẽt vni-
uerſitatẽ importaret, ex quo indefinita refertur ad res
confinatas, quia omne id, quod eſt intra confines cõ-
prehenſum venit in diſpoſitione. l. ęde ſacra. §. 1. ff. de
contrah. empt. & declarat Io. And. in addit. ad Spec.
in tit. de emp. & vend. §. ſciẽdum. ſub nu. 74. ſup verb.
de iure cõi, lit. B. in addit. incip. hic quęritur, ſi vendi-
tor. Bal. in rub. C. de contrah. emp. col. pen. q. 22. n. 23.
& ſcrib. in c. per tuas. de donatio. aliter vero dicendũ
eſſet, qñ indefinita profertur à teſte ſimpliciter, & ad
res poſitas intra fines nõ refertur: ita aduerſus Ale. in
d. conſ. 110. nu. 1. & 2. vol. 1. concludit Rui. conſ. 5. vi-
ſo proceſſu ſatis laborioſo. col. vlt. nu. 18. & ſeq. verſ.
non obſtat poſtremo. vol. 4. vbi ait Alexandrum ibi
ſomniaſſe, dũ voluit, teſtes dicẽtes aliquem poſſediſ-
ſe terrenũ intra tales fines non ꝓbare de toto: ſicque
per ſupradicta determinat. Rui. appellatione terreni,
intelligi de toto: huncq; referendo ſequutus eſt Do.
Fran. Burſ. in conſ. 87. conſtat, vbiq; nu. 48. ver. ad tex.
vol. 1. vbi in propoſito concludit, teſtes deponere cõ-
cludenter, dicendo cũ ſcientia dictorum de Nuuolo-
no, *e degli altri intereſſati*. ex eo quod licet dictio alios
cum alia dictione, etſi ſint dictiones indefinitę dẽant
30 tñ † æquipollere vniuerſali in teſte, & deſignare tota-
litatem oĩum habentium intereſſe, quia talis indefi-
nita locutio ad perſonas certas reſpectu intereſſe re-
31 fertur. idẽ dixit de vinea in certis finib. † cõprehenſa,
ꝙ. ſ. de tota intelligatur. Dec. in d. conſ. 146. col. 8. ſub
nu. 14. verſ. 3. & verſ. 4. per ea, quæ ibi allegat. Et ꝙ in
hoc ita ſit ſentiendũ, teſtis eſt mihi locupletiſſimus,
ẽt ipſemet Alex. in d. conſ. 54. col. 2. n. 6. vol. 5. vbi re-
32 ſpondit, teſtes deponentes† Titiũ poſſediſſe fundũ li-
cet non deponãt, ꝙ poſſederit foſſatũ, de quo ibi erat
quæſtio, tñ cum foſſatum veniat appellatione fundi
tanquam pars eius. l. prædia. §. ita legatum. & ibi Bar.
not. ff. de fun. inſtr. poſſidendo prædium in aliqua par
te dici poſſediſſe foſſatum, & omnes partes prædij, &
proindè teſtes concludenter deponere, ex eo, ꝙ poſſi
dere volẽs totũ non requiratur, ꝙ omnes glebas cir-
cumambulet. l. 3. in prin. & ibi ſcrib. ff. de acqu. poſ. l.
vulg. in prin. ff. de fur. & not. Inno. in c. in lit. vbi etiã
plenè. Ant. de But. col. 10. nu. 30. verſ. an requirat̃ to-
talis, de reſt. ſpo. ac Ang. in l. licet. col. 1. ſub nu. 5. ver.
vlt. C. de acq. poſſ. & idem Alex. in conſ. 113. viſo, &
diligenter conſiderato themate. in fi. vol. 4. ubi ait, re
deſcripta in libro æſtimi, in dubio intelligi de tota,
per iura ſupra in prin. concl. allegata. hoc idem ſenſit
Cag. in d. l. 1. ſub eo. nu. 16. verſ. ſed quod de fundo. ff.
reg. iur. vbi ita limitat prædictam regulam, quod ſci-
licet indefinita nõ æquipolleat vniuerſali in teſte, vt
33 nõ procedat, quando† teſtes deponerent Titiũ talem
fundum poſſediſſe, nec dicant de toto: nã tunc inquit
de toto cõcluderẽt eos probare, per eos, quos ibi citat.
Tertiò eandem declaro, vt non procedat propter
concordiam faciendam cum teſtibus, vel cum inſtru
34 mẽto, vt ſi deponant† Titiũ illa die fuiſſe in ciuitate,
non intelligetur, tota die, nec hoc in caſu indefinita
æquipollebit vniuerſali in teſte. ita tradidere glo. &
doct. in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul.
quos refert, ac ſequitur Soc. in l. 2. §. vlt. in 2. col. in fi.
ſub nu. 12. ff. ſi cer. pet. & Rebuſ. in d. tract. de reprob.
& ſalua. teſti. in verb. cõcordia teſt. ſub nu. 10. verſ. itẽ
indefinita. Propterea dicebat idẽ Rebuſ. in d. l. pupil.

§. vlt.

ſ. vlt. ſub verſ. ſi vero non appareat. ff. de verb. ſignif.
35 quod ſi in hoc caſu teſtes actoris † dicerent, actorem
poſſediſſe fundum, & teſtes rei deponerēt dimidiam
poſſediſſe, tunc adiudicandam eſſe dimidiam partē
vni, & alteram alteri, & ſic teſtes conciliandos eſſe p
d. c. cum tu. de teſtib. nec mirum alicui iſtud videri
debet, cum hæc, ne teſtis dicatur falſum depoſuiſſe,
36 intelligi † poſſint de poſſeſſione partis, ſicut de tota, vt
doctè ſenſit Bal. poſt Dyn. in l. 2. colum. vlt. ſub nu. 3.
verſ. in gl. ſed quid erit. ff. de conditio. inſtitu. ita tra-
didit, & Soc. in d. l. ſi quis cum totum. col. 2. nu. 5. verſ.
2. conſidera. ff. de exceptio. rei iudic. ex eo permotus,
37 quod ad euitandam falſitatem, verba † teſtium im-
propriantur, vt tradidere ſcribentes in d. c. cum tu. de
teſt. ſubiungens, quòd licet diſpoſitio propriè reſpi-
ceret totum, tamen hoc in caſu impropriātur verba,
& reſpicit partem, idq; dicit probari ex his, quæ ſcri-
bit Bar. ſi rectè eius verba examinentur in d. l. ſi duo,
in vltimis verbis. ff. vti poſſid.

Quartò declaratur, vt cōcluſio locum habeat, etiā
38 ſi teſtes vtriuſq; partis probarent † poſſeſſionem cu-
iuſdam fundi: nam nihilominus in dubio præſumē-
dum eſt, ꝙ probent poſſeſſionem totius fundi inſoli-
dum: cum non ſit dubium, quòd nulla data proba-
tione in contrarium, probaretur poſſeſſio totius fun-
di; quoniam data vnitate fundi, qui pro aliqua parte
probat poſſeſſionem, probat poſſeſſionem totius. d. l.
3. in prin. vbi ſcrib. ff. de acq. poſ. ita Soc. in d. l. ſi quis
totum. ſub nu. 3. dicens, quod ſi in hoc caſu intelligā-
tur de poſſeſſione inſolidum, diceretur probari poſ-
ſeſſio communiter, & pro indiuiſo, idcirco per illum
tex. probari, quod probent poſſeſſionem totius fundi.

Quintò declaranda eſt concluſio, vt locum ſibi nō
39 vendicet, quando probaretur, † quod alius poſſideat,
vel poſſederit aliquas fundi partes: nam tunc nō poſ-
ſet dici, quòd teſtes probent totius fundi poſſeſſionē
inſolidū, iuxta contex. & ea, quæ tradidere ibi Doct.
in l. quod meo. §. vlt. ff. de acquir. poſſeſ. ita ſenſit Bal.
in l. Celſus. n. 132. verſ. quid ſi vnus teſtis. ff. de vſucap.
declarans doctrinam Bal. in d. c. ſi diligenti. nu. 18. de
præſcrip. de qua ſup. in fi. principij iſtius concluſionis
meminimus.

40 An autem probata † apprehenſione vnius prædij,
aut rei cenſeatur probata acquiſitio cæterorum præ-
diorum, vel rerum; latè examinant ſcrib. omnes in d.
l. 3. in prin. in primis Alex. nu. 21. cum plurib. ſeq. Iaſ.
nu. 30. & ſeq. Soc. ſen. nu. 17. ac cæteri. ff. de acq. poſſ.
& plenè per Nat. in conſ. 429. filię mag. D. Ambroſ.
per tot. volu. 2. quibus in locis ijdem ſcrib. in d. l. 3. in
princ. tradunt, quid cenſendum ſit in incorporalibus;
veluti in iuriſdictione: præſertim per Iaſ. vbi ſup. nu.
34. vſq; ad fi. principij. d. l. 3. ac Hieronym. de monte
in tract. de finib. regūd. c. 78. p tot. Alex. in cōſ. 68. vi-
ſo, & dudum diſcuſſo. col. pen. & vlt. nu. 18. 20. vol. 2.
Alb. in conſ. 78. nu. 12. & nos iſtud explicauimus an-
tea in concl. 946. nu. 6. cum plur. ſeq. in verb. iuriſdi-
ctio. volum. 2. propterea ad hos communes locos, &
tradita in illis me reijcio.

CONCLVSIO MCCVI.

ARGVMENTVM.

Teſtis deponens de poſſeſſione, & ignorans, quid ſit poſſeſſio, an, & quando probet.

SVMMARIVM.

1 Teſtis dicens Titium poſſidere, & interrogatus neſcit, quid ſit poſſeſſio, tamen probat.
Contr. ibid. nu. 2. Concil. nu. 8.

3 Teſtis deponens ſuper mutuo, & ignorans, quid ſit mutuum in genere, non probat.

4 Teſtis deponēs ſuper mala fama, non probat, ſi neſcit, quid ſit mala fama.

5 Teſtis non probat conſuetudinem, ſi ignorat, quid ſit conſuetudo.

6 Notarius dicens in inſtrumento, ſe certioraſſe mulierem de beneficio S. C. Velleiani, ſi neſcit, quid id ſit, corruit inſtrumentum.

7 Scientia vbi requiritur, debet haberi cum omnibus qualitatibus ſuis.

9 Teſtis dicens Titium poſſidere, & rationem aſſignans, etiā ſi neſciat, quid ſit poſſeſſio, probat: ſecus ſi rationem non aſſignauit.

10 Teſtis dicens, actū quid fuiſſe præſente Titio, deindè interrogatus dicat Actum nullis præſentibus intelligitur, ſcilicet, excepto Titio, & probat.

11 Teſtis deponens de tempore, poſteà de eo interrogatus, dicens ſe non recordari, intelligitur, ſcilicet aliter, quam prædixerit.

12 Teſtis dicens aliquid omiſſum in inſtrumēto, deindè nihilominus affirmāt, intelligitur, ſcilicet, excepto eo, quod prius dixit.

13 Teſtis interrogatus, reſpondens, Titium poſſidere poſſeſſione prout iuris eſt, non probat, & cur. ibid.

14 Teſtis deponens de ijs, quæ in iure conſiſtunt, non probat.

15 Poſitio vbi ſit de bona, vel mala fide poſſidentis, non tenetur quis reſpondere, tanquam poſitio iuris ſit.

16 Teſtes deponentes, quē eti dominum poſſediſſe, an, et quando probent

17 Teſtis non peritus definiens poſſeſſionem, dicens eam didiciſſe ſe ab aduocato non probat.

18 Teſtis deponens ſuper notorio, & ignorans quid ſit notorium, non probat.

19 Teſtes inſtruere licet, vt reddant rationem dicti ſui, & iuridice deponant.

20 Teſtis interrogatus neſciens, quid ſit id, ſuper quo deponit, ſi aliter ex ſua depoſitione non conſtet, eum ſcire quid id ſit, non probat, quod Declar. nu. 21.

22 Teſtis peritus, an poſſit interrogari, quid ſit id, ſuper quo deponit remiſſiuè.

1 Teſtis deponēs † Titium tenuiſſe, & poſſediſ-
ſe, & interrogatus quid ſit poſſeſſio, ſi
ſe neſcire reſpondeat, nihilominus Titij poſſeſſionē
ipſam probare aſſeruit gloſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc
quoq; ſuper ver. ſtipuletur. ff. de verb. oblig. quam ibi
ſequuntur Bar. ſub nu. 2. Rom. nu. 20. Alex. nu. 3. Iaſ.
nu. 3. vbi dicit eam eſſe valde tenendam cordi. eam
quoq; ſequitur ipſemet Bart. in l. de ætate. col. 5. in 2.
quæſt. prin. in fi. ſub nu. 11. ff. de minorib. & ſcriben. in
l. 1. ff. ſi cert. pet. in primis Bald. col. 2. verſ. & not. vlt.
quod definitiones. Alex. ſub num. 15. ac alij, ne ſin-
gulos nunc nominem.

2 Cæterùm, † vt in contrariā deſcendamus ſnīam ea
ſuadet ratio, quoniam ex hoc apparet, ꝙ ipſe teſtis ſi-
bimet ſit contrarius, vel ſaltē nō intelligat id, de quo
deponit. l. qui falſo. ff. de teſtib. c. cum tu. eod. tit. & ꝙ
teſtis eo, quo diximus modo deponens non probet,
ſenſit Bart. in d. l. 1. col. 2. ſub nu. 10. ff. ſi cert. pet. dum
3 dicit, quod non poteſt † teſtis deponere quid ſit mu-
tuū, niſi intelligat mutuū in genere, & ita verba Bar.
ad hoc ponderat Alex. in d. l. ſtipulatio iſta. §. hæc
quoq; ſub nu. 3. & ibid. allegat doctrinā Bal. in l. 1. in
prin. ff. de his, q ſunt ſui, vel alie. iur. vbi ſi teſtis depo-
4 nat † de mala fama, & interrogatus qd ſit mala fama,
ſi dicat neſcio, non valet eius depoſitio, nec probat.
cuius Bar. doctrinā pmotus idē Alex. in cōſ. 45. viſis
atteſtationib. col. 3. nu. 8. verſ. itē nō pbat. & col. vlt.
5 nu. 12. in fi. uol. 2. rn̄dit, teſtē † deponentē de cōſuetu-
dine, & interrogatū qd ea ſit, ſi ignoret nō pbare. hoc
idē ſēſit in ppoſito nr̄o lo. ab Imo. in d. §. hęc quoq;
atq; Alc. in cōſ. 167. qm̄ res. col. 2. nu. 6. & 7. uol. 6. quo

In loco inquit, q̃d ſi teſtis neſciat declarare, quomo-
do quis dicatur poſſidere non probet. & in conſ. 160.
in cauſa, & lite inter Dom. Lucretiam de Azonibus.
col. 5. nu. 15. poſt verſ. Dom. Catherina. vol. 5. per ſu-
pradicta. quorum opinioni ſe ſubſcripſit Dec. in c. nã
concupiſcentiam. in 2. lect. in fi. de conſtit. Maran. in
l. de minore. §. plurimũ, ſub nu. 105. verſ. & hoc dictũ.
ff. de quæſtionibus, vbi idem dicit eſſe in teſte depo-
nente de notorio, poſſeſſione, mutuo, fama, & cæteris
huiuſmodi. Hanc eandem poſteriorem opinionem
6 corroborat id, quòd de † notario dicitur, qui in inſtru-
mento atteſtatur ſe certioraſſe mulierẽ de beneficio
ſenatuſcõſulti Velleiani: nã ſi interrogetur à iudice,
quid ſit huiuſmodi beneficiũ Velleiani: ſi ipſe igno-
rauerit, corruet inſtrumentum, nec valebit obligatio,
cum nõ potuerit certiorare partem de eo, quod ipſe
ignorauit, quod latè examinat Marſ. in repet. rub. ff.
de fideiuſ. nu. 39. cũ plurib. ſeq. verſ. teneas tamen. cõ-
firmat quoque eam gl. in c. concertationi ſuper ver-
bo ſciuerit de appella. in 6. quam valde ſingularem
putant Alex. in conſ. 114. ponderatis his. col. vlt. nu.
4. verſ. accedit. vol. 1. & Rom. in conſ. 143. ex propo-
ſito themate. col. vlt. ſub nu. 18. & ibi Mando. in vlt.
7 addit. quod ſcilicet, vbi requiritur † ſcientia, debet ha-
beri cum qualitatibus eius: idem dixit Angl. in d. c.
nam concupiſcentiam. col. 2. de conſtit.
8 Hanc † tamen prudentium litem dirimere poteri-
mus hunc in modum: nam aut teſtis aſſignauit cauſã
dicti ſui, quia dixit Titium tenere, ſeu fructus collige
9 re, aut arare, ſeminare, vel aliud quidpiam, † & tunc
procedit prior opinio gl. nam licet poſteà teſtis dixe-
rit, ſe neſcire, intelligendus erit, ſcilicet, aliter, quam
dixerit ſupra, vnde egregiè dixit Alber. de Roſa. in l.
non erit. §. dato. ff. de iureiur. quòd ſi teſtis depoſuerit
10 factũ præſentibus Titio, & Mœuio, poſteà interroga-
tus reſpondeat, nullis, intelligatur, exceptis illis de q-
bus ſupra, quẽ ſequitur Alex. in conſ. 180. viſis duo-
bus inſtrumentis. col. vlt. nu. 6. vol. 5. & in conſ. 185.
viſo proceſſu inter Dom. Catherinam. col. 2. num. 4.
11 vol. 7. vbi propterea ait ſaluari † dictum teſtis, qui de
tempore depoſuit, poſteà interrogatus de loco, & tẽ-
pore reſpondeat non recordari, vt intelligatur, aliter,
quam prædixerit, & in conſ. 190. viſis atteſtationibus,
col. 2. nu. 5. verſ. reſpondeo inſuper, eodem volum. 7.
quo in loco eiuſdem Alberici authoritate motus re-
12 ſpondit, ſaluari † teſtem, qui depoſuit aliud fuiſſe mi-
nus ſcriptum in inſtrumento, quam dictum, poſteà
interrogatus reſpondeat, nihil omiſſum, vt intelliga-
tur, excepto eo, de quo prius depoſuit. Aut non aſſi-
gnauit cauſã dicti, ſed ſimpliciter dixit, q̃ Titius poſ-
ſidet; & tũc procedit poſterior opinio, ſicque hoc in
caſu nihil probabit: ita conciliat Alex. in d. l. ſtipula-
tio iſta. §. hæc quoq; ſub nu. 3. ver. ſed veritas videtur.
ff. de verb. obli. idem dixit ante eum Bal. in d. l. 1. col.
2. in fi. verſ. & no. vlt. ff. ſi cer. pet. eãdem ſequuti ſunt
diſtinctionem Soc. ſen. in cõſ. 263. in cauſa domini
Io. Fran. col. 3. nũ. 5. verſ. 2. reſpondeo clare. in fi. vol.
2. & in d. l. 1. col. 2. nu. 11. & ibid. Iaſ. col. 3. ſub nu. 14.
verſ. adde, q̃d ſing. Ripa, col. 6. ſub nu. 34. Iac. Niger.
col. 13. nu. 31. Fel. in c. cum contingat. col. 5. ſub nu. 4.
verſ. tertia cõcl. de reſcrip. & idem Bal. in l. data ope-
ra. col. 1c. nu. 49. verſ. ſed hic quæro, actor fecit. C. de
iis, qui accuſ. non poſ. ex qua conciliatione colligere
poſſumus vnam declarationem ad concluſionem.

Secundò limitatur concluſio, vt vera nõ ſit vbi in-
terrogatio expreſsè refert ad ius, veluti, an talis poſ-
13 ſederit poſſeſſione † iuris: nã tunc, cũ poſſeſſio quate-
nus iuris eſt, non percipiatur ſenſu corporis, ſed iudi-
cio intellectus, teſtis ſuper ea reſpondens, & deponẽs
14 non probabit: teſtis † enim deponens per verba iuris
non ꝓbat, vt placuit Bar. in l. iciendũ. ff. de verb. obl.
col. 3. & in l. 1. ff. de vſur. & in l. 1. ff. ad Turpil. cũ alijs
ad id adductis ab Alex. in cõſ. 180. in cauſa, & lite in-
ter Seuerium agentem col. 1. nu. 3. vol. 6. ita tradiderẽ
ſcriben. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. in primis Bart. ſub num.
13. & ibi cæteri ſupra relati dictis in locis, & in d. §.
hæc quoque. Quòd confirmatur ex eo, quod voluit
Bal. in l. mala fides. in fi. C. de condic. ex l. vbi ait, vbi-
15 cunq; fit † poſitio de bona, vel mala fide teſtem non
debere reſpondere, tanquam poſitio ſit iuris, ſecus ſi
ſit poſitio de poſſeſſione ſimpliciter, quod dicit eſſe
no. & menti tenendum. Eodem tendit, quod inſigni-
ter ſcripſit Ang. in l. 1 num. 2. C. de reuoc. donat. vbi
16 docens quomodo † poſſit probari, quem vti dominũ
poſſediſſe ait, tunc intelligi, vt dominum pleno iure
illum poſſediſſe, qui fructus collegit ex re, & ex eis
diſponit velle ſuo: aliter enim hoc probari non
poſſe: nã per teſtes bene probari poſſeſſio poteſt, quæ
facti eſt, vt d. §. hæc quoque, & cadit in ſenſum teſtis:
ſed quo iure, vel quo animo poſſederit, hoc nõ poſſe
probari per teſtes: quia qualitas poſſidendi in ſenſum
teſtis non cadit: licet enim poſſeſſor dicat, ſe poſſide-
re, vt dominus, tamen hoc nõ cadit in ſenſum teſtis,
niſi quia ille dicit: intrinſeca autem conſcientia eius
ſoli Deo, & poſſeſſori nota eſt, vt not. gl. in §. aliæ de
actio. ſed ſi appareat de titulo, qui probari poteſt per
teſtes, & inſtrumenta, ex eo, quia teſtes interfuerunt,
quando poſſeſſor emit, vel traditionem recepit, tunc
ex illo titulo præſumi poſſidere, vt l. quædã mulier.
ff. de rei vend. probatur enim præſumptiuè, nõ verè:
idq; notandum eſſe ſubiungit Ang. ibidem ob aduo-
catos, qui quotidie articulant, quòd talis poſſedit, &
tenuit omnia pleno iure, & vt dominus omnia fecit.

Tertiò eandem declaro, vt etiam ſi poſſeſſionem
diffiniat optimè teſtis, modo non ſit iuriſperitus, &
iudici interroganti reſpondeat, ſe à producente, vel
17 ab aduocato eam didiciſſe, non † probet, cum præſu-
matur ſubornatus: ita egregiè docet in ſimili Spec.
in tit. de noto. criminib. §. vlt. n. 16. ver. & ſi teſtes pro-
ducãtur. vbi determinat, quòd ſi teſtes qui deponant
18 † aliquod factum eſſe notorium, interrogẽtur, quid
ſit notorium, & neſciant benè declarare, non probãt,
arg. l. ſecundæ. §. cumque cum. ff. de orig. iur. & ſi re-
ſponderint diffiniendo notorium, & dixerint didi-
ciſſe diffinitionem à producente, vel eius aduocato
præſumantur ſubornati, vt ibi per eum: hunc ſequu-
tus eſt Alex. in d. conſ. 150. ſub eodem nu. 15. verſ. &
in propoſito noſtro. vol. 5. Ripa etiam in d. l. 1. num.
36. verſ. ſed pone, quod teſtis. ff. ſi cert. pet.

Sublimitatur hæc declaratio, vt nõ procedat, ſi te-
ſtis reſponderit ſe non fuiſſe inſtructum in ſpecie, ſed
19 admonitũ, vt eſſet cautus † in reddendis rationibus:
nam tunc vtique probabit poſſeſſionem: poteſt ete-
nim inſtrui, vt veritatem dicat per verba congrua,
iuxta ſentẽtiam Bal. in l. vlt. in ſi. C. ſi ex fal. inſtrum.
& in d. l. data opera. col. 11. nu. 6. in fi. verſ. & quid ſi
probatur. C. de iis, qui accuſa. non poſ. cum alijs ad id
adductis à Dec. in conſ. 189. lætatus ſum. col. 11. nu.
18. verſ. 2. reſpondetur, vbi addẽtes ſuper uerſ. inſtrui
litera I. quam limitationem alijs corroborat Ripa in
d. l. 1. nu. 37. uerſ. ſed quid ſi reſponderit.

Quartò declaratur, ut locum ſibi uendicet, quãdo
20 ex iam depoſitis † conſtaret teſtem intelligere, quid
illud ſit, de quo interrogatur: alioqui ſecus eſt, præ-
ſertim cum hoc caſu interrogatorium tamquam ſu-
peruacaneum non ſit admittendum, per gl. in c. 2. de
confeſ. in ſexto, & probatur in §. quibus prima cõſtit.
C. in l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomi. cauea.
non enim interrogandus eſt de eo, quod ſemel decla-
rauit, ſecundum gl. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iu-
ram. calum. & probaẽ in auth. in illo. C. eodẽ cũ alijs
pro hoc adductis ab eodem Ripa ubi ſupra num. 33.
uerſ. limitatur 2. & ante eum dixit Bar. in d. l. 1. num.
11. ac plura ad id adducit Iac. Nig. ibidem num. 24.
uerſ. limitatur concluſio. Dec. etiam, nu. 14.

Sublimitãda eſt eadem hæc declaratio, ut uera ſit

vbi

21 vbi clarè † conſtat de eo certam habere notitiã, ſecus ſi præſumptiuè, teſte Aret. in d. l. 1. tunc enim ex reſponſione interrogati præſumptio efficitur, vera, & certa probatio: ideo admittenda eſt interrogatio. c. cum cauſam. verſ. certitudine. de teſtibus, ita Ripa ſupra relato loco, nu. 33. in fin.

22 An autem † teſtis peritus poſſit interrogari, quid ſit illud, ſuper quo deponit, te docebunt in primis præter eos, quos ipſi allegant, Ripa in d. l. 1. nu. 35. verſic. limitatur, vt non procedat, & Iac. Niger. nu. 26. cum plurib. ſeq. verſ. limitatur hæc concluſio. qui in vtrãque partem hoc diſputantes conciliant authores in hoc inter ſe diſſidentes. Cæteraq; ipſimet, ac alij in d. l. 1. in primis Purpu. nu. 71. & in d. §. hæc quoque. quæ nos in præſentia de induſtria prætermittimus, abũdè tibi ſuppeditabunt.

CONCLVSIO MCCVII.

ARGVMENTVM.

Teſtibus poſſeſſionem probari, & qua ratione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per teſtes probari poteſt.*
2 *Poſſeſſio magis probatur per teſtes vicinos, quam alios, & verſic. ibid.*
3 *Vicini præſumuntur habere notitiam de poſſeſſione vicini.*
4 *Teſtes vicini ratione fundi, non ratione habitationis, an probent poſſeſſionem.*
5 *Teſtis vicinus ſuper poſſeſſione de auditu deponens, an probet.*
6 *Teſtis deponens de poſſeſſione certi, & limitati temporis, & reddens rationem, quia ſum vicinus, non probat.*
7 *Colonus in probanda poſſeſſione, an ſit idoneus teſtis pro domino.*
8 *Teſtes non deponentes de certa poſſeſſione, & perſona, quæ poſſedit, non probant.*
9 *Teſtis referens ſe ad dicta in alia depoſitione, ſi in illa depoſitione de poſſeſſione, bene deponebat, probat.*
10 *Probationes ſuper poſſeſſione factæ, in alia etiam cauſa proſunt.*
11 *Teſtis deponens ſuper poſſeſſione, non debet ſuper negatiua deponere.*
12 *Teſtis dicens, Titium poſſediſſe decem annos tantum, non probat, quia ſuper negatiua dicitur deponere.*
13 *Teſtis deponẽs ſuper negatiua, quæ habet annexam affirmatiuam, probat.*
14 *Teſtis deponẽs ſuper aliqua re, quæ in ſenſum teſtis cadat, ex quo ſequatur aliquid ſenſu nõ comprehenſibile, probat.*
15 *Teſtis deponens ſuper negatiua habente annexam affirmatiuam, ita demum probat, ſi ſuper illa affirmatiua concludenter deponat.*

Quamquam ex ſuperioribus huc vſque à nobis concluſionibus explicatis, abundè conſtare põt, quibus modis poſſeſſio per teſtes ꝓbetur, vt potè, quæ in ijs tota ferè ſita ſit actibus poſſidendi, qui niſi ꝑ teſtes, vt plurimum probari ſolent, & poſſunt: tamen cũ mihi nonnulla ſpeciatim ſupꝫ eis dicẽda ſuperſint, hũc ea ſeorſum à cæteris concluſionib. reijciẽda ſatius eſſe duxi: cũ vt hæc à me clarius explicarentur, tum quo legentiũ cõmoditati, quæ mihi ſemper in hoc toto opere obſeruata eſt, melius cõſulerẽ: ſingularem enim materiam ſingulas probationũ cõcluſiones ſeparatim, & diſtinctè examinare, magnũ eſſe reor. lectoris cõmodũ. Explorati itaq; iuris eſt poſſeſſionem ꝑ teſtes
1 † probari: ſed quomodo, & à quibus non ita certũ eſt. Admittunt tamẽ omnes iuris prudentes, hanc eandẽ
2 poſſeſſionem † magis per teſtes vicinos, quã per alios probari: ita docent Bal. in c. 1. §. ſi tres. de pace iuram. firman. Rimi. ſen. in conſ. 531. viſis ſubtiliſſimis. nu. 14. vol. 3. Alex. in conſ. 92. viſo, & oportunè diſcuſſo.
* col. 2. n. 9. vol. 1. ſcrib. *omnes in l. 1. ff. ſi cer. pet. Gab. in ſuis commun. concluſ. tit. de præſumpt. concluſ. 6. num. 6. verſ. 3. infertur. lib. 1. ſiue Port. lib. 4. concluſ. 31. verſ. & propterea poſſeſſio.

3 Cuius axiomatis ea ratio eſt: quoniam † de poſſeſſione præſumuntur habere notitiam vicini, vt reſpondit Cor. in conſ. 250. viſo ſtatuto. col. 1. verſ. nec videtur poſſe excuſari. vol. 1. per ea, quę habentur in l. ſi vicinis. C. de nupt. & per Bar. in d. l. 1. vbi cæteri. ff. ſi cer. pet. cum alijs ad id adductis. ab Alexand. in d. conſil. 92. num. 9. volum. 5.

4 Hoc idem primo declaratur, vt procedat † quando teſtis eſſet vicinus, ratione habitationis, nõn ratione fundi: nam tunc concludenter de poſſeſſione, nõ deponeret, iuxt. ſentent. Ruin. in conſ. 161. quod primũ. col. 7. in 2. dub. ſub nu. 11. ver. 9. etiam teſtis. vol. 4. authoritate Barr. adductus in l. ſi tertius. in prin. ff. de aq. plur. arcen. Quanquam Bart. ibi non ita ſimpliciter loquitur, ſed imno contrarium, (pace tanti viri dixerim) in eo, ſuper quo à Ruino allegatur, ſenſit: inquit enim Bart. quando agitur de iure perſonarũ veluti, quòd filius ſit natus in domo ſcientibus vicinis, intelligi vicinis habitatione, vt d. l. ſi vicinis. C. de nupt. non de habentibus prædia propinqua: ſecus ſi de iure fundorum ipſorum agatur, vel de eo, quod ipſis fundis nocet, & prodeſt: nam tunc etiam ratione fundi quis dr̃ vicinus: & teſtis eo in caſu deponens, rationemq; adducens, quòd ſit vicinus ipſius fundi poſſeſſionẽ probabit, & ita ſcribit, mea ſententia Bart. ibid.

5 Secundò limitatur, vt vera non ſit, quando † teſtis vicinus deponeret tantùm de auditu, & ſic, quod tanquam vicinus percepit per ſolùm ſenſum auditus illud, quod erat perceptibile per oculorum ſenſum; & ideò hoc caſu vicinus poſſeſſionem non probabit, ſicuti ſi de auditu ſimpliciter deponeret. l. teſtium. C. de teſtib. ita reſpondit Rui. in d. conſ. 161. ſub eo. nu. 15. verſ. præterea ſuper interrogatorijs. vol. 4. qui fortaſſe dictæ prioris reſponſionis pertæſus, hanc ſtatim ſubiunxit.

Tertiò idem reſtringitur, vt habeat locum, cũ agitur de probanda poſſeſſione in genere: ſecus ſi tracta-
6 tur de probanda poſſeſſione † certi, & limitati temporis. tũc enim ratio teſtis, quia ſit vicinus, in poſſeſſione, non concludet. ita voluit Ripa in d. l. 1. nu. 55. verſ. ex hoc infertur. ff. ſi cer. pet. per ea, quæ tradidere Bart. in l. Celſus, ad fi. ff. de vſucap. Alexã. in conſ. 10. ſuper primo caſu. col. 4. ſub num. 5. verſ. nec prædictis obſtat. vol. 1. ac alijs ab eo ibidem allegatis. An autẽ
7 † colonus pro domino in probanda poſſeſſione ſit teſtis idoneus, conſulas concluſ. noſtram 320. in verbo colonus. vol. 1. vbi plenè de hoc.

8 Hi autẽ † teſtes debent de certa poſſeſſione, & perſona, quæ poſſediſſe dicitur deponere: nam per incertam teſtis depoſitionem poſſeſſionem non probari, quãplurimis corroborat authoritatib. Ceph. in cõſil. 250. menſib. elapſis. col. vlt. nu. 47. ver. poſtremo. vol. 2. in primis. per l. 3. §. incertam, & l. locus. ff. de acqui. poſſ. & vtrobiq; ſcrib. & Bart. in l. Meuius. §. duobus. col. 4. ff. de leg. 1. Propterea reſpondit Alex. in conſ. 110. viſis acutiſſimis. col. 2. ſub num. 3. verſ. nõ obſtat dictum Baldini. vol. 1. teſtem deponentem, quòd vidit illos de Canali, de quibus in caſu ſuo, rem in controuerſia vertentem poſſidere, & laborare per laborantes eorum, non probari ipſorum poſſeſſionem; cum nullum ſpeciatim nominet & probatio ſit incerta, & obſcura, & ſic non probet. l. Pomponius ſcribit. §. vlt. ff. de rei vend. l. ita fidei. ff. de iur. fiſ. cuius quidẽ Alexandri doctrinam egregiè explicat Soc. iun. in conſ. 135. nõ obſtãt his. col. 4. ſub. n. 11. ver. uel ẽt & 3. uol. 2.

caſu illam quaſi poſſeſſionem nõ tribuere hoc remedium, niſi titulus probetur: hoc idem ſenſiſſe referẽs Rebuff. in commen. ad conſt. reg. tom. 3. tit. de mater. poſſ. art. 2. gl. 2. nu. 26. & ibid. ipſemet Couarr. ſubijcit titulum illum probari ſummatim poſſe; & ob id titulum præſumptum ſufficere, ex cap. cum veniſſent. & ibi Abb. nu. 8. de inſtit. & Franc. in d. c. cum perſonæ. §. vlt. nu. 1. de priuileg. in 6. & Menoc. vbi ſup. nu. 24.

5 Cuius limitationis ea videtur eſſe † ratio, quoniam hæc non dicitur quaſi poſſeſſio, ſed potius iniqua occupatio: quæ quidẽ adeò nihil huic occupatori prodeſt, vt cum nec etiam releuare poſſit ab onere probandi, vt tradit Iaſ. in l. ſi prius. nu. 46. ff. de oper. nou. nunc. allegans d. c. cum perſonæ. cui accedit Menoc. ſupra citato loco. nu. 25. qui ex his nu. 26. declarat ſtatutum Ferrarienſe.

CONCLVSIO MCCIX.

ARGVMENTVM.

An probationes factæ in remedio poſſeſſorio, ex iudicis officio, proſint in iudicio poſſeſſorio plenario.

SVMMARIVM.

1 *Probationes facta in iudicio ſummariſſimo poſſeſſorio, probant in iudicio poſſeſſorio plenario.*

2 *Acta in ſummariſſimo poſſeſſorio, non præiudicant in plenario.*

3 *Probationes in ſummariſſimo poſſeſſorio, parte non citata, non probant in plenario.*

4 *Teſtes examinati in ſummariſſimo poſſeſſorio, ad hoc, vt probent in plenario, debent iterum interrogari.*

5 *Teſtes examinati in iudicijs poſſeſſorijs ciuilibus, nõ probant in cauſa poſſeſſionis turbatæ criminalis, niſi iterum interrogentur.*

6 *Poſſeſſorium ſummariſſimum, quas ſolemnitates requirat, quoad probationes remiſſiuè.*

1 Probationes † in iudicio ſummariſſimo poſſeſſorio factas reproductas in iudicio poſſeſſorio plenario, prodeſſe, & probare, conſultus reſpondit Paul. à Caſt. in cõſ. 3. in cauſa quæ vertitur. col. 2. nu. 3. verſ. 4. principaliter. vol. 2. quem referentes ſequuntur Did. Couar. pra ctic. q. c. 17. ſub nu. 4. verſ. quartũ ex præmiſſis. Neuiz. in conſ. 80 benedictus es Domine. nu. 7. & Purp. in l. 2. ſub nu. 100. verſ. 2. limitatur. C. de eden. Nam cum ſint probationes factæ inter eaſdem perſonas, & in eadem cauſa, licet ad alium finem, & effectum, propterea mirandum nõ eſt, ſi in alio principali iudicio probent. d. l. 2. C. de eden. & l. geſta. C. de re iud. ſecus vero eſſet cum probationes factę in ipſo iudicio ſummario non reproducuntur in iudicio plenario; tunc enim nihil prodeſſe ijdemmet authores modo dictis in locis relati teſtantur, in primis Neuiz. ſub eo. nu. 7. verſ. & fatetur. aſſerens ita etiam placuiſſe Caſt. in l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſ. & in l. ordinarij. C. de rei vend. cuius rei illa eſt ratio, quĩ hæ probationes ſolũ à iudice receptæ fuerunt, vt ex ijs optimè inſtructus præſentem poſſet controuerſiam definire. non ergo plus vltra eius voluntatem dẽnt operari. l. nõ omnis. ff. ſi cer. pet. ſic ſentit Menoc. ẽt in cõm. retin. poſſ. remed. vlt. q. 10. n. 38. ſubiungẽs hoc in caſu debere intelligi, id quod tradidere Fel. in rub. de treu. & pace, in fi. Brun. in conſ. 98. nu. 5. & ſeq. ac Bero. in conſ. 11.
2 nu. 3. vol. 1. geſta, ſcilicet, in hoc † iudicio ſummariſſimo non præiudicare in plenario.

Reſtringitur primò loco concluſio, vt vera ſit, cum illæ probationes aduerſario citato, receptæ fuerunt; ſecus ſi eo abſente; authore Paul. Caſtr. in d. conſi. 3. ſub eo. n. 3. vol. 2. cui adhęret Meno. ĩ d. q. 10. ſub n. 38.

3 Secundò reſtringitur. vt procedat, cum iterum † teſtes interrogantur: ſecus ſi non interrogantur de nouo in iudicio poſſeſſorio plenario, vt aſſeuerauit Caſ. ſub eo nu. 3. hancq; interrogationem omninò neceſſariam eſſe Menoch. aſſerit ſupra relato loco, quãdo nõ exactè, ſed leuiter in hoc iudicio ſummario fuiſſent examinati. aduerſus Caſt. qui id non in neceſſitate, ſed in facultate ponebat, quemadmodum, inqt Menochius, videmus in iudicijs poſſeſſorijs ciuilibus
5 in quibus † teſtes examinati non probant plenè in cauſa criminali poſſeſſionis turbatæ. vt docuit Salic. in l. ſi quis ad ſe fundum. col. pen. verſ. aut condemnationem. C. ad leg. Iul. de vi publ. ibiq; declarat ex his
6 Ferrarienſe ſtatutum. An autem in hoc † iudicio poſſeſſorio ſummariſſimo teſtium publicatio neceſſaria ſit, & an teſtes, qui ſuper hac poſſeſſione hoc in iudicio interrogandi ſunt, iuramentum de rei veritate dicenda præſtare debeant, & an teſtium repulſatio hoc in iudicio ſit admittẽda, poſtremò an falſi accuſatio aduerſus probationes hoc in iudicio factas, ꝓponi poſſit, luculenter, vt aſſolet, explicat Menoc. in d. remed. vlt q. 11. 12. 13. & 14 à num. 39. vſque ad num. 44. ad quem lectorem relego.

CONCLVSIO MCCX.

ARGVMENTVM.

An probationes factæ de proprietate, proſint in iudicio poſſeſſorio ex iudicis officio.

SVMMARIVM.

1 *Probationes de proprietate facta in remedio poſſeſſorio, ex iudicis officio non probant.*

2 *Tituli probatio non prodeſt in remedio poſſeſſorio ex iudicis officio.*

3 *Petitorium non poteſt cumulari in poſſeſſorio ex iudicis officio.*

4 *Proprietatis cauſa ei, qui detinet, in hoc remedio non prodeſt.*

5 *Probationes facta de proprietate, proſunt in hoc iudicio, vbi aſſignatus fuit terminus ad probandum, etiam de poſſeſſione. Quod declaratur. ibid. nu. 6.*

1 Probationes † de proprietate factas, in remedio poſſeſſorio ex iudicis officio nihil ꝓbare, nec prodeſſe, tradidit Pan. Caſt. in l. ſi in poſſeſſione. ſub nu. 2. C. vbi cau. ſtat. dicens ſe in facti contingentia reſpondiſſe, vt ibid. ipſe refert. huic adhærent Neuiz. in conſ. 81. Deum inuocent. nu. 27. ſub verſ. & facit ratio. Io. Bolog. in l. naturaliter §. nihil cõe. nu 443. ff. de acq. poſſ. ac Menoch. in cõment. retin. poſſ. remed. vlt. q. 9. nu. 36. quo in loco ſubiũgit concluſ. hanc eo magis veram eſſe, ſi loquatur de eo, qui iam in poſſeſſione eſt, cũ ei ſatis ſit, quòd rei inſiſtat. vnde dicebat Nat. in conſ. 121. nu. 5.
2 & nu. 9. lib. 1. in hoc iudicio † tituli probationem nihil prodeſſe. hincq; optimè ſcripſit. idem Menoch. d.
3 remed. vlt. q. 4. nu. 30. petitorium non poſſe † cumulari in remedio poſſeſſorio ex iudicis officio, vna cum Bologn. in d. §. nihil commune. par. 2. in fi. quemad-
4 modum, & cauſa † proprietatis ei non prodeſt, qui detinet, licet non poſſideat, cum illi ſola rei inſiſtentia ſufficiat, vt hoc remedio defendatur.

Concluſionem intelliges, vt procedat, cum nullus
5 † terminus aſſignatus fuit ad probandum de poſſeſſione: ſecus ſi terminus aſſignatus fuiſſet in cauſa ꝓprietatis ad probandum etiam de poſſeſſione: tunc enim illæ probationes de poſſeſſione in eo termino factæ, etiam in hac cauſa poſſeſſoria probantem iuuabunt. ita Caſt. d. in ead. l. ſi in poſſeſſione. declarat, & intelligit Neuiz. in d. conſ. 81. ſub eo. nu. 27.

6 Quòd poſtremum † intelligendum eſt, vt locũ habeat,

CONCLVSIO MCCXII.

ARGVMENTVM.

An hæres petens ſe mitti in poſſeſſionem ex l.vlt.C.de edict.diu. Adr. tollen. probare debeat ſe adiuiſſe hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *Hęres petens ſe mitti in poſſeſſionem beneficio l. vlt. C. de edict.diui Adr.tollen.aditionem hęreditatis probare nõ tenetur.*
Quod decl.non procedere in ijs, qui adire non poſſunt, niſi certa obſeruata ſolemnitate, vt ibid.nu. 2.

1 Hæredi †petenti, ſe mitti in poſſeſsionem ex beneficio. l. vlt.C. de edic.diu. Adr. toll. nõ eſſe neceſſe probare ſe adiuiſſe hæreditatem, tradidere Alex.in l.2.nu.4. verſ. nõ obſtat. & ibid.Iaſ.nu.2.C.eo.tit.de edict.diu.Adr.tollẽ. quibus adhærent Zuccar.in d.l.vlt.nu.202.verſ.& ex his putarẽ, ac Menoc.in cõmen.adipiſ.poſſ.remed.4. quęſ. 78.nu.676.ex eo, quòd ei ſatis ſit, quòd oſtendat teſtamentum, in quo ſcriptus eſt hæres. & petat hanc miſſionem, quoniam ex ipſa petitione declarat ſe hæredem, iuxta l.gerit.ff. de acq. hæred.

2 Limitatur hæc concluſio, vt non † procedat in illis, qui ex forma ſtatutorum nõ poſſunt adire hęreditatem, niſi certa obſeruata ſolemnitate, vt Ferrariæ, vbi lege municipali cautum eſt lib.2.ſub rub.de indẽnita.muli.ne minores, et mulieres poſſint adire hęreditatem ſine conſenſu curatorum, & conſanguineorum: nam tunc ſolemnis hæc aditio probanda erit, vt auctor eſt. Aret.in l.ſi filius, qui patri.col.2.ff.de vulg. & pupil.cui accedunt Zuccard.in d.l.vlt.ſub eod.nu. 202.verſ.ſed ſi eſſet talis perſona.ac Menoch. in d. q. 78.nu.677. verſ.declarat Zuccard.

CONCLVSIO MCCXIII.

ARGVMENTVM.

Præbendæ poſſeſſione ſpoliatus agens remedio recuperandæ, quomodo poſſeſſionem ſuam probare poterit.

SVMMARIVM.

1 *Prębendę poſſeſſio, probatur per inductionem in poſſeſſionem, & fructuum perceptionem.*
2 *Poſſeſſio. prębendę cur per aſſignationem ſtalli in choro, loci in capitulo, & funes campanarum non probetur.*
3 *Prębenda, & Canonicatus longè diuerſa ſunt.*
4 *Canonicatu collato, non intelligitur collata prębenda.*
5 *Prębenda, vbi conſiſtit in nominibus, & iuribus incorporalibus, poſſeſſio eius per fructuum perceptionem debet probari: vbi autem in fundo, & rebus corporalibus, ſufficit inductio in poſſeſſionem.*
6 *Poſſeſſio per inſtallationem probatur, quando ita ſe habet conſuetudo, & quis huiuſmodi conſuetudinem probare debeat. ibid.nu.7.*
8 *Conſuetudo non prętumitur.*
9 *Prębendario, vbi certus locus aſsignatus eſt, per eius inſtallationem poſſeſſio prębendę probatur.*
10 *Prębenda ſpoliatus ad hoc, vt reſtituatur, an habeat probare titulum remiſſiuè.*

Poſſeſſio præbendæ ad hoc, vt ſpoliatus illam recuperare poſſit, probatur
1 per inductionẽ †in poſſeſſionem, & fructuum perceptionẽ, vt concludit Rot.dec.12. aliàs 275. petenti ſe reſtitui.de reſt.ſpol.in nou.vbi dicit, ꝙ non ſufficit ꝓbare ſtallũ in choro, locũ in capitulo ſibi aſſignatum fuiſſe, vel ſibi poſſeſſionem traditam per funes campanarum, vel cornu altaris, vel mandatum fuiſſe colonis, & redituarijs, vt de fructib. ſibi rñderent, niſi ẽt probeẽ eum in poſſeſſionẽ fundi, vel manſi ꝑbendalis inductum fuiſſe, vel colonos ſibi de præbende fru-
2 ctib.rñdiſſe: cuius † rei ratio ſatis manifeſta eſt: Nam per illos actus neceſſario nõ infertur, quem poſſediſſe præbendã, ſed potius ius Canonicale acquiſiuiſſe:
3 ſunt autem † iſta longè diuerſa inter ſe, cap. relatum. c.dilectus.c.dilecto. de præb. c. cum inter.de renun-
4 ciationib. Quapropter collato †canonicatu nõ intelligiẽ collata ꝑbenda.c.cũ te, & ibi.no. Imo. de reſcri. Lap.poſt Dominic.in c.ſi poſtq̃.de præb.in 7.Fely.in c.cũ M.col. 9. de conſt. & hanc eandem opinionem ante Rot.tenuit Inno. in c.in lit.nu.6.verſ. & poſſeſſio.de reſtit.ſpol.vbi dicit, quòd poſſeſſio ꝑbendalis iuris non acquiritur per ſimplicem aſſignationẽ, niſi rñdetur de fructib.idq; maximè procedit, cũ pręben-
5 da conſiſtit in nominib.† & iurib. incorporalib. tunc etenim omninò fructuũ perceptio neceſſaria eſt. Si aũt præbenda conſiſtit in fundo, & re corporali, ſufficit inductio in poſſeſſionem illius rei, & eandẽ opinionẽ tenet Bal.in l.2.col. 10. verſ. ſuper tertio puncto.nu.28.C.de ſeru. & acq.vbi loquitur de poſſeſſione rerum corporalium, & incorporalium acquirenda, allegando Inno.in d.c.in lite.& clarius idem Bal. id tenuit.ibi nu.4. Milis in ſuo repertorio in verſ.poſſeſſio.recuperandæ agens probanda. Ant. Butr. in d. c.in lit.de reſt.ſpol.Soc.ſen.conſ.13.col.4.vol.4.

Limitatur tamen, vt id locum non habeat, quãdo
6 † ſe haberet in contrariũ conſuetudo, nimirum, quòd per inſtallationem alicuius loci, vel tactionem cordarum, aut hmõi acquireretur poſſeſſio: tunc enim dubiũ nõ eſt, quin per tales actus poſſeſſio præbendæ probata remaneat.ita limitauit Inno.in d.c.in literis. arg.c.ſecundum, de conſuet.& cum allegat, ſequitur-
7 que.Rot.in dec.12.vbi etiam dicit, quòd ſi †talis conſuetudo negaretur, alleganti eam probandi onus in-
8 cũberet.d.c.2.conſuetudo † enim non præſumitur, vt traditum eſt à nobis ſup.in concluſ.Conſuetudo. Dicit autem Inno.quòd hodie de generali conſuetudine eſt, vt per inſtallationem transferaẽ poſſeſſio, quę cõſuetudo ad vnguẽ ſeruanda eſt, & ideò ſi in alio loco, quã ſolito, ſit facta inſtallatio, nõ erit probata per hmõi actum poſſeſſio. Cuius dictũ refert, & per omnia ſequiẽ Abb.in d.c.2.col.vlt.verſ. ad prædicta adde d.nu.16.de conſuet.& hoc eſt, quod dicit Rota in
9 alleg.deciſ.quòd ſi certus locus †deputatus eſt præbẽdario, per eius inſtallationem, ſiue inductionem acquiritur poſſeſſio.vt not.per Archid.in c.ſeũ.qui. & c. licet.il 2.de præb.lib.6.& hoc idem cõprobauit Anch.in reg.ſine poſſeſſione.col.16.de reg.iu.in 6.Abb. in c.tranſmiſſam.col.pe.de elect.Fel.in c.auditis.nu. 15.verſ. cõſuetudo faciendi inſtallationẽ. de præſcri. vel dicit, ꝙ cõſuetudo faciendi inſtallationem certo mõ, vel in certo loco, non extenditur ad alium modum, vel locum ſimilẽ, & hoc ẽt idem ſequitur in c. ne Dei Eccleſiã.in prin. de ſimon. vbi adduciẽ Inno. & Rot.in loc.ſup.cit.cum plurib.alijs, quos ab ipſo petere facilè potes, & hanc eandem opinionem vr̃ tenere Milis, in loc.ſup.cit.adducens Rom.in conſ. 275. licet adducat But.in d.c. in lit.qui dicit, quòd ſolum per huiuſmodi inſtallationem acquiritur quaſi poſſeſſio prælaturæ. Cuius opinionem nemo probauit.
10 An autem ſit † neceſſe probare titulum ad hoc, vt præbẽda ſpoliatus reſtituatur, tradidimus ſup.in verſ. beneficium.vol.1.& in verſ.ſpolium inf. hoc vol.3.

CON-

CONCLVSIO MCCXIV.

ARGVMENTVM.

Prægnantia quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Prægnantia probatur per aſſertionem obſtetricum.*
2 *Obſtetricibus, vbi de partu agitur, tamquam peritis, ſtandum eſt.*
3 *Peritis in arte ſua eſt credendum.*
4 *Obſtetrices in medicorum numerum reponuntur.*
5 *Prægnantia per tres, vel ad minus duas obſtetrices probanda eſt.*
6 *Obſtetrices ſuper prægnãtia, cum iuramento deponere debent. & cur. nu. 7. Contr. nu. 8. Concil. nu. 9.*
10 *Prægnantia probatur ex lacte.*
11 *Mulieri aſſerenti ſe prægnantem in dubio creditur.*
12 *Prægnantia per vnicam obſtetricem probatur, quando cum ea concurrit dictum ipſius mulieris.*
13 *Mulier, quando intra annum luctus nubere poſſit.*
14 *Mulier ſterilis, ſenex, & cuius vir abſens deceſſit, non præſumitur prægnans.*

1 Prægnantia probatur † per aſſertionem
obſtetricũ, quibus in hac
2 parte tanquam in arte † peritis ſtandum eſt, quemad-
modum ſtamus, etiã cum de partu immaturo, & de
partus vita, & cæteris hmõi ad ſuam artem pertinen-
tib. quæritur. ita voluit Ang. in l. illud. nu. 2. ff. ſi pars
hæred. pet. Cuius rei eam, quam adduximus rationẽ
3 reddit, nimirum quia † peritis in arte ſua ſtandum eſt,
vt perſpicuè dicit Vlp. in l. 1. in prin. & ibi gl. ff. de vẽt.
inſpic. l. bonorum, de bonor. poſ. l. inteſtato. ff. de ſuis,
& legit. §. quod autem à nobis. in Auth. de nõ alienã.
l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. l. 7. ff. de ſtatu hom. c. fra-
ternitatis. de frig. & maleficiat. cum alijs pluribus ad-
ductis à nobis ſupra in concluſ. peritus in arte. Qua
ratione etiam Alex. conſ. 15. nu. 11. vol. 1. obſtetrices
4 † in medicorum numerum poſuit.
5 Tres autem † obſtetrices vocandæ ſunt ad inſpiciẽ-
dum, an mulier ſit prægnans, ſed duo concordantes
mulierem prægnantem eſſe probabunt. l. 1. in prin. ff.
de vent. inſpiciẽ. Specul in tit. de teſte. §. reſtat de nu-
mero. verſ. item tres obſtetrices. nu. 6. & ibi etiam Io.
And. ad minus autem duo concordare debent, aliàs
non probant, cuius rei rationem colligere poſſumus
ex iis, quæ tradidimus. in d. concl. peritus in arte: nam
ad probandum duo ad minus periti concordari de-
bent, maximè quando eorum copia haberi poteſt.
Dec. in c. propoſuiſti. vbi etiam Abb. & Fel de proba.
vbi teſtatur de * communi opinione. Ruin. conſ. 53.
nu. 12. vol. 5. Bald. in l. ſeptimo menſe. in 2. lect. ff. de
ſtatu homin. Ang. in l. qui luminib. ff. de ſeruit.
Declaranda tamen ſunt ſupradicta, vt procedant,
6 quando † obſtetrices cum iuramento deponũt: ſecus
ſi ſine iuramento: tunc enim minimè probant, vt no-
tatur in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nupt. &
in l. comparationes. C. de fide inſtrum. ſic ſenſit Bart.
in d. l. 1. in prin. ff. de vent. inſpic. & l. Theopompus.
ff. de dote præleg. Iaſ. in l. de pupil. §. qui opus nouũ.
nu. 4. ff. de nou. oper. nunc. & in hanc ſententiam plu
res congerit Fely. in d. c. propoſuiſti. col. 4. in 3. concl.
7 ſub nu. 7. de probat. licet enim periti † in arte non te-
neãtur de veritate iurare, niſi in iis caſibus, in quibus
certa notitia haberi poteſt, vt ait Bar. in d. l. Theopõ-
pus. ff. de dote præleg. attamen de credulitate debent
iuramẽtum præſtare, vt tradidit idem Bart. conciliã-
do gloſſas, quæ inter ſe pugnare videntur, in procem.
ſtorum. col. vlt. nu. 8. Alber. in 1. conſtit. Cod. col. 4.
ver. ſed nunquid Medico. Dec. in d. c. propoſuiſti. nu.
17. qui dicit hanc eſſe communem opinionem. Alex.
in l. 1. §. fi. nu. 13. ff. de verb. oblig.
8 Contrarium † tamen ſentire videtur Accurſ. in d. l.
1. in prin. ſuper ver. vel duo. ff. de vẽt. inſpic. & in l. iuſ-
iurandi. in gl. 1. ver. item quãdo tractatur. C. de teſtib.
9 Sed facillimũ † eſt has ἀντινομίας euitare. illa enim
regula, quod periti de credulitate iurare debent, plu-
ribus caſibus locum non habet, veluti quando peri-
tus aſſumptus eſt à partibus, aut à iudice partium con
ſenſu, vel quando committeretur facilis, & ſimplex
declaratio alicui tanquam bono viro, vel quando qs
aſſumitur à iudice ad conſulendum, & informandũ
ipſum iudicem, vel quando peritus publicum officiũ
gerit, & à principio curauit. His omnibus caſibus nõ
requiritur iuramentum. Poſſumus igitur dicere prio-
rem opinionem regulariter procedere, poſteriorem
vero his caſibus tantum, quibus iuramentum non re-
quiritur, prout etiam conciliauit Dyn. in ſingul. 201.
incip. quod obſtetricibus. de quo etiam plura in con-
cluſ. 1034. tritum eſt. nu. 34. & plurib. ſeq. vol. 2.
Videnda autem omninò eſt prædicta concluſio,
peritus in arte, ex qua tanquam ex fonte riuuli, huiuſ
modi concluſiones dimanarunt.
10 Prægnantiam quoque † ex lacte probari tradidit
Bal. in rubr. C. de probat. col. vlt. verſ. viſa diuiſione.
vbi dicit hanc eſſe probationem concludentem, ex
neceſſitate naturæ. Naturaliter enim fit, vt qui lac ha
bet prægnans ſit, vel fuerit.
11 Illud quoq; ſciendum eſt mulieri † dicenti ſe præ-
gnantem, in dubio credendum eſſe, vt memoriæ pro-
didit Ang. in l. illud. nu. 2. ff. ſi pars hæred. peta. Cuius
rei eam rationem reddit, quia de facto ſuo agitur, li-
cet perſæpè mulieres dicant ſe eſſe prægnantes, vt vi-
ris complaceant, vt tempore hiemali veſtes pelliciæ
rebalei, & cætera iocalia eis emantur, vt dicit gl. in l.
1. §. ſi omnes. ff. de vent. inſpic. Idem tenuit gl. in l. cũ
quidam. §. quod dicitur proximus. ff. de acquit. hære.
Idque maximè procedit, quando cum mulieris aſſer
tione concurrit, etiam dictum obſtetricis. Nam licet
vni obſtetrici dicenti aliquam mulierem eſſe graui-
dam, non credatur, quia duæ requiruntur, vt ſupra di-
ximus. attamen ſi mulier dicat ſe prægnantem, & idẽ
12 dixerit vna obſtetrix † ſufficit, vt ex d. l. 1. de vent. in-
ſpic. adnotauit. Spec. in tit. de teſte. §. reſtat de nume-
ro. verſ. item tres obſtetrices. num. 6. Quod procedit
niſi illa vna obſtetrix ingerat ſe: tunc enim ſe ſuſpe-
ctam reddit, & ideò maior numerus requiritur, quam
quando negat, vt tradidere ſcriben. in d. l. 1. §. de inſpi
cien. ff. de vent. inſpicien.
Nec illud etiam ſilentio prætereundum eſſe cẽſeo,
13 quod licet mulier † intra annum luctus nubere non
poſſit, quando eſt periculum, quod ex priore marito
prægnans ſit, & ſic conturbationis ſanguinis, tamen
ſi intra tres menſes, vel quatuor non appareat ex ven
tris tumore, vel alijs coniecturis eã prægnantẽ eſſe,
nubere poterit. Item ſi ſit ſenex. ſterilis. Item ſi mari-
tus deceſſit abſens. Iſtis enim omnibus caſib. mulier
14 † prægnans non præſumitur, quemadmodum ex ſen
tentia. Paul. de Leazar. & Raine. de Forliu. tradidit
Bal. in l. decreto. C. de his, qui not. infam.

CONCLVSIO MCCXV.

ARGVMENTVM.

In his, quæ ſunt modici præiudicij conſenſum facilè præſumi, & leuiorem probationem requiri.

SVMMARIVM.

1 *Cõſenſus nõ inducitur in his, quæ ſunt magni præiudicij.*
2 *Taciturnitas in rebus magnis non inducit conſenſum.*

3 Con-

Digitized by Google

3 *Conſenſus in rebus magni momenti, etiam ex patientia non præſumitur.*
4 *Præſentia nõ facit, vt quis videatur in ſui præiudicium conſentire.*
5 *Conſenſus in rebus magni momenti, etiam ex verbis generalib. non præſumitur.*
6 *Conſenſus non præſumitur, vbi agitur de præiudicio iuris perſonalis, ſecus in iure reali.*
7 *Cõſenſus facile præſumitur, in his quę sũt modici p̃iudicij.*
8 *Probationes leuiores requiruntur in his, quæ modicum præiudicium afferunt.*
9 *Litteræ etiam non ſigillatæ probant, vbi agitur de modico præiudicio.*
10 *Literæ Epiſcopi in rebus magni momenti, non faciunt niſi aliqualem probationem, ſecus in his, quæ modicum afferunt præiudicium.*
11 *Probatio ſemiplena ſufficit, & ſimplici iudicis verbo creditur, in his, quæ modicum dant præiudicium.*

1 In ſui præiudicium quis non † præſumitur cõ-
ſẽtire. l. penult. ff. de furt. not. gl. in l. 2. C.
de acq. poſ. Abb. in c. in cauſis. in 2. col. de elect. vbi di
cit, ꝙ in re graui, & oneroſa, & in arduis explicãdis,
2 requirit̃ expreſſus cõſenſus, nec ſufficit † taciturnitas.
Aegid. Bella. dec. 671. tradũt Doc. omnes in l. quę do
tis. ff. ſolu. mat. & Canoniſtæ in c. nonne. de præſũpt.
* & de * communi opinione teſtatur Capra concl. 56.
3 Ampliatur primo ꝓcedere, ẽt cõcurrẽte † ſciẽtia,
& patientia. adhuc enim quis in ſui præiudicium nõ
videtur cõſentire glo. in l. qui patitur. ff. nam l. filiuſ-
fa. §. inuitus. ff. de ꝓcur. Alex. cõſ. 34. nu. 8. vol. 7. conſ.
180. nu. 4. & cõſ. 152. nu. 9. eod. vol. 7. vbi plus dicit, ꝙ
in actu, partim oneroſo, partim vtili, ſciẽtia, & patiẽ-
tia nõ inducit cõſẽſũ. Ceph. cõſ. 135. n. 39. Rom. cõſ.
111. nu. 3. no. in c. is q̃ tacet. de reg. iur. in 6. Inno. in c.
in geneſi. de elect. Bal. in l. ſi fine. C. ad Vellean. Sali.
in l. inuit⁹. C. de ꝓcurat. Innoc. Hoſtien. & Io. And. in
c. Cumana. de elect. Archid. in c. diaconi. 18. diſtinct.
Ampliatur ſecundo, vt procedat etiam concur-
4 rente † præſentia: adhuc enim in ſui præiudicium
quis non præſumitur conſentire. Iaſ. & reliqui in d.
l. quæ dotis. ff. ſoluto matr. Alex. in l. ſæpe. ff. de re iu-
di. Alba. conſ. 12. nu. 15. Ceph. conſ. 110. nu. 14.
Ampliatur tertio cõcluſio, vt etiã procedat, ſi ver-
5 ba generalia † quis dixerit: nõ eſt enim præſumendũ,
quod ex verbis quãtumcunque generalibus quiſquã
ſibi magnum inferri velit præiudicium. ita reſpondit
Ceph. cõſ. 25. nu. 40. vbi add. Bar. in l. 1. col. 6. ver. prę-
terea non eſt veriſimile. ff. de offic. procur. Cæſar. Ri-
pa in l. Centurio. nu. 81. & 82. ff. de vulg. & pup.
Limitatur concluſio, vt procedat qñ agitur de præ
6 iudicio iuris pſonalis, ſecus qñ agit̃ † de p̃iudicio iu-
ris realis: primo enim caſu nõ præſumitur quis in ſui
præiudicium conſentire, ſecundo vero caſu præſumi
tur. l. filiusfami. §. inuitus. ff. de procurator. Bal. in l. in
uitus. & ibi etiam Caſtr. C. eo. tit. de procura. Io. And.
in addi. ad Spec. in tit. de arbitris. §. ſequitur. verſ. ſed
nunquid arbitrator. Alb. conſ. 12. nu. 5. Pariſ. conſ. 43.
nu. 46. vol. 1. Ceph. conſ. 100. nu. 14. Rui in l. 2. col. 2.
prope fi. ff. de leg. 1. & generaliter limitatur cõcluſio,
7 vt non procedat quãdo agitur de modico † pręiudi-
cio, Pariſ. in d. conſ. 93. l. quam Tuberonis. §. ſunt qui-
dam. ff. de pecu. l. Sabinus. ff. cõmuni diuid. l. Labeo.
cũ gl. ff. de aqua plu. arcen. l. qui hora. §. ſi quis iuſſus.
* ff. de dam. infec. & * cõmuniter tenetur per DD. in d.
l. quæ dotis. & in d. c. nonne. tradit latè Bero. cõſ. 190.
nu. 30. vol. 1. Abb. conſ. 40. Factũ ſic proponitur. nu.
7. vol. 2. quibus omnibus locis cõcluditur in his, quę
ſunt magni præiudicij conſenſum nõ præſumi, ſecus
autem in his, quæ modicum pręiudicium continent.
Sciendum autẽ eſt generaliter in his, quæ ſunt mo-
8 dici præiudicij, leuiorem † probationem requiri, &
quãcunque probationẽ admitti. Ideo dixit Innoc.
in c. 1. nu. 10. de fid. inſtru. quod in his, quę modicũ in
9 ſe cõtinent præiudicium, creditur † literis alicuius ẽt
nõ ſigillatis, & de rebus ad ſuũ officiũ non ꝑtinentib.
* idq; * cõmuniter obſeruari ex cõſuetudine, ac p̃cipuè
in Romana curia teſtatur Cin. in l. pacta nouiſſima.
col. 1. ver. Itẽ eſt arguendum. & ibidẽ Bal. col. pen. nu.
11. C. de pact. Abb. in c. cũ in eccleſijs. nu. 3. de maior.
& obedien. vbi inquit, q̃d in his, quæ ſunt magni præ-
10 iudicij † literæ Epiſcopi non faciunt probationẽ niſi
aliqualem: ſecus in his, quę sũt modici pręiudicij ad-
ducit Inn. in c. in præſentia. de renunciat. idem tenuit
Old. conſ. 184. col. 2. Bart. in auth. niſi breuiores. C. de
ſenten. ex breui. recit. vbi dicit quod in his leuiorib.
11 creditur verbo † ſimplici iudicis, & ſemiplena proba
tio ſufficit, quod etiã voluit Bar. in l. 1. col. fi. C. quo-
* rũ bonorum, & l. 2. §. fi. C. vbi in rem act. tenent * cõ-
muniter DD. in c. poſt ceſſionem, de probation.
Cætera colligas per te ex concluſione literæ, & ex
concluſione, Patientia, præſentia, Mandatum, Ratifi
catio, & ſimilib. quibus in locis tradidimus quando
in ſui præiudicium quis conſentire præſumatur.

CONCLVSIO MCCXVI.

ARGVMENTVM.

Expreſſa, in precibus, an & quando impetrans probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans a ſe in precibus expreſſa probare debet, & cur num. 8.*
2 *Alienandi licentia vbi data eſt aſſerenti eam vtilem eſſe, ipſi hanc vtilitatem probandi onus incumbit.*
3 *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, in quolibet reſcripto intelligitur.*
4 *Valor beneficij expreſſus in precibus ſi negetur, ab exprimente probandus eſt.*
5 *Præſuppoſitum in diſpoſitione debet verificari antequam diſpoſitio locum habeat.*
6 *Impetrans debet probare expreſſa in precibus, etiamſi in reſcripto eſſet clauſula ex certa ſcientia.*
7 *Clauſula, ex certa ſcientia, quid operetur.*
9 *Tacitũ aliquid fuiſſe dicens in precibus, id probare debet.*
10 *Obreptio eſt expreſſio falſi, ſurreptio taciturnitas veri.*
11 *Impetrans quando habet intentionem fundatam, expreſſa in precibus probare non tenetur.*
12 *Impetrans non tenetur probare narratã quæ, non ſunt de ſubſtantia gratiæ, & quæ ſi Princeps ignoraſſet, nihilo minus gratiam conceſſiſſet.*

1 Expreſſa in precib. probari debẽt † ab ex-
primẽte, ſi de eis cõtrouerſia ipſi
cũ aliquo fuerit. ita reſpõdẽt Impp. in l. minorũ. C. de
præd. minor. tradit Io. And. in c. 1. nu. 3. de lit. conteſt.
in 6. alias eſt c. exceptionis. de iudic. eo. lib. 6. cuius di
ctũ comprobat Abb. in c. cõſtitutus col. 2. de reſcrip.
& c. ſedes. eo. tit. & in c. quia circa, per illũ tex. in 2. &
3. notab. de conſanguinit. & affinit. & in c. fi. nu. 8. de
præſũptionib. & cõſ. 70. id do nunc quęritur, nu. 2. ver.
p̃terea ſurreptio, vol. 2. id ẽt tenet Specul. in tit. de re-
ſcrip. præſenta. §. ratiõe quoq; defectus. in prin. vbi ẽt
Io. And. in addit. Cardinal. conſ. 69. incip. Quoad pri
mũ. Oldrad. conſ. 256. Clemens Epiſcopus. col. 2. ver.
ad ſecũdũ vr̃. Philip. Frãc. in d. c. 2. nu. 17. de lit. cõteſt.
in 6. idẽ vr̃ tenuiſſe Alex. conſ. 4. nu. 7. vol. 3. vbi dicit,
2 quod ſi data fuit licentia alienãdi † alicui petenti, &
aſſerenti talem alienationẽ vtilẽ eſſe, ipſi poſtea pro-
bandi onus incumbet ipſam alienationẽ commodo
ceſſiſſe: quod etiã tradit latè Imo. poſt alios omnes in
c. 2. nu. 12. & 13. de depoſito. Cõmenſ. cõſ. 243. vol. 2.

Dec.

Dec.cōſ.142.& 252. Ang. in auth.de alienatione,& emph.§.hoc ēt col.pen.ſed vt ad rem redeamus, cōcluſionem noſtram tenuerunt expreſsè Spec.in ti.de clandeſt.deſponſat.paulo poſt prin.Soc.ſen.cōſ.164. col.2.verſ.confirmatur ēt præmiſſa.vol.2.vbi dicit,ꝙ
3 † in vnoquoq; reſcripto, & mandato intelligitur illa clauſula,ſi preces veritate nitantur, & id dicit tenere cōiter Doct.in c.2.de reſcri. idem dixit Dec.cōſ.133. viſo proceſſu agitato.nu.1. ver.nam quando aliquid. & conſ.43. quamuis in caſu propoſito.nu.16. vbi dicit, quòd gratia impetrata à concilio populi intelligitē,modo in ꝓcib.expoſita,vera ſint.d.c.2.de reſcrip. l.præſcriptione.C.ſi cont.ius,vel vtil.publ. & ideò is, qui facit fundamentum in grã,debet ꝓbare ea, quæ continent̄ in ſupplicatione. Idem Dec.conſ.603. viſo puncto. nu. 8. & conſ.198.pro tenui facultate.n.4. col.3.verſ.confirmat̄ ꝓdicta concluſ.Hoc idē tenuerunt Rip.& Fely. in d.c.2.nu.29. de reſcr.& per hanc cōcluſ.Abb.in d.c.fi.de ꝓſump.dicit, ꝙ ſi quis in pre-
4 cib.† aſſeuerauit tale beneficium eſſe valoris centum ducatorum, & negetur,aſſerenti probandi onus incūbet,ꝙ latè examinat ibi Fel.facit pro hac concluſ.q.a
5 † præſuppoſitū in diſpoſitione debet verificari,anteq̃ ea diſpoſitio locū habeat, vt tradidit Dec.cōſ.251.n. 5.cū igitur cōcedendo grãm præſupponant̄ vera,quę narrant̄ in ꝓcibus,nō mirū ſi ꝓbari,& verificari dēnt.

Ampliatur aūt iſta concluſio,vt procedat etiamſi
6 Princeps in literis addidiſſet †clauſulam,ſe concedere ex certa ſcientia,vel de plenitudine ꝓtãtis. Adhuc enim tenet̄ impetrans ꝓbare ea,quæ in ſupplici libello narrauit, ita præclarè reſpondit Soc. ſen. in alleg. conſ.164.col.3.verſ.ſed ad iſta.d.vol.2.vbi dicit, ꝙ di-
7 cta clauſula nō denotat† certā ſcientiā:niſi in eis,quæ princeps ꝓſumitur ſcire,vt ſunt ea, q̃ conſiſtunt in iure, & qñ proceſſum fuit cū cauſæ cognitione, immo clauſulæ ꝓdictæ intelliguntur appoſitæ cum eadem conditione,ſi preces veritate nitantur, arg. gl. in l. ſi patronū.§.patronus.ff.de his,quæ in frau.pa.& tex.in l.fi.ff.de cōteſt.pec.quē pro ſing.alleg.Bal.in l.ſi abſētis.C.ſi cer.pet. & ꝓbat̄ ex eis, q̃ habentur per Cin. in l.in contractib.C.de non nu.pec.vt ibi per ipſū Soc.

8 Ratio autem † huius concluſionis ea eſt,quòd fundamentum intentionis ſuæ quiſq; probare tenetur, non mirum ergo, ſi qui ſe fundat in literis debet probare,quæ in precib.expoſita ſunt, propter quæ literæ ipſę ſunt conceſſæ,id tradidit Rol.à Val.conſ.10.nu. 8.vol.4.Soc.iun.cōſ.12.nu.3.vol.1. Beto.conſ.19. nu. 13.vol.2.cum alijs plurib.cumulatis. per Ioſeph. Ludoui.concl.14. & hanc rationem huius concluſionis reddit Cacher. deciſ.171. nu.10.& Ioſeph. Ludoui.d. concluſ.in verſ. infertur tertio.

Limitatur primò ſuprad.concl.vt procedat, qñ dr̄ aliquid falſum narratū fuiſſe in literis, qñ autem dr̄
9 aliquid fuiſſe†omiſſum,cōtrariū eſt,quia aſſerens dēt
10 probare.Cū igitur†obreptio ſit expreſſio falſi, ſubreptio,taciturnitas veri : ſi obreptio obijciatur,probādi onus incumbet ei,cui obijcit̄, ſi aūt quem ſurripuiſſe dicat̄,opponēs ꝓbare debebit,ita diſtinguit Io. And. in d.c.2.nu.2.de lit. conteſt. in 6. cuius ſententiā eum referendo probat Abb.in d.c.fi.nu.8. de præſump. & in d.conſ. 70. id de iure quæritur.nu.2. vol. 2. idē voluit Rip.in d.c 2.nu.29.de reſcrip.Soc.ſen.in d.conſi. 164.viſa bulla,col.2.ver.confirmantur ꝓdicta. uol.2.

Limitatur ſecundo,vt non procedat concl.quādo
11 impetrans habet † intentionē fundatam pro ſe, quia tunc in opponentē onus probandi transfertur,veluti ſi aliqui impetranti beneficiū obijciatur,quòd ſit infamis. onus probandi aſſerenti incumbet. Eodē modo, ſi quis in precib. dicat ſe eſſe idoneū moribus,& vita,negātē probare oportebit : quilibet enim bonus præſumitur,hoc tradidit Abb.in d.c.fi.de præſumpt. vbi ēt Fel.& in c.conſtitutus.col.1.de reſcr.Rip. in d. c.2.nu.30.Io.And.in reg.infamib.de reg.iur.in 6.&c.

Limitatur tertio concl. vt procedat, quando id,ꝙ falſo narratum eſt,ſubſtantiale eſt, adeò ꝙ ſi concedens id ſciuiſſet,gratiam non fuiſſet cōceſſurus:ſecus
12 aūt quando narrata ſunt ea, † q̃ ſubſtantiam non attingunt, & quæ nihil impedimenti conceſſioni gratiæ attuliſſent.id tradit Oldr.d.cōſ.256.col.2.verſ.ſed in contrarium me adducit,vbi dicit, ꝙ ſi in diſpenſatione falſa narrata ſunt ſubſtantialia, vitiatur diſpenſatio,ſecus aūt ſi non ſubſtantialia, narrata falſa ſūt, quæ ne ꝓbari quidem debebunt ab eo, qui narrauit, facit ꝙ voluit Rot.dec. 37. aliàs 202. incip. nota, qđ quis non tenet̄.vbi dicit, ꝙ quis non tenetur narrare in precibus qualitatē non ſubſtantialem, & q̃ ſi pontifex notam habuiſſet, nihilominus bñficium conceſſet,ꝙ etiam voluit Rot.dec.47.aliàs 336. nota ſecundum opinionem aliquorum,& dec.27.alias 610.Do. Vrb.eo.tit.de reſcrip.in antiq.Aegid.Bella. dec. 683. ſi impetrans in forma pauperum,in fi.Hāc limitationem tenuit Inn.in c.ex parte il 1. & ibi Butr. & Abb. de priuileg.Arch.6.q.vlt.§.actor.circa prin.Bald.in l. mater tua.C.de contrah.emp. cum alijs plurib. quos adducit Calc.conſ.11.in cauſa Bartolomei Gaſpari. vbi id ex facto rendit, & quā latiſſimè explicuit, &c

Cætera,q̃ ad hāc materiā pertinent ex varijs huius noſtri tractatus concl.per te elicere potes,ex concl.literæ.Confeſſio in literis.Gratia,obreptio, & ſimilib.

CONCLVSIO MCCXVII.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur per clauſulam precarij tranſlatam fuiſſe poſſeſſionem in eum,cuius nomine conſtituit, quis ſe poſſidere.

SVMMARIVM.

1 *Conſtituens ſe precario nomine alterius poſſidere, transfert in eum poſſeſſionem.*
2 *Clauſula conſtituti,ita demum transfert poſſeſſionē,ſi conſtituens ipſe poſſidet.*
3 *Conſtituens,ſi non ſuo,ſed alieno nomine poſſidebat tempore conſtituti,nullum ius transfert in eum,cuius nomine conſtituit ſe poſſidere.*
4 *Conſtituens ſe nomine alterius ius incorporale poſſidere deindè id alteri donans, & verè dans. poſſeſſionem, an in eum legitimè poſſeſſio dicatur tranſlata.*
5 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat.*
6 *Tradere rem,quam non poſſidet,nemo poteſt.*
7 *Poſſeſſio per modum fictæ traditionis,non trāſfertur, niſi tradens poſſideat.*
8 *Poſſeſſio per retentionem vſusfructus non transfertur,niſi retinens poſſideat.*
9 *Clauium traditio non probat poſſeſſionem,ſi tradens non poſſidebat.*
10 *Venditio in conſpectu facta, ſi vendens non poſſidebat, non transfert poſſeſſionem.*
11 *Conſtituens,ſi non poſſidet,etiamſi detineat,non transfert poſſeſſionem.*
Quod tamen declar.ibid.num. 12.
13 *Conſtituens,ſi non poſſidet, non transfert poſſeſſionem, etiamſi volente eo,qui verè poſſidet,conſtituerit.*
Contrarium. num.14.
15 *Conſtituens ad hoc,vt transferat poſſeſſionem,debet probari omnino tempore conſtituti poſſediſſe.*
Contrar.num.16.Concil.num. 17.
18 *Conſtitutum per verba futura conceptum, transfert poſſeſſionem, etiam ſuperuenientem.*
19 *Conſtitutum iuramento firmatum,transfert poſſeſſionē, etiam futuram,& ſuperuenientem.*
20 *Conſtitutum in antiquis, etiamſi non doceatur de poſſeſſione conſtituentis poſſeſſionem probat.*
21 *Conſtitutum probat tranſlationem dominij.*

Non

Digitized by Google

1 Non eſt dubium quin per clauſulam, qua quis in inſtr̃o cõſtituit ſe alterius no ĩe † preca
rio poſſidere, poſſeſſio transferatur, & probari poſſit.
* *id. n. Do. nemine oĩno repugnãre tradũt. glo. in l. ab
emptione. in verb. cõſtituatur. ff. de pact. vbi Bart. &
Ang. idẽ Bar. Alex. Imo. Ang. Caſtr. & * cõiter cęteri
ſcribẽtes. in l. interdũ. ff. de acq. poſ. & in l. qd antc. co.
rit. & in l. creditores. C. de pig. Berous latè conſ. 42. in
prin. vol. 1. Cor. cõſ. 6. n. 6. vol. 3. cõſ. 89. nu. 5. cõſ. 100.
nu. 7. cõſ. 267. nu. 5. cõſ. 280. nu. 9. cõſ. 197. n. 3. eo vol.
conſ 6. nu. 6. conſ. 8. nu. 45. & 9. cõſ. 53. nu. 2. conſ. 121.
nu. 24. conſ. 127. nu. 4. conſ. 173. nu. 25. vol. 2. Itẽ conſ.
16. nu. 6. cõſ. 113. nu. 1. vol. 1. Alex. cõſ. 40. nu. 9. vol. 3.
Imo. in c. precarium. nu. 6. extra de precario. vbi etiã
Abb. Bal. idẽ voluit in l. 2. in 1. q. C. de vſur. & in l. qs,
ad fi. C. de don. cõſ. 482. Magnifice, col. 3. ver. quintus
paſſus, vol. 1. Ang. conſ. 373. viſis inſtrumentis, col. 1.
Cor pol. conſ. crimina. 4. viſa q̃rela, col. 2. ver. 1. eſt. vbi
id dicit maximè notandũ. Iaſ. cõſ. 147. præſens. col. 3.
ver. quod autem poſſeſſio. vol. 2. Steph. Bertran. cõſ.
238. contra donationẽ, nu. 2. conſ. 73, viſo caſu, vol. 3.
Dec. in l. contractus, col. 5. ver. & hoc videtur pcede-
re. ff. de reg. iu. Fran. Purpur. in l. certi condict. in prin.
col. 11. verſ. limita tertio. ff. ſi cer. pet. Guid. Pap. cõſ.
192. ex facti narratione, in fi. Iaſ. in l. apud Iulianũ. §.
ſi Titius, col. 3. in 79. no. ff. de leg. 1. cũ pluribus alijs,
quos adducere poſſem, ſi hãc rem hoc loco tractare
mihi eſſet in animo. ſed quoniã ea latiſſimè, & fuſiſ-
ſimè enarratur à Tiraq. in tract. de iure cõſtitu. id cir
co illam omittam, ne actum denuo agere videar.

Illud autem animaduertendũ eſt, quod ſi is, qui p-
cario alterius nomine ſe poſſidere conſtituit, non ha
beat poſſeſſionem veram, poſſeſſio per conſtitutũ il-
lud nõ transfertur, & ideo is, qui cõtendit ſe per hoc
2 pcariũ poſſidere, pbare debet tempore conſtituti cõ-
ſtituentem vere poſſediſſe. l. quamuis cõductor, & ibi
glo. ff. de acq. poſſeſ. vbi Pau. ſcribit. ſi is, qui à me
fundũ cõduxit, illud Titio vendiderit, & ab ipſo quo
que cõduxerit, & vtrique mercedes pręſtiterit, prior
locator poſſeſſionẽ retinet. Ibi etenim dubitatur cũ
colonus cõſtituerit nomine ſecũdi emptoris poſſide-
re, & illi de fructibus reſponderit, cur non transtulerit
in eum poſſeſſionem. glo. reſpondit, quia conductor
verè non poſſidet. Idque ibi etiã tradunt Alex. Ang.
* Imo. & reliqui ſcribentes * cõmuniter. facit l. tradi-
tio. ff. de acqu. rer. dom. vbi traditio rei quã non poſſi
demus fieri nullo modo poteſt, & c. olim. il ſecũdo,
ſecundũ intellectũ Doc. de reſtitu. ſpolia. l. vltima. §.
1. ff. ad Vellcian. idem ſentit Ang. in l. 2. vbi etiã glo.
ſuper verbo tradita. C. de acquir. poſſeſ. Bar. in l. quod
meo, in princi. col. pen. ff. eod. tit. vbi dicũt quod Ad-
uocatus debet eſſe cautus in proponẽdo, & probãdo,
ꝙ conſtituens tpe conſtitutionis huiuſmodi poſſide-
bat, alioquin ſuccumberet. Barba. conſ. 4. Illud affe-
rã in mediũ, quod prophetæ clariſſimo venit in ore,
nu. 22. vol. primo. idẽ tradit Corneus cõſ. 6. nu. 7. ver.
& precarium rei ſuæ, vol. 4. vbi ad id adducit l. ſi ali-
quã rem. ff. de acq. poſſeſ. & l. certè. §. ſi. cum l. ſequen.
ff. de precar. idẽ voluit ipſe Corneus conſ. 297. nu. 3.
ver. verũ tamen eſt quod, &c. vol. 3, & conſ. 53. nu. 5.
ver. tamen ad hęc reſpõdetur vol. 2. vbi ad id adducit
ea, quæ habentur in l. quod meo: & l. interdum. ff. de
acq. poſſeſ. & in l. traditio. de acqu. rer. domi. & l. ne-
mo plus iuris. ff. de reg. iur. hoc idẽ latè trac. Bertrãd.
cõſ. 323. etiã ſi libellus. nu. 2. vol. 3. idem tenuit Bald.
in l. ſiue autem. §. ſi quis tenui. ver. ſed pone. ff. de pu-
blic. inter dilectos. extra de fide inſtr. Alex. in l. Pom
ponius. §. ſi is, qui precario. ff. de acq. poſ. & in conſ.
10. num. 2. vol. 4. vbi ad id adducit præter nonnullos
ſupra citatos Ang. in l. quædam mulier, & ibidẽ Bar.
ff. de rei vend. & eũdẽ Bar. in l. 1. C. quan. lic. ab empt.
diſced. Anto. Butrig. in c. cum veniſſent, de reſtitu.
ſpoliat. & in c. fi. de cauſ. poſſeſ. & propriet. idẽ dicit
Alex. in conſ. 82. nu. 9. vol. 3. Barto. conſ. 81. Maſſinus
Forticonis de Eugub. num. 9. in eadem ſententia fuit
Calcaneus conſ. 29. Magnificus D. Roland. colu. 7.
nu. 10. verſ. præterea quomodo poſſibile eſt. vbi dicit
3 quòd ſi cõſtituens † nõ ſuo ſed alieno nomine poſſi-
debat tempore conſtituti, nullum ius in alium cõſti-
tuendo transferre poteſt, & adducit Specula. in tit. de
empt. & vend. §. 1. verſ. quid ergo ſi in inſtrumento.
eiuſdem opinionis eſt Barba. conſ. 62. colum. 5. circa
med. ver. nec obſtat, cũ dicitur, quod ſi fuiſſet. vol. 3.
& hoc quidẽ voluerunt Bald. in d. l. 1. C. quan. lic. ab
emp. diſced. quem cum plurib. alijs adducit Rui. cõſ.
145. nu. 5. vol. 1. & cõſ. 46. nu. 5. vol. 4. & conſ. 54. nu. 1.
eod. volu. vbi concludit, quod per conſtitutum non
probatur poſſeſſio, niſi doceatur de poſſeſſione cõſti-
tuentis. Afflictus deciſ. 40. nu. 5. Deci. qui complures
ad id adducit ex ſupradictis conſ. 247. nu. 3. verſ. non
obſtat, quod ſupradictum eſt. & conſ. 281. num. 4. &
conſ. 400. viſo eleganti conſ. nu. 9. ver. primo quod ab
eo. vbi id latè probat. Inno. in c. cum veniſſent. & in
c. in literis. de reſtit. ſpolia. quem ad id cum pluribus
alijs adducit Alex. conſ. 161. nu. 1. vol. 6. in rub. C. de
cõtrahen. empt. q. 16. quem allegat Dec. d. conſ 400.
idem voluit Alex. conſ. 23. nu. 5. vol. 7. quem ſequun-
tur Bertrand. conſ. 163. etiam ſi libellus. num. 2. conſ.
300. nu. 2. incip. Nobilis honeſta mulier, &c. vol. 2.
& conſ. 85. etiam ſi vol. 40. & conſ. 12. 16. & conſ. 30.
lecto proceſſu, &c. nu. 10. & conſ. 302. deliberando
ſuper quodam num. 2. & conſ. 347. duobus prætenſis.
nu. 9. vbi & ad id adducit Ang. idem tenentem. conſ.
180, vol. 1. idẽ ſenſit Gratus cõſ. 69. nu. 3. vol. 1. & cõſ.
94. nu. 15. & conſ. 117. nu. 15. eo. vol. Dec. cõſ. 251. col.
3. ver. ergo pariter videtur. nu. 3. vbi etiã ſubdit, quòd
4 ſi donem Titio actionẽ † vel nomen, & cõſtituã me
eius nomine precario poſſidere, deinde illam candẽ
rem Sempronio donem cum traditione vera, pręfer-
tur hic priori donatario, quia ad hoc vt conſtitutum
operetur, debet neceſſario probari conſtituentis poſ-
ſeſſio. At huiuſmodi iura incorporalia non poſſidẽt.
ergo, &c. l. ſeruus. §. incorporalis. ff. de acqui. rer. dom.
§. incorporales. Inſtit. de reb. corporalib. & incorpo-
ralib. Alex. cõſ. 17, requiſitus, col. 2. vol. 1. ſed hoc di-
ctũ Decij falsũ putat Tiraq. in d. tract. de iu. cõſtit. li-
mitat. prima, nu. 19, quia ſi hmõi iura nõ poſſidentur
at quaſi poſſidentur. & iura loquentia de poſſeſſione
habent locum in quaſi poſſeſſione, c. præſentium. vbi
gl. Archid. Io. And. & cæteri, de teſtib. lib. 6. cũ pluri-
* bus alijs ibi per eum adductis. Hãc eſſe * cõem cõclu
ſionẽ teſtatur Rol. à Val. conſ. 79. nu. 23. vol. 1. Et ne
plures adducendo, qui hanc concluſionem noſtram
pbauerunt, vel actum agere, vel cæteris laborũ ſuo-
rum gloriã ſurripere velle videamur, remittimus te
ad Tiraq. in alleg. tract. de iu. conſtit. vbi poſtquã pe-
nè innumeros congeſſit, concludit tandem, neminẽ
omnino reperiri, qui huic ſẽtẽtiæ repugnare audeat.
* eſt ergo * communis, & firma concluſio iſta noſtra.

Huius autẽ concluſionis ſatis manifeſta ratio eſt.
5 Nemo † etenim plus in alium transferre poteſt, quã
ipſe hẽat l. nemo plus iuris. ff. de reg. iu. c. Daibertũ. 1.
q. 7. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. vbi traditio eius rei
6 fieri † non poteſt, quã nõ poſſidemus. ſi ergo verè tra-
dere nemo poteſt ꝙ non habet, ergo nec fictè. l. ſi fi-
liusfam. l. ſi ſocius. ff. ſi cert. pet. l. 2. & 3. ff. pro ſoc. Bal.
conſ. 166. vol. 4. & hãc huius concluſionis rationem
adducunt, Corn. d. conſ. 53. nu. 5. verſ. tamen ad hoc
reſpondetur. vol. 2. & Tiraq. ſup. cit. lo. nu. 3.

Ampliaĩ primo loco id, quod diximus vt pcedat
7 in quocunq; alio ficto † acquirẽdæ poſſeſſionis mõ.
Nam & in eis niſi tradẽs habeat poſſeſſionem, nullo
modo acquiritur poſſeſſio. ita dicit glo. in l. cũ miles
in princ. in glo. ma. ad fi. ff. ex quib. cau. maio. Raph.
Cum. in l. Pomponius. §. quæſitũ, per illum textum. ff.
de acq. poſ. Alex. in l. cum hæredes in prin. ff. eod. tit.

Cur.

Digitized by Google

Curt.iun.cõſ. 110.nu.17.vol.2. vbi ad id adducit Ale.
conſ.82.vol.2 & Signor.Homod. conſ. 252. ſubdub.
ad fi.col.1.Iaſ.in l. ſi ſorori.C.de iur.delib.& demum
* id cõcludere Doctores * communiter teſtatur Tiraq.
in d.tract.nu.7.vbi pręter ſupradictos adducit Rip.in
l.1.in priu.col.16.verſ.contra Bart.in fi.ff.de acq.poſ.
& latè tradidit ipſe Tiraq.in trac.le mort ſaiſit,le viſ.
declarat.7.& ideò dicit Bertrand.conſ.276. viſo caſu
mihi exhibito.col.2. nu. 4. quod per retentionẽ vſuſ-
fructus,qui eſt fictus modus acquirendę poſſeſſionis,
8 ita demum acquiritur poſſeſſio †ſi retinẽs poſſidebat.
adducit ea, quæ habentur in l.quiſquis, & in l.ſi quis
argentum.§.ſed ſi quidẽ.C. de dona. in l. quod meo.
de acq.poſſ.in l.ab emptio.ff. de pact.Io. And. in ad-
dit.ad Spec.in tit.de empt.& vend.§.1.verſ.& nota in
addi.quæ incipit,& hic dubitatur.Abb.in c.ex literis.
col.pen.de conſuet. Ang.conſ.339.Sempronius olim
Caij de Florentia.Alex.conſ.92.perſpectis his,quę in
themate.col.2.vol.1.Aret.in §.actionum.verſ.quęro
ſi inſtrumentum venditionis.Inſt. de actio. & idẽ te-
9 nuit Corn.conſ.110.nu.3. vol.4. Præterea ita † demũ
probatur poſſeſſio per traditionem clauium,ſi tradẽs
poſſidebat, ſecus ſi non poſſidebat, vt copioſè tradi-
dit Old. conſ. 209. nu. 3. cum ſeq.cum alijs adductis.
per Tiraq.ſup. loc. ad hæc licet per venditionẽ in cõ-
ſpectu rei factã,probetur poſſeſſio.l.1.§.ſi iuſſerim.ff.
de acq.poſſ.l.quod meo.§.per cit.venditorem.glo.&
DD.in l.3.in pr.co.tit.& in c.2.de conſue.in l. & 2.C.
10 de acq. poſs. id tamen verum eſt,ſi res† poſſideatur à
venditorẽ.d.l.3.§.Neratius, vbi Bart.Abb.in c.autho
ritate.col.2.verſ.inueſtitura autem. extra de iudic. &
huius ampliationis omnes eandem rationẽ reddunt,
quia nemo dare poteſt, quod non habet.Old. d. cõſ.
209.Corn.d.conſ.110.& cęteri omnes.

Ampliatur ſecundò,vt procedat etiam ſi is,qui nõ
11 poſſidet,tamen †detineat:tunc enim etiam per con-
ſtit. non transfertur, nec poſſeſſio, nec detentio, vt
dicit Bart.in l.quod meo.col.vlt.verſ.ſed iuxta prędi-
cta cum alijs, quos congerit.

Declata tamen hanc ampliationem,vt non proce
12 dat,quando poſſeſſio † detineretur ab aliquo,cum eſ-
ſet vacua, & à nullo alio poſſideretur, ita declarant
Bart. & Alex. in d.l. quod meo.cum alijs congeſtis.
Tiraq. in d.tract.de iure conſtituti. limita. 14. verſ.a.
intellige.& in loco allegato.nu.26.

13 Ampliatur tertiò,vt etiam procedat †ſi conſentiẽ-
te eo, qui verè habet poſſeſſionem, conſtituerit quis
ſe alicuius nomine poſſidere,adhuc enim non tranſ-
fertur poſſeſſio,vt reſpondit Cor. conſ.5.vol.2.& cõſ.
183.vol. 3. quem refert Tiraq. vbi ſup. & in limit.13.
nu.14.& 15.vbi dicit,quod ſi procurator nomine do-
mini conſtituat ſe alicuius nomine poſſediſſe,tranſ-
fertur poſſeſſio:ſecus autem ſi ſuo nomine proprio ẽt
conſentiente domino poſſidere ſe conſtituerit.

14 Contra hanc † ampliationem tamen Tiraq. in lo-
cis ſup.cit.ponderat,quòd colonus conſentiente do-
mino transfert poſſeſſionem per clauſulam conſtitu-
ti in eum,cuius nomine ſe conſtituit poſſidere, iux-
ta ea, quæ habentur per Anto.Butr.in c.cũ veniſſent.
col.pen.verſ.ex quibus patet.de reſtitu. ſpol.per l.qui
vniuerſas.ff.de acq.poſſ.Ponderat præterea, quod eã-
dem vim habet, quoad effectum contractus,facere,
& facienti conſentire, vt habetur in l. cum quædam.
C.de adminiſ.tut.& in l.nihil.§.proponitur.ff.de leg.
1.l.non videtur.ff.quæ in frau.patro.c.Tirius filios,&
ibi gl.Bal.& alij.ſi de feu.defun.dom.Caſt.conſ. 190.
viſa ſubſcripta.col.2.ver.reſtat nunc videre.vol.2. cũ
alijs penè innumeris congeſtis per Tiraq. de retract.
lignag.§.1.gl.9.nu.139. cum plurib. ſeq. Per quas ra-
tiones videtur Tiraq.à ſententia Cornei diſcedere.

Amplia quartò, vt omninò probari debeat ipſum
conſtituentem poſſediſſe tempore conſtituti: nam
15 etiam † ſi probetur cum poſt conſtitutum acquiuiſſe
poſſeſſionẽ, nihil commutabit huiuſmodi probatio.
Id tenent Ang.in d.l.quãuis.§.ſi conductor. ff. de ac-
qu.poſſ.Bal.in d.rub.C.quan.lic. ab emp. diſced. Af-
flict.deci.335.nu 4.& ſeq.cum alijs plurib.citatis per
Tiraq.vbi ſup.& demũ omnes Doctores ferè, qui di-
cunt, quod debeat probari poſſeſſio conſtituẽtis,aſ-
ſentiuntur poſſeſsionem ſuperuenientem non ſuffi-
cere, cum omnes dicant probari oportere conſtituẽ-
tem ipſo conſtituti tempore poſſediſſe.

16 Contra hanc † ampliat.tamen tenuit Bal. in conſ.
276.in cauſa Petri de Maſſa.nu.2.verſ.præterea gl.di-
cit.vol.3.vbi inquit,quod ſi quis conſtituat tenere no
mine Titij, etiam ſi tunc non poſſideat, tamen Titio
ſuperueniente poſſeſſionem acquirit.Quod etiam te
nuit Corn.conſ.280.nu.6.verſ.nam reſpondetur.vol.
3. vbi dicit, quod ſi conſtituo me tuo nomine poſsi-
dere, etiam ſi nullam poſſeſsionem habeam, tamen
demonſtro, quod animum habeo tuo nomine poſ-
ſidendi, & ideò ſuperueniens poſſeſsio tibi acquire-
tur,cum animus mutatus non præſumatur.l.cum,qui
mutatam.ff.de proba.& hos ad id adducit Tiraq. vbi
ſup.num.14. quorum dicta pluribus argumentis con-
firmat.

17 Cõciliationis gratia †diſtingui poteſt, prout & Ti-
raq.facit, quod quoad ipſum conſtituentem non cu-
ramus, an tunc poſsideret, vel poſteà ei poſſeſsio ſu-
peruenerit, immo ne curamus quidem, an omnino
poſsideat, vel vnquam poſsederit,& hoc in odiũ ip-
ſius,ne ſuus dolus,aut fraus illi patrocinetur,quod ni-
ſi de præiudicio tertij agatur, tunc attendendum eſt,
quod in ſupradicta ampliat.à nobis dictum fuit; &
ideò limitandum eſt, quod ſuperius diximus vtrum
procedat, quoad ipſum conſtituentem,in quo nõ eſt
neceſſe probare ipſius poſſeſsionem, ſecus cum de al
terius præiudicio agatur.Bal.in d.l.ſiue autem.§.1.ff.
de publiciana.Ang.in d.l.quedã mulier.ff.de rei ven-
dica.cum alijs allegatis per Tiraq.ſup.cit. loc.nu.20.
idq; etiã voluit Soc.conſ.185.nu.14.vbi dicit,ꝙ con-
tra conſtituentẽ per ipſum cõſtitutũ probatᷣ poſseſsio
ẽt de recẽti.Bal.in l.litib.C.de agr.& cẽſ.li.10.Ang.in
d.l.quãuis.cũ pluribus alijs adductis ibi ꝑ ipſũ Soc.

Limitatur tamen hęc ampliatio,vt non procedat,
18 quando conſtitutum per verba futura † conceptum
eſset adeò,quod appareret de mente contrahentium,
quod futuram poſseſsionem comprehendere vole-
bant.ita voluit Ceph.conſ.147.nu.4.adducit ea, quæ
habentur per glo.Bart.& cæteros in d.l.quamuis.§.1.
ff.de acq.poſs.Dec.in l.contractus. ff.de reg.iur. Rui.
conſ.143.nu.5.vol.1.& conſ.75.nu.6.vol.5.Bal.Aret.
& Aquenſ.in l.interdum.§.fi.ff.de acq.poſs.

Limitatur ſecundò hæc ampliatio, vt non proce-
19 dat,ſi ſuper conſtituto eſſet †appoſitum iuramentũ:
tunc enim etiam futura poſſeſſio probari ſufficit. ita
voluit Ceph. d.conſ.147. nu. 8. vbi complures alleg.
quem omnino videas.

Limitanda nunc ſunt ea,quæ ſuperius diximus, vt
20 locum non habeant, quando † eſsemus in antiquis.
tunc enim probatio per ipſam conſtituti clauſulam
probari ſufficit.ita voluit Soc.ſen.d.conſ.182.num.2.
vol.2.vbi ad id adducit Abb.in c.cum nobis.extra de
præſer.idem Soc.conſ.106.nu.2.verſ.concurrit etiam
vol.3.vbi dicit,quod licet per conſtitutum non tranſ
feratur poſſeſſio: niſi probetur poſſeſſio conſtituẽtis,
tamen id locum non habet contra ipſum cõſtituen-
tem,& quando ſumus in antiquis:tunc enim, & con-
tra conſtituentem, & ipſum poſseſsorem,poſseſsio
per ipſum conſtitutum probatur.idem tenet Dec. in
conſ.302.num.9.vbi alleg. Soc. vbi ſupra.idem tenet
Tiraq.alios allegans,vbi ſup.num.19.

Limita ſecundo, vt ẽt ſi per dictam conſtitutiuam
clauſulam non probetur poſseſsionis tranſlatio:niſi
doceatur de poſſeſſione conſtituentis, tamen ꝑ iſtud
21 conſtitutum abſq; alio probatur †tranſlatio dominij

l.in ſun:

l.in fundum.ff.de fun.dot.not.per Bart.Bald.& alios,
in l.cum res.ff.de acq.poſſ.Fran.Aret.in l.certi condi
ctio.§.depoſui.col.2.ff.ſi cer.pet.& in d.l.quamuis.§.
1.vbi dicit.d.l.in fundum.ad hoc eſſe ſingulare.& tra
dit Tiraq.vbi ſupra.

Cætera plura ad materiam conſtitutinæ poſſeſſio-
nis pertinentia videre poteris apud ipſum Tiraq.

CONCLVSIO MCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Præſcriptionem, & qualitates eam inducen-
tes non præſumi.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio cum ſit facti, non præſumitur, niſi probetur. Et cur. num. 2. & 4.*
2 *Negligentia alicuius non præſumitur.*
3 *Præſcriptionis materia dicitur odioſa, tanquam tollens ius alterius.*
4 *Præſcriptio dicitur exceptio.*
5 *Præſcriptio etiam immemorabilis præſumenda non eſt.*
6 *Præſcriptio nõ præſumitur, nec qualitates eã inducentes.*

1 Præſcriptio cum ſit facti, non † præſumi
tur, niſi ꝓbetur, arg.l.in bel-
lo.§.factæ. ff. de capti. & poſtli.reuer.l. emancipati.
ibi, teq; emancipatum probatum fuerit.C. de collat.
& manifeſtè patet.ex c.auditis de præſcr. & ex ca.ve-
niens, co. tit. nec id obſcurè determinatum fuit in c.
inter, in c. dilectio. 16. quæſtio.tertia, quæ iura ad id
adducit glo.in capit.volumus, in verſ. concuſſam 16.
quæſtio.4. vbi clarè dicit, obijcientem præſcriptionẽ
eam teneri probare, hoc idem ſancitum fuit. in c.1.
ibi, & probare.de præſcriptio.lib.6.vbi Philip. Franc.
id notat.in 1.not.& ibid.Gemin.num.2. idem voluit
glo.in l.ſi tibi, vbi Bald. id notatu eſſe dignum dicit.
C.de ſerui.& aqua.ſic etiam tradidit Bartol.in l.Cel-
ſus. ff. de vſucap. cui accedit Bald. in conſ.450.ſuper
primo puncto. num.2. volum. 4.ad idem conſuluere
Pariſ.in conſ.27. in præſenti conſultatione. num. 89.
verſ.ad quorum euacuationem.vol.1.Crauet.in cõſ.
29 pro clariori.num.9.verſ.proindè.& in conſi. 132.
Homines.nu. 12.verſ.& ſi dicatur, quibus in locis plu
ribus id confirmat, & hos ſequuti ſunt Natt. in conſi.
53.quod legitimè.nu. 18.& 19.verſ.ſimiliter non ob-
ſtat.vol.2.& in conſ.89. & ſi apud legum interpretes.
nu. 39.verſ.quia reſpondetur, eodem volum. 2. atque
Burſat.in conſ.66.proponitur.num.19.poſt verſ. 3. ſi
ponens.volum.1. & Franc.Bal. in tract. de præſcript.
in 3.par.princ.in 3.& 4.princ.requi.ad præſcrip. in 3.
quæſtio. num. 8. allegantí enim præſcriptionem in-
cumbit onus probandi, cum hoc ſit fundamentum
ſuæ intentionis, iuxta doctrinam Bart. communiter
approbatam, in l.1.circa fi. ff. de except. vt ait Franc.
Balb.in d.l Celſus.nu.145.verſ.2. principaliter. ff. de
vſucap. idem voluit Crau. in conſ. 210. præſupponi-
tur in facto.nu. 29. verſ. dicendo nunc ad quintũ du-
bium.vbi pluribus id probat, vt & nos ſupra tradidi-
mus, in verbo abſentia, concl.7.nu. 5. vol. 1.

Concluſionis noſtræ ratio eſt, quia ſi ea in dubio
præſumeretur, ex hoc nihil aliud eſſet, quam alterius
2 negligentiam præſumere, quod † non eſt faciendum,
vt egregiè demonſtrat Abb.in conſ. 82. quamquã in
his dubijs.col. 2. poſt num. 6. verſ. ad prædicta facit,
volum.1.& quod allegans præſcriptionem, quia ne-
gligentiam aduerſarij implicat, illam probare teneaẽ
auctor eſt Bart.in l.generò.num.4.ff. de his, qui not.
infa.quem refert Hercul.in tract.de proban.neg. illa-
tione 51.vbi inquit, quod ſi hoc verum eſt, ſibi nota-
bile videtur: tum etiam, quia probatio dubia non re-
leuat.c.in præſentia, de probatio. quod maximè pro-
3 cedit in materia præſcriptionis, quæ † dicitur odioſa,
tanquam abſorbens ius alterius, vt c.placuit il 2.§.po
teſt.16.q.3.ita aſſeuerauit Abb.in conſ.71.videtur pri
ma fronte.nu.1.verſ.præterea.vol.2.quem ad hoc ci-
tat Crauet.in d.conſ.29.nu. 9.

Alia quoque ratione confirmatur ipſamet cõclu-
4 cluſio, præſcriptio † enim eſt exceptio, vt per gloſſ.&
Doct.in rub.extra de præſcript.& eſt tex.in l.1.§.cum
itaq;.C.de anna.excep.& alibi paſſim. ergo debet ab
allegante tanquam fundamentum ſuæ intentionis
probari.l. in exceptionib. ff. de exceptionib. cum ſi-
milibus.

Eandem concluſionem primo ampliabis, vt non
ſolum pro præſcriptione decem annorum non præ-
5 ſumatur, ſed nec etiam † pro ea præſcriptione, de cu-
ius initio non extet memoria apud homines, niſi pro
betur, vt reſpondit Pariſ.in conſ.104.in præſenti cau-
ſa.nu.121.cum plu.ſeq.volum.1.& in conſ.112.ſi ori-
ginem.nu.22.& in conſ.114.homines ſancti lo.n.18.
& tectius in d.conſ.27.nu.90.eo. vol. 1.quẽ vna cum
alijs ad id refert Nat. in d. conſ. 89. nu. 32. cum plur.
ſeq.volum.2.

Secundò amplianda eſt concluſio, vt non ſolum
pro præſcriptione non præſumatur, ſed nec etiã pro
6 omnibus † qualitatibus ad eam inducendum, veluti
titulus bona fides, poſſeſſio continua, & alia requiſi-
ta, niſi illę qualitates ab allegante probentur. ita do-
cuit Philip.Fran.in d.c.1.in 1.no.de præſ.lib.6.& ibi.
Gemin.nu.2.per illum tex. & tex. in c. pia de except.
quem ſequitur, & id corroborat idem Pariſ. in d. cõſ.
27.nu.90.vol.1.atque Burſ.in d.conſ.66. nu. 9. vol. 1.
idem voluit Fran. Balb.in d.l.Celſus.num. 145. verſ.
2.principaliter.ff.de vſucap.& in d.tract. de præſcrip.
in 3.par.in prin.in 3.& 4.in prin. requiſito ad præſcri-
ptio.q.3.nu.7.verſ. poſtremo not.

CONCLVSIO MCCXIX.

ARGVMENTVM.

Quid probandum ſit ab allegante præſcri-
ptionem rerum corporalium.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio dicitur difficilis probationis.*
2 *Præſcriptionem allegans, titulum inprimis probare debet.*
3 *Præſcriptionem longiſſimi temporis allegans titulum probare non tenetur, nec etiam bonam fidem.*
4 *Bona fides de iure canonico, etiam in longiſſimi temporis præſcriptione requiritur.*
5 *Ius canonicum, quid differat à iure ciuili, quoad præſcriptionem.*
6 *Titulus, etiam in longiſſimi temporis præſcriptione probandus eſt, quando ius commune, vel iuris præſumptio reſiſtit præſcribenti.*
7 *Præſcriptio immemorabilis, non requirit probationem tituli, & latius. nũ. 9.*
8 *Titulus ex tempore immemorabili præſumitur.*
10 *Præſcriptio immemorabilis contra Clericos, & libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſine titulo procedit.*
11 *Præſcriptio ſtatutaria, tituli probationem non requirit.*
12 *Titulus, vbi ex ſtatuti diſpoſitione temporis curſu præſumitur, de eo tamen iuramento partis fides fieri debet.*
13 *Dicto alicuius, vbi ſtandum intelligitur, ſi dicat cum iuramento.*
14 *Iuramento alicuius, vbi ad ſuum commodum creditur, id debet intelligi deficientibus alijs probationibus.*
15 *Iuramento aſſerentis ſe habere titulum non ſtatur, quoties iuſta cauſa ſubeſt, ei non credendi.*

16 *Præſcriptio prædiorum tributariorum, biennio ſine titulo procedit.*

17 *Præſcriptio biennalis ratione culturæ, ex l. qui agros. C. de om. ag. deſer. lib. 11. procedit in omnibus prædijs etiã non tributarijs.*

Contrarium. num. 18.

19 *Præſcriptio prædiorum tributariorum, etiam de iure canonico ſine bona fide procedit.*

Contrarium, defenditur. ibid. nu. 20.

21 *Filius, qui decem annis, rem etiam decem annis à patre defuncto poſſeſſam, poſſedit, ſi titulum oſtendere non poteſt, & poſſeſſione eijciatur, quomodo illam recuperare poſſit.*

22 *Poſſeſſorium remedium c. reintegranda. 3. quæſt. 1. cui cõpetat.*

23 *Præſcriptionem allegans titulum, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtũ probare debet.*

24 *Titulus pro hærede, etiam putatiuus ſufficit ad præſcribendum.*

25 *Præſcriptio tam ex titulo lucratiuo, quã oneroſo ꝓcedit.*

26 *Titulus, vbi ex defectu rei, vel perſonæ præſcribenti acquiri non poteſt, non ſufficit ad præſcribendum.*

27 *Spurius inualidè legitimatus hæreditatem patris præſcribere non poteſt.*

28 *Titulus putatiuus tunc ſufficit ad præſcriptionem, quando ſi verus eſſet dominium transferre poſſet.*

29 *Bona fides in longiſſimi temporis præſcriptione, etiam ex iniuſto errore inducitur.*

30 *Statutum, vbi vult præſcriptionem locum habere, etiã cum titulo putatiuo, debet intelligi, etiam ſi talis titulus eſſet cauſatus ex cauſa iniuſta.*

31 *Præſcriptionẽ allegans traditionem ſibi factam probare debet, & cur nu. 32.*

32 *Titulus abſq; traditione non ſufficit ad tranſlationem dominij.*

33 *Titulum talem habens, qui etiam ſine traditione ſufficit ad tranſlationem dominij, traditionem probare non tenetur.*

34 *Præſcriptione ſe defendens, traditionẽ veram probare dẽt.*

35 *Titulus putatiuus, cur ſufficiat ad præſcriptionem, & nõ traditio putatiua, & ficta.*

36 *Præſcriptionem allegantí, ſatis eſt probare aliquid, quod traditionis loco habeatur, quando id ſufficit ad transferendum dominium.*

37 *Dimiſſio rei, quando traditionis loco habeatur.*

38 *Præſcriptionem allegans debet probare traditionem factam fuiſſe ex illo titulo, cuius occaſione ſe præſcripſiſſe putat.*

39 *Traditio poſſeſſionis vacuæ, requiritur ad hoc, vt procedat præſcriptio.*

40 *Traditionem factam fuiſſe ab eo, à quo habuit titulum, præſcribens probare tenetur.*

Contrarium. num. 41.

42 *Præſcriptionem allegans, bonam fidem deducere debet.*

43 *Bona fides regulariter præſumitur, & cur. ibid. nu. 44.*

44 *Bonus quilibet a natura præſumitur.*

45 *Præſcriptio immemorabilis, bonam fidem non requirit.*

Contrar. ibid. nu. 46. Concil. nu. 47.

48 *Bona fides, licet non ſit probanda, tamen allegari debet à præſcribente.*

Et cur. num. 49.

50 *Ignorantia in facto alieno præſumitur, ſi allegetur.*

51 *Præſcriptionem, vbi quis allegat, & bonam fidem allegare videtur.*

52 *Bona fides non præſumitur in eo, qui præſcriptionem inchoauit.*

53 *Bona fides in præſcriptione immemorabili præſumitur, etiamſi non allegetur.*

54 *Malę fidei probatio, bonę fidei pręſumptionẽ excludit.*

55 *Totum qui dicit, nihil excludere videtur.*

56 *Mala fides, vbi apparet, nullo temporis curſu purgatur.*

57 *Præſumptionẽ allegans, bonam fidem ſuam tantũ, non etiam ſui auctoris allegare tenetur.*

58 *Pręſcripſiſſe ſe dicens, poſſeſſionem, & eius continuationẽ probare debet.*

59 *Teſtium depoſitiones coniunguntur ad probandam continuationem poſſeſſionis.*

Contr. nu. 60. Concil. nu. 61.

62 *Probationes ſemiplenę non coniunguntur in criminalibus, ſed in ciuibus tantum.*

63 *Poſſeſſionis continuatio, per teſtes diſcordes in tempore non probatur.*

64 *Teſtes variè deponentes circa tempus poſſeſſionis, in minori tempore dicuntur conteſtes.*

65 *Teſtes deponẽtes de tempore poſſeſſionis, cum adiectione, & citra, quam probationem faciant.*

66 *Pręſcriptionem allegans, debet probare, rem fuiſſe habilem ad pręſcribendum.*

67 *Definitio intelligitur loqui de habilibus.*

68 *Pręſcriptionem decem annorum allegans debet probare aduerſarium fuiſſe pręſentem.*

69 *Pręſcribens, & aduerſarius eius, vbi ſunt de eodem loco, pręſentia pręſumitur.*

70 *Pręſcriptionem allegans, debet probare eam fuiſſe cauſatam negligentia aduerſarij.*

Satis conſtat ex ijs, ni fallor, quæ in ſuperiori
concluſione tradidimus, eum qui præſcri
ptionem allegat, & in ea intentionem ſuam fundat,
1 eãdẽ ꝓbare debere. Videamus mõ, cum † difficile ſit
præſcriptionem probare, vt dicere ſolebat Bald. in l.
vlt. colum. 7. nu. 33. verſ. decimoquinto, quæro. C. de
edic. diu. Adr. tollen. quæ ad hanc probandã neceſſa-
ria ſint, quæq; ab allegante probanda ſint, & quæ nõ.
In primis itaq; ad præſcriptionis rerum corporalium
probationem requiritur titulus, qui ab eo, qui præſcri
2 ptione ſe tueri vult † probandus eſt: ſic probatur in l.
nullo. C. de rei ven. lica. in l. diutina. in l. nec peten-
tem. C. de præſcriptio. long. tempo. in l. vni. C. de vſu-
capio. tranſ. ita me docuere Accur. in rub. ff. de diuer.
& tempo. præſcript. Bartol. in l. Celſus. num. 7. in fin.
* verſicu. habes ergo. ff. de vſucap. & ibid. * omnes pręſ-
ſertim Cum. Rom. Paul. Caſtr. in prin. Bartol. itidem
in d. l. vnic. C. de vſucap. transfor. Bald. in l. ſuper lon
gi. in prin. C. de præſcriptio. long. tempo. & melius in
l. præſcriptione. num. 3. C. quib. non obijc. long. tẽp.
præſcripti. & in rub. C. de vindi. liber. nu. 4. ac clarius
in d. l. vlt. d. colum. 7. num. 34. verſ. poteſt autem. C.
de edict. diui Adria. tollen. vbi latius tradit, quomodo
probetur præſcriptio, & continua poſſeſſio, & Pariſ.
in conſil. 27. in præſenti conſultatione. num. 90. verſ.
& vlterius. volum. 1. nec vllus eſt, qui ab hoc diſſen-
tiat, nec tempus conteram in accumulandis Doctor.
authoritatibus.

Concluſionem hanc limito primo, vt locum ſibi
vendicet in vſucapione, vel præſcriptione longi tẽ-
3 poris; ſecus in præſcriptione † longiſſimi tẽporis 30.
vel 40. annorum, quæ de iure ciuili: currit abſq; titu-
lo, & bona fide, vt conſtat ex l. ſi quis emptionis. §. 1.
in l. cum notiſſimi, in l. ſicut, in l. omnes. C. de præſcri-
ptio. 30. vel 40. anno. & ita conſultus reſpondit Ro-
man. in conſ. 166. viſa diligenter. num. 8. verſ. præmiſ-
ſis tamen, & in d. l. Celſus, in princip. in eandem de-
ſcendit ſententiam. Dec. in conſ. 267. non excedit è
memoria. num. 5. atque Pariſ. in conſil. 66. nobilis Sil
ueſter. num. 88. volum. 3. Rom. refert. & ſequitur Fel.
in cap. ſi diligenti, ſub num. 11. verſic. ſimiliter Ludo.
de præſcrip. de quo latè per Fran. Barb. in tract. de pręſ-
ſcrip. in 2. par. princ. quæſt. 6. num 2. cum plurib. ſequ.
vbi num. 9. verſic. hæc omnia determinat, & diſtin-
guit, quid de iure canonico, quo ad bonam, & malã
fidem ſit tenendum.

Sublimitabis limitationem hanc, vt procedat, vt
4 modo diximus, de iure ciuili: ſecus vero † de iure ca-
nonico, quo quidem iure procedit præſcript. 40. ann.
contra Eccleſiam abſq; titulo tamen cum bona fide:

vt pluribus in locis in iure Pōtificio ſancitū eſt, & in
primis.in c.de quarta,in c.ad aures,in d. c. ſi diligen-
ti,vbi affatim gloſſ.& Doct.de præſcrip.& ſpeciatim
in c. t.vbi pſenè gloſſ. Archid. Ioan. Andr.Gemin. &
Philip.Fran. co.titulo noſtro de præſcript.in 6.adeò,
vt idem iuris ſit, quando vna Eccleſia præſcribit ad-
uerſus aliam,vt habemus in d.c.de quarta in c. illud,
& in c.ad aures,vbi Abb.de præſcriptio. & in hoc ar-
ticulo præſcriptionis nulla alia eſt differētia inter ius
Cæſareum,atque Pontificium, quam quòd ius ciuile
5 † admittit præſcriptionem cum mala fide, dicta l.ſi
quis emptionis.§.primo,quam ius canonicum dam-
nat,cap.vigilanti,& capit.vltim.de præſcriptio. & in
hoc reſidet Abb.in dicto capit.de quarta,colum.4.in
princ.numer.14.verſic.ſed quantum ad principalem
articulum.

Iſtud velim ſublimites, vt verum non ſit, quando
6 ius commune† reſiſtit præſcribenti,vel iuris præſum-
ptio eſt contra eum: nam tunc bona fides,& tempus
prædictum non ſufficeret, vbi ius cōe reſiſtit, ſed ne-
ceſſaria eſt tituli probatio, qui poſſeſſori cauſam tri-
buat præſcribendi: niſi allegetur, & probetur præſcri-
ptio tanti temporis, cuius initij memoria non extet,
præſcribens ergo,contra quem eſt iuris præſumptio,
debet probare tempus 40.ann. & iuſtum titulum,vel
tantum tempus,cuius initij nō extet memoria.ita de-
creuit Sum.Pont.in dicto cap.t.de præſcrip.in ſexto,
vbi ponitur caſus in pręlato,vel Eccleſia,quę allegat
ſe præſcripſiſſe decimas:nā diſpoſitio, & præſumptio
iuris eſt in contrarium, quod decimæ pertineant ad
illam parochiā, intra cuius limites prædia conſiſtūt:
ideò præſumitur in dubio eas occupaſſe, & poſſeſſio-
nem iniuſtam fuiſſe,cap.ad decimas.de reſtit.ſpol.in
6.vnde opus eſt vltra tempus 40.anno. quod doceat
de titulo,vel de præſcriptione tāti temporis, de cuius
initio non meminerint homines, quo quidem caſu
7 non† requiritur titulus:ita dicit tex.in d.c.1.conſulen-
do ſequutus eſt Card. Zab.in conſ. 114. dico Petrum
non audiendum. circa fin. & plura adducit Fel. in d.
c.ſi diligenti,col.vlt.nu.11.in nona, & vltima reſtri-
ctione, de præſcriptio.

Cuius rei ratio eſt,quīa ex tāto tempore pręſumitur
8 titulus† etiam ſi non allegetur,vt dixere Arch.& Io.
Mo.in d.c.1.& ibi Gemin.nu.21.verſ.quæro quare.p
l.cum de in rem verſo.ff. de vſur.idem tradit Cyn.in
l.ſi certis annis.vbi Paul.Caſtr.col.1. verſ. quinto, &
vltimo oppono,& Iaſ.in decima limit.C. de pact.&
apertè prius his dixit gl.in c.ſuper quibuſdam.§. præ-
tereà,in ver.non extat,de verb. ſignif. & plura addu-
cit Soc.ſen.in conſ.127. viſis capitulis. col. vlt. nu.8.
verſ.& eo maximè,vol. 1.ac Iaſ. in l.quo minus, nu.
48.ver.3.principaliter.ff.de flumin.cum alijs quāplu-
rimis in hanc eandem ſententiam deductis à Gabr.
in ſuis commun.concluſion.concluſ. prima, nu. 47.
verſ.2.amplia.titul.de præſcrip.lib.quinto,vbi infini-
ta prope de priuilegijs iſtius temporis collegit, vt &
fecit Balb.in d.tract.de præſcript.in ſecunda part.ter-
tiæ par.prin.quæſt.ſexta, nu. 12.verſ.& ratio eſt,cum
plur. ſequen.

Secundò limitabis concluſionem, ut locū ſibi nō
vendicet in præſcriptione tanti temporis, cuius initij
memoria non extet: nam ſtante hac conſuetudine
9 alius titulus non eſt probandus:q præſumitur,vt mo-
do diximus:ſic aſſeruere ſcriben. in d. c. 1. præſertim
Archid. in fin. in ver. non extat D.colum. tertia,nu.
15.uerſ.quæro quare.Io.Mona.in fin. de præſcriptio.
in ſexto,Bal.in conſilio 352.materia feudorum, col.
2. ſub nu. 3. verſ.ſed hic eſt non inutiliter aduerten-
dum.volum.1.Alexan.in conſ.6. viſo themate, col.
1.ſub nu.1.verſ.& neutro caſu,volum. 1. & in conſ.7.
ſuper hac dubitatione.ſub nu. 1. poſt uerſ.unde dato.
eodem uolum. 1.Pariſ.in conſ.27.nu. 80. verſic. pro-
cedit enim volum. 1.Fel.in c. cum nobis.col. 2.poſt
num.2.verſ.pręterea ſecundum Imol. de præſcriptio.
cum pluribus alijs ad id adductis à Gabr.in ſuis com-
mun.concluſ.concluſio.1.num 45. verſ. infertur igi-
tur tit.de præſcrip.lib.5.vbi latè de hoc. Ego vero in
præſentia hanc tituli præſumptionem, quæ elicitur
ex diuturnitate temporis non proſequor quia oppor-
tuniori loco in verbo, Titulus, infra illam examina-
re me reſeruo.

Ampliabis tamen limitationem hāc,vt procedat,
10 licet ageretur de præſcribendo † contra clericos,aut
libertatem eccleſiaſticam, modo non cōſtaret de in-
iuſto,& illicito titulo,ſed eſſemus in dubio: nā tunc,
& in huiuſmodi præſcriptione de cuius initio nō ſit
memoria aduerſus clericos,aut Eccleſiam nulla titu-
li probatio deſideratur:ſic conſultum fuit à Paul.Ca-
ſtren.in conſ.424. ex puncto trāſmiſſo tria dubia col-
liguntur.col.2.poſt num.2. in 2. dub. verſ. in contra-
rium.vol. 2.ex eo,quod tanti temporis præſcriptio, ſi-
ue conſuetudo habet vim conceſſionis principis etiā
ſi non allegetur.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua
quot.& æſt.& c.ſuper quibuſdā. §. præterea, de verb.
ſign. tum etiam quia talis præſcriptio habetur pro ve-
ritate,teſte Accur.in l.1.C.de ſeru.& aqua. vt & vo-
luit Bal.in conſ.157.quæſtio vertens,in prin.vol.2.&
in conſ.24. ſubtiliter tacta ſunt,ſub num. 1. verſ. nam
præſcriptio.vol.4.ſic ſenſit,& Dec.in conſ.85.diligē-
ter pro tenui.col. 2.poſt num.ſecundum.verſ. & talis
præſcriptio, & multos alios ad id collegit Gab. in d.
concluſio.1.nu.73.verſ.nonus effectus eſt, & quo ad
ampliationem ſic decidit,vna cum Caſtr. Crauet. de
antiq.temp.cap. 3. incip. abſolutis differentijs. num.
48.in 10. quæſt.

Tertiò poteris limitare, vt non procedat in ea prę-
11 ſcriptione, quæ ſtatuto† fuiſſet introducta,in qua nul-
la tituli probatio, nec allegatio deſideratur vt ſi ſta-
tuto caueretur,quod poſſidens rem per decem annos
poſteà conueniri non poſſit: tunc certè ſufficeret bo-
na fide poſſediſſe,abſque titulo, quia ſtatutum nō re-
quirit titulum, quod eſſe menti tenendum dicit Bal.
huius limitationis author.in l.2.nu. 3. verſ. pone ſta-
tuto.C.de præſcrip.long.temp.quæ pro li.cui accedit
Roman.in d.l.Celſus.col.1.ver.primo,& ibidem ad-
ucitus. Bart. id ratione fulcit Claud. de Seiſel. col.1,
* nu.3.in fi.& id * communiter eſſe approbatum teſta-
tur.Balb.ibid.in 1.no.ſub nu.5.verſ.& quicquid dicat
ff.de vſucap. vbi plurima dicit circa hanc limitatio-
nem,referendo eos, qui contra ſenſere.

Quod poſtremum ſublimabis,vt licet hoc ſtatu-
tum ex poſſeſſione decennali titulum præſumat, ta-
men præſcribenti, & aſſerenti, ſe habere titulum de
12 eo † iureiurando fidem facere,neceſſe erit: ita voluit
Anchar.in c.1.de reg.iur.in 6.ad id citans.Gaſp.Cal-
der.id ipſum volentem.arg.c. vlt. de conſuet. & c.2.
de teſtib.hos ſequutus eſt Fely. in c.illud.col.3.nu.5.
in fi.verſ.eſt tamen circa prædicta.de præſumpt.& in
c.ſicut.nu.30.verſ.cæterum ne prædicta.de ſenten.&
re iud.de quo videtur eſſe contex in c. dilectio. & ibi
glo.in verb.offerre.16.quæſt. 3. hæc eſt enim genera-
13 lis, & communis noſtrorum regula,ut cum † lex,ſta-
tutum,pactum,aut quęuis alia diſpoſitio,vult ſtari di-
cto alicuius,intelligatur iurato,& non aliàs in quam
ſententiam infinita propè allegat Tiraq. in tract. de
præſcrip.§.1.glo.8.verſ.quam & ego ſententiam.

Id tamen,quod diximus de iuramento, ubi intelli-
14 ges procedere, ſi ille† non haberet titulum apud ſe,
nam ſi haberet,non eſſet illi credendum, ſed tenere-
tur illum edere: quoties enim alicuius iuramento ad
ſuum commodum creditur,id debet intelligi deficiē-
tibus alijs probationib.ſiue cum aliter fides fieri non
poteſt,ut uoluit gl.in c.ſtatutum.§. cum vero. in ver.
ſaltem de reſcrip. in 6.quam ibi.ſequitur Do. ac Bal.
in l.1.vbi etiam Sal.C.de iureiu.vt alios adducens cō-
firmat.idem Tiraq.vbi ſup.verſ. ſed redeundo.

Secundò idem velim declares, vt procedat: niſi iu-
15 ſta cauſa † ſubſit non credendi huic, qui dicit ſe habere titulum, vt aſſueuerauit. Ang. in l. diuus, ſub nu. 3. ff. de teſtam. mili. & in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & in l. qui vas, in prin. ff. de fur. quem vna cũ multis alijs refert, & ſequitur Alex. in conſ. 114. in cauſa, & lite inter filios, & hæredes Melchionis. col. 1. nu. 3. verſic. circa tertium. vol. 4. vt & comprobauit Tiraq. eodem ſuperius relato loco, verſ. declara tertio generaliter, vbi multas alias adducit declarationes.

Quarto limitanda eſt concluſio, vt locum ſibi nõ vendicet ratione culturæ in prædijs tributarijs, quæ
16 cõtra communes regulas præſcriptionis biennio † tã inter præſentes, quàm inter abſentes, abſq; titulo aliquo, & fortaſſe, etiã bona fide præſcribuntur, vt apertiſſimè ſancitum eſt. in l. qui agros. C. de omni ag. deſer. lib. 11. & ita in prædijs tributarijs. d. l. debere intel-
* ligi gloſſa, & cæteri * communiter Doct. ibid. ſentiũt, & tunc nulla tituli allegatio, neque probatio exigetur: ex illius enim legis reſcripto cuilibet conceditur ratione culturæ, & tributorum ſoluendorum occupare agrum alterius deſertum, & ſibi colere, & habere: etiam ſi occuper mala fide, ſciens ad ſe non ſpectare, & ſine aliquo titulo, etiam ſi ſit ager minorũ, vt ibid. tenuit Ang. adeò, vt tunc etiam non incidat in pęnã. l. cum quærebatur. C. vñde ui. qua occupans tenetur reſtituere rem cũ fructib. vſq; ad 30. ann. in d. l. vt qui agros, tradidit glo. ſic dilucidè. ibid. dixere Bar. Io. de Plat. & Rebuff. vbi etiam ijdem admonuere, quòd Aduocatus conuenti, vel agentis ſit cautus, vt articuletur, quòd omnia prædia ſint tributaria, ſecundum formam ſtatutorum, & quòd ſemper poſſedentillud prædium per biẽnium, & hoc probet per teſtes, deindè ꝙ intrauerit poſſeſſionem illius prædij tunc vacãtis, & deſerti, quibus probatis agens, & excipiens obtinebit abſq; vllo titu. quæ quidem multa eſſent animaduerſione digna in Italia, in locis, in quibus prædia oĩa facta sũt tributaria, ut in ciuitate Eugubij. idẽ Bar. Io. de Plat. & Rebuf. in d. l. qui agros ſcripſere, & idem Bart. in vrbe Perusina dixit in l. rem, quæ nobis. circa fi. ff. de acq. poſſ. & hæc eſſe menti tenenda ipſemet Bart. inquit in l. ſi de eo. §. ſi forte. nu. 5. ver. ſciatis vnum. ff. eo. de acq. poſſ. ſubiungẽs. ibid. contra hanc limitationẽ fortiter vrgere. l. vnic. C. de uſucap. tranſfor. vbi Imp. ſuſtulit diſcrimen inter tributaria, prædia, & non tributaria.

Vtcunq ſit Rip. in tract. de peſte, in c. de præſerua. re med. con. peſt. ſub nu. 252. uerſ. ſed certe. d. l. q agros aliam ſequutus eſt ſententiam: voluitque eandem. l. qui agros, generatim debere intelligi, tam de prædijs
17 † tributarijs, quam non tributarijs: inquiens, quod licet ibidem dicatur, ſic fuiſſe determinatum propter priuatum publicumq; compendium, tamen intelligendo de publico compendio, ideſt de publica vtilitate, quæ conſiſtit in agricultura. l. 1. C. de agri. & cẽſ. lib. 11. & l. colonos la 2. C. eo. ac l. 1. §. de opere. ff. de aqua plu. arcen. legem illam locum habere omni caſu.

18 Sed mea, quidem † ſententia exiſtimarem ab opinione communi non eſſe recedendum, nimirum. d. l. qui agros, tantummodo habere locum in tributarijs agris, non autem in cæteris. Et vt ita ſentiam, ex eo permoueor: quod biennalis præſcriptio in ipſis tributarijs agris fuit introducta non ſolũ ipſa culturæ cauſa, ſed in primis ratione tributorum exſoluendorum, quorum fauore, etiam lapſis ſex menſibus ſancitum eſt, ut ſi nullus appareat, qui ius in agro prætendat, ſecurus ſit occupator. l. locorum. C. eodem de om. ag. deſer. li. 11. vt idem fatetur Rip. vbi ſupra, quæ ratio tributi ſoluendi cum in non tributarijs prædijs ceſſet, debet quoq; ipſius legis diſpoſitio ceſſare. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. nec ſimpliciter uerum eſt, quod ait Rip. nempè culturæ tantum fauore, ea prædia biennio poſſe pręſcribi: nam ſi id [illegible], ſequeretur, quòd in non tributarijs deſertis, ſi ea colerentur duorum annor. ſpatio ipſa. etiam poſſent pręſcribi, quod tam veritati repugnat, quàm, quod maximè.

Quod autem dicebamus in caſu. d. l. qui agros. C. de omn. ag. deſer. lib. 11. biennij præſcriptionem procedere, etiam cum mala fide. multum dubitationis in ſe videtur habere. Etenim Ripa ibidem in d. tract. de peſte. c. de præſ. reme. cont. peſt. num. 255. verſ. ſed
19 vltra arbitratus eſt, id etiam † iure canonico locum habere ob vtilitatem publicam, vt vberior ſit ſtatus publicus. & ad id tenẽdum ex eo adducitur, quod ex cauſa lex poſſit auferre dominium vni, & dare alteri. l. item ſi verberatum. ff. de rei vendi. lex enim priuat dominum dominio fundi deſerti in odium negligentiæ, & illud transfert in diligentem, qui agrum excolit, quod facere poteſt: tum etiam quia ex cauſa lex poteſt ſtatuere, quod mala fides non obſit præſcribẽti, vt uoluit Bal. in ſua diſput. incip. ſtatuto cauetur, quod fœnerator, & Pet. Anch. in reg. poſſeſſor, de regul. iur. atque Caccialup. in l. omnes populi, nu. 61. ff. de iuſti. & iur.

20 Sed partim † me mouent hæc Ripæ fundamenta; quibus vnico verbo reſpondere poſſumus, ſcilicet ea de iure ciuili locum habere, quo quidem iure aliquãdo poteſt procèdere præſcriptio cum mala fide, vt in præſcriptione 30. vel 40. ann. c. vigilanti, de præſcrip. c. poſt quingentos. c. placuit. §. quod ſi mala fide. 16. q. 3. & l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. ſecus autem de iure canonico; quo ſancitum eſt, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica, quàm ciuilis; & neceſſe ſit ei, qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habere conſcientiam alienę. ſic ad verbum decreuit, Innoc. III. Sum. Pont. in cap. vlt. de præſcript. Nam ponderando verbum. Nulla, quod eſt vniuerſale negatiuum excludens omnem præſcriptionem abſq; bona fide, dicendum eſt etiam in caſu noſtro excludere biennij præſcriptionem cũ mala fide, cum qui oĩa dicit, nihil excludat. c. ſolitæ. de maio. & obed. & c. ſi Romanorum 19. diſt. præſertim, cum non ſit ratio legitima reſtringendi ad caſũ hunc, immo potius ampliandi, vt euitetur peccatum: nam in dubio tenenda eſt illa opinio, per quã omne euitetur peccatum quia illa tutior, vt in cle. exiui. de verb ſign. in c. iuuenis. de ſponſa. & no. gl. in c. vni. in ver. æſtimare, verſ. ſol. hoc generale eſt, de ſeruti. in ordi. facien. Quod eo magis in caſu noſtro procedit, cũ præſcribens biẽnio fundet ſe in poſſeſſione. non vero tantummodo in negligẽtia non petẽtis, vt fit in ſerui-
* tutib. quo caſu oẽs * communiter admittunt in hoc oẽs leges ciuiles permittẽtes præſcriptionẽ cum mala fide eſſe correctas, & in hoc ſtandũ eſſe iuri cano-
* nico rõne peccati euitandi ſic * cõi conſenſu tradidere ſcribentes oẽs in d. c. vlt. de præſcr. in primis. Abb.
* col. 2. nu. 7. vbi teſtatur, in hoc * oẽs cõſentire, & Imo. ſub nu. 24. verſ. & aduerte. Et licet lex ciuilis, vt inqt Rip. cõſideret negligẽtiã nõ petẽtis, & vtilitatẽ publicã, quæ ex ea dimanat: tñ ius Pontificiũ cõſiderat peccatum, ex mala fide præſcribẽtis; nec tam ei curæ fuit vtilitas publica, q̃ animarũ ſalus: ne ob tẽporalia bona amitteremus æterna: iccirco cũ peccato noluit pmittere pſcriptionem, cum negligẽtia non petentis: cum nec itidem bonum publicũ poſſit excuſare peccatum, vt aſſerit. idem Imo. in d. c. vlt. ſub eod. nu. 24. verſ. ſed aduerte: quod quidem ius Pontificiũ in hoc debet ſeruari in foro ſeculari, & etiam in terris imperij, cum in materia peccati lex ſuccumbere debeat canoni, argum. cap. nouit. de iudic. & in hoc leges nõ dedignentur ſacros canones ſequi, & imitari, vt inquit Imp. in Auth. vt cler. apud prop. Epiſ. §. ſi vero Eccleſiaſticum, & in Authẽ. vt non luxu. hom. cont. natur. ita tradidit gloſſ. in cap. 2. in verſic. poſſeſſor.

de

de reg. iur. in 6. & *communiter ſic placuit ſcrib. in d. c. ult. de præſcrip. Etſi autem lex, quod erat alterum Ripæ fundamentum, poſſit ſtatuere, ut etiam præſcriptio procedat cum mala fide, tamen omnino huiuſmodi lex, quæ abſque mortali, aut etiam veniali peccato ſeruari non poteſt, abijcienda, & abolenda eſt: immo erit ipſo iure nulla; quoniam de ſubſtantia legis eſt, vt ſit iuſta, & honeſta: cap. erit autem lex 4. diſtinct. quod ſi continet peccatum, nō poteſt dici lex: quinetiam huius legis promulgator tanquam cōtra ius diuinū diſponens conuincitur potius errare, quā legem condere, cap. ſunt quidam 25. q. 1. nec tali legi ſubditi debent parere, ne obediant inferiori contra legem ſuperioris, nempè Dei, c. qui reſiſtit, & c. Iulianus 13. q. 3. ita placuit Abb. in d. c. ult. num. 2. de præſcript. Cum igitur in caſu noſtro ob malam fidē præſcribentis verſetur animæ periculum, merito dicere debemus, & hanc. l. qui agros. vt ſunt aliæ admittentes præſcriptionem cum mala fide, eſſe de iure canonico correctam, quod etiam animaduertens Ripa, in hoc non firmauit pedes, ſed ſub dubitatione id ſenſit per verbum fortè.

Quintò præterea concluſionem limito, vt nō procedat in caſu, quem refert Bart. in d. l. Celſus. col. 2. nu. 5. verſ. pone, frater tuus. ff. de uſucap. ubi conſulit
21 filio, † qui patri ſucceſſit, & reperit in hæreditate aliquam rem, quam frater poſſederat decē annis, & ipſe alijs decem; & poſteà cecidit à poſſeſſione, nec reperit aliquem titulum per inſtrumēta, vel teſtes, & profectò hoc in caſu multum ambigitur, quo remedio ſibi ſuccurratur ad auocandam poſſeſſionē, à qua cecidit abſq; violētia: vt quia vrbs deuaſtata ſit, vel domus incendio conſumpta: nam ſi fuiſſet violēter eiectus, non eſſet dubium, quod haberet interdictum unde vi. Verum ſi aliter non conſtet, non poteſt intentare rei vendicationem, vel publicianam: ex eo, quod poſſeſſio 20. annorum, non ſufficit ad præſcriptionē abſque tit. d. l. Celſus, & d. l. nullo. C. de rei vend. & ſic ei non competit rei vendicatio tanquam domino: nec etiam competit publiciana, vt quaſi domino; etenim vt cōpetat requiritur titulus, & traditio à non domino. §. ſed iſtæ. vbi ſcri. Iuſti. tit. de act. & titulum probare, non poteſt. nec poteſt allegare titulum pro hærede, quia non habet locum in ſuis. l. nihil. C. pro hærede: vnde videtur ipſe filius omni remedio deſtitutus. Cautela ergo eſt ſecūdum Bar. vbi ſup. qui refert ſe ita conſuluiſſe in facti contingentia, quod alleget titulum, veluti emptionis, vel alium, & probet aliquā ex cauſis, ex quibus cauſatur titulus putatiuus errore iuſto, & probet de poſſeſſione 10. vel 20. anno. & hoc ſufficiet ad præſcriptionem, poteritq; rem vendicare, poterit itaq; ipſe filius probando pſcriptionem allegare, & probare ſe audiſſe à patre ſuo illum emiſſe talem rem à tali, & quod hæc publica vox, & fama eſt; & probare famam eſſe de hoc, ſufficiet propter titulum putatiuum, & iuſtam credulitatem, quæ ſufficit ad famā, vt in l. cū quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hær. nec mirum, quia dictum vnius nobilis hominis inducit iuſtam credulitatē, multo magis fama, ut de hoc eſt glo. ſing. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſt. & cum hac Bart. theorica tranſeunt. ibid. *communiter Doct. Bal. etiam in l. iudicia. col. 2. nu. 5. verſ. 4. quæro. C. de rei vendic. & Lanfr. ab Oria in c. quoniā contra, in ver. teſtium depoſitiones. num. 141. & ſeq. verſ. circa præmiſſa cadit. de probat. vbi illud intelligit, probata etiam poſſeſſione ſufficienter ad præſcriptionem, & reliquis ad præſcriptionem requiſitis neceſſario incidenter.

Quanquam Balb. in d. l. Celſus, in dictis Bar. num. 57. verſ. & quamuis ſcribentes hic. in ea eſt ſententia, vt putet melius eſſe conſultum filio in huiuſmodi caſu, quod pro recuperanda, & auocanda poſſeſſione rei, quā amiſit, & à qua cecidit, pro qua nullū poteſt inuenire titulum, intentet vtiliſſimum remediū
22 canonis reintegrandæ 3. quæſt. 1. quod † competit cuilibet priori, & antiquiori poſſeſſori etiam malæ fidei, & ſine titulo, qui cecidit à poſſeſſione abſque ſui facto, & culpa etiam contra bona fide, & titulo poſſidentem; ad quem poſſeſſio poſtea peruenit, vt latè concludūt iuris Pontificij interpretes, in primis Abb. in c. ſæpè, de reſtitu. ſpol. not. Bartol. in l. ſi coloni, per illum text. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & planè Alex. in l. rem, quæ nobis, col. 4. & 5. ibi Soc. ſen. in reper. ff. de acquir. poſſeſſ. cum alijs ad id relatis ab eo Balbo, vbi ſupra.

Eandem concluſionem ampliabis, vt vera ſit ſiue titulus ſit verus, ſiue putatiuus, ex iuſto, vel iniuſtiſſimo errore cauſatus: & ſic veram, vel iuſtam cauſam
23 erroris † debeat probare agēs, (quod alterius requiſiti ad probanda in præſcriptionem loco eſſe poteſt) iſta probantur ex d. l. Celſus. vbi gl. 1. ex l. pignori. §. 1. ff. de vſucapio. ad idem eſt tex. in l. quod vulgo, in l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro empto. idem *omnes cōmuni conſenſu tradidere in d. l. Celſus, præſertim Bar. col. 1. nu. 7. in fin. & colum. 2. num. 10. verſicul. habes ergo ex gl. prima, Caſtren. nu. 2. Roman. nu. 2. & Cum. nu. 3. ad idem reſpondit Socyn. ſen. in conſ. 25. viſis prædictis, colum. vlt. nu. 18. volum. primo, vbi multa allegat. & in conſ. 47. conſilijs noſtris, nu. 7. verſ. circa ſecundam. eod. volumine ac in conſ. 251. quoniam in præſenti. colum. penul. ſub nu. 23. verſic. confirmatur, volum. 2. & plurima alia adducit in hanc ſententiam Balb. in d. l. Celſus, in 2. no. ſub nu. 6. Quis autem dicatur error iuſtus, vel iuſtiſſimus, & quomodo probetur, aut præſumatur, & quando præbeat, vel non præbeat iuſtam cauſam præſcribendi adeas Bart. in d. l. Celſus, ſub numer. 4. cum plur. ſequen. & ibid. cæteros Doct. ac ſcriben. in d. cap. de quarta. de præſcriptio. & nos per plures concluſ. ſupra explicauimus in ver. error. volum. 2.

Subampliabis ampliationem hanc, vt etiam locū ſibi vendicet in titulo vniuerſali pro hærede: nam cū
24 interuenit error facti iuſtus, talis titulus † putatiuus, quo quis ſe putat hæredem, cum non ſit, ſufficit ad præſcribendum longo tempore, hoc eſt 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, petitioni hæreditatis. ita determinat gl. in l. hæreditatem in verſ. nō poſſit. verſi. in caſu tamen puto. C. in quib. cau. ceſ. lon. tēpo. præſcrip. quam referendo ſequutus eſt Paul. Caſtr. in conſ. 34. ſuper primo dubio. col. 6. ſub nu. 15. verſi. in caſu tamen iſto, vol. 2. quem ad id parum correctum adducit Balb. vbi ſup. ſub nu. 7.

Eandem ſecundum ſubampliabis, ſiue titulus pu-
25 tatiuus ſit † oneroſus, ſiue lucratiuus: nam alterutro horum probato procedit præſcriptio, ita colligitur ex d. l. Celſus. in uerſ. & nihil referre, & in verſ. quia neque. & habemus ex l. vlt. ff. pro lega. & elicitur ex dictis Bal. in l. irritam. C. de vſucap. pro dona. quem ad id refert Balb. vbi ſupra.

Limitanda eſt primo hæc ampliatio, vt agenti ad præſcriptionem probādam non ſatis ſit probare hūc
26 titulum, cum † ex defectu rei, vel perſonæ non poſſet quis acquirere dominium; ut quia ipſe ſit incapax, vel ſit res, quæ non ſit in commercio hominum, vel vbi titulus uerus non poteſt aſſiſtere propter impedimentum naturæ: tunc enim, cum hoc caſu nullus error iuſtus, vel iuſtiſſimus unquā præbeat cauſam vſucapiendi, uel præſcribendi, actor cauſa caderet, de hoc text. habemus, & exemplum in l. 3. C. pro hærede, & in l. ſi is, cum l. ſeq. vna cum glo. ff. pro lega. ita limitat Bald. in l. ſuper longi. colum. 2. num. 8. uerſic. tamen illud, ubi etiam Ang. C. de præſcrip. long. tēp. & in d. l. nemo, numer. 4. C. de rei uendic. & ibidem Salyc. in 6. quæſt. ad idem reſponſum eſt ab Alexan. in conſil. 74. circa primum, nu. 7. verſicu. circa ſecundum. volum. 3.

Digitized by Google

Ex qua quidē limitatione colligitur, ſpurium, qui
ſe putabat legitimum, aut ſufficienter, & ritè legiti-
27 matum, iuſto errore † ductum, cum tamen legitima-
tio fuerit inualida, non poſſe præſcribere hæreditatē
patris, aut ſibi relictum, cum ſit incapax: ita decidūt
Accurſ. vna cum tex. in d.l. nemo, & ibi Sal. ac Bald.
num. 4. verſ. 2. quæro, ac Cuma. vbi Ang. reprehēdit,
qui in d.l. nemo contra ſenſit, quando errore facti iu-
* ſto putaſſet ſe legitimum. Et hanc opinionem * ve-
riorem cenſet, & pro ea conſuluit Alex. in conſ. 74.
ad fi. vbi eandem duabus rationibus comprobat: nec
ab ea eſſe recedendum concludit Bal. in tract. de præ
ſcrip. in 4. par. prin. q. 18. nu. 6. & per tot. aduerſus. Pau.
Caſtr. contrarium ſentientem. in d. conſ. 34. col. 5. in
fi. ſub nu. 13. uerſ. ulterius. vol. 2. atque Soc. ſen. in cōſ.
251. quoniam in præſenti. col. pen. nu. 23. verſ. ſucce-
dit nunc ſexta difficultas. vol. 2.

Secundò limitabis eandem ampliationem, vt ve-
ra ſit, dummodo titulus putatiuus ſit, qui ſi eſſet ve-
28 rus † ſufficeret ad dominij tranſlationem, vt conſul-
tus reſpondit Caſt. in conſ. 70. quia fruſtra diſputare-
tur. col. vlt. ſub nu. 29. verſ. breuiter contrarium eſt di-
cendum. vol. 1. vbi ait, quod ad hoc, vt titulus inuali-
dus præſtet cauſam præſcribendi, debet eſſe talis, qui
ſi eſſet validus ſufficeret ad plenum ius transferendū.
hunc referendo ſequitur Felin. in d.c. de 4. ſub nu. 25.
verſ. 2. conſidera, de præſcript.

Tertiò limitare poteris, dum dicebamus requiri er
rorem iuſtum, vt procedat, vbi agitur de præſcriptio-
ne longi temporis, quæ non procedit ſine titulo ve-
ro, vel putatiuo errore iuſto, ſed vbi agitur de præſcri
ptione longiſſimi tēporis, vbi ſufficit bona fides abſ-
29 que titulo, ſufficit probare † qualemcunq; errorem
etiam iniuſtum ad inducēdum bonam fidem, vt col-
ligitur ex l. liberis. §. vlt. l. igitur. §. poteſt. ff. de libera.
cau. & l. ſi fur. §. vlt. vbi not. Doct. ff. de vſucap. ita do-
ctè tradidit Paul. Caſt. in d.l. Celſus. col. 1. num. 3. no.
num. 4. vbi ait id eſſe menti tenendum, quia eſt ſingu-
lare, referens ſe aliàs ita habuiſſe de facto, & interro-
gaſſe quoſdam magnos Canoniſtas, qui neſciuerunt
ei dicere vnum verbum ſuper hoc, ſed allegabāt not.
in c. cum perſonæ, de priu. lib. 6. eundem Caſt. refert,
& ſequitur Imol. in d.l. Celſus. col. vlt. in princ. ff. de
vſucapio.

Quartò velim limites illud, quod in principio eiuſ-
dem ampliationis dicebamus, titulum putatiuū iniu
ſto errore cauſatum non ſufficere, vt non procedat,
30 quando † extaret ſtatutum, quòd præſcriptio currat
cum titulo putatiuo: nam tunc, vt ſtatutum aliquid
operetur, debet intelligi, etiam ſi ſit cauſatus ex iniu-
ſta cauſa, dummodo colorata, ſiue ſit error facti, ſiue
iuris authore Caſtren. in d. conſ. 34. col. 6. num. 15.
verſ. ad hoc ergo. vol. 2. quem referendo ſequuntur.
Clau. de Seiſel. in d.l. Celſus. col. 3. num. 15. verſ. idem
è contra, ac ibidem Balb. in 2. no. n. 11. quem videas,
quoniam nonnullas alias ad eandem ampliationem
refert limitationes, ad quem me reijcio. Quomodo
autem probetur, vel præſumatur. tit. infra ſuo loco, in
ver. titulus, explicabimus.

Præterea agenti ad præſcriptionem præter titulum
31 putatiuum neceſſe eſt probare † traditionem. ita do-
cet. gl. in d.l. Celſus in ver. exiſtimarent. verſ. & erit
hoc verum, vbi Bart. nu. 8. verſ. quæro vtrum, ac cete-
ri iiſdem in locis, in quibus ſupra in cōcluſione addu
ximus, præſertim Balb. in 2. par. prin. nu. 21. verſ. ſecun
do quærit Bart.

Cuius, quidem requiſiti ratio eſt: nam vbi interue-
32 niſſet, etiam verus titulus † ille per ſe non ſufficeret
abſq; traditione ad tranſlationem dominij. l. ſi ager.
ff. de rei vendica. & l. traditionibus. C. de pact. & per
cōſequens, nec ad pſcribendū. p reg. l. clauib. ff. de cō-
trah. empt. nō dēt ergo plus operari tit. putatiuus, quā
verus arg. l. filio, quē pater. cū ibi no. ff. de lib. & poſth.

Iſtud ſecundum, quod requiritur ad præſcriptionē
probandam velim primo intelligas, vt tunc vera tra-
ditio requiratur, & debeat probari, quando eſſet talis
titulus, ex quo ſine traditione non transfertur domi-
nium, vt regulariter ſunt tituli inter viuos. d. l. tradi-
tionibus. C. de pact. nam tunc ſicut nō acquiritur do-
minium ſine traditione, ſi tradēs eſt dominus; ita nec
præſcribēdi cōditio, ſi tradens non eſt dñs, d. l. clauib.
33 ff. de contrahen. empt. ſi verò ſit talis titulus † ex quo
trāsfertur dominium ſine traditione, vt in titulo pro
hærede. l. cum hæredes. in prin. ff. de acquir. poſſeſ. &
tit. pro legato. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. & in l.
à Titio. ff. de fur. ſi dominus defunctus fuiſſet, tunc
non requiritur, quòd probetur traditio ad præſcribē-
dum, in vero titulo, vbi defunctus non erat dominus;
ſed tum profectò neceſſe eſt probare apprehenſionē
poſſeſſionis, ſine qua præſcriptio non procedit. l. ſine
poſſeſſione. ff. de vſucapio. & in l. penult. ff. pro lega.
per tex. cum gloſſ. in l. ſi non traditam. ff. pro legato.
& quemadmodum in priori caſu requiritur traditio,
quādo ſubeſt verus titul. l. eum, qui. §. vlt. ff. de Publi-
ci. ita etiam quādo ſubeſt tit. putatiuus, ne hic maio-
res habeat vires, quàm verus, & ita etiam de apprehē
ſione dicendum eſt, vt in vtroq; titulo, tam vero, quā
putatiuo neceſſario requiratur, & probanda ſit, dum-
modo talis apprehenſio fiat ſine vitio; ita voluit. gl.
in d.l. Celſus, in d. verbo exiſtimarent. in verſ. & erit
hoc verum, quam ad id ſingularē appellat Bart. ibid.
nu. 8. verſ. quæro vtrum. eamque alibi non eſſe inquit
Bal. in ſua margar. in ver. præſcriptione interrupta, &
eandem valdè notabilem dicit Balb. ibidem, eandē
declarans. num. 28. ſub verſ. quinta concluſio, & ita
illam intelligunt Bald. & Ang. in l. ſuper longi. col.
vlt. ſub num. 28. verſ. ſi autem. C. de præſcrip. long. tē-
po. & Caſt. in d.l. Celſus. nu. 7. verſ. 3. & vlt. vbi ex ſen-
tentia Dyni id limitat.

Secundò idemmet requiſitum declarare poteris,
vt licet inter alia ad probandam præſcriptionem ſa-
tis ſit, vt paulo ante dicebamus, putatiuus tit. non ta-
34 men id ſufficiat † in traditione, nam veram interue-
niſſe agens debebit probare; ſic protulit eadem gloſſ.
in d.l. Celſus, in d. ver. exiſtimarent. verſ. ſed cur ſuffi-
ci: cui accedunt Bald. in d.l. irritam. nu. 1. verſ. quæ-
ro, quidam. C. pro donat. & Balb. in d.l. Celſus. nu. 29.
in 6. conclu. ad d. glo. quamuis verò non ſufficeret iu-
ſtus error ad præſcriptionem in traditione: tamen in
putatiua traditione iuſtiſſimus ſatis eſſet, vt colligi-
tur ex eademmet glo. ibid. cui adhæret Bart. eodem
in loco. num. 10. verſ. ſed utrum. per text. in l. iuſto. §.
filius, cum glo. & ibi etiam not. Bart. ff. de vſucap. ſic
etiam Bal. in d.l. nullo. col. 2. nu. 6. verſ. ſol. concedo.
C. de rei vendic. & idem id examinat. in d. l. irritam,
col. vlt. nu. 21. verſ. ideo incidenter eſt videndum. C.
de præſcrip. long. temp. ad idem reſpondit Roma. in
d. conſ. 166. col. 4. in prin. nu. 7. verſ. nec etiam, quē re-
ferendo ſequitur Balb. in d.l. Celſ. nu. 30. verſ. 7. cōcl.

35 Cur autem ſufficiat † iuſtus error ad præſcriptionē,
quo ad titulum, non quo ad traditionem, & ſic in pu
tatiuo titulo, & non in putatiua traditione, ſed in ea
requiratur iuſtiſſimus error, ea ratio eſt: quia tempore
traditionis in quocunque contractu requiritur bona
fides, vt Paulus reſpondit in l. 2. ff. pro empto. & in l.
3. ff. pro ſocio. quæ non poteſt ſubeſſe, niſi præcedat
ipſa traditio, ut voluit glo. vbi ſupra uerſ. ſed cur ſuf-
ficit. Firmiorem uerò adducit rationem Paul. Caſtr.
in d.l. Celſus. num. 6. uerſ. 2. collige: nempè quia titu-
lus eſt cauſa remota acquiſitionis, ſed traditio eſt cau
ſa proxima, & immediata, ut not. glo. in l. 3. §. ex plu
ribus, in uer. nec enim ſicut in princip. ff. de acquiren.
poſſeſſio. & ideò traditio debet eſſe magis iuſtificata,
tanquam magis influens, & ante Paul. idem tradidit
Bal. in d. l. in irritam. ſub nu. 1. verſ. ſed cur tam uarie.
C. pro dona.

Tertiò

Tertiò declarabis, vt nõ ſemper neceſſe ſit proba-
re traditionem, ſed poſſit etiam ab allegante præſcri-
ptionem, ad hoc, vt præſcribendi conditio transfera-
36 tur, probari aliquid, quod loco traditionis † habea-
tur, vt dimiſſio rei, quãdo res eſt penes partem, prout
ſufficit ad dominij tranſlationem. l. qua ratione. §.
interdum. ff. de acquir. rerum domin. ita docet Bart.
in d. l. Celſus. colum. 2. in fi. num. 9. verſ. oportet, quod
probet.

Quod intelliges, dummodo creditor ſciret, quòd
37 tempore venditionis † res eſſet apud emptorem; quia
tunc data ſciẽtia, hoc ſufficit loco traditionis per gl.
in l. eius rei. ff. de rei vend. quamquam magis ad rem
faciat gl. in l. ſeq. quæ incipit. hæc ſi res. ff. eod. de rei
vendic. & id apertè probat. d. §. interdum. de rerum
diuiſio. ibi patientia neceſſario includit ſcientiam,
vt l. quoties, la 2. ff. de ſeruitutib. tit. generali. l. 2. C. de
ſeruit. & aqua, & ibi not. ſcrib. & l. 3. §. dare. ff. de vſu-
fructu.

Quartò velim declares, vt non ſufficiat probare
38 ſimplicem traditionem, niſi etiam vna probetur † fa-
ctã eſſe occaſione illius tit. putatiui, ſiue ex illa cauſa,
quæ putatur ſubeſſe, vt ad id eſt tex. inſignis in l. eum,
qui. §. vlt. ff. de publicia. vt declarat Caſtr. in d. l. Cel-
ſus, nu. 6. & ibid. eum ſequitur Balb. num. 1. verſ. nunc
venio ad ſecundam partem.

Quintò intelliges, vt in probãda traditione neceſ-
39 ſe ſit, vt præſcriptio † procedat, quod poſſeſſio vacua
ſit, & requiratur probatio traditionis vacuæ poſſeſ-
ſionis; ſecus quo ad dominij tranſlationem, per l. ſi
fundum. ff. de fund. dot. ita ſenſit Bart. in d. l. Celſus,
num. 12. verſ. procedo, & quæro. vbi ait, nu. decimo-
tertio aduocatum rei in hoc cautũ eſſe debere, quod
probet, modo poſſit, aliũ antea poſſediſſe, quia anti-
quior poſſeſſor præſumitur retinuiſſe ciuilem poſſeſ-
ſionem animo vſque ad decem ann. vt idem Bartol.
not. & cæteri in l. peregrè, in princip. & in l. ſi de eo. §.
1. ff. de acquir. poſſeſſio. & hoc idem ſequuntur Alex.
in l. tertia. §. ex contrario, colum. vltim. numer. 40. ff.
de acquiren. poſſeſſio. & Iaſ. in l. traditionibus, in fin.
num. 23. C. de pact. Quæ autem dicatur poſſeſſio ua-
cans, docent Doct. in l. ult. vbi gl. in verb. vacuam. C.
vnde vi. & gl. in l. improba. in verb. vacuã. C. de acq.
poſſ. Bar. in l. 2. §. t. ff. de actio. empt. & in d. l. Celſus,
num. 14.

Sextò declarabis, vt probandum ſit ab allegante
40 traditionem factam ab illo, † à quo habuit titul. non
autem ſatis eſſet probare factam ab alio: nam ad hoc
vt transferatur præſcribendi cõditio requiritur, quod
titul. & traditio procedant ab eodem, non autem à
diuerſis: ita videtur ſentire Bar. in d. l. Celſus, numero
undecimo verſ. ſed quæro, dum ſe reijcit ad ea; quæ
ſcripſit in l. cum ſolus num. 4. ff. eod. de præſcript. vbi
ita ſenſit.

41 Contrarium † tamen voluere Bal. & Ang. in d. l. ſu-
per longi, colum. penul. numero 17. uerſic. ſed circa
iſtud. C. de præſcript. longi. tempo. vbi Bald. ait Bart.
ſomniaſſe, & eſſe de directo contra caſum, cui non
poteſt reſponderi in l. penul. §. vlt. ff. pro ſuo, & l. 3. ff.
pro lega. eandem Bart. ſententiam latè impugnant,
Ang. & Imo. in d. l. cum ſolus, colum. penult. & vlti.
ubi concludunt Bart. ibi malè ſenſiſſe, & malè intel-
lexiſſe illum tex. quo ad hoc, & in hoc aduerſus Bar.
* *communiter ſentire ſcriben. tradit Balb. in d. l. Cel-
ſus, in ſecunda par. prin. num. 7. poſt verſ. quinta con-
cluſio.

Tertium principale requiſitum, quod ab eo, qui in
præſcriptione ſe fundat, deducendum eſt, bona fides
42 † eſt: ita probat text. in d. l. Celſus. & l. ſecunda, C. de
præſcript. long. temp. præſertim vero de iure canoni-
co, ut capitul. uigilanti de præſcript. & cap. poſſeſſor,
de regul. iur. in ſexto, & capitul. ult. eo. tit. de præſcri-
ptio. quo in loco, & illud prætereã cauet id obtinere
in vtroque foro, & ciuili, & eccleſiaſtico propter pec-
catum, vt illic obſeruauere Docto. & in c. 1. de noui
oper. nunc. & Bart. & Bal. in l. priuilegia. C. de ſacroſ.
* eccl. & tradunt * omnes in d. l. Celſus. ff. de vſucap. &
cæteri ad concluſionem citati, præſertim gl. in d. rub.
ff. de diuer. & tempo. præſcrip. in prin.

43 Et hæc quidem bona fides † non eſt neceſſe, quod
probetur ab actore, cum regulariter præſumatur, vt
aſſeuerauit glo in l. ſuper longi. in ver. probetur, C. de
præſcript. longi tempo. in l. penult. C. de euiction. &
in l. ſi quis emptionis titulo, in ver. tenuerunt. C. de
præſcript. triginta ann. cum plurimis ad id adductis à
Tiraquel. in tract. de præſcriptio. §. primo, in verſic. à
bonne Foy. glo. ſecunda, verſicu. bona autem fides,
* vbi * communiter id ab omnibus recipi ſcripſit. ita
* etiam * omnes id ſentire dixit Bartol. in d. l. Celſus,
colum. 3. num. 17. verſ. ſed qualiter probabitur, vbi cæ
teri eidem ſe ſubſcribunt, & nos ſexcentos ad id ad-
duximus ſupra in concluſione 224. incip. bonam fi-
dem in dubio. nu. 1. vol. 1.

Nec iniuria profecto; naturali enim præſcriptio-
44 ne quilibet † præſumitur bonus ex bonis naturalib.
principijs: quia qualia ſunt principia, talia præſumũ-
tur principiata, ſed natura eſt bona, ideo & bonus
quis præſumitur, niſi in aliquo deliquiſſe probetur;
ita ratiocinatus eſt Bald. in l. 1. ad fin. C. ſi quis omiſ.
cauſ. teſtamen. & idem in cap. vlt. colum. pen. de præ-
ſcriptio. eandem reddit reſponſionem; nempè quia
mores inſunt à natura, ab eaque veniunt. cum igitur
in dubio quilibet bonus à natura præſumatur, vt etiã
videre eſt ex I. C. reſponſo in vulgata. l. meritò. ff. pro
ſoc. in l. quoties. §. qui dolo, de probatio. in l. cum pa-
ter. §. igitur. ff. de leg. ſecundo, & à Sum. Pont. in cap.
1. de ſeruitutib. mirum nulli videri debet, ſi etiam bo-
na fides in dubio præſumenda ſit, & in hanc ſenten-
tiam per multos, idem ſentientes allegat Tiraq. vbi
ſupra verſ. ſed quod in dubio, & nos in concl. 222. in-
cip. bonum quemlibet præſumi. vol. 1.

Tertium iſtud requiſitum limitabis, vt non proce-
45 dat in præſcriptione † tanti temporis, cuius initij me-
moria non extat in contrarium apud homines, in
qua nulla requiritur bona fides: vt alias oſtendimus;
& præ cæteris. id voluit Bald. in conſil. 342. materia
feudorum, colum. 2. ſub num. 3. verſic. ſed hic eſt nõ
inutiliter aduertendum. volum. 1. per nonnullas le-
ges, quas ibidem allegat in eandem deſcendit ſentẽ-
tiam Card. in conſil. 38. num. 7. vt & reſponſum eſt à
Iaſ. in conſilio 209. vera, vt arbitror. ſub numer.
1. verſ. ad aliud, quod obijcitur volu. 1. hinc pulchrè
dicere ſolebat Saly. in leg. 2. Cod. de ſeruit. & aqua.
quòd vbi habemus tantum tempus, non eſt curandũ
de bona, vel mala fide: quod multa dignum eſt ob-
ſeruatione. hoc idem tum docendo, tum conclu-
dendo ſequutus eſt Dec. in l. traditionibus. colum. 4.
num. 12. verſ. & ideò. Cod. de pact. dicens. quod licet
in dict. cap. vlt. de præſcriptio. fuerit ſancitum, quod
nulla valeat, abſque bona fide præſcriptio, tamen id
intelligi debet, quando mala fides cõſiderari poteſt;
quod in hoc caſu non videtur. prætereà non videtur
excludere hanc præſcriptionem tanti temporis, vt in
ſimili not. Angel. in authent. vt de cætero commuta.
rer. Eccleſia. ſub num. 1. verſic. ibi, nullo tempore, &
in l. non ſolum, in princip. ſub num. 1. verſ. 4. & vlti
ff. de vſucap. cum alijs ad id congeſtis à Fely. in rub.
de præſcriptio. colum. ult. num. 18. verſ. conſidera ſe-
cundo, quod igitur nulla bona fides in præſcriptione
tanti temporis requiratur, idem reſpondit Dec. in cõ
ſil. 496. in cauſa Domini operari. colum. 2. nu. 5. verſ.
ſimiliter bona fides. & in cõſ. 638. communitas Spe-
diæ, colum. 1. ſub num. 4. verſ. & ita tali præſcriptio-
ne. hos ſequitur Chaſſ. in conſ. 34. ex proceſſu. col. 2.
num. 7. verſ. nec obſtare poteſt, atq; Buer. in deciſ. 39.
nu. 7. verſ. ideo dicit Saly.

6. A cõtraria ſtetere ſatis quamplurimi,qui uoluere
in præſcriptione tanti temporis,cuius initij memoria
non extet in contrarium , omninò requiri bonam fi-
dē:è quorum numero eſt.gl.in c.1.in verſ.niſi,& ibid.
Fran.col.vlt verſ.2.not.de præſcrip.in 6.Bal. in conſ.
370.verba reſcripti col.1.ſub nu.1.verſ.item in iſta,&
col.vlt.ſub nu.4.verſ.non obſtant ea.vol.3.Abb.in c.
vlt in fi.de conſti.Ang.Aret.in §.furtiuæ.nu.6. Inſtit.
tit.de vſucap.Anch. in conſ.82. dicta facti narratio.
col.3.verſ.non obſtat.præſcript.Guid. Pap. in conſil.
91.nu.5.Soc.ſen.in conſ.187.in controuerſia , col.pe.
ſub nu.27.verſ.tertia ratione,vol.2. Pariſ. in conſ.27.
in præſenti conſultatione.nu. 166. verſ. certum autē
eſt.cum plur.ſeq.vol.1. & in conſ. 101. bona de quib.
nu.111.verſ.prout etiam in conſ.104.in præſenti cau-
ſa.nu.123.ver.ibid.in conſ.112.ſi originem. num. 34.
verſ.in qua regula.eo.vol.1.& in d.c.vlt.nu.17.de præ
ſcript.Rub Alex.in conſ.13.nu.14.Calc.in conſ.6.ſe-
cundum ea.col.pen.ſub nu.9.ver.& exceptio. & mul
ti alij,quos pro hac ſententia refert Gab. in ſuis com-
mun.concluſ.concl.1.ſub nu.57.poſt verſ.tertius effe
ctus principalis eſt.tit.de præſcrip.lib.5.
47 Verumtamen † harum inter ſe diſſidentium opinio-
num conciliatio pendet ex ijs , quæ mox . nume. 54.
ſubijciemus .
Idemmet tertium requiſitum intelliges, vt bona fi-
48 des omnino ſit allegãda ab eo,qui ſe fundat in præ
ſcriptione:nam licet ea præſumatur, nec probãda ſit:
tamen neceſſario eſt alleganda: ita tradidit Bal. in d.
l.ſuper longi.colum.3.num. 12.verſ. illud autem.vbi
etiam Ang. C.de præſcrip.long.tempo. inquiens, il-
lud cordi fixum tenẽdum, quod vbicunque dicimus
præſumi bonam fidem debere intelligi , ſi allegetur,
per l.ſi adulterium cum inceſtu.§. idem Pollioni . ff.
de adult. ſubiungẽs, aduocatum cautum eſſe debere,
vt de bona fide ſemper ſaltem articuletur,& ab eodē
deducatur,quamuis non ſit opus probare,hũc ſequu-
tus eſt idem Ang.in l.eum,qui.§.vlt.de publ. hoc idē
aſſeuerauit ipſemet Bald. in c. ſi quis per triginta , in
tit.ſi de feu.fue.contro.atque Alex.in conſ.69.in cau
ſa,& lite inter Romæum.colum.3.num.11.verſ.item
poſito.volum.3.& in conſil.94.in cauſa,& lite vertē-
te coram arbitris.colum. penult. num. 10. verſ. & in
ſimili dicunt Doctor.volum.2.in conſ.76.in cauſa,&
lite inter Magnificum Albericum. colum. vlt. num.
7.verſ.non obſtat,etiam exceptio.volum.2.& omni-
no Fely.in cap.afferte.num. 6. de præſumptio. & pe-
nè innumeri hoc tenuere , quos allegant Tiraq. in d.
tract. de præſcript.§. 1.glo.2. verſ. ſed quæſtionis eſt ,
cum ſequen.& Balb.in d.l.Celſus , in tertia par. prin.
num.4.verſ.primo limita,& nos in d.concl. 224.nu.
19.cum ſeq.vol.1.
Quod etiam præter Doctor. authoritates ea ratio-
49 ne confirmatur:nam præſumptio † bonæ fidei ori-
tur ex præſumptione ignorantiæ iuris alieni,ca.ſi vir-
go.33.quæſtio.ſecunda, vt etiam notant glo. & cæte-
50 ri.in cap ſi diligenti, de præſcripti. ignorantia † autē
licet in facto alieno præſumatur.l.verius.ff.de proba-
tio.& l.vlt.ff.pro ſuo.cum ſimil. tamē hoc eſt verum
ſi allegetur,teſte Bal.in l.1.col.vlt.nu.7.ff. de legib.&
in l.quicunque.colum. 1. num. 2. C. de ſer.fug.idem
voluit Dec. in conſil. 267. non excedit è memoria,
col.vlt.poſt num.5.verſ.debet tamen, vbi nonnullos
adducit concordes cum alijs à nobis citatis.in concl.
879.in ver.ignorantia.nu 6.vol. 2.
Iſtud tamen limitabis,vt procedat,vbi quis ſimpli
citer deduceret poſſeſſionem , & titulum , quia tunc
51 debet etiam allegare bonam fidem ſecus quãdo† di-
ceret, ſe præſcripſiſſe, ſiue allegaret præſcriptionem:
verbum enim præſcriptio eſt plenum , & includit
bonam fidem, ſine qua præſcriptio non currit ; &
ſic videtur tacitè allegata : ita doctè tradidit Abb.in
capit.vltim.colum.8.num. 34. verſ. ſed quæro, an ſit
neceſſe, de præſcriptio. permotus ex eo , quod dixit
Innoc.in cap.fraternitatis,de teſtibus.vbi vult, quòd
ſi quis alleget ſe præſcripſiſſe,videatur deduxiſſe titu-
lum , licet non expreſſerit.cui videtur accedere Bart.
in auth.at qui ſemel.colum.penult.num.24. verſicu.
quæro,vtrum teſtes.C.de probatio. Abb.refert , & ſe-
quitur Dec.in l.non hoc,colum.2.ſub num.3.in fi.C.
vnde legit.ad idem reſpondit Barba.in conſ.50. illud
afferam in medium,quod poetæ,colum.pen. verſ.&
ſi dicatur,quod in præſcriptione.volum.1. & nonnul
lis id confirmat Claud.de Seiſſello. in d.l.Celſus, ſub
nu.35.ver.2.limit.et ibi.Fran.Balb.in 3.par.prin. nu.
6.uerſ.3.limit.ad idē reſpondit Paris in conſil.15. Al-
bertus,& Gaſpar.num.25.verſ. quinimo. vol. 1.
Quæ limitatio declarãda eſt , vt uera ſit in ſucceſ-
52 ſione eius,qui † inchoauit præſcriptionem:ſecus au-
tem in ipſo inchoante præſcriptionem : nam cum in
eo bona fides non præſumatur ex eo , quod ſcire de-
buit , quod ſuum non eſt , hoc ad alios modis om-
nibus pertinere,vt apertè reſcripſit Imper. Iuſtinia.in
l.vlt.C.vnde ui.& ita ſentit Imol.per d.l.ult.in d.cap.
ult.num.14.uer.ulterius redeo ad glo.efficitur, ut etiã
ſi inchoans præſcriptionem diceret ſe præſcripſiſſe ,
uel allegaret præſcriptionem, nihilominus cum iu-
ris habeat præſumptionem cõtra ſe, tenebitur ipſam
bonam fidem allegare:ita declarat , & intelligit di-
ctum Abbatis Fel.in d.c.ſi diligenti , ſub nu.4. uerſ. ſi
dicis,& in d.c.ult. nu. 8. uerſ. item in quantum Abb.
de præſcri.permotus.ex d.l.ult.C.unde ui.
Secundo loco idemmet limitare poteris,ut locum
53 ſibi non uendicet , ubi præſcriptio † probaretur per
tanti temporis ſpatium , cuius initij memoria non
extaret apud homines: nam etiam ſi tunc non alle-
getur,præſumitur bona fides. ut aliàs nos id probaui-
mus ſupra in concluſio.224.in uerſ.bona fides . num.
25.uolum.1.& authoritatibus .ibidem à nobis addu-
ctis,addes Bald.& Innocen.ſic atteſtantes.in d.cap.ſi
diligenti , in fin. de præſcript. quo in loco inquiunt,
quod in præſcriptione tanti temporis , ſemper præſu-
mitur titulus , & bona fides, etiam ſi non allegetur,
quia tanto tempore poſſeſſum præſumitur ab autho-
ribus ſuis iuſtè poſſeſſum , quorum dictum refert , &
ſequitur Iacob.de S.Georgio.in tract.de homag.col.
4. in fi.
Hoc tamen ſublimitandum eſt, & intelligendum ,
ut curſus tanti temporis excludat præſumptionem
malæ fidei,ubi uerè nõ apparet de mala fide,& ſic in
mala fide præſumpta ; ſecus autem , quando mala
54 fides † uera probaretur, & de ipſa apertè conſtaret :
tunc enim , et in tanto tempore requiritur bonæ fi-
dei allegatio, et probatio: pro quo adduco . text. in
dict.cap.ultim.de præſcriptio.ubi dicitur,quod nulla
ualeat,abſque bona fide præſcriptio , ubi Sum. Pont.
55 utitur uniuerſali negatiua , qui enim totum † dicit,
nihil excludit,cap.ſi Romanorum. 19. diſtinct. cum
ſimi. & ita intelligit, et conciliat opiniones eorum,
qui uoluère , quòd in præſcriptione tanti temporis ,
cuius initij memoria non extet, requiratur etiam bo-
na fides. Franc. Balb.in tract.de præſcript.in 2.par.3.
par. princip.quæſtio.6.ſub num.20.uerſic. ſed contra-
rium,et latius Pariſ.in cap.cum nobis colum.3. num.
6.verſic.eodem modo ceſſat,de præſcript.et in d. cõ-
ſil.27.num.117. et 118. et in d. conſ.101. nu.111.uol.
1.ac in cæteris ſupradictis eius conſil. nam mala fi-
des uera, quæ probatur, uel per inſtrumentum , uel
per teſtes , ſeu per alias legitimas probationes, nun-
56 quam tollitur nec purgatur † ullo temporis curſu, ut
egregiè conſulendo comprobat Crauet.in cõſil.146.
reſpondi de iure, num. 2. uerſic. ſed præmiſſis nõ ob-
ſtantibus,cum plur.ſequen.et in tract. de antiq. tem-
po.in 4.par.cap.5.incip.materia iſta ſingularitatis te-
ſtium.nume. 20. uerſicu. ſed iſta reſponſio,poſt alios
ab eo.ibidem citatos,ad idem reſpondit Caſſan.in d.
conſil.

conſil.34.col.2.in fi.nu. 7. verſ. quia ad prædicta, & Rip.in dicto cap.cum Eccleſia Sutrina,col.22.num. 99.in fi.verſ.quinta,de cau.poſſeſſ.& propriet.ex ſententia Iaſ.in l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas,col. 2.ff.de acq. poſ. alioqui mala fides nūquam impediret præſcriptionem,ſi curſu temporis purgaretur. idē voluit Gabr. in ſuis commun. concluſ. concluſio. 1. nu.59.verſ.2.declara, vbi etiam num. ſeq. id ampliat titul.de præſcript.lib.5.eo.tit.concluſ.4.nu.28.& ſeq. verſ.concorda.

Tertiò illud limitandū eſt,vt locum habeat reſpectu bonæ fidei ipſius poſſeſſoris contēdentis in iudicio;illam enim neceſſario debet allegare,ſecus vero, quo ad bonam fidē ſui auctoris, cuius acceſſione vtitur,iuxta l.Pomponius.§.cum quis, vbi ſcriben.ff. de
57 acquit.poſſ.huiuſmodi namq; bona fides † auctoris non eſt de neceſſitate alleganda:hæc eſt inſignis Bar. doctrina in l.cum quid,col.vlt.num.15.verſ.dices tu. ff.ſi certum petatur,& ibidem Alex.nu.15.verſ.extra gl.& Iaſ.nu. 21. cum ſeq & in ſecunda lect.num. 25. verſic.ſucceſſiuè ad Dec.in prima lect.num. 24.& in lect.2.nu.54.& in d.l. non hoc,nu.3. C.vnde legit.ad idem reſpondit Rom.in conſil.77. pater reuerende, nu.2.verſ.2.reſpondeo. in eandem deſcendere ſententiam Abb.in dicto c.afferte,numer.4.de præſumptio. Imol.in cap.ſuper hoc,num. 16. de renunciat.& Fel. in cap.cum ordinem, nu.26.verſ. quinta declaratio, de reſcript. & id communiter a ſcribent. eſſe receptū in d.l.cum quid.teſtatur idem Balb. in d. l. Celſus, in 3.par.prin.nu.5.verſ.ſecundo limita,& ante eū Clau. de Seiſello,ibidem,nu.35. verſ.recipit tamen.poſſem hoc in loco quamplurima alia de bona fide ſubiungere nempè quo pacto præſumatur, & quibus in caſibus,& quomodo probetur, & itidē è contra de mala fide; ſed ea omnia plenè examinata reperies per plures concluſiones ſupra in verbo bona fides, concluſio.224.cum pluribus ſeq.vol.1.& in verbo, mala fides,concluſ.1002.& concl.1003.vol.2.ad quæ loca lectorem reijcio.

Quarto loco agenti ad præſcriptionem probanda
58 eſt poſſeſſio,& eiuſdem poſſeſſionis † continuatio,vt apertè conſtat ex vſucapionis definitione à Modeſtino tradita in l.3.ff.eo.de vſucap.& ex Imp.Diocle. & Maxim.reſcripto.in l.2. & Imp. Iuſti. in d. l. ſuper longi.C.de præſcrip.long.temp.vt voluit gl.in d.rub. ff.de diuer.& tempo.præſcriptio.in prin.& tradit Bar. in d.l.Celſus,nu.19.verſ. ſufficiuntnè prædicta. & cæteri ibidem eundem ſequuti ſunt. ff. de vſucapion. & idem Bartol.in l.vni.num.1.C.de vſucapio.transfor. idē aſſeuerauit Bal.in rub.C.de vindict. liber. tollen. nu.4.verſ.adhuc,& in d.l.ſuper longi.nu. 1. in ſecundo not.atque Azo.in ſumm.in rub.de vſucapion.pro empto.vel tranſact.nu.26.verſ.item exigitur quintū, & in rub.de long.tempo.præſcrip.20.vel.30. ann.nu. 9. verſ. item exigenda eſt,& cæteri in concluſione ſupra citati,& Hoſtienſ.in ſum.tit. de præſcrip.§.quæ ſunt neceſſaria vſucapioni,nu. 18. verſ.5.requiritur, & in rubr.de preſcriptio.rerum immob.nu.10.verſic. in hac etiam.ac Balb.in tract.de præſcrip.in tertio,& quarto princ.requi.ad præſcrip.per tot.eadem requiſita tradit, & Io. Petr. Ferrar. in praxi Papien.in forma reſpon.rei cōuen. in verſiculo exceptionem præſcriptionis,num.3. verſiculo, & nunc pro rebus corporalibus.

Quo pacto autem poſſeſſio, & poſſeſſionis continuatio probetur,iam diximus ſupra in verſiculo poſſeſſio.

Iſtud quartum requiſitū ampliabis, vt ad poſſeſ-
59 ſionis continuationem probādam † teſtium depoſitiones coniungantur.Exempli gratia:ſi velim ꝓbare præſcriptionem decennij, & probem per duos teſtes, de 1.quinquennio,dicta iſtorū poterunt coniungi,vt dicatur ꝓbata poſſeſſionis continuatio,proindè præſcriptio:ita determinat Bal.in l.teſtium, col.4 num. 22.verſ.circa primas interrogationes. C. de teſtibus ſicut ſecundum eundem ibidem in probanda conſanguinitate ex duabus extremitatibus ſimul iunctis, licet per diuerſos teſtes,inducitur plena probatio: nā ſi duo teſtes deponant Titium eſſe filium Petri ex coniunctione iſtorum teſtium plenè probatur Titium,& Ioannem eſſe fratres, vt not. in cap. licet ex quadam in gl.penult.de teſti.quem refert,& eundem ſequi videtur Iaſ.in l.admonendi,colum. 86. ſub numero 264.verſiculo.4.prædicta faciunt.ff. de iureiur. & in l.cum antiquitas col.3.ſub numero 11.verſicul. cōtrarium tamen. C. de teſtam.eundē ſequitur Aret. in dicto cap licet ex quadam,colum.vltim.ac Sal.in d.l.teſtium,in 2. quæſt. quod ſingulare relatu cenſuit Ioan.Anton. Trigo. in ſuo ſing. 66. incip. tu habes, quod teſtimonia.in princip.idem reſpondit prius his Anchatan. in conſ. 276. viſa diligenter narratione, col.2.nu. 5. quem referendo ſequitur Rebuf. in tract. nominatio.quæſtio.11.princip.num.8. in fin. verſ.4. quarto.in eandem deſcendit ſententiam Martin. Fanen.in tract.de proban. nega.numero 16.verſ.utrum teſtis.

60 Contra hoc† tamen plurimū urgere uidetur,quod idemmet Bal.decidit in l.obſeruate, colum. 2. num. 13.uerſ. ſed pone, dicit ſtatutum. C. quorum appell. non recipiun.quo in loco ſenſit ad probandā pręſcriptionem ſeruitutis uiæ, non ſatis eſſe, ſi aliqui teſtes deponant, uidiſſe Titium euntem legitimo tempore,uſq; ad certum locum, & alij deponant, ſe inſpexiſſe eundem ambulantem ab illo loco per totam reliquam uiam.Id inferēs ad ſtatutū, quo cauetur, quid ſi quis iuerit de tali loco ad talem locum pede mulctetur,& duo teſtes dicant, quòd uiderūt Seium ire uſq; ad dimidiam partem,alij uſq; ad aliam dimidiam, in his caſibus non coniungi atteſtationes, ut plenè probent,ut latius ibi per eum, quem referendo ſequutus eſt Rom. in conſ. 91. uiſis, ac percunctatis actis,col.ult.ſub nu.11.uerſ. tertio idem probatur. & in d.l.admonendi,col.16. nu.95. uerſ. ultra prædicta, ac ibidem Io.Bapt.Caccialup.col. 56. in princip. nu. 202.uerſ.idem Bald.ac Iaſ.d.colum.86. numero 263. uerſiculo 3.faciunt,& in dicta l.cum antiquitas, col. 2. numero undecimo,uerſicul.ego confirmo,& idem Roman.in ſingul.206.ad idem dicit ſtatutum.quem ad id refert Cattellia.in ſuis memorial.in uer.indicia plura.

61 Sed conciliari† poſſe uidentur hoc pacto hæ inter ſe diſſidentes Bal.ſententiæ,& quidem, ut prior procedat, qñ alij teſte deponerent de ſecundo quinquēnio, quod eſſet immediatè ſubſecutum primo, cum ut dicebamus,ad introducendam præſcriptionē requiratur cōtinuata poſſeſſio: poſterior uerò uera ſit, qñ ſucceſſiuè, & immediatè non eſſet probatum de reliqua medietate uiæ, nec de ea continuò ſubſequuta teſtes deponerent: reſponſionem hanc colligo ex traditis à Iaſ.in d. l. admonendi, ſub dicto num. 264. uerſiculo intellige tamen.& ab Ioan. Anto. Trigo.in dict.ſingul. 66. poſt princip. Nec uim facit, quòd in prædicto ſtatuto non poſsūt coniungi duæ illæ ſemiplenæ probationes ad faciendam plenam probatio-
62 nem: † nam iſta coniunctio non fit in criminalibus, prout loquitur idē ſtatutum;nos autem ſumus in ciuilibus, in quib. ſemiplenæ probationes coniungūtur, ut plenè probent, iuxta theoricam. Bart. traditam in d.l.admonendi,colum.7.nume.48.uerſiculo his præmiſſis.quam Iaſ.ibidem colum.84. in prin. ſub num.
* 257.uerſic. quid tenendum * communem, & ueram appellat, ac ibi cæteri, & in propoſito noſtro idem Iaſ. tradit ibidem.d.colum.86.ſub dicto nu.264.uerſ. pro confirmatione puto. Vel generatim reſpondere poſſumus poſteriorem opinionem procedere, & debere intelligi in probationib.imperfectis, q̄ non cōiungun-

Digitized by Google

iunguntur; ſecus quãdo probationes per ſe ſufficien-
ter ſunt probatæ : & ita vnumquodque indicium per
ſe ſufficienter probatum poteſt coniungi, teſte codẽ
Bald. in l. ſi quis ex argenratijs. §. vltim. ff de eden.
quem ſequuntur Alexand.in conſ.13. ex his, quæ in
themate.col. vltim.num. 19. volu.1. ac Cotta, in di-
cto verſ. indicia. vbi nonnullos idem ſentientes ci-
tat:vt & facit Rebuff. in dict.tract. nomina.q.11.nu.
9.& Marſ.in conſ.20.nu. 49

Limitatur, ſeu declaratur idem quartum requiſi-
tum: vt tamen ipſa continuatio poſſeſſionis non pro
63 betur per teſtes,qui in tempore ſint diſcordes †exem
pli graria, ſi velim probare me poſſediſſe per decem
annos.& ad id demõſtrandum producam tres teſtes,
quorum vnus deponat ſe vidiſſe me poſſidere 20.an-
no.alius 30.alter 10.non dicetur hoc in caſu probata
poſſeſſio, nec proinde præſcriptio; quia vnuſquiſque
eſt ſingularis in dicto ſuo:ita ſenſere Ioan. Anton.in
cap.primo, num. primo, de arbi. in 6. In nouel. & in
propoſito noſtro Archi.in c.nihilominus. nu.2.verſ.
& faciunt iſta ad quæſtio. 3. quæſt. 9. ex ſententia
Odofr.quem ibi refert.

Intelligẽda eſt hęc declaratio,vt procedat,quãdo
teſtes eſſẽt ſingulares in initio poſſeſſionis,vt quia v-
nus dicat, ꝙ incępit poſſidere,iam ſunt 20.anni.alius
deponat,quòd incępit poſſidere iam sũt 30.annu.alter
10.nam tales depoſitiones implicant contradictionẽ
iuris,& facti,vt no.in l.poſſideri,in princip.ff.de acq.
64 poſ. ſecus † ſi non deponant de initio poſſeſſionis,
ſed vnus dicat, vidi poſſidere 30.ann. alter 20. alius
10. nã in minori tẽpore ſunt conteſtes. non enim re-
quiritur, quod teſtes ſint conteſtes in conſenſu pro-
prio,ſed in re, in qua percipiunt ſenſu, vt no.Bartol.
in l.1.ff.quemadm. teſtamen. aperian. ita Archi.do-
ctrinam declarat Bald.in l.1.col. penul.ſub num. de-
cimoquarto, verſiculo quod autem dicit Archi. C.
de teſtam. ordinan. cui accedit Socin. Sen. in conſ.
59 viſis actis.colu.1. ſub num.5. verſic. & ad dictum
Archi.volu.4.ac Corn.in conſil.247. Viſo proceſſu
agitato,col.11. ſub nu.21.verſiculo.nec obſtat,quod
tradit Archi.vol.2.

65 Secundo intelligenda eſt:nã aut aliquando† teſtes
depõũt de certo tempore, eo quod vnus dicit,a 30.
& citra,alter a 20.ann.& citra,alius à 10.ann.& citra;
& tunc in minori tempore veluti in 10.ſunt concor-
des in eodem tempore, & probant,vt conſtat ex tra-
ditis a Paul.de Eleaz.in ſua diſput.incip.Contra teſta
mentum.Specul.in titu.de teſte.§.poſtquam de teſti-
bus,nu. 2.verſic.quid ſi plures. Imol.in l. inter pares.
ff.de re iudic. & in l.1.§. ſi ſtipulanti. ff.de verborum
oblig. in cap. cum oportet, ad finem, de accuſat. ad
idem reſpondit Alexan.in conſ. 88. quoniam omne
datum,col.6.nu. 24. verſ. præſuppoſito etiam, vol.5.
& prius in conſil.54. col.2. nu.7. verſ.& licet,eodem
vol.5.per iura, quæ dicunt, quod in maiori ineſt mi-
nus,l.Sempronius Proculo.ff.de leg.2. & l.diem pro-
ferre.§.ſi plures, ff.de arbitr. Pariſ. in conſ. 107.labo-
rioſa,col,3. ſub nu. 19.vol.1. Socin. Iun. in conſ.146.
in cauſa turbaræ poſſeſſionis, col.4. num.23.& ſequ.
verſ.uel etiam dici poteſt, uol.1. Bero.in conſ.94.ui-
ſis capitulis,col.1.nu.4.uerſ.& quamuis,uol.3.& ple-
nè per Ioã.Bapt.Ponta.in tract.de ſpol.lib.2.c.14.ſub
nu.110.uer.teſtes etiã diſcordes,& Corn.in conſ.247.
uiſo proceſſu agitato,nu.21.& ſeq.uol.2.ſecus ſi non
deponant clarè de certo tẽporę, ut quia unus dicat,
ꝙ poſſedit 10.ann.alter 20.alter 15. nã poſſunt intel-
ligi de diuerſis tẽporibus,ſcilicet quòd unus deponat
de 15.ant à 45.ann.citra uſq; ad 30. alter de 20. à 30.
uſque ad 10.alius de 10.a 10.ann.citra,& ita loquun-
tur Archidiac & Ioan. Andr.dictis in locis;& ſic eos
declarant Ioan.de Fãnia.& Domi. in dicto c.primo,
de arbitr. in 6. quod poſtremum ſequuti ſunt Bartο.
in dictã l.Celſus, ad finem. ff.de uſucap.& Bald.in l.
ultima.colu.7.nu.34 uerſiculo poteſt autem probari
præſcriptio. C.de edict. Diui. Adrian. tollen. hanc
eandem comprobauit declarationem Socin. Sen.in
dicto conſ.59.colu.2. ſub num.5.verſ.vel.ad dictum
Arch.& Ioan. And.volu.4.

Aliud requiſitum ab allegante deducendũ,& pro-
bandũ adduxit glo.in d.rub.ff.de diuer.& temp. præ-
66 ſcrip. nempe † rem non fuiſſe prohibitam præſcribi.
verumtamen ſuperuacaneũ videtur.nam præſciptio
non cadit,niſi in aptis,& habilibus præſcribi,vt in ſi-
mili no,Iaſ.in l.1.in princ. colu.6.nu. 35. poſt verſic.
circa definitionem Bart. ff. de acq.poſ.dicens, quod
67 definitio † ſemper intelligitur loqui de habilibus
per l.vt gradatim.§.1. ff.de muner. & hono.& tradi-
dere Bald.& Angel. in l. ſuper longi. in princ. colli-
gentes ſeptem requiſita ad præſcriptionem lõgi tem
poris, quę re vera comprehendnntur ſub prædictis
quatuor à Bartolo noſtro examinatis in d.l. Celſus,
vt etiam ea quinque continentur, quæ à Pau. Caſtr.
ibidem collecta fuere,nu.9. uerſ.ultimo ex omnibus
ut aſſeruit Fran.Balb.dicto tracta.de pręſcript.in ter-
tia par.princip.in prima quæſt.nu.1.& 2.

Superiora intelliges,ut qui uult ſe tueri pręſcriptio
ne decem annorũ inter prę ſentes,edbeat deducere &
68 †probare aduerſarium fuiſſe prę ſentem,ſeu habuiſſe
domicilium in eadem prouincia:non enim probare-
tur præſcriptio longi temporis decem annorum; ſi
tunc probarentur ea,quæ diximus requiri ad prę ſcri-
ptionẽ,nempè titulus,bona fides, & continuata poſ-
ſeſſio,niſi unã quoque doceretur de præſentia amba
rum partium : iſtud fuit ſingulare pronunciatũ Iaco.
Butrig.in l.ultim. C.de præſcrip.long.temp.quod ſe-
quitur ibid. Angel.& Flor.& plurimũ commẽdat in
reper.c. quoniam contra. colu.24.circa medium, de
probatio.ubi ait paucos eſſẽ,qui ad hoc aduertant,&
ibid.hoc ea ratione corroborat: nam cum lex requi-
rat in præſcriptione decem annorum poſſeſſionem
inter præſentes, requiritur quòd ille, qui ſe fundat ex
tali præſcriptione decem anno. probet poſſeſſionem
continuam 10.anno. inter præſentes: licet,ut ipſe in-
quit, quidam magnus Doctor renuerit replicanti de
abſentia incumbere onus probandi. eoldem ſequi-
tur,& refert Lanfr. de Oria. in tract. de depoſi. teſti.
nu.138.cum ſeq. uerſ. attende etiam ad unum aliud.
uel ſi mauis in d.c.quoniam contra.uerb.teſtium de-
poſitiones,d.nu.138.de probatio.

Hoc tamen declarabis, ut quando uterque agens,
& reus ſunt de eodem domicilio, & hoc conſtet,tũ c
69 † qui allegat abſentiã, debet probare quia quis præ-
ſumitur eſſe præſens in ſuo domicilio, niſi probetur
abſentia, iuxta ſententiam Bartol. in l.is poteſt. col.
4.poſt num.16. uerſ. quandoque ille,qui dicitur hæ-
res.ff.de acquir.hęred.ubi hoc expreſſe uult:ſed ſi nõ
conſter. quod uterque ſit de eodem domicilio,tũc in
nitens præſcriptioni decem anno. inter præſentes de-
bet probare præſentiam, alioqui requiruntur uiginti
anni tamquam inter abſentes : ita concludit egregiè
certè Angel.in l.emptor,num.2. verſ ſed pone.C.de
præſcrip.lon.temp.& hanc inſignem re vera doctri-
nam conſulendo ſequutus eſt Corn. in conſ.46. in
cauſa vertente inter Dominum Gilium Antonium,
col.5.nu.16.verſ.& qui nititur,vol.2.& in conſ.50.in
cauſa vertente intra Thadeum agentem, colu.3.nu.
12.cum ſequ. & verſ. & licet in dubio,eo. volu.2.ea-
dem ferè ſcripſit Tiraqu.in tract.de præſcrip.§.1.glo.
ſexta.ver.poſſet quæri,quib. ſe ſubſcripſit Franc.Bal.
in eodem tract.de præſcrip.in 4.part. princ.q.3.nu.4.
verſ.ſed ultra præſatos Doct.ubi ait,debere declara-
ri,& limitari materiam hanc probationis abſentię,&
præſentiæ.cætera de præſumptione, & probatione
præſentiæ,& abſentiæ, quoad præſcriptionẽ latè de-
clarauimus ſupra in uerb. abſentia. conclu. 5.cum
plur.ſeq.uol.1.tu ſi opus fuerit,ea ibi uideto.

Secundo

Digitized by Google

Secundo loco ea, quæ ſupra deduximus, intelligẽda ſunt, vt is, qui præſcriptione ſe tueri velit, debeat
90 etiam probare ipſam fuiſſe cauſatam negligentia aduerſarij, vt colligitur ex Ruin. in conſ. 111. propè finem, vol. 1. & Soc. iun. in conſ. 64. num. 14. vol. 2. & habetur in l. non enim. ff. ex quibus cauſ. maio. quæ omnia ad id probandum adducit Ceph. in conſ. 40. Magnifica cõmunitas, nu. 53. verſ. non omitto, lib. 1.

CONCLVSIO MCCXX.

ARGVMENTVM.

Quæ deducenda, & probanda ſint, ab allegante præſcriptionem rerum incorporalium.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptionem ſeruitutum allegans, debet probare ſe vſum fuiſſe eo animo, vt iure ſuo vteretur, aduerſario etiam inuito.*

2 *Poſſeſſionem alicuius dignitatis, vel officij probare volens, debet oſtendere, ſe feciſſe actus, qui propriè ad illam dignitatem pertinent.*

3 *Vſus iure ſuo quis præſumitur in actibus, qui iure familiaritatis concedi non ſolent.*

4 *Poſſeſſio ſeruitutis, per vnicum actum, qui iure familiaritatis concedi non ſoleat, acquiritur.*

5 *Poſſeſſio iuris exigendi, per vnicam ſolutionẽ acquiritur.*

6 *Poſſeſſio ſeruitutis tigni, per vnicam tigni immiſſionem quæritur.*

7 *Poſſeſſio vbi ex vnico actu, acquiritur, an cenſeatur etiam acquiſita, quoad alios actus diuerſæ ſpeciei, remiſſiuè.*

8 *Poſſeſſio ſeruitutis, per actum vnicum, qui aliquãdo licet non ſemper iure familiaritatis concedi ſolet, non acquiritur, ſed triginta actus requiruntur.*

9 *Filius, qui longo tempore iuit per fundum matris, iure familiaritatis iuiſſe præſumitur. Quod declar. ibidem.*

10 *Seruitus per quot actus promiſcuos acquiratur, iudicis arbitrio relinquitur.*

11 *Seruitus per actus, qui iure familiaritatis concedi ſolent, non acquiritur. Ratio ibid. nu. 12.*

13 *Epiſcopus, qui ſæpius apud aliquem nobilem diuerſatus fuit, non dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris, niſi aliud appareat.*

14 *Seruitus, vbi quis titulum habet, non iure familiaritatis, ſed ex illo titulo poſſeſſa præſumitur.*

15 *Bona fides in præſcriptione incorporalium, non præſumitur, ſed probanda eſt.*

Ratio, nu. 16.

17 *Libera vnaquæque res præſumitur.*

18 *Bona fides ad hoc, vt in incorporalibus præſumatur, non eſt neceſſe, quod doceatur de titulo.*

19 *Bona fides in incorporalibus, ex diuturna poſſeſſione præſumitur.*

20 *Præſcribens incorporalia, vbi habet contra ſe iuris præſumptionem, de iure canonico titulum oſtendere debet. Dummodo ſit præſumptio vrgens, vt ibid. nu. 21.*

22 *Titulus probandus eſt in præſcriptione ſeruitutis perſonalis, vel mixtæ, vt vſus, & vſusfructus.*

Ratio ibid. nu. 23.

24 *Præſcriptionem allegans iuris aſtringendi perſonam ad aliquod ſeruitium titulum ſaltem allegare debet.*

25 *Præſcriptio contra Eccleſiam, requirit tempus 40. annorum.*

26 *Præſcriptio vbi eſt contra ius, titulus probari debet à præſcribente.*

27 *Confeſſoria actione agens ad ſeruitutem diſcontinuam, aut contra agentem negatoria ſe defendens titulum probare debet. Ratio nu. 28. Declaratur, ibid. nu. 29.*

30 *Seruitus longo vſu ſine titulo acquiritur.*

31 *Libertas contra ſeruitutes, etiam ſine bona fide præſcribitur. Etiam de iure Canonico nu. 32.*

Ratio, nu. 33.

34 *Libertas ſeruitutis, tàm ruſticæ, quàm vrbanæ, ſine bona fide præſcribitur.*

35 *Præſcriptio libertatis à ſeruitute vrbana, & ruſtica, quid differant.*

Ratio, nu. 36.

37 *Bona fides præſcribentis libertatem, licet præſumatur, tamen ex aduerſo poterit mala fides probari.*

38 *Præſcriptionem ſeruitutis allegans debet probare ſe ea vſum fuiſſe, ſciente, & patiente aduerſario, & cur. nu. 40. Contrarium, nu. 41.*

39 *Præſcriptio rerum corporalium, etiam contra ignorãtem procedit.*

42 *Præſcriptio immemorabilis, non exigit ſcientiam, & patientiam aduerſarij.*

Ratio. nu. 43.

Contrar. nu. 45.

Conciliatio elicitur ex dictis, nu. 46.

44 *Tempus immemorabile, ſcientiam, & patientiam aduerſarij facit præſumi.*

47 *Capitulum, & Canonici Lunen. Sarzanen. beneficia, ex præſcriptione amplius trecentorum annorum, etiam in menſibus Papæ reſeruatis, conferunt.*

48 *Temporis immemorabilis vſus habent vim priuilegij legitimè à Principe conceſſi.*

49 *Præſcriptio immemorabilis, pro lege habetur.*

50 *Præſcriptio immemorabilis procedit etiam in reſeruatis Principi.*

51 *Præſcriptio immemorabilis, habetur pro veritate indubitabili.*

52 *Reſtitutio in integrum aduerſus immemorabilem præſcriptionem non conceditur.*

53 *Tempus immemorabile dicitur ſpatium centum annorum.*

54 *Præſcriptio centum annorum, aduerſus Romanam Eccleſiam locum habet.*

55 *Præſcriptio immemorabilis, etiamſi Sum. Pont. omnibus præſcriptionibus, & conſuetudinibus derogaret ſub tali derogatione non comprehenderetur.*

56 *Seruitus per vſum longiſſimi temporis 30. vel 40. annorũ etiam non probata ſcientia, & patientia aduerſarij, acquiritur.*

57 *Seruitutis titulum habens, licet putatiuum, de ſcientia & patientia aduerſarij, docere non tenetur.*

58 *Libertas à ſeruitute, etiam non probata ſcientia, & patientia aduerſarij, præſcribitur.*

Contr. ibid. nu. 59.

60 *Seruitutes diſcontinuæ, ſcientiam, & patientiam aduerſarij non requirunt, ad hoc, vt acquiri poſſint, & reddatur pro illis interdictum de itinere actuque priuato.*

61 *Præſcriptionem ſeruitutum allegans, non tenetur docere de ſcientia, & patientia aduerſarij, quãdo poſſeſſio eſſet vacua.*

62 *Vſus temporis à lege ſtatuti probari debet ab eo, qui ſeruitutis præſcriptionem allegat.*

63 *Seruitutem continuam, & quaſi continuam ſe præſcripſiſſe dicens, illa ſe decem annis vſum fuiſſe probare debet, & nu. 64.*

65 *Seruitutis diſcontinuæ præſcriptionem allegans, debet temporis immemorabilis vſum probare.*

66 *Seruitus diſcontinua cum titulo 40. annis de iure Canonico præſcribitur.*

67 *Seruitus diſcontinua probato titulo, longo tempore præſcribitur.*

68 *Seruitus diſcontinua ita demum longo tempore præſcribitur, ſi titulo probato, oſtendat ſe ex illo ſeruitute vſum fuiſſe, ſciente, & patiente aduerſario.*

Quod declarat. nu. 69.

70 *Seruitus diſcontinua, licet præſcribatur poſſeſſione longi temporis,*

Digitized by Google

temporis, cum titulo, tamen admittitur in contrarium probatio.

71 *Seruitus perſonalis, ex vſu longi temporis, non prǽſumitur conſtituta. etiamſi titulus allegetur.*

72 *Vſusfructus dicitur pars dominij.*

73 *Prǽſcriptio contra Eccleſiam ſemper requirit tempus 40. anno.*

74 *Seruitus diſcontinua concurrente titulo, & bona fide vſu decem annorum præſcribitur.*

Et cur. num. 65.

75 *Duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt.*

76 *Iura ſpiritualia, nunquam prǽſcribuntur, niſi ſpatio 40. annorum.*

77 *Seruitutes perſonales non prǽſcribuntur, niſi ſpatio 30. vel 40. annorum.*

Ratio, num. 78.

79 *Homagium quomodo probetur remiſſiue.*

80 *Prǽſcriptionis interruptio vbi probata eſt, prǽſcriptio ipſa impeditur.*

81 *Socius ſine mandato alterius ſocij ſeruitutem communi feudo acquirere non poteſt.*

82 *Seruitus negatiua non prǽſcribitur, niſi probetur prohibitio facta aduerſario.*

83 *Seruitutis negatiuę quaſi poſſeſſio, per prohibitionem ſolam acquiritur.*

84 *Seruitutis negatiuæ quaſi poſſeſſio, vt acquiratur, vnica tantum prohibitio ſufficit.*

85 *Seruitutem acquirere volens, debet probare ſe dominum fundi, cui ſeruitus eſt acquirenda.*

DIXIMUS de præſcriptione rerũ corporalium; nũc ſe ſe nobis offert materies incorporaliũ, & quemadmodum in illarũ præ
ſcriptione probanda plura ab allegante eſſe deducẽda tradidimus, ſic etiã in harum præſcriptionis probatione de multis iudici fides eſt facienda. Primum
itaq; qui ius aliquod incorporale, veluti ſeruitutẽ ſe
præſcripſiſſe dixerit, inter cętera probare tenebitur, ꝙ
1 volẽs præſcribere fuerit † vſus iure ſeruitutis, hoc eſt,
eo animo, vt poſſet de iure ſuo aduerſario inuito, nõ
iure amicitiæ, vel familiaritatis; quia tũc nunquã prę
ſcriberet: ſic reſpõſũ eſt à Paulo in l. vlt. vbi ſcriben.
ff. quemad. ſeru. amit. & ab eodem in l. qui iure. ff. de
acq. poſ. in eandẽ videtur reſpondiſſe ſententiã Vlp.
in l. 1. §. Ariſto. ibi, qui ſe putat ſuo iure vti. ff. de aqua
quoti. & æſti. ita etiã ſenſit ex noſtris Caſtr. in l. ſerui-
tutes prædiorũ, col, 2. poſt nu. 9. verſ. 1. ff. de ſerui. ritu.
generali. ad idem reſpondit Alex. in conſ. 50. ponde-
ratis verbis ſtatutorum. col. 2. nu. 8. verſ. ad prædicta
benefacit. vol. 3. vt & placuit Ioan. Pet. Ferrar. in ſua
pract. Papien. in forma actio. confeſ. pro ſerui. in ver.
ſeruitus aquæductus, ſub num. 20. verſ. quarto, quod
præſcribens: hoc idem comprobauere Bart. Cępol. in
tract. de ſeruit. vrba. prædio. cap. 20. num. 1. & Franc.
Balb. in tract. de præſcrip. in 2. par. 4. par. princ. quæſt.
1. num. 9. verſ. ſecundo ad præſcriptionem, Felin. in c.
de quarta, poſt nu. 40. verſ. limita etiam dicta Abb.
de præſcrip. nouiſſimè Ioan. Bapt. Ponta. in tracta.
de ſpol. libr. 2. c. 16. num. 166. verſ. in his autem, quæ
iure familiaritatis.

Cui quidem requiſito optimè cõuenit illud, quod
eximiè tradidit Ioan. And. in c. vt noſtrũ, ver. & no.
patenter, de offic. Arch. vbi ex illa decretali colligit,
2 ꝙ volẽti probare quaſi † poſſeſſionẽ alicuius dignita
tis, vel officij non ſufficiat probare exercitium actuũ,
qui de iure communi non ſpectant ad dignitatẽ, vel
officium; ſed etiã debere probare illos actus ad digni
tatẽ ſpectare; & ſic dicit ſe obtinuiſſe in Archidiaco-
natu Bononiẽſi, probato enim, quod tali tẽpore exa
minationes publicas, vel priuatas fecerit, nõ eſt pro-
bata quaſi poſſeſſio Archidiaconatus, niſi probet, ꝙ
ad officium Archidiaconatus hoc ſpectet. ſed ſi ille
actus de iure communi ſpectaret ad illam dignita-
tem, vel ad illud officium, ſatis eſt probare exercitiũ
illius actus vt inſtitutio ad Epiſcopũ, inueſtitura ad
Archidiaconum, & ſic de ſingulis. Eidem in dicto c.
vt noſtram, accedit Anton. à Butr. num. 5. verſ. no.
Ioan. And. & ibidem Abb. nu. 2.

Et vt aliqua ratione conſulamus ei, cui id probãdi
onus incumbit, videndum eſt, quo pacto poſſit proba-
ri, præſcribentem ſeruitutẽ vſum fuiſſe iure ſuo. Qua
in re ſolet à ſcrib. ita diſtingui. Nam quidã ſunt actus
qui non conſueuerũt cõcedi regulariter ex iure fami
liaritatis, vel amicitiæ, ſed ei ſolũ, qui ius habet, & in
3 iſtis præſumitur, † quod ex iure ſibi debito quis fue-
rit vſus. exempli gratia, ſi quis ducat aquã opere ſuo
interueniente per fundũ ſuum: vt in hac ſpecie reſpõ
dit Pau. Caſt. in conſ. 343. videtur quod non poſſet ſe
qui, nu. 4. verſ. præterea poteſt eſſe, vol. 2. & Calcan.
in conſ. 56. in cauſa foſſati rumoris, col. penult. num.
11. verſ. ſi verò loquimur, cum nonnullis alijs in hãc
ſententiam deductis à Crau. in tract. de antiq. tempo.
in 4. par. c. vlt. incip. circa præmiſſa, nu. 4. verſ. limita-
tur etiam. iſtis adhęret etiam Gabr. in ſuis commun.
concluſ. concluſ. 10. nu. 14. verſ ſeptimo limita. titul.
de præſcript. lib. 5. aut mundet foſſata debitis tem-
poribus pro cõmodiori ſeruitutis vſu: vel incidat ſæ-
pes in fũdo vicini, quæ impediunt viam, qua itur ad
fundum alterius vicini ſin incidentis. nã cũ iſti actus
tanquã ponderoſi nõ cõſueuerunt concedi, niſi ius
habẽti; idcirco præſumitur, quod ex iure debito, quis
illos facit, vt tradit Ioan. Petr. Ferra. in dicta ſua prac.
pap. in for. actio. cõfeſ. pro ſerui. in dict. verſ. ſeruitus
aquæductus. nu. 24. verſ. circa quartum. vbi docet mo
dum id probandi. hoc idem confirmatur ex eo. quod
tradidit Cyn. in l. 1. in penult. quæſt. C. de emancip.
libe. & ꝙ reſpõdit Alex. in cõſ. 68. incip. viſo proceſ-
ſu cauſæ vertentis, col. vlt. ſub nu. 19. verſ. ſed certum
eſt, vol. 2. quos ad id adducit Crauet. in conſ. 226. licet
abundè ſcriptum videatur col. 2. ſub nu. 3. verſ. præte
rea ſatis dicitur probari, vol. 2. iſtis accedit Rip. in c.
cum Eccleſia Sutrina, col. 16. in prin. nu. 68. verſ. ve-
nio ad vltimum, in fin. de cau. poſ. & propr. vbi ait ita
ꝓcedere tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quot. & æſti. & in l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arc. & Bart.
in l. cũ de in rem verſo. ff. de vſu. & ibidẽ ante dixerat
ipſemet Ripa, nu. 52. verſ. circa ſecundum. ſe alias cõ
ſuluiſſe, quod per foueã factã in fundo vicini, in quo
oriebantur fontes ſcaturientes aquam naturali curſu
deſcendentẽ in fundũ illius, qui foueam fecerat, eſſe
acquiſitam quaſi poſſeſſionem iuris ducendi aquã &
ita fuiſſe iudicatũ in fauorẽ Comitum Gambaranæ
per ea, quæ dixit Cæpol. in tract. ruſti. ꝓdio. in titul. de
aquęductu, in 8. quęſt. verſ. ex prędictis. Secus verò eſ
ſet, ſi vſus illius iuris habitus fuiſſet abſq; facto homi
nis: nã ſi exẽpli gratia, vel per mille annos aqua per
venas ſubterraneas, aut etiã ſuper terram per fundũ
meũ etiam me ſciente naturaliter lapſa fuerit in pu-
teum, per fundũ tuum abſq; eo, quod in fundo meo
tu feceris aliquod opus: iſto caſu nõ præſumitur vſus
iure ſuo: ita ꝓcedit text. in l. Proculus. ff. de dam. infe.
& in l. ſi in meo fũdo. ff. de aqua plu. arcen. In hoc aũt
4 † ſufficit vnus actus ad ꝗrendam quaſi poſſeſſionem:
mõ cõcurrant alia requiſita, de quib. paulo poſt dice-
mus; ſic docet Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, col 2, ſub
nu. 9. verſ. ꝙ autẽ ſit uſus. ff. de iti. actuq; priu. & ad id
eſt tex. in l. 1. §. quæſitũ. ff. de aqua quoti. & æſti. vbi I.
C. concludit ad probandum quaſi poſſeſſionẽ ſerui-
tutis ducendi aquã per fundum alterius, ſatis eſſe ꝓ-
bare, quẽ ſemel fuiſſe vſum, ad idem optimè facit ca.
cũ de beneficio, de præb. in 6. ita etiã ſenſit Cępol. in
dicto c. 20. poſt num 7. verſ. ſed in affirmatiuis. Hinc
reſpondit Roma. in conſ. 311. in caſu propoſitæ, nu-
5 me. 7. per vnicã † ſolutionem pẽſionis acquiri, quaſi
poſſeſſionem iuris exigendi, idem ſenſere Alex. in
conſ. 74. uiſo puncto, uolum. 4. num. 16. uol. 4. ubi ad-

ditio

ditionū auctor ibidē multos allegat, licet idē Rom.
in conſ. 70. viſis themate, col. pen. nu. 13. duas requiri
ſolutiones dicat; de qua re nos alibi diſſeruimus, &
Ripa, in l. vlt. num. 5. & ſeq. verſ. ſed quæritur. ff. quor.
6 bon. Hinc etiam per † immiſſionem ſolā vnius tigni
in parietem tuum acquiritur quaſi poſſeſſio ſeruitu-
tis tigni immittendi, l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeru.
vend. vt in hanc ſententiam alia his ſimilia adducit
Ripa, in d. c. cum Eccleſia Sutrina, nu. 53. & ſeq. idem
facit Rebuff. in tract. de mater. poſ. in præfat. nu. 188.
verſ. tertius caſus, cum plur. ſeq. tom. 3. vbi nonnullis
hūc caſum exornat. An autem in his caſibus, in qui-
bus ex vnico actu quæritur quaſi poſſeſſio eadem cē-
7 ſeatur † etiā acquiſita quoad alios actus diuerſæ ſpe-
ciei, explicat idem Rebuf. ibidem, nu. 195. cum plur.
ſeq. verſ. intellige, quod in quibus caſibus.

Quidā verò ſunt actus, qui ſolēt concedi ratione
amicitiæ, & cuiuſdam familiaritatis, non tñ ſæpiſſi-
mè, ſed ſemel, vel bis, vt ire p fundū vicini ad fundū
8 ſuū, & tunc † nō ſufficit vnicus actus, ſed requiruntur
plures, nempè 30. adeò, vt veriſimile ſit vtētem fuiſ-
ſe vſum tanquam pro iure ſuo, & dominum ita fuiſſe
paſſum: ſic probatur in d. l. 1. §. hoc interdicto, ubi I.
C. ait ad acquirendam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis
itineris non ſatis eſſe probare, quē ſemel fuiſſe vſum;
ſed triginta vicib. ad minimū in anno, vt, & pbauit
ipſemet Cæpol. in d. c. 20. poſt d. nu. 7. uerſ. ſed ſi non
poteſt, ac Ruin. in conſ. 119. in cauſa vertente inter
Com. Paulum de Manfredis, col. 5. ſub nu. 9. uerſ. nec
obſtat, dum dicebatur, vol. 4. ac Ripa, in d. c. cum Ec-
cleſia Sutrina, num. 55. verſ. ſecunda concluſio. vbi
iſtos promiſcuos actus vocat: & ibidem ita dicit eſſe
limitandam deciſionem, Bart. in l. qui iure familiari-
tatis. ff. de acq. poſſ. qui ait filium, qui longo tempore
per fundum matris iuit, & percepit fructus non dici
poſſidere, quia iure familiaritatis iuiſſe præſumitur,
9 nimirum † illam non procedere, ſi pluries percepiſſet
fructus aliò exportando, quam ad domū matris; imò
fortè ſubiungit Ripa, vnica perceptio hoc caſu pro-
baret poſſeſſionem, quia non eſt talis actus, qui con-
ſueuerit concedi gratioſe, vel iure amicitiæ, idq; eſſe
de mēte Aret. in d. l. qui iure dicit. quamquam in his
promiſcuis actibus, ut aſſerit Inn. in d. c. cum Eccleſia
10 Sutrina, plurimum debeat uerſari † iudicis arbitrium;
idem ibidem dicit Abb. col. 4. ac Io. Fab. in §. æquè
col. 7. Inſt. de act. quibus adhæret Rebuff. in d. pręfat.
tract. de mater. poſſ. nu. 193 uerſ. quartus caſus, cum
ſeq. iſtis accedit Ponta. in d. tract. de ſpol. c. 16. ſub nu.
171. uerſ. quod ſi eſſet ius.

Poſtremò alij ſunt actus, qui conſueuerunt etiā ſę-
11 piſſimè concedi ex iure amicitię; & tunc etiā † ſi cen-
tum uicibus, uel ultra fiant, non præſumitur, quod ex
iure debito fiant, niſi aliud appareat, idq; locum ha-
bet tàm in corporalibus, ut d. l. qui iure. ubi Bart. & l.
generaliter. ff. de acq. poſ. quàm in incorporalibus, ut
* omnes * concludunt in d. c. cum eccleſia Sutrina, &
cap. bonæ. de poſtul. præla. quod multis demonſtrat
exemplis idē Rebuf. in d. tract. de mater. poſſ. præfat.
nu. 169. uerſ. quomodo noſcatur. cum plur. ſeq. tom.
3. idem ibidē hoc procedere pluribus exemplis oſtē-
dens in actibus, qui iure familiaritatis fiunt, in qui-
bus nulla acquiritur quaſi poſſeſſio, num. 177. uerſic.
ſecundus caſus eſt, cum plur. ſeq.
12 Ratio aūt cur † per actus, qui fiūt iure familiarita-
tis, nunquam acquiratur quaſi poſſeſſio iſtorum in-
corporaliū, ea eſſe poteſt: quoniam ex parte eius, cui
deberet acquiri non eſt animus acquirendi, ex parte
alterius non adeſt patientia, ſine qua quaſi poſſeſſio
iurium non acquiritur. l. 3. §. dare. ff. de uſufruct. ita
Ripa in d. c. cum eccleſia Sutrina. nu. 40. uerſ. prima
concluſio. de caut. poſ. & propriet.

Et quòd res ita ſeſe habeat exēplo demonſtro: nā
13 ſi Epiſcopus † ſępius apud aliquem nobilem diuerſa-
tus fuerit, non dicetur eſſe in poſſeſſione illius iuris,
l. & hēr. §. hoſpites. ff. de precar. & l. ſi mulieri. ff. qb.
mod. vſusfruct. amit. niſi ex cōiecturis cōſtare poſſit,
quod ex debito illud prætēdebat: vt quia Epiſcopus
tale ius hoſpitandi peteret, tanquam ſibi debitū, ve-
luti ſcribendo literas, vel mittendo nūcios ad domi-
num domus pro parando ſuo hoſpitio, vel dicendo
domino domus, facias debitum tuum, vt bene reci-
piamur, vt decet; aut etiam ex qualitate perſonarū,
vt ſi Epiſcopus ab aliquo plato ſuę diœceſis hoſpitio
fuerit receptus, & ibi receperit pcurationē, & fecerit
viſitationē, licet prætenderet ſe immunē: nam ſi non
demonſtretur, quod iure amicitiæ, & ex gratia fuerit
admiſſus, præſumetur ex iure debito id feciſſe, qa ta-
lia conſueuerunt percipi ex iure debito ab eo, qui eſt
in ipſius Epiſcopi diœceſi, vt & in ſimili rūdit Card.
Zab. in conſ. 38. primo rationes, & iura, col. 2. verſ. 3.
quia quod etiam de puteo, ac venatione dicit Ripa
in d. c. cum Eccleſia Sutrina. nu. 56 verſ. 3. concluſio.

Et generatim, quo ad ſeruitutes ipſas hoc pcedit:
nam licet poſſit præſumi aduerſariū vſum fuiſſe ſer-
uitute ex iure familiaritatis; tamen hoc non pcedit,
14 quando docetur aliqua cauſa, ſeu aliquis titulus † ip-
ſius ſeruitutis: quia tunc ceſſat præſumptio familiari-
tatis, & præſumitur quis poſſediſſe ex titulo præcedē-
ti, l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acq. poſſ.
vbi Bar. Bal. & Ang. ac Pau. Caſt. in l. ſi ex ſtipulatio-
ne. ff. de acq. poſ. vt & not. ſcrib. in l. qui iure. ff. eod. ad
idē reſpōdit Bal. in conſ. 89. D. Tho. Aimarius. col. 1.
nu. 4. verſ. item eſt ad euidentiā præmittendum, vol.
1. quod etiam videtur comprobare Anch. in conſil.
142. clarior, & breuior col. pen. ſub num. 6. verſic. nec
iuuat. cum alijs ad id adductis à Crau. in d. conſ. 226,
nu. 5. verſ. ſupereſt. ut reſpondeamus. vol. 2. & in hanc
eandem ſententiam declarando Fel. dictum in c. cū
M. col. 4. verſ. 3. declaratio. de conſti. deſcendere ui-
detur idem Crau. in d. tract. de antiq. tempo. d. c. vlt.
verſ. ſed contra præmiſſa, nu. 41. cum plur. ſeq.
* Ita * cōmuniter diſtinguunt materiā hanc ſcriben.
in d. c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſ. & propriet.
Inn. nu. 4. in ver. abſuiſſe. Abb. col. 4. nu. 22. verſic. ad-
uerte. Imo. nu. 20. verſ. in gl. in ver. abſuiſſe. & Ripa.
nu. 49. verſ. 3. concluſio per actus, cum plurib. ſeq. ac
ſcriben. in c. bonæ il 2. de poſtul. præla. idē ſenſit Bar.
in d. l. 1. § hoc interdicto. col. 2. nu. 9. ff. de iti. actuque
priuat. qbus accedit Alex. in cōſ. 50 pōderatis verbis
ſtatutorū, col. 2. n. 8. verſ. ad prædicta benefacit. vol. 3.

Secundum requiſitum ad præſcriptionem rerum
incorporaliū, quod ab allegante eſt probandum, eſt
15 bona † fides, quæ in incorporalibus non præſumitur,
niſi probetur, vt inquit Ant. à Bur. in reper. c. peruenit,
col. 7. verſ. circa tertium. de cenſibus Bal in l. 2. nu. 10.
C. de ſerui. & aqua Philip. Franc. in c. 1. nu. 10. verſic.
ſi vero. de præſcript. in 6. ita notant ſcriben. in l. 2. C.
de ſerui. & aqua. idē obſeruauere gl. & Bart. in d. l. ſer-
uitutes. nu. 5. verſ. quæro, quot ſunt neceſſaria. & ibi-
dē Caſtr. nu. 9. verſ. 2. requiritur gl. iisdem, & Bar. in d.
l. 1. §. hoc interdicto, nu. 12. quibus adhæret Abb. in c.
ſi diligenti, col. 5. nu. 18. verſ. venio ad ſecundum. vbi
* communiter ita ſentire ſcriben. aſſerit, & ibidem di-
xere cæteri Canoni. de preſcriptio. & alios allegat, &
* de * communi Doctorum ſententia teſtatur Balb. in
d. tract. de præſcrip. in 2. par. 4. par. prin. q. 1. nu. 10. ver.
* 3. requiritur * communem quoque dicit Aret. in cōſ.
30. viſo themate, & conſultatione col. 2. nu. 2. dub. 2.
16 Sed roget quis, cur tam † variè circa bonam fidem
ſtatutum eſt: vt ea in corporalium præſcriptione prę-
ſumatur, vt in ſuperiori cōcluſione pbauimus ſecus
vero in incorporalibus, ſed ea debeat probari? ea igi-
tur ratio eſt: quoniam huiuſmodi præſcribens ſerui-
tutem habet præſumptionē iuris contra ſe, arg. l. vlt.
17 C. vnde vi. quælibet † enim res præſumitur libera, niſi
de ſeruitute probetur, vt ex l. altius. C. de ſerui. &
aqua.

aqua. ibidem dicit glo. & ſequuti ſunt Cyn. in l. 1. in
4. q. nu. 6. verſ. ecõtra videtur, quod non. C. de ſerui.
& aqua. Bar. in d. l. 1. §. hoc interdicto. num. 12. ff. de
itine. actuque priuato. Abb. in d. c. ſi diligenti, nu. 18.
Pet. de Ancha. in c. ſine poſſeſſione, col. 6. de regu. iu.
lib. 6. Aret. in d. conſ. 30. in 2. dub. nu. 2. & Ioan. Pet.
Ferra. in pract. Pap. in for. actio. confeſ. pro ſerui. in
verſ. ſeruitus aquæductus, num. 23. verſ. circa ſecun-
dum. ad Calca. in conſ. 53. fons oritur, nu. 1.

Primò intelliges ſecũdum iſtud requiſitum, vt ad
præſumendam hanc bonam fidem non exigatur, ꝙ
18 † doceatur de titulo: in incorporalibus enim non eſt
neceſſe, vt ꝓbetur titulus, vt in l. ſi quis diuturno. vbi
ſcrib. ff. ſi ſeru. vẽdi. & no. glo. in d. l. ſeruitutes. & in l.
* 2. C. de ſerui. & aqua. & ibi * omnes ſcrib. glo. etiã in l.
1. §. vlt. in ver. diu. ff. de aqua plu. arc. Bart. quoq; in l.
vlt. ff. quemadm. ſer. amit. ac Inn. in d. c. ſi diligẽti. &
in d. c. de quarta, nu. 2. Pau. Caſt. in d. l. ſeruitutes. nu. 9.
Cæpol. in d. tract. de ſerui. vrba. prædio. c. 20. nu. 6. ver.
ſed nunquid. & Balb. in d. tract. de præſcri. in 2. par. 4.
* par. prin. q. 2. nu. 1. vbi latè id examinat: ac ita * om-
nes ſcrib. ſentire in d. l. ſi quis diuturno. inquit Io. Pet.
Ferra. in d. pract. Pap. in for. actio. confeſ. pro ſerui. in
d. verſ. ſeruitus aquęductus. nu. 21. ver. & quoniam in
ſuperiorib. ſed ſatis eſt aliquid probare, propter quod
iſte motus ſit ad credẽdum ſeruitutem ſibi compete-
re per l. 1. §. ſed & ſi ff. de aqua quoti. & ęſti. & ſatis eſ-
ſet, ſi probaretur, ꝙ fama erat eam ſeruitutem ſibi cõ-
petere, arg. eius, quod obſeruatum eſt in l. 3. C. de ꝓ-
ba. & in l. atqui natura. §. 1. & ibidem glo. ff. de nego.
geſt. cui ſimile eſt, quod no. in c. inquiſitioni. de ſen.
excõmu. & in l. 2. C. ſi ſer. vel lib. ad decu. aſpi. lib. 12.
idem ſi erant ibi ſigna viæ, itineris, aut aquæ, vel alia
veriſimilia, quæ poſſunt adducere ad credulitatem
iſtã, ſic docent Cyn. in d. l. 1. q. 4. nu. 8. verſ. qualiter er-
go probatur. C. de ſerui. & aqua. & Bar. in d. l. 1. §. hoc
interdicto, ſub nu. 9. col. 2. poſt ver. venio ad ſequen-
tem glo. ff. de iti. actuq; priua. & Menoch. in com-
men. retinen. poſſeſ. remed. 5. q. 1. nu. 18. ver. primum.

Hanc tamen intelligentiam limitabis, vt ꝓcedat,
cũ poſſeſſio eſt recens, ſed ſi per longa tempora poſſe
19 derit, præſumetur † bona fides, nec erit probãda in p̃-
ſcriptione ſeruitutis, ar. d. c. primi, de præſcri. in 6. nã
ſi poſſeſſio habita iure reſiſtente præſumitur iuſta ex
diuturnitate tẽporis, vt ex Inno. probat Abb. in d. c. ſi
diligenti, col. 4. nu. 16. hoc tit. noſtro, & in c. conſulta
tionib. nu. 8. de iure patro. ac Alex. in conſ. 110. viſis
acutiſſimis col. 3. nu. 6. vol. 1. & nos alibi tradidimus:
eo magis præſumenda eſt iuſta in caſu noſtro, quod
probatur per d. c. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſ. &
proprie. vbi Sum. Pont. loquitur de poſſeſſione incor
poralium, & de acquirenda quadam ſeruitute in iure
eligendi contra canonicos eccleſiæ cathedralis iure
et reſiſtente, & tamen nõ opus fuit probare bonã fidẽ
quòd etiam ſentit. Inn. in d. c. ſi diligenti, nu. 4. verſ. ſi
autem ſeruitus. dicens [p.ò] propter præſumptionẽ,
quæ eſt contra præſcribentẽ ſeruitutem, ſufficit alle-
gare titulum, ſed nõ eſt neceſſe probare, ſed ſatis eſt,
quod per longum tempus nempè per 10. anno. inter
præſentes, & 20. inter abſentes, contra eccleſiam per
40. anno. fuerit uſus ſeruitute illa domino ſciente, &
nõ contradicente: præſumitur enim inquit Inn. debi-
tũ hoc ius, ſeu ſeruitus ex ea cauſa, quæ prætenditur
præceſſiſſe, l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & l. 1. §.
vlt. ff. de aqua plu. arcen. ita limitat, & declarat Abb.
in d. c. ſi diligenti, col. 5. ſub nu. 19. verſ. ego dico de
præſcriptio. & idem Fel. nu. 4. verſ. in quantum Abb.

Secũdò velim limites, vt illud verum ſit de iure ci-
20 uili, ſecus vero † de iure canonico, quo iure requirĩ
titulus, cum ius commune, vel præſumptio eſt cõtra
præſcribentẽ, vt habemus in d. c. 1. de præſcri. in 6. &
ibi tradit Fran. nu. 9. ver. 2. caſu, & voluit Inn. in d. c. ſi
diligenti, nu. 2. in fi. & ibidem Abb. nu. 20. ver. aduer-
te tamen. quib. adhærent Pau. Caſt. in d. l. ſeruitutes,
poſt nu. 9. verſ. dic ergo, & Cæpo. in d. tract. de ſerui.
vrba. prædio. c. 20. nu. 5.

Iſtud poſtremum ſubintelliges, locũ ſibi vendica-
21 re in præſumptione † vrgenti, non autem in qualibet
alia præſumptione; veluti, ſi epiſcopus exigat grana-
mina ſeruilia à ſubditis: pręſumitur enim, quod timo
re ſubditi illa præſtiterint, non ex debito, & ideo nõ
curret præſcriptio, vt videre eſt ex c. qa cognouimus.
10. q. 3. & ex c. nullus. 1. q. aut ſi charitatis gratia, vel
curialitatis, dũ apud amicũ hoſpitio fuerit acceptus,
iuxta ea, quæ no. in d. c. cum eccleſia Sutrina, de cau.
poſ. & proprie. ſecus vero, quando concurrit modica
præſumptio, vt quia res præſumatur libera: hoc enim
facile tolletur ex alijs cõiecturis, vel ex curſu lõgi tẽ-
poris, arg. d. l. cum de in rem verſo. & d. l. ſi quis diutur
no. ita limitant, & intelligũt Inno. in d. c. ſi diligenti,
nu. 5. uerſ. itẽ no. ubi Abb. ait hæc multa obſeruatio-
ne digna eſſe, col. 5. nu. 20. in fin. cuius dictum aureũ
appellat Fely. in c. de quarta, nu. 40. uer. quomodo au
tem per præſcriptionem, eo. tit. de præſcr. & eundem
refert, & ſequitur in d. c. ſi diligenti, num. 8. in 4. reſtri-
ctione. ſic præterea cenſuit Io. And. in d. c. 1. nu. 2. &
ibidem Philip. Fran. nu. 9. quem uideas; quoniam ma
teriam hãc nimitum, an in præſcriptione requiratur
tit. an ſufficiat bona fides, egregiè per longam ſatis
diſtinctionem declarat a num. 8. uſque ad nu. 12. ad
quos me reijcio, & ibi Geminianum, qui nu. 6. doctè
diſtinguendo docet, quibus in caſibus poſſidens ar-
ctetur probare iuſtitiam poſſeſſionis.

Quod autem ſuperius in prima declaratione ſecũ
di requiſiti ad præſcriptionẽ, dicebamus, in incorpo
ralibus nõ eſſe neceſſe ꝓbare de titulo, uelim primo
22 limites, ut illud locũ habeat in præſcriptione † ſerui-
tutis perſonalis, uel mixtę, ut uſus, & uſusfructus: nam
licet ſit ius incorporale, l. 1. in fi. ff. ad leg. Falci. &
quædã ſeruitus in rebus alienis. l. 1. ff. de uſufr. accre-
ſcen. tamen in probanda horum præſcriptione om-
nino exigitur titulus una cum bona fide ad inſtar im-
mobiliũ, ut eſt caſus inſignis in l. ult. in fi. C. de præ-
ſcrip. long. temp. & in l. ſi ego. §. 1. ff. de publi. ita ꝓ-
tulit Dyn. in c. poſſeſſor, col. pen. uerſ. item nunquid
in præſcribendo uſufructu, de reg. iur. in 6. cui acce-
dunt Philip. Franc. in d. c. 1. nu. 10. in fin. uer. ꝙ tamen
limita. & Abb. in d. c. quarta, nu. 23. uerſ. 2. limita, hoc
tit. noſtro, de pręſcript. ubi Bart. idem ſentientẽ citat
in l. iuſto errore. §. non mutat, nu. 1. ff. de uſucap.

23 Huius limitationis † ratio eſt, quia in his agitur de
magno pręiudicio, cũ uſusfructus dicat̃ pars domi-
nij, l. 3. ff. de uſufr. l. rectè dicimus, cum glo. ff. de uerb.
ſigni. & plenè no. Bar. in l. qui uſumfructũ. ff. de uerb.
obligat. nimirum ſi requiratur titulus, prout in p̃ſcri-
ptione dominij. hęc ratio adducitur a Dyn. in d. c. poſ
ſeſſor, col. pen. in d. uerſ. item nunqd in pręſcribendo
uſufructu. & eã ſequuntur Fran. in d. c. 1. num. 10. ac
Caſtr. in d. l. ſeruitutes, in fin. ff. de ſerui. & Abb. in d. c.
de quarta. d. nu. 27. ver. & eſt ratio, & Balb. ubi ſupra,
nu. 2. ubi latè eam examinat, & aliam adducit, nu. 3.
uerſ. a. ratio. Et hęc etiam ratio eſt, cur in præſcriptio
ne ſeruitutis non aufertur dominium rei, ſed ſubijci-
tur res ſpeciei alicuius ſeruitutis debitæ præſcribenti:
ita cenſuit Dyn. in d. c. poſſeſſor, col. pen. uer. itẽ nun-
quid in præſcribendis rebus incorporalibus, quam ra
tionem comprobauit etiam Cyn. in d. l. 2. in q. 5. nu.
5. C. de ſeru. atque uidetur ſentire Barto. in d. l. ſeruitu
tes, nu. 5. & placuit Abb. in d. c. de quarta, col. pen. nu.
25. uerſ. & circa, & Cępo. in d. tract. de ſerui. urba. pręſ-
dio. c. 20. ſub nu. 6. uerſ. & ratio.

Secundo illud idem de titulo limitabis, ut nõ pro-
24 cedat, ubi agitur † de obliganda, & aſtringenda, pſo-
na ad aliquod ſeruitium. nam tũc propter grauitatẽ,
ſaltem eſt neceſſe, quod allegetur titulus, & ꝓbetur
præſumptiuè per lapſum lõgi temporis: ita declarat
Dy. in

Dy. in d.reg.poſſeſſor.col.pen. verſ. nunquid.auſem. vbi ita intelligendam eſſe ait d. l.cũ de in rem verſo. ff.de vſur.cui adhæret Abb.in d.c.de quarta,nu.28.in col. vlt. verſ.3.limit.

Tertiò limitandum eſt,vt non procedat, quãdo in
25 his iuribus incorporalibus† præſcribitur cõtra eccleſiam: nam tunc licet non requiratur titulus, requiritur tamen tempus 40.ann.vt in c.illud.& in d.cap.de quarta.de præſcrip.ita ſenſere Philip. Franc. in d.c.1. nu.11.verſ.2.limita. de præſcript. in 6.& Abb. in d.c. de quarta,nu.28.verſ.4. limito.

Quartò limitare poteris, vt locum non habeat,quã
26 præſcriptio† eſt contra ius, vt habemus ex ſæpè allegato c.1. de præſcr. in 6. vt etiam tradidit idem Abb. in d.c.de quarta,nu.26.eo.tit.vbi ſubiungit,quod etiã ſi hoc nõ reperiatur ſpecificè cautũ de iure ciuili, tamen idem eſſe eodem iure aſſerit,quia ius Pontificiũ exigit titulũ hoc caſu: tum etiam, quod eſt præſumptio malæ fidei contra poſſidentem, pp reſiſtentiam iuris communis, arg. l. quemadmodum, & quod ibi ſcribit Bar.C.de agri.& cenſ.lib.11. quo caſu ſtãdum eſt in hoc diſpoſitioni iuris canonici ꝓpter peccatũ, vt no.ſcrib.in d.reg.poſſeſſor.& in c.vlt.de præſcript. & per Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccleſ.quam limitationem ex d.c.1.deſumptam duobus modis ampliat,& nouem modis limitat Fel. in d.c. ſi diligenti. à nu.7.verſ.cæterum,vſque ad nu. 12 de præſcrip.

Quintò limitatur,vt non procedat in quaſi poſſeſ-
27 ſore diſcontinuæ† ſeruitutis, qui confeſſoria actione experitur,aut contra agentẽ negatoria ſe tuetur:tunc enim huic aſſerenti, ſe eſſe in hac quaſi poſſeſſione, neceſſe eſt probare,quo iure, & cauſa eam quaſi poſſeſſionem acquiſierit:nec ipſa quaſi poſſeſſio ſufficit, quod probatur ex tex.l.2.ff. ſi ſeru.ven.& ſenſit Bart. in d.l.1.§.hoc interdicto,nu.7.ff.de itin.actuq; priua. & voluere Iaſ.in l.ſi prius.nu.33.ff.de oper. nou.nũc. Cæp.in d.tractat.de ſeruit.ruſti.prædio.cap.1. ad fi.& Duare.lib.1.diſpu.anniuer. c.34.

28 Huius limitationis ea videtur † eſſe ratio, quia vbi iſte quaſi poſſeſſor cõfeſſoria agit, aduerſarius dominium probat; quo probato extinguitur omne cõmodum quaſi poſſeſſionis:ob id actor iſte, vt ſuam quaſi poſſeſſionem,& ſeruitutem tueatur, eã aliquo titulo ſibi conſtitutam probare debet, ita ſcribit Menoch. in comment.retinen.poſſeſ. remed. 5. q.3.nu.41.vbi hæc ad praxim trahit.

Sublimitatur limitatio hæc,vt locũ ſibi non vẽdi-
29 cet,cum hic† quaſi poſſeſſor antiquam,& longeuam poſſeſſionem probat. Etenim, vt aliàs dicebamus,
* *communis eſt, & vera prudentum ſententia longo
30 vſu† ſeruitutem acquiri ſine titulo,cum tituli locum longæuus vſus obtineat; quod mihi probat d.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.vẽd.l.apparet.§.ſi qs.ff.de itin.actuque priua.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot. & æſti.l.1.§.vlt.de aqua plu.arc. & l.1. vol.2.C.de ſer. & aqua.lex enim pſumit ex longo hoc vſu iure impoſitã eſſe ſeruitutẽ: iccirco non eſt neceſſe de titulo docere, vt nõnulli tradidere relati à Menoch. in d.q. 3.n.43.verſ. declarat hic caſus: ibiq; id ſtrenuè tuetur aduerſus Duarenũ, & Coraſiũ aliter hoc in caſu opinãtes:differẽs egregiè de intellectu d.l.ſi qs diuturno.

Secundo loco principaliter limitabis,& intelliges ſecundum requiſitum, ad probandam præſcriptionẽ incorporaliũ, nẽpè dum dicebamus in his incorporalibus non præſumi bonam fidem, ſed illam debere probari,limitabis, inquam,vt nõ procedat in probã-
31 da libertate† ſeruitutis, quæ tunc præſumitur nec ꝓbãda eſt.Nõ requirit enim hoc caſu in præſcriptione libertatis bona fides,ſicut in præſcribẽda ſeruitute diximus: licet ſecus videatur de iure canonico, ob generalẽ regulã.c. vlt.de præſcrip.vbi Inno. 3.ſynodali concilio definiuit, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio ,tàm canonicã, quàm ciuilis:idẽ ſtatuit Alex.III.in c.vigilanti.eo.tit de iure ciuili,tamen ſecus eſt, vt de hoc caſus eſt clarus in l.ſequit. §.ſi viã. ff.de vſucap.ex eo,quod lex ciuilis conſiderat ſolam negligentiam non vtentis,vt ibi not. ſcribẽtes, quod etiam obſeruauere Bar.in l.hæc autẽ iura.ff.de ſerui. vrb.prædio.& Bal.in l.ſicut, col.2.nu. 10. verſ.in gl.4. C.de præſcr.30. vel 40. ann. tamen de iure canonico libertas ſeruitutis tàm ruſticæ,quàm vrbanæ, nõ põt præſcribi cum mala fide:ſic determinat Ant. à Butr. in repet.c.peruenit.col.26. de cenſi. vbi concludit,ꝙ quamuis de iure ciuili libertas ſeruitutis præſcribatur cum mala fide;tamen de iure canonico exigitur bona fides, per id, quod generatim ſtatutum eſt in d.c. vlt.& ibi latè impugnat opinionẽ Bart. in d.§.ſi viã; & in d.l.hæc autẽ iura, dum diſtinguit,an requiratur poſſeſſio ex parte præſcribẽtis.vel non, vt mala fides
* noceat:quam omnes* communi cõſenſu Canoniſtæ improbant,in d. c. vlt. hancque opinionem verã te-
* nendam eſſe in conſulendo,& iudicando ex* cõmuni Doct.ſententia,in d.c.vlt.tradit Balb.in d.tract.de præſcrip.in 3.par.4.par.prin.q.3.nu.5.vbi Caſtr.cõtra ſententem in d.l.ſequitur. §.ſi viam.ff.de vſucap.refert.cuiuſque dicta,& fundamẽta refellit, & propria confirmat,vbi ibi latè per eum:hoc idem confirmat, quod ſcripſit Gabr.in ſuis commun.concluſ.3.nu.14. verſ.6.limita. cum nu.ſeq.de præſcript.lib.5.

32 Quod autem in præſcribenda † libertate ſeruitutis præſumatur bona fides dixit apertè Abb.in d. cap. ſi diligenti.col.5.nu.21.verſ. 2. caſu principali. hoc tit.
* noſtro de præſcript.vbi* cõmuniter ſic teneri aſſeruit, quod probauit,& Imo.in d.c.vlt.col.6.nu. 15.verſ. & hæc iura,& col. 12.num.23.verſ. & adde in quantum tetigi, de præſcript.

33 Et id præter authoritates † confirmo & ratione: nã hic libertatem ſeruitutis præſcribens habet iuris præſumptionem pro ſe: debuit enim credere rẽm eſſe talem,qualis naturaliter eſſe debet, & ſic liberam. d.l. altius.C.de ſerui.& aqua. ita inquit Abb. in c. ſi diligenti,d.nu.21.& Imo.in d.c.vlt.d.nu. 15 & 23.

Hoc idẽ ampliatur, vt procedat t[illegible] præſcriptio-
34 ne libertatis† vrbanæ,quam ruſtica[illegible] cum ſit eadẽ ratio in vtraq; ,nempè,quòd quælibet [illegible] præſumatur libera,vt diximus:ergo idem videtur ſtatuendũ, arg. l. illud.ff.ad leg. Aquil.& c.2 de tranſlat. prælat. & c.trãſlatio.de conſti.licet quo ad alia inter vtranq; ſit ali-
35 quod† diſcrimen: nam in præſcribenda libertate ſeruitutis urbanæ requiritur factũ hominis: exẽpli gratia,ſi ædes tuæ ædibus meis ſeruiant, ne altius tollantur, vel luminibus edium meatum officiatur, & ego feneſtras meas præfixas,& clauſas habuero,ita demũ ius meum amitto, ſi ſuper hoc tẽpus ædes tuas altius ſublatas habueris: ſecus eſt in præſcribenda libertate ſeruitutis ruſticæ, in qua non requiritur factũ hominis,ſed ſolum negligentia non vtentis,vnde ſi habes ſeruitutem eundi per fundum meum,& per multum temporis ſpatium hac ſeruitute vſus non fuiſti,illam amittis, & ego acquiro ſine aliquo facto meo libertatem in fundo meo, ut probatur in d. l. hæc autem. ff. de ſerui.vrba.prædio. & in d. l. ſequitur.§.ſi viam, cum.§.ſeq.ff.de vſucap.ita tradunt Abb.in d.cap.vlt. col.2.nu.8.& ibidem Imo.d.n.23.de præſcrip.de quo tamẽ vide Balb.ubi ſupra nu.7.verſ. Bart.uero.Cuius
36 ratio† eſt,quoniam ſeruitutes urbanę nobiliores ſunt ruſticis,& intereſt magis reipublicę, quod ſeruentur: ideo difficilius præſcribuntur: ita concludit Bart. reprobata gl.ratione,in uer tuas,in d.l.hęc autem iura. in fi. ff.de ſerui.urba. prędio.

Iſtud etiam intelliges,quod licet in hoc præſumatur
37 bona fides:tñ† ex aduerſo poterit probari mala fides, uel ex fama; uel qa dixit extra iudiciũ, uel aliud qd pñã,de quo p Bart. in l. Celſus.ff.de uſucap. ut author eſt Abb.in d.c.ſi diligenti,col.5.nu.21.quẽ referendo ſequitur idẽ Balb.vbi ſupra,d.q.3. n.4.uerſ.pot tamẽ.

Tertium

Tertiũ eſt,quod ab eo,qui præſcriptione incorpo-
ralium ſe tuetur, eſt probandum , vt probet ſe vſum
38 fuiſſe ſeruitute† ſciẽte,& patiente aduerſario, vt ſan-
citum eſt in d.l.2.vbi gl.in verbo, ſciente, & Bart.nu.
8.verſ.oppo.ac Bal.colum.3.in fin.num.12.&c.C. de
ſeruitut.& aqua.& idem reſpõdit Pomp.in l.quoties.
la 1.§.vlt.& Iabole.in l.quoties,la ſecunda. ff. de ſer-
uitu.ad idem extat optimus tex.in l.ſi à te emero.ff.ſi
ſeruitu.vendi.ſic etiam tradidere Inn. in d.c.de quar-
ta.nu.2.& ibidem Abb colum.vlt.num. 29.verſic. 2.
* principaliter vbi ait id * cõmuniter ſentire Legiſtas,
& Canoniſtas idem Inn.in c.bonæ,il 2.col. 1.ſub nu.
1.verſ.item de illo,de poſtula. prælat. & in c.conque-
rente,col.3.ſub nu.2.verſ.itẽ poſtquã, de offic.ordin.
& in c.2.col.4.ſub nu.4. verſ.item ſi dicas.de reſtit.in
integ.idẽ voluit Bar.in d.l.1.§.hoc interdicto, col.2.
nu.10.verſ.vlterius quæro, vtrũ habeant. ff. de itine.
actuq; priua.cui accedit Abb.in d. c. cũ Eccleſia Su-
46 *Procurator contumax, pro conſentiente habetur.*
47 *Tacens dolo, vel fraude in ſui præiudicium videtur conſentire.*
48 *Præſens, & tacens, fauore perſonarum priuilegiatarum conſentire videtur.*
49 *Prǽſens actus, cui contradicere, vel conſentire debet, ſi taceat conſentire videtur.*
50 *Tacens longo tempore prǽſumitur conſentire.*
51 *Conſenſus ex prǽſentia, & taciturnitate, etiam in prǽiudicialibus inducitur, quando vltra iſta interuenit alius actus.*
52 *Conſentire quis prǽſumitur, etiam in prǽiudicialibus, quando adſunt coniunctǽ perſonǽ.*

1 Præſentia † & ſcientia faciunt, vt conſenſus præſumatur. l. qui tacet, vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur. c. is, qui tacet, vbi glo. Dyn. & Io. And. de reg. iur. in 6. glo. in l. quo enim. vbi Bar. ff. rem rat. hab. quæ dicit, quod præſentem eſſe, & nõ contradicere, conſentire eſt, quã ad id adducunt Lauren. Silua. in tract. de feud. recognit. q. 1. nu. 16. l. prima. §. magiſtrum, ibi cęterum ſi ſcit. ff. de exercitor. actione. l. 1. vbi Aret. C. de errore aduocat. gl. & DD. in c. Cumana, in verb. proteſtatione, de elect. gl. 1. in l. ſi fideiuſſor, in verb. recuſare. ff. qui ſatiſd. cog. gl. in l. fi. §. ſi prædixerat. ff. nau. cau. ſtabul. Ang. & Rom. in d. l. ſi fideiuſſor. Fulg. conſ. 217. viſo exemplo ſententiæ. num. 2. Rebuff. in tract. de decimis. nu. 36. q. 5. & in tract. nominationum. q. 14. nu. 170. Alex. cõſ. 130. nu. 19. vol. 4. Cãphal. conſ. 228. num. 8. vbi alleg. l. qui patitur & l. ſi remunerandi. §. qui paſſus. ff. manda. Burſ. conſ. 2. nu. 54. vbi dicit, quod præſens contractui ſuper re ſua, & non contradicens, præſumitur conſentire, ſibiq; præiudicat, adducit Bart. in fi. C. de remiſ. pig. Hoc etiã tenuit Illuſtr. Card. Alba. in addit. ſuis ad Bart. in d. l. qui patitur, & in d. l. ſi remunerandi. ff. mand. Pariſ. cõſ. 65. nu. 19. vol. 4. Cuma. conſ. 143. Ser. Petrus Maſſar. nu. 2. vbi adducit not. in l. Caius. ff. de pignora. act. Nat. cõſ. 167. nu. 9. vol. 3. vbi inquit, quod in actu, in quo requiritur conſenſus, vel diſſenſus, præſens, & tacens pſumitur conſentire. adducit. l. de ætate. § qui tacuit. ff. de interrog. actioni. c. 2. de cõfeſ. in 6. c. 2. de accuſ. eo. lib. 6. Iaſ. in l. patre furioſo. col. pen. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. idẽ tenẽt Iacob. Mandel. cõſ. 12. n. 5. Iac. Nig. in l. 1. nu. 79. cum ſeq. ff. de verb. obl. Inn. in c. veſtra, & ibi Abb. in fi. de locat. Fed. de Sen. cõſ. 17. & Arch. in c. pronunciandum, de conſecr. diſt. 3. Ant. Butr. in c. cum oẽs. de conſt. & in c. quæ in eccleſ. eo. tit. Abb in c. nonne. de præſump.
* Alex. in l. ſæpe. ff. de re iudic. Bart. & * communiter cæteri in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. Fel. in d. c. nonne. nu. 19. Benedict. Capra hanc eandem concluſionem ponit, reg. 56. num. 40.

Colligitur ex hac concluſione, primò prǽſentiam,
2 & patientiam † domini in iudicio, inducere mandati præſumptionem. Inn. in c. ex par. decani, de reſcrip. vbi Fel. nu. 5. Bal. in l. 1. vbi etiam glo. notab. ff. de negot. geſt. Iac. Nig. in d. l. 1. nu. 82. verſ. 4. pro iſto intellectu. ff. de verb. oblig. vbi hanc opinionem Innocẽ-
* tij dicit * communiter eſſe receptam. Bal. in l. 1 C. de errore aduocat. & ibi etiam Aret. Fel. in c. fraternitatis. col. 5. de teſtib. Bart. in d. l. ſæpe. ff. de re iud. Rebuf. in tract. nominationum. q. 14. num. 70. allegat Alex.
3 conſ. 157. nu. 10. vol. 2. qui dicit, quòd ſi quis † gerat ſe pro locumtenente, ſciente, & patiente ſuperiore, prǽſumitur habere commiſſionem, & mandatum, ſed tamen loquitur de ſcientia, & patientia, non autem de præſentia, quæ plus etiam operatur, & firmiorem inducit mandati præſumptionem, vt inquit idem Alex. d. l. ſæpe. nu. 93. ff. de re iudic. vbi declarat dictum Innocentij in d. c. ex parte. Innocent. etenim voluit generaliter ex ſcientia, & patientia præſumi mandatũ. Alex. autem oſtendit regulam hanc non vſquequaquę veram eſſe; ſed paucis tantum caſibus locum obtinere, inter quos hic recenſetur, cum vltra ſciẽtiam, & patientiam, interuenit præſentia. alleg. Guidonem de Suzaria, in l. licet. C. de procura. Io. Andr. in capit. 1. de ſpon. impuber. in 6. & Bart. in d. l. quo enim, qui conſtituunt maximam differentiam inter præſentiã, & patiẽtiam, & abſentiam: ex prioribus etenim qua-
4 litatibus † firmior inducitur præſumptio, vt nos etiã aliquantulum attigimus ſupra in concluſione mandatum. Idem voluit Afflict. deciſ. 308. nu. 6. verſ. 2. adducitur, vbi plures allegat.

Declarandum tamen, ideſt, vt procedat, quando præſentia interuenit in iudicio: tunc enim verum eſt
5 ex præſentia præſumi mandatum, ſecus † ſi extra iudicium, quemadmodum ex ſententia Guidonis Suzarij tradit Alex. in d. l. ſæpe. nu. 93. Ad quæ omnino, vide quæ diximus in d. concluſione mandatum.

6 Colligitur ſecundò, quòd ſi quis præſens ſit † quando proteſtatio fit à parte, prǽſumitur conſentire, & ſibi præiudicat. ita inquit Alex. in conſ. 130 nu. 16. vol. 4. per id, quod volunt gl. & DD. in c. Cumana. in verſ. proteſtatione, de elect. gl. 1. in l. ſi fideiuſſor, in verb. recuſare. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Ang. & Rom. gl. in l. fi. §. ſi prædixerat. ff. nau. caup. ſtab. &c.

Colligitur tertiò, quod ſi quis habeat ius in benefi-
7 cio; & eo præſente, & tacente † id alteri conferatur, collatio valida eſt, quia præſens, & tacens prǽſumitur iuri ſuo renunciare. ita decidit Tancred. quẽ allegant Præpoſitus, & Archid. in c. ſi ſeruus. 54. diſt. Imol. in c. ex ore. col. 7. vbi etiam D. Bened. col. fi. de his, quæ fiunt à maio. par. ca. & hanc opinionem veriorem,
* & * communiorem dicit Pariſ. conſ. 76. nu. 14. vol. 4.

8 Colligitur quartò, qui habet ius † in feudo, ſi eo præſente dominus id alteri concedat, nec contradicat is, qui ius habere putat, præſumitur conſentire conceſſioni. §. præterea, vbi gl. in verſ. regreſſum. titu. quibus mod. feud. amittat. in vſib. feud. quod ab omnibus approbari dicunt Bal. Iſer. Aluar. & Præpoſ. quos refert, comprobatq; Pariſ. d. conſ. 76. nu. 15.

9 Colligitur quintò, quòd generaliter † qui habet ius ad rem, ſi eo præſente, & non contradicente, id ius in alterum transferatur, videtur tacitè renunciare, vt ait ipſemet Pariſ. d. conſ. 76. per notata in c. ex literis. de præſumpt. & in c. ex ore, vbi glo. & DD. Abb. Card. Imo. & D. Benedict. de his quæ fiunt à maior. par. c. cum pluribus alijs, quos alleg. ipſe Pariſ. qui ab eo facilè peti poſſunt.

10 Colligitur ſexto, ꝙ ſi quis † fideiubeat pro Titio,
qui habeat declinandi fori priuilegium, fideiuſſor au
tem proteſtetur, quòd non debeat illo priuilegio vti,
ſi tacet conſentire præſumitur, & deinde priuilegio
illo vti non poteſt glo. in l. ſi fideiuſſor, vbi Iaſ. ff. qui
ſatiſd. cog. Alex. in d. l. ſæpè, col. 9. Iac. Nig. in d. l. 1.
nu. 52. verſ. ſecundo per Bart. ff. de verb. oblig.
11 Colligitur ſeptimo, ꝙ † pater præſens, & tacens fi-
lio aſſumente officium publicum, videtur cõſentire,
& pro illo fideiubere. l. 2. cum ſimil. ff. ad municip.
Bar. in l. 2. §. filium, & in l. Lucius. §. idem reſpondit,
eod. tit. Azo. in ſumma, C. eod. col. 2. verſ. quid au-
tem ſi filius, & verſ. ſi autem DD. per illum tex. in l.
1. quod cum eo, Iaſ. in d. l. quæ dotis, nu. 82.
12 Id tamen declarãdum eſt, vt procedat † in officio
publico authoritate, & adminiſtratione, ſecus in offi
cio publico tantũ authoritate, adminiſtratione vero
13 priuato, quemadmodum eſt tutela: nam pater † præ-
ſens filio aſſumenti tutelam, vel curam non præſumi
tur cõſentire, adeo vt videatur fideiubere, l. ſi filius, in
fi. ff. de tutel. l. Lucius. ff. de admin. tut. glo. & Bart. in
d. l. 2. glo. & alij, in d. l. 1. C. quòd cum eo. Alex. in d. l.
quæ dotis, nu. 82. Pariſ. conſ. 93. num. 14. vol. 1.
Colligitur octauo ex hac eadem concluſione,
quòd licet Epiſcopus, vel capitulum non poſſint ali-
14 quid ſtatuere in ignorantes: tamen † ſi ſint præſentes
videntur conſentire, ita inquit Pariſ. conſ. 90. num. 5.
vol. 4. adducit Imol. in cap. veſtra, de loca. & in cap.
cum omnes, vbi etiam Butrius, de conſt. tuto. Fe-
deric. de Sen. conſ. 17. Archid. in dict. c. pronuncian-
dum, de conſecratione diſtinct. 3. Abb. in c. 2. de fe-
rijs, & conſ. 72. in negocio, vol. 1. Ioan. Andr. & Butr.
in d. c. veſtra, de loca.
Colligitur nono, quòd ſi canonicus exigat affi-
ctus, & redditus præſente Maſſario capituli, & non
15 contradicente, † Maſſarius præſumitur conſentire.
ita reſpondit idem Pariſ. conſ. 32. num. 28. eod. vol. 4.
adducit not. in d. l. quæ dotis. ff. ſol. matr.
Colligitur decimo ex hac eadẽ concluſione, quòd
16 ſi pars præſens † ſit & non contradicat, quando ꝓdu
citur articulus ſiue punctus etiam malè formatus,
præſumitur illum approbare. ita reſpondit, pluries
allegatus Pariſ. conſ. 132. nu. 26. volu. 4. vbi adducit
Bart. in l. 1. C. quan. lic. ab empt. diſced. cum plurib.
alijs, quos apud ipſum videre potes.
Colligitur vndecimo, ꝙ quando relatio fit parti-
17 bus præſentibus, & non contradicentibus † præſu-
muntur illam approbare, vt voluit idem Pariſ. in
alleg. conſil. 132. in fin. vbi ad id adducit Innoc. Io.
And. in c. intimaſti, extra de appellat.
Colligitur duodecimo, & pendet ex hac eadem
concluſione, id quòd voluit Socyn. iun. conſ. 82. nu.
13. volu. 3. vbi quidam Baroni cuipiam abſenti cri-
men appoſuerat, deinde vero, cum eſſent coram Re-
ge, & Baro, & is, qui in eius contumeliam verba pro-
tulerat, Rex ait. *Il Barone hà parlato chiaro, mettendo*
ciaſcuno, che haueſſe parlato in pregiuditio dell'honor ſuo.
Dixit ergo Socyn. quòd Baro, ex eo, quòd præſens
18 fuit: & non contradixerit, videtur † ipſe ea verba
iterum protuliſſe, & comprobaſſe per regulam, quæ
dicit, tacentem conſentire præſumi.
Colligitur tertiodecimo, ꝙ hæres præſens, quando
teſtator diſponit de rebus ipſius hæredis, & non con-
19 tradicens † præſumitur conſentire, ita per quam co-
pioſè oſtendit Pariſ. conſ. 2. nu. 33. & paſſim, volu. 3.
poſt Bal. in l. 1. in 2. quæſtione. C. commodati. Iaſ. in
l. ſi quando. §. & generaliter. num. 7. C. de inoffic. te-
ſtam. Qua de re tamen vide eundem Iaſ. in l. ſi fun-
dum per fideicommiſſum ff. de leg. primo.
Colligitur quartodecimo, ꝙ ſi clericus prorogat
iuriſdictionem iudicis non ſui, præſente Epiſcopo, &
20 non contradicente, † videtur Epiſcopus conſentire,
ita determinat Iaſ. in dicta lege, quæ dotis. adducit
Abb. in capitu. ſignificaſti. de foro competenti.
Colligitur quintodecimo, quòd ſi quis ſubmittat
ſe iuriſdictioni iudicis non ſui iudice illo præſente, is
21 iudex † præſumitur acceptare, adeo quòd non po-
teſt deinde ſubmittentem pœnitere, ita ſingulariter
determinat Abb. in d. cap. ſignificaſti, num. 3. de foro
compet. argum. illius. cap. facit ad id, quòd tradunt
Ioan. And. But. & alij in c. cũ P. & G. de offic. deleg.
vbi dicunt, quòd ſi duo prorogant iuriſdictionem de
loco ad locum, puta duo Papienſes prorogant iuriſ-
dictionem iudicis Mediolanenſis præſente Iudice
Mediolanenſi, & tacente, præſumitur conſenſus il-
lius iudicis, quos refert Iaſ. in d. l. quæ dotis.
Colligitur ſextodecimo, quòd ſi quis cognoſcit de
cauſa feudali præſente, & patiente domino feudi, ꝑ-
22 ſumit † dominus cõſentire. Andreas de Iſernia in c.
Imperialẽ. §. præterea ducatus. de ꝓhibita feudi alie-
natione, quem refert Iaſ. in d. l. quæ dotis, & ad iſtas
tres illationes facit, quòd dicitur factum de cõſcien-
tia iudicis id, quod eſt factum iudice præſente, licet
tacẽte, ita no. Bal. in l. omnium, circa fi. C. de teſtam.
per illum tex. in verbo, conſcientiam. iuncto verſ.
Hæc ſanè, quem per omnia approbat Iaſ. vbi ſup.
Colligitur decimo ſeptimo, ꝙ ſi vaſſallus alienat
feudum domino directo ſciente, & patiente, domi-
23 nus † videtur conſentire. glo. nota b. in c. 1. verſ. per-
miſſione de prohib. feu. alien. per Lotar. quam ibi
probat Bal. Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 88.
Colligitȓ decimooctauo, ꝙ ſi in vniuerſitate, colle
gio, ſenatu, capitulo, aut quapiam re huiuſmodi, ali-
quid tractetur, ſcientes, & præſentes, etiam ſi nihil di-
24 cant † conſentire præſumuntur. Quapropter ſi in ali-
quo capitulo collegiovè aliquid damnoſũ reipubli-
cę, aut alioquin turpe deliberatur, tacẽtes præſenteſq;
ita tenentur pœna delicti, ac ſi cõſentirent Abb. poſt
Innocen. in c. 1. de his, quæ fiunt à maio. par. Capit. &
in c. 2. col. vlt. de his, quæ fiunt à Præla. ſine conſenſu
Capit. Alber. pulchrè in l. poſtliminium. §. fin. ff. de
capt. & poſtlimin. reuer. & tradit quam latiſſimè
Cæph. conſ. 120. volu. 1. Pariſ. conſ. 76. nu. 11. volu. 4.
Menoc. conſ. 58. nu 65.
25 Id tamen intelligendum eſt, vt procedat † in his,
qui ſunt vocati ad concilium, & ſunt pares, omneſq;
æquales, ac æque principales, & vt vniuerſi, non autẽ
vt ſinguli conſentire debent; ſecus autem contra,
nam expreſſus ſingularisque omnium conſenſus re-
quiritur. ita declarat eleganter Cæphal. d. conſ. 120.
& Pariſ dic. conſ. 76. ac Menoch. in add. conſ. 58.
apud quos videre nullo negocio poteris.
Colligitur decimonono, quòd arbitrator electus
26 ipſo præſente, & tacente † videtur conſentire, Specu.
in tit. de arbitris. §. ſequitur. verſ. ſed nunquid arbitra-
tor. Contrarium tamen tenet ibi Ioan. And. quem
ſequitur Imol. in c. quintauallis, in 19. c. inter arbi-
trium, & arbitratorem, de iureiuran. quorum ſenten-
tiæ accedit Alex. in d. l. quæ dotis. col. pen.
Colligitur vigeſimo, ꝙ ſi me præſente, & non con-
tradicente, alienetur res mihi, vel pignori, vel alio
27 quouis modo obligata. præſumitur pignoris † remiſ-
ſio, & cõſenſus alienãdi præſtitus debitori, ita in fiſco
reſpondent Imperatores in l. ſi hypothecas. C. de re-
miſ. pign. ſi hypothecas, inquiunt, fiſco diſtrahente
creditores ſilentio tradiderunt negotium, palam eſt
actionẽ eos ſuã amiſiſſe, quam in rem habebãt, nam
fiſcalis Haſtæ fides facilè conuelli non debet. Sed
Capra ſupracitato loco id generaliter locũ obtinere
contendit, non ſolum in cauſis fiſci: ſed & in cæteris
ſimilibus. argum. l. fideliter, la ſeconda. §. pater. ff. de
pignorib. glo. in l. Caius. ff. de pignora. actio. & in l.
ſæpè de re iud. & in d. l. fideiuſ. Quod tamen locũ ha
bet, quando diſtrahitur res mihi obligata, ſecus ſi
diſtraheretur res mea, vt ibi per Capram nu. 14.
Plures alias illationes colligere potes per te ex ijs,
quæ

quæ tradunt ſupracitati DD. in locis alleg.
Ampliatur iſta concluſio, vt procedat etiam quan
28 do ſpecialis † renunciatio requiritur à lege. Nā tunc
etiam per preſentiam, & patientiam, inducitur renū-
ciatio ſpecialis. ita ſingulariter dicit Ang. in l. ſi fide-
iuſſor. nu. 3. verſ. in textu ibi, prædicendū. ff. qui ſatiſd.
cog. vbi quęritur, an ſi detur fideiuſſor, qui habeat de-
clinādi fori priuilegium, & proteſtatio fiat, quod nō
debeat illo priuilegio vti, ſi taceat renunciaſſe præſu
mitur, & tamen requiritur renunciatio ſpecialis, idē
tradit Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 89. vbi adducit Aret. in
c. tuis. 8. col. ad finem, de teſtibus.
Limitatur prima iſta concluſio, vt procedat, quan
do quis actum, qui gerebatur impedire poterat ſecus
29 ſi non poterat † impedire quominus id perficeretur,
quia tunc non præſumitur conſentire, ita eleganter
declarat Macer. in l. ſæpè. ff. de re iudi. vbi dicit, quod
ſi ex duobus hæredibus debitoris alter tantum con-
demnatur alteri integra remanet defenſio, quoniam
actionem creditoris, & ſententiam impedire non po
terat: ſi autē creditorem, qui poſterius mea hypothe-
ca, ius habeat, agere permittat quis conſentire vide-
tur, quia contradicendo impedire poterat, ne ageret.
gl. in l. fideiuſſor. §. paterni verb. manifeſtum. ff. de pi
gnorib. & in c. 2. in ver. tacuerit, ad fi. 27. diſtinctio cū
alijs adductis per Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 76. & 95. ff.
ſol. matr. Idq; * communiter teneri teſtatur Capra in
loco ſupra alleg. nu. 47. Fel. in c. nonne. nu. 11. de præ-
ſumpt. Parif. conſ. 93. nu. 45. vol. 1.
30 Limitatur ſecundò, vt procedat † concluſio, quan-
do agitur de præiudicio iuris realis: ſecus vbi agitur
de præiudicio iuris perſonalis. l. filiusfam. §. inuitus.
ff. de procur. Bal. in l. inuitus, & ibi etiam Caſtr. C. de
procur. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. ſe-
quitur. verſ. ſed nunquid arbitrator, cum alijs addu-
ctis per Iaſ. in d. l. quæ dotis. idem tenent ibi Alexan.
poſt Bart. & Mandel. Albenſ. conſ. 12. nu. 5. Parif. d.
conſ. 93. nu. 46. vol. 1. adducit l. pen. ff. de furt. Cæph.
conſ. 110. nu. 14. vol. 1. vbi adducit Ruin. in l. 2. col. 2.
propè fi. ff. de leg. 1. & generaliter regula fallit, quan-
31 do agitur † de præiudicio non modico, vt ſenſit Pa-
rif. d. conſ. 93. & tradidit Iaſ. in d. l. quæ dotis, & ante
32 eum. Bart. & Alex. Nam in modico præiudicio † con
ſenſus præſumitur ex ſola taciturnitate. l. cum Tube-
ronis. §. ſunt quidam. ff. de pecu. l. Sabinus. ff. commu
ni diuid. l. Labeo, cum glo. ff. de acq plu. arcen. l. qui
bona. §. ſi quis iuſſus. ff. de dam. infect. Hæcq; * com-
muniter omnia teneri teſtatur. Capra in ſupracitata
concluſ. 21. & hanc limitationem tradidit etiā Berō.
conſ. 109. nu. 30. vol. 1. Abb. conſ. 46. factum ſic pro-
ponitur. nu. 7. vol. 2.
Limitat̃ tertiò cōcluſio, vt nō procedat, qn̄ quis eſ-
33 ſet præſens † actui, cuius tutio ad ipſum cura ſolici-
tudineq. pertinet. Nā vt ait Paul. in l. 3. ff. de auct. tut.
authorē fieri aliquē tunc dicimus, cū expreſsè dicit,
declarat volūtatē ſuā. Hoc dicit Bar. in d. l. quæ dotis,
nu. 23. verſ. in 4. caſu, qn̄ reſpicit. Cuius ſn̄iam cōpro-
bat. ibi Alc n. 28. verſ. cir. quartū membrū. ibique Iaſ.
nu. 101. faciunt ea, quæ voluit Abb. conſ. 40. Factum
ſic ꝓponitur. nu. 6. vol. 2. vbi dicit, ꝙ prohibitus dona
re ſine cōſēſu alicuius, ad hoc, vt donatio valeat, ex-
preſſus illius conſenſus requirit̃, ꝙ conſiliū Abbatis
mēdosè Iaſ. allegat. in d. l. q̃ dotis, pro cōſ. 147. & de-
mū id * cōiter eſſe receptū teſtat̃ Cap. ſupracita. loco
34 nu. 54. & gn̄raliter, vbi à iure expreſſus cōſenſus † req-
ritur pſ̃entia, & taciturnitas nō inducit cōſenſū, ut tra
dit Cap. ibi n. 45. et n. 57. & latè Iaſ. ĩ d. l. q̃ dotis, n. 105
Limitatur quartò, vt non procedat in teſte, qui nō
iuratus præſente parte teſtificatur. Nō enim pars prę
35 ſens † conſentire præſumitur, vt iniuratus deponat,
ita tradit Iaſ. in d. l. quæ dotis adducit Ioā. And. in c.
nuper, de teſtib. & de * communi opinione teſtatur
Fel. in c. tuis quæſt. nu. 2. verſ. ſed vltra Doctor. q̃ritur.

Limitatur quintò concluſio, vt non procedat, quā-
do is, qui eſſet præſens, nō intelligeret: nam ita demū
36 ex præſentia conſenſus præſumitur, ſi † intelligentia
concurrat. Quomodo. n. conſentire poteſt, qui nō in-
telligit id, de quo agitur. l. coram. ff. de verb. ſig. l. diē
proferre. §. coram. ff. de arbit. & ibi Bart. dicit, quòd ſi
teſtis dicat Titium fuiſſe præſentem, & alius teſtis di-
cat non fuiſſe, nō ſunt contrarij: nam prior intelligit
de præſentia corporea, alius verò de præſentia men-
tali, & vt ita dicam intelligentiali. Quod dictū refert,
& probat Cor. conſ. 160. nu. 7. vol. 2. & conſ. 309. nu.
8. vol. 4. vbi dicit, quòd præſentia naturalis requirit
tantum corporalem præſentiam. at præſentia ciuilis,
& corporalem, & mentalē aſſiſtentiam requirit. add.
Bart. Ang. Imo. in l. heredes palam, in prin. ff. de teſta.
& Bar. in l. 1. in fi. ff. de auct. tut. Idem tenet ipſe Cor.
conſ. 200. in prin. vol. 1. conſ. 105. nu. 15. vol. 3. Qua-
37 propter ſi teſtis dicat † Titium puta præſentem fuiſ-
ſe non probat eum intellexiſſe. l. 1. §. tutor, ſi inuitus,
& ꝙ ibi voluit Bart. ff. de auctor. tut. not. gl. & DD. in
c. præſentium, in verſ. interrogatoria, de teſti. in 6. Bal.
& Ang. in d. l. hæredes palā. Bal. in l. 1. ad fi. C. de bon.
poſſ. ſec. tab. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Alex.
conſ. 73. nō puto hunc notarium. col. 1. nu. 1. verſ. pō-
dero. etiam vol. 1. vbi poſt Bart. in d. l. 1. dicit, ꝙ teſtis
deponere debet Titium fuiſſe præſentē, & audiuiſſe.
Sublimitanda eſt hæc quinta limitatio, & intelli-
38 genda, vt nō procedat, cum aliquis † de ſui ipſius, nō
etiam tertij præſentia deponit: ita loquutus eſt Bar. in
d. l. 1. §. vlt. ff. de auth. tut. ubi inquit, quod ſi teſtis di-
cat, ſe præſentem fuiſſe præſumi, & intelligentem; ſe-
cus ſubdit. ibid. Bar. ſi alium præſentem fuiſſe depo-
neret; quoniam non ſequitur ergo, & intelligentem
fuiſſe: quia potuit vnum ab alio fuiſſe ſeparatū. Bart.
referunt, & ſequuntur Bal. in d. l. 1. cir. fi. verſ. adde hic
vnum verbū. C. de bon. poſſ. ſec. tab. & in c. cū veſtri.
nu. 4. de electio. Ang. in §. ſi quis igitur. col. 1. verſ. ibi
præcóribus, in auth. de fid. inſtr. Butr. Abb. Card. Flo-
ren. & Imo. in c. peruenit, il 2. de teſtib. cog. idē Abb.
in procem. Greg. col. 4. verſ. nu. 4. & hæc faciunt, &
ibi Fel. col. vlt. nu. 21. verſ. item in quantum, idē Imo.
in l. 2. §. vlt. col. 2. uerſ. ſed ſi abſens. ff. ſol. matr. & ibi
Alex. col. 3. nu. 10. verſ. in gl. in verb ſed ſi abſens. vbi
reprobat Bal. ibi, & alibi in loco ab eo citato, contra-
rium tenentem. Aret. col. 1. uerſ. in gl. ſuper uerſ. ſi ab-
ſens, Iaſ. ſub dubius tamen. col. 3. nu. 20. uerſ. no. ex gl.
& ſeq. & Rip. col. 4. nu. 16. uerſ. in ea gl. ibi quo ad anī
mum. qui alios citat concordes. idem Alex. in conſ.
180. in cauſa Anglorum Hebreorum. col. 2. num. 1.
ver. & licet ipſe teſtis, volum. 2. in conſ. 111. uiſo ſupe-
riore themate. colum. 3. num. 6. uerſ. nam licet teſtis,
vol. 3. Fely. in c. cauſam matrimonij. col. 5. ſub nu. 7.
uerſ. ſed utrum, de offic. deleg. in c. cum cauſam. col.
3. ſub num. 5. verſ. ſecundo declara, & colum. ſequen.
uerſ. iſta tamen limitantur, de teſti. ubi latè banc ma-
teriam declarat. Iaſ. in rub. C. de in ius uocā. col. 2. nu.
5. uerſ. & ita teneo, & in l. 1. ad fin. cod. tit. Crauet. in
conſ. 281. in hac cā. col. 5. nu. 5. uerſ. ſecundo reſpon-
deo. par. 2. cum pluribus alijs in hanc ſententiam de-
ductis a Ioan. Stepha. Lambertcu in tract. de contra
ctibus eorum, quib. à iure comm. &c. gl. 7. in uerſ. cō-
ſenſus. q. 33. num. 85. ubi inquit, quod licet multi ex
his ſimpliciter loquantur, præſentem ſcilicet in du-
bio præſumi, & intelligentem, tamen id accipiēdum
eſſe, ut ſupra diximus nempè cū aliquis de ſui ipſius,
non etiam tertij præſentia deponit per ea, quæ ipſe
allegat. ſubiungens hanc eſſe * communem opinio-
nem, ex Alex. in d. l. 2. §. ult. ff. ſol. matr. quamuis ipsū
Bart. in d. l. 1. §. ult. ff. de autho. tut. aliter intellexerit
idem Alex. in conſ. 134. in cauſa, & lite inter Alber-
tinum de Minaldis, col. 2. nu. 4. uerſ. Simon quartus
teſtis, uolu. 2. dum loquens de teſte de ſui ipſius præ-
ſentia deponente, inquit non præſumi eum intelli-
gentem

gentem fuiſſe, per doctrinam Bartol. in d. l. 1.& per
gloſ.in c. præſentium, in verſ. interrogatoria, de teſti-
bus, in 6. cum ſimil. per eum allegatis, ſed perperam,
vti etiam illum reprehendit Iaſ. in dict. rub. C. de in
ius vocan. nec contrarium dixit gloſ. in dict. c. præ-
ſentium, quia tantum inquit, ſi teſtis deponat, ſe præ-
ſentem fuiſſe, poſſe partem, contra quam deponit,
eum interrogari facere an & viderit, quia potuit præ
ſens fuiſſe, & tamen non vidiſſe: & ita declarat idem
Lamber. vbi ſupra.
Declaratur iſta ſublimitatio, vt habeat locum in
teſte ſic oretenus deponente, nõ autem in atteſtatio
39 ne † in ſcriptis per notarium facta; quia tunc pſentia
accipitur pro intelligentia, quoniam verba notarij
ſunt cum effectu intelligenda, vt no. in l. prima, C. de
vſur. & in l. ſciẽdum. ff. de verbor. obligat. & ita eſt de
mente Bart. & Bal. in l. prima, C. de erro. aduoca. &
apertius eiuſdẽ Bart. in l. coram. ff. de verborũ ſignifi
cat. & in tract. de teſtibus, ç. 15. incip. teſtis dixit ali-
quid ſcire, in fin. & ſequitur Socy. in conſ. 114. viſo te
ſtamento Dom. Marianæ, col. 2. cum. 7. verſ. ſed poſ-
ſet contra hoc, vol. 1. alias eſt conſ. 189. vol. 2. & hãc
eandem opinionem ſecutus eſt idem Io. Steph. Lam
ber. in d. tract. de contract. eõr. & c. d. glo. 7. ſuper eo-
dem verſicu. conſenſus, nu. 86. verſ. ex quibus, vbi per
iſta concludit, quòd ſi notarius ſcripſerit in inſtru-
mento mulierem, quid egiſſe præſente viro, aut agna
to, in dubio præſumendũ eſſe eum intelligentẽ fuiſ-
ſe, & quòd inſtrumentũ hoc modo confectũ valeat
conſuluit in ſpecie Paul. à Caſtr. cõſ. 114 alias 261. à
me nuſquam reperto, cuius initiũ fertur eſſe. Ad pri-
mum quæſitum breuiter dicẽdum videtur, quòd hic
tractetur. cuiuſmodi tamen initium nullũ reperitur,
ſed illud ſic refert, & ſequitur Fely. in d. prooem. Gre-
gor. ad fin. vbi & ipſe ex hoc dicit, quòd illud ꝙ tra-
ditur, præſentem in dubio præſumi, & intelligentem,
procedere poſſe, quãdo in inſtrumento aſſeritur, quẽ
præſentem fuiſſe, quòd Caſtrenſis cõſilium ſequitur
etiam Iaſ. in d. l. 2. §. vlt. col. penult. ſub num. 25. verſi.
confirmatur per illud, ff. ſolut. matrimon. Quanquã
ipſemet Iaſ. ibidem d. nu. 25. verſ. in contrarium fa-
cit, ſubdubius tamen, nihil intereſſe putat inter aſſer-
tionem notarij, & teſtis, volens vtroque caſu præſen
tiam cum intelligentia accipiendam eſſe ibiq; reſpõ
det ad glo. in d. l. 1. C. de vſur. eam nimirum ibi repre-
hendi a Doctor. & in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig.
In hoc tamen Iaſonem labi teſtatur ipſemet Lam-
bertengus, vbi ſupra; dicens, eam glo. in d. l. 1. C. de
vſur. Doctor. * communiter ſequi ibidem, & in d. l.
ſciendum, quos ſigillatim refert, inter quos nonnulli
ſunt atteſtantes de * communi ſententia Doct. vt la-
tius ibi per eum, ſubiungens poſtremo, quòd ſi aliter
teneremus, ſequeretur, quòd omnia inſtrumenta cor
ruerent, cum notarii ſoleant in fine inſtrumentorum
dicere, actum in tali loco, præſentibus pro teſtibus
tali, aut ſimilibus verbis vti.
Declaratur ſecundo eadem ſublimitatio de teſte,
ſcilicet oretenus deponente de alterius præſentia,
declaratur, inquam, ſecundum ea, quæ no. Bal. in l.
teſtium, col. 3. nu. 10. verſ. quæro igitur interrogatus
iuncto nu. 12. verſ. modo hic inſurgit. C. de teſtib. vbi
40 quando vnus inquit, teſtis † de alterius præſentia de-
ponit, ſi alius neget, præſentem fuiſſe, ſi quæratur, an
hi teſtes contrarij dicantur, diſtinguendum eſſe, vt ſi
verba ad præſentiam localem ſint relata, quia dictũ
ſit, ego non interfui in tali loco, ſine dubio alterum
eſſe falſum. ſi autem ſermo ad mentalem præſen-
tiam, & abſentiam referri poſſit, tunc dicit Bald. ex
hoc contrarietatem quidem non apparere, ſed ta-
men ſuſpitionem oriri, cuius ſuſpitionis ratione iu-
dex de veritate inquirere debet; quòd inquit de fa-
cto Paduæ ipſo legente accidiſſe: & ibi per omnia ſe-
quitur Saly. col. 2. verſ. quæro igitur primo, & ſequen.

ac Lamberten. in eadem glo. 7. ſuper dicto verbó
conſenſus, nu. 87. verſ. quanquam etiam.
Limitatur ſexto, vt non procedat concluſio, quan
41 do quis † erubeſceret loqui. l. pen. vbi DD. ff. de fur.
Capra vbi ſupra, nu. 50.
Limitatur ſeptimo, vt non procedat in delictis, in
42 quibus † præſens, & tacens alio nõ conſtituto nõ ha-
betur pro cõſentiẽte. l. qui vas. §. vetare, ff. de fur. l. 1.
§. ſed in eo. vbi Bar. ff. ad Sillan. Capr. vbi ſup. nu. 56.
Limitatur octauo, vt non procedat quando quis
43 ſcit, † ius ſuum ſaluum ſibi remanere: l. ſicut. §. non
videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit; & di-
ximus latè ſupra, in concl. Pignus.
44 Limitatur nõ, quando quis eſſet præſens actui. † vt
teſtis, vel vt notarius, tunc enim etiã ſubſcribẽdo nõ
præſumitur quis conſentire, vt tradit quam lariſſime
in tract. de retract. conſanguineorum, glo. 9. nu. 142.
Sublimitantur autem ea, quæ ſuperius dicta ſunt,
vt nõ procedant, primo in contumace. is enim prout
45 ei magis incommodo cedit, pro conſentiente † vel
negante in præiudicialibus habetur. l. de ætate. §. qui
tacuit. ff. de interrog. actionibus. Bart. in d. l. quæ do-
tis. nu. 21. glo. in l. quamdiu, de acquir. hære. Bald. in
l. 3. C. quan. fiſc. vel priua. tradunt id Fely. poſt Abb.
in d. c. nonne, de præſump. Iaſ. & Alex. in d. l. quæ do-
tis, Natt. conſ. 467. nu. 9. vol. 3.
Ampliatur iſta ſublimitatio, vt etiam procedat in
46 procuratore † per contumaciam tacente, vt tradit
Iaſ. in d. l. quæ dotis. adducit c. 2. de confeſ. in 6. Abb.
in c. 1. in 4. no. de poſtulat. prælat.
Sublimitãtur ſecundo ea, quæ ſuperius diximus, vt
47 locum non habeant, † quando quis dolo, vel fraude
tacet. Nam tunc pro conſentiente habetur etiam in
præiudicialibus. l. 2. C. ſi res alic. pign. data ſit. Bald.
in l. ſuus hæres, per illũ tex. C. de repud. hæred. & tra-
dunt communiter ſupra cit. DD. vt teſtatur Capra.
Sublimitantur tertio ea, quæ diximus; vt non pro-
cedant fauore perſonarum priuilegiatarum, vt ſunt
pupilli, minores, reſpublica, Eccleſia, & huiuſmodi.
48 † Nam earum fauore tacens, & præſens præſumitur
conſentire. l. 2. ff. ad municipal. vbi Bart. l. honores,
circa finem ff. eodem titu. Bart. in l. inuitus. C. de pro
cur. l. cum oſtendimus. §. fin. vbi omnes DD. ff. de fi-
deiuſ. tutor. tradunt latè Iaſ. Alex. & reliqui in d. l.
quæ dotis, Fel. in d. c. nonne, & Capra d. concl. 56. la-
tè Bero. conſ. 190. nu. 35. vol. 1.
Sublimitantur quarto ea, quæ in limitationibus di
cta ſunt, vt non procedant, quando quis tenetur con
ſentire actui, qui geritur, vel contradicere: tunc enim
49 ſi taceat † conſentire præſumitur. l. 2. & ibi gl. C. de
acquir. poſſ. l. ſi à te. ff. ſi ſeruit. vendicetur tradunt la-
tè ſupra cit. DD.
Sublimitatur quinto, quando quis nimirum diu
50 taceret: nam tunc omnino † cõſenſus inducitur, Bal.
per illum tex. in l. ſi filius. C. de peti. hæred. Ang. in l.
qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hæred. Alex. in l. a.
§. voluntate. ff. ſoluto matrimo.
Sublimitantur ſexto, vt nõ procedant ſupradicta,
51 quando vltra taciturnitatem † interuenit alius. tunc
enim etiam in præiudicialibus inducitur conſenſus,
tex. eſt in Clemen. 1. de procura: quem ad id add.
Abb. in c. non iniuſtè, col. pen. extra de procurat. &
in c. cum tirum. 3. no. de reg. l. ſi filiusfamil. ff. ad Ma-
ced. facit quòd not. Bart. in l. quo enim. ff. rem rat.
habe. Alex. conſ. 147. col. penul. volu. 3. Lauren. Syl-
uan. in tracta. de feud. recognit. quæſtio. 1. nu. 16. Nel.
in l. prima, nu. 89. ff. de uerbo. obligat. Imol. in l. non
ſolum. §. ... ff. de oper. nou. nunc. Panſ. conſ. 76. num.
19. uol. 4. tradit pulchrè Fel. in d. c. nonne, & omnes
communiter ſupra citati Doctores.
Sublimitatur ſeptimo, ut nõ ꝓcedant ea, quæ dixi-
52 mus, quando † adeſſent cõiunctæ perſonæ, tũc enim
etiam in præiudicialibus, quis cenſetur cõſentire. l. ſi

ſeruus

ſeruus communis.ff.de donat.inter vir.& vxor.facit, quod not.Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.Bal. in l.ſi ſine,in 3.quæſt.C.ad Senatus.Velle.tradũt latè DD.communiter,in d. l. quæ dotis.Ruin. conſ. 169. nu. 11. volum. 1. cum pluribus, quos per te colligere potes.

Cætera, quæ ad hanc materiam pertinẽt hic haud quaquam neceſſaria arbitramur, cum omnia facillimè colligi poſſint ex iis,quæ ſcribunt DD.in d.l.quæ dotis;& in l.ſæpè,de re iud.& in l.non ſolum. §.morte.ff.de nou.oper.nunc.& Canoniſtæ,in d. c. nonne, de præſump.Capra in alleg.cõcluſ. ex quibus omnia ſumere poteſt.Nos item aliqua tradidimus in cõcluſio. Patientia, quæ admodum ſimilis eſt huic noſtræ concluſioni.

An autem præſentia præſumatur, & quomodo probanda ſit, diximus latè in concluſio. Abſentia.

Et,quod præſentia patris excludat metus ſuſpicionem,dictum eſt in concluſ.Metus.

CONCLVSIO MCCXXV.

ARGVMENTVM.

Naturæ præſumptio, quæ ſit, & an, & quando transferat onus probandi in aſſerentem contrarium ipſi pręſumptioni.

SVMMARIVM.

1 *Naturalia nobiliora ſunt, & priora his, quæ arte perficiuntur.*
2 *Naturæ præſumptio, quæ dicatur.*
3 *Amor filiorum erga parentes, & econtra præſumitur.*
4 *Mater in dubio non præſumitur; quæ non diligit filium.*
5 *Rationalis quis naturaliter præſumitur.*
6 *Præſumptio naturæ transfert onus probandi in aſſerentẽ contrarium ipſi præſumptioni.*
7 *Teſtibus deponentibus pro præſumptione naturæ magis creditur, quam contrarium aſſerentibus.*
8 *Teſtes vbi ſunt contrarij, illi præualent, pro quibus facit præſumptio iuris.*
9 *Teſtes deponentes de bonitate, præferuntur aliter deponentibus.*
10 *Teſtibus deponentibus de bona fama, magis creditur, quã contrarium aſſerentibus.*
11 *Teſtes deponentes pro præſumptione naturæ præferũtur, etiam ſi pro contrarium deponentibus vrgerent aliquæ coniecturę.*
12 *Pręſumptio naturalis facit de pręterito pręſumi in pręſens, & econuerſo.*
13 *Mutatio eorum, quæ naturaliter inſunt, nõ præſumitur.*
14 *Aſſerens non adeſſe ſtatum, vel qualitatem, aptam ineſſe ab origine, debet id probare.*
15 *Libera vnaquæque res ab origine pręſumitur.*
16 *Præſumptio naturę perdit vim ſuam, quando res diu à primęuo ſtatu mutata permanſit.*
17 *Pauper ſemel ſemper, pauper pręſumitur.*
18 *Mutatio rei à naturali ſtatu, tunc demum remouet effectum pręſumptionis naturę, ſi ea mutatio per aliquod tempus in eo ſtatu permanſit, ſecus ſi hoc per interualla eueniſſet.*
19 *Pręſumptio naturę non transfert onus probandi in aſſerentem contrarium, quando contra eam adeſt diffamatio, & infamia de aliquo.*
20 *Pręſumptio naturę, non valet ad ius tertij perimendum: niſi aliter agentis intentio probetur.*
Quod decl. ibid. nu. 21.
22 *Bonitatem negans, probare debet, etiam ſi de tertij pręiudicio agatur.*

Licet ſuperius in euidentibus,quæſtio.decima diximus ſatis abundè circa pręſumptio-
nis virtutẽ in materia probationis,nihilominus non-
nulla alia hic ſubijcere libet, quę illic deſiderari poſ-
ſent: & quia, vt diximus ibidem alia eſt præſumptio
1 naturæ,alia hominis, & alia legis, & naturalia † ſunt
nobiliora,& priora his,quæ arte perficiũtur, ideò de
præſumptione naturæ prius dicemus.
2 Naturæ autẽ † præſumptio illa eſt,quæ ex his, quæ
naturaliter nobis inſunt, reſultat, & emanat, vt amor
3 filiorum, qui præſumitur † erga parentes,& èconttra,
cum nobis ſit inſitus à natura l.iſti.quidem. ff.de eo,
quod met.cau,l.ſi pupillorum.§.ſi pater.ff.de reb.eorum,& per Alcia.in tract.præſump.reg, 1. præſumpt.
1.Et ideò habemus in c.afferte,de præſump.quod ma
4 ter † in dubio non præſumitur, quæ non diligit filiũ,
& contra ſuppoſita non præſumitur,quam ambo parentes habent ſibi caram.l. 1.§. ad quæſt. ff. de quæſt.
& quia ſenſus,& naturalis ratio hominibus ineſt à na
5 tura; ideò naturali præſumptione qs † rationalis præſumitur.l.non codicilum C.de teſtam. l. 2. C. qui teſtam.fac.poſſ.cum ſimilib.de quibus latè per Alciat.
in d.reg.& pręſump.1.
Hæc pręſumptio illam obtinet vim in materia pro-
6 bationum, vt transferat † onus probandi in aſſerentem contrarium ipſi præſumptioni, vt in l.omnimodo.C.de inoff.teſta.vbi gl.& in d.l.2. C.qui teſta. fac.
poſſ.& in l.vlt.C.ad leg.Iul.repet.c. quia diſt.50.gl.in
l.vlt.ff.quod met.cau.not.in c.dudum, de præſumpt.
& in c.vlt. cod. titu.l. merito.ff.pro ſocio,cum ſimil.
Decia.reſpon.8.num.12.vol. 3.
7 Amplia,vt etiam magis credendum ſit † teſtib.deponentibus pro pręſumptione naturę,quàm contrarium aſſerentib.Ancha. in conſ.253. ſub nu.3.verſ.in
iſta veritate dico.arg.d.c.vlt.de pręſump.& not. in c.
ſi forte.de elect.lib.6.Inno. in c.veniens,de pręſump.
8 vbi ait, quando teſtes † ſunt cõtrarij nos debere ſequi
illos,pro quibus facit pręſumptio iuris,& ideò inquit
Fel.in d.c.vlt.col.3.de pręſumptio.quod in dubio ma
9 gis † ſemper creditur teſtibus deponentibus de bonitate,quàm aliter aſſerentib.& Crauet.in conſ.6.n.63.
reddit rationem huius dicti,quia ſcilicet teſtes deponentes de bonitate dicuntur deponere ea,quę magis
naturę conueniunt,& eidem magis amica,ac conſentanea ſunt,prout etiã dixit Bal.in c.in noſtra, in prin.
de teſtib.Inno.in c.cum P.col.vlt. de accuſ. idẽ Crau.
in conſ.8. nu.7. vbi eadem omnino verba repetit, &
eadem ratione ductus.dixit Bal.in conſ.166. incipiẽ.
proponitur,quod ex quodam inſtrumento, in fi.vol.
2.& in conſ.77.col.2.vol.3. & in conſ.348. nu. 4. col.
10 1.poſt med.vol.5. quod teſtes deponentes † de bona
fama alicuius pręferuntur teſtibus, de mala aſſerentibus,quia cum tali probatione congruit pręſumptio
naturalis,prout dicit Rol.à Val.in conſ. 63. num.39.
vol.2.Idem voluit Card.in c.tuã, de ſpõſalib. quẽ refert,& ſequitur Cur.in tract.de teſtib.concl.48. incip:
magis creditur.Gozad.in conſ.13.nu.28.Corn.in cõſil.209.col.vlt.vol.1.& in conſ.176.cir.fi.vol.4.Marſ.
in conſ.18.nu.4.& in conſ.44.nu.20.
11 Subamplia vt etiã vera ſit ampliatio † ſi pro teſtibus deponẽtibus contra præſumptionẽ naturæ vrgerent aliquæ coniecturæ: nam tunc præualet etiã præſumptio naturæ,& pręferuntur teſtes pro ea deponentes,vt colligitur ex his, quæ inſigniter dixit Bal.in d.
conſ.348. nu. 4. dum voluit præſumptionẽ bonitatis
præferri etiã, qñ adſunt coniecturę alicuius ſceleris,
& malę famę,hanc reddens rationẽ, quia bonitas propagata eſt ex originę naturę, nequaquã aũt ſcelus,&
ideo fit,vt magis ſit pro illa etiam,quãdo adſunt cauſę nequitię,quam pro hac præſumendum, arg. l. vlt.
§.ſin autem aliquis,ibi,quia potiora.C.de edict.diui
Adr.tollẽ. & idẽ Bal.in d.c.in noſtra,de teſtib.Inn.in
d.c.cum P.col.vlt.de accuſa.Crau.in d.conſ.6.nu.63.

Secundò amplia, vt ex tali præſumptione naturali
12 de præterito † præſumatur in præſens, & de præſēti in
præteritum, vt puta quemadmodum quælibet res ab
origine ſua eſt libera, ita nunc libera præſumitur, &
ſicut nunc eſt libera, ita & libera ſemper fuiſſe præſu-
mitur, ex quo libera nata eſt, & ſeruitus nō præſumit.
13 l. latius. C. de ſeruit. & mutatio † eorum, quæ natura-
liter inſunt, & talia ſunt, non præſumitur, ita in argu-
men. ſunt ea, quæ latiſſimè tradit Fel. in c. vlt. nu. 11.
cum ſeq. de præſump. & per Hercul. in tract. de probā.
neg. nu. 12. cū multis per eum deductis, faciūt ea, quæ
copiosè ſcribit Dyn. in c. ſemel malus, de reg. iur. in 6.
& Alc. in d. trac. de præſump. reg. 2. in prin. & pro hoc
facit, quod voluit Bart. in l. ſi prius. in 5. oppoſ. 3. part.
14 princ. ff. de ope. nou. nunc. vbi inquit, quod † quando
ſtatus, vel qualitas ineſt, vel eſt apta ineſſe ab origine
rei, illa transfert onus probandi in eum, qui contradi-
cit. l. liberis cir. fi. ff. de liber. cauſ. Bal. in conſ. 351. col.
1. vol. 1. Curt. ſen. in conſ. 57. col. 2. verſ. & bene. vbi
15 dicit, quòd omnis † res præſumitur libera habito re-
ſpectu ad habitum originalem propter naturalē ſta-
tum rerum, niſi probetur aliqua qualitas oppoſita ſer
uituti, & ita præſumptio libertatis tranfert onus pro-
bandi in aduerſarium. Rol. à Val. in conſ. 46. nu. 47.
vol. 3. Natt. in conſ. 514. nu. 28. vol. 3.

Limita primò concluſ. & illam intellige, niſi id, quod
16 naturaliter ineſt, quandoq; fuerit † mutatum: nam
tunc accidens, & mutatio naturæ contraria remouet
effectum præſumptionis naturæ, & ideò inquit Fely.
in d. c. vlt. n. 15. de præſum. ex mente Card. in proœm.
Clem. in 4. oppoſ. quod licet non præſumatur ſuperin
ducta alia qualitas, quam naturalis, niſi probetur, ta-
men ſi eſt ſuperinducta, ſemper præſumitur ineſſe, niſi
doceatur ſublata, & per hoc huiuſmodi præſumptio
naturæ, contra quam ſequuta eſt mutatio, non releua
ret ab onere probandi, ſed negans ſtatum mutatum
præſentem probare debet, vt in aſſerente ſanæ mentis
illum, qui aliquando furioſus fuit. l. ſi cui. §. licet. ff. de
lib. cau. & l. libertis. §. pen. ff. eo. tit. & l. inoueor. C. de
ſer. expor. c. ſi iudex, de ſent. excom. in 6. ſic tradidere
glo. in c. indicas. 3. q. 9. Bart. in l. 2. de bon. poſſ. infan.
dan. Bal. in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſ. Alex. in
l. is poteſt. ff. de acq. hær. & in conſ. 141. nu. 4. vol. 1. &
in conſ. 86. nu. 12. vol. 2. Alc. reg. 2. præſump. 27. & reg.
3. & in prin. præſump. Dyn. in d. c. ſemel malus gl. cō
muniter approbata. in c. vlt. de ſucceſ. ab inteſtat. vbi
Inno. Io. And. Ant. à Bur. & Abb. & ideò inquit Her-
cu. vbi ſup. quòd licet pauperes, ſiue nudi naturaliter
naſcamur, & ideò qui aliquem diuitem aſſerit ad pro
bandum aſtringatur, quia ita dicens mutatū præſup-
ponit, & mutatio facta non creditur, niſi probetur: ni
17 hilominus, ſi ſemel quis pauper fuit, ſemper † præſu-
mitur pauper, vel ſi prius fuiſſet diues, facit quia ſemel
malus, ſemper præſumitur malus in eadem ſpecie, reg.
ſemel de reg. iur. in 6. l. ſi cui. §. iiſdem. & ibi Bart. ff. de
accuſ. & per Soc. in ſuis fallen. reg. 58. fallen. 1.

Sublimita limitationem, vt tantum procedat quā-
do per longum tempus, & ſucceſſiua tēpora talis mu-
tatio in eodem ſtatu permanſiſſet: nam tum facit ceſ-
ſare ſupradictum argumentum, & præſumptionē de
præterito in præſens, & è contra, nec transfert onus p-
bandi in aſſerentem contrarium naturali præſūptio-
18 ni, ſecus ſi per ſinteruallum hoc eueniſſet: nam tunc ēt
præſumitur de præterito in præſens, vt ſupra, & qui
habet præſumptionem naturalem pro ſe, releuatur ab
onere probationis. Ita Hercul. vbi ſup. n. 14. qui remit
tit arbitrio iudicis per quantum tempus debeat dura-
re illud interuallum. Idem ſenſit conſulendo Alex.
in conſ. 139. col. 3. vol. 1. conſ. 87. col. 2. & cōſ. 88. col.
2. & in conſ. 92. col. 4. & 5. vol. 5. quod etiam placuit
Iaſ. in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. vbi etiam
Dec. & Bart. in d. l. 2. ad fi. ff. de bono. poſſ. infanti. vel
fur. dela. vbi dicit, quod ſi probetur quē tali die fuiſſe
furioſum, vel ſurdum, non ſtatim conſequitur, ergo
fuit furioſus, vel ſurdus in poſterum, quia illud potuit
contingere per aliquod accidens. l. nutu. in prin. ff. de
leg. 3. vnde debet probari aliquē fuiſſe furioſum ali-
quo certo tempore, vel aliquibus menſibus, non autē
ſemel, vel vnico momento, & ad hoc allegat. text. in
l. 1. ff. de curat. furio. iuncta. l. precia rerum. ff. ad leg.
Falcid. vbi ad probandum, quòd res puta ſaccus fru-
menti valuit viginti ſolidis iſto anno, non ſufficit pro
bare, quòd vna die iſtius anni venditus fuit tali pre-
cio, ſed oportet probare, quod plures dies illud quid
tale venditum fuit communiter viginti ſolidis, vt ibi
declarant cæteri Doctor.

Secundò limita concluſionem, vt non habeat lo-
cum, quando contra præſumptionem naturæ adeſſet
19 diffamatio, & infamia de aliquo: † nam tūc ſicut nō
præſumitur de præterito in præſens, ita non releuatur
onere probandi ille, cōtra quem adeſt diffamatio, li-
cet habeat pſumptionē naturæ pro ſe. Ita voluit Pariſ.
in conſ. 20. nu. 72. vol. 3. per tex. in l. qui iuraſſe. §. ſi pa
ter. ff. de iureiu. quod probat Soc. in ſuis fallen. reg. 58.
in 2. fallen. Idem confirmauit Hercul. vbi ſup. nu. 15.

Tertiò limita concluſionem, vt locū ſibi nō ven-
20 dicet, ſi ageretur † de præiudicio tertij: nam ad ius alie
num perimendum, nō valet huiuſmodi præſumptio
naturæ, niſi aliter intentio agentis probaretur, vt tra-
didit Fel. in d. c. vlt. nu. 12. de præſump. Abb. in c. cum
in iure, in pr. de offi. deleg. vbi etiam Hoſt. & ideò in
tali caſu huiuſmodi præſumptio non trāsferret onus
probandi in aduerſarium: nam quando talis præſum-
ptio vergit in præiudicium tertij, haud facilè eſt am-
plectenda, vt ſcripſit Beat. Thomas. 2. 2. q. 70. art. 3. cir
ca fi. gl. in d. c. ſi quis. 50. d. ſt. & gl. in c. ſtatutū, in verſ.
ab aliquo. de reſcrip. in 6. & Alc. in d. tract. præſump.
reg. 3. præſump. 2. n. 2. vbi ait ita limitari. Accur. doct.
in l. Titiæ fundus. ff. de cond. & demonſtr.

Sed hanc limitationem ego ſic temperarem, vt ēt
21 † in præiudicium tertii naturalis præſumptio tranſ-
ferat onus probandi in aſſerentem contrarium, quia
præiudicium alterius non habet operari, vt quis bonus
non præſumatur, cum naturaliter quis bonus ſit; ſed
ſolum operatur, vt non ſufficiat ad perimendum, aut
minuendum ius alterius ex eo, quod vltra talem præ-
ſumptionem, lex aliud probationis genus requirat,
ex quo in facto proprio, & in præiudiciū alterius ſta-
tuit minimè credi debere, licet præſumat aliàs nemi-
nem mentiri, vt in c. cum à nobis. in fi. de teſtib. & no.
Abb. per gl. ibi, in c. ſicut nobis in fi. de ſent. excom. &
hoc temperamentum videtur fuiſſe de mente Fel. in
22 d. c. vlt. nu. 12. dum ait, quòd vbi de ſola † bonitate fie-
ret mentio, etiam in præiudicium tertij, ſi ipſe eā ne-
garet, haberet onus probandi.

Cæterùm hanc concluſionem ampliare, & limita-
re poteris ſecundum ea, quæ nos prout materia poſtu
lauit, ſupra diximus in concluſionib. & præcipuè in
concl. 222. 224. 234. 495. 531. 824. 1003. 1005. 1006. &
1039. cum ſimil. ad quas te remitto, ne ſæpius eadem
repetere videar.

CONCLVSIO MCCXXVI.

ARGVMENTVM.

Præſumptio hominis iudicis arbitrio relin-
quitur, & quomodo iudex circa eam de-
beat arbitrari.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio hominis iudicis arbitrio relinquitur, & tan-
tum probat, quantum iudici videtur.*

2 *Aetas*

2 *Aetas ex aſpectu à iudice iudicari poteſt.*
3 *Præſumptio hominis, ſi iudici videtur, grauat aſſerentem*
contrarium onere probationis.
4 *Præſumptionem legis, qui habet pro ſe, ex præſumptione*
hominis, onere probandi grauari non poteſt.
5 *Præſumptio hominis dicitur probabilis, & veriſimilis, le-*
gis autem violenta.
6 *Præſumptio hominis ſufficit ad condemnãdum ciuiliter.*
7 *Præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum, etiã in cau*
ſis criminalibus ciuiliter intentatis.
8 *Adulteriũ probatur præſumptionibus, ſi ciuiliter agitur,*
ſecus ſi criminaliter.
9 *Pœna corporali ex præſumptionib. nemo damnari poteſt.*
10 *Pœna corporalis leuis, põt quãdoq. ex pſũptionib. inferri.*
11 *Fuſtigatio dicitur leuis pœna corporalis.*
12 *Pœna corporalis etiam grauis inferri poteſt ex præſũptio-*
nib. adeo efficacib. vt ponant veritatem ante oculos.
13 *Pœna corporalis, ex præſumptionibus inferri poteſt, quan*
do cum eis concurrit ſemiplena probatio directa.
14 *Præſumptiones ex generali, & communi obſeruantia non*
ſufficiunt ad condemnandum pœna corporali.
15 *Præſumptio hominis, recipit probationem in contrarium.*
16 *Sententia ex præſumptione hominis lata poteſt retractari.*
17 *Præſumptio cedit veritati probatæ.*
18 *Sententia lata prætextu præſumptionis, reſcinditur ex ſu-*
peruenientia alterius pſumptionis fortioris ſimilis ſpeciei,
etiam poſt decennium, & ſine conſultatione Principis.

1 Præſumptio hominis† quę iure expreſ-
ſa minimè eſt: ſed tota cõ
mittitur iudici, vnde hominis nomen accepit, cum
ex ſeipſo, ſecundum ſubiectam materiam præſumere
poſſit in caſibus ſpecificè non præſumptis à iure. iux
ta exemplum in l. minor 25. annis adito præſide. ff. de
mino. & l. verum. ff. de donat. int. vir. & vxor. & l. ob
carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſtib. cum dependeat ex iudi
cis arbitrio, tantum probabit, quantum iudici videbi
tur. nam vt inquit Abb. in c. is, qui in fi. de ſponſal.
hæc præſumptio, ſecundum quòd indicia ſtringunt,
facit gradum probationis, & ius dat facultatem iudi-
ci præſumendi. vt in c. afferte, de præſump. vnde ſi de
2 ætate agatur † ex aſpectu, poterit iudex præſumere
hunc maioris ętatis, vel minoris, prout ipſe arbitrabi-
tur. Ita ſenſit Bal. in l. ſiue poſſidetis. nu. 6. C. de prob.
Bart. in l. de ætate. nu. 8. ff. de mino. Ant. de Butr. conſ.
46. col. 3. Alber. in d. l. minor 25. annis. Gram. deci. 48.
nu. 19. Menoch. de arb. iud. conſ. 117.
3 Amplia, quod iudex † poteſt ex iſta ſua præſumptio-
ne grauare illum, contra quem præſumit, onere pro-
bationis in contrarium, etiam ſi grauatus à iudice ni-
hil alleget, vt ſi ego actor adducam pro fundamẽto
meæ intentionis ætatem maiorem alicuius, ſi iudex
ex aſpectu arbitrabitur pro actoris intentione, poterit
abſq; aliqua actoris probatione grauare reum ad cõ-
trarium probandum. ita Bart. d. l. de ætate. nu. 8. ff. de
minor. Alber. in l. ſi minor. C. de in integ. reſt. Bald. in
conſ. 66. num. 1. volum. 3. Alcia. de præſump. regul. 2.
præſump. 14. num. 14.
Limita ampliationem, vt procedat, niſi ille, quem
4 iudex grauare vellet onere probandi † haberet præ-
ſumptionem legis pro ſe: nam tunc illum non poſſet
grauare, immo grauaretur contra quem adeſt præſũ-
ptio legis: nam iudicis præſumptiones cuiuſcunque
naturæ ſint, non tollũt legis præſumptionem, ſed illi
cedunt: cum legis præſumptio dicatur vehementior
præſumptione hominis, ita reſpondit Decia. reſpon.
32. num. 23. volum. 1. quod dicit fuiſſe de mente Bal.
in rub. de præſumptio. num. 2. & hominis præſum-
ptiones poſſunt eſſe fallaces, cum ex varijs homi-
num opinionibus, & moribus oriantur, & ideò di-
5 cuntur † præſumptiones tantũmodo probabiles, ſeu
veriſimiles: legis aũt præſumptiones dicuntur violẽ-
tæ, vt inquit idem Bal. ibid. & ſequitur Fel. in c. quan-
to num. 2. verſ. adde Baldum, de præſump. & Spec. in
tit. de præſump. §. ſpecies autem, num. 2. Idem voluit
Decia. reſp. 1. nu. 50. cum ſeq. & nu. 120 vol. 2. Rim.
conſ. 223. nu. 52. & ſeq. plur. vol. 2. & quod præſum-
ptiones iuris differant à præſumptionibus hominis,
& non poſſint per eas tolli tradit Abb. in c. accedẽs,
col. 2. de accuſ. & Dec. ſeq. conſ. 615. nu. 15. verſ. 2. il-
lud dictum Archidiaconi, quod etiam conſiderauit
Corn. conſ. 230. nu. 7. vol. 3.
Secũdò amplia concluſionẽ, vt iudex ex præſum-
6 ptionibus poſſit etiam † condemnare ciuiliter: nã in
ciuilibus præſumptiones faciunt plenam probatio-
nem, ita prob. tex. in l quæro. §. fi. ff. de ędil. edic. & ad
hoc not. & commendat ibi Bat. Bald. Salic. Alber. &
* *communiter Doctor. gloſ. ord. in l. 2. §. ætas. ff. de ex-
* cuſ. tut. & ibi Bar. & Alber. & * communiter Doctor.
Bart. in l. ſpadonem. §. qui iura. ff. eod. tit. Idem Bald.
in rubr. de probat. Abb. & alij ſcribentes in cap. cum
cauſam, eod. titul. de probat. gl. in cap. veniens, il 1.
de teſtib. & in c. 1. de appellatio. & in c. fin. de ſucceſ.
ab inteſt. Bat. in l. admonendi, col. 8. nu. 48. ff. de iure-
iur. vbi Iaſ. in 2. lect. nu. 216. Bart. in l. ſi quis ex argen-
tarijs. §. 1. ff. de eden. Sal. in l. in bonæ fidei, col. 9. nu.
23. C. de reb. cred.
7 Subamplia, vt idẽ ſit in cauſa criminali, in qua † iu-
dex poteſt condemnare ex præſumptione, dũmodo
in ea ciuiliter procedatur, non aũt criminaliter. Ita
voluit. Bal. conſ. 5. factum tale eſt, quidam in fine lib.
5. quem referendo ſeq. Menoch conſilio 31. nu. 25.
8 qui ibidem dicit opinionem illã, quæ habet, † adulte-
rium probari coniecturis, & præſumptionibus pro-
cedere, ſi ciuiliter agatur, nõ autem criminaliter, niſi
præſumptiones eſſẽt à iure approbatæ. Idẽ Menoch.
conſ. 82. nu. 144. & Alc. reſp. a. in fin. & ratio eſt, quia
9 ex † præſumptionibus, nõ poteſt quis condẽnari pœna
corporali, ſed tãtum pecuniaria, prout voluit Gandi.
ſummæ auctoritatis vir, & magnus practicus, in ſuo
tractatu maleſ. tit. de præſump. & indic. dub. ex qbus
condem. poſſ. ſeq. col. 3. verſ. ſolutio videtur, per mul-
ta, quæ illic allegat, & iterum paulo ante fin. d. tit. di-
cit, quod ex præſumptionib. & indicijs, quãtuncunq;
violentis, & vrgentibus, atq; ẽt indubitatis non pce-
dit ad cõdemnationẽ pœnę corporalis, & ita dicit te-
nuiſſe omnes Doct. Bononiæ. & quoſcũq. ſuę ętatis,
quos viderit, & ſe vidiſſe de conſuetudine obſeruari,
cuius Gãdini auctoritate fretus Paul. de Caſtr. in cõſ.
299. viſa inquiſitione ſupraſcripta, col. vlt. lib. 2. dicit
ſe defendiſſe quendam à pœna capitis, contra quem
erant ita fortia indubitata indicia, vt animus, & in-
tellectus hominis non potuiſſet credere aliũ, quã eũ
feciſſe illud homicidium, ſubditq; temerarium fore
contra deciſionem tanti viri, & tã experti, prout erat
Gandinus, iudicare. Idem voluit Spec. tit. de præſũpt.
§. ſpecies autem. verſ. in ſumma. Oldr. conſ. 192. viſo
diligenter. Bar. in l. presbyteri. col. 1. in princ. verſ. &
adde, quod quando. C. de epiſc. & cler. & in l. non eſt
veriſimile. ante finẽ. ff. q met. cauſ. & in l. ſciant cun-
cti. ad finem. verſ. 6. probatur. C. de probat. vbi etiam
Paul. de Caſtr. Ant. de Butr. in c. quanto. de pręſump.
Imo. in l. vlt. ff. de hære. inſti. Fel. in c. afferte. de præ-
ſumptio. Iaſ. in l. vt vim. col. 3. verſ. moueor p illud.
ff. de inſt. & iur. & inferius nos dicemus.
10 Quod intellige, niſi pœna corporalis † eſſet leuis: nã
cum inter pœnã pecuniariam, & corporalem leuem,
non dicatur eſſe differentia, poterit aliquando qs le-
ni pœna corporali ex præſumptionib. cõdemnari. Ita
Aret. in c. 3. loco col. 4. verſ. quadam. de probat. exẽ-
plificans corporalem pœnam leuem in fuſtigatio-
11 ne, † & illum refert Boſſ. in tit. de conuict. nu. 36.
12 Secũdò intellige, niſi præſumptiones † eſſent adeo
efficaces, vt ponerẽt veritatẽ ante oculos iudicis: nã
tunc poterit procedi ad condemnationem, etiam in
pœna corporali, quantumcumque graui, vel con-

Digitized by Google

fiſcatione bonorum, ſecũdum Dec. in d. c. 3. loco ad fi. vbi etiam Aret. ver. aliquando agitur. & hoc idem ſenſit Natt. conſ. 597. nu. 24. lib. 3. vbi ponit caſum de quodam inuento mortuo in conclaui, & viſus fuit, ſtatim inde quidam exire cum gladio euaginato, & ſanguinolento, pallida facie. & cum tremore, & dicit, quod tunc benè poteſt damnari: nam iudices videntur ante oculos habere crimen, & illud inſpicere, velut in tabella depictum.

13 Tertiò intellige, niſi cum præſumptionibus † concurreret ſemiplena probatio directa: nam tunc etiam poteſt procedi ad pœnam corporalem, ita idem Aret. ibidem.

24 * Sed contra † has omnes intelligentias, adeſt * cõmunis ſententia, & obſeruãtia, vt colligitur ex ſupra
* deductis, & illam etiam * communem, & verã dicit
Boſs. d. tit. de conuict. nu. 43. licet contra eã Iul. Clar. in ſua pract. crim. §. fi. q. 20. prope fi. aſſerat Senatum Mediolanen. obſeruare in delictis occultis, & difficilis probationis, & tractatib. ſecretis, & in quibus veritas clarius haberi non poteſt: nam in his ex præſumptionibus ex ſententia ſenatus rei condẽnantur, non quidem in pœnam mortis, neq; pęnam ordinariam ipſius delicti, ſed in pęnas, etiam corporales, puta triremium, fuſtigationis, ictus, funis, & huiuſmodi, & idem etiam ſeruari in ſacro conſilio Neapolitano teſtatur ex mente Gram. præſertim dec. 42. quod tamẽ non placuit Boſs. tit. de conuict. nu. 46. cum ſeq. cum concludit, quod in criminib. etiam occultis non ſufficit probatio per præſcriptiones ad condemnationem ex relatis. per Dec. conſ. 189. col. 1. & in c. porrecta, de confit. vti. vel inutil.

Limita concluſionem principaliter, vt talis preſũ-
15 ptio, quam ex ſeipſo ſumit Iudex recipiat † nihilominus probationem in contrarium: immo ſententia
16 † ex tali præſumptione ſequuta, poterit retractari, cũ haud plenè hoc caſu iudicis arbitrium probare dica-
17 tur: ſed tantũmodo præſumptiuè, & præſumptio † cedat veritati probatæ. Ita Alb. in d. l. minor 25. ann. in fi. qui ita vidiſſe in foro obſeruari ſcribit, loquendo de ætate, & illum referendo ſequitur Menoch. in d. caſu 117. idem voluit Rom. in d. l. admonẽdi. nu. 14. ff. de iureiur. per l. ſi qui adulterij. C. de adul. Marſi. in l. 1. §. vlt. ver. vnus enim eſt caſus. ff. de q. vbi plus di-
18 cit, quod ſententia † prætextu præſumptionis reſcinditur ex ſuperueniẽtia alterius præſumptionis fortioris ſimilis ſpeciei, etiam poſt decennium, & abſq; Principis conſultatione, & gratia, per d. l. ſi qui adulterij. ſecundum Bald. C. de adulterijs, & idem tenere Pet. de Anch. in reg. ſemel malus, de reg. iur. in 6. teſtatur tum alijs ibi per eum adductis.

CONCLVSIO MCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Præſumptio iuris, quos effectus operetur in materia probationum.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio iuris, quæ ſit, & cur. nu. 4.*
2 *Præſumptio iuris, vbi ſtat pro aliquo, onus probandi transfert in aduerſarium.*
3 *Chirographo cancellato lex præſumit debitorem eſſe liberatum.*
5 *Præſumptio iuris releuat ab onere probandi, etiamſi aduerſarius haberet probare negatiuam.*
6 *Probationes efficaciores requiruntur in eo, contra quod eſt iuris præſumptio.*
7 *Probationes contra præſumptiones iuris, & de iure, debẽt eſſe luce meridiana clariores, ſicut in criminali.*
8 *Iuramentum, in ſupplementum probationis non admittitur, vbi contra eum, qui ſemiplenè probauit, eſt iuris præſumptio.*
9 *Præſumptio iuris dicitur etiam, quæ ex conſuetudine venit, & eoſdem effectus habet, ac ſi ex iure ſcripto deſcenderet.*
10 *Teſtes duo contra præſumptionem iuris non probant, niſi ſint omni exceptione maiores.*
11 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio, & aperta veritas.*
12 *Dolus præſumptus à iure propriè dolus eſt.*
13 *Præſumptionẽ iuris pro ſe habere, & probare paria ſunt.*
14 *Probationes etiam validiſſimæ, vbi requiruntur ſufficit probare per præſumptiones iuris.*
15 *Statutum, vbi requirit probationem determinatam, & liquidiſſimam ſufficiunt iuris præſumptiones. & nu. 16. 17. 18. Contr. vt nu. 19. 20. 21. 24. Conciliatio num. 25. 30. 32. 34. & 36.*
21 *Probatio euidens, vbi requiritur non ſufficit probatio præſumptiua.*
23 *Probare non dicitur, qui pro ſe iuris præſumptionẽ habet.*
26 *Pręſumptiones iuris plenè probant in his, quæ ſunt difficilis probationis, & nu. 29.*
27 *Præſumptiones in occultis dicuntur liquidiſſimæ probationes.*
28 *Statutum requirens probationes euidentes, intelligitur, quando poſſunt tales probationes haberi.*
31 *Probatio, vbi requiritur per modũ conditionis, leuis coniectura nõ ſufficit, ſed requirit cõcludens, & vrgẽtiſſima.*
33 *Præſumptiua probatio in antiquis pro perfecta habetur.*
35 *Pręſumptum dicitur fictum, & non proprium.*
37 *Præſumptio legis, quouſque contrarium doceatur, dicitur lucidiſſima probatio.*
38 *Pręſumptionem legis, qui contra ſe habet condemnatur, niſi contrarium docuerit.*
39 *Pręſumptio legis ſufficit, etiamſi lex, vel ſtatutum requireret probationem per inſtrumentum.*
Contra. ibid. num. 40.
41 *Pręſumptio iuris probat delictum, & ex ea poteſt quis cõdemnari.*
Contra. ibi nu. 47. & 48. Concil. nu. 50. 51. 53. 55.
42 *Accuſatus de adulterio, & excuſans ſe ratione conſanguinitatis, ſi poſtea cum ea contrahat matrimonium, inſurgit præſumptio adulterij, ex qua poteſt condemnari.*
43 *Condemnatio, ex indicijs indubitatis ſequi poteſt.*
44 *Monitus ter, ne loquatur cum vxore alterius, ſi loqui reperiatur, adulterij pręſumptio inſurgit.*
45 *Officialis fugiens tempore ſindicatus, habetur pro cõfeſſo.*
46 *Præſumptio legis dicitur plenum, & indubitatũ indiciũ.*
49 *Præſumptionibus, & indicijs non ſtatur, vbicunq; probabile, eſt rem aliter ſe haberi.*
52 *Condemnatio ex pręſumptione, quam lex in criminibus expreſſè approbat ſequi poteſt.*
54 *Præſumptiones non liquidiſſimæ, ad condemnationem nõ ſufficiunt. ſed ad torturam tantummodo.*
56 *Senatus Mediolanenſis, ex præſumptionibus condemnat, non tamen pœna mortis, & ordinaria delicti.*
57 *Indicia quantumcunq; indubitata, non ſufficiunt ad pęnam corporalem imponendam, ſed pecuniariam tãtum ex conſuetudine.*
58 *Condemnari, quis ex indicijs, etiam adeò indubitatis, vt aliter credi non poſſit, pęna corporali non debet, ſed pecuniaria tantum.*
59 *Lex, vbi ſuper aliquo facto pręſumit, & præſumendo diſponit, ex ea præſumptione iudex etiam capitaliter condemnare poteſt.*
60 *Lex, vbi pręſumit, non etiam diſponit, niſi doceatur cõtrarium, condemnatio ex ea præſumptione ſequitur, & habetur quis pro conuicto, vt ibid. nu. 61.*
62 *Actus à iure pręſumptus, eo ipſo probatus dicitur, quod non probatur contrarium.*
63 *Præſumptio legis eſt liquida probatio donec de contrario appareat.*

64 Præ.

Digitized by Google

64 *Præſumptio legis, vbi non probatur contrarium non ſufficit ad pœnam capitalem, ſed in eccleſiaſticis ad priuationem officij, in ſecularibus, quoad alias pœnas non capitales.*

65 *Præſumptio legis non ſufficit, vbi agitur de ſalute animarum.*

66 *Præſumptio legis, quòd non conficiens inuentarium præſumitur bona hæreditatis ſubtraxiſſe, non attenditur in foro Canonico.*

67 *Iure canonico ſolum attendendum eſt, vt anima defuncti à peccato liberetur.*

68 *Saluti vnius, cum alterius incommodo non eſt conſulendum.*

69 *Ius canonicũ ſolam veritatẽ, non pœnas legales attendit.*

70 *Præſumptio etiam iuris, & de iure, non habet locum in foro animæ.*

71 *Sententia lata ex iuris præſumptionibus, iure canonico, vbi agitur de periculo animæ, poteſt quandocũq; retractari, quare ibid. nu. 72.*

72 *Sententia, in qua periculum animæ vertitur, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

73 *Præſumptio hominis, nunquã ſufficit ad condemnãdum.*

74 *Præſumptiones hominis, probationes dubiæ dicuntur.*

75 *Præſumptio hominis dicitur habere ſe ad eſſe, & non eſſe.*

76 *Præſumptiones violentę, & à lege approbatæ adeſſe dẽnt, ad hoc, vt quis criminaliter puniatur.*

77 *Aſſaſſinij crimen probabilib. argumentis probari poteſt.*

78 *Hereſis crimen, an coniecturis probetur, & quot in eo teſtes requirantur, & nu. 79. & 80.*

81 *Simoniæ crimen, ſignis, & coniecturis probatur. Dummodo ſigna ſint euidentia, & clara, vt nu. 82. ibid.*

83 *Crimen læſæ maieſtatis, ex præſumptionibus probatur, & in eo, quis ad mortem, ex eis condemnari poteſt.*

84 *Contumax in crimine læſæ maieſtatis, ex ficta cõfeſſione, quæ ex contumacia reſultat, ad mortem condẽnari põt.*

85 *Præſumptiones plures, & plura indicia plenè probant in ciuilibus.*

86 *Statutum, vbi vult, procedi ſola facti veritate inſpecta, ſufficiunt probationes veriſimiles.*

87 *Præſumptio iuris admittit probationem in contrarium.*

88 *Præſumptio iuris, vbi eſt circa tenorem inſtrumenti, admittitur contraria probatio ſolum per ſcripturam.*

89 *Præſumptio iuris ad hoc, vt operetur, debet allegari.*

90 *Dominus olim, & hodie dominus præſumitur, ſi ſe dominum hodie eſſe alleget.*

91 *Præſumptio erroris non ſufficit, niſi error allegetur.*

92 *Viuere quis præſumitur, ſi allegetur viuere. & nu. 93.*

94 *Non intentatum ab homine, non præſumitur à iure.*

95 *Bona fides præſumitur, ſi allegetur.*

96 *Præſumptio iuris oritur ex facto partis præſuppoſito.*

97 *Præſumptio non veniens ex facto partis, ſed aliundè, non eſt neceſſario alleganda.*

98 *Libellus ſufficit, quod præſumptiuè concludat.*

99 *Præſumptio proueniens ex temporis antiquitate, cum non veniat ex facto partis, non eſt neceſſario alleganda.*

100 *Præſumptio oriens ex actis in iudicio, non debet de neceſſitate allegari.*

101 *Agens, vbi ex deductis per ipſum apparet, quod actione caret, poteſt à iudice, etiam non petente parte repelli.*

102 *Præſumptio poteſt allegari, & probari, etiam poſt concluſum in cauſa, & allegat. iur.*

103 *Præſumptio, ſuper qua fundatur vis iudicij, tempore probationum ſaltem alleganda eſt.*

1 Præſumptio † iuris, quæ eſt illa quando lex aliquid de aliquo præſumit ex aliquibus coniecturis, & ſuper præſumptione non firmat benè pedes, nec ſtatuit aliquid ſuper ea, vt poteſt poni exẽplum in l. ſi chyrographũ, & in l. cũ de indebito. ff. de prob. in l. Labeo. in l. poſtquam. ff. de pact. in l. vlt. C. de pig. in l. quicunq;. C. de apoch. publ. lib. 10. in l. cum de in rẽ verſo. ff. de vſur. iunctis ibid. ſing. no. per Sali. in repet. iuxta tex. in c. is qui de ſponſ. & in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. in l. 1. C. ad exhibendum. in l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. pactũ. ff. de pact. illud, in materia probationis locum obtinet, vt quando huiuſ-

2 modi † præſumptio eſt pro aliquo ab onere probandi leuato, illud in aduerſarium transferat, vt reſpõdit Dec. in conſ. 32. col. pen. in fi. in conſ. 269 in prin. cõſ. 414. colum. 2. conſ. 468. colum. 2. conſ. 588. colum. 2. Ruin. conſ. 45. col. vlt. vol. 1. Pariſ. conſ. 20. in princip. volum. 1. conſ. 23. num. 2. eo. volum. & in conſ. 16. nu. 14. volum. 4. Socy. iun. conſ. 102. col. 4. in prin. vol. 3. Bero. conſ. 115. nu. 30. vol. 1. Rol. à Val. conſ. 46. num. 47. vol. 3. Bart. in l. ſi prius. verſ. venio ad tertiam partem. ff. de oper. nou. nuncia. Idem Rol. à Val. in conſil. 49. num. 56. vol. 1. Natt. in conſ. 514. num. 28. lib. 3. Crot. in conſ. 110. nu. 5. & ita tradit Bart. in l. in illa, in fi. ff. de verb. oblig. ad hoc facit. l. ab ea. ff. de proba. ſic ſenſit Spec. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. verſ. vio-

3 lenta. num. 3. vbi adducit † exemplum de chirographo cancellato, ex quo ius præſumit debitorem eſſe liberatum. d. l. ſi chirogra phum, & d. l. poſtquã. c. ſcire. in fi. diſtin. 77. hanc eandem ſententiam ſequutus eſt Marſ. in ſing. 451. allegãs ad hoc Soc. in conſ. 66. incip. fruſtra. col. 5. poſt prin. & col. 7. in fi. Idem placuit Eucrar. in ſua Cent. in loco à veriſimili. num. 19. Cephal. in conſ 138. nu. 16. vol. 1. per tex. in l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fideic. liber. Dec. in conſ. 400. uiſo diligenti. col. 3. verſ. & ratio manifeſta, & in cõſ. 597. num. 4.

4 Et ratio † huius concluſionis eſt, quia qui habet hanc preſumptionem pro ſe, dicitur habere ſuam intentionem fundatam. d. l. generaliter. §. ſi petitum, in fi. Cephal. in conſ. 4. nu. 31. vol. 1. & in conſ. 171. num. 48. vol. 2. in conſ. 181. nu. 12. & in conſ. 223. nu. 9. eod. vol. 2. Rol. à Val. in d. conſ. 46. nu. 47. vol. 3.

5 Primò † amplia concluſionem, vt etiam vera ſit, ſi aduerſarius deberet probare negatiuam, vt reſpondit Cephal. in conſ. 138. num. 17. vol. 1. de mente Dec. in c. nouit. in fi. de iud. Herc. in tract. de proban. neg. nu. 4. cum ibi alleg.

6 Secundò amplia, vt non ſolum pars † aduerſa aſſerens contrarium huiuſmodi præſumptioni probare teneatur; ſed etiam duriore ꝓbatione grauetur adeò, vt probationes efficaciores requirantur. Huiuſmodi enim præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere inquit tex. in l. vlt. ff. de eo, quod met. cau. vbi glo. & Bald. Spec. in tit. de probat. §. vlt. verſ. quintum. Alber. Fulg. & Iaſ. in 6. notab. per illũ tex. in l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſ. facit tex. vbi expreſsè hoc no. Abb. in c. quia veriſimile. de præſump. Alex. poſt Bal. in l. tranſactiones. C. de tranſac. Dec. in conſ. 175. col. 6. in prin. & in conſ. 195. col. 3. verſ. & iſta concluſio, & in conſ. 165. col. 3. Decia. reſpon. 53. nu. 17. vol. 1. Ceph. in d. conſ. 138. nu. 18. vol. 1. Idem Dec. in conſ. 177. col. 2. in prin. & conſ. 438. circa prin. Bar. in d. l. vlt. ff. quod met. cauſ. Rol. à Val.

7 in conſ. 83. nu. 27. vol. 2. vbi dicit † probationes contra talem præſumptionem requiri luce clariores, ſicut in criminalibus. Pariſ. in conſil. 135. colum. 2. volum. 4. Boſſ. in ſuo tract. crimin. in titu. de plu. violen. num. 85. Bertaz. in conſil. crim. 2. nu. 11. vol. 1.

8 Subamplia † adeò verum eſſe, vt licet aliquis ſemiplenè probauerit, vt puta per vnum teſtem, vel alio modo, nihilominus, ſi habet præſumptionem iuris contra ſe, non admittetur ad iurandum in ſupplemẽtum probationis: tunc enim non erit locus delationi iuramenti ſuppletorij. Ita eſt gl. notab. in d. l. vlt. ff. qđ met. cauſ. in princ. Iaſ. in l. admonendi. col. antepen. num. 106. ff. de iureiur. & in repet. eiuſdem leg. col. 95. verſ. ex hoc concluſio.

9 Secundò † ſubamplia, vt non ſolũ procedat, quoad ius ſcriptum, ſed etiam quoad conſuetudinem: nam ſi adſit præſumptio conſuetudinis contra aliquem,

qui ſemiplenè probauit, cui hoc defertur iuramentū
ſuppletorium. Ita ait Iaſ. in reper. in rep. d. l. admonē-
di. nu. 295. verſ. ex hoc corolario inferunt. ibi. 2. fallē-
tia eſt, quod dicit fuiſſe dictū Bald. in c. 1. §. preterea,
in fi. de cōſue. rec. feu. & ibi dicit eſſe tenendū cordi.
& Bal. ſimpliciter ſequitur Roman. in l. admonendi,
col. 26. in tertia fallen.
10 Tertiò ſubamplia, † vt nec duo teſtes ſufficiant cō-
tra pręſumptionem iuris: niſi ſint excellentiores, atq;
omni prorſus exceptione maiores. Ita cōſuluit Dec.
in d. reſp. 53. nu. 57. volum. 1. & dicit fuiſſe de mente
Spec. in ver. vlt. de prob. & no. in c. quia. de præſumpt.
& in l. 3. §. ſi eum. ff. de lib. hom. exhib. & in l. genera-
liter. §. ſi pretium. ff. de fid. liber. & in l. nupturæ, in fi-
ne, de iur. dot.
11 Tertiò amplia concluſionem, † vt talis præſūptio
dicaī liquidiſſima probatio, & apertè veritas, & facit
quid expreſſum, l. licet Imperator, & ibi Alex. & Iaſ.
ff. de leg. 1. Cagnol. in l. precibus. C. de impub. & alijs
ſubſtit. n. 180. & in rub. C. de eden. nu. 30. & in l. 1. nu.
143. ff. ſi cer. pet. Bertazzol. conſ. 249. nu. 2. lib. 1. crim.
Decia. reſp. 2. nu. 121. vol. 2. Burſat. conſ. 53. num. 21.
vol. 1. Menoch. conſ. 5. nu. 10. conſ. 36. nu. 50. gl. in l. ſi
tutor petitus, C. de peric. tut. quam gl. dicit meliorem
de iure. Io. de Imo. in l. quæſitum, & illam glo. etiam
pro not allegat Bal. in rub. de præſumpt. ad finem. idē
voluit Ceph. conſ. 142. nu. 34. lib. 1. per text. in l. locu-
12 ples. de lib. cau. vbi ideò dicit, † quod dolus præſum-
ptus à iure propriè dolus eſt ſecundum Bar. in l. quod
Nerua. col. 2. verſ. ſed debetis ſcire. ff. depoſiti, refert,
& ſequitur Cur. Iun. conſ. 141. nu. 6. Alber. in conſ. 6.
nu. 10. Crot. dicto conſ. 110. nu. 4. Couar. variar. reſol.
13 lib. 2. c. 6. in prin. vbi ait † paria eſſe, quod quis habeat
præſumptionem iuris pro ſe, vel quod qs probet, Iaſ.
in 6. no. vbi etiā Alb. & Fulgoſ. d. l. ſi extraneus. ff. de
condict. ob cauſ. & ideò idem Bal. inquit in dicta l. ſi
14 tutor. † quod vbi ad victoriam cōſequendā requi-
runtur validiſſimæ probationes, ſatis eſt probare per
præſumptiones à iure inductas, quod placuit etiam
Menoch. d. conſilio 5. nu. 14. ex mente Aret. conſil.
51. Iaſ. in l. non hoc C. vnde legit. Ripa in c. cum Ec-
cleſia, nu. 23. in fi. de cauſ. poſ. & prop. quibus in locis
15 dicunt † quod ſtatutum requirens probationem de-
terminatam, verificatur etiam in probatione præſū-
pta, quod etiam placuit Fel. in rub. de probat. col. 1. &
ideò dixit Alc. in ſuo tract. præſumpt. part. 3. num. 3.
16 † quod ſi ſtatutū in aliquo caſu requirat liquidiſſimas
probationes, ſufficiat probatio per iuris præſumptio-
nem per l. 1. vbi Fulg. & alij. C. de teſt. milit idem vo-
luit Angel. Alexan. & Iaſ. in dicta l. licet Imperator,
num. 13. ff. de leg. 1. & Alc. vbi ſupra defendit hanc
partem, contrariam confutando iuribus ibi per eum.
Idem voluit Alban. dicto conſilio 6. numero deci-
mo, quod dicit fuiſſe etiam de mente Felyn. in capit.
prudentiam, colum. penult. de offic. deleg. idem ſen-
ſit Nat. conſ. 581. nu. 16. libr. 3. ibi amplius dico, vbi
17 aſſerit † quod quando ſtatutum requirit probationē,
* verificatur in pręſumptione iuris, & ita * communiter
Doctor. tenere teſtatur, & hanc candem ſententiam
videtur ſequi Decian. reſp. 1. numer. 43. cum duobus
18 ſequent. volum. 2. dum dicit, † quod coniecturæ legi-
timæ, & à iure approbatę ſufficiūt etiam in caſu, quo
requireretur euidens probatio plena, clara, & pluſ-
quam manifeſta; ſecus autem, ſi eſſent aliç coniectu-
ræ, & pręſumptiones, vt l. quidam teſtamento. ff. de
vulg. & pupil.
19 Sed † contra, & Bal. & Alc. dictum faciunt, quę vo-
luit Dy. & Bar. per illum tex. in l. Lucius. ff. de cond. &
demon. & Bart. in l. ait prætor. §. ſi iudex, in fi. ff. de re
20 iudic. vbi dicunt, † quod qn̄ lex requirit manifeſtiſſi-
mas probationes, tunc præſūptiones à iure approba-
tæ non ſufficerēt, qa licet aliàs pro idoneis, & legitimis
21 probationibus habeantur, nihilominus † ex quo per
modum cōditionis probatio nominatur, vera, & cō-
cludens probatio requiritur, & præſumpta nullo mo
do admittitur. Idem voluit Bal. in l. ex ſententia, cir-
ca fi. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. & in c. quod ad
conſultationem. colum. 3. de re iud. Roman. in rub.
de arbitr. colum. 7. Bal. & Salic. in rub. C. de reb. cred.
colum. pen. Iaſ. in l. admonendi, num. 182. ff. de iure-
* iur. cum plur. ſeq. & hanc eſſe * communem opinio-
nem atteſtatur Dec. in rub. de probat. colum. 4. verſ.
3. ſi fiat mentio, & colum. 16. verſ. retenta prædicta,
eandem opinionem ſequutus eſt. Alexan. in d. l. licet
22 Imperator. num. 4. vbi voluit † quod quando in ali-
quo caſu requireretur probatio ex eo, quia eſſet pro-
latum iſtud verbum euidens probatio, quod tunc nō
ſufficeret probare præſumptiuè per coniecturas à le-
ge probatas, ſed requiritur vera, & clara probatio. per
tex. quem dicit meliorem de corpore iuris. in d. l. Lu-
cius. ff. de condit. & demōſt. vnde Bart. in l. 1. C. de fid.
inſtrum. & iure haſtæ fiſc. lib. 10. in prin. dixit, quod
23 † ille non dicitur probare, qui habet pro ſe iuris præ-
ſumptionem, ad idem reſpondit Bero. in conſ. 19. nu.
14. cum ſeq. volum. 3. facit, quod voluit Alex. in l. ſi
ex argentarijs. in fi. ff. de eden. vbi per illum tex. dicit,
quod ex quo ille textus requirit cōditionaliter, quòd
argentarius, vel eius hæres probet ſe non habere pe-
nes ſe rationes, & illas perdidiſſe, neceſſaria erit pro-
batio vera, & legitima, nec ſufficeret præſumpta. Et
idem Alex. & Roman in l. 1. C. de teſtam. milit. dicūt
24 † quòd quando ſtatutum probationem requirit, non
intelligitur de probatione, quæ ex legis præſumptio-
ne fieret, ſed de vera, & legitima.
25 Conciliare poteris † declarando, vt prior opinio p-
cedat in illis caſibus, in quibus veræ, & concludentes
probationes haberi non poſſunt, in quibus præſum-
ptiuæ ſufficiunt, poſterior autem ſententia procedit
regulariter, prout ita hanc differentiam conciliare vi
detur. Dec. in d. rub. de probat. colum. 19. verſ. ſi tamē
per tex. in c. Michael, & in cap. ex tua. de fili. presbyt.
vbi glo. & Doctor. Fely. in d. rub. de probat. nu. 3. Cot.
in lib. ſuo memor. verb. lex, quæ loquitur, idem colli-
gitur ex dictis Crauet. conſ. 73. num. 19. vol. 1. dum ait
26 † quod iuris præſumptiones inducunt plenam proba
tionem in his, quæ ſunt difficilis probationis, quia di-
cuntur liquidiſſimę probationes. Idem voluit Decia.
reſp. 7. num. 40. lib. 3. & reſp. 2. num. 1. volum. 1. Paul.
de Caſt. in conſil. 143. viſo proceſſu, & atteſtationib.
col. 2. & in conſ. 169. viſo puncto. colum. 3. cir. med.
lib. 2. Soc. in conſ. 187. colum. 5. ad fi. verſ. nam ex plu-
rib. lib. 2. Idem Caſtren. in conſ. 281. in cauſa iſta. col.
2. & in conſ. ſeq. colum. 3. lib. 1. Iaſ. in l. manifeſtæ. in
2. not. ff. de iureiur. in l. ſi fundum. in 2. not. ff. ſol. mat.
in l. 1. colum. 3. Roman. conſ. 7. colum. 1. Iacob. No-
27 uel. in 2. rom. ad reg. Duen. reg. 160. & facit, † quia in
occultis præſumptiones dicuntur liquidiſſimę proba
tiones. glo. & Docto. in d. l. licet Imperator. ff. de leg.
1. not. Aret. in l. ſi is, qui in princ. ff. de acquir. hær. Iaſ.
in l. cum eo. C. de tranſ. Fely. in c. ſi cautio, de fid. inſt.
Barb. conſil. 11. colum. 12. volum. 1. Decia. reſp. 2. nu.
3. volum. 2. & hanc reconciliationem ſenſit Viuius,
in ſuis communibus opinionib. verb. iuramentū ne-
ceſſarium. dum ait, quod in caſibus, in quib. veræ, &
concludentes probationes haberi non poſſint, ſuffi-
ciunt præſumptiones ex congeſtis ibi per eum. & hæc
cōciliatio colligiī, etiam ex eo, ꝙ voluit Decia reſp.
28 76. nu. 35. lib. 3. vbi dixit † ꝙ ſtatutū, ſiue lex requirens
plenas ꝓbationes, & euidētes, intelligitur, qn̄ poſſent
tales ꝓbationes haberi, ſi minus haberi poſſūt admit
titur quęlibet alia ꝓueniēs ex ꝑſumptionib. & conie-
cturis, q̄ tunc ꝓ plena, & euidēti habeī, ex quo ſumus
in his, quæ ſunt difficilis probationis propter defectū
29 probationum, & † in his, quæ ſunt difficilis probatio-
nis ꝑſumptiua probatio obtinet locū plenę, & pfectæ
ꝓbationis. Ita Bar. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.
Eccleſ.

Eccleſ.cir.ſi. Ang. in l.at qui natura.§.enim me abſen
te.ff.de neg.geſt.Paul.à Caſt.in conſ.161.in c. in præ-
ſenti cauſa.vol.1.Cyn. & Bart.in l. ſi quidem. C. ſol.
matr.Bal.in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cle.& in l.
4.C.de prob. Affli&.dec.13 nu.23. cum ſeq. latiſſimè
Menoch.de arbit.iud.in lib.2.caſ. 115.

30 Vel † ſecundò dicas,quod ſecunda opinio poterit
ſaluari,& verificari in præſumptionib.leuibus:prima
autem in vrgentiſſimis,ita videntur ſenſiſſe Decia.in
31 reſponſ.12.nu.27.vol.1.dum dicit † quòd quādo pro-
batio requiritur per modum cōditionis, non ſufficit
leuis coniectura,& præſumptio,ſed requiritur cōclu-
dens,& vrgentiſſima,iuribus ibi per eum adductis:

32 Vel tertiò † dicas, quòd prima opinio procedit, qñ
lex ita diſponit expreſsè, videlicet quando vult præ-
ſumptiones habere vim plenæ probationis, prout ita
intelligit illam Claud. Bertaz.in addit.ad conſ.crim.
Bartholomæi patris.conſ.185.in lit.C.de mēte Alex.
in d.l.licet imperator.& Marſ.in l.fi.num.4.C.ad leg.
Cor.de ſica.& in rub.de prob.nu.113.& 114.& ꝓ hac
parte facit, ꝙ voluit Menoc.de arb.iud.lib.2.caſ.115.
nu.5.dum voluit,ꝙ præſumptiua,& coniecturalis ꝓ-
batio ſufficiat etiam, quando lex requireret plenam,
& perfectam probationem,ſi ſumus in antiquis ea ra
33 tione,quia in antiqs lex † hēt præſumptiuā probatio-
nem pro perfecta,ergo recipienda eſt,ēt ſi lex de per-
fecta probatione loqueretur, quod ēt ſenſit Crau.in
tract.de antiq.temp.vlt.par.1.par.prin.nu.35.reiecta
opinione Soc.contraria.Et ibid.idem Menoch.hanc
reconciliationem apertè profitetur.

34 Vel quartò dicas † quod dictum Bal.Fulg.& aliorū
procedit,& verificabitur, quando ſtatutum exigens
lucidiſſimas probationes eſſet tale,quod poſſet verifi
cari in caſu ficto:tunc enim iuris præſumptiones ſuf-
ficerent,ſi autem ſolū verificaretur in caſu vero,tunc
ſecus.Ita diſtinguit Alex.in d.l.licet Imperator,nu.7.
quando autem verificetur ſtatutum in caſu ficto. vi-
de eund.Alex.poſt Bal.& Io.de Imo.in l.Gallus.§.&
35 quid ſi tantum.ff. de lib.& poſth:& ratio eſt,quia † ꝓ-
ſumptiuè veniens,& per coniecturas dicitur fictè ve-
nire:nō autem propriè.l.1.ff.ſi tab.teſt.extab. in verb.
cum per coniecturas non propriè ſcriptus ſit.

36 Vel quintò † dicas,quod prima opinio ꝓcedit quo-
uſque de contrario non conſtat,& ſi de contrario nō
37 appareat,quo caſu † præſumptio legis dicitur liquidiſ
ſima ꝓbatio,& verificatur in illa:ſecunda verò quan
do contra præſumptionem iuris obſtaret aliqua alia
ſpecies probationis. Ita poteſt colligi ex dictis Eue-
38 rard.In d.loco,à veriſimili.nu.18.dum dicit, ꝙ † hu-
ius iuris præſumptionis effectus eſt, vt ex ea is,contra
quem eſt præſumptio,condemnetur,niſi per eū pro-
betur contrarium per aliquam legitimam ſpeciem
probationis, ex quo præſumptio legis eſt liquida pro
batio, donec appareat de contrario.

39 Tertiò † amplia cōcluſionem, vt talis præſumptio
etiam ſufficeret caſu, quo lex requireret probationē
per inſtrumentum.l.quicunque.C.de apoch.pub.lib.
10.quam no.ad hoc Bal.in l.1.num.18.C. de fideicō.
& l.1.§.1.C.de rei vxo.act.Alex.in conſil.126.repe-
titis.col.2.num.9.in fin.lib.6.Andr.Barbat.in repet.l.
cum acutiſſimi.col.9.C. de fideicom. Marſil. in rub.
C.de probat. num.57. Dec. in rub. de probat. col.18.
verſ. & ideò hæc, & conſ.54.num. 3. Crau.de antiq.
temp.par.vlt. num.13.

40 Contrariam † ſequutus eſt ſententiam Iaſ.in l.cer-
ti condict.in prin.nu.12.ff.ſi cer.pet. qui eiuſdem opi
nionis citat Rom.in l.1. C. de teſtam. milit. & Curt.
ſen.in conſ.79.col.pen.verſ.ſed ſolum huic.

Sed priorem opinionē veram eſſe teſtatur Menoc.
in conſ.5.nu.22.per d. l. quicunq; quæ clarè oſtendit
præſumptionem illam ex curſu illius triennij veræ,&
propriæ probationi æquiparari, cum per eam præſū-
ptionem probetur ſolutio cenſus præteriti temporis,
quæ ſolutio alioqñin.vel teſtib. vel inſtrumentis pro-
banda foret.Idem voluit Crot.conſ.71.num.4. Dec.
conſ.42.nu.93.& conſ.72.nu.21.& ſeq.Claud. Berta.
in addit.ad d.conſ.crim.Bart.patris 185. in lit. C. qui
ad hoc citat Natt.conſ.981. quod non habeo.

41 Quartò amplia † cōcluſionem,vt talis præſumptio
probet delictum, & iudex poteſt ex ea deuenire ad
condēnationem,ita prob.tex.in l.ſi hi,qui.C.de adul.
42 vbi habetur, † quod ſi quis accuſatur de adulterio, &
excuſatur ratione cōſanguinitatis, & poſteà reperia-
tur cōtraxiſſe matrimonium cum ea, inducitur ab il-
la lege violenta præſumptio,per quam poteſt condē
nari de adulterio,& ſic pœna mortis, & ad hoc not.
* & cōmendat ibi gl.ord.Bar.Bal.& Sal.& hanc * cōmu
nem eſſe Doct ſententiā teſtatur Gomez.in ſuo trac.
de delic.c.12.nu.25.& dicit de hoc eſſe etiā gl. in l.
abſentē.ff.de pen.in gl.2.& ibi Alb.& alij Doct. Spe.
In tit.de præſum.§.1.ver.item ſi quis denunciet. Aug.
de Arim.in addit.ad Ang.de malef. in par. fama pu-
blica præcedente.col.8.verſ.limitarem tamen. Gādi.
in tract.maleſ.in rub.de præſu.& indic.quib conden.
ſeq.col.3. in fi. & de hoc idem Gomez. vbi ſup. dicit
eſſe tex.ſm ſuum verum ſenſum.in l.fi.C.de prob.vbi
43 expreſsè dicit, † ꝙ iudex poſſet ferre ſententiā ex in-
* dicijs indubitatis,& ibi expreſsè no Bal. Sal. & * cō-
ter alij Doct.tex.in auth.vt liceat matri,& auiæ.§.qa
44 verò.colla.8.vbi habetur, † ꝙ ſi quis ter denunciatur,
ne alloquatur vxorem alterius, & poſteà reperiaſ in
aliquo loco eam alloquens,pōt puniri pena ordina-
ria,facit tex.in l.cōſiliarios.C.de aſſeſſorib.vbi habe-
45 tur † ꝙ ſi officialis fugiat tēpore ſindicatus.habetur ꝓ
confeſſo,facit tex.in c.de hoc,de ſimonia.in c.porre-
cta.de confir.vti. vel inutil.c. inter ſollicitudines, de
* purg.canon.c.lit. de præſumpt. & ita * omnes tenere
teſtatur Iul.Clar.in pract.crim §.fi.q.20. In fin. quod
etiam voluit Boſſ.in tit.de conuictis, nu. 29. ponens
exemplum in d.l.ſi hi,qui. C. de adulterijs.Et idē vo-
luit Sal.in l.ea quidem.C.de accuſat.& in l.3. ad leg.
Iul.maieſt.& plenè in l.ſciant cuncti, per illum text.
C.de probat. Io.de Anan.in conſ.49.& ibi Ludo.Bo
log.& Bal.in d.l.ea quidem.col.2. verſ. indicium eſt
46 duplex, dicit † quod præſumptio huiuſmodi dicitur
plenum,& indubitatum indicium,& hoc fauore pu-
blico inſtitutum eſſe,ne ſcilicet facultas probandi re-
ſtringatur,dicit Bal.poſt Dyn. in l ſpadonē. §. qui iu-
ta.ff.de excuſ.tut.& Iaſ.in auth.ſi verò contigerit, in
3.not.C.de iudic.& in l.admonēdi.col.93.verſ.viſis,
& plenè examinatis.ff.de iureiu.huc ſpectant iura,&
authoritates,quas pro hac parte latiſſimè accumula-
uit Boer decil.164.nu.3. cum ſeq.

47 Sed contrarium † videtur probari per text.apertum
in l.abſentem.§.1.ff.de pen.cuius verba ſunt, ſed nec
48 ex ſuſpicionibus † debere aliquem damnari,Diuus
Adrianus Aufidio Seuero reſcripſit: ſatius enim eſt
impunitum relinqui facinus nocentis quàm innocē-
tem dānare, & ideo hoc no. & commendat ibi glo.
* ord.Bart.& Alb. & ita ibidem * communiter Doct.te
nere teſtatur Gomez.vbi ſup. & facit quod no. Ang.
in l.2.ff.de furt.& Iac.Butrig.d.l fi.C.de proba.vbi re-
49 ſolutiuè dicit, † quod vbicunque eſſet poſſibile rem
aliter ſe habere, non ſtatur indicijs, nec præſumptio-
nibus,vt etiam Paul.Caſtr.& Imo.in l.ſi.ff.de hæred.
inſtit. colum. fin. & hanc opinionem, tenuit Ant.de
Butr.in cap. quanto, de præſumptio. Anchar. Abb.
Felyn.in dict.cap.afferte.eod.titul. Abb.in cap. ſi cle
rici. §. ſi de adult. de iud. colum. pen. num. 19. & in
cap.2.de cohabit.cler. & mulier.colum.1. num. 3. &
in cap.auditis,de præſcriptio colum.pen.in fin. Spec.
in d.titul.de præſumptio.§.1.verſic. in ſumma noto,
Alber.in d.l.abſentem.colum.1. num. 3. Bald. in d.l.
fin.C.de probatio.Oldra.conſ.192. Marſil. conſil.10.
num.14.Alexand.in l.1.colum. 8. num. 28. vbi Iaſo.
colum.5.num.21.& Dec.colum.4.ff.ſi cer.pet.1. Dec.

Digitized by Google

conſ.175. poſt nu.3.col.fi.verſ.præterea, etiam Marſ.
in rub. de prob. nu. 23. Nouel.in pract.crim.fol.128.
nu.34.Marſ.in l. reper. col. 5. verſ.videamus ergo.ff.
de queſtio.
50 Sed concordare poteris † tenendo priorem ſenten-
tiam procedere, quoad præſumptionem iuris, poſte-
riorem autẽ quoad præſumptionem hominis, & ſic
iudicis, qui eam præſumit ex facto, & qualitate nego
tij, ſecundum quam non poteſt, quis condemnari cri
minaliter, de quo tamen dic, vt in concl.de præſump.
hominis, ita videtur ſentire. glo. d.l. ſi C.de adult.&
Gomez.d.tit.de delictis.c.20.nu.25. verſ. quod tamẽ
ſingulariter intellige. Idem ſenſit gl.in d.l. abſentẽ.
51 Vel ſecundò dicas † poſteriorem opinionem loqui
de præſumptione iuris, priorem autem de præſum-
ptione non ſolùm iuris, ſed etiam de iure per tex. ſu-
per quo principaliter fundatur, in d.l.ſi qui.C. de adul-
ter. quo in loco nedum lex præſumit, ſed etiam ſuper
facto præſumptio ſtatuit, quod eſt proprium præſum-
ptionis iuris, & de iure, & hæc conciliatio videtur
fuiſſe de mente. Fel.d.c.afferte.col.10.verſ. ſed iſta li-
52 mita.de præſump.dum dicit, quod † tunc poteſt ferri ſen
tentia condẽnatoria, quando iudex mouetur ex præ-
ſumptione, quã lex expreſsè approbaret in criminib.
nam ex ea poteſt, quis condemnari in omni caſu etiã
capitali, quod etiã placuit Abb.in c.accedens.ver.
nec obſtat.de accuſ.cum alijs.ibi per Fel.adduct.
Et hanc eandem reconciliationem poterimus col
ligere ex diſtinctione Gomez. vbi ſup.n.25. ibi quod
tamen ſingulariter intellige.
53 Vel tertio poteris dicere, † quod prior opinio pro-
cedat in præſumptione reſultante ex indubitatis indi
cijs.l.ſciant cuncti, ibi, indubitatis indicijs.C.de prob.
& in l.2.ibi, argum.conuictus.C.quor.appellationes,
& in c.excommunicamus.in fin.ibi, certis indicijs.de
hæret. ex qua præſumptione poteſt quis condemna-
ri, & puniri ſecundum Io.And.in addit.ad Specu.in
titu.de probat.§.fi.verſ.18.Ant.de Butr. & Abb.in c.
1. loco, de probat.& ideò dixit Bal.in l. excipiuntur,
ff.ad Sillania.ibi eſſe tex.meliorem de iure iuncta.gl.
in ver.particeps.quod ex multis indicijs ſimul iunctis
reſultat plena probatio, etiam ad quem criminaliter
condemnandum: Et ibi Rom. intelligit de indicijs in-
dubitatis: poſterior autem opinio habet locũ, quan-
do præſumptiones non erunt liquidiſſimæ, ex quibus
benè poterit deueniri ad torturam, non autẽ cõdem-
nare, vt inquit Spec. in tit. de præſump. §. fi.verſ.ſed
pone.in fi.& Fel.in d.c.afferte.nu.10.ibi, non video,
quare non eſſet potius incipiendum à tortura, & Go-
54 mez. vbi ſupra.nu.26.circa fi.vbi dicit, † quod ſi præ-
ſumptiones non ſunt liquidiſſimæ, & à lege approba
tæ, tunc reus debet torqueri per iudicem, vt comper-
ta veritate poſſit definitiuè condemnari, & ideo Io.
And.in addit.ad Spec.de proba.§.fi.verſ.30. dicit, quod
tutius erit ſtantibus præſumptionibus, extorquere cõ
feſſionem à reo per torturam.
55 Vel quarto dicas, † quod ſi priorem opinionem tene-
re malueris illud iungendum erit, quod vbi ex præſũ-
ptionibus proceditur multum debet iudex tempera-
re ſententiam ſuam, ita Inno.in c.quia veriſimile. nu.
* 2. de præſump. quem dicit ſequi * communiter Doct.
Marſ.in l.1.§. Diuus Adria.nu.25.ff. ad leg. Corn. de
* ſicar.& hanc eſſe * communem opinionẽ dicit Balat.
Rut.in alleg.hæreſis.§.2.prout illos refert Piaz.lib.1.
delict.c.14.num.3.in fi.& Duen.reg.303.circa med.
quoad hoc citat Abb.& Fel.in d.c.quia veriſimile.
Iaſ.in l.1.nu.28.C.de ſeru.fug.& in l.1.nu.21.ff.ſi cer.
pet. Gram.dec.43.num.13. & ſecundum hãc ſenten-
56 tiam † ſeruat Illuſtris.Senat.Mediol.qui licet ex præ
ſumptionibus deueniat ad condemnationem, non
tamen imponi pœnam mortis, neque ordinariã de-
licti, prout atteſtatur Iul. Clar.pract.crim.§.fi.q.20.
verſ.ſcias tamẽ.in fi.& ideò, dixit Gand. de Maleſ.tit.
de præſump. circa fi. quod de conſuetudine vidit ob-
57 ſeruari, † quod ex indicijs quantumcunq; indubita-
tis, non imponitur pœna corporalis, ſed ſolum pecu-
niaria, quod dictum Gandi. refert, & ſequitur Paul. de
Caſtr.in conſ.299.nu.3.viſa inquiſi.in fi.lib.2.ſubdẽs
quod propter illud defendit quendam imputatũ de
58 homicidio, & concludit, quod † argumenta, quantũ-
cunq; vrgentiſſima, etiam ſi eſſent talia, quæ mẽtem
iudicantis adeò coarctarent, quod aliud credere non
poſſit, non tamen ſufficerent ad condemnationẽ pœ-
næ corporalis; ſed dumtaxat pecuniariæ, & ita omnes
Doct. qui erant tempore Gandini Bononiæ reſpon-
diſſe teſtatur de mente ipſius Gandini cõtra eius de-
ciſionem, ſubdit idem Caſtr. temerarium fore iudica
re, & ideò in d.l.ſciant cuncti.C.de probat.recitat ca-
ſum illius, quem à morte liberauit, nempè qui viſus
fuerat exire gladio euaginato ab agro quodã in quo
repertus occiſus inimicus patris illius, qui ei eo die do-
mo egredienti iuſſerat ne rediret, quin prius aliquid
non audiret, & cum domum rediſſet dixit ei pater,
vt fugeret, prout eundẽ Caſt. refert. & ſequitur Tiraq.
de pœn. cau. 27. vbi motu ſuo penè infinitas authori-
* tates ad hoc congeſſit, & ita * cõmuniter tenere Doc.
teſtatur Cater.in pract.crim.fol.36.& hanc opinionẽ
* etiam dicit * communem Boſ.tit.de cõuict.nu.34.&
* ſeq.affirmans, quod ita ſeruatur in pract. & quod iſte
* eſt * communis ſenſus Doct. & quod iſta eſt veritas,
hanc eandem ſententiam ſequutus eſt Boer.d. deciſ.
164.nu. 6. vbi poſt multas hincindè adductas autho-
ritates concludit, quod non debet quis puniri vera pœna
delicti, ſed alia minori arbitrio iudicantis, quãdo ex
indicijs & præſumptionib. vehementiſſimis etiã indu
bitatis venit condemnandus de mente Bal. & Doct.
in l. eius. §. 1. ff. de teſta.& ibi Franc.de Aret.col.10.
verſ.3.dicit. And.& Barb.cõſ.62.col.7.poſt med. vol.
1.Franc.Brun.in ſuo tract.de tortura.in 4.prin.q.verſ.
aduertendum tamen eſt. Alex.conſ.116.in fi.vol.3.&
conſ.15.col.3.verſ.2.quia vol. 1.
59 Sed vt proferam † quid ſentiam in his, quas retuli-
mus opinionibus dico, quod ſi agitur de aliquo facto
ſuper quo lex præſumat, & præſumendo diſponat, nõ
eſt dubium, quod iudex nedum poteſt ex tali præſum
ptione condemnare pœna etiam capitaliſſima, ſed
omnino tenetur condemnare, & ratio eſt, quia cũ le-
ge ex tali præſumptione res patere dicatur, iudici le-
gis miniſtro, & patere debet, nec vltra prætendere po
teſt, exẽplum eſt in d.l.ſi qui.C.de adult. & ita voluit
Boſſ.vbi ſup.nu.29. & omnes ita tenere teſtatur Clar.
vbi ſup.verſ.item ſcias, & hoc idem voluit Gomez.d.
tit.de delict.c.12.nu.25. verſ.quod intellige.
Si verò agatur de aliquo facto, ſuper quo lex tan-
tum præſumat, non autem diſponat, tunc ſi ille con-
tra quem eſt præſumptio legis deficit, in probatione
contraria præſumptioni legis, debet item condemna
60 ri: nam † præſumptio tunc tranſit in violentam, ex eo,
quod non habet teſtes ſuæ innocentiæ, vt dicit gl. in
61 c.nemo in ver.priues. de ſimonia, & qui † deficit in pro-
batione pro conuicto habetur, & punitur tanquã pro
batum ſit crimen, vt habetur in c.de hoc, de ſimon.&
in c.inſinuatũ.eo.tit. & hoc ito.gl.in c.cũ P. de purg.
canon.in ver.priuare.& tex. in c.inter, eo.ti.in fi.& fa
62 cit, quia † actus præſumptus à iure eo ipſo probatus
dicitur, quod non probatur contrarium.gl.in l.ſecun
da.C.de erro.calc.in l.ſi creditor.C.de pig.act.in l.te-
ſtamento.C.de teſtam.mil.& idem ſent. Lucrard.in
63 ſua Cent.loco, à veriſimili.nu.18.dum ait, quod † præ-
ſumptio legis eſt liquida probatio, donec appareat
de contrario, & ideò huius præſumptionis effectus eſt,
vt quis ex ea condemnetur, niſi per eum contrarium
probetur per aliquam ſpeciem legitimæ probationis,
& huc ſpectant, quæ tradit Nat.in conſ.633.nu.3.cũ
ſeq.lib.3.circa intellectum leg.iubemus.C. de proba.
& faciunt, quæ ibi no. Doct.

Quod

64 Quod tamen † intellige, vt non procedat quó ad
mortem, ſed in eccleſiaſticis, quo ad priuationē offi-
cij, & beneficij, & depoſitionem, ſecūdum facti qua-
litatem: in ſecularib. autem, quoad aliàs pœnas non
capitales, prout ex delicto poſtulabitur: nam cū talis
dicatur præſumptiuè conuictus, non autem directè,
non debet capitaliter condemnari. Ita animaduertit
not gl. in d.c. inter. in ver. arctum monaſterium, de ſi-
monia. & hoc fortaſſe eſt, quod cenſuit Bertozol. in
* conſ. 31. nu. 13. in crim. dum aſſeruit* communem &
veram eſſe Doct. opinionem ex præſumptione etiā
iuris neminem poſſe cōdemnari vera pœna delicti,
ſed mitiori, vnde illum reſtringerem in pœnis capi-
talibus, prout ita loquitur expreſſè Abb. ab ipſo cita-
tus in c. auditis, nu. 32. de præſcrip. & Fel. in c. ſi quan-
do, nu. 13. propè fi. de homicid. Item ab ipſo citatus
idem Marſ. ſing. 185. & tandem omnes alij Doct. ab
eodem relati, qui omnes fundant ſe ſuper dicto ori-
ginario Abbatis, vt ſupra.
65 Secundo intellige, † vt non habeat locum in his, in
quibus ageretur de ſalute animarū, quibus non eſt ex
præſumptionibus iudicandū. Ita Auch. in conſ. 411.
66 nu. 5. quo in loco ideo conſuluit, † quod præſumptio
legis, qua non cōficiens inuentariū præſumitur ſub-
traxiſſe bona hæreditaris, & ideo ſtatuunt illū teneri
vltra vires hæreditarias, non debet attēdi in foro ca-
67 nonico, in quo ſolū debet attendi, vt anima defun-
cti à peccato liberetur, vt c. in literis, de rap. ſed hoc
non poſſet contingere, ſi hęres coactus, & inuitus ſa-
tis faceret de proprio, vt c. denique 14. q. 5. ſed eſſet
68 illum grauare. c. non eſt putanda. 1. q. 1. cum † ſalus
vnius cum alterius incommodo non ſit conſulendū.
d. c. deniq; nec legalis præſumptio, quod hæres ſurri-
puerit, videtur efficax ad cogendum eū, quia poteſt
eſſe contrarium, quod ſcilicet non ſurripuerit, & ius
69 canonicum † non debet attendere pœnas legales, ſed
niti veritate, & ideo operari, vt tantummodo male
ablata reſtituantur, in ſalutem defunctorum. c. pecca-
70 tum. de reg. iur. in 6. & in foro animæ † nō habere lo-
cum præſumptionem etiam iuris, & de iure, ſed ſtan-
dum eſſe ſoli veritati teſtatur Bero. in conſ. 30. nu. 39.
vol. 2. per text. in c. tua nos, & ibi Abb. de ſponſ. imo
71 ſententia † lata ex iſtis præſumptionibus poteſt, quā-
72 docunque retractari, cum ſententia qua † ſeruata pe-
riculum animæ vertitur, nunquam tranſeat in rem
iudicatam. Ita Rom. in l. admonendi nu. 15. ff. de iu-
reiur. & dicit de hoc eſſe gl. approbatam in cap. inter
monaſterium, de re iudicata, in gl. vlt.
73 Aut agitur † de aliquo facto, ſuper quo lex onus iu-
dicis dimittit, vt præſumat ex qualitate rei, & perſo-
narū plus, vel minus, tunc ſi adſint quæcunque vrgē-
tiſſimæ præſumptiones, & indicia, tenēda eſt opinio
Inn. Gandi. Caſtr. Boſ. & aliorū, de qbus ſupra, videli-
cet neminē poſſe ex præſumptionibus, & cōiecturis
condemnari de maleficio pœna aliqua corporali, &
hanc ſuiam, vltra ſuperius allegata veram dicit Me-
noch. in conſ. 82. nu. 144. vol. 1. & ratio eſt, quia iſtæ
74 præſumptiones † hominis, non adeo indubitatæ ſunt,
quin quandam ſolicitam dubitationem ſemper reci-
piant, & præſumptiua probatio dicitur dubia proba-
75 tio Bero. in conſ. 19. nu. 14. volu. 2. quia † præſumptio
dicitur habere ſe ad eſſe, & non eſſe, cum fiat ſuper
re dubia. gl. in l. vnica. §. accepit. in verſ. præſumatur
C. de rei vend. & ideo mitior pœna eſt elligenda, &
76 etiam quia † ad hoc, vt quis condemnetur, & puniat
de maleficio criminaliter debēt præſumptiones eſſe
violentæ, & ſicà lege approbatæ, vel inductæ, nō au-
tē veriſimiles, & probabiles prout ſunt hominis præ-
ſumptiones, ſecūdum Spec. in tit. de præſumpt. §. ſpe-
cies autem, nu. 2. Bald. in rub. de præſumptio. num. 2.
Fel. in c. quanto, nu. 2. ver. adde Bal. eo. tit. Decia. reſp.
13. num. 23. vol. 1. & probatur in d. l. vlt. C. de proba.
Crauet. in conſ. 57. nu. 5. & conſ. 73. nu. 19. & in conſ.
78. nu. 2. quem refert, & ſequitur Menoch. in d. conſ.
81. num. 143. vol. 1.
77 Iſtud tamen limita † in crimine aſſaſſinij, quod
probabilibus argumentis probari poteſt. in capit. pro
* humani. de homicid. & hanc * communem ſenten-
tiam teſtatur Boſſ. in titul. de conuictis. num. 55. & il-
lam ſequitur Clar. in §. aſſaſſinium. verſ. præterea. Io-
ſeph. Lud. concl. 45. in prima ampliat.
78 Secundò limita † in crimine hæreſis, ita idem Io-
ſeph. Ludo. vbi ſupra de mēte Clar. in §. hæreſis. verſ.
habet etiam. vbi, vt verum fatear pace tanti viri, hoc
* nō dicit, immo atteſtatur eſſe * communem opinio-
nem, vt duo teſtes requirātur. & in q. 71. Direc. inqui-
ſit. concluditur, quòd licet de rigore iuris requirantur
tantum duo teſtes propter regulam, quæ habet, quòd
in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, tamen
79 æquitate iuris † non videntur in tali crimine ſufficē-
re, tum propter criminis immunitatem tum propter
iuris ordinis in hoc crimine detruncationem: in hæ-
reſis enim crimine ordo iudiciarius in fauorem fidei
detruncatur, quia nec delatus videt teſtes iurare, nec
ſibi etiam publicantur, & quod dicitur, quod in hoc
80 † crimine ſufficiunt leuiores probationes, verum eſt
quoad præſumendum, non quoad condemnandum,
dummodo etiam illæ leuiores probationes fuerint
probatæ plenè. Innoc. in c. ſicut de ſimonia.
81 Tertiò limita † in crimine ſimoniæ, in quo proce-
ditur, & ſufficiunt probationes per ſigna, & coniectu-
ras. ita Ioſeph. Lud. in d. concl. 45. verſ. ampliatur ter-
tio de mente Iulij Clar. in §. ſimonia. verſ. item ſcias.
82 Sublimita, vt † iſtud procedat in ſignis euidenti-
bus claris, & reum conuincentibus ſecundum eundē
Clar. ibi per glo. in capit. inſinuarum. in glo. fin. de ſi-
monia, quam Doct. ſequi teſtatur. idem Clar. ibidem
& pro hoc optimè facit tex. in dict. cap. ſicut, eodem
titul. ibi, vt eius ſigna per aliquam perſonam claruē-
rint.
83 Quartò limita † in crimine læſæ maieſtatis, vbi ex
præſumptionibus poteſt reus condemnari, etiam ad
mortem. Ita Bertazol. conſ. 83. crim. num. 28. lib. 1. de
mente Bart. in l. 2. ff. de bon. cor. qui an. ſent. mortem
ſibi conſciu. Menoch. conſ. 99. num. 178. & ideo con-
84 demnatur in hoc crimine † abſens contumax ob prę-
ſumptionem fictæ confeſſionis etiam ad mortem, vt
* eſt text. in extrauagant. ad reprimendum, & ita * com-
muniter Doctor. tenere teſtatur Clar. in §. læſæ maie-
ſtatis. in fi. & hæc omnia accōmodare poteris ad ea,
quæ diximus ſup. in præiud. ad opus, in 10. quæſt. illa
declarando, & intelligendo, vt hic.
85 Animaduertendum † tamen eſt, quod licet, vt di-
ximus in criminalibus non ſufficiunt ad plenam pro-
bationem præſumptiones plures, tamen ſecus eſt in
ciuilibus, in quibus plura indicia, & præſumptiones
plenam inducunt probationem. Ita probat text. in l.
quæro. §. fi. ff. de ædil. edic. & ad hoc not. & commen-
dat ibi Bar. Alb. Sal. & alij glo. ord. in l. 2. §. ætas. ff. de
excuſ. tut. & ibi Bar. Alber. & alij, quos omnes vna cū
alijs permultis ad hoc alleg. Gomez. in tit. de delict.
c. 12. de prob. delict. nu. 26. vbi tenēt, quareq; teſtatur
* hanc eſſe * communem Doct. ſententiam.
86 Quod ampliare poteris, † vt tanto magis procede-
ret, ſi extaret ſtatutum, vel reſcriptum, quod proce-
deretur ſola facti veritate inſpecta: nam tunc ſuffi-
cerent probationes veriſimiles, vt uoluit Ioſeph. Lu-
douic. in dict. concluſio. 45. verſicu. & eo magis, de
mente Grauet. conſil. 73. num. 27. & Bes. conſ. 52. nu.
84. lib. 1.
87 Limita gūraliter † concluſionem, vt tamē contra
talem præſumptionē admittatur probatio in contra-
riū. Ita ait Iaſ. in l. licet Imper. nu. 4. ff. de leg. 1. Bart. in
d. l. ſiue poſſidetis. nu. 13. C. de prob. Spe. in d. tit. de p-
ba. §. ſpecies. n. 4. facit tex. in c. propoſuiſti. de prob. &
idē Bar. in l. ſciēdū. n. 9. ff. de verb. obl. vbi ēt gl. & ibi.
ſubtun-

Digitized by Google

88 ſubiungit Bar. quod† ſi præſumptio iuris, eſt circa tenorem inſtrumenti, tunc admittitur probatio ſolum per ſcripturam, & non aliter l. generaliter. C. de non nu. pec. ſi vero eſt circa ſolemnitatem ipſius inſtrumenti, tunc probatio admittitur per teſtes, vt no. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. & hanc declarationẽ ſequutus eſt Abb. in d. c. is, qui. nu. 6. de ſponſ.

89 Secũdo limita,† vt licet præſumptio iuris leuet ab onere probandi, & poſſit ex ea iudex procedere iuxt. no. in d. c. afferte. de præſumpt. tamen iſtud procedit, ſi à parte, pro qua ſtat præſumptio illa, ſaltem allegatũ iuxta gl. vulg. in c. appellanti. in ver. alias, de appellationib. Bar. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Alciat. in tract. præſump. reg. 2. præſump. 21. nu. 3. Fel. in c. cum ordinem col. 8. vbi etiam Dec. col. 2. de reſcript. Maran. in tract. de ordine iud. in 6. par. iu verſ. ſecundus actus. nu. 143. Cur. in l. lecta. nu. 31. ff. ſi cer. pet. Dec. in c. ex inſinuatione. in fi. & in c. vt debitus. in 3. no. de appel. gl. in l. quicunque. col. 8. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Rol. à Val. conſ. 9. nu. 21. lib. 3. Crot. conſ. 34. nu. 15. & conſ. 110. nu. 6. & hoc* communiter à Doct. nemine diſcrepante teneri ait Crau. conſ. 258. efficatiora, col. fi. Idem voluit Alex. conſ. 45. col. fi. verſ. fateor tamẽ lib. 3. quod eſt repetitum in conſ. 130. lib. 5. Soc. conſ. 256. nu. 8. lib. 2. & not. Io. Andr. in c. accedens, il 1. vt lit. non conteſt. Inno. in c. ſuper literis, & in c. cum ordinem, in vlt. col. de reſcript. & ideo dixit eleganter gl. reputata ſing. in l. certum in verſ. cõfeſſus, in prin.

90 & ibi per Bar. quod† licet olim dominus præſumatur nunc dominus. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. tamen requiritur, quod ille, qui fuit dominus olim alleget in libelo, ſe de præſenti eſſe dominum, quod placuit Bal. in l. edita. in repet. Padu. C. de eden. Bart. & Ang. in l. 1. ff. de excep. & allegatẽ tex. optimus, in l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. pen. verſ. idem Pollioni. ibi, vtiq; ſi error allegetur. ff. de adulter. & p illum tex. dicit Bar. ibi, & in l. venia. C. de in ius voc. ad fi. & in l. alia. C.

91 de his, quib. vt indig. quod† non ſufficit apparere præſumptionem ſufficientem ad probandũ errorem; ſed debet, & error allegari, & p illum tex. dicit Bal. in c. ex tenore, de teſta. ꝙ in caſu illius decret. nõ ſine mi-

92 niſterio dicitur, tunc viuentẽ, quia† licet præſumatur viuere, niſi aliud appareat. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quem-

93 admo. teſt. aper. tamen† vitam non oportet probare,

94 ſed debet intentari, quia non intentatũ† ab homine, non præſumitur à iure, & per illum tex. dixit Bal. in l.

12 Sed contra hanc Fulg. diſtinctionẽ tenuerunt Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iu. fiſ. quẽ finaliter videtur ſequi Imo. in l. cum à nobis. q̃a licet non ſperet commodum, nec incommodũ, attamen durat adhuc præſumptio affectionis ad cauſam, & facit ad hoc, quia procurator in principali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis: etiam ſi nullum ſperet cõmodum propter affectionis ſuſpicionem, Alex. conſ. 134. nu. 7. vol. 2. Soc. iun. conſ. 89. nu. 18.

13 Melius fortaſſe † conciliari poſſent hæ diſſidentes opiniones quod aut procurator reuocatus eſt lite pẽdente & teſtis eſſe non poteſt, & procedat prima opinio: aut ante litem cõteſtatam, & poterit teſtificari, prout dicit ſecunda opinio, & ita videtur concordare Ant. Gabr. d. concl. 10 nu. 10. & faciunt ea, quæ dicemus infra in ſequenti limitatione.

Limitatur primo ſupradicta concluſ. vt procedat,
14 quando procurator † geſſit officium ſuum, ſecus autẽ,
ſi ſimpliciter acceptauit procurationem, nec tamen
15 in cauſa verſatus eſt. Quapropter lite cõteſtata † procurator teſtis eſſe prohibetur, ſecus autem, ſi nondum per eum lis conteſtata fuerit, ita voluit Lanfran. de Orian. in d. c. quoniam cõtra verſ. teſtium depoſitiones 4. q. vbi dicit, quod ſi procurator nondum præſtiterit patrocinium, poterit eſſe teſtis, ſecus autẽ ſi patrocinium præſtiterit. adducit Inn. in c. in ſuper de teſtib. vbi dicit, quod ſi procurator re integra renũciauit procurationi, teſtis eſſe non prohibetur. Idem ibi tenent Abb. Imo. & reliqui, Fel. in c. cum à nobis. nu. 14. de teſtib. Bart. in l. deferre, §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſci. Franc. in c. fi. nu. 7. de teſtib. in 6. Campeg. de teſtib. reg. 62 verſ. 2. fallit.

Limitatur ſecundo ſupradicta cõcluſio, vt nõ pro-
16 cedat, quando † procurator produceretur in teſtem contra eum cuius procurator fuit: nam contra eum probabit, ita tenet Bart. in l. deferre. §. idem decreuerunt ff. de iure fiſci. Imo. in cap. inſuper. & in c. cum à nobis de teſtib. Campeg. in tract. de teſti. reg. 62. verſ. 5. fallit Nell. in tract. de teſtib. in ver. iudex. Aufr. de reprobat. teſt. in verſ. procurator. Fel. in c. cum à nobis de teſtib. Ang. Aret. in §. pater, in fin. c. inſtit. de act. & ibi Bauer. col. pen. Philip. Fran. in c. fi. col. fi. de teſtib. in 6. Rota. deciſ. 657. in antiq. vbi dicit, quod procurator in 2. inſtantia poteſt produci in teſtem contra partem, pro qua procurauit. Fulg. conſ. 174. ſuper eo, quod quæritur. col. 2.

Limitatur tertio ſupradicta cõcluſio, vt procedat in eadem cauſa, in qua fuit procurator, ſecus autem
17 † in alia cauſa, quia in ea teſtis eſſe non prohibetur, id tenet Bart. in d. l. deferre §. idem decreuerunt. Stephan. Aufrer. in præalleg. tract. de teſtib. Francus in d. c. fin. de teſtib. in 6. Beren. Fernan. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 8. ff. de acq. poſſ. dicẽs, quod pro-
18 curator † in petitorio nõ prohibetur eſſe teſtis in poſſeſſorio, q etiam voluit Imo. in d. c. cum à nobis. de teſtib. vbi dicit. id eſſe menti tenendum. & facit quod voluit Bal. in l. moribus. C. de teſtib. quod procurator
19 in vno † articulo tantum poteſt eſſe teſtis in cæteris articulis, quod etiam tenuit Ioannes Andr. & poſt eũ Franc. in d. c. fi. de teſtibus.

Sublimitatur iſta limitatio, vt nõ procedat, quando
20 cauſa † in qua is, qui procurator fuit, producitur, hẽt cõnexitatem, & coniunctionem cum illa cauſa, quã
21 procurauit, ideo procurator in cauſa † principali, non põt eſſe teſtis in cauſa appellationis, vt voluit Alex. in cõſ. 134. verſ. Quintus teſtis, vol. 2. & Philip. Franc.
22 in d. c. fin. de teſtib. vbi quod dixerat procuratorẽ † in vno articulo, in alio articulo ad teſtimoniũ admitti, limitat, niſi poſterior articulus cũ priore connexionẽ haberet: quia & hoc caſu affectionis ſuſpitio ſubeſt, quod etiam voluit Iaſ. in rubr. C. de procur.

Limitatur quarto cõcluſ. vt procedat partibus di-
23 ſcrepantibus, ſecus † autem vbi partes conſentirent, quia tunc procurator in teſtem produci poſſet, ita Bar. in d. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſci. Aufrer. in tract. de teſtib. verſ. procurator. Io. Andr. & poſt eum Franc. in d. c. de teſtib. in 6. Imol. in c. inſuper de teſtib. Campeg. de teſtib. at. 62. verſic. Quinto fallit. Fulgoſ. in d. conſ. 174. ſuper eo, quod quæritur. col. 2. Nellus in alleg. tract. de teſtib. verſ. iudex.

Limitatur quinto concluſio, vt nõ procedat quo-
24 ad præſumptionem, † & aliqualem probationem inducendam, quæ ex cæterorum teſtium dicto ſuppleri poſſet. Id colligi poteſt ex Bellam. deciſ. 570. Cõcluſio, quod procurator. vbi per hoc dicit quod procu-
25 rator † ẽt lite pendente reuocatus poterit eſſe teſtis, & probabit in iis rebus, quæ non ita exactam probationẽ requirunt, idem etiam voluit Menoch. cõſ. 62. nu. 86 Campeg. de teſtib. d. reg. 82. verſ. ſeptimo fallit.

26 Limitatur ſexto concluſ. vt nõ procedat † in ſolicitatore, vel familiari domeſtico ipſius procuratoris. Hi enim à teſtimonio non repelluntur, licet procurator ipſe repellatur. Id voluit Bellam. deciſ. 605. Concluſio, q licet procurator, Rot. deciſ. 154. in nou. But. in c. cum à nobis. col. 1. verſ. de ſolicitatore, de teſtib. & ibi Imo. col. 3. verſ. debẽt etiam, & ibid. etiam Fel. col. fi. verſ. de ſolicitatore, Alex. cõſ. 78. col. pen. verſ. præterea, vt dicũt. vol. 1. Francus in d. c. fi. de teſti. in 6.

Limitatur ſeptimo concluſio, vt non procedat, qñ
27 procurator † eſſet probatæ vitæ. & opinionis. Nam ſi ſolicitator hoc caſu à ferendo teſtimonio nõ repellitur, vt tradit Ant. Gabr. concluſ. 12. tit. de teſtib. poſt Rom. cõſ. 420. multo minus debet repelli procurator, qui minus ferre teſtimoniũ prohibetur, quam ſolicitator, vt dicit Rot. deciſ. 154. in nou. & facit: quia li-
28 cet teſtes domeſtici repellantur, fallit tamen † quãdo ſunt probatæ vitæ, & opinionis vt tradit Rom. conſ. 420. Marſ. in l. 1. §. ad quæſtio. col. 2. & 3 ff. de quæſtio. & poſt eos Anton. Gabriel. concluſ. 10. num. 16. titul. de teſtibus.

Limitatur octauo iſta concluſio, vt non procedat
29 in procuratore † ad negotia, qui põt teſtificari, vt voluit Bart. in d. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci Lanfran. in loco ſæpius citato. Franc. poſt glo. & Io. Andr. in d. c. Romana. de teſtibus, in 6. Campeg. de teſtib. reg. 63.

Sublimitatur tamen iſta limitatio, vt nõ procedat,
30 quando procurator † commodum ſentiret, quia tunc non poterit eſſe teſtis, ita ſenſit Bart. in d. l. deferre. §.
31 idem decreuerunt, dicens; quod ſi ſcholaris † mittat librum ſocio per amicũ ſuum, deinde oriatur quæſtio inter ſcholarem, & ſociũ de dicto libro, portator non poterit eſſe teſtis, quia agitur de eo exonerando, cuius dictum refert Lanfr. in loco proximè citato. eodem inter modo, ſi volo probare me poſſediſſe certũ fundũ, & produco procuratorẽ ſeu geſtorẽ negociorum meorũ, q atteſtatur me poſſediſſe, & fructus percepiſſe, interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondit, q erat procurator

curator

curator meus, quod locagit, & fructus percepit nomine meo, certè is probat, quia de ſe exonerando non agit: ſed ſi volo probare, quod talis procurator meus portauit Seio pecuniam non probat, quia agit de ſe exonerando. Saly. in l. omnia. 3. & 4. col. C. de teſtib. Campeg. de teſtib. reg. 63. verſ. 5. fallit. Alex. conſil. 167. quoniam coram Excellentiſſimis. col. 1. vbi teſtatur hanc eſſe * communem opinionem, quem refert, & ſeq. Natt. conſ. 80. nu. 1. vol. 1.

Huc adhibeas ea, quæ de aduocato, proxeneta, ſeu mediatore, ſolicitatore, & huiuſmodi perſonis, qui ex eadem cauſa à teſtimonio repelluntur, ſuis locis diximus.

CONCLVSIO MCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Procurator, qui mandatum ſuſcepit, quando proprio, vel procuratorio nomine agere præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ſuſcipiens mandatum, mandantis nomine agere præſumitur.*

2 *Procurator, ſi emendi talem rem mandatum ſuſcepit, ſi ſimpliciter emat, procuratorio non proprio nomine emere præſumitur.*

3 *Solutio facta à procuratore, qui ſoluendi mandatum ſuſceperat, procuratorio nomine facta præſumitur.*

4 *Inſtrumentum exſcribens, procuratorio nomine exſcribere præſumitur, ſi hoc ei antea mandatum fuerat, & ad exhibendum compelli poteſt.*

5 *Stipulatio de reſtituendo decem, præſumitur facta propter mutuum præcedens.*

6 *Emens rem ſimpliciter, communi nomine emere præſumitur, ſi id anteà actum fuerat.*

7 *Procuratoris mentio, vbi fit, intelligitur tanquam de procuratore, & procuratorio nomine.*

8 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis.*

9 *Tutor, vel curator, in rebus ad minorem ſpectantibus, tutorio, vel curatorio nomine agere præſumuntur.*

10 *Occidens aliquem, præcedentis mandati occaſione id agere præſumitur.*

11 *Procurator agens aliquid ſimpliciter, proprio nomine potius, quam procuratorio, agere præſumitur.*

12 *Actus in dubio, proprio potius, quam alieno nomine geſtus præſumitur.*

13 *Procurator, qui habet ſpeciale mandatum aliquid agendi, idque ſimpliciter agit procuratorio nomine agere præſumitur.*

14 *Seruus communis ſimpliciter ſtipulando omnibus acquirit, ſecus ſi habeat ſpeciale mandatum.*

15 *Procurator habens ſolum generale mandatum, niſi exprimat quo nomine faciat, in dubio nomine proprio agere præſumitur.*

16 *Procuratoris nomen, vbi ſemel expreſſum eſt in actu, omnia quæ inde conſequuntur, procuratorio nomine agere præſumitur.*

Quod ampl. ibid. num. 18.

17 *Proceſſus, præſumitur totus actus procuratorio nomine, vbi ſemel in eo procuratoris nomen expreſſum eſt.*

19 *Procuratoris mentio, vbi fit in vna parte contractus, totus contractus procuratorio nomine factus præſumitur.*

20 *Procuratorio nomine actum præſumitur, quando inter actum, & mandatum modicum interuallum interceſſit.*

21 *Actus, qui ad ſolum dominum pertinere poteſt, procuratorio nomine geſtus præſumitur.*

22 *Actus, qui ad ſolum procuratorem pertinere poteſt, non autem ad dominum, præſumitur geſtus nomine proprio.*

23 *Procurator mandatum ſuſcipiens aliquid agendi, ſi id ſimpliciter agat proprio nomine agere præſum. ut quo ad ipſum, & eum, cum quo cõtrahit, ſecus quo ad ipſum, & dominum.*

Quod declarat. num. 24.

24 *Procurator contrahens facta hæredum ſuorum mentione, proprio nomine contrahere præſumitur.*

1 Procurator ſuſcipiens † mandatũ mandantis nomine nõ proprio
agere præſumitur. l. qui in aliena. § ſi is, qui putabat,
vbi id no. Bart. Ang. & Franc. Aret. & reliqui ſcribentes. ff. de acq. her. l. qui ſeruum. verſ. & idem eſſe in eo.
& ibi Bar. ff. de interrog. act. notatur per ſcrib. in l. ſeruus communis. §. vlt. & in l. proinde. in prin. ff. de ſtipul. ſeru. in l. poſt dotem, vbi latè Alex. col. 5. ff. ſolut. matr. Ang. in l. ſi pupil. §. 1. paulo ante fi. ff. de negot. geſt. Aret. in §. ſequens. col. 5. verſ. & etiam aduertas, & ibi etiam Iaſ. col. 6. Inſt. de act. Rom. conſ. 92. Vi-
2 ſis, & percunctatis. nu. 9. vbi dicit, quod ſi mãdaui † tibi, vt talem rem emeres nomine meo, deindè ſimpliciter emiſti, procuratorio nomine empta præſumitur, & conſ. 94. Viſis his, quæ narrantur. nu. 5. verſ. cæ-
3 terùm puto, dicens, quod ſi mandaui † procuratori meo, vt centum Titio ſolueret, & ſoluerit, meo nomine ſolutio facta intelligitur. Alex. conſ. 38. Circa primum quæſitum. in princ. vol. 1. vbi inquit, quòd ſi mandaui
4 Titio, vt ad Caium † proficiſceretur, & inſtrumẽtum exſcriberet, cenſetur procuratorio nomine hæc omnia feciſſe, adeò vt ad exhibendum compelli poſſit, quod latius demonſtrat. conſ. 90. Viſo inſtrumento. nu. 9. vol. 3. latè Fely. in c. cum M. Ferrarienſis, in 1. notab. de conſt. Barb. conſ. 46. Illud adducam, quod præclarè ſcripſit Propheta. col. 6. vol. 4. Facit, quod voluit Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig. vbi ſtipulatio
5 de reſtituendo decem præſumitur facta propter mutuum præcedens. Alc. de præſump. reg. 12. præſumpt. 24. & idem tenuit Marſ. in l. ſtatuliber. nu. 8. vbi plura ſimilia congerit, ff. de quæſtionib. facit, quod voluit. Bal. in l. ſi patruus. 2. col. C. commun. vtr. iud. dicens,
6 quod ſi actum fuit inter nos, † quod talem rem emeres communi nomine, & deindè emiſti, præſumeris communi nomine emiſſe, quod dictum ad id propoſitum retulit. Alex. d. conſ. 90. nu. 9. vol. 3. idẽ voluit Natt. conſ. 636. nu. 63. vol. 3. Iaſ. in l. poſt dotem. num. 72. poſt Butr. & Alex. ibi. ff. ſol. matr. & in l. 1. §. nun-
* ciatio, vbi * communiter ſcribentes. ff. de oper. nou. nunc. Ruin. conſ. 94. nu. 7. vol. 1. Hierony. Gabr. conſ. 71. nu. 2. Ioſeph. Ludo. concl. 44. Hierony. Grãt. conſ. 96. nu. 11. vol. 1. Pariſ. conſ. 47. nu. 26. Dec. in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. nu. 13. ff. ſi cer. pet. facit, quod dicit Alb. conſil. 42. num. 3. & conſ. 76. nu. 3. quod ſi de
7 procuratore † mentio fiat, intelligitur tanquã de procuratore, & procurat. noĩe per gl. in l. quacũq; ff. de procurat. Bart. in l. fi. ff. de inſtit. act. Pariſ. conſ. 72. num. 34. vol. 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, latè Laur. Silua. conſ. 8. ferè per totum. Ruin. in d. l. 1. §. nunciatio. nu. 69. cum plurib. ſequentib. Soc. ſen. conſil. 154. nu. 52. vol. 2. Tiber. Decian. conſ. 52. num. 42. vol. 1. cuius rei eam rationem reddit. Alc. d. præſump.
8 24. quia † actus ſequens in executionem præcedentis factus præſumitur l. 3. §. verum quæri poterit. ff. de manumiſ. l. qui in aliena. §. ſi is, qui putabat. ff. de acquir. hæred. in quam ſententiam plura ex ſupracitatis auctoribus colligi poſſunt. Hanc concluſionem tenuit etiam Campeg. plures in hanc ſententiam allegans in tractatu de petit. & reſtit. dot. q. 14. nu. 2.

Ampliatur primò iſta concluſio, vt procedat etiã
9 in tutore, & curatore, qui in re † ad pupillum ſpectante tu-

te tutorio, vel curatorio nomine agere præſumuntur,
l. poſt mortem. §. 1. & ibi DD. ff. quā. ex fac. tut. Corn.
conſ. 27. vol. 2. Alc. d. præſump. 24. nu. 3.

Ampliatur ſecundò concluſio, vt procedat etiam
10 in delictis, vnde ſi quis mandauerit † Seium interfi-
ci, præſumitur interfector id feciſſe occaſione præce-
dentis mandati. Innoc. in c. ad audientiam, de homi-
cid. Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de minor. &
hoc dictum refert Iaſ. in d. l. 1. §. nūciat. & in d. l. poſt
dotem. ac ibid. Ruin. Hippol. Marſ. in l. ſtatuliber. nu.
6. & 7. ff. de quæſt. Alc. d. præſump. 24. nu. 4.

Limitatur primo concluſio, vt non procedat, quā-
doquis ſimpliciter abſque mentione domini actum
11 faceret, quia tunc † præſumitur potius nomine pro-
prio, quam procuratorio agere, ita voluit Bart. in d. l.
1. §. nunciat. ff. de nou. oper. nunc. & in d. l. poſt dotē,
in lect. Dini. ff. ſol. matr. Io. Andr. in addit. ad Spec. in
rubr. de procurat. Bald. in rubr. C. de contrahen. emp.
in 15. quæſt. ad fin. Iaſ. in d. l. poſt dotem. nu. 72. ff. ſol.
* matrim. & in d. l. 1. §. nunciatio, teſtatur de * commu-
ni opinione, num. 69. atque ibidem Crot. num. 35. &
12 conſ. 85. num. 17. facit, quia actus † in dubio nomine
proprio non alieno factus præſumitur, vt latè oſten-
dimus ſupra in concluſ. actus.

Declarandā eſt primò loco hæc limitatio, vt pro-
cedat, quando quis habet generale mandatum: tunc
enim verum eſt, quod aliud non exprimēdo proprio
13 nomine agere præſumitur, ſecus † autem ſi habet ſpe-
ciale mandatum, quia tunc etiam ſimpliciter agēdo
procuratorio nomine agere præſumitur. glo. in l. qui
in aliena. §. ſi is, qui putabat. ff. de acq. hæred. & idem
ibi not. Bart. & in l. ſi pupilli. §. 1. in gl. mag. ff. de neg.
geſt. probatur in l. qui ſeruum. verſ. idem eſſe in eo. ff.
de interrog. actio. l. 3. §. ſed quod de uxore. verſ. ſed &
ſi quidem. ff. iudic. ſol. facit, quod ſi ſeruus commu-
14 nis † aliquid ſimpliciter ſtipuletur, omnibus acquirit,
ſecus ſi habet ſpeciale mandatum. l. ſeruus commu-
nis ſi omnium. ff. de ſtipulat. ſeru. l. fi. C. per quas per-
ſon. nob. acquiri. & hāc declarationem tenuit etiam
Aret. in d. l. qui in aliena, & omnes ferè Doctor. quos
in confirmanda concluſione adduximus, loquuntur
quando ſpeciale mandatum præceſſit, & idem tenuit
Crot. in d. §. nunciatio. num. 36. Alciat. d. præſumpt.
24. nu. 9. Rom. in d. l. poſt dotem. col. 6. vbi dicit, quod
15 procurator † habens ſolùm generale mandatum, niſi
exprimat, quo nomine faciat in dubio nomine pro-
prio agere præſumitur, ſecus autem ſi ſpeciale man-
datum ei à domino datum ſit.

Declaranda eſt ſecūdò loco iſta limitatio, vt non
16 procedat, quādo ſemel † nomen procuratoris expreſ-
ſum eſt in actu, qui fit: tunc enim omnia, quæ conſe-
quuntur, vel præcedunt, procuratorio nomine acta
præſumuntur, ita voluit Bart. in l. qui ſeruum, in prin.
per illū tex. ff. de verb. oblig. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chri-
ſogonus. col. vlt. ff. eod. tit. glo. fin. in l. quacumque, &
* ibi Ang. ff. de procur. tradunt * omnes ſcribentes in l.
poſt dotem, & in d. §. nunciatio. Ruin. conſ. 61. nu. 34.
vol. 5. dicens, quòd ſi ſemel in iudicio expreſſum fue-
17 rit ab aliquo, quòd procuratorio nomine agebat † to-
tus proceſſus procuratorio nomine actus præſumitur,
quod ante eum voluit Fely. in c. cum M. Ferrarienſis,
primo notab. de conſtit. Bald. in l. procurator, qui pro
euictione, in fin. de procur. & id procedit, ſiue quis di-
18 cat † ſe procuratorio nomine facere, ſiue ſimpliciter
mentionem faciat mādati, vel procurationis, vt ſen-
tiunt ſupracit. Doct. & tradit latè Tiraq. de retractu
conuentiona. ad fi. tit. num. 109. Iaſ. in l. ſi fundū per
fideicommiſſum. num. 30. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 94.
num. 7. vol. 1. vbi poſt Bal. in d. l. procurator, & Salyc.
in l. ei, qui circa vlt. col. C. quod cum eo, dicit quod ſi
19 contractus † habet plures partes, & in vna parte mā-
dati, vel procurationis mentio facta ſit, qualificando
ipſam obligationem, & alijs partibus loquatur ſim-
pliciter totus contractus intelligitur qualificatus, &
ſic eodem nomine procuratorio omnia acta intelli-
gantur, idem tenuit Hieronym. Gabriel. d. conſil. 71.
num 2. Pariſ. conſ. 117. num. 29. vol. 1. Ioſeph. Ludo.
concl. 46. ampliat. 11. & in hanc ſententiam plures
alios adducit Tiraq. de retract. ligna. §. 10. gl. vnica.
num. 4.

Declaranda eſt tertiò loco ſupradicta limitatio,
20 vt nō procedat, quando † modicū interuallum inter-
ueniſſet inter mandatum, & actus celebrationem,
quia tunc præſumeretur factus nomine procuratorio:
ſecus autem ſi magnum interueniſſet interuallum,
quia potius proprio nomine geſtum præſumeretur,
ita limitauit Roman. in d. l. qui in aliena. §. ſi is, qui
putabat. Crot. d. §. nunciatio. num. 38. Alciat. d. præ-
ſumptio. 24. num. 10. & plura in hanc ſententiam ele-
ganter congerit Marſil. in dicta l. ſtatuliber. ff. de quæ-
ſtionibus. Dec. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff.
ſi cert. petat.

Declaranda eſt, quartò loco limitatio, vt non pro-
21 cedat, quando actus † eſt huiuſmodi, vt ad dominum
ſolùm pertinere poſſit, tunc enim omninò procura-
torio nomine geſtus præſumitur. l. proindè. §. fi. cum
ſequent. ff. de ſtipulat. ſeru. gloſſ. in dicta l. poſt mor-
tem. ibid. Iaſ. ff. de ſolut. matrimon. Bartol. in dicto. §.
nunciatio, & ibi cæteri ſcribentes. Alciat. d. præſump.
24. numero duodecimo. Quemadmodum ex con-
22 trario, quando actus geritur, † qui ad ſolùm procura-
torem pertinere poteſt, ipſius nomine non domini
geſtus intelligitur, vt dicit Socy. ſen. conſil. 154. nu.
15. volum. 2.

Declaratur quintò iſta limitatio, vt procedat, quo-
23 ad ipſum † cum quo contrahit procurator: ſecus an-
tem quoad mandatum, & mandatarium. Nam in-
ter iſtos oritur obligatio, licet quoad eum, cum quo
contrahitur, nulla oriatur obligatio, niſi inter ipſum,
& procuratorem. ita voluit Barto. in dicto §. nuncia-
* tio, quem ibi ſequuntur * omnes, & Ruinus tribus in
* locis teſtatur hanc eſſe * communem opinionem,
idem tenuit Alciat. d. præſumptio. 24. num. 25. vbi
hanc declarationem pluribus rationibus, ac auctori-
tatibus confirmat.

Subdeclaranda eſt iſta declaratio, vt nō procedat,
24 quando is, † cum quo contrahitur, ſciret illum, cum
quo contrahit procuratorem eſſe, & negotium, quod
geritur ad dominum illius pertinere: ſic enim etiam
inter ipſum, & dominum orietur obligatio, vt tradit
Bartol. in d. §. nunciatio, & poſt eum ibidem Ruyn.
num. 69. 81. & 93. vbi latè declarat Alciat. vbi ſupra
num. 5.

Limitatur ſecundo principalis concluſio, vt non
25 procedat, quando procurator † contraxiſſet, facta hæ-
redum ſuorum mentione, quia tunc nomine proprio
agere præſumitur, ita voluit Bald. in l. ei, qui. C. quod
cum eo, quem refert, ac ſequitur Ioan. Maria Rimin.
conſil. 157. Non videtur quod mandatum, volum. 1.
quod etiam voluit Albert. Brun. de interit. & perem-
pt. numero 72. vbi in hanc ſententiam citat Socyn.
conſil. 154. incip. conſultationem, colum. 2. verſicul.
quartus caſus.

Reliqua, quę ad procuratoriam materiam attinēt,
explicata ſunt in concluſione, mandatum, & ratifi-
catio, vbi docuimus, quomodo quis procurator pro-
betur, & quando procurator reuocatus præſumatur,
& in concluſion. confeſſio, vbi tradidimus, quando
procuratoris confeſſio probet contra dominum. Vi-
dras igitur.

CON-

CONCLVSIO MCCXL.

ARGVMENTVM.

Prodigalitas non præſumitur, & quando, ac quomodo probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Prodigalitas, quæ dicatur.*
2 *Prodigalitas non præſumitur, ſicuti nec furor.*
3 *Filius prodigus præſumitur, quem pater in teſtamento prodigum nominauit.*
Dummodo pater ſano conſilio, & vt illi prouideret, eum taliter nominauerit, vt ibid. nu. 4.
5 *Prodigus nominatus à patre in teſtamento tacitè grauatur apud bonos viros.*
6 *Prodigus præſumitur maior, qui petit ſibi dari curatorē.*
7 *Prodigus præſumitur luxurioſè viuens.*
8 *Luſori, & luxurioſo poteſt bonis interdici à iudice.*
9 *Luxurioſè viuere dicitur, qui in pretioſis veſtibus, & alijs rebus ſibi non conuenientibus ſuum conſumit.*
10 *Prodigus præſumitur is, cui bonis interdictum eſt.*
11 *Quænam requirantur ad validitatem pronunciæ ſuper prodigalitate, remiſſiuè.*
12 *Teſtes adhoc, vt prodigalitatem probent, debent deponere de actibus prodigalitatem inferentibus.*
13 *Prodigum, quem non eſſe probatur ex actibus frugalitatem, & ſanitatem inferentibus.*
14 *Prodigum, quem non eſſe probatur ex eo, quod per triennium nullum actum prodigalitatis fecit.*
15 *Prodigum ad frugalitatem rediſſe, quomodo per teſtes probetur & nu. 16.*
17 *Prodigus ſemel præſumitur perſeuerare in prodigalitate.*
18 *Furioſus ſemel, ſemper furioſus præſumitur.*
19 *Prodigalitatis materia, remiſſiuè.*

1 Quoniam prodigalitas † eſt defectus, is enim qui prodigus eſt, neque
finem, neque tempus expenſarum habet, ſed bona
ſua dilacerando, vel diſſipando profundit. l. 1. ff. de
curat. fur. glo. in c. pen. de conſuetud. & furioſo, æqui-
paratur. Bart. in l. hæ autem, in prin. ff. ex quib. cauſ. in
poſ. ea. & prodigalitatē vitium eſſe colligitur ex text.
in c. ſæpe 41. diſtinct. gl. in d. c. de conſuetud. Neuiz.
conſ. 22 nu. 36. & prodigi inſenſati cenſentur Dam-
hou. de pupil. patroci. c. 8. nu. 44. & mentis ſuæ non
2 putantur compotes, ideò non † præſumitur, ſicut nec
furorem præſumi, & alios defectus præter naturam
diximus.
3 Limita, vt iſtud non habeat locum † in filio, quem
pater in teſtamento prodigum appellauit: is enim ex
quo ita eum pater nominauit prodigus præſumetur,
prout animaduertit Alc. de præſump. reg. 1. præſump.
15. per l. pen. in fi. ff. de curat. furio.
Sublimita, dummodo pater ſano conſilio illa ver-
4 ba protulerit, & ſuper illo † quod aſſeuerauit, proui-
derit, puta, quia dedit curatorem in eodem teſtamen
to: alioquin ex ſimplici appellatione, nō oriretur ef-
ficax præſumptio, quoad prodigalitatem, ita idem
Alcia. vbi ſupra per tex in l. his verbis §. 1. ff. de hęr. in
5 inſtit. qui ſubiungit, quòd nihilominus ex † tali deno-
minatione prodigalitatis facta à patre grauaretur
opinio filij apud bonos viros. l. ea, quæ. C. ex quibus
cauſ. infam.
6 Secundò limita † vt non procedat in illo, qui maior
25. annis petit ſibi dari curatorem: nam per talem pe-
titionem videtur fateri ſe eſſe prodigum, & ideò ta-
lis præſumetur. ita Rim. conſ. 531. nu. 5. lib. 3. facit, quod
voluit Bald. in l. a. C. de iur. calum. vbi poſt glo. ſub-
dit, quod petens ſibi dari curatorem, videtur aſſerere
ſe minorem.
7 Tertiò limita, vt non procedat in illo † qui luxurio-
ſè viuit: nam is prodigus præſumitur. ita Natt. conſil.
341. nu. 7. lib. 2. per l. & mulieri. ff. de curat. furi. tradit
Bal. in l. ea lege circa fi. C. de cōdictione ob cauſam,
8 vbi inquit, quod † luxurioſo diſſipatori, & luſori po-
teſt interdici adminiſtratio ſuarum rerum, quia pro-
9 digis æquiparantur: luxurioſè † autem viuere quoad
materiam noſtram dicitur ille, qui nimis pretioſis ve
ſtibus, & alijs rebus vtitur. ita Rebuff. in tract. de ſent.
prouiſ. gl. 4. art. 3. nu. 11.
10 Quartò limita, vt non procedat in † eo, contra quē
iudex pronūciaſſet illum eſſe prodigum, & bonis in-
terdixiſſet: nam ex tali pronuncia probaretur prodi-
gus, & tanquam prodigus deberet abſtinere ab om-
nibus actibus, prodigo interdictis, ita Decia. reſp. 2.
num. 3. lib. 1. per l. is, cui lege. ff. de teſtam. §. item pro-
digus. Inſt. quib. non eſt permiſ. fac. teſt. & ibi diſputat
11 quænam † requirantur neceſſario ad validitatem ta-
lis pronunciæ, de quo etiam vide per Reb. loco pro-
ximè citato.
Si autem contingeret aliquem prodigum probari,
12 teſtes ſuper † prodigalitatem deponentes. ad hoc, vt
per eos prodigalitas probetur oportebit, quod depo-
nant de actibus prodigalitatem inferentibus, vt quia
dicant, quomodo prodigaliter viuit fortè luxurioſè,
vel ludendo, vel donando, vel pretijs vilibus, & cau-
ſa non ſubſiſtente, bona ſua alienādo, vel alia ex qui-
bus prodigalitas infertur: nec eſſet ſatis deponere ſim-
pliciter, illum eſſe prodigum. ita Bertra. conſ. 222. nu.
3. quod etiam videtur ſenſiſſe Alex. cōſ. 72. nu. 9. lib.
1. Bal. in l. vbi adhuc. nu. 50. C. de iure dotium. &
in authent. quod locum. in fi. C. de collat.
13 Sicut è contra aliquē non † eſſe prodigum, vel de-
ſijſſe eſſe, probabitur per actus ſanitatem mentis ar-
guentes, vt quia non facit ea, quę prodigalitatem de-
notant, & abſona, ſed ea quæ à prudentibus viris fieri
videmus, & quòd ſe pro frugali geſſerit, abſque eo,
quòd curatores ſe ingererent. ita Decia. d. reſpon. 2.
num. 16. & ſeq. iuxta notata in l. Barbarius. ff. de offic.
& tradit Pariſ. conſ. 950. num. 47. lib. 1. vel quia con-
14 ſtaret, quod per † triennium nullum actum prodiga-
litatis feciſſet, quia per tātū tempus præſumitur emē
datus. ita Decia. d. reſp. 2. num. 16. lib. 1. Guid. Pap. cō-
ſil. 169. incip. curator datus. Rip. in l. is, cui bonis. nu.
43. ff. de verb. oblig. & facit tex. in §. ſi vero intra triē-
nium in auth. de Monac. Rebuff. d. tract. de ſentent.
prouiſio. glo. 4. nu. 12.
15 Sed animaduerte circa prædicta: nam † ad proban-
dum, quem redijſſe ad bonos mores, & deſiſſe eſſe
prodigum non ſufficit, ſi producātur teſtes, qui depo-
nant vidiſſe illum aliquando emere res pro bono pre
tio, & ſimiliter etiam vendere pro eo cariori, & non
vidiſſe ipſum ludere, vel illum vidiſſe diligenter ad-
miniſtrare negotia ſua, & gubernare ſuam familiam,
niſi aliam rationem diligētis adminiſtrationis ſubij-
ciant, quia iſtæ omnes non ſunt rationes, ex quibus
probetur aliquem redijſſe ad bonos mores: quia licet
aliquando emerit, & vendiderit prout viri prudentes
facere ſolent, non per hoc concludēter probant, nec
omnem caſum compræhendunt. iuxt. cap. in præſen-
tia. de prob. & l. nō hoc. C. vnde legit. & dicere, quod
benè adminiſtrauit ſua bona, & familiam, eſt potius
iudicare, quam deponere, niſi ſubijciatur cauſa bonæ
adminiſtrationis: nam poteſt eſſe talis gubernatio, &
adminiſtratio, quæ ſibi teſti videbitur diligens, & ta-
men non erit: & ideò ſicut prodigalitas debet proba-
16 ri per actus neceſſario illam inferentes, ita † deſijſſe
aliquē eſſe prodigum debet probari per actus, & ra-
tiones teſtium, mutationem talem arguentes indubi
tanter. ita Rim. d. conſ. 531. nu. 8. cum ſeq. lib. 3.
17 Verùm eſt, quod † qui ſemel fuit prodigus, ſatis ius
præſumit, quod adhuc perſeueret in eadem prodiga-
litate, ſicut dicitur de furioſo, ita Rimi. d. conſ. 531.
nu. 18. ea ratione, quia vt diximus prodigus æquipa-

Digitized by Google

18 ratur furioſo, & qui † ſemel fuit furioſus, ſemper furioſus præſumitur, vt notatur per gl. in c. ſi de ſucceſ. ab inteſt. quã ibi ſequũtur* communiter DD. de quo tamen dic, vt nos ſupra in concluſ. 826.

19 Reliqua ad † prodigalitatem ſpectantia vide apud Rebuff. d. tract. de ſentent. prouiſi. glo. 4. art. 3. Doct. in l. is, cui bonis. ff. de verbor. oblig. Ioan. Fab. Aug. & alios, in §. furioſi. Inſtit. de curat. & Doct. in l. furioſi. de reg. iur.

CONCLVSIO MCCXLI.

ARGVMENTVM.

Producens teſtem, an & quando præſumatur adeò illius fidem approbare, vt illum amplius reprobare non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Producens teſtem præſumitur approbare illum.*
2 *Teſtis deponens de credulitate contra producentẽ probat.*
3 *Teſtem productum, etiam infamem, & periurum, producens reprobare non poteſt.*
4 *Teſtes approbati à parte, contra quam producuntur, reprobari ab ea non poſſunt.*
5 *Teſtes productos à parte aduerſa ſuper vno capitulo, ſi pars alia, ſuper cæteris capitulis interrogari petat illos approbare videtur.*
6 *Teſtes contra eam productos, ſi pars neque approbet, neq; reprobet, illos in alia cauſa reprobare poterit.*
7 *Teſtes contra ſe productos, ſi pars proteſtetur non eſſe idoneos, & producens proteſtationem acceptauerit, pro parte proteſtante non probabunt.*
Quod tamen declar. vt ibid. num. 8.
9 *Producens teſtes in vna cauſa, in alia eos reprobare non poteſt. Quod decla. vt ibid. nu. 10.*
11 *Producens teſtem licet eo non vtatur, in alia cauſa eum reprobare non poterit.*
12 *Producens teſtem in vno iudicio, licet non fuerit examinatus, non poteſt eum in alio iudicio reprobare.*
13 *Teſtis productus ad vnum effectum etiamſi ſuper alio deponat, probat contra producentem.*
14 *Teſtis productus ſuper morte mariti, & deponens circa quantitatem dotis, probat contra producentem.*
15 *Scriptura contra producentem probat, etiam in parte ſcripta à tergo, & ſeparata.*
16 *Inſtrumentum producens, Notarium, qui illud ſcripſit approbare videtur.*
17 *Producens poteſt reprobare teſtes productos in alio iudicio, ſi pars aduerſa eos impugnabit, & repulit, & lata fuit ſententia aduerſus producentem.*
Secus ſi ſententia aduerſus eum lata non fuiſſet, vt ibidem num. 18.
Quod tamen declara, & ſubdeclara, vt ibidem num. 19. 20. & 21.
22 *Teſtis approbatus in iudicio ſummario poteſt reprobari in plenario.*
23 *Producens teſtes ſuperueniente noua cauſa illos improbare poteſt.*
24 *Teſtes producti, poſſunt etiam ex cauſa antiqua, ſeu occulta improbari à producente ſi iſtam cauſam ignorabat.*
Et quomodo poſſit hæc ignorantia probari, ibidem numero 25.
26 *Teſtes producti poſſunt ex defectu teſtimonij, puta variatione, vel falſitate, reprobari à producente.*
Ratio, ibid. num. 27.
Contrarium, ibidem num. 28.
Conciliatio. num. 29.
30 *Teſtes productos, vbi producens etiam circa depoſitiones approbauit illos, reprobare non poteſt.*
31 *Teſtes licet non poſſit producens reprobare, poteſt tamen illos iudex ex officio repellere.*

1 **Producens** teſtem † præſumitur approbare illũ ex ſua productione, ita Iaſ. in rub. de iureiur. num. 9. vbi ideò decidit,
2 quòd licet teſtis † deponens de credulitate non probet contra illum, qui producitur, tamen benè probat contra partem illum producentem: idem fuit de mẽte Rom. conſ. 104. incip. pater Reuerende, ad fi. per l. cum precum. C. de lib. cau. l. ne ſatiſdatio. ff. rem rat. hab. l. qui familiæ. ff famil. erciſc. Soc. iun. conſil. 69. incip. pro dilucidatione nu. 12. lib. 1. Maran. in tract. de ord. iud. in 6. actu emerg. in iud. num. 16. & in 13. actu. nu. 12. & decimo. Pariſ. conſ. 50. incip. ex lectura. nu. 6. lib. 1.

3 Amplia adeò procedere, vt ſi productus † teſtis per me contra partem aduerſam producatur contra me; non poterit per me reprobari, licet infamis, aut periurus exiſteret, & ideò contra me probabit. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. ſi qs teſtib. inqt Imperator Iuſtinian. vſus fuerit, iidemque teſtes aduerſus eum in alia lite producantur: non licebit ei perſonas eorum excipere, niſi oſtenderit inimicitias inter ſe, & illos poſteà emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli, leges percipiũt, quæ lex fuit poſtmodum canonizata. in c. 3. verſ. ſi quis. 4. q. 3. idem tenuit Steph. Aufr. in ſuo tract. de teſtibus, num 82. verſ. productus. Nell. in ſuo tract. de teſt. par. 1. num. 57. & hanc * communem opinionem teſtatur Maran. in ſuo tract. de teſtib. in tit. de teſtium repulſa, num. 10. idem voluerunt Abb. & Felyn. in c. de teſtib. & Roman. conſ. 104. in fi. Lanfranc. in c. quoniã è contra, in verſ. teſtium vnum non omitto, de probatio. Bart. in conſ. 92. incip. quæſtione vertente inter D. Simonem. col. pen. verſ. præterea fuit.

4 Primò ſubamplia, vt idem ſit reſpectu partis, cõtra quam producitur teſtis: nam ſi † ex aliquo modo teſtes productos approbauerit, non poterit poſteà illos reprobare, & idem ius de ea dicetur, quod de ipſo producente, vtputa ſi produxi teſtes ſuper vno articulo,
5 & pars aduerſa inſtar illos examinari ſuper principali negocio, tunc ex tali inſtantia illos approbare dicetur, nec poterit poſteà eos improbare, ſic determinat. Abb. in d. c. de teſtibus, quod etiam ibidem placuit Hoſt. & idem Abb. in c. præſentium. num. 7. in fin. eo. tit. de teſtib.

6 Secùs eſſet, ſi illos nõ approbauerit, nec reprobauerit, quia tunc poterit † in alia cauſa illos reprobare: nõ enim ex hoc illos approbaſſe præſumitur, ex quo non reprobauit: licet ergo ex tunc renunciauerit facultati reprobandi in vna cauſa, non tamen per hoc videtur renunciaſſe in alia, ita Abb. in d. c. præſentiũ, num. 8. pro quo dixit eſſe bonum tex. in l. voluntariè. C. de excuſ. tut. & quod not. DD. in c. dilectus filius, de reſcrip. & glo. in clem. ſæpe. de verb. ſignifi. & hoc dixit tenuiſſe Io. And. poſt Iac. & Bal. in Spe. de teſte. §. ſæpe, verſ. ſed nunquid, eiuſdem ſententiæ fuit Stepha. Aufr. vbi ſup. ibi, fall. it autem.

7 Amplia ſubampliationem, vt idem ſit † ſi pars aduerſa, contra quam fuit productus teſtis, fuerit proteſtata contra perſonam illius, & teſtis poſteà depoſuerit ad fauorem ipſius proteſtantis: nam ſi producens teſtem ratam habuerit proteſtationem aduerſarij, dictum teſtis in fauorem proteſtantis non probabit, ſecus ſi producens non curauerit proteſtationem, & omninò vti voluerit eius dicto contra aduerſarium, ita Innoc. in d. c. præſentium, quem ad id notabilem dixit, & menti tenendum. Nel. vbi ſup. nu. 58.

Quòd tamen intellige, ſi fuerit proteſtatus contra perſonam, & validitatem ipſorum teſtium: ſecus ſi
8 circa † illorum receptionem, vt quia non fuerunt legitimè recepti, iuxta trad. in ſimil. per Felyn. in cap. examinata. num. 3. de iudic. cum ibi alleg. per eum.

Secun-

Secundò ſubamplia ampliationem, vt etiam pro-
9 cedat,† ſi teſtis per me productus, producatur poſteà contra me in alia cauſa, & per aliam perſonam, vt in d.l. ſi quis teſtibus ibi, in alia lite, & Iaſ. in l. 1. §. editiones, col. 3. in fi. verſ. adde fortius. ff. de eden. Ioãnes Andreas in additione ad Speculatorem, in titulo de teſte. §. ſæpe, verſiculo, quid ſi produxit, & hoc referendo ſequitur Maranta vbi ſupra, numero decimo Crau. de antiq. temp. parte 1. verſiculo, viſo nu. 53.

10 Limita niſi cauſa† propter quam intendo illum reprobare proueniret à producente illum in iſto ſecundo iudicio, & in mixta alia cauſa, vt verbi gratia, in cauſa, quam habebam cum Sempronio produxi patrem tuum in teſtẽ, ex qua productione, dicor illum approbaſſe: modo in cauſa, quam tecum habeo, vis illum ad tui fauorẽ, & contra me producere, non poteris, ſed bene repelletur tanquam ſuſpectus, quia ſi illum ex prima mea productione approbaui, non approbaui in cauſa ſui filij, propter quam nũc merito dicitur ſuſpectus, ita Abb. in d. c. præſentium, num. 7. verſ. ſecundo limita, quod dicit fuiſſe etiam de mente Inn. in c. cum venerabilis de excep.

Tertiò ſubamplia, primam ampliationem, vt idẽ
11 ſit ſi producens † teſtem aliàs eo non vtatur ſponte: nam etiam tali caſu dicitur teſtis productus approbatus, & probabit contra producentem, ita Fel. in d. c. præſentium. col. 3. verſ. habet locum, de teſtib. Io. And. in addit. ad Spec. vbi ſupra, verſ. ſed quid ſi cum Ant. de But. in d. c. præſentium, verſ. in quantum ta-
12 men gl. vbi plus dicit quod ſi produxi vnum teſtem in vno iudicio, licet non fuit examinatus, nõ potero in alio iudicio eius perſonam reprobare, & hoc dictum refert Floria. C. qui accuſ. non poſ.

Quartò ſubamplia, vt idem ſit ſi teſtis fuerit produ-
13 ctus ad alium† effectum, quàm ad eum, de quo principaliter diſputatur: nã ſi ex tali productione reſultat fauor aliquis parti aduerſæ, ab illa poteſt allegari pro ſe, vt ſi ageretur de reſtitutione dotis, & ego produ-
14 cerem † teſtes ſuper morte mariti, qui mihi præiudicarẽt in eorum dicto circa quantitatem, aut conditionem dotis: probabunt enim in illo cõtra me, licet ſuper illo non fuerint producti, ita colligitur ex Bertaz. in conſ. 67. nu. 4. ciui. & ex Crauet. de antiq. temp. verſ. viſo de verbis, nu. 37. qui poſt Ang. illic citatum
15 in conſ. 132. voluit cõtra † producentem ſcripturam minus ſolemnem ſtandum eſſe etiam in parte ſcripta à tergo, & ſeparata, ex qua reſultaret probatio pro parte aduerſa.

Quintò amplia principaliter cõcluſionem, vt etiã
16 procedat quoad † approbationem notarij, quando producitur aliquod inſtrumentum per eum factum, nam ex tali inſtrumenti productione videtur approbata perſona notarij, adeo vt poſteà non poſſit producens illam reprobare, ſi contra ipſum alia inſtrumenta eiuſdem notarij producantur, ita Franc. de Aluaro. inter conſilia criminalia, conſ. 65. nu. 41. 42. per l. ſi vxor. §. finali. ff. ad legẽ Iuliam. de adulterijs. idem ſenſit Bal. d. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.

Limita primam ampliationem, vt non procedat,
17 quando pars producens† teſtes, non potuiſſet illis vti, quia pars aduerſa impugnauit, & repulit: & ideo iudex contra producentem ſententiam tulit, quia tali caſu poterit in alio iudicio teſtes ab ipſa productos impugnare, ex quo approbatio eius, quæ reſultat ex productione fuit improbata per iudicẽ ex facto partis aduerſæ, ita Steph. Aufr. vbi ſupra num. 82. verſ. fallit autem, per ea, quæ voluit Bald. in dicta l. ſi quis teſtibus colum. 2. verſic. ſed nunquid producens. C. de teſtibus, & per doctrinam Innoc. in cap. mulieri. de iureiuran. vbi cæteri ſcribentes, Bald. in l. alia, columna prima verſ. quæro nunquid ille. C. de his quibus, vt indig. idem ſenſit Felyn. in dicto cap. præſentium, de teſtibus, Inno. in d. cap. venerabilis, de excep. Bald. in l. ſi quis in hoc genus. col. 2. verſ. quæro vnũ. C. de epiſc. & cler. & in l. 1. col. pen. in fi. C. de confeſ. Roman. in conſ. 59. incip. ad diſcutiendum. col. fin. verſ. 2. principaliter me mouit, & in conſ. 16. incip. Anton. col. 1. in fi. verſ. 3. non obſtat confeſſio: ad idẽ facit gl. in auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign. habea. vbi quod confeſſus poteſt impugnare id quod primo loco confeſſus eſt, quando contra confeſſionem ſuam lata eſt ſentẽtia, & ibi quod hoc procedat etiam cum eadem perſona, ſequitur. Bart. ibid. & idẽ idẽ Bart. in l. Pap. §. ſed nec impub. col. 2. in 1. oppoſitione, ff. de inoffic. teſtam. Alex. in l. Magiſtratib. col. 2. verſ. non obſtat. glo. ff. de iuriſd. omn. iud.

18 Secùs tamen erit, ſi non obſtante † impugnatione aduerſarij fuit lata ſententia pro meis teſtibus productis, quia tunc ſine dubio tales teſtes producti probabunt contra producentem, nec poterunt impugnari, niſi ex noua cauſa: nam licet aduerſarius illos impugnauit, non tamen nocet impugnatio, ex quo per iudicem non fuit admiſſa eadem ratione, qua non nocet confeſſio per ſententiã iudicis reprobata, ita Crauet. de antiq. temp. par. 1. verſ. viſo. nu. 53. qui ſubiungit, quòd pendẽte iudicio antequam tales teſtes producti ſint reprobati per iudicem, vel contra eos iudicatum, vbi pars aduerſa illos impugnet, non nocebit producenti ad fauorem impugnantis: nam quamdiũ pars impugnat actum, & productionem, ex eo ſe iuuare non poteſt per l. poſt legatum. ff. de his, quib. vt indig. c. ex ea de reg. lib. 6.

19 Quòd tamen limita, niſi pars † impugnans vellet reuocare ſuam impugnationem, & vti teſtib. productis. Bart. in d. l. poſt legatum. col. fi. Alex. conſ. 112. col. 2. lib. 4. & in conſ. 91. col. 2. ad fi. lib. 6. Soc. conſil. 158. col. 2. ad fi. verſ. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 2. Corn. conſ. 226. incip. poſt redditum conſilium. col. 2. lib. 2. quos allegat, & ſequitur Crau. vbi ſup. nu. 55.

Sublimita niſi confitens, & producens teſtes prius
20 acceptaſſet impugnationem † partis recedendo ab eius productione: nam tunc talis productio non probaret contra producentem, poſt quam fuit impugnata, & impugnatio acceptata, ita Crauet. ibi. nu. 55. &
21 Corn. conſ. 175. circa fi. lib. 4. niſi tamen† impugnans etiam poſt acceptatam impugnationem à parte vellet probare de errore: quia tunc admitteretur ad probandum errorem, non obſtante acceptatione impugnationis, vt per eundem Crauet. d. nu. 55.

Secundò limita ampliationem principalẽ, vt non pcedat, qñ teſtis productus approbatus fuiſſet in iudi-
22 cio ſummario, quia † in plenario non impediretur producens illum improbare ſecundum Ant. de But. in c. veniens. col. 7. verſ. oppono, quod bona fuerit allegatio de teſtib. per illum tex. quem ſequitur Steph. Aufr. vbi ſup. num. 32. verſ. fallit autem.

23 Tertiò limita niſi ſuperueniſſet † noua cauſa poſt productionem: nam pari modo poterit à producente impugnari, dummodo ſit talis, qui dicatur ſufficiẽs ad teſtes repellendos, per text. apertum. in d. l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus, ibi, niſi oſtenderit inimicitias inter ſe, & illos poſteà emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt, idem habetur in d. cap. tertio, verſ. ſi quis 4. quæſt. 3. & hoc idem ſenſit Steph. Aufr. vbi ſupra num. 82. Abb. in d. cap. præſentium. de teſtibus, per cap. nulli, de electio. lib. 6. Nell. in d. tract. de teſtib. par. 1. nu. 57. Maran. de teſtib. in titu. de teſtium repulſa. num. 11.

Amplia, vt idem ſit, ſi cauſa eſſet antiqua, ſed oc-
24 culta: nam † illa ſuperueniente ad notitiam producentis, poterit producens productum teſtem improbare, ſi credimus Abbati, in d. cap. præſentium, nu. 7. verſic. limita, per d. cap. nulli, de electio. lib. 6. quem refert, & ſequitur Steph. Aufr. vbi ſupra n. 82. verſ. fallit autem, & faciunt no. Fel. in c. ſuper his, de appellat. & in c. paſtoralis, de excep. vbi dicit, ꝙ faciens citare

pro

pro ſe perſonam inhabilem: videtur approbare illā,
niſi ignorabat defectum, propter quem citatus pote-
25 rat repelli, quæ † ignorantia probatur iuramento,
vt ibi per eum, & nos ſupra in concl. ignorantia.

Quartò limita, vt iſtud procedat reſpectu perſona-
rum, quæ ex tali productione cenſentur approbatæ:
26 adeò vt non poſſint reprobari: ex defectu† tamen te-
ſtimonij forte, ob variationem, vel falſitatem, benè
poterit teſtis productus reprobari, etiamſi milies pro-
ductus fuiſſet, vt expreſsè cauetur, in d.l. ſi quis teſtib.
in d.c.3.verſ. ſi quis teſtib.3.q.1.ibi, non adimendo ſci
licet ei licentiam ex ipſis depoſitionibus teſtimoniū
eorum arguere, aſſignando contrarietatem in dictis
eorum ſubiungit glo. hoc ſequitur Tindar. in d. tract.
de teſtib. c.13. par. prin. num. 9. Maran. d. tract. de te-
ſtib. titul. de teſtium repulſa. nu.12. hoc idem placuit.
Abbati in d.c. præſentium. num.7. ea ratione: quia re-
27 ſpectu † dictorum non potuit producens diuinare,
ſicut videmus, quod quis appellat à ſententia illius,
quem in iudicem impetrauit. vt c. cauſam. de re iud.
& in l. ex conſenſu. ff. de appel.

28 Contra hanc † limitationem tenuerunt Roman.
d. conſil 104. in fi. Iaſ. in rub. de iureiur. num. 9. Socy.
iun. conſ.69. incip. pro dilucidatione. nu.12. lib.1. Pa-
riſ. cōſ.50. incip. ex lectura. nu.60. lib.1. q oēs aſſerunt
ex tali productione, etiam dicta teſtium approbari.

29 Sed quicquid ſit † priorem opinionem meliorem
exiſtimo per tex. apertū. d.l. ſi quis teſtib. & in d. verſ.
ſi quis. Pro declaratione tamē poterit dici, quòd opi-
nio Rom. & aliorum procedit, quoad capitula ipſius
producentis, quo in caſu dicitur approbatus teſtis pro
ductus, & probat contra producentem: ſecus autem
quoad interrogatoria partis aduerſæ, ſuper quibus
producens non præſumitur approbare dictum teſtiū
productorum, ita hanc Doctorum repugnantiā co-
natur declarare. Borgni. deciſio.12. num. 4. lib. 1. ſed
ni fallor, illius intentioni repugnant iura ſupra alle-
gata. d. l. ſi quis teſtibus, & verſic. ſi quis vbi reiectis
exceptionibus cōtra perſonas teſtium productorum
generaliter concedit licētiam ex ipſorum depoſitio-
nibus teſtimonium eorum arguere, vel ſecūdo dicas,
quod prima opinio procedat ante publicationem te
ſtium, ſecunda autem poſt publicationem, & produ-
cente tacente, & non reprobante dicta teſtium, ita
conciliat Maran. d. tract. de teſtibus, vbi ſupra. num.
12. eo, quia tunc producens, & tacens poſtquam ſci-
uit dicta illorum teſtium productorum cenſetur ap-
probaſſe.

30 Sublimita, niſi producēs in productione, † vel alio
modo, & per aliqua alia verba approbaſſet teſtes pro
ductos, etiam in dictis ipſorum: nam tunc eis omni-
nò ſtandum eſſet, ſic adnotauit Marſil. in ſin. 92. li-
cet teſtis, quod dictum fuit prius Bal. in l. bonæ fidei,
in pen. col. verſ. ſed dubitatur de vno. C. de reb. cred.
& iſtud dictum pro mirabili refert, & ſequitur Fel. in
d.c. veniens. col.8. de teſtibus.

Quintò limita, vt licet non poſſit producens teſtes
illos repellere ad effectum, ne probent contra ſe, po-
31 terit tamen † iudex ex officio illos repellere, quan-
do viderit aliam partem non fouere iuſtitiam, argum.
eorum, quæ tradit Ruyn. conſil.47. num. 10. lib. 1. &
conſil. 190. num. 9. eodem lib. 1. & faciunt not. in l.
vbi pactum. C. de tranſactio. & per Bartol. in l. eum,
qui ita. ff. de verbor. oblig. Tindar. in d. tract. de teſtib.
c.13. par.1. num. 9.

Cætera ſupple ex his, quæ latè diximus ſup. in con
cluſ. 915. de inſtrumenti productione.

CONCLVSIO MCCXLII.

ARGVMENTVM.

An, & quouſque prohibitio facta præſu-
matur.

SVMMARIVM.

1 *Libera vnaquaque res præſumitur.*
2 *Prohibitio non præſumitur, niſi probetur.*
3 *Prohibitio tanquam odioſa reſtringi debet.*
4 *Prohibitio ſine cauſa facta non valet.*
5 *Probatione prohibita voluntaria partis confeſſio prohibi-
ta non intelligitur.*
6 *Prohibitus probare non prohibetur probationes iam fa-
ctas declarare.*
7 *Prohibitus agere in iudicio, non præſumitur prohibitus ſu
per eo iudicis officium implorare.*
8 *Conſtitutio prohibens, quodcunq; remedium, non extendi-
tur ad officium iudicis.*
9 *Prohibitus agere, vel excipere, poteſt iudicis officium implo
rare, & nu. 11.*
10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, licet poſt biennium oppo
ni non poſſit, poteſt tamen iudicis officium implorari.*
12 *Filia ab inteſtato ſuccedens, poteſt mitti in poſſeſſionem im-
plorato officio iudicis.*
13 *Iurans vſuras non repetere, poteſt tamen iudicis officium
implorare, ne cogatur reſtituere.*
14 *Accuſatus de crimine capitali licet, ſi non compareat inno
centiam ſuam probare non poſſit, poteſt tamen iudicis
officium implorare eius procurator, & inſtigare, vt ſu-
per innocentia teſtes recipiantur.*
15 *Teſtes poteſt iudex ex officio ſuo repetere poſt publicatio-
nem atteſtationum, & didicita teſtificata.*
16 *Teſtes, qui obſcurè depoſuerunt, publicatis atteſtationibus
iudex ex officio repetere poteſt.*
17 *Teſtes obſcurè deponentes, ſi ex officio iudicis repetantur
non coguntur declarare dictum ſuum, niſi illud totum
ſibi legatur.*
18 *Prohibita probatione per teſtes non intelligitur prohibita
eo caſu, qunado cum teſtibus alia adminicula concur-
runt.*
19 *Prohibita probatione debiti vltra 20. libras per ſtatutum,
& tu promiſeris damnum alicui reſarcire, poteſt id dā-
num etiam vltra illam ſummam per teſtes probari.*
20 *Probatio, vbi prohibita eſt per aliquod genus probatio-
nis, non intelligitur prohibita in caſu mixto.*
21 *Prohibita probatione niſi per inſtrumentum, admittitur
tamen probatio per quinque teſtes.*
22 *Prohibita probatione per teſtes, admittuntur tamen, quā-
do inſtrumentum deperditum probaretur.*
23 *Teſtes, deperditis atteſtationibus, etiam didicitis teſtifica-
tis repeti poſſunt.*
24 *Teſtes publicatis atteſtationibus ad concomitātiam inſtru-
menti examinari poſſunt, & nu.25. ibid.*
26 *Teſtes non plenè examinati, vel non ritè, vel in iudicio nul
lo examinati, poſſunt publicatis atteſtationibus denuo
examinari.*
27 *Teſtis publicatis atteſtationibus repeti poteſt, vt interroge-
tur de cauſa ſcientiæ.*
28 *Teſtis non interrogatus ſuper interrogatorijs partis ad-
uerſæ poteſt repeti publicatis atteſtationibus.*
29 *Teſtificatis non plenè didicitis, etiam poſt publicationem
licet teſtes examinare, & clarius ibid. nu. 30.*
31 *Statuto, ſi caueatur debitum ſolùm per inſtrumenta pro-
bari poſſe, poterit tamen probari per teſtes legaliſſimos,
& omni exceptione maiores.*
32 *Teſtes legaliſſimi admittuntur, etiam publicatis atteſta-
tionibus.*
33 *Excellentia perſonæ facit aliquando à iuris regulis rece-
dere.*

34 Pro-

34 *Probibitus probare per teſtes, illis vti poteſt parte ſciente, & non contradicente.*

35 *Statutum, ſi velit ſolùm per inſtrumenta probationem fieri, id non habebit locum in cauſis, in quibus procedatur de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij.*

36 *Statutum, ſi probibeat probationem per teſtes, poterunt tamen examinari ſuper confeſſione debiti.*

37 *Statutum probibens debiti probationem per teſtes, non habet locum in pijs cauſis.*

38 *Probibitus probare, poteſt tamen indirectè probare.*

13 dum contraria aſſerit, ita demum promouentem diſpenſare velle præſumi, ſi in ipſis literis de inhabilitate promoti facta ſit mentio. In hanc ſententiam deſcendit Butr. in procem. decr. col. 5. verſ. vbi exigitur, quem ſequitur Fely. in c. ſi quando. num. 6. de reſcrip. Old. conſ. 328. ad idẽ primo, col. pen. verſ. itẽ articuli. Ioan. de Selua. in tract. de benef. d. q. 8. col. pen. par. 3. cũ alijs adduct. per Gab. vbi ſup. nu. 3. vbi dicit in iſtis terminis loqui deciſ. Bellam. 363. & 728.

14 Tertia † fuit opinio, quod non inducatur diſpenſatio, niſi

niſi & de defectu fiat mentio per promouentē, & di-
catur ſuper hoc diſpenſare. ita Calder. conſ.3. an exi-
ſtens in ætate, titu. de reſcr. dicens ita eſſe de ſtylo cu-
riæ, cuius omiſſio vitiaret actum, cuius ſtyli quoq; me
minerunt alij plures relati per Gab. vbi ſupra num.7.
& 8. ſed hanc opinionem reprobat in ſpecie Felyn. in
cap. cum vigeſimum, col. pen. de offi. deleg. cum alijs
ibi adductis.

15 In iſto † opinionum conflictu diſtinguebat Fel. in
cap. nonnullis, num. 18. col. 18. verſ. ibidem optimè fa
cit. de reſcriptis, quod aut ex literis colligi pōt, Princi
pem ſciuiſſe inhabilitatem, & tunc præſumitur diſpē
ſari, & iſto modo procedat prima opinio: intelligi-
tur enim quomodocunque ex literis de ſcientia con-
ſtare poteſt. Aut ex literis nihil omnino de ſcientia
colligi poteſt, & tunc procedat ſecunda opinio, & 3.
& non præſumitur diſpenſatio, quam diſtinctionem
refert Gab. vbi ſupra nu.9.

16 Limita ſecundo, vt requiratur † legitima cauſæ co
gnitio, non autem ſufficiat ſola promotio. glo. in c. 2.
in gl. 1. & ibi Hoſtien. in prin. ibi diſpenſatum. vbi Io.
Andr. verſ. tu dic, quod ipſo facto, & Ant. de But. ver.
quærit gl. 1. Ancha. verſ. tu dic. Card. verſ. quęrit, non-
dum probatur diſpenſatio. Abb. verſ. ſed pro concor-
dia. Ioan. de Anan. col. 1. verſ. ipſe autem, de ſciſma.
Dec. in d. c. ſi quando, num. 19. de reſcrip. Rom. conſ.
316. nu. 8. conſ. 307. med. Imo. in d. l. quidā conſule-
bant. col. 3. & ſeq. ff. de re iud. Iaſ. in l. Barbarius col. 3.
verſ. item noto, & col. ſeq. ff. de offic. prætor. Anto. de
Butr. & Henr. Boic. in d. c. veniēs. de filijs presby. Dec.
in c. cum in cunctis § inferiora. de elect. c. de diuerſis.
de cleric. coniug. conſ. 557. nu. 5. & conſ. 59. Curt. ſen.
conſ. 16. conſ. 19. num. 6. conſ. 35. num. 8. Franc. Ripa
de reſcrip. reſpon. 35. Fely. in c. præterea. de teſtib. cog.
Alex. conſ. 70. nu. 24. vol. 3.

17 Amplia iſtam limitationem, vt procedat † nedum
in inferiore à Principe prout ſupracit. iura loquūtur,
ſed etiam in ipſomet Principe, ſupremo, qui non præ-
ſumitur diſpenſare per promotionem, niſi ſuper inha
bilitate cauſæ cognitio præceſſerit: ita ſcripſit Cald.
d. conſ. 8. verſ. imo non congruè, tit. de reſcrip. quā ſen
tentiam videtur amplecti Soc. conſ. 99. Sereniſſimus
Rex, nu. 5. verſ. ſed ad hanc obiectionem. vol. 3. cum
alijs adductis per Gab. d. concl. 8. nu. 10.

18 Contrarium † tamen tenuit Dec. in cap. ſi quando,
nu. 19. de reſcrip. poſt Abb. in c. 2. de ſciſm. Iaſ. in l. Bar
barius. col. 3. verſ. item noto. ff. de offic. prætor Oldra.
conſ. 330. ad idem videtur, nu. 8. cum alijs adduct. per
Gab. vbi ſupra.

19 Sed poteris † vna cum Romano diſtinguere conſ.
316. ſecundum caſus ſubſequentes.

Primus caſus eſt, quando promouet Princeps ſupe
riorem recognoſcens, habens tamen diſpenſandi po-
20 teſtatē: tunc ad hoc, vt diſpenſatū † præſumatur, cau-
ſæ cognitio præcedere debet, quemadmodum tradit
Iaſ. in l. Barbarus. nu. 14. ff. de offi. prætor. Fely. in ea.
præterea. nu. 8. de teſtib. cogen. Alex. in conſ. 70. nu.
24. volum. 3.

Secundus caſus eſt, quando promouet nō recogno
ſcens ſuperiorem, vt ſunt Papa & Imperator: & tunc
21 diſtinguendum eſt, quod aut promouit † ſciens vitiū
& inhabilitatem promoti, & dubium nō eſt, quin eo
ipſo, quod ſciat diſpenſare videatur, vt tradit Iaſ. vbi
ſupra. Aut inhabilitatem ignorans, & tūc aut promo
22 tus promouenti † falſum narrauit, & nulla eſt iſta pro
motio ſubreptitia: aut non narrauit falſum, ſed promo
uens motu proprio motus eſt ad promouendum; tūc
23 eſt videndum, an ſi promouens † ſciuiſet inhabilita-
tem, nihilominus promouiſſet, necne: Nam ſi inhabi
litate non obſtante promoturus erat, diſpenſatū vi-
detur: ſecus ſi inhabilitate cognita promoturus mi-
nimè erat.

Tertius caſus eſt, quū promouet ſubſtitutus ab ipſo
ſuperiorem non recognoſcente, vt puta ſi Pontifex
24 Epiſcopo promotionem cōmittat, tunc ſemper † re-
quiritur cauſæ cognitio, quia ſuperior commiſiſſet,
vt eligatur perſona idonea, & omni vitio carens. cap.
cauſam. quæ de electio.

Limita tertio, vt non procedat concluſio, quando
25 promouens inhabilē, promoueret illū cogente † ali-
qua neceſſitate quia non propterea cenſetur illū per-
petuo habilitaſſe, ſecundum doctrinam Bar. in l. 1. in
fin. C. qui, & a quibus, vbi voluit, quod ſi prodigus
26 † cui erat bonis interdictum, & curator datus, fuit aſ-
ſumptus ad decurionatum, vel inter Priores Ciuita-
tis quod per hoc non dicitur reuocata interdictio, &
hoc, quia vt ibi dicitur in tex. potuit cōtingere, quod
urgentibus neceſſitatibus Ciuitatis fuerit inhabilis
aſſumptus, & propterea ex tali actu de neceſſitate nō
ſequitur reuocatio interdictionis, quod dictum Bart.
in terminis noſtris multum commendat ſequendo,
Ruy. conſ. 85. col. pen. nu. 15. uerſ. & illud etiam con-
firmatur, lib. 4.

Et hæc erunt etiā loco additionis ad ea, quæ ſupra
diximus in concl. 522. cum ſeq. cum de diſpenſatio-
27 ne egimus, quibus etiam adde diſpenſationem † non
ex eo ſolo induci, quod aliquid a ſuperiore dicatur in
uerbis narratiuis literarū, niſi in diſpoſitione ſit poſt-
modum repertum, quod antea narratū eſt, ut eſt glo.
in clem. ſi Romanus. in uerſ. ualidam, & ibi Card. de
præb. Ioan. de Sylu. in tract. de benef. in 3. par. q. 8. col.
fi. Gab. d. concl. 8. nu. 21. de præſump. qui etiam ſub-
28 iungit, tunc diſpenſationem † præſumi, quando non
poſſet reſcriptum ſine diſpenſatione, etiam in mini-
mo operari, ſecus ſi aliquid operari poſſet per dicta à
Rebuf. in ſua pract. tit. de diſpen. nu. 8.

CONCLVSIO MCCXLVI.

ARGVMENTVM.

Qualitates actus præcedentis, an & quando in prorogatione repetitæ cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio præſumitur facta cum omnibus qualitatibus, quibus erat factus primus actus, qui prorogatus eſt.*
2 *Prorogatio termini ad ſoluēdum facta debitori ex mutuo non impedit, quominus is poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non opponitur contra geminatam confeſſionem.*
4 *Debitori, qui intra menſem ſub pœna excommunicationis, ſoluere tenetur, ſi terminus prorogatus ſit, poſt illum terminum ſi non ſoluet, excommunicabitur.*
5 *Mutatio voluntatis præſumitur.*
6 *Ab actu facto quis in dubio recedere velle non videtur.*
7 *Prorogatus actus præſumitur cum omnibus qualitatibus præcedentibus, ſiue prorogatio fiat incontinenti, ſiue ex interuallo.*
8 *Pœnæ appoſitæ priori actui, in prorogatione eius repetitæ præſumuntur. Contra. vt ibid. nu. 9.*
10 *Locationis tempus ſi prorogatum ſit, pœnæ, quę in prima locatione appoſitę erant, repetitę non intelliguntur.*
11 *Iuramentum in prorogatione repetitum pręſumitur.*
12 *Promittens ſoluere cum iuramento intra certum tempus, ſi prorogatus eſt terminus, & intra terminum prorogatum non ſoluit, efficitur periurus.*
Contr. num. 13. ibid.
14 *Prorogatio non pręſumitur facta cum pręcedētibus, qualitatibus in pręiudicium tertij.*
15 *Fideiubens ad certum tempus, ſi prorogatum ſit principale debitum, non pręſumitur prorogata fideiuſſio.*

Pro-

1 Prorogatio † præſumitur facta cum om
nibus eiuſdem qualitatibus
quibus erat factus primus actus, qui prorogatus eſt. l.
ſed & ſi manente.ff.de proc.vbi Pompo. ait ſi durãte
tempore precarij prorogatio facta ſit, nihil mutatur
de cauſa poſſeſſionis, nec de aliqua ex prioribus quali
tatibus. ſed omnino idem precarium cenſetur, quod
primo erat. Idẽ colligere licet ex l. Labeo.§. hæc aũt.
ff.de arb.glo.in c. hi,qui.auth. de præben.in 6.Iaſ.in l.
cum ſtipulatus ſim mihi.ff.de verb.obli.& in l.1.in fi.
C.de iud.Bal.in l.acceptã.17.q.C.de vſu.& in l.vnica.
10.quæſt.C.de his.quę pę.nom.& cõſ.263.vol.3.& in
l.ſi conſtante C.de donat.ante nupt. Gemi.in d.c.hi,
qui auth.de præb.in 6.latè Cagn.poſt Iaſ.So.& Alex.
in l.lecta.nu.98. ff.ſi cer. pet. Tiraq.de vtroq; retract.
par.1.gl.7.nu.27.§.1. Dec.in l.certi cõdictio.§.ſi num
mos.in fi.ff.ſi cer.pet.& conſ.394. pro vera reſolutio-
ne, nu.5. & ita reſponſum fuiſſe in cõſ. Neapolitano
teſtatur Afflict. deciſ.110. verſ. in contrarium dſ, di-
2 cens quòd ſi mutuaſti † centum Titio Cal. Apr. ſoluẽ
da, & deinde terminum illi prorogaueris, poterit ni-
hilominus apponere exceptionem nõ numeratæ pe-
cuniæ, Nec excluditur virtute geminatæ cõfeſſionis,
iuxta tradita in l.in contractib. C. de non num.pec. q̃
3 habet quòd contra † geminatam confeſſionẽ iſta ex
ceptio non datur, quia prorogatio præſumitur vna, &
eadem cum primo termino, & intelligitur facta cũ
qualitate primæ obligationis. idem voluit Inno. poſt
Hoſtien.in c.præterea ad fi.de appella.vbi dicit, quòd
4 ſi præceptũ † fuit debitori, vt creditori intra menſem
ſatisfaceret ſub pœna excõmunicationis, ſi proroga-
tus ſit terminus ad alium menſem, ſi intra terminum
prorogatum nõ ſoluerit excõmunicatus intelligatur,
quia prorogatio, cũ omnibus ſuis qualitatibus facta
præſumitur, quod etiã voluerunt Bar. Alc. Iaſ. & Caſ.
& in l.1.§.& poſt operis.C.de nou.oper.nunc. cũ alijs
pluribus, quos adducit Ant.Gab.tit.de dil. cõcl.2.ver.
2. Amplia.in eadẽ opinione fuit Aug. Bero. cõſ. 156.
nu.2.volu.3.Tib. Deci.conſ.102.nu.15.vol.3.facit ad
5 hanc concluſionẽ. quia mutatio † volũtatis non p̃ſu
6 mitur, nec in dubio quis ab actu † iam facto recedere
velle videtur.l.cum,qui. ff.de proba.c.maiores.de ba-
ptiſ.traditum fuit à nobis ſup.in concl. Mutatio.

7 Amplia primo iſtam concluſionẽ, vt procedat † ſi-
ue prorogatio facta fuerit incontinenti, ſiue ex inter-
uallo. Rebuf.in concor. tit.de proroga. dilat.col.1. in
verſ.ſiue fuerit facta.latè Cagno.poſt Iaſ. in d.l.lecta,
nu.98.ff.ſi cer.pet.

Amplia ſecundo, vt etiã procedat concluſio in pę
8 nalibus, quia etiã † pœnæ in prorogatione repetitæ
præſumuntur, id tradit gl.in l.Aemilius.in verſ.reſtitu
tũ.ff.de minorib Bar.in d.l.1.§.& poſt operis.ff.de no.
ope.nunc.& poſt eum ibidem Alex.& Iaſ. Inno.in d.
c.præterea,& ib. But.& Abb.de appel. Tiraq.de vtro-
que retr.par.1.gl.7.nu.27. Boer.deciſ. 254.vbi latè de
hoc cum alijs pluribus adductis per Gab.ſup.cit.con-
cluſio.7. num.8.

9 Contrarium † tamen, ꝙ imo pœna in prorogatio-
ne non repetita præſumatur, tenuit Bal.in l.item quę-
ritur.§ qui impleto.col.2.verſ. iuxta hoc quæritur. ff.
10 locati.vbi dicit, quod ſi tempus † locationis proroga
tum ſit, pœnæ, quæ in prima locatione appoſitæ erant
repetitæ non intelliguntur, cum alijs adductis per Ga
briel.vbi ſupra.

11 Amplia tertiò, ut etiam † iuramentum in proroga
tione repetitum intelligatur. Bald.in c.venerabilem,
col.penul.verſ.pone relatus de elect.vbi dicit, quod ſi
12 quis † promiſit ſub iuramento ſoluere intra certum
tempus, & prorogatus eſt terminus, & intra terminũ
prorogatum non ſoluit, intelligitur periurus, quod
etiam voluit Bar.in d.l.1 §. & poſt operis, & ibi DD.
ff.de noui oper.nuncia. Calcan.conſi.29.colum.pen.
verſ.& ſi conſentire debent. Iaſ.latè in d.l. lecta, ff.ſi
cert.petat.& ibid. Cagn.cum alijs adductis per Gabr.
in d.concl.2.num.11.

13 Contrarium † tamẽ voluit Dec.in c. de cauſis. col.
3.verſ.ſed aduertendum eſt.de offi.deleg. Bald.conſi.
439.volum.1.Iaſ.& Dec.in d.l.lecta.ff.ſi cer.pet.Soc.
conſ.99.in fin. verſ.diſcutiendum, vol.3. Bero.q.100.
nu.6.Grat.conſ.15.nu.16.vol.5.

14 Limitatur cõcluſio, † vt procedat in qualitatibus,
quæ ex voluntate partium dependent, ſecus autẽ quo-
ad præiudicium tertij. Qua propter pignora propria,
atque iuramentum proprium repetitum intelligitur,
ſecus autem quo ad ea, quę ex aliena poteſtate depen
dent, veluti ſunt fideiuſſio. Nam ſi quis fideiuſſerit
15 † intra certum tempus prorogatione principalis non
intelligetur fideiuſſio prorogata. Idem erit ſi pro alio
quis pignora dederit, quemadmodum optimè tradi-
tur à Iaſone in d.l.lecta, quam * omnes ſequuntur. ff.
ſi certum peta.& deciſ.Tholoſana.81.incip. item fuit
quæſitum.

Reliqua videas apud ipſum Gabr. d. concluſ. 2. &
Rebuf.in concor.titu.de prorog.dilat.ſupra in verbo,
dilatio.

CONCLVSIO MCCXLVII.

ARGVMENTVM.

Proteſtationem non præſumi, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio non præſumitur facta.*
2 *Proteſtatio facta, probatur iuramento proteſtantis. Contrar. ibid. nu. 3.*
4 *Proteſtatio probatur ex ſcriptura de ea in actis cõſcripta.*

1 Proteſtatio non præſumitur † niſi probe
tur, Bald.in l.ſi maior.la pri-
ma, in fi.C.de tranſact. facta enim, cuiuſmodi eſt pro-
teſtatio, nõ præſumuntur, vt latè ſuperius oſtendimus
in concl. factum.

2 Proteſtationem aũt factam fuiſſe † iuramento pro
teſtantis probari memoriæ prodidit Bart. in l. ſi quis
vlt.nota.C.depoſiti.per illum tex.in fi.ibi, & hoc per
iuſiurandum affirmauerit. cuius ſententiam ſimplici
ter refert, & ſequitur Guid. Papæ, ſingul. 544. in prin.
& deciſ.244. Quiſpiam in cauſa ſua, nu.1. verſ. & pro
hoc bene facit, quod notat Bart. & c. Idem tenet Lu-
douic.Roman.ſingul.250.tu repetis, nu.1.& hoc ma-
ximè procedit cum is, qui petit iuramentũ deferri, eſt
bonæ opinionis, & famæ, ita vult Guid. Papæ ſupra-
cit.deciſ.244.nu. 1.ver.maximè ſi talis ſit bonæ famę,
alleg.l.non omnes.§.à Barbaris. ff.de re milit.facit c.
nulli, in fi.de elect.lib.6.

3 Contrarium tamen, † quod immo proteſtatio non
probetur iuramento.tenuit Bald.in d.l.ſi quis.num.4.
verſ.vlt.nota. Vbi tamen diſtinguit, quod iuramentũ
purgationis, in quo quis iurat de bona conſcientia, &
quod non fecit ſibi proteſtari, probat, ſed proteſta-
tionem factam fuiſſe nequaquam iuramento proba-
ri poteſt.

4 Probatur ſecundo † proteſtatio ex ſcriptura maxi-
mè in actis conſcripta, nam ea indubitate fidẽ facit
proteſtationem factam fuiſſe, ita dicit Bald. in d.l.ſi
quis.nu.4. C.depoſ. cuius ſententiam probat Hieron.
Grat.conſ.83.nu.15.vol.1.

CON-

CONCLVSIO MCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Proteſtationem non præſumi repetitam in actu facto ex interuallo, & idcirco per actum contrarium tolli an, & quando verum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio ſimplex non præſumitur repetita in actu, qui poſtea fit ex interuallo.*
2 *Proteſtatio, quod quis per reſponſionem ad libellum nõ intendit conteſtari litem, iuuat quoad reſponſionem in continenti factam, ſecus quoad factam ex interuallo.*
3 *Proteſtatio per actum contrarium poſtea factum tollitur.*
4 *Proteſtatio nihil iuuat, ſi ab ea receditur per factum contrarium.*
5 *Proteſtatum ſi a partibus fuit, vt ſuper poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio procederetur, ſi ex actitatis conſtat partes ſuper petitorio egiſſe, iudex ſuper eo procedere poterit.*
6 *Proteſtationi præcedenti per contractum tranſactionis poſtea ſubſequutum renunciatum præſumitur.*
7 *Proteſtationem, non ſolum factum contrarium, ſed & ea, quæ ſunt conſequutiua facti huiuſmodi, tollunt.*
Quod declar. vide num. 9.
8 *Continentia eſt conſequutiua ordinationis.*
10 *Proteſtans ſe nolle fideiubere, ſi fideiubeat, a proteſtatione recedere videtur.*
11 *Proteſtans ſe per nullum actum velle cum tali contrahere matrimonium, ſi cum illa publicè contrahat, a priori voluntate receſſiſſe videtur.*
12 *Proteſtans per actum contrarium, non videtur recedere à proteſtatione, quando ſciente, & conſentiente parte aduerſa proteſtatus eſt.*
13 *Proteſtatio clandeſtina in actu dependenti ab ambarum partium voluntate, niſi metus cauſa ſit, nihil releuat.*
14 *Proteſtatio clandeſtina, nihil releuat in præiudicium tertij.*
15 *Proteſtatio non nocet niſi conſentienti in his, quæ dependent ab ambarum partium voluntate.*
16 *Proteſtatio facta cum iuramento, non tollitur per actum contrarium.*
17 *Mulier quæ iurando proteſtata eſt ſe nolle conſentire alienationi fundi dotalis, ſi deinde conſentiat etiam eis iuramento non videtur a priori voluntate receſſiſſe.*
18 *Proteſtatio per actum contrarium metu factum non tollitur.*
19 *Mulieri clandeſtina proteſtatio, quod non vult conſentire alienationi fundi dotalis, ſi id palam propter metum mariti dicere non audet, prodeſt.*
20 *Proteſtatio non probat metum.*
21 *Proteſtatio declarat, quo animo quid fiat.*
22 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
23 *Proteſtatio conſeruatoria iuris alterius per actum contrarium non tollitur.*
24 *Proteſtatio in dubio actum ſequentem declarat.*
25 *Actus ſequens in dubio non tollit proteſtationem præcedentem.*
26 *Proteſtatio non tollitur per actum, proteſtationi præſumptiuè contrarium.*
27 *Proteſtatio quando fit ad dandum certum intellectũ facto multipliciter intelligibili, non tollitur per actum ſequentem.*
28 *Proteſtationis materia remiſſiuè.*
29 *Proteſtatio in futurum concepta, & per verba generalia præſumitur repetita in actu, qui fit ex interuallo.*
30 *Proteſtatio habens in futurum verba derogatoria, tollit mentem, & conſenſum a ſequenti actu.*
31 *Proteſtatio facta Titio, ne me recipiat in fideiuſſorẽ, quia nolo teneri, præſumitur repetita in ipſa fideiuſſione.*
32 *Proteſtatio in actu ſequenti ex interuallo repetita præſumitur, quando eſt eadem ratio in actu ex interuallo facto.*
33 *Proteſtatio in actu ſequenti, quando cenſeatur repetita, remiſſiuè.*

1 Proteſtatio ſimplex † nõ præſumitur repetita in actu, qui poſtea fit
ex interuallo, & idcirco actum illum non impedit. ita
concludit Bart in l. non ſolum, §. morte. num. 16. ff. de
noui oper. nunc. alleg. l. per retentionem. C. de vſur. &
argum. l. ſi quis ita, ff. de auro, & argen. leg. idem tenet
ipſe Bart. in d. l. qui aliena. §. fin. ff. de acquir. hæredi. &
in l. itẽ quia. §. fi. C. de pact. & in l. Titia, §. penult. ff. de
verbor. oblig. Imol. Roman. & Alex. in d. l. nõ ſolum.
§. morte, & ibi Iaſ. num. 13. verſic. ſecundum habes, di-
* cit idem tenere * communiter Modern. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. & paulo poſt in verſic. ſi tamen ve-
lis tenere concluſionem Bartoli, col. 6. in princ. dicit
* hanc eſſe magis * communẽ opinionem DD. omniũ
idẽ tenent Abb. Ioan. de Imo. Anton. de Butr. & Ioan.
And. in c. cum M. Ferrarienſis, de cõſtit. & Fely. ibidẽ
nu. 68. in quarta parte, verſic. 1. concluſio, & poſt eum
ibi Dec. num. 19. idem volunt Ioan. And. in reg. exce-
ptionem. de reg. iur. in 6. & Hoſt. in ſumma de cõſtit. §.
quando. verſ. ſi fit nuda proteſtatio. qui referuntur, &
approbantur à Felyno ſupracitato loco. num. 68. vbi
etiam recitat, & ſequitur dictum Anton. Butr. in cap.
2 1. de lit. conteſtat. vbi dicit, quod ſi proteſtor † quod
per reſponſionẽ meam ad libellum non intendo litẽ
cõteſtari hæc proteſtatio iuuat quoad reſponſionem,
quæ fit incontinenti; ſecus quoad eam, quæ fit ex in-
teruallo, & idẽ tenet Archidiac. in c. diaconi, 27. diſt.
& eum ſequitur Imol. in d. capit. cum. M. Ferrarienſis,
iſtam limitationem firmat etiã Crot. in d. l. nõ ſolum
§. morte, num. 46. & 47. vbi dicit hanc opinionem eſſe
* * communiter receptam, & ab ea nullo modo eſſe re-
cedendum, idem ibi dicit Anton. Rubeus num. 196.
cum pluribus ſequentibus, & Horman. Decius nu. 55.
idem etiam ſentit Bartol. Socyn. in verſic. proteſtatio,
regul. 621. & tenuit concluſionem etiam Cæph. conſi.
37. num. 21. Pariſ. conſ. 16. nu. 18. volum. 3. Ruy. conſil.
106. nu. 2. in fi. vol. 1

3 Ex hac concluſione † elici poteſt, quod proteſtatio
per actum illi contrarium poſtea factum tollitur, ita
voluit Bartol. in d. l. non ſolum. § morte, nu. 17. verſic.
& tũc quæro an talis proteſtatio, ff. de nou. oper. nun-
ciat. & idem ibi tenent Iaſ. num. 14. Alexand. Imo &
* reliqui * communiter ſcribentes, Bald. in d. l. pacta no-
* uiſſima, C. de pactis. idem tenent * communiter Do-
ctores in d. c. cum M. Ferrar. & in d. l. pacta nouiſſima,
vt teſtatur Fely. in d. c. cum M. nu. 77. vbi etiam adducit gloſ. & poſt eã Anton. Butr. in c. cum olim exi de
cenſibus, & ideo dixit Bal. in l. Neſennius. ff. de neg.
4 geſt. ꝙ proteſtatio † nihil operatur, ſi ab ea receditur
per factum contrarium, quia facta derogant verbis. al-
leg. tex. in d. c. cũ M. Ferrarienſ. extr de conſt & l. cũ in
plures. §. locator horrei, ff. loca. & probat. idẽ in c. ſolli-
citudinẽ, de appellat. Soc. iun. cõſ. 101. nu. 3 vol. 2. vbi
ad id alleg. tex. in l. ꝑ herede, §. Papinianus. ff. de acqu.
* hæred. & ibi id * communiter à DD. teneri teſtatur, &
c. primum de eo, quod met. cau. Bald conſ pen. quãdo
inſtitutus hæres, & conſ. fin. volu. 3. vbi latè concludit
quod quando actus ſequens eſt contrarius proteſtatio
ni, dicitur per eum à proteſtatione receſſum, idem fir-
mat Corn. conſ. 209. nu. 7. vol. 2. & conſ. 256. nu. 2. verſ.
& dictam cõmunem opinionẽ, col. 3. circa med. 1. idẽ
tenet Hieronym. Grat. conſ. 2. nu. 73. vol. 1. & conſ. 10.
nu. 22. vbi alleg. l. alimenta. ff. de neg. geſt. & ibi ipſe cõ
5 cludit quod † quando partes proteſtantur, vt procedatur ſuper poſſeſſorio, ſuſpẽſo petitorio, tamẽ ſi ex actitatis conſtat partes ſuper petitorio proceſſiſſe, prote-

ſta.io

Digitized by Google

ſtatio præcedens videtur per factum contrarium reuocata, & iudex ſuper petitorio procedere poterit, faciũt præterea ad hanc illationem notata per Io. And. in c. 1. de arbitr. in 6. quæ ad id adducit Auguſtin. Berous conſ. 105. nu. 10. in fi. conſ. vol. 3. Socin. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. col. 1. ibi, cogita tamen. ff. de verb. obligat. gloſ. & DD. in cap. per tuas, extra de condit. appoſ. & gl. ſing. in c. tua nos, de ſponſalib. quas gloſ. ad id alleg. idẽ Berous conſ. 93. nu. 53. vol. 1. & cõſ. 173. n. 14. vol. 3. Rui. conſ. 116. nu. 11. vol. 2. & conſ. 17. nu. 5. vol. 4. & conſ. 121. nu. 18. co. vol. 4. Hippolit. de Marſ. in l. vnius, §. cuſtodiæ, col. 6. verſ. nec obſtat, ff. de quæſt. Iaſ. in l. ſi ex tot. §. 1. col. fi. ff. de leg. 1. Dec. in d. c. ſolicitudinẽ, col. fi. Bulgar. in rub. C. qui admitt. col. 26. & ſeq. quem adducit Neuiz. conſ. 52. nu. 55. idem cõſulendo reſpõdit Marc. Mant. conſ. 147. nu. 32. & Octauia. Vulpel. cõſ. 4. n. 14. & conſ. 131. nu. 4. idem tenuit Rol. à Val. conſ. 60. n. 46. vol. 4. Marſ. in rub. de fideiuſſoribus, & Auguſtinus Berous conſ. 144. col. 2. in prin. vol. 1. eandẽmet ſententiam comprobauit afflic. in c. 1. de benefi. femi. & ſequutus eſt etiam Rui. conſ. 64. nu. 11. vol. 1. & poſt hos omnes tradidit Cæph. conſ. 1. nu. 10. conſ. 133. nu. 86. Dec. conſ. 160. col. 2. verſ. præterea dato. ex his, quæ
6 diximus† infertur quod per contractum tranſactionis ſubſequutum, præſumitur renunciatũ præcedenti proteſtationi, l. 2. C. ꝙ met. cau. l. ſi ob turpem. ff. de cõd. ob turp. cauſ. quos tex. ad id allegat. Crot. conſilio 33. num. 3.

7 Amplianturea,† quę diximus de facto cõtrario proteſtationi, quod tollit proteſtationem, procedere etiã in eis quæ ſunt conſequutiua facti: veluti, ſi quis ordinando ſe proteſtatur, quod nõ intelligit ſe aſtringi ad
8 ſeruandam continentia† enim eſt conſequutiua ordinationis, & tamẽ non tollitur per proteſtationẽ, c. diaconi, 28. diſt. item ſi quis recipiatur in canonicum cũ proteſtatione, quod nihil percipiat de canonica, præſumitur per factum contrarium ſubſecutũ ab ea proteſtatione receſſum, Fel. in d. c. cũ M. Ferrarienſis, & ibi.
9 Abb. & Ant. de But. quod tñ declarãdum eſt, † vt procedat quando illud actu conſequutiuum oritur ex diſpoſitione iuris communis, cui non poteſt proteſtans derogare, prout in caſibus iam relatis. ſecus autẽ ſi factum dependeret à mera voluntate proteſtantis, quia tunc per illud cõſequutiuum facti non pręſumetur receſſũ à priori proteſtatione. ita declarat Fel. in d. c. cũ M. Ferrarienſ. & Ab. latè in c. Cumana, ver. 3. cõtra de elect.

Limitãtur primo ea, quę diximus de facto proteſtationi cõtrario non procedere qñ actus dependet à volũtate proteſtantis tantum: tunc etenim non præſumitur quis receſſiſſe a priori proteſtatione, ita concludit Bar. in d. l. non ſolùm, § morte. ff. de noui oper. nũcia. & ibidem Iaſ. nu. 14. & idem tenent Bar. in d. l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui oper. nuncia. & ibi Iaſ. n. 14. & idem tenent Bar. in d. l. qui in aliena. §. fin. ff. de acq. hæredita. & Bal. in d. l. ſi tàm anguſti. ff. de ſeruit. facit gloſ. in l. vt debitus, in glo. 1. & ibi Bal. C. de hæred. act. & optimè comprobatur ex tex. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. vbi teſtator proteſtatus fuerat, ſi cui bis legauero, ſemel tãtum præſtari volo, ſi bis leget in teſtamento non videtur à prima volũtate receſſiſſe niſi id expreſsè dicat, idẽ voluit Felyn. in d. c. cũ M. Ferrar. n. 77. verſ. ſed principaliter fallit primo. & eandẽmet tradidit Cor. conſ. 75. colum. 4. num. 13. verſ. Nam conſequutiua aditionis. ibi, quia obligare dependebat à ſua poteſtate & fere per totam illam col. vol. 2. Secus autem eſt vbi geritur actus, qui depẽdet a poteſtate, & voluntate duorum: tunc etenim per contrarium actum ſubſequentẽ videtur à priori proteſtatione receſſum, ita tradit Bart. in d. l. non ſolũ. §. morte quem ibi ſequitur Iaſ. nu. 14. verſ. 2. concl. & adducit præterea Bart. in l. pro hærede, §. Papinianus, circa fi. ꝑ illum tex. ff. de acq. hæred. & gl. in c. olim, & ibi Anto. But. de cenſib. & Bal. in l. ſi tam anguſti, qui illam glo. no. alleg. in fi. ff. de ſerui. Idem voluit Fely. in d. c. cum. M. Ferrar. nu. 77. verſ. ſed vbi non pendet à facto proteſtantis, vbi plures ad id congerit, & alleg. & per hoc dixit Bar. in d. l. non ſolùm, quod ſi quis poteſtans, ſe ſi
10 deiubere† nolle, & poſtea fideiubet, præſumitur receſſiſſe à priori proteſtatione, & dixit etiam glo. notab. & ordinaria in c. tua nos, glo. 1. de ſponſalib.

11 Quod ſi quis proteſtetur, quòd per aliquem† factum, quem gerit cum aliqua non intendit facere animo cõtrahendi matrimonium, ſi poſtea cum ea publicè cõtrahat, præſumitur receſſiſſe à priori voluntate, quam gloſ. refert Iaſ. ſupracit. loco, verſ. item adde pro iſta concluſione.

12 Declaranda tamen† ſunt ea, quę diximus de præſtatione facti dependentis à voluntate duorum, quod ꝑ contrarium actum præſumitur mutatio voluntatis expreſsè in proteſtatione, vt procedant quãdo quis, abſque alterius conſenſu, & ſcientia proteſtatus eſſet: tũc etenim actum gerendo proteſtationi cõtrarium videtur recedere à priori voluntate, vt iam diximus, ſecus autem eſt, quãdo conſentiente, & ſciente altera parte proteſtatus fuit: tunc etenim etiam factum contrariũ gerendo non videtur à priori volũtate recedere, veluti perſiſtendo in eodẽ exẽplo matrimonij, ſi quis ſciente, & conſentiente muliere proteſtatur, quod quęcũq; geret cum illa, non intendit facere animo cõtrahendi matrimonium, ſi poſtea publicè cum illa cõtrahat ꝓpter priorem proteſtationem, non valet matrimoniũ, quia defecit conſenſus impeditus à proteſtatione pręcedenti, ita voluit Fel. in d. c. cum M. Ferrariẽſis, n. 78. verſ. ſcias tamẽ, de conſt. & adducit Abb. in c. tua nos, de ſponſalib. & Ant. de But. in c. veniẽs, cod. tit. & Ab. in c. per tuas, in fi. de cõdit. appoſit. ita etiam tenet Iaſ. in d. l. nõ ſolùm, §. morte, nu. 14. ver. ſecus ſi talis proteſtatio, ff. de noui oper. nunc. & ita etiam in his proprijs terminis latiſſimè conſuluit Auguſtinus Berous conſ. 35. per totum, vol. 1. & hanc declarationem ſenſit Bar. in d. §. morte, vt ibi per Iaſ. ſupracit. n. 14. ver. & limitatur quando talis proteſtatio, & eandemmet ſentit elegantiſſimè Corn. cõſ. 209. nu. 7. vol. 2. & pro hac diſtin
13 ctione facit optimè, quod † proteſtatio clandeſtina in actu dependenti ab ambarum partium voluntate, niſi metus cauſa facta nihil releuat, ſecus, tamẽ ſi palã fiat, Bar. & DD. in l. q in aliena. §. fi. ff. de acq. her. Ant. But. & Abb. in c. tua nos. de ſpõſalib. Soc. conſ. 27. ad fi. lib. 3. & conſ. 361. col. 4. lib. 3. quos ad id adducit Cra. cõſ. 120. nu. 3. & hoc maximè procedit, quando proteſta-
14 tio† reſultat in præiudicium tertij, quia tunc nihil releuat clandeſtina proteſtatio, Bal. in l. clarè. C. de fidei commiſ. Alex. conſ. 16. col. fi. lib. 3. quos referendo ſequitur idem Crau. d. conſ. 120. nu. 6. Cur. iun. conſ. 126. colum. 2. ad fi. Ber. conſ. 158. nu. 9. volu 2. vbi teſtatur
* hanc * communem Doctorum opinionem in d. l. nõ ſolum. §. morte, & in d. cap. cum M. Ferrar. & in d. c. tua nos, de cond. appoſit. Ruy. conſ. 109 nu. 12. volu. 2. et conſ. 12. num. 17. et 25. vol. 4. Crot. conſ. 53. nu. 21. l. fi. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſtabu. Alex. in d. l. qui in aliena. §. fin. ff. de acq. hære. et proteſtatio nõ nocet,
15 † niſi ei qui expreſsè cõſentit, vel ſi qua faciat per quæ conſenſus appareat et ideo proteſtationi non contradicens pręſumitur ei conſentire, Innoc. in c. Cumana, de elect. Cæphal. conſ. 25. nu. 11. Dec. latè in d. ca. cum M. Ferrarienſ. nu. 22. de conſtit. quod tamen declara, vt ibi per eum. Porti. conſ. 31. nu. 29. Rol. à Val. conſ. 69. nu. 38. vol. 4.

16 Limitãtur ſecundo † ea, quæ diximus de facto proteſtationi contrario, non procedere, quando in proteſtatione interueniſſet iuramentum, tunc etenim nullo modo per actum contrarium etiam iuramento cõfirmatum præſumitur quis a priori voluntate in prote-
17 tione expreſſa receſſiſſe, veluti ſi mulier iuret, q† nũquam vult cõſentire alienationi fundi dotalis, ſi deinde con-

de conſentiat etiam cum iuramento; non tamen præ
ſumetur receſſiſſe à priori voluntate. glo. ſingularis in
ca. licet mulieres, in glo. fin. de iureiur. in 6. Bart. in l. ſi
quis pro eo, in tertio membro. ff. de fideiuſſoribus, &
tradit latè Imol. in c. dilecto. de præben. & in cap. cum
cõtingat, in 27. car. de iureiuran. & poſt eum latiſſimè
id tradidit Iaſ. in d. l. non ſolum. §. morte, nu. 14. verſ.
limita nunc concluſionem, vbi rationem reddit. ff. de
noui oper. nunciat.

18 Limitantur tertio ea, † quę ſuperius dicta ſunt, vt nõ
procedant quando actus cõtrarius proteſtationi eſſet
metu factus: tunc etenim non inducitur per eum præ-
ſumptio, quod quis recedere voluerit à priori prote
ſtatione, ita concludit Socy. iun. conſ. 107. nu. 4. verſ.
aliquando vero ibi, geritur tamen libere, & ex propria
voluntate, vol. 2. Cur. iun. conſ. 126. nu. 6. volu. 2. Ioan.
Cro. cõſ. 106. nu. 21. vbi ad id alleg. Abb. in c. 1. extra,
quod met. cauſ. & in c. causã matrimonij, in 2. col. de
19 offic. deleg. quibus in locis concludit, † quod mulieri,
quæ in abſentia mariti clam proteſtatur, quod nõ vult
conſentire alienationi fundi dotalis, id tamen palam
dicere non audet propter metum mariti, prodeſt hu-
juſmodi proteſtatio, ex quo non audet eam propalare
propter iuſtum metum, & ſubdit plus, quod ſi omitta-
tur hæc proteſtatio, quia fortaſſe mulier timet, ne id
maritus reſciat, abſque alia proteſtatione reſcindi po-
terit alienatio fundi dotalis, & idem tenuit ipſemet
Ioan. Crot. conſ. 57. in fin. num. 18. vbi præter Abb. ſu-
pracit. locis adducit Moder. Papien. in d. l. non ſolũ. §.
morte. ff. de noui oper. nũc. & idẽ ipſe opinatus eſt in
conſ. 52. nu. 21. argum. cap. paſtoralis. §. 1. de offic. de-
leg. & alleg. etiã Hoſtien. in d. c. 1. quod met. cau. Pro-
batur præterea hæc limitatio in l. qui in aliena. §. fi. ff.
de acquir. hæredit. Bart. & Moderni, in l. de pupillo, §.
meminiſſe. ff. de noui oper. nunciat, quos ad propoſitũ
adducit Cur. iun. in d. conſ. 126. nu. 6. vol. 2. Nat. conſi.
649. num. 10. volum. 4. vbi dicit, quod licet proteſtatio
20 nõ † probet metum, l. metum. C. quod met. cau. tamẽ
21 declarat † quo animo quicquid fiat, & ad id compro-
bandũ adducit. l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hæ
22 redita. & cõſeruat † ius proteſtantis. l. ſi debitor. §. 1. ff.
quibus mod. pigno. vel hypotehec. ſoluat. & idẽ tradi-
dit ipſemet Nat. conſi. 627. num. 9. & tradit Bart. per il-
lũ tex. in l. Neſennius, in 1. notab. ff. de neg. geſt. Ruyn.
conſi. 64. num. 11. volum. 1. hanc limitationem tenuit
etiam Iacob. Albanel. conſ. 77. nu. 15. & 16. Dec. in c.
fin. colu. 2. de appellationibus, & in l. pacta nouiſſima,
colu. fin. in princ. C. de pac. & in conſi 219. colu. 3. &
generaliter quoties quis aliquid facit contrarium pro-
teſtationi prius factæ. ſi coactus facit non præſumitur
recedere à priori proteſtatione, Io. And. poſt Hoſt. in
c. Cumana, de elect. quos refert Fel. in d. c. cum M.
Ferrarienſis. nu. 79. verſ. fallit tertio.

23 Limitantur quarto † ea quæ diximus nõ procedere
in pteſtatione conſeruatoria iuris alterius: ab ea enim
non præſumitur quis receſſiſſe etiã ex cõtrario facto,
veluti ſi proteſtor, quod intro poſſeſſionem nõ animo
turbandi aut eripiendi tibi eam, vel ius, quod in ea ha
bes, ſi deinde intro eam poſſeſſionem, nõ præſumor
receſſiſſe, à precedenti proteſtatione, ita cõcludit Vul-
pel. conſ. 56. num. 6. qui adducit Iaſ. in l. non ſolum. §.
morte. ff. de noui oper. nunc. nu. 49. in 5. ſpecie prote-
ſtationis, & in arg. gl. in l. idem Labeo. §. 1. ff. famil.
erciſ. Bal. in l. fi. q. 4. col. 16. C. de edic. diui Adr. tol.

24 Quinto declaranda ſunt ea, † quæ diximus, quod ex
facto contrario tollitur præcedens proteſtatio, huiuſ-
modi regula. quod in dubijs proteſtatio actum ſequẽ-
tem declaret, ita docuit nos Bart. in d. l. nõ ſolum. §.
morte, ff. de noui oper. nunc. quem ſequitur Iaſ. nu. 14.
25 verſ. tertia concluſio, & ideo in dubio † actus ſequens
non tollit proteſtationẽ precedentẽ Ang. in l. metum,
la grande, in princ. col. pen. ff. quod met. cauſ. vbi cõclu
26 dit quòd † actus qui præſumptiuè, & non verè venit
contra proteſtationem, nõ tollit ipſam proteſtationẽ,
quem refert Feli. in d. c. cũ M. Ferrarienſis. nu. 79. in 8.
fallen. verſ. ad idẽ Ang. Abb. in d. c. cum M. Ferrarien-
27 ſis. vbi dicit, quod quando † proteſtatio venit ad dan-
dum certum intellectum facto multipliciter intelligi-
bili nõ tollitur per factum ſequens, licet prima fronte
videatur contrarium, ſed debet intelligi ſecũdum pro
teſtationem præcedentem, & ibi Fel. ſupra cit. loco, &
generaliter proteſtatio præcedens declarat actum du-
bium ſequẽtem, Bal. in c. cum in veteri, de elec. Bero.
conſ. 51. num. 23. volu. 3. Rol. à Val. conſ. 69. num. 29.
vol. 4. Ruin. conſ. 64. nu. 11. vol. 1. conſ. 150. nu. 8. vol.
3. Cæph. conſ. 37. nu. 20. conſ. 79. nu. 30.

Firmauimus ſupra cõcluſionem, quod proteſtatio
non præſumitur repetita in actu ſequenti ex interual-
lo, & idcirco actum contrarium tollere præcedentem
proteſtationem oſtendimus, & quoad propoſiti noſtri
ratio tulit, explicauimus. Nõ enim noſtrum fuit inſti-
tutum totam hic materiam proteſtationis cõgerere,
28 quam ſi quis velit reperire † poterit: latiſſime enim
tractatur in d. l. non ſolum. §. morte. ff. de noui operis
nũciatio. l. qui in aliena. ff. de acquirẽda hæreditate. §.
Celſus, & §. fin. & in l. pacta nouiſſima, C. de pac. & in
l. de pupillo. §. fi. ff. de no. ope. nunc. Corn. conſ. 56. nu.
13. vol. 2. Bero. conſ. 35. per tot. vol. 1. Canon in c. cum
M. Ferrarienſis, de conſtit. cum ſimi. Verum ea tantũ
ſumere, quæ ad materiam probationum pertinent, &
ea breuiter, & dilucidè huc transferre redeamus
quoad concluſionem noſtram.

29 Primò limitanda eſt, † vt non procedat quãdo verba
proteſtantis ſunt concepta in futurum tempus, & ſunt
generalia: tunc etenim in omnĩ actu, etiam qui fiat ex
interuallo repetita præſumuntur, ita concludit Bar. in
dicta l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nunciat.
& ibidem Iaſ. nu. 13. in fi. verſ. 3. vult Bart. Hieronym.
Grat. conſ. 29. n. 24. & 28. vol. 2. Nat. conſ. 531. nu. 38.
30 vbi concludit, quod proteſtatio habens † in futurum
verba derogatoria, tollit mentem, & conſenſum à ſe-
quenti actu, ita quod non valet veluti fictus, & ſimu-
latus dans ſine mentem ſonum, & adducit l. ſi mihi, &
Titio, §. in legatis. ff. de leg. 1. l. at ſi quis. § plerique. ff.
de religioſ. & ſumptib. funer. l. qui in aliena, §. fi. ff. de
acq. hæred. idem tenet Bart. Bal. Angel. Pau. de Caſtr.
in l. pacta nouiſſima, C. de pactis. Bar. in dicta l. qui in
aliena, Alex. in dicta l. non ſolum, § morte, & hoc ma
ximè procedit, quando actus dependet à mera volun-
tate proteſtantis, Natt. dict. conſ. 531. nu. 31. Rui. conſ.
106. nu. 10. in fine, vol. 1. Pariſ. conſ. 10. n. 18. vol. 3. Rui.
conſ. 10. nu. 8. vol. 2. Rui. conſ. 31. nu. 14. vol. 5. Fely. in
d. c. cum M. nu. 69. verſ. hanc concluſionem, & ibidẽ
Imo. & Innocent. in cap. Cumana, de elect. & hinc eſt,
31 † quod ſi proteſtor Titio quod me non recipiat in fi-
deiuſſorẽ, quia nolo teneri, talis proteſtatio præſumi-
tur repetita in ipſa fideiuſſione, & facit vt fideiuſſio
non valeat Salicet. & Caſtren. in dict. l. pacta nouiſſi-
ma. Cod. de pact. Spec. in tit. de fideiuſſoribus, §. 1. verſ.
quid ſi fideiuſſor prius, & Fel. ſupra citato loco.

32 Limitatur † ſecundò hęc concluſio, vt non procedat
quando eſſet eadem ratio proteſtationis ex interual-
lo quæ fuit à principio, quia tunc etiam in actu ex in-
teruallo facto præſumitur repetita proteſtatio ita limi
tat Fel. ſupra cit. cap. cum M. Ferrar. nu. 80. verſ. 2. li-
mita. quòd intellige, & declara, vt ibi per eum.

33 Cætera † quæ in hac materia deſiderare potes, petẽ-
da ſunt ex ſcribentibus in dicta l. non ſolùm. §. morte,
de noui ope. nunc. dict. cap. cum M. de conſtit. dicta l.
qui in aliena, §. Celſus, & §. fi. ff. de acq. hæreditate, &
in l. pacta nouiſſima. C. de pact. et in l. de pupillo. §. fi.
ff. de noui ope. nunc. Corn. conſ. 89. nu. 13. vol. 2. Bero.
conſ. 35. per tot. vol. 1.

CONCLVSIO MCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Protocollo notarij, an & quando fides adhibeatur, & inſtrumenta ex illo in publicam formam redigi poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum quid ſit.*
2 *Protocollo in dubio magis ſtandum eſt, quam inſtrumento, & nu. 3.*
4 *Notarij libro ſtatur potius quam inſtrumento.*
5 *Protocollo magis creditur, quam libro notarij, qui ex protocollo deſcriptus eſt.*
6 *Protocollum dicitur matrix inſtrumenti.*
7 *Notarius redigens inſtrumēta in publicam formam, nihil habet addere, vel minuere: niſi pro vt in protocollo continetur.*
8 *Notarij libro potius ſtatur quàm inſtrumento authentico ex eo ſumpto.*
9 *Protocollo magis creditur, quàm libro notarij, etſi eſſet cāncellatum per tranſuerſum folij.*
10 *Protocollum vbi ita cācellatum eſt vt legi non poſſit, ſtandum eſt inſtrumento extenſo in libro notarij.*
11 *Protocollum, & liber notarij, quid differunt.*
12 *Protocollum cancellatum in non ſubſtantialib. inſtrumenti præfertur adhuc libro notarij.*
13 *Raſura, vel cancellatio vnius partis inſtrumēti, alteri parti non nocet, niſi pars cancellata, vel raſa, contineat ſolemnitatem reſpicientem totum inſtrumentum.*
14 *Protocollum licet eſſet in aliqua parte interlineatū, altera pars poterit extrahi, & in publicam formam redigi.*
15 *Cancellatio non reddit ſcripturam ſuſpectam, quoad hæredem ſcriptum in teſtamento, ſi cancellatio non eſt circa inſtitutionem.*
Quod tamen iudicis arbitrio relinquitur, vt ibidem numero 16.
17 *Protocollo antiquo creditur etiam ſine ſubſcriptione, & ſigno notarij.*
Et quare, ibid. nu. 18.
19 *Signi appoſitio non eſt de ſubſtantia protocolli, adeo quòd eius omiſſio vitiet illud, quia eſt leuis ſolemnitas.*
20 *Signi omiſſio an vitie. protocollum, vbi quæritur, ſpectanda eſt conſuetudo notarij.*
21 *Conſuetudo propria, prius quam communis inſpiciēda eſt.*
22 *Notarius ſi vno modo erat ſolitus interpretari ſuas abbreuiaturas, & alio modo interpretatur conſuetudo, præfertur interpretatio notarij.*
23 *Stylus notarij quomodo attendendus ſit.*
24 *Signum vbi eſt conſuetum apponi inſtrumento, apponi debet.*
25 *Iudex ſuper conſuetudine, & ſtylo notariorum poteſt ſe informare etiam parte non citata.*
26 *Protocollo non creditur, niſi omnia requiſita habeat, & quæ requirantur.*
27 *Protocollum cum ſuis requiſitis factum præſumitur ex temporis antiquitate.*
28 *Protocollum etiamſi non habeat omnia requiſita in inſtrumento nihilominus authenticum dicitur, & poteſt ex eo authenticum ſumi inſtrumentum, & nu. 29. ibid.*
30 *Tranſumptum aliam fidem facere non poteſt, quam eam, quam ab originali recepit.*
31 *Protocollum etiam non habens omnia requiſita, facit ſaltē ſemiplenam probationem.*
32 *Protocollum facit ſemiplenam probationem.*
33 *Cedulæ, & abbreuiaturæ inſtrumentorū repertæ in filcia alicuius notarij non habēt vim protocolli, nec poſſunt in publicam formam redigi, etiamſi iudex commiſerit alicui notario, vt inſtrumentum aliquod in publicā formam leuaret. & nu. 34. & 35. ibid. Contrar. ibid. nu. 36. Concil. ibid. nu. 37.*
38 *Inſtrumentum ex filciis, & cedulis ſumptum fidē facit interueniente ſpeciali iudicis commiſſione, teſtiū examine, & cauſæ cognitione. In quo tamen plurimum iudicis arbitrio tribuitur, vt ibid. num. 39.*
40 *Protocollum adeo imperfectum, vt ex illo nō appareat de voluntate partium, non probat, nec poteſt ex illo inſtrumentum ſumi.*

1 Protocollū † quod eſt illud primum exēplar ſiue originalis ſcriptura quæ legitur, et publicatur tempore, quo actus ſit, antequam per notarium extendatur in libro ſuarum rogationum, vt declarat Ber. in conſ. 1. nu. 5. volum. 2. cum
2 ibi alleg. in dubio † magis, quam inſtrumento ſtandū eſſe apparet, et ex lege, ſi quis ex argentarijs. §. pen. et fi. ff. de eden. et Aut. de tabellio. §. illud no. Bar. in l. Sēpronius. nu. 3. ff. de leg. 2. Ale. in conſ. 105. in prin. vol. 2. conſ. 79. nu. 4. volu. 5. conſ. 175. in prin. vol. 7. Corn. in conſ 28. nu. 2. volum. 1. Soc. conſ. 94. in prin. vol. 1. Fel. in c. paſtoralis. nu. 8. de iudic. in c. quoniam cōtra, num. 10. de prob. Bert. conſ. 39. data varietate, in prin. conſ. 321. ſi inter protocollum, poſt princ. vol. 3. in antiq Lanfranc. de Oria. in tract. de prob. num. 15. Io. de Amic. in cōſ. vlt. n. 15. Bal. in l. publicari, et in l. noſtrā. C. de teſtam. Abb in c. tam literis, in pen. no. de reſtit. in integ. Ber. conſ. 3. nu. 17. vol. 2. et in d. conſt. 1. nu. 6.
3 eo. vol. 2. vbi ait, † quod ſi aliqua ſit differētia inter protocollum, et inſtrumētum aſſumptum, et exemplarū, atque in publicam formam redactum, ſemper recurrēdum eſt ad protocollum, et illi potius ſemper ſtādum eſt, quam quibuſcūque alijs ſcripturis aſſumptis ex eo. idem voluit Ang. in d. l. publicari. et gl. in §. pe. in Aut. de tabellio Spec. in tit. de inſtr. edit. in §. vidēdum. ver.
* et nota, quod tabellio, et hanc eſſe *communē opinionem. et ab ea in iudicando minimè eſſe recedēdum teſtatur idem Bero. in d. conſ. 1. nu. 6. faciunt no. per Bar. et Alex. in d. l. ſi quis ex argentarijs §. prætor. ait. ff. de
4 eden. qui dicunt. quod † ſi varietas ſit inter inſtrumentum datum parti, et librum ſiue protocollum notarij debet potius ſtari libro notarij tāquam magis originali, quoniam ex libro notarij fuit ſumptum inſtrumentum, Spec. in tit. de libelli concep. §. reſtat, in pri. et per Bal. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. et idem Bart. conſ. 28. incip. ex facto propoſito Bal. in l. nec exemplū. C. ad leg. Cor. de fal. et in l. Imperator. ff. de ſta. ho. Ant. de Butr. in cap. ex literis, de fide inſtrum. Bald. in conſ. 11. vol. 2. conſ. 409. vol. 3. Paul. à Caſt. conſ. 371. in fi. col. 1. vol. 1. et in cōſ. 420. vol. 2. Rom. in conſ. 177. n. 3. Ceph. in conſ. ciuil. 23. Iaſ. conſ. 61. col. 1. vol. 1.
5 Amplia, vt idē ſit ſi † differētia aliqua erit inter protocollum, et librum notarij, in quo ſolent extendi inſtrumēta per ipſum notarium à protocollo aſſumpta, nam tunc etiam protocollo potius, quam libro etiam per eundem notarium confecto, ſtandū eſt, nam pro-
6 tocollum † dicitur matrix inſtrumēti, ex qua inſtrumēta extēſa in libro, recipiunt robur, & probationem: nō
7 autem è cōtra, quia notarius, qui redigit inſtrumētum in publicam formā nō habet addere, vel minuere, niſi prout in protocollo cōtinetur. §. pen. in Auth. de tabellio. Ale. in conſ. 152. nu. 12. vol. 2. ita Ber. in d. conſ. nu. 9. vol. 2. quod dicit fuiſſe etiam de mente Ale. & Barr. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. allegādo glo. in d. §. pen. in verſ. protocollum, in Auth. de tabelli. & hoc idē voluit Paul. à Caſtr. in d. §. prætor
8 ait. ſicut ſtaretur † potius e contra libro notarij, quam inſtrumēto authentico ex eo aſſumpto, quia liber tūc diceretur magis originalis reſpectu inſtrumenti, inde trāſumpti. Ita Ber. in d. conſ. 1. n. 65. & Soc. conſ. 267. vol. 2. qui ita debet intelligi.
9 Subamplia, idem eſſe † ſi protocollū, vel matrix fuiſſet baſtardellus fuiſſet calamo cancellatus per tranſuerſū folij,

folij,quæ propriè cancellatio dicitur, ad not. in l.li-
bertatem.ff.de petit.hæredit.& in l. inductum. C. de
ſolutio.quoniam quando eſſet diuerſitas inter primã
ſcripturam originalem, & inter extenſum in libro,
ſtaretur primæ originali,& protocollo. Ita Bero.in d.
conſ.1.num.9. per Bal.hoc tenentem.in d.l.noſtram.
col.pen.in verſ.& nota. C. de teſtam.

10 Primò iſtud intellige, † quod ſi matrix ſcriptura,
ſiue protocollum reperiretur ita cancellatum, vt le-
gi non poſſet,tunc ſtandum eſſet extenſo inſtrumen-
to in libro notarij, quod erit tunc loco originalis, vt
colligitur ex dictis Bal.in d.l.noſtram. col.pen. facit
tex.in l.vlt.vbi Bart.ff.de his,quæ in teſtam.delent.&
faciunt.no.per Bart.et Alex.in d.l.ſi quis ex argenta-
rijs.§.prætor ait,et in §.ſi initium.ff.de eden. quos ad
hoc refert,et ſequitur Bero.vbi ſupra.nu.10.qui nu.5.
11 dicit quòd † protocollum, et liber rogationũ, et in-
ſtrumentorum extenſorum notarij differunt in hoc,
quia protocollum præcedit,et eſt primum exemplar:
extenſum verò in libro rogationum, ſiue rogituum
ſubſequitur, et eſt illud, quod ex protocollo aſſumi-
tur,vt etiam in terminis colligitur ex his, quæ voluit
Bal.in d.l.noſtram.col.pen.uerſ.tertio quæritur.C.de
teſta.et ſatis clarè ex verbis Bart.in d.l.ſi quis ex argẽ
tarijs.§.ſi initium.col.3. in repet.

12 Secundò intellige,quando† cancellatio non indu
ceret protocollum mancum;et mutilatum: nam tũc
nec protocollo,nec extracto creditur, ſecùs ſi cancel
latio eſſet in his, et circa ea,in quibus non conſiſtit
ius inſtrumenti.Ita glo.et Bart.in l.vlt.C.de edict.di-
ui Adrian.toll.per id,quod habetur in l.ſi ex falſis.C.
* de tranſact.et ita * communiter teneri teſtatur Alex.
in conſ.14.nu.10.uol.6.ita Caſtren.in conſ.126.dubi-
tatur primo,an Gomez.col.ult.uol. 2. et facit doctri-
na Bald.in d. l.ult. col.4.in 4.oppoſ.C. de edict.diui
13 Adr.tollen.uidelicet, quod ſi raſura, † uel cancella-
tio inſtrumenti eſt in una parte, non nocebit alteri,
dummodo non ſit in parte,quæ continet ſolemnita-
tem reſpicientem totum inſtrumẽtum, ut puta in in-
dictione,anno die,uel loco,quæ refert, et ſequitur in
terminis noſtris.Menoch.in conſ.48.num.10.et hoc
modo debet intelligi,ꝙ reſpondit Sig.in conſ.221.in
14 fi.dum dixit,ꝙ licet protocollum eſſet†aliqua in par
te interlineatum,uel cancellatũ,ut legi nõ poſſit, qđ
nihilominus altera pars illius actus,quæ integra repe
ritur in publicam formam extrahi poterit, dummo-
do ſcilicet illa interlineatura,et cancellatio nõ ſit cir
ca ſolemnitates reſpicientes ipſam ſubſtantiã inſtru-
menti,et Signor.refert,et ſequitur Menoch. de arbit.
iud.lib.2.cent.2.caſ.187.nu.17.et ita intelligendus eſt
Alex.in d.cõſ.14.nu.10.uol.6.dum dixit,quòd cãcel-
15 latio circa legata†nõ reddit ſcripturã ſuſpectã,quan-
do diſputatur, et litigatur ſuper hrditate, dummodo
cancellatio nõ ſit circa inſtitutionem:ſed quoad iſta,
uide quæ à nobis tradita ſunt ſup.in uer.cancel. et in-
16 fra in uer.raſura.et interim ſcito,†hoc pẽdere ex iudi-
cis arbitrio,qñ in præſenti caſu cancellatio,ſiue abra
ſio noceat,prout in his terminis loquendo,dixit Me-
noch.d.caſu centeſimooctuageſimoſeptimo. nu.41.

17 Amplia,ut etiam † præſumatur pro protocollo,&
ad illud recurrendũ ſit, et ſi nõ haberet aliquam ſub-
ſcriptionem,uel ſignum notarij, dummodo eſſet an-
tiquum,et ex illo poteſt etiã authenticum leuari. ita
Rub. Alex. in conſ.10. col.ult.uerſ. præmiſſis tamen
Cæph.conſ.170.nu.22.vol.2. quem ſequitur Menoc.
vbi ſup.nu.18.dummodo inquit, cõſtet illud eſſe ſcri
ptum manu illius notarij,de quo prætenditur, & ego
adderẽ dummodo notarius ille eſſet iam mortuus:nã
mors illius habet vim ſigni,& ſubſcriptionis, vt dicit
Crau.in conſ.158.nu.7.& Alex.in conſ. 14. vol. 6. &
18 ratio eſt,quia † nõ eſt veriſimile, ꝙ mori notarius il-
le voluiſſet in peccato falſitatis,hoc idem ſenſit Cur.
iun.in conſ.162.nu.1.vbi dicit hanc veram iuris con-
cluſionem,& hæc ampliatio poterit eſſe loco recon-
ciliationis opinionum inter ſe diſſidentium, & affir-
matiuam illam,vnã ſcripturam notarij requirere ſub-
ſcriptionem, & ſignum ad hoc, vt faciat fidem, aliã
ſubſcriptionem,& ſignũ minimè neceſſarium eſſe,di
centem:primam tenuerũt Abb. in c.cum P. tabellio,
de fid.inſtr. Bal.in l.Lucius. ad fi.ff.de teſta. militari.
Dec.in conſ.97.dub.2.Anch.conſ.431.Bal.in rub. C.
de fid.inſtr.col. 7.verſ.ſed hic dubitatur, nunquid ta-
bellio. Ant.à Butr.conſ.11.animaduertendum,quod
protocollum.Ang.in conſ.200.dub.1.Alex. in conſ.
48.col.1.vol.7.Alex.in conſ.41.nu.2. & 3. & hãc eſſe
* magis * communem, & receptam opinionem teſta-
tur Menoch.in d.caſu 187.nu. 5. de mente. Ruin. in
conſ.144.nu. 2.vol. 4. qui quidem. Ruinus hoc non
dicit,ſed ſolùm, quod in dubio notarius nõ præſumi-
* tur rogatus,vt magis *communiter dicitur in c. 1. de
* fid.inſtrum.& de tali magis * communi teſtatur Alc.
in conſ.153.nu.9.vol. 2. & ideo nos nimis merito ta-
men credentes Menoch.aliàs ſup.in concl. abbreuia
tura.nu.17. Ruinum ad hoc,tanquam de magis com
muni atteſtantem citauimus.Bal.in l.contract.col 2.
verſ.quero.C.de fid.inſt. Didac.Couat.in c.20. pract.
quæſt.nu.5.verſ.7. ad valorem. Boer.deciſ.37.nu.10.
ſecundam opinionem ſenſerunt.Rol. à Val. in conſ.
44.nu.40.vol.1.qui ad hoc citat Bart. in conſtit. 1. ff.
col.2.verſ.ſecundo aduerte.Cor.conſ.226.col.2.vol.
3.& in conſ.70.col.2.& in conſ.118.col. 2. volum. 4.
Card.in conſ.133.colum.2.verſ.tertio dicitur. iuncto
verſic. ſi autem in inſtrumento, vbi inquit,quòd hæc
19 pars eſt verior,videlicet quòd † appoſitio ſigni nõ eſt
de ſubſtantia adeò,quod eius omiſſio vitiet inſtrumẽ
tum.Idem ſenſit Dec in rub.de fid.inſtrum.col.5.ver
ſic.nono,quia eſt leuis ſolemnitas.Idem Card.in d.c.
cum P.tabellio,co.tit.& Bal.in l.fideicommiſſa. §.1.
* ff.de leg.3.Dec.conſ.447.& hanc eſſe magis*commu
nem,& receptam opinionem teſtatur Menoch. in d.
conſ.48.nu.15.ex mente Alex.in rub.ff.de nou. oper.
nunc.nu.14.vbi etiam Niconitius.nu.112.

20 Vel ſecundò pro recõciliatione † dic. ꝙ ſpectan-
da eſt conſuetudo prius notarij, an ſolitus ſit ſubſcri-
bere,& ſignare.Bal.in auth.ſi quis in aliquo.col.pen.
21 verſ.demum eſt videre. C. de eden.nam † conſuetu-
do propria prius inſpicitur, quam communis.Bal. in
l.ſi certis annis.col.3.verſ.ego autem dico.C.de pact.
in l.vt liberis.nu.8.C.de collatio.Fel.in d.c. cum P.ta
22 bellio.n.8.vbi etiam dicit,quod ſi notarius †vno mo
do interpretari ſolebat ſuas abbreuiaturas,et alio mo
do interpretatur conſuetudo, præponitur interpreta-
tio notarij,ſecundum Bal.in l.vlt.C.de eden. col.vlt.
23 & Ant.in repet.c.vlt. de conſuet. et ſi † notarius non
habet ſtylum firmum, attenditur ſtylus cõſuetus per
ipſum in materia, de qua agitur per alia inſtrumenta
leuata ab eo,ſecundum Bal. Inſtit. de empt. & vend.
§.1.in fin. & ſi variabit in eadem materia,attenditur
ſtylus vlt.eiuſdem, & ſi de vlt.ſtylo non apparet re-
curritur ad ſtylum communem, & ideò ſpectãda eſt
deindè conſuetudo loci, quæ ſi requirat ſignum, &
ſubſcriptionem,ſignũ,et ſubſcriptio apponitur, aliàs
nequaquam.Ita Bart.in d.prima conſti.ff. col.2.verſ.
24 ſecundo aduerte, vbi ait,quod † ſi eſt conſuetum ap-
poni ſignum in inſtrumẽto,quod debet apponi, aliàs
ſecus cum ſignum non ſit de illis, quæ de iure poni
debent in inſtrumentis.Idem voluit Card.in d. conſ.
133.col.2. verſ. tertio obijcitur.cum ver. autem in in-
ſtrumento, vbi inquit, ꝙ appoſitio ſigni nõ eſt adeò
neceſſaria,vt illius omiſſio vitiet inſtrumentum: niſi
extaret cõſuetudo.Idẽ animaduertit Rol.à Val.in d.
cõſ.44.nu.34.cum ſeq.vol.1.qui dicit, ꝙ iudex poteſt
25 de tali cõſuetudine † à ſeipſo informare interrogãdo
tabelliones,an ita fuerit obſeruatum etiam non cita-
ta parte, ꝙ etiam ſenſit Dec.in conſ.447.col. 2.

26 Limita concluſionem,†vt tunc procedat, quando

protocollum haberet omnia requiſita : nam aliàs nõ
probatet,nec ei ſtaretur: requiſita antem ſunt eadem,
quæ requiruntur in inſtrumentis ipſis ad effectum, vt
probent, videlicet ſubſcriptio notarij,ſignum ipſius,
rogitus,publicatio,locus, & tempus celebrati actus,
de quibus tamen dic, vt nos ſupra explicauimus, in
ver.inſtrumentum per diſcurſum,& in ver.exemplũ,
ac etiam alia,quæ vel à iure vel à cõſuetudine requi-
runtur,& introducta ſunt.Ita Alex.conſ. 103. nu. 12.
vol.2.Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit. de inſtru. edit.
§.vidēdum reſtat ſuper ver.& nota, quod tabellio.in
addi.incip.vbi hoc not. Ang.in conſ.220.Rub.Alex.
in conſ.94.& 95.nu.6.Cæph.in conſ.ciui. 23.Rebuff.
in tract.nomina.q.14.nu.73.Rol.à Val.in d.conſ 44.
nu.17.vol.1.Abb.in d.c.cum P.tabellio,col. 3.verſic.
vlterius quæritur de fid.inſtru. Paul. à Caſtr. in conſ.
297.viſis narratis, vol.2. Doct.in d.c.cum P.tabellio.
Bero.in conſ.92.nu.27.vol.3.ita Pariſ. in conſ.27.nu.
1.vol.2.Sal.in d.l.contractus.in 6.q.C.de fid.inſtrum.
Corn.in cõſ. 118. nu.2.vol.4.& conſ.70.nu.3.eo.vol.
27 & conſ.94.nu.2.eo.vol.requiſita † autem in protocol-
lis interueniſſe,licet de eis non appareat,ex temporis
antiquitate præſumi teſtatur Crau. de antiq.temp. in
vlt.particula.3.par. prin.nu.39.
28 Sublimita,vt iſtud † procedat,quoad faciēdam de
per ſe plenam fidē & probationē, ſed quo ad effectũ
authen.ipſum protocollum nõ eſt neceſſe, quod de-
beat habere,& continere omnia, quæ inſtrumentum
* publicũ debet continere. Ita ſentire*omnes legiſtas,
& canoniſtas, in d.l. contractus. C.de fid.inſtrum. &
in c. 1.& in d. c.cum P.extra eo.tit. teſtatur Bero.in d.
29 conſ.92.nu.27.qui ſubiungit, quod † imò ſi protocol-
lum non haberet nomen notarij mortui, nec ſigillũ,
nec ſubſcriptionem, nec alia huiuſmodi, poterit au-
thenticari, & in publicam formam redigi per alium
notarium authoritate publica ſubſtitutum, de com-
miſſione tamen ſpeciali ipſius iudicis, etiam ſi eſſet
notarius ſubſtitutus filius demortui cum ſuppletione
eorum, quæ in protocollo deficiebant dummodo ta-
lia non ſint, quæ veritatis ſubſtantiam concernant,
vt habetur per Cyn.Bar.Sal Paul.à Caſt.& alios in d.
l.contractus.& Bal.in d.l. fideicommiſſa. ff. de leg.3.
& Abb.in d.c.cum P.col.1. in poſtremis verbis, Spec.
in tit.de inſtru.edit.§. oſtenſum. verſ. illud quoq; vbi
Io.And.qui teſtatur.ita de facto ſeruari.& Bal.Sal.&
Paul.à Caſtr. Ang. & Fulgoſ.in l.quædā.§.nihil. ff.de
eden.& Ruin.in conſ.161.nu.12.vol.4.qui dicit id ab
omnibus admitti,& neminem negare teſtatur Alex.
conſ.14.nu. 9.vol.6.
Sed de hoc non modicè dubito: nam ſi protocol-
lum erit nullum, & defectiuum, etiam ſumptum ex
eo erit nullum, tanquam extractum, & procedens à
radice infecta,& vitioſa, vt dixit Anch. in conſ.431.
præmiſſa.quem refert,& ſequitur Corn. in conſ. 226.
licet in hac.vol.3.& conſ.70.nu.3. & conſ. 118. nu. 2.
30 vol.4.& Pariſ.in conſ.12.vol.2.& ſumptum,& extra-
ctum non poteſt habere,nec facere aliam fidem : niſi
illam, quam recipit ab originali. Alex. in conſ.104.
col.pen.vol.7.Pariſ. vbi ſupra,ſi autem originale erit
inualidum quo ad fidem,quomodò ex eo poterit de-
ſumi inſtrumentum fidem faciens: prout iſtud etiam
animaduertit Pariſ.in d.conſ.12.nu.22.cũ plurib.ſeq.
& ſi verum eſt,prout omnes fatētur, quod ſtante dif-
ferentia, inter protocollum, & extractum,ſtatur, &
magis probat protocollum, quomodo poterit ex pro-
tocollo aliquo imperfecto extrahi exēplum ad effe-
ctum, vt authēticum factũ magis illi credatur,ſi eue-
niente caſu differentiæ debebit ſtari protocollo : niſi
fortè dicas, quod trāſumptum recipit vires à notario
tranſcribente,& illud authenticante, de commiſſio-
ne iudicis,vel quod hæc procederent,quando proto-
collum eſſet defectiuum in ſubſtantialibus : ſecus ſi
ſolùm deficerent ſolemnitates aliquæ, quæ veritatis
ſubſtantiam non concernerent : nam in primo nec
tranſumptum valeret,ſicut nec originale,in ſecundo
poterit authenticari, & ſuppleri de commiſſione iu-
dicis. Ruin.conſ.215.nu.19.& ſeq. vol. 1.& Bero. in
d.conſ.92.nu.27. Caſtrenſ.in conſ. 121. vol. 2. verſic.
breuiter in hoc, & nos ſupra.
31 Secundò ſublimita,† vt ſaltem faciat ſemiplenam
probationem, quamuis aliqua ex omnibus requiſitis
non adſint.Ita Neuizan. in conſ.25.nu.9.loquens de
defectu indictionis,& ſubſcriptionis,& ſigni notarij,
ad quod allegat Hoſtienſ.in d.c. 1.de fide inſtrum. &
Gemin.in conſ. 57.in cauſ.Archid.col.3.Purpur.in l.
admonendi nu.237.verſ.dixi.ff. de iureiur. vbi etiam
Bar.exemplificans in defectu indictionis.col.7.& ſe-
quitur Alex.in l. de pupillo, & §.qui nunciat. col. 2.
verſ.non omitto.ff.de oper.nou.nunc.& cõſ. 59. viſo
proceſſu.col.3.verſ.nec prædictis.vol.1.& protocollũ
32 † ſimpliciter facere ſemiplenam probationem dixit
Cyn.in d.l.contractus.C.de fid.inſtr.quem referendo,
ſequitur Afflict.in deciſ.48.nu.3.
33 Secundò limita concluſionē, vt nõ procedat in il-
la cedula nõ deſcripta, vel in primo protocollo cæte-
rato,vel in ſecundo extenſo, ſed ita ſimpliciter repe-
ritur in aliqua, ut uulgo dicitur filcia : ſolēt enim ali-
quando notarij fortuito in foro, uel in uia reperti in-
ſtrumenta recipere in aliqua carta, & folio nomina
teſtium deſcribendo, & ſubſtantiam contractus cum
die,anno,& hora, & deindè cum domi ſunt,referunt
actum, illum in ſuis protocollis. Et aliquando me-
moria lapſi,uel negotiorum multitudine impediti in
filcia eo animo reponũt,ut mox nacti otium in pro-
collis deſcribant,& multoties uenit incogitata mors,
uel ſimile quid, ob quod repoſita in filcijs non repo-
nātur in protocollis, & ſic ſimpliciter notata rema-
nent. Nam de iſtis non intelligunt citati Doctores, q
tenent protocollo magis ſtandum eſſe,& ad illud re-
currendum : nam iſta cedula hoc modo confecta nõ
habet nomen protocolli,cum careat ſubſtantialibus
34 protocolli ſolitis adhiberi adeò,ut etiam ſi exiet † cõ-
miſſio iudicis facta notario de authenticando, & de
redigendo in publicam formam inſtrumētum alicu-
ius notarij præmortui,nõ intelligetur de iſtis cedulis,
nec illas releuare, aut in publicum documentum re-
digere poterit. Ita uoluit Caſtrenſ.in d.cõſ.111.uiſis,
& ponderatis,quæ ſupraſcripta ſunt.col.1.uerſ.ſi uerò
ſolemnitatem,ea ratione,quia talis commiſſio intel-
ligitur de leuandis inſtrumentis ex protocollis, quæ
ſecundum uſum communem loquendi protocolla
35 ſunt : at iſta cedula † non poteſt dici protocollum,qa
non habet requiſita ad protocollũ.Idem ſenſit Alex.
in conſ.153.nu.13.uol.2.Signor.cõſ.224.in q.præſup-
poſita.uerſ.ſed cum quid Ang.conſ.400.teſtator,col.
3.uerſ.nõ obſtat commiſſio Boer.q.36.nu.5.& queſt.
252. num. 8. & quod talis filcia,ſiue cedulæ,ut ſupra-
poſitæ, fidem non faciant, neque poſſe ex eis inſtru-
mēta leuari dixit Abb.in d.c.1.col.3.de fid. inſtrum.
Paul.à Caſtr.conſ.204.ad primum.in antiq.& in cõſ.
203.in nono dubio. Ang. in conſ. 220. ad hoc. Bald.
conſ.22.uol.1.idem in rub. C.de fide inſtru. Lanfr.de
Orian. in tract.de fid.inſtrum. nu. 17.
35 Contrariũ tenuit † Paul. à Caſtr. in d.l.contractus.
col.2.C.de fid.inſtr.Dec.in d.c.primo,col.5. eo.tit. &
in conſ.447.& Cur.iun. conſ. 162.
* Sed priorem opinionem ueriorem,*& magis com-
munem teſtatur Cagn.in l.ſi librarius.nu. 33.ff.de re-
gul. iur. & ita ſe habere generalem conſuetudinem,
& practicam notariorum dicit Paul.à Caſtr. in dicto
conſilio 204.
37 Sed tamen pro recõciliatione dicas,† quòd Paul.à
Caſtr.& Dec.& Cur.iun.nõ loquũtur de ſimplici illa
ſcriptura poſita in filcia,de qua in caſu noſtro,ſed be-
ne de abbreuiatura,& protocollo,nõ tñ ſubſcripto,&
ſignato à notario,quę abbreuiatura,& protocollum,
ſi alio

Digitized by Google

ſi alio reſpectu non habet vltimum, valebit etiam ſine ſubſcriptione, & ſigno ad effectum, vt ex eo poſſit ſumi exemplum authenticum, vt dicit Dec. ibi. numero octauo, & nos ſupra diximus, ſecus in illa ſimplici cedula, vel notula, quæ vt diximus non venit ſub nomine protocolli, nec habet alia protocolli requiſita.

38 Sublimita tamen ſecundam limitationem, & ſecundum opinionem magis communem, vt non procedat, quando interueniſſet ſpecialis cõmiſſio iudicis facta de leuando inſtrumento celebrato per notariũ defunctum: nam ex ſpeciali iudicis commiſſione à dictis ſilcijs leuari poterit inſtrumentum fidẽ faciens interueniente ſcilicet cognitione cauſæ, & teſtium examine ſuper literis, & publicatione dicti inſtrumẽti, & non aliter. Ita Cagnol. in d. l. ſi libtarius. nu. 33. de mente Caſtrenſ. in d. conſ. 204. quod etiam placuit Menoch. in d. caſu 187. nu. 26. de mente Caſtrenſ. in d. conſil. 111. colum. 1. verſic. ſi vero quæritur, & conſi. 306. ad primum quæſitum, col. 1. verſ. breuiter. vol. 1. qui Menochius ſubiungit, quod iudex debet animaduertere, quo in loco reperta ſit talis ſcriptura, an
39 inſpecta, ſit necne, & deindè † quod ſibi æquũ viſum fuerit, arbitrabitur.

40 Tertiò limita, † vt non procedat, quãdo protocollum eſſet adeò imperfectum, vt ex illo nõ appareret de perfecta voluntate partium, vt quando notarius ſcripſiſſet. Titius vendidit N. ſub his conditionibus videlicet, & deindè nihil ſubſequeretur: nam tunc defectus voluntatis non perfectę facit, quod actus ille ſit nullus, & ideò illi nõ ſtatur, nec probat, nec poteſt ex eo exemplum authenticum deduci. Ita Fely. in d. c. cum P. tabellio. nu. 1. de fide inſtrumentorum, & Menoch. in d. caſu 187. numero 30. lib. 2. cent. 2. de arb. iud. & Paul. à Caſtr. in d. conſ. 311. colum. 1. verſ. breuiter in hoc. Secus ſi appareret, quod contractus eſſet in ſe perfectus, ſed ſolùm remanebant quædam truncata ſub clauſula, &c. nam tunc bene probabit, & ad illud protocollum debet recurri euenięte caſu, vt ita diſtinguit Fel. in d. c. cum P. numero primo, de quo tñ dic, vt per eundem ibid. nu. 6. cum alijs ſeqq.

Et hæc erunt loco additionis, & declarationis ad ea, quæ latè ſcripſimus de hac eadem materia ſupra, in verſ. abbreuiatura, vbi reliqua, quæ hic deſiderati poſſent facilè reperies.

CONCLVSIO MCCL.

ARGVMENTVM.

Prouocatum quem fuiſſe ad hoc, vt ad ſui defenſionem occidiſſe dicatur, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatum quem fuiſſe, ad hoc vt ad ſui defenſionem dicatur occidiſſe coniecturis, & indicijs probatur.*

2 *Aggreſſor præſumitur, qui alicui verba iniurioſa, & comminatoria dixit.*

3 *Aggreſſor dicitur, qui dixit alicui.* Tnoti da parte, & dammi la ſtrada.

4 *Procurator dicitur, qui facto, vel verbo alium offendit, dummodo verba offendant, & offenſa ex illis reſultans pęnam mereatur. Vt ibidem numero 5.*

6 *Prouocator dicitur, qui primus euaginato enſe in aduerſarium irruit, maximè ſi aduerſarius dolentia verba protulit.*

7 *Prouocator præſumitur, qui ſe retrahentem perſequitur, qui cum pluribus ſocijs eſt, & ſolitus eſt rixari.*

1 Prouocatum † quem fuiſſe ad hoc, vt ad ſui defenſam, quem occidiſſe pbari poſſit, ex coniecturis, & indicijs colli-
2 gitur, veluti ſi quis alicui verba † iniurioſa, & comminatoria dixerit: is enim aggreſſor fuiſſe præſumitur, vt reſpondit Cæpol. conſil. crim. 29. in princ. vbi in-
3 quit, per eum † qui alicui dixit, *Tuoti da parte, & dammi la ſtrada*, prouocationem fuiſſe factam præſumi, in qua ſpecie eleganter etiã conſuluit Bertazol. conſ. crimin. volumine primo, conſilio primo, quod etiam voluit Io. de Amic. conſilio 23. numero primo, cum cæteris allegat. per Bertazol. vbi ſupra. prouocator:
4 † enim dicitur, qui facto, vel verbo alium offendit, quemadmodum tradit Spec. in tit. de accuſ. §. primo, verſiculo quid ſi te vocaui. Oportet autem, quod
5 verba † ſint talia, quæ offendant, & offenſa huiuſmodi pœnam mereatur, vt colligitur ex traditis per Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. Aleiat. cõſ. 40. numero 20. libro quinto, eodemmet modo, qui
6 prius † euaginato enſe in aduerſarium irruerit, & aduerſarius dolentia verba protulerit: veluti: *Abime io ſono aſſaſſinato, &c.* faciunt quem prouocatorẽ præſumi, vt conſulendo reſpondit Cæpol. dicto conſil. 29. Io. de Amic. dicto conſilio 23. Marſil. conſ. 4. numero 15. Alciat de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 39.
7 numer. 12. Prætereà † qui ſe retrahentem perſequitur, vel qui cũ pluribus ſocijs eſt, vel eſt ſolitus rixari præſumitur prouocator, Cæpol. in dicto conſ. 29. Marſ. conſilio 51. numero 47. Ioan. de Amic. conſilio 23. numero decimo, & latiſſimè Bertazol. in d. conſilio primo.

Cætera vide ſupra in verſ. offenſio, pax rupta, occiſio, & aggreſſor. quibus in locis hæc aliquãto fuſius explicantur.

CONCLVSIO MCCLI.

ARGVMENTVM.

Proximior conſanguineus, an eo ipſo, quis ſe probet, quòd oſtendit ſe conſanguineum, ſi alius proximior non apparet.

SVMMARIVM.

1 *Proximior conſanguineus, ex eo, quis probari dicitur, quod oſtendit ſe conſanguineum. niſi alius ſe proximiorem probauerit.* Contrar. *vt ibidem, nu. 3.*

Conciliatio *colligitur ex dictis ibid. nu. 5.*

2 *Allegans aliquem ſine liberis deceſſiſſe, habet fundatam intentionem ſuam, & aduerſario neganti onus probandi incumbit.*

4 *Fundamentum intentionis ſuæ etiam ſuper negatiua quiſque probare tenetur.*

Niſi præſumptio ſit pro negante, vt ibid. nu. 6.

7 *Extrinſeca, quæ ſe habent ad eſſe, & non eſſe, non præſumuntur, niſi probentur.*

8 *Conſanguinei plures, vbi de proximioritate contendunt, is qui vult obtinere, proximiorem ſe probare debet.*

9 *Proximior ex eo probatur, quod quis probat ſe conſanguineum, dummodo certum gradum conſanguinitatis probauerit.*

10 *Proximior conſanguineus teſtatori non dicitur, qui poſt mortem eius natus eſt.*

11 *Teſtator, ſi vocet ad fideicommiſſum proximiores ſuos, debet intelligi de proximioribus tempore mortis ipſius teſtatoris.*

12 *Teſtator vbi vocauit proximiores ad ſucceſſionem is, qui vult ſuccedere, debet ſe proximiorem probare.*

13 *Filius petens hæreditatem tanquam filius, debet probare filiationem.*

14 *Talem ſe dicens, talem ſe probare debet.*

15 *Proximiorem ſe aſſerens, vbi conſtat alium proximiorem*

 extitiſſe

extitit iſti in rerum natura,qui adhuc viuere poteſt,an illum mortuum probare teneatur.
16 *Statutum ſimpliciter requirens in contractu minoris, vel mulieris conſanguineos,non intelligitur de proximioribus.Contrarium,nu.16.*

1 Proximiorem †cõſanguineum alicui,veluti teſtatori,ſi
quis ſe dixerit,ex hoc ſolo probare poterit,ꝙ ſit illius
cõſanguineus,abſque eo,quod iudici fides fiat,nullũ
alium eo eſſe proximiorem;ſic tradidere Alex.in l.is
poteſt,col.5.num.15.verſ.ſed iuxta prædicta.& ibid.
Iaſ.col.pen.nu.83.verſ.pone ego. ff.de acquir.hæred.
permoti auctoritate Raph.Cuma.in d. l.is poteſt,&
in l.ſed,& ſi de ſua,quam legit cum l.heres inſtitutus.
ff.eo.quem ibidem ſequitur Rom.in fin. idq; confirmant
contextus,in l.ſi amitæ.C.commun.de ſucceſ.
& in l.ſi auiæ.C.de ſucceſ.edict.ac in l.ſi ſcriptũ.C.de
probation.in hanc eandem ſententiã conſultus rñdit
idem Raph.Cuma.in conſ.43.in quæſtione Frãciſci
Gignæ,in princ.& poſt num.3.ait ſe nunquam vidiſſe
in praxi obſeruari,vt quis debeat probare, alium non
eſſe proximiorem, probato gradu ſuo proximitatis,
nec aliquem Doctorem hoc dicẽtem: nec enim præſumitur
alius præcedere,ſi non probetur,argu.gl.in l.
cum de lege.ff.de probation.inducendo,vt per Bart.
in l.cõficiuntur.§.codicilli.ad finẽ. ff.de iur.codicil.
& prout inducit Bartol.in d.l.is poteſt, dum tractat,
quomodo probetur, quem deceſſiſſe ſine teſtamẽto,
allegat.l.cum probatio.ff.de probation.ſed vult allegare,
l.cum de lege,in glo.ff.eod.quam gl.etiam citat
Bat.in l.ſi conſtante,in 1.q.1.par.prin.ff.ſol.matr.in l.
decem.ff.de verb.obl.& in rubr.ff.de nou.oper.nunc.
& in l.vlt.§ licentiam.C.de iu.deli.& hoc ipſum probatur,
quod contrarium non probetur, vt per dictam
l.cũ de lege, pluribus exemplis platium facit Iaſ.cõſ.
34.ad motiua,num.1.verſ.ego reſpondeo,vol.1.cum
veriſimile ſit alios, ſi qui eſſent, ad aucupandum, &
occupandum id lucrum,atq; hæreditatem,quam primum
aduolaturos.Sic ſenſit idem Alex.in conſ.179.
viſis,ac ponderatis dubitationibus,in ſi.vol.7.& Soc.
ſen.in conſ.89.in cauſa agitata,colum.4.ſub numero
8.verſic.& ſi dicatur,volumine primo,& communiter
id tradidiſſe recentiores ſcriben.in d.l.ſed, & ſi de
ſua.idem Soc.teſtatur in l.Gallus,in prin.nu.6.in fin.
ff.de liber.& poſthum.quem referẽdo ſequitur Crau.
in conſ.249.in cauſa nobilis Magdalenæ,in princ. in
ſecunda par.quibus accedit Corn.in cõſ.95.viſo proceſſu
agitato,col.3.nu.3.verſ.ſufficit enim,vol.4.ex
eo,quod raro contingeret,quòd petens hæreditatem
ab inteſtato,obtineret, maximè cõſtitutus in remoto
gradu, ſi haberet neceſſe probare, quod nullus alius
ſit proximior,vel pari gradu ſucceſſionis, quia dictæ
negatiuæ probatio eſt difficilis,& quodam modo impoſſibilis,
quod non eſt dicendum; & idem in conſil.
197.in hac conſultatione.col.1.num.2.verſ.ſed licet
hæc eo.vol.4.aſſerẽs ſe bis ita conſuluiſſe, ſicq; pluries
practicari, nec vnquam id in dubiũ verti vidiſſe,
& in cauſa propria ex perſonis materterarum egiſſe,
ſolùm probando eas materteras, & obtinuiſſe; idque
multis ibidem corroborat, quod placuit,& Bertr. in
conſ.2.examinato proceſſu cauſæ,in 2.dub.col.7.nu.
34.verſ.voluerunt enim.vol.2. atque Ruin.in conſil.
154.in caſu,de quo quæritur,col. 1.nu. 2.verſ.ſed tamen
præmiſſis non obſtantibus, vol. 3.& in conſ.67.
in cauſa vertente inter commune,col.6.ſub num.14.
verſic.& dicit Alexan. & huic opinioni ſe ſubſcripſit
Tiraq.in tract.de vtroq; retract.in tit.de retract.Lignagier.
§.11.gl.1.in verbo,de plus prochain.num.8.
verſ.afferunt autem ſic etiam decidẽdo ſcripſit Ant.
Capic.in deciſ.159.in cauſa magnificarum.nu.11.&
Rub.Alex.in conſ.16.in cauſa Ioan.col.5.ſub num.
17.verſ.& ſi dicatur,ac Pet.Anton.Anguiſ.Placen.in
cõſ.26.nu.7.verſ.præterea,vbi legatum.in rub.vltim.
volu.& hoc idem colligitur ex doctrina Spec.in tit.
de iudi.§.1.nu.4.verſ.actor ergo ſic ponat.cum ſeq.
vbi docet ponere actorem ꝙ eſt in gradu proximior,
& ſi reus neget, dicit ſpeciatim ponendum de parentela,
ex quib.manifeſtè liquet,quod nõ opus eſt actori
probare, quod alius non præcedat, ſed ſolùm conſanguinitatem
ſuam: immo tradit ibi reum ad excluſionem
actoris ponere, quod alius ſit proximior,
quod fruſtra eſſet, ſi actor deberet probare illam negatiuam,
quem refert,& ſequitur. Cum.in d.conſ.43,
nu.2.eandem ſententiam comprobauit Ioſeph.Lud.
in ſuis communib.concluſ.in concl.14.verſ.infertur.
58.verſ.ſemoto tamẽ ſtatuto.& hanc crebriorem ſententiam
dicit Cephal.in conſ.133.multa ſunt, num.
53.vol.1.id etiam multis comprobat Neuiz.in conſ.
10.Chriſti,eiuſque matris,num 9.verſ.& dummodo
probent,quibus ſe ſubſcripſit Burſat.in conſ.98.quia
quanto diffuſè,nu.1.vol.1.

Corroboratur concluſ.noſtra ex l.ex facto.§.pen.
ff.ad Treb.& ex eo,quod ibi not.Bar.dicens,quod qui
2 dicit†aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet fundatam
intentionem; adeo vt aduerſario neganti occubuiſſe
ſine liberis incumbat onus probandi,licet ſit reus,idẽ
dixit Bar.in l.qui duos §.cum in bello,vbi Ang.ff.de
rebus dub.hunc ſequutus eſt Alex.in cõſ.39.viſo themate,
de quo ſupr.nu.2.vol.1.& in conſ.20.viſo proceſſu
cauſæ vertẽtis,in fi.eo.vol.1.& ante eum Caſtr.
in conſ.267.pro declaratione primi dubij,col.2.nu.5.
verſ.ex prædictis.vol.1.per tex.cum gl.in l.ſpadonem.
§.qui abſolutus.ff.de excuſ.tuto.ſic etiam tradidere
omnes ſupra citati ſcribentes ad cõcluſionem dictis
in locis, quicquid ad illum text.dicat idem Alex.ibi.
& in d.l.is poteſt, nu.15.

3 Veruntamẽ†Franc.Aret.in d.l.ſed,& ſi de ſua,col.
4.verſ.tangit etiam hic.ff.de acq.hær.in ea eſt ſententia,
vt non ſatis ſit probare eum, qui vult ſuccedere,
eſſe conſanguineum, niſi,& ſe probet proximiorẽ eſſe,
vbi refert ſe aliàs ita conſuluiſſe,cum ex facto ageretur
in ciuitate Aretij, vt etiam teſtatur,in d.l.is poteſt,
col.pen.quem refert Soc.in l.ſi inter virum, col.
vlt.nu.7.verſ.3.colligitur.ff.de reb.du.& ante eum ſic
placuit Ang.Aret.in §.actionum,col.vlt.poſt nu.69.
verſ.ſi autem ab inteſtato,quẽ referendo ſequutus eſt
Soc.iun.in conſ.26.quatenus dubitatur, col.pen.nu.
10.verſ.& ad contrarium, vol.2.quod etiam ſenſiſſe
Spec.nonnulli dixere in tit.de teſtam.in §.ſequitur
videre,nu.16.verſ.eſt, & alia bonorum poſſeſſio,quæ
dicitur,vnde agnati,vbi in libello actoris,hæc articulanda
dicit uẽpẽ,quod P.mortuus ſit item quod hoc
certum eſt; præterea quod inteſtatus; inſuper, quod
ego ſum illi agnatus; poſtremo, quod proximior.&
nu.17.verſ.eſt,& bonorũ poſſeſſio,vnde cognati,quæ
opinio corroboratur ex eo, quod habemus in l.in illa.
ff.de verb.obli.nimirum, quod cum hæc negatiua
nullum proximiorem cõſanguineum extare, ſit fun-
4 damentum † intentionis ſuæ, ab eo probanda ſit, vt,
& in l.ita ſtipulatus.verſic.quod ſi ab initio.ff.eo.de
verb.oblig.& in l.pen.§.docere.ff.ne quis eum,qui.&
ibi Bar.ac alij not.in l.item ait.§.hæc antẽ,& l.ergo,
& vtrobiq; Bar.ff.ex quib.can.maio.ac in c.ut circa.
& in c.ſi forte,de elect.in ſexto, & hanc ſententiam
ſibi magis placere aſſeuerauit Illuſtriſs.Card.Alban.
in addi.ad Bart.in l.is poteſt, nu.5.uerſ.dubitatur hic.
ff.de acq.hær.eamque ratione corroborat.

5 Prior†tamen ſententia magis communiter à ſcribentibus
comprobatur ſupradictis in locis: eamq; ſibi
magis placere teſtatur Rip.in d.l.in illa,col.penul.
num.26.uerſic.quid tenendum; ac Tiraquel.in dict.
tract.de retract.lignag.§.11.gloſ.1.numer.8.ubi eandem
egregiè tuetur, & nu.10.uerſ.& quod.Nec uſui
facit,quod obijcitur de reg.l.in illa, quoniam reſpon-
6 deo,ipſam nõ habere locum,qñ† præſumptio eſt pro
negante,

Digitized by Google

negante, quæ transfert onus probandi in aduerſariū, vt in negante delictum.l.vlt.C.de reuoc.dona.& l.cū pater.§.rogo.ff.de leg.2.præſumptio enim eſt pro negante aliquem nō eſſe in rerum natura,qui ſit ei proximior:nam quod alij ſint nati eo proximiores, facti eſt,quod non præſumitur,niſi probetur, vulgata. l. in
7 bello.§.factæ.ff.de capt. & poſtli.reuer.hæc enim † extrinſeca,quæ ſe habent ad eſſe, & non eſſe, non præſumuntur,vt ait Cum.in d.conſ.43. nu. 2. præcipuè, quia negauit per rationem.l.actor.C.de prob.& l. aſſeueratio.C.de non num.pec.& no.Bal.in l.cum mulier.col.13. poſt num. 8. verſ. ſubſequenter quæritur. ff.ſolut. matrim. & ideò cum negante concurrit naturalis ſtatus rei, qui transfert onus probandi in aduerſarium,vt in ſimili dicit Bart.in l.ſi prius,in 3. oppo. ff. de nou. oper. nunc. vnde fit, quòd ſi conſtaret alios proximiores aliquando fuiſſe in rerum natura, tunc agens teneretur probare negatiuam, & ſic mortem aliorum.l.ſi quidem.C.ſolut.matrim.& l.2. §. ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſtam.aperian.hoc etenim caſu naturalis ſtatus rei,de qua agitur, eſt contra negantem, & in his terminis opinionem eorum, qui contra ſenſere,poſſe defendi,Inquit Rip.in d.l.in illa, ſub nu.26.verſ.non obſtat. ff.de verb. oblig.

Concluſionem ipſam primò limitabis, & intelli-
8 ges, vt procedat,ſi quæſtio ſit † inter defuncti conſanguineum, & extraneum: tunc enim ſatis eſt illi propinquo probare ſe conſanguineum, licet non probet ſe proximiorem, ſecus verò,ſi controuerſia ſit inter duos conſanguineos:nam hoc caſu is,qui agit aduerſus alterum poſſidentem debet docere ſe proximiorem,cum id ſit intentionis ſuæ fundamentum,etiam ſi id negatiuum eſſet, ita in hypotheſi noſtra reſpondit Decia.in conſ.321.in cauſa,quę Alexandrię agitatur,colu.3.ſub num.5.verſ. vlterius etiam aduertēdum eſt,quem referendo ſequitur Tiraquel. vbi ſup. num.5.& ſequē.verſ.quid autem, per ea, quæ dixere Innoc.& Ioan.Andr.in cap.ſuper his,de accuſ. cum multis ab eodē ad idem congeſtis.in d.tit. de retract. lignag.§.32.glo.1.num.94.verſ. nam & videmus, & ita conciliando diſcordes inter ſe opiniones,tradidit Gabr.in ſuis commu.concluſio.tit.de probatio.concluſ.6.lib.1.nu.23.verſ.3 infertur.

Secundò declarabis, vt concluſio vera ſit, modo
9 is,qui ſe probauit † eſſe conſanguineum, probauerit quoque certum gradum ſuæ conſanguinitatis: non enim ſatis eſt probare ſe ſimpliciter eſſe conſanguineum,vt latè ſcripſit Tiraq.in d.tract.lignag.§.1.glo. 16.num.1.cum plurib. ſequē. cum omnes gradus admittantur ad ſucceſſionem, vt idem dixit Tiraqu. in eodem tit.§.1.glo.9.num.23.verſ. ſed & id intelligēdum,& nominatim in caſu noſtro intellexit, & limitauit Dec.in d.conſ.321.colum.vlt.poſt num 9. verſ. vlt.non obſtat,cui adhærent Alc.in tract.præſumpt. reg.2.præſumpt.28.in fi.& Gabr.in d.conclu. 6.num. 24.verſ. tenendo iſtam partem, de probat. ac Tiraq. in d.§.11.glo.1.num.9.verſ.ſed hanc tamen, & prius his videntur ſenſiſſe.Anchar.in conſi.62. pro clariori deciſ.num.7. verſic. vlterius quæritur, & Alexā.in conſ.82. in cauſa vertente inter Petrum Ioannem de Dociis,ſub nu.1.vol. 1.

Tertiò intelligenda eſt concluſio,quod vt ipſa lo-
10 cum habeat † requiritur, quod is conſanguineus tēpore mortis teſtatoris fuerit natus, ſiue conceptus: alioqui, ſi nec natus, nec conceptus ſaltem præſumptiuè fuerit,proximior nō præſumitur,nec ob id ſuccedere poterit premortuo teſtatori,vt reſpōdit Ruin. in conſ.164.ex verbis teſtamenti.colum.4.nu. 6. vol. 3.motus ex l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. et l. item prætor.ff.de ſuis,et legit.nam poſt mortem teſtatoris natus non eſt,nec dici poteſt de familia illius, vt inquit Vlp.in l.1.§.ſi quis proximior.ff.vnde cog.et colligitur ex Iuliani reſponſo in l.Titius.ff. de ſuis, et legit.
& in hanc ſententiam apertè reſpondit Bal.in conſ. 488.incip.caſus talis eſt, quidam Titius deceſſit, ſub nu.2.& 3.ver.qui proximiores.vol.3. quo in loco de-
11 cidit,quod cum quidam † teſtator inuitaſſet ad fideicommiſſum proximiores ſuos, quo caſu primo vocātur proximiores in gradu.l.cum ita.§. in fideicōmiſſo.ff.de leg.2.debet intelligi ſubſtitutio de proximioribus natis tempore mortis teſtatoris,per d.l.item prętor.Bal.refert,& ſequitur,licet ipſius conſilium indefinitè,abſq; nu.& vol.alleget.Rui.in d.conſ.104.nu. 5.in fi.ſub verſ.ſed non obſtant.vol.3.

Quartò intellige eandem concluſionem procede-
12 re,quando † proximus ſuccedit ab inteſtato: nā tunc ei non eſt neceſſe probare ſe proximiorem: ſecus verò eſt,cum ex diſpoſitione teſtatoris vocantur proximiores, quo caſu ei, qui obtinerę voluerit, omnino probandum erit,ſe cæteris proximiorem:ſic in hac facti ſpecie conſuluit Alex. in conſ. 124. viſo proceſſu cauſæ inter dominam Iacobam.col.1. ſub nu. 1. & 2. vol.7.per l.ſed & in illo quæritur.ff.de reb.dub.& per id,quod notat glo.in d.l.is poteſt,in gl.magna, verſ. item,quod nullus cum præcedat.ff. de acquir. hæred. Nam cum ſuccedens ex diſpoſitione teſtatoris agat tanquam proximior ipſius,hoc probare debet, nimi-
13 rum ſe proximiorem eſſe:ſicut † filius,qui agit,& petit hæreditatem tanquam filius, debet probare filiationem, quia hoc eſt fundamentum intentionis ſuæ, vt Ang.teſtatur in l.liberorum, in prin. ff. de his, qui not. infam. per glo.ibidem:præſertim cū non debeat
14 † admitti quis, vt talis,niſi probet ſe talem,vt ait Bar. per illum tex.in l.non ignorat.C.de accuſa.& in l.falſus tutor.ff.quod fal.tut.auth.geſt.eſſe dice. vt in themate noſtro conſultus reſpondit Dec.in d.conſ.321. num. 2. verſ. circa primum, licet in hac eadem facti ſpecie, ſuper qua cōſuluit Dec.aliter tradiderit Rub. Alex.in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.89. verſ. ſed hic quæro. ff.de lib. & poſthum.

Quintò limitanda eſt concluſio, vt non procedat,
15 vbi manifeſtè † conſtaret, alium proximiorem aliàs natum fuiſſe,& vixiſſe,qui nondum excederet centū annos, ſi viueret:tunc enim neceſſe eſſet, hunc, qui nunc ſe dicit eſſe proximiorem, ideoque tanquam talem ſe velle ſuccedere,probare, illum, qui re vera eſſet proximior,ſi viueret,mortuum eſſe: ſecus verò, vbi ſubeſſent indicia mortis illius, ipſiuſque mors præſumptiuè poſſet probari:nam tunc licet is præſumatur viuere, vſq; ad centum annos.l.an vſusfructus. ff.de vſufruct.& l.vlt.C. de ſacroſanct. Eccleſ. modò principaliter agatur de vita,& morte: ſecus vbi incidenter,& propter aliud,vt not.ſcriben. in d. l. ſpadonem.§.qui abſolutus.ff.de excuſa.tuto. is, qui defendit, tenebitur probare illum adhuc viuere: cum talia non præſumantur, iuxta Barto. ſententiam in l.ſiue poſſideris.C.de probatio.& no.ſcriben. in l. ex perſona.C.eo.ti.de probatio.vt latius iſtud confirmat idēmet Rapha.Cuman.in d. conſ.43. num. 3. & per tot. cum hoc conſil. ſuper hoc priuatim fuerit editum, idem ſentire viſus eſt Rip. in d.l.in illa. col. pen. ſub num.26.verſ.ex hoc ſequitur. ff.de verb. obl.

Sed opportunè in præſentia mihi dubitare contingit,an in contractu minoris,vel mulieris, qui ſtatuto ita diſponente non valet, niſi interſint duo coniuncti,vel affines ipſius minoris,aut mulieris,vt ſic communiter cauetur ex ſtatutis per totam Italiam, ſatis ſit probare duos illos fuiſſe illius conſanguineos, an vero proximiores,vt contractus valeat, non pereat à Bartol.in l.tranſact.num.3. C. de tranſact. & ibidem Bal.num. 3. innuere videntur, quod quando ſtatutū
16 † ſimpliciter requirit in contractibus minorum, vel mulierum conſenſum propinquorum, ſufficiat probare duos propinquos conſenſiſſe, quamuis non ſint de proximioribus,etiam ſi alij proximiores reperirentur: quia ita demum requiritur, quod ſint de proximioribus

Digitized by Google

mioribus, quando ſtatutum expreſsè requirit proximiores, in hanc eandem ſententiam apertè reſpondit Ang.in conſ.170.item ſtatuimus.col. 2. ſub num. 1.verſ.ſecundo quia, idque de conſuetudine ſeruari: non huic contrarium aſſerit Iacob.Butr.in l.1.C vnde vir, & vxor, quia dummodo probetur interfuiſſe duos conſanguineos,quamuis non ſint de proximioribus ſufficit.

17 Huic † tamen contraria ſententia propius ad veritatem accedit,nimirum probandum eſſe in contractu minoris,aut mulieris duos ex proximioribus conſenſiſſe,vt apertè determinat Bald. in l. vlt. per illum tex.nu.2.verſ.& eſt argum.ad ſtatutum.C. de verbor. ſigni.& ibid.Ang.verſ.& per hanc leg.ac Sali. vt etiã ſenſit idem Salic.in d.l.1.C.vnde vir,& vxor, in l.vlt. per illum tex.de teſtam.mili.& in l.viduæ.C.de nup. quibus adhæret Caſtr. in l. ſi cum dotem. §.ſi patri, col. 1.num.3.ff.ſolut. matrimo. idem ſentire viſus eſt idem Angel. ſibi contrarius, in conſil.160. Domina Catherina,colum.penul.ſub num.5.verſ. item eſt attendendum,quos in hanc rem adducit Iaſ.in d.l.trãſactionem.nu.4.verſ.contrarium expreſsè.C. de tranſact. pro quo dicit benè facere context. in l. peto. §.

* fratre.ff. de leg. 2. & hanc opinionem magis * communem,quia à pluribus affirmata,& maiorem rationem habeat in ſe,aſſerit Marſil.in ſing.678. fiunt paſſim,ſubiungens prædicta eſſe menti tenenda,quia ex his poterunt deſtrui mille inſtrumenta, ad quæ non aduertunt notarij, circa prædicta,vbi etiam reſpõdet ad id, quod dicebat Iacob. Butrig. in d. l. 1. C. vnde vir,& vxor, nempè iſtud de conſuetudine non ſeruari,quoniam nedum Iacob.Butrig.ſed etiam glo.quæ eſt maioris authoritatis,non creditur,ſi dicat aliquid de conſuetudine non ſeruari, niſi hoc probet, vt inquit Bal.in l.is,qui.§.1.in lect.antiq.ff.de pignor.& in l.conſentaneum,in quinta oppoſit.C. quomodo, & quan.iud.& latius idem Marſ.in praxi crim. in §. cõſtante.num.15.verſ.nam licet,verùm in hac materia videndus omninò erit Io.Steph.Lamberteng. in tractat.de contractibus.glo.14.in verbo agnati, à num. 1.vſque ad num.10.

CONCLVSIO MCCLII.

ARGVMENTVM.

In quibus caſibus pupilli à teſtimonio repellantur.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus teſtis idoneus non eſt, nec in ciuilibus, nec in criminalibus.*

2 *Infantis teſtimonium improbatur,ſicuti & cæci teſtificantis de coloribus.*

3 *Pupilli teſtimonium, in delictis grauiſſimis recipitur.*

4 *Pupillus doli capax,& proximus pubertati,teſtiſicari poteſt.*

Facit tamen ſolùm indicium ad inquirendum, vt ibidem num. 5.

6 *Pupilli teſtimonium facit ſemiplenum indicium.*

7 *Pupillus, vbi aliter veritas haberi non poteſt, teſtis poteſt eſſe.*

8 *Veritatem aliter haberi non poſſe, ad hoc, vt pupilli teſtimonium ſuper hoc valeat, probandum eſt.*

9 *Teſtibus minus idoneis in ſubſidium creditur.*

10 *Pupillus,etiam in his,in quibus aliter veritas haberi non poteſt,facit ſolùm indicium ad inquirendum.*

11 *Pupillus maior factus, an & quando de his,quæ vidit in pupillari ætate,teſtificari poſſit.*

12 *Pupillus de his,quæ vidit in pupillari ætate teſtificari non poteſt,vbi maior ætas in teſte requireretur, non ad veritatem habendam,ſed ad certam ſolemnitatem.*

13 *Pupillus de teſtamento ad pias cauſas,cui interfuit in pupillari ætate,maior factus teſtificari poteſt.*

14 *Teſtes maiores 20.ann. in cauſis criminalibus requiruntur.*

1 Pupillum † non eſſe idoneum teſtẽ, nec in ciuilibus, nec criminalibus cauſis colligi poteſt ex l.3.§.lege Iul.& l.inuiti. ff. de teſtibus,& vtroq; loco id memoriȩ prodidit Accur.l. deferre.ff.de quæſt. Alber.in tract.de teſtib. tit. quan. teſt.rat.defect.perſ.nu.10.Campeg. in eo. tract. de teſtib.reg.112.& Crot.par.3.nu.70.Steph.Aufr.de teſti. nu.55.in verſ.infans,vbi ad id adducit Bal.in l.teſtiũ.

2 col.2. C.de teſtib.dicentẽ infantis † teſtimonium ſuſpectum eſſe,& non valere,ſicuti nec cæci teſtificantis de coloribus. Idem voluit Iac. Butrig.de teſtib. in prin.nu.1.Feder.Schench.in eo.tract.nu.13.Lanf. reper.c.quoniam contra.in prin.nu.2. de teſtib.

3 Limitatur primò iſta concluſio, vt non † procedat in grauiſſimis delictis, vt ſunt legis Iuliæ Maieſtatis, & Senatuſc. Sillaniani, ſi dominus à familia occiſus eſſe dicatur. Nam in his teſtimoniũ dicere,& torqueri poſſunt.l.de minore,vbi gl.& Bart.ff.de q.glo.in d. l.inuiti.in verbo,ſed nec pupil.ff.de teſtib.l.ſi.ff.de libera.cau.l.quoniam.C.de teſtib.l.2. §. impuberes. ff. ad Silla.Campeg.d.reg.112. & tradunt omnes ſupracit.DD.latiſſimè Hippol.Marſ.in d.l.de minore, vbi plura ad hanc rem pertinentia congerit, & dictũ fuit à nobis ſup.in concluſ.crim. læſ. maieſt.

Limitatur ſecundò concluſio, vt non procedat,

4 quando pupillus † eſt proximus pubertati, & doli capax,quia tunc à teſtimonio non repelletur. l. ſi. ff. de libera.cau.gl.in d.l.inuiti.ff.de teſti. Alber.in d. tract. de teſtib.tit.& nu.alleg.Arch.in c.relatũ.37.diſt.quẽ refert,& ſequitur Campeg.vbi ſup.verſ.6. fallit. Bart. in l.ſi.poſt gl.ibi.C.de his,quib. vt indig. quem refert Lanfr.de Oria.in d.c.quoniam contra,in prin. nu.2.

5 Declaranda tamen eſt hæc limitatio, vt ſolùm † faciant aliquod indicium ſufficiens ad inquirendum, non autem ad puniendum,ita ſenſit gl.in d. l. inuiti. Bart.in d.l.ſi C.de his,quib.vt indig. quem refert Lãfran.in loco proximè cit. Bal.in tit. de pace tenen. §. ſi duo,& in l. neque natales.C.de probat. Alber. in d. tract.de teſtib.tit.& nu.ſuperius cit.Rom.in l.1.§.impubes.ff.ad Sillan.Bal.in addit.ad Spec. tit. de teſtib.

6 in 1.col.dicens, quod pupilli † teſtimonium facit ſemiplenum indicium,quod etiam voluit Bart.in l.maritus.col.1.in fi.ver. vlterius oppono.ff. de quæſtio.dicens,quod non facit plenum indiciũ,ſed ſolùm qualequale, hoc eſt ſufficiens ſolùm ad inquirendum, non autem ad puniendum.

Limitatur tertiò concluſio, vt non procedat quan

7 do † veritas aliter haberi non poteſt:tunc enim ſi nõ ad inſtantiam partis, ſed ex officio iudicis pupillus examinetur,fidem faciet. Albe.de Roſa.in l.teſtimo. ff.de teſtib.quem refert, ſequiturq; Campeg. de reg. 112.Marſ.in pract.ſua cauſ.crim.fol.24.col. 2. Petrus Moncad.in addit.ad tract.Crot.de teſtib.3.par.num. 140.vbi poſt Alex.conſ.64.viſo themate.col.pen.vo-

8 lum. 1. iſtud † aliter veritatem haberi non poſſe probari omninò debere ad hoc, vt pupilli teſtimonium recipiatur. Idem voluit Raphael Cuma.conſ. 92. A. productus in teſtem.col. 2. verſ. quemadmodum, & impubes,quem refert Illuſtr.Card.Alb. in lucubr. ad Bart.in l.3.§.lege Iulia.ff.de teſtib.Alex.conſ.24.nu. 11.cum ſeq.vol.2.Iaſ.in l.cũctos populos.C. de ſum.

9 Trin.& fid.catho.& gl. eſt, vt † teſtib.minus idoneis credatur in ſubſidium,vt trademus, infra in concluſ. teſtis.

10 Declaratur tamen iſta limitatio, vt † pupillus ſolũ iſto caſu faciat indicium.Bartol.in l.de minore.ff.de quæſtionib.

quæſtionib.quod indiciũ ſufficit tantùm ad inquirẽ-
dum,vt voluit glo.in l.fi.C.de his,quib.vt indig. quã
ibi not.Bart.qui idem tenuit.l. 2. §. quod obſeruari.
col.2.verſ.2.probo.C. de iuram. calum. & in l. mari-
tus.ff.de arb.col.8.& in l.1.§.in filijs.ff.ad Treb.

11 Limitatur quartò concluſio, vt † tamen pupillus
maior factus poſſit teſtificari de his, quæ vidit in pu-
pillari ętate,dummodo de his indicium,& cognitio-
nem illo tempore habere potuerit,quòd omninò re-
* quiritur. Id no. per glo. Bart. & cæteros * omnes ſcri-
bentes.in d.l.3.§.lex Iulia.ff.de teſti. & in l. ad teſtiũ.
in princ.eo.tit. Archi.in c.relatum.37.diſt. Alex.con-
ſil. 88. quoniam omne datum optimum.col. 5. verſ.
prætereà,etiam in ætate.vol.5.Bart. poſt glo. in l. no-
tionem.§.inſtrumentorum.ff.de verb.ſig.plures con-
gerit.Fel.in c.fi.de ſentent.excommunic. dicẽs hanc
* eſſe * communem opinionem. Aret.conſ. 103. num.
3.vbi dicit,quod requiritur omninò,quod de his,quę
* deponit,potuerit habere notitiam,& idcirco * cõmu-
nem eſſe opinionem teſtatur,quod requiratur, quòd
viderit dum erat proximus pubertati, quam opinio-
nem tenet Io. And.& Ant.But.in c.ex parte, de cor-
pore vitiat & idem Io.And.in add.ad Spec. in tit. de
teſte.§.1.verſ.quid ſi impubes,vbi dicit, quod etiam
de viſis in infantilli ætate teſtificati poſſit, ſi notitiã
habere potuit, quàm opinionem videtur etiam am-
plecti. Alber.in d.tract.de teſtib.tit.quòd repel.teſtes
rat.defect.perſonæ.num.1 Raph.Cuman. conſ. 92.
A. productus in teſtem.col.2.verſ.ſuper vlt.quem re-
fert Illuſtriſs.Card. Alban.in lucubra. ad Bart. in d.l.
3.§.lege Iulia.ff.de teſtib. Plura ad hanc limitationẽ
congerit Fel. in c.cum nobis de præſcrip.

12 Declaranda tamen eſt hæc limitatio,vt non † pro-
cedat quãdo maior ætas in teſte requireretur non ad
habendam veritatem,ſed ratione certę ſolemnitatis,
quemadmodum fieri ſolet in teſtamentis, in quibus
ex præſcripto teſtatoriæ ſolemnitatis teſtes puberes
requiruntur. In probandis igitur iſtis ſolemnitati-
bus teſtes non admittentur deponentes de viſis in mi
nori ætate,vt tradit Fely.in d. c.fi. de ſenten. excom-
mun.& in d.c. cum à nobis. de præſcrip. & idcirco in
13 teſtamento ad pias cauſas, † in quo ſolùm ad proba-
tionem veritatis teſtes requiruntur, hæc declaratio
locum non habebit,vt tradit idem Fel.in d. c. cum à
* nobis,& in d.c.fi.vbi teſtatur hanc eſſe * communem
opinionem.

14 In criminalibus † verò cauſis requiruntur teſtes
maiores 20.annis.Pariſ.conſ.163.nu.7. vol. 4.conſil.
88.nu.77.vol.8.conſ.164.nu.3.eo.vol.4.Iac. Aegi. in
tract.de teſti.nu.6.Crot.de teſtib.par.3.nu.70.

F I N I S.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ
Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Iii, qui eſt Duernio.

Digitized by Google

Google